Poſthumus, cui partes viriles cum nato data ſunt, interim facit nato partem. cap. 7. qu. 37. num. 132. Declara vt num. 133.
Poſthumus ſi fuerit præteritus, hæreditas nō defertur fiſco, ſed venientibus ab inteſtato. c. 7. q. 51. n. 16.
Potentia admiſſionis ſufficit ad excludendum ſocium a petitione totius. cap. 7. qu. 37. nu. 146. Declara, vt num 159.
Potentioribus pares eſſe non poſſumus. cap. 5. qu. 46. num. 23.
Precaria diſpoſitiones, quæ. cap. 7 quæſtione. 3. numer. 45.
Præcepta duo valida, vbi circa eandem rem concurrūt licet vnum deficiat remanet tamen alterum. cap. 7. qu. 19. num. 136.
Præceptionis legatum quid. cap. 7. quæſtione. 3. numer. 261.
Præcipere dicitur cohæres, qui ante diuiſionem capit legatum. cap. 7. qu. 3. num 260.
Præcipere dicitur etiam grauatus, qui ante reſtitutionem deducit aliquid ex præcepto teſtatoris. cap. 7. qu. 3. num. 262.
Prædilecti debent aliis præferri. cap. 5. quæſt. 50. num. 8.
Prædilectus in ſubſtitutione præcedenti cenſetur etiam prædilectus in fideicommiſſo ſubſequenti. cap. 5. qu. 56. num. 20. Declara, vt num. 24.
Præferendi ſunt in iure accreſcendi, qui veniunt ſecundum voluntatem teſtatoris, iis, qui veniunt contra voluntatem cap. 7. qu 60. num. 7.
Præferri debet in concurſu perſonarum is, qui venit ex iure potentiore cap. 7. qu. 42. num. 522.
Præferuntur adiecto verborum nexu, qui aliàs fuiſſent pariter admittendi. cap. 5. quæſt. 46. numer. 78.
Præferuntur in ſubſtitutione ij tantum, qui, & in iure accreſcendi cap. 5. qu. 50. num. 2.
Præiudicare quis poteſt alteri ſine fraude, poteſt, & cum fraude. cap. 7. qu. 42. num. 643. Declara, vt num. 653.
Prælatio non conſideratur inter condominos hæredes inſtituti cap. 7. qu. 47. numer. 1. & cur, num. 2.
Prælatio non habet locum inter ſubſtitutos pariter coniunctos. cap 5 qu. 50. num 4.
Prælationi locus non eſt inter eos, qui re, & verbis coniunguntur. cap. 5. quæſt. 45. numer. 1. ſiue coniungantur per copulatiuam, ſiue per collectiuam. num. 2. & cur, num. 3. Limita, vt nu. 9. & 10.
Prælationi locus non eſt inter eos, qui re tantum coniunguntur. cap. 5. qu. 45. numer. 23. etiam ſi vnus vocetur ad totum, alij vero ad partes num. 24.
Prælationi locus non eſt inter pares verè, vel repræſentatiuè. cap. 5. qu. 47 num. 21.
Prælegati pars præſtatur, ſeu capitur à cohærede. cap. 7. qu 3. num. 241.
Prælegatum pro parte hæreditaria capitur a ſemetipſo, pro alia vero a cohærede. cap. 7. quæſt. 3. numer. 243.
Prælegatum in diuiſione capitur ante partem, quaſi præcipuum. cap. 7. qu. 3. num. 259.
Prælegatum deducitur ante diuiſionem hæreditatis. cap. 7. qu. 9 num. 37.
Præſcriptio non facit locum iuri accreſcendi. cap. 7. qu. 38 num. 139. Declara, vt num. 140.
Præſentia, quæ non erat neceſſaria, non alterat naturā actus cap 5 qu. 48. num. 14.
Præſtare dicuntur legata, aut fideicommiſſa. cap. 7. qu. 3. num. 288.
Præteritio eſt tacita quædam exhæredatio. cap 6. qu. 16. num. 46.
Præteritio facta fauore filij non vitiat teſtamentum. cap. 6. qu. 25. num. 9.

Præte-

I N D E X.

Prateritio non infert notam.cap.7.qu. 61. num. 191. & cur.num. 192.

Prateritus plus iuris habet, quam exhæredatus.cap.7. qu 61.num. 188.

Prætor qualiter dicatur adiuuare ius ciuile. cap.7.qu. 38.num.69.

Pretia ſeruorum manumiſſorum deducuntur, vt æs alienum.cap 6.qu.4 num 12.

Pretium rei, qui habet, ipſam rem habere videtur. cap. 7 qu.67 nu. 11. Declara, vt num. 24. & 25. & num.50.

Pretium in vniuerſalibus ſuccedit loco rei.cap. 7. qu. 67.num 69.Declara,vt num.71.& 72.

Primogenitura cenſetur ordine ſucceſſiuo conſtituta, etiamſi dictum ſit pro Titio ſimul, vel, vna, vel, cũ eius filijs.cap.5.qu 26.num.161.

Princeps debet reuocare, aut modificare ſuam conceſſionem, quoties ea vergit in graue aliorum præiudicium.cap 6.qu 58 num.36.

Princeps in dubio non cenſetur voluiſſe concedere immunitatem in præiudicium aliorum. cap. 6. qu. 58.num.41.& cur.num.42.

Principali cui adimitur, cenſetur etiam adimi acceſſorium cap 7 qu 74 num 5.

Principaliter, quod ſit, ſpectandum eſt, non, quod per conſequentias cap 2 qu 2 num.26.

Principes ſub nomine perpetuæ dignitatis ab Eccleſia, vel Imperatore inueſtiti qualiter dicantur ſuperiorem recognoſcere.cap.6. quæſtione 36. num. 42.

Principes ſub nomine perpetuæ dignitatis ab Eccleſia, vel Imperatore inueſtiti non recognoſcunt ſuperiorem.cap.6.quæſt.36.numer.43.Declara,vt ibi.

Principes ſub nomine perpetuæ dignitatis ab Eccleſia, vel Imperatore inueſtiti habent in ſuis ditionibus iura Imperij, ſiue eandem poteſtatem, quam Imperator in terris Imperij.cap 6.quæſt. 36.numer. 46.

Principes ſub nomine perpetuæ dignitatis ab Eccleſia, vel Imperatore inueſtiti in ſuo ſtatu ſunt, vt Imperatores cap 6.qu.36 num 47.

Principis ſolius authoritate, quæ fieri poſſunt, pro impoſſibilibus reputantur cap.7. qu. 16. numer. 146.

Principum conceſſiones, & liberalitates debent aliquid habere præcipui, per quod ab inferiorum conceſſionibus diſtinguantur.cap.6 qu.37 num. 184.

Prioritas, & poſterioritas repugnãt vocationi ſimultaneæ.cap.5 qu 26.num.23.

Priuatio præſupponit habitum.cap 4.quæſt.2.numer. 4.

Priuatio, licet ſupponat habitum, non tamen habitum qui non eſt, inducit.cap.7 quæſt.4.numer. 57.

Priuatio in indigno ſupponit habitum cap.7. qu. 48. num.19.& cur,num.42.

Priuatio, vel fit ex diſpoſitione Legis, vel ex diſpoſitione hominis cap.7 qu 39 num 39 & qualiter inter ſe differant,num.40.& ſeqq.

Priuationi nihil accreſcit, quia accreſcere eſt habitus, qui non poteſt ſuper mera priuatione fundari. cap 7.qu.73.num 4.

Priuilegia non recipiunt ius accreſcendi.cap.7.qu.61. num 92.& cur,num.93.

Priuilegium vnius non debet cedere in præiudicium alterius cap.6 qu.58.num.51.

Priuilegium fauore vnius introductum non debet in alterius fauorem operari.cap.7.qu. 42. nu. 538.

Proculianorum, & Sabinianorum ſecta, & diſſidia. cap 5.qu 40.num.23 & num.49.

Producenda latiùs non ſunt, quæ contra teſtatoris voluntatem admittuntur.cap.7. quæſt.61.numer. 111.

Profectitiam hæreditatem etiam hodiè filius acquirit patri pleno iure.cap.7.qu 42 num.156.

Profectitiam hæreditatem, ſi filius adeat factus ſui iuris, tenetur eam patri reſtituere. cap. 7. qu.42. num 157.

Prohibens aliquem teſtari ad ſui tantum commodum, vt indignus priuatur hæreditate, & ea fiſco applicatur.cap.7 qu.54.num.96.Declara,vt num. 98.

Prohibens aliquem mutare teſtamentum, in quo ſolus fuerat hæres inſtitutus, efficitur indignus, & ab eo fiſcus hæreditatem aufert.cap.7. qu. 54. num. 97. Declara vt num.98.

Prohibens aliquem teſtari ad commodum, tam proprium, quam aliorum pariter cum eo ſuccedentium ab inteſtato fit indignus, & facit locum fiſco pro portione ſua, non aliorum.cap.7.qu.54. num.99.

Prohibens mutare teſtamentum, in quo non ipſe ſolus, ſed cum alijs fuerat hæres inſtitutus, ſibi nocet, non alijs.cap.7.qu.54.num.100.Declara,vt nu. 101.

Prohibens aliquem mutare teſtamentum, in quo fuerat inſtitutus filius, aut ſeruus exiſtens in eius poteſtate, facit locum fiſco.cap. 7.qu 54.num.102. Declara,vt num.103.

Prohibens aliquem mutare teſtamentum ad commodum omnino alienum, quando faciat locũ fiſco. cap 7.qu 54.num.104

Prohibens aliquem teſtari, aut mutare teſtamentum, tenetur ad refectionem damnorum quæ læſi paſſi ſunt.cap.7 quæſt.54.num.105. Declara,vt num. ſeqq.

Prohibens aliquem teſtari, vel mutare teſtamentum, debet læſis præſtare duplum cap. 7. qu. 54. num. 107. etiamſi non ſit officialis,num 108.

Prohibere cenſetur aliquem teſtari aut mutare teſtamentum, qui non permittit, vt notarius ingrediatur, vel, vt teſtes conueniant.cap.7 qu. 54.n. 95.

Prohibitio alienationis inducit fideicommiſſum. cap. 5.qu. 35.nu.14.

Prohibitio alienationis facta hæredibus cenſetur etiã facta hæredibus hæredum, niſi facta ſit hæredibus infraſcriptis.cap 7.qu. 9 num 153.

Prohibitionis ratio vbi eſt duplex, ſufficit, vnã adeſſe, vt locum habeat prohibitio.cap.7.qu. 42. numer. 451.

Pronomen, idem, cuius ſit natura.cap.5.qu.13.numer. 12.

Prouiſio expreſſa facit ceſſare tacitam. cap. 7. qu. 19. num. 109 Declara,vt num.139.

Prouiſio generalis, & ſpecialis, vbi circa eandem rem concurrunt, & deficit ſpecialis, manet generalis. cap.7 qu.19 num.135.

Proximi æquè teſtatori vocantur pariter ad fideicõmiſſum.cap.5.qu.56.numer.41.Declara, vt nu. 42.

Proximior remotiori præfertur in ſucceſſione. cap. 5. quæſtione 55.numer.3.Declara vt numer.27.& ſeqq.

Proximior in ordine ſuccedendi grauato cenſetur etiam proximior in ordine ſuccedendi teſtatori. cap.5 qu.56.num.9 Sed contra,num.52. Declara,vt num.11.& 53.& ſeqq.

f 3 Proxi-

Proximiores priùs ab inteſtato vocantur, quam remotiores. cap. 5. qu. 26. num. 37.

Proximitas debet attendi reſpectu teſtatoris in vulgari ſubſtitutione. cap. 5. qu. 54. num. 13.

Proximitas in pupillari debet attendi inſpecta perſona pupilli cap. 5. qu. 55. num. 4.

Proximitas grauati, non teſtatoris attēditur in fideicommiſſis. cap. 5. qu. 56. num. 2. Sed contra num. 45. Declara, vt num. 3. & 46.

Pupillus cur non poſſit adire hæreditatem, vel agnoſcere bonorum poſſeſſionem ſine authoritate tutoris. cap. 7. qu. 42. num. 144. & num. ſeqq.

Q

QVæſtio nominis debet præcedere quæſtionem rei. cap. 1. In prin. num. 2.

Quæſtio non debet eſſe de indubitabili. cap. 7. qu. 42. n. 67.

Quātitas duobus ſeparatim relicta, vel multiplicatur, vel non prout conſtat de voluntate teſtatoris. cap. 5. qu. 5. num. 19.

Quantitas certi loci non cenſetur, vt quantitas, ſed, vt ſpecies. cap. 5 qu. 5. num. 7.

Quantitates ſua natura non recipiunt communionem cum numero diuidantur initio. cap. 5. qu. 8. nu. 6 Declara, vt num. 13.

Quantitates diuiduntur in partes numerales, ſpecies vero in partes quantitatiuas. cap. 6. qu. 32. num. 24.

Querela non naſcitur, niſi poſt aditam hæreditatem. cap. 3 qu. 1 num. 9.

Querela vnius ſufficit ad expugnandum totum teſtamentum cap. 6 qu. 30 num. 6. Sed contra, num. 9.

Querela remittitur tranſacto quinquennio. cap. 7. qu. 35 num. 20.

Querela inofficioſi teſtamenti competit ipſo iure. cap. 7. qu. 41 num 87. Declara, vt num. 88.

Querela inofficioſi teſtamenti quando tranſmittatur ad hæredes. cap. 7. qu. 41. num. 89.

Querela inofficioſi teſtamenti, ſi fuerit ad hæredes trāſmiſſa, ius accreſcendi ceſſat. cap. 7. qu. 41. numer. 90.

Querela in quibus differat ab actione iniuriarū. cap. 7. qu. 42. num. 80.

Querela non tranſit in fiſcum, ſi exhæredatus, aut prę teritus damnetur viuo teſtatore. cap. 7. qu. 46. n. 35.

Querela non præparata non tranſmittitur in hæredē. cap. 7. qu. 46 num. 49.

Querela non præparata non tranſit in fiſcum. cap. 7. qu. 46. num. 50.

Querela præparata tranſit in fiſcum. cap. 7. qu. 46. nu. 65.

Querelę inofficioſi teſtamenti cenſetur renunciatum, quoties teſtamentum approbatur. cap. 7. qu. 42. num. 59. Declara, vt num 60

Qui per alium facit, per ſeipſum facere videtur. cap. 6 qu. 28 num 90.

Qui per alium capit per ſeipſum capere videtur. cap. 7. qu. 40. num. 6.

Quota bonorum non eſt ius uniuerſale, ſed particulare. cap 7 qu. 4 num. 74.

R

RAtihabitio patris erat olim neceſſaria ad hoc, vt bonorum poſſeſſio a filiofa. agnita ſine iuſſu patris, acquireretur. cap. 7. quæſtione 42. numer. 238.

Ratihabitio patris non eſt hodiè neceſſaria ad validitatem agnitionis, ſed tantum ad hoc, vt patri quæratur vſusfructus. cap. 7. quæſt. 42. num. 330.

Ratihabitio agnitionis a filio facta ignorāte patre poteſt hodiè fieri etiam poſt tempus agnoſcendæ bonorum poſſeſſioni præfinitum. cap. 7. qu. 42. nu. 333.

Ratihabitione non ſecuta intra tempus reſoluebatur olim agnitio facta a filiofam. inſcio patre, & pro non facta habebatur etiamſi poſt tempus pater eam ratam habuiſſet. cap. 7. quæſt. 42. numer. 568.

Ratio non debet eſſe eadem cum dicto. cap. 5. qu. 46. n. 29

Ratio, qua dd. mouentur, non ſpecies ab eis propoſita debet attendi. cap. 6. qu. 6 num. 107.

Rationes inductiuę iuris accreſcendi militant in venditore, non emptore. cap. 7 q. 67. nu. 74. Declara, vt num 75.

Rebellis eſt incapax, etiam earum ſucceſſionum, quæ iure communi deferuntur. cap. 7 qu. 52. numer. 98.

Recedendum in dubio non eſt a proprietate, ſeu propria verborum ſignificatione. cap. 7. qu. 3. num, 16.

Receptio fideicommiſſaria hæreditatis pari paſſu ambulat cum agnitione bonorum poſſeſſionis. cap. 7. qu. 42. num. 334.

Recipere dicitur, etiam, qui ab alio recipit. cap. 7. qu. 3. num. 268.

Reconciliatio etiam tacita, vt, quia teſtator deceſſerit confeſſus, & contritus, operatur, vt legatum, quaſi ex noua voluntate debeatur. cap. 7. qu. 57. nu. 20.

Reconciliatione ſecuta inter teſtatorem, & legatarium, legatum antea relictum, debetur, quaſi ex noua voluntate. capite 7. quæſtione 57. num. 19.

Recuſare dicitur etiam is, qui patitur labi tēpus. cap. 7. qu. 42. num 605.

Recuſare cenſetur is, qui malitioſè negligit. cap. 7. quæſt. 42. numer. 648. Declara, vt numer. 650. & ſeqq.

Recuſare cenſetur hæreditatem, qui ſcienter eam negligit cap. 7. qu 42. num. 649.

Recuſatio non cadit in ignorantem. cap. 7. qu. 42. nu. 320.

Redire dicitur etiam hæreditas, quæ alicui defertur. cap. 7. qu. 3. num. 353.

Reges Francorum, & Hiſpaniarum nō recognoſcunt ſuperiorem. cap. 6. qu. 36. num. 39.

Regreſſus non datur a priuatione ad habitum. cap. 5. qu 37. num. 14.

Regula l. ius noſtrum 7 ff. de reg. iur. non poteſt conſiderari in hæreditatibus legitimis cap. 3. qu. 1. n. 8

Regula l. ius noſtrum 7. ff. de regul. iuris non poteſt conſiderari in contractibus. cap. 3. quæſt. 1. num. 11.

Regula colligitur ex pluribus particularibus, cap. 6. qu. 32. num. 7.

Regula Catoniana non pertinet ad legata conditionalia. cap. 7. qu. 30. num. 14. & cur, nu. 15.

I N D E X.

Rigula Catoniana non pertinet ad ea legata , quorũ dies non, niſi ab adita hæreditate cedit.cap.7. qu. 30.num.18.

Rei appellatio generalis eſt,& complectitur etiam quã titates.cap.5.qu 8 num 8.

Rei appellatione tota res intelligitur.cap.5.qu. 13.nu. 24.

Rei debendi inſolidum omnes obligantur.cap.6.q. 28. num.116.

Rei ſuæ non poteſt eſſe ſeruitus.cap. 7. qu. 19. numer. 127.

Reip.intereſt,ciuitatem repleri liberis hominibus . cap. 7.qu 61 num 101.

Relatio inducit realem tantum coniunctionem cap 5. qu.74.num.1.Sed contra, numer. 2. Declara,vt num.3.

Relatio vim nominationis habet , & facit. vt perinde ſit ac. ſi vocatio ſub proprio nomine facta fuiſſet. cap.7.qu 19 num.150.

Relatio debet fieri ad proxima, non ad remota. cap. 7. qu 42 num.66.Declara,vt num.77.

Relatio eſt potius facienda ad illud , quod eſt principa le.quam ad illud,quod acceſſorium.cap.7.qu.42. num.72.

Relatiuum includit totum antecedens. cap. 5. qu 13. num.26.

Relegatorum bona non publicantur.cap 7.qu. 46.nu. 21.Declara vt num.22.& 23.

Relegatus retinet libertatem,& ciuitatem. cap.7. qu. 46.num.7.

Relegatus remanet capax,tam eorum quæ ſunt iuris ciuilis,quam,quæ iuris gentium.cap.7. quæſt.46. num.8.

Relegatus remanet capax ſucceſſionum cap.7.qu. 46. num 9.

Relegatus poteſt teſtari cap.7.qu 46.num.19.

Relegatus poteſt habere hæredem.cap.7.qu 46. numer. 20.

Relicta non veniunt in confiſcationem , ſi ea facta ſit viuo teſtatore.cap.7.qu.46 num.28.

Relicta non competunt viuo teſtatore . cap. 7. qu 46. num.10.

Relictum monaſterio ſi ante, quam dies legati cedat monaſterium deſtruatur,extinguitur.cap. 7.q. 16.num.141.

Relictum vxori quam quis duxit contra leges aufertur & fiſco applicatur cap.7.qu.55.num. 9.Sed hodiè contra,num. 10.& 13.

Relinquens aliquem dominum omnium bonorum cẽ ſetur eum hæredem vniuerſalem inſtituere . cap. 7 qu. 16.num.426.

Relinquere dicitur, qui dat capiendi occaſionem .cap. 2 qu.2.num.3.

R*elinqui dicuntur.non ſolum legata , & fideicommiſ ſa. ſed etiam hæreditates cap. 7. quæſt. 3. numer. 171.*

R*emanere dicitur,non ſolum id , quod propria authoritate capitur. ſed etiam,quod ab alio reſtituitur cap.7.qu.3.num.367.*

R*emedium l.vlt C de edict Diu Hadr. toll. non competit hæredi particulari pro re , in qua fuit inſtitutus.cap.7.qu.9.num.42.*

R*emedium l. vlt.Cod. de edict. Diu. Hadr. toll. non competit hæredi particulari , ſi cohæres vniuerſalis ei datus adierit hæreditatem.cap.7.q. 9.nu. 51.*

R*emedium l.vlt.Cod. de edict. Diu. Hadr. toll. competit hæredi particulari , ſi cohæres vniuerſalis ei datus non ſit,vel datus deſierit. cap.7. qu. 9. num.53.*

R*emedium l. vlt. C. de edict. Diu.Hadr toll competit etiam hæredi particulari.cap.7.qu.9.numer. 54.*

R*emedium l vlt.C.de edict.Diu.Hadr. toll. non competit hæredi particulari , dum vniuerſalis deliberat cap 7.qu 9.num 57.& cur,num 58.*

R*enuntians ſucceſſioni ſimpliciter cenſetur renuntiare omni iuri , via , & modo , per quem ad ſucceſſionem illam venire poteſt.cap.7. qu. 38. num. 25.*

R*enuntians vni iuri ſuccedendi , puta iuri prætorio, aut iuri ciuili cenſetur ab vtroque excluſus , ſi adijciat cauſam generalem , quæ vtrique conueniat.cap 7.qu 38.num.26.*

R*enuntians bonorum poſſeſſioni cenſetur etiam renũtiare hæreditati cap.7 qu.38.num.27 & cur,nu. 28 Sed contra.num. 29.*

R*enuntians iuri adeundi non cenſetur renuntiare iuri agnoſcendi bonorum poſſeſſionem.cap 7.qu. 38.num 83.Sed contra,num.84 & cur, numer. 85.*

R*enuncians ſuam partem hæreditatis , aut legitimæ alicui tertio ſine conſenſu illius , de cuius bonis agitur. vt indignus priuatur hæreditate , vel legitima ad commodum fiſci.cap.7.qu. 54. numer. 29.*

R*enuntiatio ſimplex non habet vim aditionis . cap 5. qu.48 num.12.& cur num 13.*

R*enuntiatio prodeſt illi tantum , cuius contemplatione fit.cap.5.qu 48.num.16.*

R*enuntiatio facta contemplatione vnius inducit tacitam aditionem cap 5.qu 48.num. 17.*

R*enuntiatio facta cui per modum pacti non prodeſt alijs cap 5 qu 48 num 18.*

R*enuntiatio non prodeſt alijs , ſi renuntians ſe obliget de euictione.cap 5 qu.48 num.19.*

R*enuntiatio cenſetur facta ad commodum eius tantũ, cui fit . ſi ſit facta extraneo non coniuncto . cap. 5.qu 48.num.21.*

R*enuntiatio hæreditatis maternæ facta patri , ei ſoli & hæredibus eius prodeſt.cap. 5.qu. 48. nu. 22.*

R*enuntiatio facta patri a filia primi matrimonij prodeſt etiam filijs ſecundi matrimonij.cap.5 qu.48. num 23.*

R*enuntiatio legitimæ debet ei tantum prodeſſe , cuius contemplatione facta fuit.cap 6.qu 7. num. 14. & num ſeqq*

R*enuntiatio hæreditatis facta in vita patris . aut matris ſine iuramento , non excludit renuntiantem ab hæreditate cap.6 qu. 14. num.1. ſecus , ſi cum iuramento,num 4.*

R*enuntiatio hæreditatis facta in vita patris, aut matris ſine iuramento non excludit renuntiantem a legitima cap.6.qu.14.num.2. ſecus , ſi cum iuramento.num.5.*

R*enuntiatio tranſlatiua non facit locum iuri accreſcendi.cap 7.qu.25.num.7.& cur.num.8.*

R*enuntiatio qualiter differat a repudiatione . cap. 7. qu.38.num.135.*

R*enuntiatione excluſus habetur pro mortuo. cap.6.q. 14 num.11.*

R*eo læſæ maieſtatis,quod relinquitur, non aufertur a fiſco ſed applicatur ſubſtitutis, vel coniunctis vel grauatis,vel venientibus ab inteſtato. cap. 7. qu. 52.num.100.*

R*epudiandi ius olim reſidebat in perſona filij cap. 7.q. 42.num.432.*

R*epudians vnum ius ſuccedendi cenſetur etiam alterum repudiaſſe, ſi habeat cohæredem.cap 7.q.38. num.35.Sed contra num.36.*

Digitized by Google

I N D E X.

Repudians hæreditatem non cenſetur repudiare bonorum poſſeſſionem.cap.7.qu.38.nu.42.& cur, num.43.& ſeqq. Sed contra,num.48.& cur,nu. 49.& ſeqq.

Repudians hæreditatem non dicitur facere hæredes eos, ad quos illa pertinet.cap.7.qu.42.num.520.

Repudiare hæreditatem,neque pater ſine filio,neque filius ſine patre poteſt inſpecto iure veteri.cap.7.q. 42.num.410.

Repudiare is poteſt,qui poteſt,& adire cap.7.qu.42. num 448. Declara,vt num.450.

Repudiare is tantum poteſt,qui poteſt adire.cap.7.qu. 43.num.52. Declara,vt num.ſeqq.

Repudiari non poteſt,quod eſt acquiſitum. cap. 5. qu, 48.num.2.

Repudiari nequit,quod nondum delatum eſt.cap.7.q. 42.num 494.

Repudiari non poteſt ius nondum competens.cap.7.q. 43.num.55.

Repudiari plerunque dicitur,etiam, quod nõ debetur, inſpecto facto non iure.cap.7.qu.61.num.72.

Repudiari non poteſt,quod non debetur.cap.7.qu.61. num 134.

Repudiata portio dicitur deficere.cap.7.qu.35. num. 1.

Repudiatio operatur,vt perinde ſit,atque,ſi portio nũquam fuiſſet repudianti delata.cap.5.qu.48. nu. 8.

Repudiatio etiamſi fiat per verbum, rinuntio, aut aliud ſimile,facit locum iuri accreſcendi.cap.7.q. 35.num.6. Declara,vt num.7.

Repudiatio non poteſt fieri in præiudicium tertij.cap. 7.qu.41.num.68. Declara,vt num.69.

Repudiatio pari cum aditione paſſu ambulat. cap.7. qu.42.num 402.

Repudiatio iiſdem iuris regulis conſiſtit, quibus aditio.cap.7.qu.42.num.403.

Repudiatio non poterat olim fieri ſine voluntate patris,& filij, quoties hæreditas eſt delata filio. cap. 7.qu 42.num.404.

Repudiatio hæreditatis delatæ filio, debebat olim fieri a filio,non a patre,ſed ex iuſſu, & mandato patris.cap.7.qu.42.num.405.

Repudiatio filij non nocet patri.cap.7.qu.42. numer. 419.

Repudiatio patris non nocet filio.cap.7. qu. 42. num. 424.

Repudiatio facta a filio ſine patre olim,ne ipſi quidem filio nocebat.cap.7.qu.42.num 42 . & cur, nu. 427.

Repudiatio facta a patre ſine filio nocebat olim ipſi patri.cap.7.qu.42.num.428. Sed contra,num.429. & cur,num.430.

Repudiatio,ſi facta ſit, tam à patre, quam à filio facit locum iuri accreſcendi.cap.7.qu.42 num 496.& cur,num.497. Declara,vt num 499.

Repudiatio facta a patre,& filio facit locum ſubſtituto,cap.7 qu 42.num.498.

Repudiatio hæreditatis facta a ſolo filio non faciebat olim,aut ſubſtituto,aut coniuncto locum. cap.7. qu.42 .num 500.& cur,num.501.

Repudiatio hæreditatis profectitię facta a ſolo filio nõ facit locum ſubſtituto, vel coniuncto. cap. 7. qu. 42.num.502.

Repudiatio hæreditatis pari paſſu ambulat cum repudiatione legati,cap.7.q.42.num.728. Sed contra num.731.

Repudiatio legati aduentitij facta a patre non nocet filio,imo ei prodeſt,quia obſequitur etiam vſumfructum, quem alioquin non eſſet habiturus. cap.7.quæſtione 42.numer.738.

Repudiatio facta ante contractam indignitatem non facit locum fiſco.cap.7. qu.58. num. 62. & cur, num.63. Declara,vt num.64.

Repudiationi vnius ex coniunctis fit locus iuri accreſcendi.cap.7.qu.35.num.3.

Repudiationem a filio factam poteſt hodie pater ratã habere.cap.7.qu.42 num.435.

Res quot modis dicatur rei accreſcere.cap.1. qu.1. nu. 20.

Res,& æſtimatio rei ſunt diuerſa.cap.5.quæſt.12. nu. 3.

Res eadem duobus inſolidum dari non poteſt.cap.5,q. 12.num.5. Declara, vt num 6.

Res,quã dominus habet pro derelicta, licet ſtatim eius eſſe deſinat,non tamen alij acquiritur prius, quã ſciat,eam habitam eſſe pro derelicta, & poſſeſſionem eius apprehendat. cap. 6. quæſt. 40. numer. 10.

Res certa multum differt ab hæreditate.cap.7. quęſt.9. num.6.

Res legata non poteſt propriè dici pars hæreditatis.cap 7.qu.19.num.16.

Res hæreditaria poteſt relinqui hæredi titulo ſingulari,ſi ſemel fuit ab hæreditate extracta.cap.7. qu. 19.num.121. Declara,vt num.122.

Res mea poteſt mihi legari ſub conditione.cap. 7.qu. 28.num.5.& cur num.6.

Res aliena non poterat olim legari, niſi per damnationem cap.7.qu.28.num.21.

Res hæreditaria non poteſt vni ex hæredibus relinqui, niſi capiatur ab omnibus hæredibus pro cuiuſque portione hæreditaria. cap.7. qu. 29 numer. 12.

Res dicitur ſtare in ſuſpenſo, quoties eius determinatio pendet a futuro euentu.cap.7.quæſt.37.num. 72.

Res denotat effectum, & emolumentum ſucceſſionis, non ipſam ſucceſſionem.cap.7. quæſt. 38. numer. 21.

Res non ſignificat nudum hæredis nomen, ſed effectum ipſum hæreditatis.cap.7.quæſt. 69.numer. 27.

Res iudicata pro veritate habetur.cap.7.qu.74. n. 41. Declara,vt num.47.& 56.

Reſcripta,quę modicum afferunt præiudicium tertio, ſunt ſeruanda cap.6.qu.58.num.47.

Reſidui appellatione totum continetur.cap.7.qu.6.nu. 101.

Reſoluta acquiſitione perinde habetur, ac, ſi numquam fuiſſet facta. cap. 7. quæſtione 37. numer. 77.

Reſponſio debet eſſe congrua interrogationi.cap.5. qu 46.num.54.

Reſtitutio fideicommiſſi non eſt actus ſolemnis. cap. 7. qu 42.num.308.

Reſtitutio fideicommiſſaria hæreditatis non eſt actus legitimus cap.7.qu.42.num.309.

Reſtitutio fideicommiſſaria hæreditatis poteſt expediri per alium,dummodò ex poſt facto rata habeatur cap 7 qu 42.num.310.

Reſtitutio ponit omnia in priſtinum ſtatum. cap.7.q. 61.num.195.

Reſtitutio ponit omnia in priſtinum ſtatum. cap.7.q. 59.num.54. Fallit,vt num.56.

Reſtitutio hæreditatis olim interdum fiebat ex S.C. Trebelliano interdum ex S.C. Pegaſiano. cap.7. qu.67 num.99.& quando,numer. ſequentibus Hodiè verò ſemper fit ex Trebelliano, numero 111.

Reſti

I N D E X.

Reſtitutio in integrum pro modico non eſt conceden da. cap. 6. qu. 58. num. 48.

Reſtitutio in integrum non facit locum vulgari ſubſtitutioni. cap. 7. qu. 59. num. 44. & numer. 69. & cur. num. 70. Sed contra, num. 71. & cur, numer. 72.

Reſtitutio in integrum conceſſa minori aduerſus aditionem operatur, vt perinde ſit, ac, ſi minor, hæreditatem non adiiſſet. cap. 7. qu. 59. num. 55.

Reſtitutio in integrum tantum tribuit minori, quantum abſtulit læſio cap 7. qu. 61. num. 196.

Reſtitutio in integrum, non ſolum tribuit rem principalem, ſed etiam incrementa, quæ veniunt acceſſoriè. cap. 7. qu. 61. num. 197.

Reſtitutio in integrum cõceſſa aduerſus legati acceptationem, operatur, vt perinde ſit, ac, ſi legatum non fuiſſet acceptatum. cap. 7. quæſt 61. numer. 199.

Retentionis iure, quando poſſit hæres ſibi proſpicere, ſi quidem coniunctim cum extraneo legatum ſit, cap. 7 qu. 29. num. 39. & num. 51. & ſeqq. & nu. 65. & ſeqq.

Reuerti dicitur, non ſolum id, quod ab alio capitur, ſed etiam, quod capitur propria authoritate cap. 7. qu. 3. num. 356.

Reuocatio diſpoſitionis facta a teſtatore ante perfectionem actus operatur, vt vocatus repellatur ipſo iure. cap. 7. qu. 50. num. 2.

Reus non poteſt in carceribus detineri ſub prætextu expenſarũ, aut a ſocio. aut etiam a ſe non ſolutarum, dũmodo pœna ſit ſoluta. cap. 6. q. 51. nu. 35.

S

S*Atisfactum intelligitur creditori, licet gratis debitum remiſſerit. cap. 6. qu 58 num. 14.*

Scholares, qui comparẽt, poſſunt eligere ſyndicum, aut rectorem, ſi alij ſint in comparendo contumaces. cap. 6. qu 54 num. 6.

Scientia perſonæ principalis nocet omnibus, qui ab eo cauſam habent cap. 7 qu 42. num. 592.

Scientia & negligentia ſiue taciturnitas filij nocet etiã patri. cap. 7. qu. 42. num. 595. Declara, vt num. 596.

Scientia, & negligentia filij ſ. qui non certiorauit patrẽ, cum id facere poſſet, nocet etiam hodie patri in bonorum poſſeſſione profectitia. cap. 7. qu 42. num. 599.

Scientia, & negligentia filiiſa. qui non certiorauit patrem, nocet etiam hodiè patri in acquiſitione vſuſfructus. cap. 7. qu. 42. num. 600.

Scientia, & negligentia filij non nocet hodiè patri, quippe, q. lapſo tẽpore, & excluſo filio poterit agnoſcere, & ſibi pleno iure acquirere bonorum poſſeſſionem. cap. 7. qu. 42. num. 601. & num. ſeqq. & cur, num. 604. & ſeqq. Sed contra, numer. 613. & cur, num. ſeqq.

Scientia filij, nec patri, nec filio nocebat olim, ſi non poterat certiorare patrem. cap. 7. quæſt. 42. num. 656.

Scientia, & negligentia patris, nec olim nocebat filio ignoranti, nec hodiè nocet. cap. 7. qu. 42. nu. 663. & cur, num. ſeqq.

Scientia non patris. ſed filij debet attendi in acquiſitione bonorum poſſeſſionis filiofa. delata. cap. 7. qu. 42. num. 665.

Scientia, & negligentia patris nocebat olim ipſi patri in bonorum poſſione delata filio. cap. 7. qu. 42. num. 669. Sed contra num. 670.

Scientia, & negligentia patris circa bonorum poſſeſſionem delatam filio, hodie nocet ipſi patri. cap. 7. quæſt. 42. num. 671. & cur num ſeqq. Sed contra, numer. 674 & ſeq. Declara, vt num. 676. & ſeqq.

Scientia propria debet potiùs vnicuique nocere, quam aliena. cap. 7. qu. 42. num. 672. Declara, vt num. 679.

Senatuſconſulta fiebantur præcedẽte oratione Principis. cap. 7 qu. 42. num. 104.

Sententia maiorem habet vim in iure patronatus, quã iuramentum cap. 6. qu 48 num. 24.

Sententia ſi plures in vna ſomma condemnet, non tenetur quis. niſi pro ſua parte, etiamſi alij non ſint ſoluendo cap. 6. qu. 51. num. 19. Amplia vt num. 20 & 21

Sententia illa eſt amplectenda, quæ ſuſtinet teſtamentum non, quæ illud infirmat. cap. 7. qu. 12. num. 25. Declara vt num 46.

Sentẽtia non perimit ipſo iure actionem, ſed ope tantũ exceptionis cap. 7 qu. 38. num. 127.

Separatim quibus caſibus eadem res cenſeatur relicta, cap. 5. qu. 14 num. 5. & num. ſeqq.

Sepulcrum, ſiue cadauer defuncti ſpolians licet ſit hæres, non tamen vt indignus priuatur hæreditate. cap. 7. qu. 54 num. 81. & cur, num 92.

Serui hæredis inſtituti recuſatio nocet domino. cap. 7. qu 43. num. 29. Declara, vt num 30.

Serui factum eſt neceſſarium ad acquiſitionem hæreditatis. cap. 7. qu. 43. num 39.

Serui mors contingens poſt diem legati cedentem non nocet domino. cap. 7 qu. 43. nu. 116. & cur, nu. 127. & ſeqq.

Serui pœnę fiunt. qui damnantur in metallum, vel ad ferrum, vel ad beſtias, vel etiam vltimo ſupplicio. cap. 7. qu. 52. num. 28.

Serui pœnę ſunt incapaces, non indigni. cap. 7. qu. 52. num. 29. & cur. num. 30. & 74.

Serui pœnę, nec fiſci, nec Cæſaris ſerui ſunt, ſed pœnæ, & ſic nullius. cap. 7. qu. 52. num. 31.

Serui capacitas pendet ex capacitate domini. cap. 7. qu. 52. num. 82. Declara vt num. 83.

Seruitus via. vel alia ſimilis, ſi legetur, qualiter Falcidia ſit detrahenda. cap 6. quæſt. 4. num. 39 & nu. ſeqq.

Seruitus per partes acquiri non poteſt. cap. 6. qu. 4. nu. 41.

Seruitus, ſi in feudum fuerit conceſſa, locum in ea habebit ius non decreſcendi. cap. 6 quæſt 37. num. 69. Declara, vt numer. 81. & ſeqq. & numer. 92.

Seruitus pro parte acquiri non poteſt, acquiſita vero pro parte retineri poteſt. cap. 6 qu. 37. num. 94 & cur, num. 95.

Seruitus, ſi duobus fuerit conceſſa, & in perſona vnius conceſſio non conſiſtat initio, tota debetur alteri. cap. 6 qu. 42 num 1.

Seruitus aquæductus, ſi duobus debeatur, & vnus nõ vtendo ius ſuum amittat, alteri nihil accreſcit. cap. 6. quæſt. 42. num. 7. & cur, num. 8. & 10. & ſeqq.

Seruitus aquæductus communi prędio debita per vnum ex ſocijs tota retinetur, etiamſi alter non vtendo videatur ius ſuum amiſiſſe. cap 6. qu. 42. num. 9.

Seruitus diuerſis prędijs debita, non eſt vna, & eadem, ſed diuerſa, cap. 6. qu 42. num. 11.

Seruitus aquæductus vni prædio debita, ſi poſtea diuidatur prædium, non cenſetur vna, ſed duplex & diuerſa. cap. 6 qu 42. num. 13.

Seruitus extinguitur, ſi idẽ vtriuſque prędij dominus

eſſe

Digitized by Google

I N D E X.

eſſe incipiat. cap. 7. quaſt. 19. numer. 118.
Seruitutem, ſi quis ſtipulatus ſit, & vnus ex eius hæredibus egerit, & ſuccubuerit, alijs tota ſeruitus debetur cap 6. qu. 42. num. 3.
Seruitutes ſunt indiuiduæ. cap. 6. quaſt. 37. numer. 68.
Seruo communi, quod ab vno ex cōdominis relinquitur, totum indiſtinctè cōdomino acquiritur. cap. 6. qu. 39. num. 15.
Seruo, cui ſimpliciter relictum eſt legatum, non cenſetur dominus libertatem reliquiſſe. cap. 7. qu. 32. num. 5.
Seruo poteſt relinqui legatum in cauſam alimentorum cap. 7. quaſt. 32. numer. 18. Declara, vt numer. 19.
Seruo hæredi inſtituto poteſt ad inſtantiam ſubſtituti præfigi terminus ad adeundam hæreditatē. cap. 7. qu. 43 num. 103.
Seruo hæredi inſtituto ſi fuerit a Iudice præfinitus terminus ad adeundam hæreditatem, eo elapſo ſit locus ſubſtituto, vel cohæredi, vel venientibus ab inteſtato. cap 7 qu 43. num. 104.
Seruo ante aditam defuncto hæreditas non ad dominum, ſed ad ſubſtitutum, vel cohæredem, aut ijs deficientibus ad venientes ab inteſtato pertinet. cap. 7. quaſt. 43. numer. 114. & cur, numer. 115.
Seruo communi ſi res legata ſit, poteſt vnus ex dominis agnoſcere legatum, alter vero repudiare. cap. 7. q. 43. num. 131.
Seruo pœnæ, quod relinquitur, habetur pro non ſcripto. cap. 7. quaſt. 52. numer. 32. Declara, vt num. 39.
Seruo pœnæ, quod relinquitur, non applicatur fiſco, ſed ſubſtitutis, aut coniunctis, aut grauatis, aut venientibus ab inteſtato. cap. 7 qu 52. num. 33. & cur, num 48 Declara vt num 38
Seruo communi ſi res aliqua legata ſit, & vnus ex condominis repudiet, eius pars non accreſcit alteri condomino, cap. 7. qu 64. num 8.
Seruo communi ſi legatus ſit vſusfructus, & vnus ex condominis deficiat, eius pars alteri condomino accreſcit. cap. 7. qu. 64 num 10.
Seruum manumittens ob tam grāde beneficium, quod in eum confert, conſequitur ius patronatus. cap. 6. qu. 48. num 1.
Seruum eſſe in poteſtate domini, quo tempore dies legati cedit, ſufficit, adhoc, vt ſtatim ius domino quaſitum intelligatur. cap. 7. quaſt. 43 num. 119.
Seruus communis totum acquirit domino capaci perinde, atque, ſi eius ſolius ſeruus eſſet cap. 5. qu 40. num. 14.
Seruus eſt incapax eorum, quæ ſunt iuris. cap. 5. qu. 40. num. 34.
Seruus eſt capax eorum, quæ ſunt facti. cap. 5. qu. 40. num. 37.
Seruus eſt capax naturalis obligationis. cap. 5. qu. 40. num. 38.
Seruus eſt capax detentionis ſiue poſſeſſionis corporalis. cap. 5. qu. 40. num 40.
Seruus eſt capax annui legati. cap. 5. quaſt. 40. num. 42.
Seruus communis, ſi ab extraneo ſtipuletur rem, cuius alter ex dominis eſt incapax, tota acquiritur capaci. cap. 6. qu 39. num. 4. & cur, num. 5.
Seruus communis, ſi ab vno ex condominis rem ſtipuletur, & per traditionem accipiat, eam alteri condomino totaliter acquirit, cap. 6. qu. 39. num. 12. ſi verò res non fuerit ei tradita, eam non acquirit, niſi pro parte dominica, numer. 13. & cur, num 14.
Seruus ab vno ex ſocijs manumiſſus, quibus caſibus ſoluto pretio pro parte alterius ſocij, in totum fierit liber. cap 6. qu. 40. num. 24.
Seruus, qualiter cenſeatur incapax. cap. 7. qu. 25. num. 117.
Seruus proprius ſi purè fuerit hæres inſtitutus, ex die verò vel ſub conditione liber eſſe iuſſus, ante diē, vel conditionem purificatam hæres eſſe nequit. cap. 7. qu 16. num 48.
Seruus adeundo hæreditatem iuſſu domini facit eum hæredem. cap. 7. qu. 31. num. 3.
Seruus eſt incapax acquiſitionis. cap. 7. qu. 32. numer 3.
Seruus hæres a domino inſtitutus tacitè libertatē conſequitur. cap. 7. qu. 32. num. 4.
Seruus etiam ignorante domino poteſt agnoſcere bonorum poſſeſſionem. cap. 7. qu 38 num. 61.
Seruus inſcio domino non poteſt adire hæreditatē cap. 7. qu. 38 num 62.
Seruus poteſt a Domino cogi adire, non etiam filius a patre. cap. 7. quaſt. 42. num. 195. & cur, numer. 196.
Seruus, qui per dominum admittitur ad partem, facit partem. cap. 7. qu. 43. num. 1. & cur, num. 3. Declara, vt num. 2.
Seruus in iure acquiſitionis multipliciter hodie differt a filiof. cap 7. qu. 43 num 7.
Seruus, quicquid acquirit, domino acquirit. cap. 7. qu. 43. num. 8.
Seruus non poteſt adire hæreditatem ſine voluntate, & iuſſu domini. cap. 7. qu. 43. num. 9. & cur, nu. 11.
Seruus poteſt agnoſcere bonorum poſſeſſionem ſibi delatam, etiam ignorante domino. cap. 7. nu. 43. qu. 12. Declara vt num. 13.
Seruus non poteſt repudiare hæreditatem aut bonorū poſſeſſionem ſibi delatam. cap. 7. qu. 43. nu. 15. & cur, num. 16.
Seruus nō obſtante repudiatione a ſe facta poteſt iuſſu domini adire, & ei quærere emolumentum hæreditatis. cap 7 qu. 43. num. 17.
Seruus ante aditam alienatus acquirit nouo domino. cap. 7. qu. 43 num. 18.
Seruus ante aditam manumiſſus ſibi acquirit. cap. 7. qu 43. num. 19
Seruus poteſt etiam iubente domino nolle adire. cap. 7. qu. 43. num. 20. & num. 137. Declara, vt nu. 21. & 138.
Seruus hæres inſtitutus, ſi adire recuſet, poteſt à domino cogi adire. cap. 7. qu. 43. num. 22. Declara, vt num 23. 25 & 26.
Seruus hæres inſtitutus contemplatione domini ſi adire nolit, poteſt ſine dubio cogi adire. cap. 7. qu. 43. num. 24.
Seruus hæres inſtitutus, ſi adire nolit, non poteſt præcisè cogi adire. cap. 7. qu. 43 num. 25.
Seruus hæres inſtitutus ita demum facit dominum hæredem, ſi ipſe vult. cap. 7. qu 43. num 27.
Serui voluntas, & conſenſus eſt neceſſarius ad hoc, vt hæreditas, vel bonorum poſſeſſio acquiratur domino. cap. 7. qu. 43. num. 28.
Seruus adeundo hæreditatem ſibi delatam facit dominum hæredem. cap. 7. qu 43. num. 73. Declara, vt num. 75.
Seruus adeundo hæreditatem ſibi delatam, illam acquirit domino. cap. 7. qu. 43. num. 74. Declara, vt num. 75.
Seruus hæres inſtitutus, vel legato honoratus, ſi moriatur

riatur

riatur viuo teſtatore, fit locus ſubſtituto, vel coniuncto excluſo domino. cap. 7. qu. 43. num. 76. & eur, num. 77.

Seruus habetur pro nullo. cap. 7. qu. 43. nu. 84.

Seruus ſub conditione vocatus, ſi conditione pendente moriatur, facit locum ſubſtituto, vel coniuncto. cap. 7. qu. 43. num. 87. & nu. ſeq. & eur, nu. 90.

Seruus, ſi tempore, quo dies legati cedit, ſit ſui iuris ſibi non domino legatum acquirit. cap. 7. qu 43. num. 92.

Seruus poteſt repudiare hæreditatem ſibi delatam ex iuſſu domini. cap. 7. qu. 43. num. 94.

Seruus, ſi repudiet hæreditatem ſibi delatam iuſſu domini, facit locum ſubſtituto, vel coniuncto cap. 7. qu 43. num. 96. & eur, num. 97.

Seruus, ſi repudiet ſine voluntate domini, non facit locum ſubſtituto, vel coniuncto. cap. 7. qu 43. num. 98.

Seruus repudians hæreditatem ſibi delatam ſine voluntate domini, qualiter ei noceat. cap. 7 qu. 43. nu. 99 & num. ſeq.

Seruus, qui adire recuſat, ſi patiatur labi tempus acquirendæ ſucceſſioni præfinitum, facit locum ſubſtituto, vel coniuncto. cap. 7. qu. 43. num. 105.

Seruus, ſi patiatur labi tempus acquirendæ ſucceſſioni præfinitum nocet domino. cap. 7. qu. 43. nu. 106. Declara, vt nu. 108. & ſeqq.

Seruus poteſt præiudicare domino in quærendis, non in quæſitis. cap. 7. qu 43. num. 107.

Seruus hæres inſtitutus, ſi ante aditam moriatur, dominus excluditur. cap. 7. qu. 43. num. 111. & eur, num. 112. & ſeqq.

Seruus, etiamſi poſt diem legati cedentem alienetur, aut manumittatur, nihilominus legatum acquiritur veteri domino. cap. 7. quæſt. 43. numer. 120.

Seruus, ſi iuſſu domini adeat hæreditatem, excludit ius accreſcendi. cap 7. qu. 43. num. 133. & eur, num. 135.

Seruus hæres inſtitutus, ſi iuſſu domini adeat hæreditatem, excludit ſubſtitutum. cap. 7. qu. 43. nu. 134. & eur, num. 135.

Seruus hæres inſtitutus excludit ſubſtitutum, & coniunctum, etiamſi coactus adeat. cap. 7. qu. 43. nu. 136.

Seruus duorum hæres inſtitutus, ſi vnius iuſſu adeat hæreditatem, excludit ſubſtitutum, & coniunctum in parte iubentis. cap. 7. quæſt. 43. numer. 139.

Seruus duorum hæres inſtitutus, ſi vnius iuſſu adeat, alterius non iubentis pars ad ſubſtitutum pertinet. cap. 7. qu. 43. num. 140. eo verò non exiſtente accreſcit condomino, num. 141.

Seruus alienus, ſi quaſi paterfa. fuerit inſtitutus, & ei datus ſubſtitutus, hæreditas diuiditur inter dominum, & ſubſtitutum. cap. 7. qu. 43. num. 149. & eur, numer. 151. Declara, vt numer. 159 & ſeqq.

Seruus poteſt haberi pro derelicto. cap. 7. qu. 44 num. 37.

Seruus repellitur a dicendo teſtimonio. cap. 7. q. 44. nu. 41.

Seruus pœnæ eſt incapax, tam eorum, quæ ſunt iuris gentium, quam, quæ iuris ciuilis. cap. 7. quæſt. 46. num. 12.

Seruus pene nemo benè natus hodie ſit. cap. 7. qu. 52. num. 40. Declara, vt num. 41.

Seruus communis, ſi fuerit hæres inſtitutus, & vnus ex condominis repudiet, eius pars accreſcit alteri condomino. cap 7. quæſt 64. numer. 7.

Singula, quæ non proſunt, multa iuuant. cap 7. qu 61. num. 116. Declara, vt num. 117.

Singulis legare, eſt legare diſiunctim, cap. 5. qu. 32. nu. 11.

Socius qui rem habet cum alio communem, poteſt partem ſuam habere pro derelicto cap 6. qu. 40. num. 2.

Solidum initio ſingulis non poteſt deberi, niſi in rebus, quæ ſui natura communionem recipiunt. cap. 5. qu 8 num. 5.

Solidum quando coniunctim cenſeatur ſingulis aſſignatum. cap. 5. quæſt. 25. numer. 2. & numer. ſeqq.

Solutio vnius liberat alios, qui ſimul cum eo deliquerunt, ſi tractetur de intereſſe partis. cap. 6. qu. 51. num 6. & num. 16.

Solutio vnius liberat alios, quando pœna à pluribus ſimul delinquentibus ſoluenda non eſt multiplex, ſed vna cap. 6. qu. 51. num. 9.

Soror vterina nunquid excludatur ſtante ſtatuto, quod extantibus maſculis fœminæ non ſuccedant. cap. 5. qu 49 num. 9.

Soror ſtatuto excluſa, qualiter habeatur pro mortua. cap. 6. qu. 16 num. 188.

Sororis etiam ſtatuto excluſæ ratio eſt habenda in cōputatione legitimæ matri debitæ, ſi frater inſtituit turpem perſonam. cap. 6. qu. 16. numer. 197.

Species non recipiunt multiplicationem. cap. 5. qu. 46. num. 144. Declara, vt num. 145.

Spectandum ſemper eſt in emphyteuſi & aliis contractibus quod à partibus actum eſt. cap. 6. qu. 38. num. 67.

Spes conditionalis inſtitutionis non tranſmittitur ad hæredes cap. 7 qu 16 num. 31.

Spes contractus conditionalis tranſmittitur ad hæredes. cap. 7. qu. 16. num 132.

Spes reſtitutionis in integrum non impedit vulgarem ſubſtitutionem cap 7 qu. 37. num 180.

Spolians ſepulchrum, ſiue cadauer defuncti grauiter eum offendit. cap. 7 qu. 54 num. 80.

Spurio, quod eſt relictum a patre, vel pertinet ad ſubſtitutum, vel accreſcit coniuncto cap. 7. q. 26. nu. 5. Declara, vt num. 6. & ſeqq.

Spurio, quod eſt a patre relictum, ſuſtinetur hodie pro modo alimentorum. cap. 7. quæſt. 26. numer. 8.

Spurio, quod relinquitur non applicatur fiſco cap. 7. q. 53. num. 7 & eur, num. 8.

Spurio, quod relinquitur, applicatur fiſco, ſi omnes, qui ab inteſtato eſſent ſucceſſuri, relictum auocare recuſent. cap. 7 qu. 53 num. 16.

Spurio, ſi quid a patre ſit relictum, debet Iudex inſtante fiſco præſcribere legitimū tempus, intra quod debeant declarare, vtrum relictum auocare velint, quo elapſo fiſcus auocare poterit. cap. 7. qu. 53. num. 17.

Spurio relictum poſſunt legitimi ſucceſſores poſt auocationem illi vltra reſtituere, & donare, nec fiſco fiet locus. cap. 7. qu. 53. num. 20. Declara, vt nu. 24.

Spurius eſt incapax bonorum patris. cap. 7 quæſt. 26. num. 2.

Spurius poteſt ex aliorum omnium teſtamentis capere, præterquam ex teſtamento patris. cap. 7 qu. 26. num. 3.

Spurius, ſi à patre inſtituatur, vel legatum, aut fideicommiſſum accipiat, diſpoſitio habetur pro non ſcripta. cap. 7. qu. 26. num. 4.

I N D E X.

Spurius dicitur indignus.cap.7 qu.53.nu.5.Declara, vt num 6.

Spurius iure ciuili adeo eſt incapax, vt nec ali debeat. cap 7 qu.26.num.6.

Spurius iure canonico debet ali . cap.7. quæſt. 26.num. 7

Spurius hodie facit partem, & impedit ius accreſcendi pro quantitate alimentorum . cap. 7. quæſt. 26. num.9.Sed contra num. 10. Declara, vt numer. 17.

Spurijs earum perſonarum , quæ ſunt poſitæ indignitate, natis ex vili concubina, quod eſt relictum, applicatur certis perſonis , nõ autem ſubſtitutis, aut coniunctis.cap.7.qu.26. num.21.licet aliqui contra ſenſerint.num.22.

Spurius eſt incapax mixta conſideratione patris, & filij cap 7.qu 53.num.1.

Spurius eſt incapax , non propria culpa , ſed vitio parentum.cap.7.qu 53 num.2.

Spurius non eſt indignus, ſed incapax. cap.7.qu.53. num 4.

Spurius poteſt capere ab harede patris, etiam bona paterna.cap.7. qu.53.num. 21. Declara, vt numer. 23.

Statua eſt indiuidua cap 6 qu 37 num.70.

Statua affixa, ſi in feudum fuerit conceſſa, in ea locum habebit ius non decreſcendi.cap 6.quæſt.37.num. 71.

Stipulatio quãtitatis facta a diuerſis ſub diuerſis verborum conceptionibus non intelligitur de eadẽ quantitate, ſed de diuerſis, niſi dictio, eadem, exprimatur.cap.5.qu 5.num.29

Stipulatio annua eſt vna.cap. 6.qu.22.num.7.

Stipulationes, quæ olim interponebantur inter haredẽ grauatum ; & fideicommiſſarium, interdum erant captioſæ.cap.7 quæſt.67.num.109.& cur. num.110.

Statuto, ſi caueatur, vt legata non inſinuata intra mẽſem non valeant, pars, non inſinuantis non accreſcit inſinuanti.cap 7.quaſt. 38 numer. 129.niſi ſtatutum dicat , ipſo iure non valeat , numer. 130.

Statuto , ſi caueatur , vt maſculis extantibus filiæ non ſuccedant & ex maſculis vnus deficiat, eius portio cæteris maſculis , non etiam fœminis excluſis inſolidum accreſcet cap 7 qu.61.num 20.& cur, nu.21.& ſeqq.licet aliqui contrarium tenuerint, num.24.

Statutum, ſi excludat fœminas donec extabunt maſculi, interim maſculi, dum viuunt , totum habent. cap 7.qu.37.num.117.

Statutum excludens fœminas habet vim non ſolum excluſiuam , ſed etiam incluſiuam. cap.5.qu.44. num.4.

Statutum excludens fœminas propter maſculos intelligitur de maſculis eiuſdem matrimonij. cap 5.qu. 49 num.14.

Subrogatio cenſetur facta cum omnibus ſuis qualitatibus cap.6.qu.53.num.5.

Subrogatum cenſetur eodem iure, quo id, in cuius locũ ſubrogatur.cap.5.qu.50 num.10.

Subrogatum in alterius locum cenſetur eodem iure, quo id, in cuius locum ſubrogatur . cap. 6 qu 8. num 24 Declara, vt num.25.

Subrogatus cenſetur eodem iure, quo is, in cuius locum ſubrogatur cap.5.qu 43 num.68.

Subrogatus in alterius locum cenſetur eodem iure quo is, cuius loco ſubrogatur. cap.7.qu 67.num. 53.

Subrogatus debet habere omnia iura, quæ competerent ei, cuius loco ſubrogatur, cap.7 qu. 69.nu.12.Declara, vt num.14.

Subſtituere pupillariter poteſt pater, quem vult.cap.5. qu 55.num.10.

Subſtitui poſſunt plures in vnius locum.cap.6.qu.28. num.58.

Subſtituti ſi ſint plures , & vnus pendente conditione moriatur, pars eius cæteris accreſcit.cap.7.qu.41. num.27.

Subſtitutio aliud, & aliud ius accreſcendi. cap.2.qu.2. num.72.

Subſtitutio, tametſi tacita, eſt propriè ſubſtitutio.cap. 2.qu.2.num.73.

Subſtitutio regulatur ſecundum ordinem coniunctionis, & iuris accreſcendi, cap.5.quæſt.50.num. 1.

Subſtitutio eſt ſubrogata in locum iuris accreſcendi. cap.5.qu.50.num.11.

Subſtitutio coniuncta cum iure accreſcendi eſt potentior, quam ſubſtitutio ſimplex . cap.5.qu.50.nu. 12.

Subſtitutio non poteſt fieri in codicillis, & cur, cap.6.q. 19 num.2.

Subſtitutio eſt inſtitutio, tametſi ſecunda.cap.6.qu.39. num 5.

Subſtitutio, etiam per fideicommiſſum fieri poteſt.cap. 7.qu.3.num.122.

Subſtitutio eſt ſecunda inſtitutio, cap.7.qu. 3.nu.126. Declara, vt num.128.

Subſtitutio directa facta in quota trahitur ad vniuerſum . cap. 7. qu.5. numer.2.& cur, numer. 3. & 4.

Subſtitutio facta in quota verbis ciuilibus trahitur ad directam.cap.7.quæſt.6.num.1.& cur, num. 2.

Subſtitutio facta in quota verbis ciuilibus trahitur ad directam vulgarem . cap. 7. quæſt.6.numer. 3.

Subſtitutio facta in quota verbis ciuilibus trahitur ad directam pupillarem . cap. 7 quæſt.6.numer. 4.

Subſtitutio facta in quota verbis obliquis non trahitur ad directam , ſed omni tempore cenſetur fideicommiſſaria.cap.7. qu.6.num.7.& cur, num. 8.

Subſtitutio facta in quota per verbum , lego. non trahitur ad directam, ſed eſt omni tempore fideicommiſſaria.cap.7.quæſt.6.numer.9. & cur, numer. 10.

Subſtitutio facta in quota verbis obliquis trahitur ad directam, ſi conſtet talem fuiſſe mentem teſtatoris cap 7.qu.6.num.11.

Subſtitutio trahitur ad directam vulgarem , ſi teſtator dixerit, ſi filius meus hæres nõ erit, volo hæreditatem reſtitui Titio. cap. 7.qu.6.nu.13.& cur, num.14.

Subſtitutio cenſetur directa , ſi teſtator dicat , volo reſtitui Titio per vulgarem.cap 7. qu. 6.numer. 17.

Subſtitutio cenſetur directa , ſi teſtator dicat.volo reſtitui Titio ſubſtituens eum vulgariter. cap.7.q. 6 num.18.

Subſtitutio trahitur ad directam, ſi teſtator dicat, volo reſtitui Titio per pupillarem cap.7.qu.6.num. 19. vel volo reſtitui Titio ſubſtituens eum pupillariter, num 20.

Subſtitutio non trahitur ad directam pupillarem, etiamſi teſtator dixerit . ſi filius deceſſerit in pupillari ætate, volo hæreditatem reſtitui Titio, cap. 7.qu.6.num.21.& cur, num.22.

Sub-

I N D E X.

Subſtitutio facta in quota verbis directis non ciuilibus non trahitur ad directam, ſed eſt omni tempore fideicommiſſaria. cap. 7. qu. 6. nu. 26. & cur, num. 27.

Subſtitutio facta in quota verbis communibus trahitur ad directam. cap. 7 qu. 6. num. 29. & cur, nu. 30. Sed contra num. 31. & cur, nu. 32. Declara, vt num. 38.

Subſtitutio facta in quota trahitur ad vniuerſum quoties alius non eſt ſubſtitutus in eodem gradu licet reperiatur inſtitutus, aut ſubſtitutus in gradu diuerſo. cap. 7. qu. 6. nu. 33. Declara, vt nu. 34. & ſeq.

Subſtitutio facta in quota bonorum verbis communibus non trahitur ad directam pupillarem. cap 7. qu. 6 num. 39 & cur, num. 40.

Subſtitutio facta verbis communibus non trahitur ad directam pupillarem, etiamſi facta ſit in quota hereditatis. cap. 7. qu. 6. num. 43. & cur, num. 44.

Subſtitutio facta in quota hereditatis verbis communibus trahitur ad directam vulgarem. cap. 7. qu. 6 num 45. & cur, num 46.

Subſtitutio facta in quota bonorum non trahitur ad directam vulgarem, ſi ſit facta verbis communibus cap. 7. qu. 6. nu. 48. & cur nu. 49.

Subſtitutio facta verbis communibus trahitur ad directam, ſi teſtator per quotas diſtribuerit totum aſſem. cap 7. qu. 6. num. 50. & cur, num. 51.

Subſtitutio facta verbis communibus trahitur ad directam, etiamſi teſtator diſtribuerit totum aſſem per quotas bonorum. cap. 7. qu. 6 num. 52.

Subſtitutio facta verbis communibus trahitur ad directam, ſi teſtator vnum ſubſtituat in bonis mobilibus, alterum verò in immobilibus, & tertium in iuribus, tam actiuis quam paſſiuis. cap. 7. qu. 6. num. 53.

Subſtitutio facta in quota verbis communibus trahitur ad directam, ſi ex verbis, aut coniecturis cõſtet teſtatorem voluiſſe facere haredem. cap 7. qu. 6 num. 54. & cur, num. 55.

Subſtitutio cenſetur, & directa, & fideicommiſſaria, ſi teſtator dicat inſtituo & ſubſtituo, vel ſubſtituo, & facio haredem, ſiue heredem eſſe volo. cap. 7. qu 6 num. 59 & cur, num. 60. Declara, vt nu. 61. & ſeqq. & num 69 & ſeqq.

Subſtitutio cenſetur, & directa, & fideicommiſſaria, ſi teſtator dicat, ſubſtituo Titium, & ei reſtitui volo. cap 7. qu. 6. num 61.

Subſtitutio directa facta in re certa trahitur ad vniuerſum. cap. 7. quaſt. 13. num. 1. & cur, num. 2. & 4.

Subſtitutio vulgaris facta in re certa trahitur ad vniuerſum. cap. 7. qu. 13 num. 6.

Subſtitutio facta in re certa parum, aut nihil differt à ſubſtitutione facta in quota. cap. 7 qu. 14. num. 1.

Subſtitutio facta in re certa verbis ciuilibus trahitur ad directam. cap. 7. qu. 14. num. 3. & cur, num. 4. & ſeqq.

Subſtitutio facta in forma pupillaris cenſetur directa, & trahitur ad vniuerſum pupilli patrimonium, etiamſi teſtator ſubſtituendo ſe reſtrinxerit ad perſonam, ſeu bona ſua, dummodo ſit vſus verbis ciuilibus. cap 7. qu. 14. num. 10. & cur, num. 11. Declara vt num. 14. & ſeqq.

Subſtitutio facta in re certa verbis ciuilibus trahitur ad exemplarem, & conſequenter ad vniuerſum patrimonium furioſi. cap. 7. quaſt. 14. num. 19.

Vxor inſtituta in vſufructu omnium bonorum, poſt cuius mortem alius haeres inſtitutus eſt, haud dubie non fit haeres vniuerſalis, ſi ex verbis, aut coniecturis conſtet, teſtatorem eam habuiſſe pro vſufructuaria, non pro proprietaria. cap. 7. qu. 16. num 362 & quae ſint coniectura num. ſeqq.

Vxor inſtituta in vſufructu non fit haeres vniuerſalis, ſi eam teſtator ſemper appellet vſufructuariā, eum vero, qui poſt illius mortem inſtitutus eſt, ſemper appellet haeredem. cap.7.qu.16.num.363.

Vxor in vſufructu inſtituta non fit haeres vniuerſalis, ſi teſtator eam appellet legatariam, aut relictum ipſum legatum. cap. , qu. 16 num. 364.

Vxor in vſufructu inſtituta non fit haeres vniuerſalis ſi inſtitutio fuerit facta inter legata. cap. 7. qu. 16. num. 365.

Vxor in vſufructu inſtituta non fit haeres vniuerſalis, ſi teſtator ei reſeruauerit vſumfructum etiā poſt mortem inſtituti cap.7 qu. 16 num. 368.

Vxor inſtituta in vſufructu non fit haeres vniuerſalis, ſi teſtator dixerit, ſe velle, eam uti frui ſimul cum alio. cap.7 qu.16.num 369.

Vxor in vſufructu inſtituta non fit haeres vniuerſalis, ſi teſtator prohibuerit haeredi, nec ei moleſtiam inferat. cap 7 qu.16 num 370.

Vxor in vſufructu inſtituta non fit haeres vniuerſalis, ſi teſtator ei remittat cautionem de utendo fruendo arbitrio boni viri. cap.7.qu.16 num 371.

Vxor in vſufructu inſtituta non fit haeres vniuerſalis, ſi teſtator remiſerit ei confectionem inuentarij. cap.7 qu.16.num.372.

Vxor in vſufructu inſtituta non fit haeres vniuerſalis, ſi teſtator eam liberauerit ab onere reddendae rationis. cap.7.qu.17.num.37. maximè, ſi eam dederit curatricem haeredi poſt eius mortem inſtituto. num ſeq.

Vxor, cui relictus eſt vſusfructus titulo inſtitutionis, non fit haeres vniuerſalis, ſi teſtator non ſit vſus eodem verbo, inſtituo, quo vſus eſt vocando haeredem vniuerſalem. cap.7.qu.16 num. 75.

Vxor in vſufructu inſtituta fit haeres vniuerſalis cum onere tamen reſtituendae haereditatis ei, qui poſt ipſius mortem inſtitutus eſt, ſi ex verbis, aut coniecturis conſtet, teſtatorem habuiſſe eam pro proprietaria cap.7.qu.16.num.376. Declara, vt num. ſeq.

Vxor in vſufructu inſtituta cenſetur etiam inſtituta in proprietate, ſi teſtator ei iniungat aeris alieni ſolutionem. cap 7.qu 16 num 383.

Vxor, ſi in vſufructu inſtituatur pleno iure cenſetur inſtituta etiam in proprietate. cap.7.q.16 n 390.

Vxor, ſi ſimpliciter haeres inſtituatur, licet poſtea fiat mentio de vſufructu per modum cauſae, non tamen deſinit eſſe haeres vniuerſalis. cap. 7. qu 16. num 391.& cur. num 392.

Vxor, cui aequè principaliter relicta eſt, & proprietas, & vſusfructus, cenſetur haeres vniuerſalis cap.7. qu.16.num 408. Declara, vt num.410.

Vxor haeres inſtituta, & relicta vſufructuaria poteſt eligere, vtrum velit eſſe haeres an vero ſolum habere vſumfructum cap.7.qu.16. numer 410.& num.422.

Vxor eligens haereditatem, tenetur per fideicommiſſum eam reſtituere inſtituto poſt eius mortem. cap. 7. qu.16 num.411.

Vxor relicta domina vſufructuaria, ſine copula non cenſetur haeres vniuerſalis inſtituta. cap 7.qu.16. num.414.

Vxor, quam teſtator reliquit dominam, & vſufructuariam omnium bonorum, cenſetur inſtituta haeres vniuerſalis, & grauata haereditatem ei reſtituere, qui poſt ipſius mortem inſtitutus eſt. cap. 7.qu.16.num.415 & cur num.420.& ſeqq. Sed contra, num.428.& cur, num.429.& ſeq.

Vxor cenſetur haeres vniuerſalis inſtituta & fideicommiſſo grauata, ſi teſtator eam reliquerit dominā, & vſufructuariam omnium bonorum, etiamſi poſt eius mortem inſtitutus ſit filius cap.7.q 16. num 418.& cur, num.419. Sed contra, nu. 437.

Vxor relicta domina, & vſufructuaria omnium bono-

INDEX.

bonorum, an ſit heres vniuerſalis, debet decidi eodem modo, quo quæſtio vxoris in uſufructu inſtituta cap. 7 qu 16 num 436

Vxor in uſufructu inſtituta, cenſetur hæres uniuerſalis, ſi alius poſt eius mortem non ſit inſtitutus, ſed ſubſtitutus. cap. 7. qu. 16. num. 438. & cur, num. 439.

Vxor in uſufructu inſtituta cenſetur hæres uniuerſalis, etiamſi poſt eius mortem uocata ſit pia cauſa, ſi uocatio facta ſit uerbis communibus. cap. 7. qu. 16. num. 442. & cur, num. 443.

Vxor in uſufructu inſtituta cenſetur hæres uniuerſalis, & fideicommiſſo grauata, ſi poſt eius mortem teſtator aliquem ſubſtituerit uulgariter, & per fideicommiſſum. cap. 7. qu. 16. num. 444. & cur, num. 445.

Vxor in uſufructu inſtituta cenſetur hæres uniuerſalis, ſi teſtator dixerit, & poſt eius mortem inſtituo, & ſubſtituo Titium cap. 7 qu. 16. nu. 440.

Vxor in uſufructu inſtituta cenſetur hæres uniuerſalis, ſi poſt eius mortem uocatus ſit aliquis non uerbis directis, ſed communibus. cap. 7. qu. 16. num 441.

Vxor in uſufructu inſtituta cenſetur hæres uniuerſalis, & fideicommiſſo grauata, ſi teſtator poſt eius mortem inſtituat aliquem hæredem abſque detractione Trebellianica. cap. 7. qu. 16. n. 446. & cur, num. 447.

Vxor in uſufructu inſtituta poteſt ſtatim, & per ſe. ac propria authoritate uſumfructum percipere. cap. 7. qu. 16 num. 202.

Vxor, donec uixerit, ſiue durante uita hæres inſtituta ſit hæres perpetuo perinde, ac ſi tempus nõ fuiſſet inſtitutioni adiectum. cap 7 qu. 17. num. 10.

Vxor inſtituta donec uixerit, non deſinit eſſe hæres directo, etiam ſi poſt eius mortem inſtitutus ſit filius, ſed tenetur illi per fideicõmiſſum reſtituere, quod excedit legitimam. cap. 7. qu. 17. num. 29.

Vxor, quæ uiuo marito committit adulterium, ſi poſtea ei ſuccedat, ut indigna priuatur hæreditate, & in fiſco defertur. cap. 7. qu. 54. num. 35. Idem eſt & ſi mala gratia a uiro diuertat. num. 36.

Vxori inopi, quæ quartam habet ex Auth. præterea C. und uir & ux. non competit ius accreſcendi, ſi unus ex liberis, uel agnatis deficiat, ſed alijs liberis uel agnatis. cap. 7. qu. 61. num 29. & cur, num 30.

Vxor, quæ quartam habet ex Auth. præterea C. und. uir, & ux transmittit totam hæreditatem, ſi omnes agnati, & cognati poſtea deficiant. cap. 7. qu. 62. num 49 Declara, vt num 50.

Vxores appellantur dominæ non ſolum a maritis, ſed etiam a legibus cap 7 qu 16 num. 433.

Vxori, ſi relictus ſit vſusfructus omnium bonorum, quando cenſeatur ad alimenta reſtrictus remiſſiue. cap. 5. qu 10. nu 41.

Vxori in vſufructu inſtituta accreſcit tota hæreditas deficiente vniuerſali, etiamſi ſtatuto caueatur, ne quicquam ei, præter vſumfructum relinqui poſſit. cap 7. qu. 10. num 21.

Vxori ſi fuerit relictus vſusfructus, & poſt eius mortem inſtituta ſit Eccleſia, vel monaſterium, aut hoſpitale, non eſt dubitandum de validitate relicti, & cur. cap. 7. qu. 16. num. 177.

Vxori in vſufructu inſtituta, quæ illum agnouit, cenſetur tota hæreditas iam vſq; ab initio accreuiſſe, ſi deficiat hæres vniuerſalis. cap. 7. quæſt. 16. num. 204.

Vxori, ſi relictus ſit vſusfructus titulo legati, non poteſt quæri, an ei tota hæreditas accreſcat. cap. 7. q. 16. num. 291.

Vxori, ſi ſit relictus vſusfructus omnium bonorum, & poſt eius mortem alius inſtitutus ſit hæres vniuerſalis, cui datus ſit cohæres in re certa purè inſtitutus, tota hæreditas accreſcit hæredi particulari cum oneri fideicommiſſi. cap. 7. qu. 16. n 457. Sed contra, num. 458. & cur, num. 460. & ſeqq.

Vxori, ſi relictus ſit vſusfructus, vel quid aliud, donec vixerit, & vitam vidualẽ ſeruauerit, & poſt eius mortem vocatus ſit alius, ſi vxor tranſierit ad ſecunda vota, ſtatim admittitur alius. cap. 7. qu. 18. num. 69.

F I N I S.

D. IOAN-

Digitized by Google

D. IOANNIS ANTONII BELLONI

IVRISCONSVLTI TAVRINENSIS,
Et Pedemontani Senatus Præſidis Primarij.

De Iure Accreſcendi Tractatus.

Erdifficilem, & per obſcuram, ſed elegantem iutis accreſcendi materiam interpretaturus vniuerſam diſputationem, in decem capita diſtribuam: Quęram enim, Quid ſit ius accreſcendi. & Quo iure, & Qua ratione fuerit introductum, Quotuplex ſit, Inter quos, & In quibus cauſis, & Quando, & Quomodo locum habeat, Qui ſint eius effectus, & Quibus ex cauſis ceſſet.

SVMMARIVM.

1 *Definitionis quaſtio duplex nominis, & rei.*
2 *Quæſtio nominis debet praecedere quaſtionem rei.*

Quid ſit ius accreſcendi.

Caput Primum.

1 T, vt à primo capite ducam initium, quia definitionis duplex ſolet eſſe quęſtio, nominis, & rei, † *l. 1. in princ. ff. de iuſt. & iur. l. 1. in princ. ff. de pact. & vtrobique docet Cuiac. & ſcribunt Polid. Rip. de noct. temp. cap. 1. nu. 2. Galgan. de cond. & demonſt. cap. 1. num. 1. Cenc. de cenſib. part. 1. cap. 1. quęſt. 3. artic. 1. nn. 1.* & quæſtio nominis primum in omni tracta-
2 tione locum ſibi vendicare debet, † *d. l. 1. in princ. verſ. prius, & ibi Cuiac. ff. de iuſt. & iur. & ſcribunt Theoph. in princ. tit. inſt. de teſta ord. Aem. Ferr. ad rub. C. de pact. num. 1. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 1. tit. 1. nu. 1. Petr. Ricciar. in rub. Inſt. de bon. poſſ. nu. 4.* ideo de nomine prius, diſputabo.

SVMMARIVM.

1 *Accreſcere quot modis quid dicatur.*
2 *Accreſcere eſt accedere, & adiungi.*
3 *Accreſcere dicuntur etiam ea, quæ facto hominis accedunt.*
4 *Accreſcere ſpecialiter ea tantum dicuntur, quæ ſine hominis facto, & per ſe, taciteque accedunt.*
5 *Accretionum quot ſint genera.*
6 *Accretio naturalis, quæ?*
7 *Alluuio dicitur accreſcere, & cur?*
8 *Accretio ciuilis, quæ?*
9 *Iuris accreſcendi mentio, vbi fiat.*
10 *Accretio ciuilis, qualiter differat à naturali, & num. ſeqq.*
11 *Augmentum naturale, vel eſt patens, vel latens.*
12 *Augmentum quod fit per ius accreſcendi, eſt patens.*
13 *Alluuionis accretio eſt rei ad rem.*
14 *Alluuio ſequitur rem, & ad eos pertinet, qui rem habent.*
15 *Accretio ciuilis tripliciter fieri poteſt.*
16 *Filia, vel nepos præteritus olim accreſcebat hæredibus inſtitutis.*
17 *Perſona perſonæ accreſcebat, cum filiæ præteritæ dabatur ius accreſcendi.*
18 *Filia, vel nepos præteritus ita dicit hodie teſtamentum nullum, vt filius.*
19 *Perſona perſonæ accreſcit in ſpecie l. 3. C. de inoff. teſtament.*
20 *Res quot modis dicatur rei accreſcere.*
21 *Portio accreſcit portioni in hæreditatibus, legatis, & fideicommiſſis.*
22 *Pars, de qua tractatur in materia iuris accreſcendi, qualiter intelligatur.*
23 *Portio vſusfructus non portioni, ſed perſonæ accreſcit.*
24 *Ius accreſcendi eſt ſimile alluuioni, Declara, vt num. 25. & 27.*

26 *Ius accreſcendi non eſt ſimile alluuioni in vſufru-
ctu.*
28 *Iuris accreſcendi in materia de quo genere accre-
tionis tractetur.*
29 *Ius accreſcendi differt ab ipſa accretione.*

Quot modis dicatur ius accreſcendi.

Quæſtio Prima.

ACcreſcere autem, ſi vim verbi
1 quærimus, duplicem † in iure no-
ſtro habet acceptionem, vnam
generalem, ſpecialem alteram.
Generaliter enim omnes omni-
no complectitur acceſſiones, ſcilicet, quia ac-
creſcere nihil aliud eſt, quam accedere, & ad-
2 iungi † *l. interdum. 13. §. 1. ff. de hared. inſt. l. qui
patri. 59. in prin. ff. de acq. hær. l. vn. §. vbi autem
legatarij, verſ. cum verò C. de cad. toll. l. inſula. 56.
in prin. ff. de acq. rer. domin. & ſcribunt Cagn. in
rubr. C. quand. non pet. part. num. 7. Duar. lib. 1.
de Iur. accr. cap. 1. Ant. Gou. de Iur. accr. num. 1.
Donell. lib. 7. comm. iur. ciu. cap. 12. Hoto. in com.
verb. iuris, in verb. accreſcere. Gratia. cap. 627.
diſcep. for. num. 30.* Quamobrem etiam ea, quæ
facto hominis accedunt, dicuntur accreſcere
3 † *in l. eum pater. 60. §. vlt. ff. ad l. Falcid. l. codicil-
lis. 34. in prin. ff. de vſufr. leg. l. 2. C. de frum. vrb.
Conſtant. lib. 11. l. vn. C. de claſſ. cod. lib. §. neq; illo,
verſ. non enim. Auth. de trient. & ſem. coll. 3.*
Vnde Salluſt. in Cicer. *Redde rationem*, inquit,
*quantum patrimonij acceperis, quid tibi litibus
accreuerit.*

Specialiter verò conſtringitur eius appella
tio ad eas tantum acceſſiones, quæ ſine ho-
4 minis facto, & per ſe, taciteq; fiunt, † *vt de-
clarant Purp. in rub. C. quand. non pet. part. nu.
17. verſ. 5. Claud. Tut. in l. vn. nu. 10. C. eod. Ant.
Gou. de Iur. accr. num. 1.* quarum duo conſtat
5 eſſe genera: quædam enim † naturales ſunt,
quædam verò ciuiles; Naturalis accretio eſt,
6 quæ fit iure gentium, † *vt declarat Cuiac. ad l.
ſi Titio. 39. §. 1. ff. de vſufr. in 17. lib. quæſt. Papin.*
vt, cum inſula nata fundo accreſcit *l. ergo. 30.
in prin. ff. de acque. rer. dom. Duar. d. lib. 1. de Iur.
accr. cap. 1. Hoto. in comm. verb. iur. in d. verb. ac-
creſcere*, vel, cum per alluuionem aliquid fun-
do adijcitur: nam, quia tale incrementum eſt
tacitum, nullum requirens factum hominis,
ſed per ſe veniens, ideo dicitur accreſcere
7 † *d. l. inſula. 56. in prin. ff. de acq. rer. dom. l. Iulia-
nus. 14. §. ſi Titius ff. de actio. empt. l. 1. C. de allu-
uio. gl. in l. 1. in verb. emphyteuticarius C. de iur.
emph. Ant. Gou. de Iur. accr. d. num. 1. & Cuiac.
ad l. vn. §. vbi autem legatarij Cod. de cad. tollend.*
8 Ciuilis verò accretio eſt, quæ fit † poteſtate iu-
ris *l. interdum. 13. §. 1. ff. de hær. inſt.* ſeu, per ius
accreſcendi, *vt declarat Cuiac. ad d. l. ſi Titio.
§. 1. in 17. lib. quæſt. Papin.* de quo ſpecialiter fit
9 mentio † *in l. item, quod Sabinus 17. §. 1. ff. de
hæred. inſt. l. qui patris. 59. ff. de acquirend. hæred.
l. 3. §. vltim. ff. de bon. poſſ. l. maximum vitium 4.
Cod. de lib. præt. §. ſed non ita Inſt. de exhib. lib.
§. vltim. Inſt. de donat. l. ſcimus. 36. §. repletionem
Cod. de inoff. teſtam.* Nam, quia, & ipſa, fit ta-
citè *l. qui ex duabus. 53. §. vlt. ff. de acquir. hær. §.
videamus, Inſt. de hæred. inſt.* & ſine facto con-
iuncti *l. 2. § ſi duo ff. de bon. poſſ. ſec. tab. l. ſed, cum
patrono. 6. in prin. ff. de bon. poſſ.* ac ipſo iure *l.
vnic. §. his ita definitis. Cod. de cad. toll. dict. l. 2.
§. ſi duo ff. de bon. poſſeſſ. ſecund. tab.* ideo dici-
tur accreſcere *l. ſi ſeparatim. 30. ff. de condit. &
dem. d. l. vn. §. his ita definitis, & §. vbi autem le-
gatarij C. de cad. toll. tit. C. quand. non pet. part.
pet. accr. & alibi paſſim.*

Differunt autem hæc accretionum genera
10 inter ſe, † Primo, quia naturalis, vel eſt patẽs,
vel latens: Patens enim eſt accretio inſulæ,
quia fit vnico inſtanti, & ſtatim apparet, ocu-
loq; ſecernitur. Latens verò eſt accretio al-
luuionis, quia ita paulatim fit, vt hominis ſen
ſu diſcerni non poſſit: Vix enim eſt, vt intelli-
gere poſſimus, quantum quoquo temporis
momento fundo adijciatur *l. adeo. 7. §. præte-
rea ff. de acq. rer. dom. §. præterea Inſt. de rer. diuiſ.*
11 *Nat. conſil. 286. num. 4.* De quo diſcrimine † *con-
ſtat ex l. item, ſi fundi 10. §. huic ff. de vſufruct. &
Brun. de augm. concl. 2. num. 2. verſ. Item quod-
dam, & concl. 18. num. 2. & ſentiunt gl. in d. l. 1. in
verb. Emphyteuticarius, & ibi Bart. num. 10. Iaſ.
num. 79. C. de Iur. emph. Men. conſ. 26. num. 15.*
At ciuilis accretio non, niſi patens continet
incrementum, quia per ius accreſcẽdi ſemel,
& vno ictu, ſeu momento, non per ſucceſſiua
12 tempora fit acceſſio, † *vt declarat Cagn. in d.
rub. C. quand. non pet part. nu. 42.*

Secundo differunt, quia naturalis non eſt,
niſi rei ad rem: Nam, ſiue inſulæ, ſiue allu-
uionis recipiat fundus incrementum, ſemper
13 verum eſt, rem rei accedere † *l. ſi ego. 13. §. Idem
ait ædibus ff. de Publicia. l. adeo. 7. §. 1. l. ergo. 30.
in prin. ff. de acq. rer. dom. §. præterea Inſt. de rer.
diuiſ.* Quamobrem dicimus, alluuionem rem
ſequi, & ad eos tantum pertinere, qui rem ha-
14 bent † *l. quod in rerum. 24. §. ſi quis poſt ff. de leg.
prim. l. id quod 7. ff. de per. & comm. rei vend. l. legi.
26. §. fin. ff. de excep. rei iud. §. cum autem, verſ.
ſed, & ſi poſt Inſt. de empt. & vend.* At ciuilis, vel
eſt perſonæ ad perſonam, vel rei ad rem, vel
15 rei ad perſonam. † Perſonæ ad perſonam ac-
cretio eſt, cum præteritus accreſcit inſtituto,
cuius rei duo poſſunt exempla afferri, vnum
inſpecto iure vetere, alterum verò inſpecto
eo quo vtimur: Nam iure vetere filia, vel ne-
pos, vel alius per virilem ſexum deſcendens
in poteſtate morientis conſtitutus, ſi fuerat
præteritus, non dicebat teſtamẽtum nullum,
ſed accreſcebat hæredibus inſtitutis in certã
portionem, id eſt, ſuis in virilem, extraneis
verò in dimidiam firmo manente teſtamẽto
16 † *l. maximum vitium 4. C. de lib. præt. §. ſed non
ita Inſt. de exh. liber. Vlp. tit. 22. Inſt. §. ex ſuis, Ca-
ius lib. 2. Inſt. tit. 3. Paul lib. 3. ſent. tit. 4. § filio, &
ibi, Cuiac. Papian. lib. ſing. reſpon. tit. 45. de teſtam.
§. teſtamentis. Nouell. Leonis, & Maioriani tit. de
ſanctimon. & viduis, poſt Cod. Theodoſ. & docent
Theoph. in d. §. ſed non ita, & ibi Vigl. n. 6. Baldui.
n. 16. Mynſ. n. 14. Hoto. Enunt. 3. Vueſ. n. 8. Cora.
in l. Gallus. 29. § etiamſi num. 2. ff. de lib. & poſth.
Cuiac. lib. 8. obſ. cap. 18. Hoto. lib. 8. obſ. cap. 5. &
Ill. quæſt. 44.* dicebaturq; eo modo habere ius
accreſcendi *d. l. maximum vitium, 4. d. § ſed nõ
ita*, non quidem rei ad rem, ſed perſonæ ad
perſonam, ſcilicet, quia præteritus accreſce-
17 bat inſtituto, & ſic perſona perſonę, † *vt decla-
rant Vigl. in d. § ſed nõ ita, n. 6. & ibi Mynſ. n. 14.*

Sed

Digitized by Google

Sed hoc ius fuit poſtea Iuſtiniani conſtitutione mutatum; quippe, qua cautum eſt, vt huiuſmodi perſonæ, ſi fuerint præteritæ, eodem modo teſtamentum impugnent, quo filius, & per conſequentias non accreſcant amplius inſtitutis, ſed teſtamentum, vel dicant nullum, vel per contra tabulas bonorum poſ-
18 ſeſſionem inſtituent † *dict. l. maximum vitium, & §. ſed hac quidem, Inſt. de exh. lib.* Alterum verò huius accretionis exemplũ non antiquatũ eſt in ſpecie *l. 3. C. de inoff. teſtam.* Nam, ſi mater duobus filijs hæredibus inſtitutis in tertij puerperio deceſſerit, huic portio virilis perinde datur, ac, ſi omnes ſimul eſſent hæredes inſtituti firmo manente teſtamento. Idq; fit per ius accreſcendi, quod eſt perſonæ ad
19 perſonam, † *vt declarat Cuiac. in poſter. not. ad dict. §. ſed non ita, Inſtit. de exh. lib.* Rei verò ad
20 rem dupliciter fit accretio: † Aut enim rei totum accreſcit, aut pars, totum, vt, cum dicimus proprietati accreſcere vſumfructum, qui cum ea conſolidatur, *vt in l. ſcimus. 36. §. repletionem C. de inoff. teſt. prout intelligunt gl. ibi in verb. accreſcendi, & Bald. num. 7. Ang. in l. in quartam. 90. num. 3. verſ. ego intelligo ff. ad l. Fal. Alex. conſ. 179. num. 4. volum. 5. Fabia. in Auth. nouiſſima num. 110. C. de inoff. teſt.* vel, cum dicimus hæredibus inſtitutis accreſcere legata, aut fideicommiſſa, quæ deficiunt *l. hac conſultiſſima 21. §. ex imperfecto, vbi Iaſ. num. 9. C. de teſta. Alciat. lib. 4. Parad. cap. 9. num. 2.* Et ſimili modo, cum dicimus, hæredi in re certa inſtituto accreſcere totam hæreditatem, *vti videre eſt apud eos, quos referemus in 7. cap. q. 7. num. 5.* vel hæredi inſtituto ad tempus hæreditatem poſt tempus accreſcere, *apud eos, quos referemus in eodem 7. cap. q. 18. num. 3. & ſeqq.* In his enim omnibus caſibus, & alijs ſimilibus, non pars, ſed totum accreſcit rei. Pars verò, & ipſa dupliciter poteſt accreſcere: vel enim accreſcit toti, ſeu parti alterius rei, vel accreſcit parti eiuſdem rei. Prioris generis exempla ſunt, cũ pars vſusfructus accreſcit proprietati, *vt in l. ideoq; 3. & leg. idem 7. ff. de vſufruct. accr.* aut parti proprietatis, *vt in l. idem Neratius. 4. in princ. ff. eod.* vel, cum pars legati, aut fideicommiſſi accreſcit hæredi ex aſſe, aut ex parte inſtituto, *ſecundum ea, quæ de toto diximus.* Poſterioris verò generis exempla ſunt in omnibus ſpeciebus, in quibus portio hæreditatis, aut legati, vel fideicommiſſi vacans accreſcit
21 portioni, † *vt in l. ſi Titio. 39. §. 1. ff. de vſufr. l. ſi totam. 82. ff. de acquir. hæred. l. cum ex filio. 39. §. vlt. ff. de vulg.* Nam in iſs tractatur ſemper de
22 partibus eiuſdem rei † *l. ſi mihi, & tibi 12. in princip. l. qui quartam 15. §. fin. l. planè. 34. §. ſi coniunctim, verſ. ſed ſi in pupillari, ff. de leg. prim. l. ſi duobus 41. l. ſi mihi, & Titio. 57. in princip. & l. ſi mihi purè 61. ff. leg. 2. l. re coniuncti. 87. ff. de leg. 3. §. ſi eadem Inſt. de legat. Vlp. tit. 24. Inſt. §. ſi duobus,* quæ ſcilicet vnitæ & iunctæ ſimul conſtituunt vnum totum, puta vnam hæreditatem, vnum fundum, vel vſumfructum. Rei demum ad perſonam accretio eſt, quæ conſideratur in vſufructu: Nam eius portio, non
23 portioni, ſed perſonæ accreſcit † *dict. l. ſi Titio. 39. §. 1. ff. de vſufruct. l. interdum. 11. ff. de vſufr. accr. leg. & an eadem. 14. §. qui, cum partem ff. de except. rei iudicat.* Quamobrem accreſcit etiam ei, qui rem non habet, *vt dicemus in 7. capit. quæſt. 70. numer. 12.*

Tertio deniq; differunt naturalis, & ciuilis accretio, quia naturalis, non ſolum operatur, quoad dominium, ſed etiam, quoad poſſeſſionem: Nam, qui fundum poſſidet, cenſetur etiam id poſſidere, quod per alluuionem accreuit, *vt oſtendemus in 8. cap. quæſt. 1. num. 45.* At ciuilis, non, niſi, quoad dominium operatur. Itaq; non ſufficit, quem poſſidere partem principalem, vt cenſeatur etiam poſſidere partem accreſcentẽ, niſi eam realiter apprehendat, *vt ibidem oſtendemus num. 41.* Cuius diuerſitatis ratio eſt, quia poſſeſſio vt naturalis, & iuris gentium, naturalibus quidem modis acquiri, & acquiſita ampliari poteſt, ciuilibus verò modis nõ poteſt, *ſed hac de re latius ibi dicemus.*

Hinc intelligimus, quod vulgò dici ſolet, ius accreſcendi eſſe ſimile alluuioni, ſeu partem
24 accreſcere ad inſtar alluuionis † *dict. leg. ſi Titio 39. §. 1. ff. de vſufruct. & tradunt Angel in leg. qui repudiantis. 17. numer. 2. ff. de inoff. & in l. qui patris 59. num. 1. & ibi Imol. num. 1. ff. de acquirend. hæred. Claud. Tut. in dict. leg. vnic. num. 10. & 38. & ibi Alciat. num. 21. Cod. quand. non pet. part. Pariſ. conſil. 37. num. 11. volum. 3. Polit. in dict. l. g. re coniuncti, numer. 56. Conna. lib. 4. comm. iur. ciuil. cap. 6. num. 2.* [illegible] *lib. 2. Illuſt. controu. cap. 52. num. 18.* [illegible] *19. nu. 6. Ant. Gou. de Iur. accr. nu. 1. Cuiac. in dict. l. vnic. §. vbi autem legatarij Cod. de caduc. toll. in l. huiuſmodi. 86 §. ſi Titio ff. de leg. prim. in 33. lib. Salu. Iul. ad edict. & in poſteri. not. ad §. vltim. Inſt. de Offic. num. 8. & lib. 12. obſer. cap. 13. & in l. 2. ff. de vſufruct. accr. tract. 5. ad Aphric. Hoto. in Epit. tit. ff. de vſufruct. accr. nu. 15. & Illuſt. quæſt. 44. Donell. lib. 7. comm. cap. 12. & lib. 8. cap. 21. & lib. 10. cap. 23. Andr. Fach. lib. 10. controu. iur. cap. 69.* non eſſe intelligendum de omni
25 ſpecie accretionis, ſed tantum de ea, † quę eſt rei ad rem: Nam accretio vſusfructus non eſt ſimilis alluuioni, quia non fit rei,
26 ſed perſonæ, † *vt rectè declarat Pariſ. dict. conſ. 37. nu. 11. volum. 3.* Quod non obſcurè ſignificat Papinianus *in d. l. ſi Titio. 39. in fin. ff. de vſufruct.* dum, *portio fundi,* inquit, *velut alluuio portioni, perſonæ vſusfructus accreſceret:* Nam, quia illa verba, *velut alluuio,* non determinant vtramque ſpeciem, ſed tantum priorem, ideo intelligimus, ſimilitudinem alluuionis non conſiderari, niſi in ſpecie, qua portio fundi portioni accreſcit. Quinimo etiam in hac ſpecie comparatio non
27 eſt generalis, ſed reſtringitur † ad id tantum quod ibi dicitur, vt ſcilicet, quemadmodum alluuio accreſcit fundo, & iſs eius ſequitur *d. l. ſi ego. 13. §. Idem ait, ædibus ff. de Publicia.* Ita etiam fundi portio portioni accreſcat, eiuſq; naturam ſequatur. At in alijs multum alluuio à ciuili accretione diſtat, ſcilicet, quia alluuio continet latens incrementum, ciuilis verò accretio patens, *vt diximus in prima differentia.* Deniq; alluuio operatur etiam, quoad poſſeſſionem, accretio verò ciuilis non niſi quoad dominium, *vt diximus in tertia differentia.*

Non ſumus autem in hoc loco de naturali
28 accretione tractaturi, ſed tantum † de ciuili, nec omni quidem, ſed ea tãtum, per quã pars accreſcit parti eiuſdem rei, vel perſonę, cui

Digitized by Google

pars ſimilis fuerat relicta: In his enim tantum terminis conſideratur ius accreſcendi, de quo loquimur. Qua ratione fit, vt tam frequens ſit in hac materia partium mentio, *ſicute videre eſt in dict. leg. ſi Titio. 39. §. 1. ff. de vſufruct. leg. interdum. 11. ff. de vſufruct. accr. l. Moenio. 42. in princip. ff. de leg. 2. l. hac ſcriptura 26. §. vltim. & l. ſi ſeparatim 30. ff. de condit. & dem. l. vn. § his ita definitis, & §. vbi autem legatarij. C. de cad. tollen. tit. Cod. quand. non pet. part. pet. accr.*

Hinc ſequitur, genus illud accretionis, quod eſt perſonæ ad perſonam, non pertinere ad hunc tractatum, *vt ſcribunt Vigl. in dict. §. ſed non ita, num. 6. & ibi Mynſ. nu. 14. Inſtit. de exhær. lib. Duar. de Iur. accr. lib. 1. c. 1.* Minus id, quod eſt rei ad rem, ſi per id totum toti, aut pars toti, vel etiam parti alterius rei accreſcat. Itaque, cum vſusfructus, vel eius pars cum proprietate conſolidatur, minus propriè dicitur id fieri per ius accreſcendi *in dict. leg. ſcimus. 36. §. repletionem Cod. de inoff. teſtam.* ſi eius appellatio ad huiuſmodi conſolidationem ibi refertur, *vt referendam putarunt ij, quos retulimus ſupra num. 20. verſicul. totum.* Et ſimili ratione legata, & fideicommiſſa, ſeu partes eorum, quæ deficiunt, & in hæreditate remanent, impropriè dicuntur hæredibus accreſcere *in dict. leg. hac conſultiſſima 21. §. ex imperfecto C. de teſtam. vt in ſpecie declarat Gratia. cap. 605. diſcept. forenſ. numer. 23. & nos oſtendemus in 5. cap. quæſt. 43. num. 33.* vt etiam impropriè dicimus, totam hæreditatem accreſcere inſtituto in re certa, qui dempta mentione rei fit hæres vniuerſalis: Non enim fit hoc per ius accreſcendi, ſed per ius conuerſionis, ſcilicet, quia particularis inſtitutio dempta mentione rei conuertitur in vniuerſalem, *vt oſtendemus in 7. cap. quæſt. 7. num.* 8. Deniq; etiam impropriè dicimus, hæreditatem ei poſt tempus accreſcere, qui ad tempus inſtitutus eſt, quia, & hic dempta mentione temporis inſtitutio ex die, vel ad diem facta in puram, & ſimplicem conuertitur, *vt oſtendemus in eodem cap. 7. quæſt. 17. &* 18. Partis igitur eſt, non totius accretio, & partis quidem ſimilis, non diuerſæ: Differtque à iure accreſ-
29 cendi, tamquam † effectus à ſua cauſa: Nam ius accreſcendi eſt poteſtas, ſeu diſpoſitio iuris, quæ talem accretionem operatur. Itaque dicimus, rem accedere poteſtate iuris *dict. leg. interdum 13. §. 1. ff. de hæred. inſtit.* Ex quo intelligimus, Ius accreſcendi propriè loquentibus nihil aliud ſignificare, quam poteſtatem iuris, per quam pars vacans alteri parti, vel perſonæ, cui pars altera fuerat relicta ipſo iure accreſcit. Et hæc de nomine.

S V M M A R I V M.

1 *Ius accreſcendi variè definitur, remiſſiuè.*
2 *Iuris accreſcendi vera definitio traditur, & defenditur, num. 3. & 4.*

Quæ ſit iuris accreſcendi definitio.

Quæſtio Secunda.

REI autem definitiones varias quidem noſtri ſolent afferre, † *vti vi-* 1
dere eſt apud Cagn. in rub. C. quãd. non pet. part. num. 6. Claud. Tut. in l. vn. nu. 38. Cod. eod. Rip. in d. leg. re coniuncti, numer. 7. Mantic. de coniect. vlt. volu. lib. 10. titul. 3. num. 14. Mynſ. in §. vltim. num. 2. Inſt. de donat. Cuiac. in l. 2. §. hæc autem ff. quib. mod. vſusfruct. amitt. in 17. lib. quæſt. Papin. & in leg. vnic. §. his ita definitis Cod. de cad. tollend. Didac. Spin. in ſuo ſpecul. teſtam. gloſſ. 9. num. 7. Sed ex ijs nulla eſt probabilior ea, quam *Cuiac. in leg. 2. ff. de vſufruct. accr. tractat. 5. ad Afr. & ad eund. titul. in paratit. & poſt eum Hoto in Epit. eiuſd. tit. num. 2. & 14. alijque*
2 plerique his tradiderunt verbis. † Ius accreſcendi eſt ius adipiſcendæ, vel retinendæ partis coniuncti, qui non concurrit, vel, qui deſijt concurrere: Nam per hoc ius, vel adipiſcimur coniuncti partem, vel retinemus, non datam adipiſcimur, datam verò, nulloque ſocij concurſu diminutam retinemus *leg. vnic. §. vbi autem legatarij Cod. de caducis tollen.* & adipiſcimur, retinemuſuè partem coniuncti, vel non concurrentis, vel, qui deſijt concurrere, non concurrentis in proprietate, in vſufructu verò, & hoc amplius, ſi deſinat concurrere *dict. l. 1. §. interdum ff. de vſufruct. accreſ.*

Nec eſt contrarium, quod idem per idem videatur definiri contra notiſſimas definiendi regulas, *vti videre eſt apud Cagnol. in leg. imperium 3. num. 301 ff. de Iuriſd. & Bulgarin. in rub. ff ſolut. matrim. num. 22.* Qua ratione moti ſimileſ aliorum definitiones improbarunt *Cagnol. in dict. rub. C. quand. non pet. part. num. 5. verſic. Inuenio, & Claud. Tut. in d. l. vnic. num.*
3 38. *C. eod.* quia, quoties † id, quod definitur, generis quoque ſui nomen habet, non ipſum genus definiri debet, ſed id, quod ſpeciem ab alijs facit ſeparatam, atq; diſtinctam, vt, verbi gratia, ſi quis partem incertam definire velit, quoniam ea generis quoq; ſui, nempe partis nomen habet, non ipſam partem definire debebit, ſed id tantum, quod incertam à certa parte diſtinguit. Itaq; definiet, eſſe partem, quæ iuris intellectu per totam rem diffunditur, nec dicetur, idem per idem definire. Simili igitur ratione, quia ius accreſcendi ſui generis, quod eſt ius, nomen habet, nõ ipſum ius eſt definiendum, ſed id tantum, quod ſeparat, atque diſtinguit ius accreſcendi à coeteris ſpeciebus, quæ nomen idem habent, puta à iure offerendi, à iure patronatus, &
4 id genus alijs. Quamobrem † & Theophilus *in dict. §. ſed non ita Inſt. de exhær. lib.* ius accreſcendi, de quo loquitur, definit eſſe ius partis auferendæ. Et ſimili modo *Rip. in dict. leg. re coniuncti, num. 7. Mantic. dict. lib. 10. titul. 3. num. 14. Didac. Spin. dict. gloſſ. 9. num. 7. &* alij paſſim ius accreſcendi definiunt, eſſe ius Et hæc de primo capite.

S V M M A R I V M.

1 *Ius accreſcendi fuit introductum iure ciuili.*
2 *Portio iure ciuili accreſcit.*
3 *Ius accreſcendi eſt introductum lege.*
4 *Ius accreſcendi prouenit ex diſpoſitione legis.*
5 *Ius accreſcendi eſt ex lege.*
6 *Ius accreſcendi per legem habetur.*
7 *Ius accreſcendi eſt legis factum.*
8 *Ius accreſcendi eſt prouiſio legis.*
9 *Coniunctus vtitur lege, & ex lege venit.*

Quo iure ſit introductum ius accreſcendi.

Caput Secundum.

NVnc tranſeamus ad ſecundum, &
videamus, Quo iure ſit introdu-
ctum ius accreſcendi. Et genera-
liter quidem loquendo conſtat, id
1 eſſe introductũ iure ciuili † *vt ſcribunt Claud.*
Tut. in leg. vnic. num. 6. Cod quand. non pet. par.
Coraſ. in leg. in ratione, 11. §. quod vulgo, in
princip. numer. 6. ff. ad leg. Falcid. Cuiac. ad leg. ſi
Titio. 39. §. 1. ff. de vſufruct. in 17. lib. quæſt. Pap.
Quamobrem dicimus, iure ciuili partem ac-
2 creſcere † *leg ſi quis ita hæres inſtitutus fuerit.*
74 ff. de hæred. inſtitu. Vlp. titul. 24. Inſtitut. §. ſi
duobus, & ſcribit Cuiac. in leg. vnic. §. vbi au-
tem legatarij, Cod. de caduc. toll. & ciuilem eſ-
ſe acceſſionem, quæ fit per ius accreſcendi,
vt oſtendimus in prin. cap quæſt. 1. numer. 8.
Quam in rem facit, quod vulgò dici ſolet;
3 ius accreſcendi eſſe introductum lege † *vti*
videre eſt apud Angel in leg. ſi in teſtamento. 5.
verſicul. in text. ibi ff. de vulgar. Ruin conſil. 131.
num. 7. & 8. volum. 3. Alciat. conſil. 58. num. 12.
lib. 8. Purpur. in rub. Cod. quand. non pet. part.
num. 17. verſ. 3. Trentac. de ſubſtit. part. 1. cap.
15. num. 2. Nicol. Bello. in §. ſi quis ita, numer. 5.
Inſtit. de verbor. obligat. Decian. conſil. 61. num.
41. volum. 2. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.
4. titul. 11. num. 2. Menoch. conſil. 207. num. 60.
& conſil. 596 num. 13. & 14. & de præſumpt. lib.
1. quæſt. 46. num. 1. Surd deciſ. 152 num. 16. in
fi. In hanc rem adducentes dict. leg. ſi in teſtamen-
to. 5. ff. de vulg. leg. interdum. 13. §. 1. ff. de hæred.
inſtit. leg. Celſus. 29 §. final. ff. de leg. 2. & leg. ſi is,
qui duos. 30. ff. de liber. leg. ſiue, ex legis pro-
4 uiſione, & diſpoſitione prouenire, † *vt apud*
Bartol. in l. ſi ſolus. 79. circa fin. & ibi Imol. num.
1. verſ. in ea gloſſ. ff. de acquir. hæred. Bartol.
in leg. vltim. ante num. 1. verſic. ſol. ibi, & num.
2. ff. de acquir. hæredit. & in leg. quidam elogio.
20. num. 1. verſicul. Item opp. Cod. de iur. del. Ca-
ſtrenſ. in dict. leg. ſi in teſtamento. 5. num. 2. & ibi
Alex. num. 4. ff. de vulg. Beſut. in dict. l. re coniun-
cti, num. 7. verſic. nam cauſa, & ibi Iaſ. num. 155.
Crott. num. 148. Rip. num. 201. Dec. in rub. Cod.
quand. non pet. part. in pri. lect. num. 3. & in
2. num. 4 & in 3. num. 24. & ibi Purpur. num. 9.
Claud. Tut. num. 21. Gul. Ben. in dict. cap. Ray-
nutius, in verb. ſi abſq; liberis 2. tit. de vulg. num.
74 verſ. 3. Bertr. in leg. hac edictali 6. in verſicul.
Ita tamen, num. 5. Cod. de ſecund. nup. Ceph. conſ.
59. num. 18. & conſil. 716. num. 20. Trentac. in q.
de ſubſtit. d. part. 1. cap. 15. num. 1. & 5. Mantic.
de coniect. vlt. vol. lib. 4. tit. 11. num. 11. Gomez.
tom. 1. var. reſol. cap. 3. nu. 26. in princip. & verſ.
ſed aduertendum, & cap. 10. num. 36. verſic. con-
firmatur. Vaco. a Vacu. lib. 4. decl. iuris, declar. 54.
num. 1. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt.
14. numer. 3. & 4. Burſat. conſil. 262. numer. 34.
Peralt. in l. & Proculo 20. numer. 2. ff. de leg. 2.
& tradunt etiam ij, quos referemus in hoc
cap. quæſt. 2. numer. 22. & 24. Et eodem ſenſu,
5 eſſe ex lege † *vt per Bald. in dict. l. quidam elo-*
gio. 20. num. 3. Cod. de Iur. delib. Caſtren. in d. leg.
ſi Titio 63. §. Iulianus, num. 2. ff. de leg. 2. Anto.
Fab. lib 4. coniectur. cap. 13. per legem haberi,
6 † *ſecundum interpretationem glo. in dict. l. ſi in*
teſtamento. 5. in verb. legem, & ibi Bald verſicul.
in text. ibi per legem ff. de vulg. Io. Gut. in dict. leg.
vn num. 52. Cod. quand. non pet. part. legis eſſe
7 factum, † *apud. Alb. conſil. 310. num. 21.* proui-
8 ſionem † *ſecundum Alexand conſil. 109. num.*
1. volu. 2. Polit. in dict. leg. re coniuncti, num. 81.
Trentac. de ſubſt. dict. par. 1. cap. 15. nu. 1. Et ſen-
ſiſſe videtur Bald. in l. 1. num. 4. C de cond. inſert.
& diſpoſitionem. *ſecundum Ruſtic. in leg. cum*
auus. 101. lib. 1. cap. 5. num. 2. legalem eſſe ſub-
ſtitutionem, *vt dicemus in hoc cap. quæſt. 2 num.*
9 *82.* Deniq. coniunctum vti lege, † *vt per Ant.*
Gou. de iur. accr. nu. 21. & acquiſitionem, quę
fit per ius accreſcendi, fieri per legem, *vt apud*
Bartol in leg. cum quidam. 30. §. ſuum hæredem,
num. 2. & in leg. hæredi. 31. ff. de acq. hæred. & id
genus alia: Nam, ſiue dicamus fuiſſe intro-
ductum lege xij. tab. *vt viſum eſt ijs, quos refere-*
mus in hoc cap. quæſt. 1. numer. 1 ſiue (quod eſt
verius) prudentum interpretatione, *vt oſtende-*
mus ibi num. 17. & ſeqq. ſemper verum eſt, eius
originem eſſe referẽdam ad ius ciuile, quod,
tamquam genus omnes ſupradictas ſpecies
complectitur. Idq; nullam prorſus dubita-
tionem habet.

Specialiter verò, ſi quæramus, ad quid ſit
referenda iuris accreſcendi introductio, duo
ſunt, quæ magnam apud noſtros controuer-
ſiam patiuntur, vnum eſt, qua ſpecie iuris ci-
uilis fuerit hoc ius introductum, Alterum
verò, nunquid talis introductio ſit ad meram
iuris ciuilis diſpoſitionem referenda, an verò
etiam ad diſpoſitionem, voluntatem, & iudi-
cium defuncti, ita, vt hoc ius dici poſſit, non
ſolum ex diſpoſitione legis, ſed etiam ex iu-
dicio teſtatoris prouenire, De quibus contro-
uerſijs, quid iure ſit ſtatuẽdum, & qualiter illæ
ſint definiẽdę, nobis erit ſeparatim diſpiciẽdũ

S V M M A R I V M.

1 *Ius accreſcendi eſt introductum lege xij. tab. Sed contra, nu. 8. Declara, vt nu. 20.*
2 *Lex ſimpliciter pro lege xij. tab. ſumitur.*
3 *Declaratur l. iuriſgentium. 7. §. ſi paciſcar verſic. nam, & de furto ff. de pact.*
4 *Declaratur l. ſi in teſtamento. 5. ff. de vulg. & nu. 23. 25. 26. & 27.*
5 *Ius antiquum, quod nam dicatur, & num. 28 & ſeqq. vſq ad num. 38.*
6 *Portio vacans accreſcit iure antiquo, Declara, vt nu. 28. & ſeqq. vſq; ad num. 38.*
7 *Ius ciuile, quod nam dicatur, & num. 38.*
9 *Legis xij. tab. verba, quę cõfirmant teſtamentarias diſpoſitiones, referuntur.*

10 *Legis xij. tab. verba, quæ tutoris dandi tribuunt facultatem, referuntur.*

11 *Lex xij. tab. confirmat diſpoſitiones teſtamentarias.*

12 *Legis xij. tab. verba, quibus legitimæ dantur hæreditates, referuntur.*

13 *Ius accreſcendi locum habet, etiam in ijs cauſis, quæ, non ex lege xij. tab., ſed ex alio iure proficiſcuntur.*

14 *Hæreditates nouæ deſcendunt ex Senatuſconſultis, aut Principum conſtitutionibus.*

15 *Bonorum poſſeſſiones deſcendunt ex edicto Prætoris.*

16 *Fideicommiſſa temporibus Auguſti recepta ſunt.*

17 *Ius accreſcendi fuit interpretatione prudentum introductum, & num. 37.*

18 *Declaratur l. ſi ita quis hæres inſtitutus fuerit. 74. ff. de hæred. inſt.*

19 *Iuris accreſcendi quæſtionis inter prudentes agitata.*

21 *Legitima tutela dicitur etiam ea, quæ per interpretationem ex lege proficiſcitur.*

22 *Ius accreſcendi in bonorum poſſeſſionibus eſt iuris prætorij.*

24 *Ius liberorum habens caducum ex lege Papia vindicabat, & num. ſeqq.*

28 *Declaratur l. Celſus. 29. §. fin. ff. de leg. 2. & num. ſeqq. vſq; ad nu. 38.*

29 *Liberis, & parentibus lex Papia ſeruauit ius antiquum.*

30 *Declaratur l. 1. Cod. vnd. vir, & vx. & num. ſeqq.*

32 *Lex Papia decimarum, non, niſi ad teſtamentarias ſucceſſiones pertinebat.*

33 *Ius accreſcendi prouenit ex iure antiquo, Declara vt num. ſeqq.*

35 *Ius accreſcendi perſonæ ad perſonam deſcendit ex iure vetere, Declara, vt num. 36.*

Qua ſpecie iuris ciuilis fuerit introductum ius accreſcendi.

Quæſtio Prima.

ET in prima quidem queſtione putant noſtri paſſim, & communiter, ius accreſcendi fuiſſe intro-
1 ductum lege xij. tabularum, † *vti videre eſt apud gl. in l. Celſus. 29. §. fin. in verb. capit, & ibi Bart num. 1. & Bald. in fin. ff. de leg. 2. Caſtr. conſil. 52. num. 1. verſ. nã ius accreſcendi vol. 1. Dec. in rub. C. quand. non pet. part. in 2 lect. num. 3 & in 3. num 4. & ibi Cagn. num. 7. & 19. Seb. Sap. in l. vn. num. 1. & ibi Cagn. num. 1. C. eod Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 4. tit. 11. num. 2. Craſſ. in §. Ius accreſcendi q. 1. & Cuiac. in leg. vnic. §. vbi autem legatarij Cod. de cad. toll. Et eſt de mente Claud. Tui. in dict. l. vnic. num. 38. C. quand. non pet part.* Mouentur autem.

Primo *l. ſi in teſtamento. 5. ff. de vulg.* vbi Caius loquens de portione vacante, quæ cohæredi accreſcit, *Neq; intereſſe*, inquit, *iure inſtitutionis quiſq; ex maiore parte hæres factus eſſet. an, quod per legẽ alterã alicuius partem vindicaſſet*: Nam ex his verbis ita deducunt argumentum. Legem ſimpliciter cum dici-
2 mus, vtique legem xij. tab. intelligimus; † eſt, & apud Vlpianum *in l. iuriſgentium. 7. §. ſi paciſcar, verſicul Nam, & de furto ff. de pact.*
3 illa verba † *de furto paciſci lex permittit*, de lege xij. tab. ſunt accipienda, *vti conſtat ex eius fragmentis, quæ referunt Baldui. ad leg. xij. tab. cap. 60. Rauard. ad eaſd. leg. cap. 26. Ant. Cont. lib. 1. lectio. ſubſic. cap. 14. & Cuiac. lib. 10. obſ. cap. 11.* Sed portio vacans ſimpliciter di-
4 citur à cohærede vindicari per legem, † *in d. ſi in teſtamento, & in l. ſi is, qui duos. 30. ff. de lib. leg. ibi, cui hoc commodum lege competit, & eſt de mente omnium, quos retulimus in huius cap. princ. numer. 3. & ſeqq.* Ergo per legem xij tabularum.

Secundo mouentur *l. Celſus. 29. §. vlt. ff. de leg. 2.* vbi Celſus, *Si filio hæredi* inquit, *pars eius, à quo nominatim legatum eſt, accreſcit, non præſtabit legatum, quod iure antiquo capit*: Nam ex his etiam verbis ita argumentantur: Ius antiquum, vetusuè, cum dicimus, leges pariter xij. tabula. intelligimus
5 † *leg. 1. ff. de pet. hæred. leg. 1. §. ſi nemo l. 2. §. ſi mater ff. ad Tertull. leg. 3. Cod. de leg. tutor. & ſcribunt Iaſon in leg. 1. in princip. Cod. vnd. vir. & vx. Lal. Taurell. in leg. Gallus. 29. §. ſi eius ff. de liber. & poſthum.* Sed portio vacans ac-
6 creſcit iure antiquo † *dict. leg. Celſus. 29. §. fina. & ſcribit etiam Cuiac. in d. leg. vn. §. vbi autem legatarij C. de cad. toll.* Ergo lege xij. tabularum.

Tertio mouentur ijs locis, in quibus portio vacans dicitur accreſcere iure ciuili, *quos retulimus in huius cap. princip. numer. 2.* Nam, quia iuris ciuilis appellatio ſolet ad eaſdem
7 xij. tabul. leges referri † *leg. 1. in princip. ff. de tutel. §. 1. Inſtitu. eod. titul. Inſtitu. de vſucap. in princip.* ideo fit, vt, & vacantem portionem, cenſeant lege xij. tabul. accreſcere.

Sed hæc ſententia, vt eſt à vero aliena,
8 ita, & merito fuit à † *Duar. lib. 1. de Iur. acer. cap. 1. Didac. Spin. in ſuo ſpecul. teſtament. gl. 9. num. 2. & alijs* pleriſq; recentioribus improbata.

Primo, quia conſtat legem xij. tab., ſiue de teſtamentarijs diſpoſitionibus, ſiue de legitimis hæreditatibus accipiatur, nominatim plures ad ſucceſſionem non vocaſſe. Nec igitur inter eos dici poteſt ius accreſcendi nominatim introduxiſſe. Non vocaſſe autem plures patet ex eo, quia lex xij. tab. quatenus ad teſtamentarias pertinet diſpoſitiones, his fuit concepta verbis. Paterfamil. vti rei ſuæ legaſſit, ita
9 ius eſto, † *leg. verbis legis 120. ff. de verbor. ſignifi. tit. Inſtitu. de leg. Falcid. in princip. §. diſponat Auth. de nupt. coll. 4. & referunt Cic. lib. 1. Rheto. ad Her. & lib. 2. de Inuent. Alexan. ab Alexand. libr. 6. Genial. dier. cap. 10. Ant. Gub. capit. 6. quæſt. iur. num. 10. Baldui. ad leg. xij. tabul. capit. 26. Cuiac. in leg. 1. & ibi Hoto. ff. qui teſtam. fac. poſſeſ. Hoto. in leg. qui in poteſtate. 6. ff. eod.* Nam illa, Paterfamil. vti ſuper pecunia, tutelaue rei
10 ſuæ legaſſit, ita ius eſto, † verba ſunt, non, quæ teſtandi, ſed, quæ tutoris dandi facultatem tribuerunt, *vti conſtat ex leg. ſæpè 53. ff. de verbor. ſignifi. Vlp. titul. 11.*

Inſtit.

*Inſtit. & animaduertit Pardul. Prate. in ſua iu-
riſprud. veter. cap.24. ad leges 12. tab.* Quam-
obrem malè ad teſtamentarias diſpoſitiones
à *Carol. Sigo. lib. 1. de antiq. iur. ciu. Roman.
cap. 12. & 13. Hoto. lib.8. obſer. cap. 5. & lib. 9.
cap. 10. Rauard. ad leg. 12. tab. cap. 18. alijſ-
que* pleriſque referuntur. His autem verbis
nemo rectè dixerit, legem 12. tab. ius ac-
creſcendi introduxiſſe, ſcilicet, quia confir-
mat quidem teſtamentarias diſpoſitiones,
*l. lege obuenire. 130. ff. de verbor. ſignificat. l.
tutor incertus. 20. §. 1. ff. de teſtam. tut. Vlp. tit.
11. Inſtitut.* Sed, vt in ijs iuri ſit accreſcen-
di locus, ſiue ad inſtitutiones referatur, ſiue
ad legata, ſiue ad alias diſpoſitiones, quæ
verbo, legaſſit, continentur, non diſponit.
In hæreditatibus autem ab inteſtato defe-
rēdis his fuit concepta verbis; Quod, ſi in-
teſtatò moritur, nec ſuus extabit hæres,
12 agnatus proximus familiam habeto, † *l. ſi
quis poſthumos. 9. §. ſi filium. ff. de liber. &
poſthum. l. pronuntiatio.* 195. §. *familiæ. ff. de
verbor. ſignificat. & referunt Vlp. tit.* 26. *Inſtit.
Cic. lib. 1. Rhetor. ad Heren. & lib. 2. de inuent.
Alexand. ab Alexand. d. lib. 6. Genial. dier.
cap. 10. Balдui. ad leg. 12. tab. cap. 28. & Ra-
uard. ad eaſd. leg. cap. 19.* quibus, tamquam
ſingulari vſa numero, nec plures dici po-
teſt ad hæreditatem nominatim vocaſſe, nec
inter eos ius accreſcendi nominatim intro-
duxiſſe. Quod, &

Secundò confirmatur ratione: Nam, cum
ius accreſcendi locum habeat in pleriſque
cauſis, quæ non ex lege 12. tab. ſed ex alio
13 iure proficiſcuntur, † vt in hæreditatibus
nouis *l. 1. §. ſi nemo. ff. ad Tert* quæ deſcendunt
ex Senatuſconſultis, vel Principum conſti-
14 tutionibus, † *l. 1. §. capitis minutio. ff. ad Tert.
l. capitis minutione. 1. ff. de ſuis, & legit. l. tute-
las. 7. in princip. ff. de cap. min. §. ſciendum
inſtit. de Orficia.* in bonorum poſſeſſionibus.
l. 3. §. vlt. ff. de bon. poſſeſſ. quæ deſcendunt ex
15 edicto Prætoris, † *tit. inſtit. de bon. poſſeſſ. in
princ. & §. ſed eas, & §. ſeptima,* in fideicom-
miſſis. *l. vnic. §. vbi autem legatarij. C. de cad.
toll.* quæ temporibus Auguſti recepta ſunt,
16 † *tit. inſtit. de fideicom. hær. in princip. & tit. inſt.
de codic. in princ.* & alijs pleriſque cauſis, *de
quibus latè dicemus in 6. cap.* Conſequens eſt,
vt abſolutè dici nequeat à lege 12. tab. pro-
ceſſiſſe.

Quamobrem verius eſt, ius accreſcendi,
non aliqua lege, vel S. C. vel conſtitutione,
vel edicto fuiſſe introductum, ſed interpre-
17 tatione prudentum, † *vti rectè cenſuerunt
Duar. d. lib. 1. de iur. accreſc. cap. 1. Hoto. lib. 8. obſ.
cap. 5. & in Epit. tit. ff. de vſufr. accreſc. num. 16.
& conſil. 31. num. 15.* Quamobrem Licinius *in
l. ſi ita quis hæres inſtitutus fuerit 74. ff. de hæ-
red. inſt.* poſteà, quam ſcripſit, hæredem in-
ſtitutum excepto fundo, vel excepto vſufru-
ctu, nihilominus totum habiturum, ſubijcit,
Idque authoritate Galli Aquilij factum eſt, qui-
18 bus verbis oſtendit † etiam illud ius accreſcē-
di, quod eſt improprium, ex prudentis au-
thoritate, ſiue interpretatione prouenire.
Hinc non immeritò Caius *in l. ſi ſeruo. 31. ff.
19 de ſtatul.* ſcribit † inter prudentes fuiſſe iuris
accreſcendi quæſtiones agitatas. Hoc au-
tem modo intelligendo poterit etiam ad 12.

tab. huius iuris origo referri, & communis
20 interpretum ſententia ſuſtineri: † Nam, cum
legitima patronorum tutela, quæ per inter-
pretationem prudentum eſt recepta, dicatur
21 ex lege 12. tab. proficiſci, † *l. 3. in princ. ff. de
leg. tut. tit. inſtit. de leg. patro. tut. in princ.* Conſe-
quens eſt, vt etiam ex ea dici poſſit proficiſci
ius accreſcendi, quod per interpretationem
à prudentibus introductum eſt. Sanè hoc
ſolum de hæreditatibus teſtamentarijs, & ijs,
quæ iure vetere ab inteſtato deferuntur, de-
que legatis dici poterit, non etiam de cæte-
ris cauſis, quæ ab alijs iuris partibus originem
traxerunt, puta de bonorum poſſeſſionibus,
22 quæ trahunt originem à iure prætorio, † *vt
declarant Bald. in d. l. Celſus 29. in fin. ff. de leg.
2. & in d. l. vnic. num. 25. & ibi Seb. Sap. nu. 15.
Claud. Tut. num. 4. & 5. C. quand. non p. t. part.
Cagn. in rubr. C. eod. num. 19. & ibi Cuiac.* Cæ-
terum nominatim, ne in illis quidem cauſis
rectè quis dixerit, ius accreſcendi ex 12. tab.
deſcendiſſe: Caret enim hoc veterum loco-
rum authoritate, vt *Duar. d. lib. 1. de iur. accr.
c. 1. & Did. Spin. d. glo. 9. n. 2. animaduerterunt,
&* ex contrariorum reſolutione facilè appa-
rebit,

Non obſtat igitur primo. *l. ſi in teſtamento.
5. ff. de vulg.* quia reſpondeo, Caium ibi
23 † non tractare de vindicatione partis vacan-
tis, quæ fiat per ius accreſcendi, ſed de ea,
quæ fiebat olim ex lege Papia: Nam, quia
tempore legis Iuliæ, & Papiæ, quam ibi Ca-
ius interpretabatur, *vt ex eius inſcriptione
conſtat*, ſilebat ius accreſcendi, & partes va-
cantes, non ad coniunctum, ſed ad fiſcum
pertinebant, *vt latè oſtendemus in 10. cap. q. 6. n.
3. & q. 8. num. 4. & ſeqq.* ideo, quod ibi Caius
ait, partem vacantem per legem alteram à
cohærede vindicari, non poteſt intelligi de
vindicatione, quæ fit per ius accreſcendi,
ſed potius de ea, quæ fiebat beneficio eiuſ-
dem legis Papiæ, quippe, quæ præmia pa-
trum introduxerat. *cap. quædam ſecūda diſtin.*
& partem non capientis, quam regulariter
fiſcus, quaſi caducam vindicabat, ſpeciali
quodā priuilegio deferebat coniuncto, qui
24 trium liberorum ius habebat, † *vt docet Vlp.
tit. 25. inſtit.* Ad quod reſpiciens Iuuen. ſaty.
9. fingit mœchum his verbis adulteræ ma-
ritum illudentem.

*Iura parentis habes, propter me ſcriberis
hæres,*
*Legatum omne capis, nec non, & dulce ca-
ducum.*

Quibus ſignificat, maritum ipſius mœchi
beneficio trium liberorum iura conſecutum
eſſe, & hoc modo obtinuiſſe, vt poſſit hæres
ab extraneo inſtitui, & capere totum lega-
tum ſibi ab vxore relictum; Denique poſſit
caducum vindicare, cum alioquin, ſi tot li-
beros non haberet, nec ab extraneo hæres
inſtitui, neque ex teſtamento vxoris ſolidum
capere, neque ſocij deficientis partem, quaſi
caducam vindicare poſſet, *vt explicat Ant.
Gou. in d. l. ſi in teſtamento. num. 2.* Itaque illa
25 verba, *per legem alteram*, non ſunt † ad legem
12. tab. referenda, vt malè veteres putaue-
runt, ſed ad legem Papiam, quæ altera di-
citur reſpectu legis Iuliæ: Nam cohæres ius
liberorum habens alterius deficientis partē,

quam lex Iulia faciebat caducam, per legem
alteram, ideſt, per legem Papiam vindica-
26 bat †. *Et ita hunc locum eſſe intelligendum rectè Duar. d. lib. 1. de iur. accreſ. cap. 1. Ant. Gou. in d. l. ſi in teſtamento, & Cuiac. ad tit. C. quand. non pet. part. tradiderunt*. Non accipio autem
hanc legem de liberis, & parentibus, qui por-
27 tionem caducam vindicabant, † *Quomodo accipit Cuiac. in d. tit. C. quand. non pet. part.* quia non per leges hi caducarias vacantem portionem capiebant, ſed antiquo iure, quod eis ſeruatum eſt, *vti mox oſtendemus*, cum alioquin Caius dicat, eam per legem alteram vindicari. Eodem modo ſunt accipienda illa verba, *cui hoc commodum lege competit*, quæ leguntur, *in d. l. ſi is, qui duos. 30. ff. de lib. legat.* Loquitur enim ibi Paulus, de commodo, quod capaci competit ex lege Papia, quam ibi interpretabatur, vt ex eius inſcriptione conſtat, *& nos latè oſtendemus in 7. cap. q. 25. num. 27. vbi locum illum interpretabimur*.

Secundò non obſtat. *l. Celſus. 29. §. vlt. ff. de*
28 *leg.* 2. quia reſpondeo, ius antiquum ibi † ad id ſimpliciter eſſe referendum, quod ante legem Iuliam, & Papiam obtinuit, *vt declarant Cuiac. in l. ſi duobus 16. quæſt. 5. ff. de leg. 1. & Did. Spin. d. glo. 9. num. 2.* Nam hæ leges, quæ partem non capientis faciebant caducam, liberis, & parentibus ſeruarunt ius
29 antiquum. † *l. vn. §. & cum lex. C. de cad. toll. Vlp. tit. 1. inſtit.* Quamobrem dicuntur hi capere vacantem portionem antiquo iure. *d. l. Celſus 29. §. fin. Vlp. d. tit. 17. inſtitut. & titul. 18.* ideſt, eo iure, quod ante legem Iuliam, & Papiam obtinuit, ſcilicet, quia antiquum ius omne dicitur, quod ante nouam legem, aut conſtitutionem ſeruabatur, qualecunque id fuerit, *vt declarat Lel. Taurell. in l. Gallus. 29. §. ſi eius. ff. de liber. & poſth.* Sic, & maritum dici-
30 mus vxori ſuccedere iure antiquo. † *l. 1. Cod. vnd. vir, & vx.* ideſt eo iure, quod ante legem
31 Papiam obtinuit, † *vt explicat Thalelæus Græcus interpres lib. 45. Baſilicon tit. 5. & Did. Spin. d. glo. 9. num. 4.* Et quanquam Thalelæum improbet Cuiacius *lib. 3. obſeru. cap. 12.* eo, quod lex Papia decimarum, non, niſi ad teſta-
32 mentarias ſucceſſiones pertineret. † *l. 2. C. de infir. pœn. celib. l. 7. C. Theod. de Nauicul. Vlp. tit. 15. & 16. inſtit.* verior tamen eſt illius ſententia, quia, cum ante legem Papiam inuicem ſuccederent vir, & vxor, tam ex teſtamento, quam ab inteſtato deficientibus cognatis, & per illam legem mutatum eſſet tale ius in ſucceſſionibus teſtamentarijs, non etiam in legitimus, rectè dicebantur vir, & vxor ab inteſtato ſuccedere iure antiquo, ideſt, eo iure, quod obtinuit ante legem Papiam, nec per eam mutatum eſt: Nam, & ſimili ratione filij, & parentes, in quorum perſona ius commune mutatum nō erat per legem Papiam, dicebantur capere vacantem portionem iure antiquo, habito reſpectu ad legem Papiam, cuius ius nouum erat, tametſi lex Papia ad eos non pertineret, *vt ſupra dictum eſt*. Fateor igitur ius accreſcen-
33 di ex antiquo iure prouenire. † *d. l. Celſus, & ſcribit etiam. Claud. Tut. in d. l. vnic. num. 38. C. quand. non pet. part.* Imo ex antiquiſſimo, *vt ait Cuiac. in d. tit. C. quand. non pet. part.* Et aute Auguſti tempora, legemque Papiam obtinuiſſe, *vt conſtat ex d. l. vnic. §. 1. C. de cad. toll. Vlp. tit. 24. inſtit. § ſi duobus, & ſcribunt Duar. d. lib. 1. de iur. accreſc. cap. 1. & Did. Spin. d. glo. 9. num. 5.* Sed nego ex 12. tab. proficiſci. Quinimò (quod frequens eſt in libris noſtris) antiqui, veteriſque iuris appellationem ad prudentum interpretationem referendam pu-
34 to, † *vt & in l. vnic. §. poſtea. C. de emend. Cod. inſtit. §. igitur, in proœm. Inſtit. & tit. C. de vet. iur. en.* Nam & formula Galli, quæ haud dubiè ex prudentis interpretatione deſcendit, vocatur ius antiquum ad differētiam legis Velleiæ, quæ tunc temporis erat noua, *in l. Gallus. 29. §. ſi eius. ff. de lib. & poſthum.* Et ius accredi, quod eſt perſonæ ad perſonam, dicitur ex
35 vetere, & antiquo iure deſcendiſſe, † *in l. maximum vitium. 4. C. de lib. præt.* & tamen conſtat, id ex prudentum interpretatione origi-
36 nem ſumpſiſſe, † *ex §. ſed hæc quidem inſtit. de exh. lib. & docet Hoto. d. lib. 8. obſer. cap. 5.* Pari igitur ratione, & ius accreſcendi, quod eſt rei ad rem, vel rei ad perſonam, quanquam dicatur ex antiquo iure dependere, erit tamē ad Iuriſconſultorum interpretationem refe-
37 rendum, † *vt explicat Hoto. in Epito. d. tit. ff. de vſufruct. accreſ. num. 16.*

Tertiò denique non obſtat, quod portio dicatur accreſcere iure ciuili, quia reſpōdeo, iuris etiam ciuilis appellationem ad prudentum interpretationes frequentiſſimè referri,
38 † *l. 2. §. his legibus latis. ff. de orig. iur. l. pen. ff. de iuſtit. & iur.* Et ita in hoc loco accipiendam.

SVMMARIVM.

1 *Ius accreſcendi non ſolum prouenit ex diſpoſitione legis, ſed etiam ex iudicio, & voluntate teſtatoris, Declara, vt num. 5. & ſeqq. & diſtingue, vt num. 46. & ſeqq.*
2 *Ius accreſcendi dicitur relictum.*
3 *Relinquere dicitur, qui dat capiendi occaſionem.*
4 *Abenare dicitur, qui præſtat occaſionem acquirendi.*
5 *Ius accreſcendi non prouenit ex iudicio expreſſo.*
6 *Ius accreſcendi prouenit ex tacita voluntate defuncti.*
7 *Ius accreſcendi prouenit ex voluntate defuncti coniecturata.*
8 *Ius accreſcendi prouenit ex veriſimili voluntate defuncti.*
9 *Ius accreſcendi prouenit ex voluntate defuncti præſumpta.*
10 *Ius accreſcendi ideo fuit introductum, quia lex præſumit defunctum mortis cogitatione turbatum non diſpoſuiſſe.*
11 *Ius accreſcendi, ideo introductum, quia lex præſumit, defunctum fuiſſe diſpoſiturum, ſi cogitaſſet coniunctum deficere.*
12 *Ius accreſcendi inducitur per iuris fictionem, & interpretationem extenſiuam.*
13 *Ius accreſcendi prouenit ex voluntate defuncti interpretata.*
14 *Voluntas teſtatoris reſpectu iuris accreſcendi colligitur ex coniunctione, vt in legatis, & fideicommiſſis, nu. 48. & in hæreditatibus teſtamentarijs num. 50.*
15 *Voluntas, quæ prælationem inducit, colligitur ex coniunctione.*

Ius

16 *Ius accreſcendi principaliter venit à lege, ſecundario vero, & occaſionaliter ex iudicio teſtatoris.*

17 *Ius accreſcendi per prius venit à lege, per poſterius vero a teſtatore.*

18 *Ius accreſcendi immediatè venit à lege, ſed mediante iudicio teſtatoris.*

19 *Voluntas teſtatoris in iure accreſcendi eſt permiſſiua, non diſpoſitiua, licet quidam contra num. 33. quorum opinio reprobatur nu. 38.*

20 *Teſtator præſumitur ſciuiſſe diſpoſitionem legis, quoad ius accreſcendi, & voluiſſe, eam ſeruari.*

21 *Teſtator eo ipſo, quod poterat ius accreſcendi prohibere, & non prohibuit, cenſetur tacitè voluiſſe.*

22 *Ius accreſcendi magis ex diſpoſitione legis, quam ex iudicio teſtatoris proficiſcitur.*

23 *Ius accreſcendi cenſetur abſolutè à lege prouenire.*

24 *Ius accreſcendi prouenit ex diſpoſitione legis, nõ hominis, licet quidam contra num. 31. & 32. Quorum opinio reprobatur num. 38.*

25 *Ius accreſcendi continet titulum legis, non hominis.*

26 *Principaliter, quod ſit ſpectandum eſt, nõ, quod per conſequentias.*

27 *Cauſa immediata non mediata debet attendi.*

28 *Verba in dubio ſunt referenda ad cauſam immediatam non ad mediatam.*

29 *Veniens ex voluntate teſtatoris permiſſiua, non diſpoſitiua, non dicitur venire ex eius iudicio.*

30 *Ius accreſcendi debet iudicari ſecundum diſpoſitionem legis, non hominis, ſi differentia conſtituatur inter legis, & hominis diſpoſitionem.*

34 *Ius accreſcendi, licet mediatè proueniat à teſtatore, perinde tamen eſt, ac, ſi immediatè prouenirent.*

35 *Veniens per ius accreſcendi perinde vocatur, ac, ſi ſcriptus eſſet, Declara, vt num. 53.*

36 *Veniens per ius accreſcendi vocatur ad ſubſtitutionem factam his verbis, Quisquis mihi hæres erit.*

37 *Hæredes tantum ſcripti vocantur ad ſubſtitutionem factam his verbis, Quisquis mihi hæres erit.*

39 *Tacitè fieri dicuntur, quæ ex tacita defuncti voluntate proficiſcuntur.*

40 *Portio vacans dicitur accreſcere tacitè, & tacito iure, Declara vt nu. 56.*

41 *Subſtitutiones tacitę proueniunt ex tacita volũtate teſtatoris.*

42 *Ius accreſcendi eſt tacita quadam ſubſtitutio, Declara, vt nu. 70. & ſeqq.*

43 *Ius accreſcendi eſt tacita ſubſtitutio facta ab homine, Sed contra, nu. 81. & ſeqq.*

44 *Cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati.*

45 *Ius accreſcendi prouenit a mera poteſtate iuris, Diſtingue tamen, vt num. 46. & ſeqq.*

47 *Ius accreſcendi prouenit ex tacita voluntate defuncti in legatis, & fideicommiſſis.*

49 *Ius accreſcendi, quod in hæreditatibus teſtamẽtarijs locum habet ex vi coniunctionis, prouenit ex tacita voluntate defuncti.*

51 *Ius accreſcendi, quod in hæreditatibus teſtamentarijs locum habet, non ex vi coniunctionis, ſed, ne teſtator decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, non prouenit ex voluntate teſtatoris, ſed ex mera diſpoſitione iuris, vt in exemplis, quæ referuntur num. 52. & ſeqq.*

53 *Declaratur l. interdum, 13. §. 1. ff. de hær. inſt.*

60 *Alienare prohibitus non cenſetur contrauenire, ſi hæredem ſimpliciter inſtituat in bonis ſuis, licet inſtituto accreſcant etiam prohibita alienari, & cur?*

61 *Ius accreſcendi, quod habet locum in querela, & contra tabulas bonorum poſſeſſione, non procedit à voluntate defuncti, ſed a mera diſpoſitione iuris, Et reprobatur opinio contra ſentientium num. 63. & ſeqq.*

62 *Teſtator cenſetur velle ſeruari diſpoſitionem iuris communis, Declara, vt nu. 64.*

66 *Ius accreſcendi in hæreditatibus legitimis deſcendit ex tacita voluntate defuncti, Sed contra nu. 67.*

68 *Hæreditas defertur venientibus ab inteſtato ex tacita voluntate defuncti, Declara, vt ibi*

69 *Declaratur l. ſi Titio 63. §. Iulianus ff. de leg. 2. & nu. ſeqq.*

70 *Coniunctus dicitur ſubſtitutus impropriè.*

71 *Dictio, quaſi, denotat improprietatem.*

72 *Subſtitutio aliud, & aliud ius accreſcendi.*

73 *Subſtitutio, tametſi tacita, eſt propriè ſubſtitutio.*

74 *Ius accreſcendi æquiparatur ſubſtitutioni.*

75 *Ius accreſcendi habet vim, & naturam tacitæ ſubſtitutionis.*

76 *Ius accreſcendi eſt inſtar ſubſtitutionis.*

77 *Ius accreſcendi eſt ſubſtitutio, non. quoad titulum nominis, ſed, quoad ius, & effectum.*

79 *Legata ab inſtituto relicta cenſentur a ſubſtituto repetita.*

81 *Coniunctus dici poteſt ſubſtitutus.*

82 *Ius accreſcendi eſt ſubſtitutio legalis, non teſtamentaria.*

An, & quando ius accreſcendi proueniat ex tacito iudicio defuncti.

Quæſtio Secunda.

SEcunda autẽ, quæ ſuccedit quæſtio, mirum eſt in modũ agitata: Nam valdè controuerſum eſt, an ius accreſcendi proueniat ex mera diſpoſitione legis, an verò etiam ex iudicio, voluntate, & diſpoſitione teſtatoris. Et frequentiùs quidem noſtri tradiderunt, id etiam ex iudicio, & voluntate defuncti prouenire.

1 † *Ita enim conſuerunt omnes, quos in ſequentibus declarationibus referemus num. 5. & ſeqq. Et ſimpliciter de iudicio, & voluntate loquentes ſcripſerunt Gul. Ben. in cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelaſiam, num. 105. De teſtam. Dec. in rub. Cod. quand. non pet. part. in pri. lect. nu. 2. & in 3. nu. 15. & ibi. Cagn. num. 21. Dec. in l. 1. num. 4. C. de teſtam. mil. Seb. Sap. in l. vn. num. 4. verſ. Sed hic. C. quand. non pet. part. Bertr. in l. hac edictali. 6. In verſ. ita tamen nu. 5. C. de ſec. nupt. Alciat. in d. l. re coniuncti, num. 44. in fin. & num. 52. verſ. ſecus ergo, Soc. Iun. conſ. 139. nu. 23. volum. 1. Vaſq. lib. 2. Illuſtr. controu. cap. 52. num. 18. Peralt. in l. & Proculo. 20. num. 2. ff. de leg. 2. Coraſ. in l. in ratione. 11. §. quod vulgo. in prin. numer. 7. verſ. ſed attende, ff. ad l. Falc. Cuiac. in l. vnic. §. his ita definitis C. de cad. toll. & Men. de adipiſc. poſſeſſ. Remed. 4. nu. 122.* Vnde inferunt.

Primo, teſtatorẽ poſſe ius accreſcendi tollere, vel expreſsè, vel tacitè. Expreſsè id prohibendo,

bendo, *qua de re dicemus in 10.cap. q.16.num. 1. & ſeqq. Tacitè verò, ſubſtituendo, qua pariter de re dicemus in eodem cap. 10.q.20.nu. 1. & ſeqq.* Nam, cum, proueniat ex voluntate defuncti, conſequens eſt, vt contraria voluntate tolli poſſit, *vt dicemus in eadem q. 16. num. 3.*

Secundo inferũt, ius accreſcẽdi regulariter etiam in teſtamento militis habere locum, *vt ex eorum ſententia referemus in eodem cap. 10. quæſt. 24 num. 76.* vtpote in quo ſeruantur ea omnia, quę ex ipſius voluntate proficiſcuntur, *ſicut ibi dicemus num. 97.*

Tertio inferũt, ea, quę per ius accreſcẽdi alicui obueniunt, eſſe imputãda in legitimã, vtpotè in quam imputantur omnia, quæ capiuntur ex iudicio defuncti, *ſicuti demonſtrabimus in 9. cap. q. 48. nu. 26. & ſeqq.*

Quarto inferũt, eadẽ ipſa eſſe filijs primi matrimonij computanda in quantitate, vſque ad quam parens, qui tranſiuit ad ſecunda vota, poteſt vitrico, aut nouercæ relinquere ſine offenſione *l. hac edictali 6. C. de ſecund. nupt.* ſcilicet, quia tantum ei relinquere poteſt, quantum vnus ex filijs primi matrimonij, cui minimum relictum eſt, capit ex iudicio parentis, *qua de re latè dicemus in eodem cap. 9. q. 45. num. 37. & ſeqq.*

Quinto inferunt, ius accreſcendi dici relictũ
2 † *vti videre eſt apud Bald. in d. l. vnic. num. 16. C.*
quand. non pet. part. quia relinquere dicitur,
3 qui dat capiendi occaſionem † *l. codicillis. 91.*
§. matre ff. de leg. 2. ſicut alienare dicitur, qui
4 præſtat occaſionem acquirendi † *l. ſi ita quis*
135. § ea lege ff. de verb. oblig. & declarat Bald. in
relato loco, ideoq; diſpoſitionem, *l. 1. C. de ſec.*
nupt. quæ viduæ intra annum luctus nubenti
prohibet, ne quid ſecundo viro relinquat vltra tertiam bonorum partem, cenſeri etiam ius accreſcendi prohibere *ſicuti dicemus in 10. cap. q. 14. num. 31.* Et ſimili ratione, ſtatutum cauens, ne maritus poſſit vxori relinquere ſupra vſumfructum, aut certam bonorum partem, cenſeri etiam prohibere, ne illi inſtitutę tota hæreditas accreſcat, *ſecundum eos, quos referemus in d q. 14. num. 40. & ſeqq.*

Planè hanc voluntatẽ, quam in iure accreſcendi conſiderant, & cum diſpoſitione legis cenſent concurrere, declarant.

5 Primo, non eſſe expreſſam, ſed tacitam, † *vti*
videre eſt apud Iaſ. in l. ſi in teſtamento 5. num.
5. ff. de vulg. & in l. 1. num. 5. C. de teſtam. mil.
Dec. in dict. rub. C. quand. non pet. part. in prim.
lect. num 2. & in 3. num. 15. Crott. in dict. l. re
coniunctis, num. 97. Purp. conſ. 558. nu. 29. Celſ.
Hugo *conſ. 24. num. 16. & Men. conſ. 231. num.*
70. quod, & dubio caret, quia, ſi eſſet expreſſa,
iam non amplius eſſet ius accreſcendi, ſed
vulgaris ſubſtitutio, quæ multum ab illo diſtat,
l. *ſi ex pluribus. 9. ff. de ſuis, & leg. & nos di-*
cemus infra numero ſeptuageſimoſecondo, & latè
oſtendemus in 9. cap. quæſt. 32. & 4. qq. ſeqq.
Quamobrẽ frequentius dicitur, ius accreſcẽ-
di ex tacita defuncti voluntate prouenire,
6 † *vti videre eſt apud gl. in l. ſi Titio 63. §. Iu-*
lianus, in verb. eum onere ſuo, & ibi Caſtr. num.
2. ff de leg. 2. Bald. in l. mulieri. 73. verſ. dicit ta-
men ff. de condit. & dem. Ang. in l. quartam 90.
num. 3. verſ. ego intelligo ff. ad l. Falcid. Caſtr. in
dict. l. ſi in teſtamento. 5. nu. 2. ff. de vulg. Iaſ. in d.
l. 1. num. 5. & ibi Dec. num. 4. C. de teſtam. mil. Iaſ.
in l. huiuſmodi. 86. §. ſi Titio. num. 8. ff. de leg. pri.
Ang. de Gambell. de teſta. gloſſ. 42 num. 5. Crott.
in d. l. re coniunctis num. 26. & 52. verſ. prima, &
num. 54. 97. & 111. Dec. in d. rub. C. quand. non
pet. part. in prim. lect. num. 2. in 2. num. 4. & in
3. num. 16. & 17. & ibi Cagn. num. 21. & 22.
Dec. conſ. 185 numer. 4. verſ. & hoc ſaltem, Fab.
Acromb. in l heredes mei. 57. §. cum ita num. 77.
ff. ad Treb. Gaitaul. in l. centurio. 15. num. 149.
ff. de vulg. Fabia. in Auth. nouiſſima, num. 110.
C. de inoff. teſtam. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius,
in verb. & vxorem nomine Adelaſiam, nu. 116.
Seb. Sap. in l. teſtamento 6. num. 7. C. de impub. &
al. ſubſt. Rum. conſ. 169. num. 3. volu. 1. conſ. 91.
num. 15, & conſil. 33. num. 10. vol. 2. Soc. Iun. cõſ.
139. num. 25. vol. 1. & conſ. 152. num. 11. volu. 2.
Ant. Fum. de coniunct. cap. 10. nu. 7. Io. Guter.
in d. l. vn. num. 19. & 23. & ibi Purp. nu. 40. verſ.
& ideo C. quand. non pet. part. Io. Guter. in l. ne-
mo poteſt 58. num. 98. ff. de leg. prim. Aleia. in l. 4.
§. Cato num. 82. ff. de verb. oblig. & lib. 4. Parad.
cap. 8. num. 4. & lib. 3. de verb. ſign. nu. 38. Decia.
conſ. 41. num. 103. vol. 1. conſ. 61. num. 39. & 41.
& conſ. 73. num. 13. volum. 2. & conſ. 83. num.
65. volum. 4. Crau. conſ. 766. nu. 4. Ceph. conſ 59.
num. 18. & conſ. 124. num. 8. Celſ. Hug. d. conſil.
24. num. 16. Clar. in § teſtamentum, q. 74. num. 2.
verſ ego tamen, Coraſ. in l. in ratione. 11. §. quod
vulgo, in prin. num. 3. ff. ad l. Falcid. Mynſ. in §.
vlt num. 2. Inſt. de donat. Gomez. tom. 1. varia.
reſol. cap. 3. num. 26. verſ. ſed aduertendum, & c.
10. num. 36. verſ cuius ratio eſt, & verſ. confirma-
tur. Mantic. de coniect. vlt vol. lib. 4. tit. 11. num.
2. lib. 6. titul. 1. numer. 14. & lib. 10. tit. 3. nu. 3.
Craſſ in §. Ius accreſcendi q. 2. Menoch. de adip.
poſſeſſ. remed. 4. num. 120. & de præſ. lib. 1. q. 46.
num. 1. & lib. 4. præſ. 86. num. 11. & præſ. 87. nu.
1. verſ. & ratio, & conſ. 220. num. 133. & conſil.
596. num. 13. & conſ. 661. num. 7. & 8. Put. in
conſ. vn. poſt conſ. Odd. num. 83. Andr. Fach lib.
10. controu. cap. 69. Cauall. in tract. comm. contra
comm. q. 707. nu. 2. Viu. deciſ. 406. nu. 17. Ruſtic.
ad l. cum auus. 101. in proem. cap. 2. numer. 86.
Ant. Fab. lib. 3. coniect. cap. 4. ſiue ex volunta-
7 te coniecturata, † *vt ſcribunt Imol. in d. l. mu-*
lieri. 73. num. 2. verſ. In gl. proderit ff. de condit. &
dem. Alex. in l. cohæredi. 41. §. qui diſcretas, nu.
2. verſ. 30. ff. de vulg. Iaſ in l. ſi mihi, & Titio. 110.
num. 1. & 4 ff. de verb. oblig. Dec. in d. rubr. C.
quand. non pet part. in prim. lect. num. 3. verſ. vel
2. & ibi Cagn. num. 21. & 22. Socin. Sen. conſ. 16.
num. 58. vol. 4. Gozad. in d. l. vn. num. 2. verſicul.
Item aſſignatur C. quand. non pet. part. Decian.
dict. conſ. 73. num. 13. vol. 2. & dict. conſ. 83. num.
65. volum. 4 Mynſ. in d. §. vlt. num. 2. Inſt. de
donat. Gomez d. tom. 1. varia. reſol. cap. 3. num.
26. Mantic. d. lib. 4. tit. 11. num. 7 & d. lib. 6. tit.
1. num. 4. Craſſ. in dict. §. ius accreſcendi quæſt. 2.
Coraſ. in d. l. in ratione 11. §. quod vulgò, in prin.
num. 7. verſ. ſed attende ff. ad l Falcid. Menoch.
de præſ. dict. lib. 4. præſ. 14. num. 4. & 5. conſil. 596.
num. 13. & 14. Viu. d. deciſ. 406. num. 11. Surd.
deciſ. 152. num. 17. Ruſtic. in d. l. cum auus. 101.
lib. 2. cap. 10. num. 100. aut (vt alij malunt) ex
8 voluntate veriſimili † *vt Decian. dict. conſ. 40.*
num. 11. volum. 1. Crau. conſ. 856. num. 19. Men.
9 *conſil. 483. num. 12.* & præſumpta † *vt malunt*
Ang. in d. l. ſi in teſtamento. 5. verſ. In text. ibi ff. de
vulg. & in l. ſi quis hæres 35. num. 2. ff. de acq. her.
& conſ. 91. num. 3. Crott. in d. l. re coniunctis num.

71. *verſ.*

71. verſ. Nec obſtat, Soc. Iun. in l. 3 num. 40. ff. de
leg. prim. Gomez. tom. 1. Varia. reſol. cap. 10. num.
36. verſic. cuius ratio eſt, & num. 38. Zancb. in l.
hæredes mei 57. §. cum ita part. 8. num. 278. ff. ad
Treb. Trent. de ſubſtit. part. 1. cap. 15. nu. 5. Nico.
Bello. in §. ſi quis ita n. 5. Inſtit. de verb. obligat. &
Men. conſ. 376. num. 31. dict. conſ. 596. num. 14.
& dict. lib. 4 præſ. 86. num. 11. & præſ. 87. num. 1.
verſ. & ratio. Nam lex præſumit, defunctum
mortis cogitatione turbatum, non cogitaſſe,
vnum ex coniunctis poſſe deficere, & ob id
non diſpoſuiſſe, vt coniunctus in illius por-
10 tione ſuccederet, † iuxta l. hac conſultiſſima. 8.
verſ. At, cum humana C. qui teſta. fac. poſſ. §. illud
quoq; verſ. quoniam, Auth. de trient. & ſem. coll.
3. & doctr. gloſſ. in l. vn. in verb. iuris ſit C. de pec.
eius, qui lib. mer. quàm in his terminis conſiderãt
Alex. in dict. leg. ſi mihi, & Titio 110. nu. 2. verſ.
Adde aliam ff. de verb. oblig. Ruin. dict. conſ. 131.
num. 8. vol. 3. & Mantic. dict. lib. 4. tit. 11. num. 4.
vbi ita declarant, ſed, ſi de hoc cogitaſſet, ve-
11 riſimiliter eum ita fuiſſe diſpoſiturum, † vt
in ſpecie declarant Iaſ. in d. l. huiuſmodi 86. §. ſi
Titio num. 8 ff. de leg. prim. Ruin. d. conſil. 131.
num. 7. & 8. vol. 3. Crau. dict. conſ. 856. num. 19.
Aquil. in l. centurio. 15. part. 3. nu. 32. ff. de vulg.
Mantic. dict. lib. 4. tit. 11. num. 4 Men. dict. conſ.
483. num. 12. Viu. d. deciſ. 406. nu. 11. Surd. dict.
deciſ. 152 num. 17. Vnde, quia hæc ratio ceſſat
in contractibus, ideo factum eſt, vt in iis ceſ-
ſet ius accreſcendi, ſicuti referemus in 6. cap. q.
32. per tot. Deniq;, quia totum hoc inducitur
per iuris fictionem, & interpretationem ex-
12 tenſiuam, † ſecundum Bald. in cap. 1. § fin. nu.
2. verſ. In text. ibi. De ſucceſſ. feud. & Purpur. in
d. rub. C. quand. nõ pet. part. num. 14. ideo tradũt
alij ius accreſcendi prouenire ex interpretata
13 voluntate defuncti, † vti videre eſt apud Ruin.
dict. conſ. 131. num. 7. volum. 3. & Io. Guter. in d.
l. vn. num. 23. C. quand. non pet. par. Ant. Fum.
de ſubſtit. verſ. ſubſtitutio vulgaris, num. 20.
Sed qualis ea cunq; ſit, colligi dicitur ex con-
14 iunctione, † vt declarant Bald. in d. l. cohæredi.
41. §. qui diſcretas, in fi. ff. de vulg. Iaſ. in d. l. hu-
iuſmodi 86. §. ſi Titio. num. 8. ff. de leg pri. Dec. in
d. rub. C. quand. non pet. part. in 2. lect. num. 4. &
in 3. num. 23. Soc. Iun. dict. conſil. 139. num. 25.
volum. 1. Gomez. tom. 1. var. reſol. cap. 10. nu. 38.
Mantic. d. lib. 4. tit. 11. num. 7. & dict. lib. 10. tit.
3. num. 3. Craſſ. in dict. §. ius accreſcendi q. 4. in
prin. Menoch. dict. lib. 4 præſ. 86 num. 11. & 14.
Viu. d. deciſ. 406. num. 11. Surd. conſ. 123. nu. 19.
Ruſtic. in d. l. cum auus. 101. in procm. cap. 2. nu.
89. Scilicet, quia teſtator duos, aut plures cõ-
iungendo, videtur eos pro vna, eademq; per-
ſona reputare, vt latè oſtendemus in 5. cap. q. 35.
num. 1. & ſeqq. & per conſequentias velle, vt
idem capiant omnes, quod vnus, ſi ſolus eſ-
ſet, idemq; vnus, quod omnes, ſi cæteri defi-
ciant, vt declarabimus in 3. cap. q. 1. num. 17. &
latius in dict. cap. 5. quæſt. 35. num. 3. Qua ra-
tione fit, vt ex eadem coniunctione colliga-
mus, voluntatem teſtatoris eſſe, vt vnus alte-
ri, id eſt, coniunctus diſiuncto, aut minus cõ-
15 iuncto præferatur, † vt latè dicemus in 5. cap.
quæſt. 44. num. 1. Et in ſpecie declarant Soc. Iun.
conſ. 139. num. 25. vol. 1. Gabr. conſ. 121. ante nu.
1. vol. 1.
Secundo voluntatẽ hãc declarant, nõ prin
cipaliter conſiderari, ſed ſecundariò, & ac-
ceſſoriè, quia ius accreſcendi principaliter
venit à lege, ſecundariò verò, & occaſiona-
16 liter ex iudicio teſtatoris, † vt declarant Iaſ. in
l. quoties. 13. num. 7. verſ. ſuſtinendo C. de her. inſt.
Crott. in d. l. re coniuncti, num. 97. Dec. in dict.
rub. C. quand. non pet. part. in prim. lect. num. 2.
& 3. & in 3. num. 17. & ibi Cagn. num. 21. & 22.
Dec. in l. vn. num. 6. & ibi Gozad. num. 2. verſ.
Iſta ratio, & Seb. Sap. num. 9. C. eod. Dec. conſil.
378. num. 1. verſ. Iſtud autem, Soc. Iun. dict. conſ.
152. num. 11. volum. 2. Natt. conſ. 463. num. 15.
Mantic. dict. lib. 4. tit. 11. num. 6. Craſſ. in dict.
§. Ius accreſcendi quæſt. 2. Men. de adip. poſſ. d. ct.
rem 4. num. 122. Ruſtic. in d. l. cum auus. lib. 3.
cap. 10. nu. 100. ſiue (quod idem eſt) per prius
à lege proficiſcitur, per poſterius verò à iudi-
17 cio teſtatoris. † vt declarant Dec. in dict. rub.
C. quand non pet. part. in prim lect. num. 3. verſ.
Et ad hoc facit, Gozad. in d. l. vnic. num. 2. verſ.
Iſta ratio C. eod. Mantic. d. lib. 4. tit. 11. nu. 8.
Tertio declarãt, huiuſmodi voluntatẽ con-
ſiderari mediatè, non immediatè: Nam ius
accreſcendi immediatè prouenit à lege, ſed
18 mediante iudicio teſtatoris, † vti declarant
Bart. in d. l. ſi in teſtamento. 5. num. 3. & ibi Imol.
& Alex. num. 4. Iaſ. num. 5. ff. de vulg. Iaſ. in l.
more. 5. num. 4. verſ. 3. ff. de Iuriſd & in d. leg. 1.
num. 5. C. de teſt. mil. Iaſ. in l. ſcimus. 36. in prin.
num. 10. C. de inoff. teſt. Dec. in d. rub. C. quand.
non pet. part. in prim. lect. num. 2. & 3. verſ. vnde
alia, & verſ. Abſolutè, & verſ. & ad hoc facit, &
in 3. lect. num. 17. & 24. Gul. Ben. in d. cap. Ray-
nutius, in verb. & vxorem nomine Adelaſiam,
num. 105. Gozad. in dict. l. vn. num. 2. verſ. Iſta
ratio C. quand. non pet. part. Fabia. in Auth. no-
uiſſima, num. 110. C. de inoff. teſt. Alciat. in d. l 4.
§. Cato num. 82. ff. de verb. oblig. Ruin. conſ. 169.
num. 3. volum. 1. & dict. conſ. 131. num. 7. volu.
3. Soc. Iun. dict. conſil. 139. num. 24. vol. 1. & in l.
3. num. 40 ff de leg. prim. Ceph. dict. conſil. 59. nu.
18. & 19. Crau. dict. conſ. 766. num. 4. verſ. 3. &
dict. conſ. 856. num. 19. Mantic. dict. lib. 4. tit. 11.
num. 8. Men. dict. lib. 4. præſ. 86. num. 5. & dict.
conſil. 483. num. 12. Andr. Fach. lib. 10. controu.
cap. 69.
Quarto declarant, voluntatẽ hanc non eſſe
19 diſpoſitiuam, ſed permiſſiuam, † vti declarãt
Ceph. dict. conſ. 59. num. 21. & Mantic. d. libr.
4. tit. 11. num. 11. ſiue dicamus teſtatorem præ-
ſumi ſciuiſſe diſpoſitionem legis, & voluiſſe
20 eam ſeruari, † ſecundum Caſtr. in d. l. ſi Titio.
63. §. Iulianus num. 2. ff. de leg. 2. Dec. in d. rub.
C. quand. non pet. part. in prim. lect. num. 2. & in
2. num. 15. Mantic. dict. lib. 4 tit. 11. nu. 2. & 6.
ſiue etiam dicamus, eo ipſo, quod poterat ius
accreſcendi excludere, ſaltem vulgariter ſub-
ſtituendo, nec excluſit, cenſeri eum tacitè cõ-
21 iunctam vocaſſe, † ſecundum Celſ. Hugo. dict.
conſ. 24. num. 16. vt de eo dicimus, qui codicil-
los ab inteſtato facit l. 3. In prin. & l. conficiun-
tur. 8. in prin. ff. de iur. cod. Nam, quia volun-
tas non in dãdo conſiſtit, ſed in non adimẽdo
l. 1. §. ſciendum ff. de leg. 3. ideo non poteſt eſſe
diſpoſitiua, ſed tantum permiſſiua, ſcilicet,
quia teſtator non impedit, ſed permittit, vt le-
gis diſpoſitio ſuum ſortiatur effectum.
Quinto declarant, ſi cõparatiuè loquamur,
ius accreſcendi magis ex diſpoſitione legis,
22 quam ex iudicio teſtatoris prouenire † vt ſcri-
bunt Bart. in d. l. ſi in teſtamento. 5. nu. 3. ff. de vul.
Ang. de

Ang.de Gamb.de teſta.gl.42.num.3.Iaſ.in d.l.1.
num.5.& ibi Dec.num.4 & 8. Cod.de teſt. milit.
Soc.Iun.dict.conſil.139.num. 24.vol.1. Alciat.d.
lib.3.de verb ſignifi.num. 38.Cepb.dict.conſil.59.
num.18.Mantic.dict.lib.4.tit. 12. nu.8. Duar.
lib.2.de Iur.accr.cap.4.& cap.16.Gallin.de verb.
ſignifi.lib.9.cap.37.nu. 28. Et eſt de mente Duar.
dict.lib.1.de Iur.accr.cap.1.verſ.ſanè voluntatis,
quem probat Ruſtic.in dict.l.eum auus,lib.1.cap.
23 *5.num.* 3. idenq; abſolutè eſſe ex lege † *ſecun-*
dum Dec in dict.rub.Cod.quand.non pet.part.in
prim.lect.num.3.verſ.Abſolutè, in 2.num.4.verſ.
Abſolutè,& in 3.num.24.& Cepb.dict. conſil.59.
num.18.& prouenire ex diſpoſitione legis,nõ
24 hominis † *vt ſcribunt Alciat.in dict.l. 4.§.Cato.*
num.32.ff. de verbor. oblig.Cepb. dict.conſil.59.
num.21.& 24.Mantic.dict.lib.4.tit.11.num.11.
Et eſt de mente omnium,quos retulimus in huius
cap.prin.num.4. & titulum legis,non hominis
25 continere † *vt declarant Cepb. dict.conſ.59. nu.*
24.& Mantic.dict.lib.4.tit.11.num. 11.quia id
ſolum eſt ſpectandum,quod fit principaliter,
26 non quod per conſequentias † *l.1.in prin.ff.*
de auth.tut.& cauſa immediata,non mediata,
27 debet attendi † *l ſocium,qui 61. §.1.ff. pro ſoc.l.*
conſilij.48.§ ſocij ff.de reg. iur. Et in his terminis
conſiderat Cepb dict. conſ.59.numer. 20. cum in
dubio verba ad cauſam immediatam non
28 ad mediatam ſint referenda † *l. in lege cenſo-*
ria.203.§.fin.ff.de verbor.ſignifi. & in propoſito
conſiderat Dec.in dict.rub.Cod. quand. non pet.
part.num. 3.verſ. Et ad hoc facit. Deniq; qui
venit ex voluntate non diſpoſitiua, ſed per-
miſſiua, non dicitur venire ex iudicio defun-
29 cti † *leg. qui liberis. 8. §. hæc verba, ff. de vulgar.*
Sed ex lege.Qua ratione fit,vt,ſi conſtituatur
differentia inter diſpoſitionem teſtatoris, &
diſpoſitionem legis,ius accreſcendi, non ſe-
cundum teſtatoris,ſed ſecundum legis diſpo-
30 ſitionem ſit iudicandum, † *vt ſcripſerunt Dec.*
in dict.rub.C.quand. non pet. part.in prim. lect.
num.3.in fin.& in 3.num.24. & ibi Cagn.num.
21. Mantic.d.lib.4.tit.11.num.8.

Hinc intelligimus,opinionem illorum,qui
ſimpliciter loquendo cenſuerunt, ius accreſ-
cendi ex hominis diſpoſitione prouenire,
31 † *vt Alex.conſ.38 nu.3.vol.1.Iaſ.in dict.l.ſi in*
teſtamento.5.num.5.ff.de vulg.Crott. in dict.l.re
coniuncti,num.97.Rub.in l.Gallus 29. §. quidã
rectè,num.84. verſ. quia reſpondetur ff. de lib.&
poſth.Ioan.Guter.in dict.l. nemo poteſt. 58. num.
98.ff.de leg.prim.Fab.Acoromb.in dict.leg.hære-
des mei.57.§.cum ita num. 77 ff.ad Treb.Caual.
in tract.comm.contra commu.quæſt.832.num.2.
32 & hominis diſpoſitionem eſſe, † *vt ait Men.*
d.lib.4.præſ.86. num. 20. Imo principaliter ex
teſtatoris non legis diſpoſitione prouenire,
vt ſcribit Crott.in d.l.re coniuncti num.76. verſ.
Iſte intellectus, licet, quod voluntas,quæ in eo
conſideratur, ſit diſpoſitiua, non permiſſiua
33 † *ſecundum eund. Menoch.d.præſ.86.nu.20.in fi.*
&,licet mediatè proueniat à teſtatore, perin-
de tamen ſit, ac, ſi immediatè proueniret,
34 † *vt declarant Imol. in d. l. ſi in teſtamento 5. &*
ibi Iaſ. num. 5. ff. de vulg. propterea, quod ve-
niens per ius accreſcendi perinde vocatur,ac,
35 ſi in ea portione ſcriptus eſſet † *l.interdum.13.*
§.1.ff.de hæred.inſt.& diximus in 9 cap.quæſt.45.
num. 6. cum etiam pro ea vocetur ad ſubſti-
tutionem factam his verbis, quiſquis mihi

36 hęres erit † *dict.l ſi in teſtamento.5.ff. de vulgar.*
ad quam non,niſi hęredes ſcripti vocati ſolẽt
37 † *l.cum filio 3.& l.qui liberis.8. §.hæc verba ff. de*
vulgar. §. ſubſtituitur. Inſtitut. de pupill.
38 eſſe cõmuniter improbatam, † & rectè, quia,
cum voluntas, non in dando conſiſtat, ſed
in non adimendo, conſequens eſt, vt non
poſſit aliquo modo dici diſpoſitiua,*ſecundum*
ea quæ ſupra diximus.

Huius autem opinionis, quam diximus eſ-
ſe receptiorem, varia ſunt fundamenta.

Primum,quia,quæ tacitè fieri dicuntur, ex
39 tacita defuncti voluntate procedunt † *l. quia*
tacita.25.ff.de hær. inſt. coniuncta l.iam hoc iure.
*4.verſ.ne,ſi vulgari ff.de vulg.*Sed portio vacãs
40 dicitur accreſcere tacitè † *l qui ex duabus. 53.*
§.ult.ff.de acqir.hæred.& tacito iure *l.ſeruus cõ-*
munis ab extero.66.ff.eod. Ergo ex tacita defun-
cti voluntate proficiſcitur. *Ita arguunt Dec.*
in dict.rub. C.quand.non pet. part. in prim. lect.
num.2.& in 2.num. 15. & ibi Cagnol. num. 21.
& 22.

Secundum, quia tacitæ ſubſtitutiones ex
41 tacita proueniunt voluntate defuncti † *dict.l.*
quia tacita 25.ff.de hær.inſt.d.l.iam hoc iure 4. ff.
de vulgar. Sed ius accreſcendi eſt tacita quæ-
42 dam ſubſtitutio † *l.ſi Titio.63.§.Iulianus,& ibi*
Bald.ff.de leg.2.Bald. in l.pen. in fin.& ibi Imol.
num.5.Caſtr.num.5.ff.de iniuſt.rup.Bald.in leg.
teſtamento.6.num.1.C.de impub.& al.ſub.Imol.
in l.mulieri.73.num.2.verſ.in gloſſ. proderit ff.de
cond.& demoſt. Caſtrenſ.in l. ſi quis ita ſcripſerit.
33.num.2.ff.de hære.inſt.& in d. l. ſi in teſtamen-
to.5.num.2.ff.de vulg.Alexand.in l.1.nu. 7.& ibi
Dec.num.4.& 8.C.de teſt.mil. Alex. in l.ſi Titius.
27.num.2.ff.de vulg.& conſ.38.num.3. & conſil.
91.num.7.verſ.præterea in caſu,vol. 1.Iaſ. in d.l.
re coniuncti,num. 155.& ibi Crott.num.106.&
111.Rip.num.125.& 201.Iaſ.in l.qui liberis.8.§.
hæc verba num.13.& in l.cohæredi 41. §. qui diſ-
cretas num.4.verſ.contra ff.de vulgar. in l. nec is.
17.§.hæres num.22.& 30.ff. de acquir. hæred. in
l.huiuſmodi 86.§ ſi Titio num. 8.ff. de leg. prim.
& in l ſi mihi,& Titio, 110. num. 1. ff. de verbor.
oblig.Rip.in l.1.num.180.ff.de vulg. Soc.Sen. cõſ.
86.num.9.verſ.ex quibus vol.3. Ruin. conſil.33.
num.10 volum.2. & conſ.131. num 7. volum. 3.
Polit.de ſubſtit.tit.de vulg.num. 79. Purp.in l. 1.
num.8.C.de Impub.& conſil.422.num.4.Zanth.
in l.hæredes mei.57.§.cum ita part.6.num.189.ff.
ad Treb.Rub.in l.Gallus.29.§.quidam rectè nu.
84.ff.de lib.& poſthum.Cagn.in l. vnic. num.40.
& ibi Claud.Tut.num.80.Io.Guter. num. 42.C.
quand.non pet.part.Soc.Iun.in l.centurio.15.nu.
128 & ibi Cepb.num.186.ff.de vulg.Alciat. conſ.
58.num. 12.lib.8.conſil.40.numer.3.lib.9. Natt.
conſ.306.num.2.Craues. conſil.856. num. 19.&
conſil.987.num.4.Vigl.in §.ſed,ſi inſtituto num.
4.Inſtitut.de vulgar.Decian conſil.83. num. 66.
vol.4.Mantic.d.lib.4.tit.11.num.3.lib.5.titul.3.
num.12.& tit.4.num.11.& lib.7.titul.6. num.8.
Peralt in dict.l.& Proculo. 20.num. 2. & 20. ff.
de leg.2.Gomez.in 45.leg.Taur.num.141.Craſſ.
in dict.§.ius accreſcendi q.2. Pereg. de fideic.artic.
9.num.13.artic.20 num.16.& artic.36. nu.117.
& conſil.46.num.8.vol.1.Hond. conſil.8.nu.61.
vol.1.Menoch.de præſ.libr. 4.præſ.39. num.83.
& præſ.61.num.2.conſil.483.num.12. conſ.661.
num.6.& conſ.688.num. 6.Surd.conſ.458.num.
19.conſil.529.num.21.& deciſ. 152. nu.2.& 17.
Andr.

Andr. Facb. lib. 10. *controu. cap.* 69. *Gratiat. cap.* 741. *diſcept. for. nu.* 17. Ergo à tacita defuncti voluntate proficiſcitur.

Nec dicas, eſſe quidem tacitam ſubſtitu-
tionem, ſed factam à lege, non à teſtatore,
quia verius arbitrantur, dici tacitam ſubſtitu-
43 tionem factam à teſtatore, † *vti videre eſt apud*
Alex. d. conſ. 38. *num.* 3. *vol.* 1.

Tertium fundamentum eſt, quia, ſi ius accreſcendi à defuncti voluntate non procederet, non poſſet contraria ipſius voluntate tolli, cum teſtator ijs derogare nequeat, quæ à ſola lege proficiſcuntur *l. nemo poteſt.* 58. *ff. de leg. prim.* Atqui tolli poteſt, & expreſsè, ideſt, prohibendo, *vti dicemus in* 10. *cap. quæſt.* 16. *n.* 1. & tacitè, ideſt, vulgariter ſubſtituendo, *vt oſtendemus in eod. cap.* 10. *quæſt.* 20. *num.* 1. Ergo ex defuncti voluntate proficiſcitur.

Quartum, quia cauſa cauſę eſt cauſa cauſa-
44 ti † *l. &, ſi amicis.* 9. *ff. ad l. Iul. de adult. §. cæte-*
rum Inſt. de leg. Aquil. Sed voluntas teſtatoris eſt cauſa coniunctionis *l. ſi pluribus* 33. *ff. de leg. prim.* & portionis principalis *l. interdum.* 13. §. 1. *ff. de hær. inſt.* Coniunctio autem eſt cauſa iuris accreſcendi *l. ſi ſub conditione* 16. *ff. quib. mod. vſuſfruct. am. & dicemus in* 5. *cap. q.* 86. *num.* 1. quemadmodum, & portio principalis, quæ trahit portionem accreſcentem *l. ſi Titio.* 39. §. 1. *ff. de vſufruct. l. ſi totam.* 82. *ff. de acquir. hæred.* Ergo voluntas teſtatoris eſt cauſa iuris accreſcendi. *Ita arguunt Dec. in d. rub. C quand. non pet. part. in* 2. *lect. num.* 4. *& in* 3. *num.* 23. *& ibi Cagn. num.* 22.

Quinto fortiſſimum huius opinionis argumentum eſt, quia ad ſubſtitutionem factã his verbis, *Quiſquis mihi hæres erit*, non admittuntur, niſi, qui veniunt ex iudicio teſtatoris, & pro qua parte veniunt *l. qui liberis.* 8. *§. hæc verba ff. de vulg.* Sed ad huiuſmodi ſubſtitutionem vocatur hæres, non ſolum pro parte, pro qua ſcriptus eſt, ſed etiam pro ea, quæ poſtea accreuit *d. l. ſi in teſtamẽto.* 5 *ff. de vulg.* Ergo ꝑ ea quoq; parte venit ex iudicio defũcti.

Sexto prædicta confirmari videntur ea ratione, quia pars accreſcens cenſetur haberi eodem iure, & cauſa, qua portio principalis, *vt dicemus in* 9. *cap. q.* 45. *nu.* 1. Sed portio principalis habetur ex iudicio, & diſpoſitione teſtatoris. Ergo, & pars accreſcens.

Contrariam autem ſententiam, quod ſcili-
cet ius accreſcendi non deſcendat ex iudicio
defuncti, ſed ex mera poteſtate, & diſpoſitio-
45 ne legis † tenuerũt *gl. in l. apud Iulianum* 11.
§. Idem Iulianus, in verb. hæreditatem ff. ad Trebell. Bart. in l. hæc Verba. 3. *num.* 1. *verſ. Non obſtat, & ibi Iaſ. num.* 23 *ff. de leg. prim. & apertiùs Imol. in l.* 1. *§ ſi ex fundo num.* 68 *ff. de hæred. inſt. & in l.* 1. *§. ſi cohæredem ff. ad l. Falc. Iaſ. in dict. l. vnic. num.* 27. *& ibi Claud. Tut. num.* 6. *&* 21. *C. quand. non pet part. Soc. Sen. in l. ſi mihi, & tibi.* 12. *in prin. num.* 1. *verſ. ſed tu conſidera, in fin. & num.* 2. *Purp. in d. rub. Cod. quand. non pet. part. num.* 13. *verſ. & ita. Petr. de Beſu. in d. l. re coniuncti, num.* 33. *& ibi Polit. num.* 81. *Idem Polit. de ſubſtit. tit. de vulg. num.* 85. *Trentacinq. de ſubſtit. part.* 1. *cap.* 15. *num.* 5. *Ant. Gouea. in l.* 1. *§. ſi cohæredis, ante num.* 1. *ff. ad l. Falcid. Et eſt de mente Ant. Gou. de Iur. acer. nu.* 21. *Nec improbat Ruſtic. in dict. l. cum auus.* 101. *lib.* 3. *cap.* 10. *nu.* 1?6. Mouentur autem.

Primo, quia, quæ locum habere poſſunt, etiam repugnante voluntate teſtatoris, ea ſine dubio dici non poſſunt ex defuncti iudicio prouenire *l. Titia.* 85. *ff. ad l. Falcid.* Sed ius accreſcendi locum habere poteſt, etiam repugnante voluntate teſtatoris *l. ſi ita quis hæres inſtitutus fuerit.* 74. *ff. de hær. inſt. & nos latius oſtendemus in* 10. *cap. q.* 16. *num.* 20. *& q.* 17. *per tot.* Ergo non poteſt dici ex eius iudicio prouenire.

Secundo, quia in ijs, quæ locum habent in querela, & contra tabulas bonorum poſſeſſione, voluntas teſtatoris conſiderari non poteſt *l. Papinianus.* 8. *§. meminiſſe ff. de inoff. l. ſed, cũ patrono.* 6. *§.* 1. *ff. de bon. poſſ. l.* 1. *in prin ff. de leg. præſt.* Sed ius accreſcẽdi locũ habet, etiam in querela *l. ſi ponas.* 23. *§. vltim. ff. de inoff.* & in bonorum poſſeſſione contra tabulas *l. ſi duobus.* 12. *ff de bon. poſſ. contra tab.* Ergo non poteſt in eo voluntas teſtatoris conſiderari.

Tertio, quia in teſtamento militis omnia locum habent. quæ deſcendunt ex voluntate defuncti *l.* 1. *l. Diuus.* 25. *ff. de mil. teſt. l. milites* 15. *C. eod. l. licet.* 19. *C. de pact.* Sed in huiuſmodi teſtamento locum non habet ius accreſcendi *l. ſi miles vnum.* 6. *l. ſi duobus.* 38 *ff. de mil. teſt. l.* 1. *C. eod. & nos latius oſtendemus in* 10. *cap. quæſt.* 24. *num.* 98. *& ſeqq* Ergo ius accreſcendi non deſcendit ex voluntate defuncti.

Quarto, quia petita contra tabulas bonorum poſſeſſione conſeruantur ex edicto Prætoris omnia, quæ coniunctis perſonis debentur ex voluntate teſtatoris *l.* 1. *in princ. ff. de leg. præſtãt.* Atqui non conſeruatur ius accreſcendi *l.* 3. *§. ſed, & ſi coniunctim ff. eod. qua de re nos latè dicemus in* 7. *cap. quæſt.* 61. Ergo ius accreſcendi non venit ex voluntate teſtatoris.

Mirum eſt, quam valde ſe torqueant no-
ſtri, vt, vel hanc, vel illam defendant ſenten-
tiam, ſed fruſtra, meo iudicio, quia neutra eſt
indiſtinctè vera: Nam ius accreſcendi inter-
dum deſcendit ex mera poteſtate iuris, inter-
46 dum verò etiam ex indicio teſtatoris, † *vt re-*
ctè ſcripſerunt Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb & vxorem nomine Adelaſiam, num. 105. *& Vigl. in d. §. hæreditas num.* 5. *Inſt. de hæred. inſt.* Itaq; diſtinguendi ſunt nõnulli caſus, quorũ.

Primus eſt, quando tractatur de iure accre-
ſcendi, quod habet locum in legatis, & fidei-
commiſſis, Et tunc verum eſt, tale ius ex taci-
47 ta defuncti voluntate prouenire, † *vt ſcripſe-*
runt Bald. in d. l. mulieri & Titio. 73. *verſ. dicit tamen ff. de cond. & dem. Petr. de Beſut. in d. l. re coniuncti, num.* 7. *&* 8. *Seb. Sap. in d. l. vn. nu.* 11. *C. quand. non pet. part. Ruin. conſil.* 33. *num.* 10. *volum.* 2. *Gomez. d. tom.* 1. *var. reſol. cap.* 10. *num.* 38. *&* 39. *Duar. d. lib.* 1. *de Iur. acer. cap.* 1. *Mantic. de coni. vlt. vol. lib.* 10. *tit.* 3. *num.* 21. *Men. de præſ. d. lib.* 4. *præſ.* 86. *num.* 17. *Surd. conſ.* 123. *nu.* 23. *Viu. deciſ.* 406. *num.* 11. *Cuiac. in l. vn. §. his ita definitis C. de cad. toll. Vueſ. in § ſi eadem nu.* 2. *Inſt. de legat. Quicquid cenſuerit idem Petr. de Beſut. in d. l. re coniuncti, num.* 33. Nam, cum deſcendat ex coniunctione, ſcilicet, quia non, niſi inter coniunctos legatarios, aut fideicõmiſſarios locum habet, *vt dicemus in* 5. *cap. q.* 41. *nu.* 1. Conſequens eſt, vt proueniat etiam
ex voluntate defuncti, quippe, quæ ex tali
48 coniunctione colligitur, † *vt diximus ſupra*
num. 14. *Et in ſpecie de legatis, & fideicommiſ-*

ſis ſcri-

*ſic ſcripſerunt Iaſ.in d. l. huiuſmodi.*86.§.*ſi Titio num.*8.*ff.de leg.prim.Soc.Iun d.conſ.*139. *nu.*25. *vol.* 1.*Gomez.d.tom.*1.*var.reſol.cap.*10. *num.*38. *&* 39.*Mant.d.lib.*10.*tit.*3.*n.*3.*Surd.d.conſ.*123. *num.*19.*Vtu.d.deciſ.*406.*n.* 11. Vnde infertur.

Primo ius accreſcendi in legatis, & fideicommiſſis habere locum, etiam in teſtamento militis, vtpote, in quo ſeruantur omnia, quæ ex ipſius voluntate deſcendunt, *ſicuti oſtendemus in* 10 *cap.q.*24.*num.*5.

Secundo infertur, vt in legatis, & fideicommiſſis vnus alteri præferatur in portione deficientis, ex eadem voluntate proficiſci, quia fit hoc iure coniunctionis, ex qua talis voluntas æſtimatur, *vt oſtendemus in* 5. *cap. quæſt.* 46.*num.*1. *Et in ſpecie declarat Soc. Iun. d. conſil.* 139.*num.*25.*vol.*1.

Tertio infertur, in legatis, & fideicommiſſis non habere locum ius accreſcendi inter omnimodo disiunctos, *vt dicemus in eodem* 5.*cap.quæſt.*41.*num.* 1. quia, cum ceſſet coniunctio, & per conſequentias voluntas teſtatoris, quæ eſt cauſa iuris accreſcendi, *vt oſtendemus in eodem* 5.*cap.quæſt.*36. *nu.*1. Conſequens eſt, vt & ipſum ius accreſcendi ceſſare debeat.

Quarto infertur, ei, qui ad ſuam portionem admittitur de iure ſpeciali contra voluntatem teſtatoris, non competere ius accreſcendi in legatis, & fideicommiſſis, *vt oſtendemus in* 7.*cap q.*61. quia ceſſat tunc voluntas defuncti, a qua ius accreſcendi in legatis, & fideicommiſſis proficiſcitur, *vt ſupra dictum eſt.*

Quinto deniq; infertur, in eiſdē legatis, & fideicommiſſis poſſe teſtatorem ius accreſcendi prohibere, *vti dicemus in* 10. *cap. q.* 16. *num.*5. quia, cum proueniat ex voluntate defuncti conſequens eſt, vt contraria ipſius voluntate tolli poſſit, *ſicut ibi dicemus num.*6.

Secundus caſus eſt, quando tractamus de iure accreſcendi, quod habet locum in hæreditatibus teſtamentarijs ex vi coniunctionis, vt, cum teſtator duos, aut plures in eadem hæreditatis parte coniunxit, Et tunc ſimiliter verum eſt, id ius ex tacita defuncti voluntate
49 prouenire, † *vt ſcripſerunt Gozad. in d. l. vnic. num.* 2. *verſ. Item aſſignatur C. quand. non pet. part. Ant Gou. in d l.* 1.*§ ſi cohæredis, nu* 1. *in fin. & num.*2.*ff.ad l. Falc. & Duar. d. lib.* 1. *de Iur. accr. cap.* 1. *Et accipiendi ſunt, qui ſimpliciter dixerunt, in hæreditatibus teſtamentarijs ius accreſcendi ex tacito iudicio defuncti prouenire, vt Aquil. in l. Centurio.* 15. *part.* 3.*nu.*19.*ff.de vul.* Nam ex tali coniunctione colligitur volun-
50 tas teſtatoris, † *vt diximus ſupra num.*14. *Et in ſpecie de hæreditatibus teſtamētarijs ſcripſerūt Bal. in l. cohæredi.* 41. §. *qui diſcretas in fi.ff.de vulg. & Menoc.d.lib.*4.*præſ.*86.*num.*11. Vnde infertur.

Primo, ius accreſcendi habere locum, etiā in teſtamento militis inter cohæredes, qui aliquo cōiunctionis nexu iunguntur, *vt oſtendimus in cap.* 10.*q.*24.*num.* 9. ſcilicet, quia in huiuſmodi teſtamento ſeruantur omnia, quę ex militis voluntate proficiſcuntur, *vt ſupra dictum eſt.*

Secundo infertur, vt in hæreditatibus vnus alteri præferatur, ex eadem defuncti voluntate prouenire, *vt oſtendemus in* 5. *cap q.*44.*nu.*1. quia, cum hoc pendeat à coniunctione, *vt ibi dicemus num.* 4. conſequens eſt, vt etiam à voluntate defuncti cenſeatur proficiſci, *ſecundum ea, quæ ſupra dicta ſunt.*

Tertio infertur, etiam in hæreditatibus teſtamentarijs poſſe teſtatorē in perſona vnius ex coniunctis ius accreſcendi prohibere, & facere, vt ſolum alijs accreſcat portio deficientis, *ſicut oſtendemus in* 10.*cap. q.* 16. *nu.* 11. quia, cum in hoc caſu ius accreſcendi proueniat ex voluntate defuncti, conſequens eſt, vt contraria ipſius voluntate tolli poſſit, *ſecundum ea, quæ ſupra diximus.*

Tertius caſus eſt, quando tractamus de iure accreſcendi, quod habet locum in hæreditatibus teſtamentarijs, non ex vi coniunctionis, ſed, ne detur abſurditas, quod teſtator decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus. Et tunc verius eſt, tale ius ex mera iuris poteſtate, non etiam ex tacito iudicio defun-
51 cti prouenire, † *Ita enim ſcripſerunt Imol. in d. l.* 1.*§.ſi ex fundo nu.*91. *& in l. quoties.*9.*§.ſi duo num.*41.*ff.de hær.inſt.Crott.in dict.l.re coniuncti num.*60.*Seb.Sap.in d.l.vn.nu.* 11. *C. quand. non pet.part.Vigl.in d.§.hæreditas, num.* 5. *Inſt. de hær.inſt. Ant.Gouea. in d.l.*1. *§.ſi cohæredis nu.*1. *ff.ad l. Falc.Surd.d.conſ.*123. *num.*23. *Caual. in d.tract.commu.contra tom.q.*214.*num.* 11. Hinc infertur.

Primo, ius accreſcendi, quod habet locum in parte hæreditatis, de qua teſtator non diſpoſuit, *ſecundum ea, quæ dicemus in* 7. *cap.q.*1. *num.* 1. *& ſeqq.* non prouenire ex voluntate
52 teſtatoris, ſed ex mera poteſtate iuris † *dict. l. interdum.*13.§.1.*ff. de hær. inſt.* quia non ex vi coniunctionis portiō accreſcit, ſed ea ratione, ne teſtator decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, *vt dicemus in dict. quæſt.*1. *num.*2.

Nec eſt contrarium, quod hæredes videantur in huiuſmodi portione ſcripti *d.l. interdū* 13.*§.* 1. quæ res dici non poſſet, niſi ex defuncti iudicio vocati intelligerentur *dict. l. quę liberis.* 8. §. *hæc verba ff. de vulg. dict.* §. *ſubſtituitur Inſt. de pup. Et in his terminis arguit Mantic.dict.lib.*4. *titul.* 11. *num.* 7. *noſq; dixi-*
53 *mus ſupra num.* 35. quia reſpondeo, † verba illa, *videantur ſcripti*, non eſſe referenda ad cauſam, ſeu modum vocationis, ſed ad vim, & effectum: Significant enim, hæredes inſtitutos ex parte hæreditatis poteſtate iuris videri ſcriptos in tota hæreditate, ideſt, periode haberi, atq; ſi in tota hæreditate fuiſſent inſtituti, ſed non fuiſſe à teſtatore ſcriptos, quia hoc fit authoritate iuris, non voluntate teſtatoris, *vt declarat Menoch. dict. lib.* 4. *præſ.* 86. *num.*12.

Secundo infertur, ius accreſcendi, quod inter cohęredes omnimodo diſiunctos locum habet, *ſecundum ea, quę dicemus in* 5. *cap. q.* 41. *num.*8. non prouenire ex voluntate teſtatoris,
54 ſed ex mera poteſtate iuris, † quia non inducitur ex vi coniunctionis, quæ nulla eſt, ſed ex illa regula, ne teſtator decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, *vt dicemus in d. q.*41.*num.* 9.

Tertio infertur, idipſum ius accreſcendi, quod inter condominos eiuſdem ſerui hæredis inſtituti locum habet, *ſecundum l. ſeruus communis ab extero.*66 *ff.de acq.hæred. & ea, quę dicemus in eodem* 5.*cap.quęſt.*40 *num.*4. non deſcendere ex iudicio, & volūtate defuncti, ſed

ex mera

Digitized by Google

ex mera poteſtate, & diſpoſitione iuris ciui-
55 lis, † quia non naſcitur ex cõiunctione, quip-
pe, quæ inter eos, vel non eſt, *ſecundum l. & Proculo.20.ff.de leg.2. & eam ſententiam, quam nos veriorem arbitramur in d.cap. 5.q.27.nu.17.*
vel eſt ad inducendum ius accreſcendi inu-
tilis, *ſecundum communem aliorum opinionem, quam referemus in d.5. cap. quæſt. 40. num. 27.*
ſed naſcitur ex illa regula, ne quis decedat
pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, *vt ibi dicemus num.4.*

Nec obſtat, quod in his terminis portio di-
catur accreſcere tacito iure, ſeu tacitè, *d. l. ſer-*
56 *uus communis ab extero*, quia, † non ad volun-
tatem teſtatoris, ſed ad modum accreſſionis
ſunt hæc loquendi genera referenda: Dicitur
enim portio accreſcere tacitè, ſeu tacito iure,
quia ſine facto noſtro, & ſine noua agnitione
nobis acquiritur *l.ſed, cum patrono.6. in prin.ff. de bon.poſſ. Et in his terminis declarant Purp. in d. Rubr. C. quand. non pet. part. num. 17. in fi. Claud.Tut.in d.l.vn.num.10.C.eod. & nos latius oſtendemus in 8.cap.q.1.num.6. & 7.*

Quarto infertur, quoties hæredi in re certa
inſtituto, tota hæreditas (vt dicitur) accreſcit,
ſiue quia nullus cohæres vniuerſalis datus ſit,
ſecundum ea, quæ dicemus in 7. cap. q. 7. num. 1.
ſiue quia datus defecerit, *vt dicemus ibi q.9.nu. 16.* non ex voluntate defuncti ius accreſcen-
di prouenire, ſed ex mera poteſtate iuris,
57 † quia non oritur ex aliqua vi coniunctionis,
quippe, quæ in huiuſmodi ſpeciebus conſi-
derari nequit, *vt oſtendemus in d. quæſt. 7. num. 7. & d. quæſt.9.num.6.* ſed ex illa regula, ne te-
ſtator decedat pro parte teſtatus, & pro parte
inteſtatus, *vt oſtendemus in d.q.7.num. 4. & d. q.9.num.21.*

Quinto infertur, ſi non obſtante prohibi-
tione teſtatoris locum habeat ius accreſcen-
di in hæreditate, vt, quia prohibitio facta ſit
in quota, *ſecundum ea, quæ dicemus in 10.cap.q. 17.num.4.* vel etiam in tota hæreditate, *ſecun-dum eam ſententiam, quã nos veriorem arbitramur ibi num.13.* tale ius, non ex defuncti iudi-
cio prouenire, ſed ex mera diſpoſitione legis,
58 † quæ teſtatoris prohibitionem, vt regulæ
prædictæ repugnantem, vitiat, & habet pro
non adiecta, *ſicut ibi oſtendemus num.33.*

Sexto infertur ius accreſcendi, quod con-
tra voluntatem teſtatoris competit ei, qui ad
ſuam portionem hæreditatis admittitur de
iure ſpeciali, *ſecundum ea, quæ dicemus in 7.cap. q.61.* non deſcendere ex voluntate teſtatoris,
quippè, quæ, vt portioni principali, ita, &
multo magis accreſcenti refragatur, ſed ex
59 mera diſpoſitione legis, † quæ non vult te-
ſtatorem decedere pro parte teſtatum, & pro
parte inteſtatum, *vt ibi dicemus.*

Septimo infertur, ſi is, qui fuit prohibitus
alienare, ſimpliciter inſtituat hæredem ex-
traneum in bonis ſuis, licet huiuſmodi inſti-
tuto accreſcant etiam bona prohibita alie-
nari, ne teſtator decedat pro parte teſtatus, &
pro parte inteſtatus, non tamen cenſeri eum
60 contraueniſſe prohibitioni, † quia prędicta
bona non conſequitur inſtitutus ex volunta-
te, & diſpoſitione teſtatoris, quippe, qui ſim-
pliciter inſtituendo in bonis ſuis, non cenſe-
tur prædicta bona compræhendiſſe, ſed ea
conſequitur ex mera diſpoſitione legis, *vt in ſpecie conſuluit Dec.conſ.378.nu. 1.*

Octauo infertur, ſi ſtatuto caueatur, ne
vxor poſſit ex iudicio, & diſpoſitione mariti
conſequi ſupra certam bonorum partem, aut
vſumfructum, non impediri eam, ſi fuerit in
illa parte, aut vſufructu inſtituta, per ius ac-
creſcendi capere totam hæreditatem, ſi cohę-
res datus deficiat, quia non ex iudicio, & diſ-
poſitione mariti reſiduum conſequitur, ſed
ex mera diſpoſitione legis, *vt viſum eſt ijs, quos referemus in 10.cap.quæſt.14.nu.44. vbi latè de huiuſce rei veritate dicemus.*

Quartus caſus eſt, quando tractamus de
iure accreſcendi, quod habet locum in ijs
cauſis, in quibus defuncti voluntas impugna-
tur, vt in querela, & contra tabulas bonorum
poſſeſſione, Et tunc ſimiliter verius eſt, tale
ius non prouenire ex tacito iudicio defuncti,
61 † *vt recte ſcripſerunt Dec.in d. rub. Cod. quand. non pet.part.in prim.lect num.3. in fi. & in 2.nu. 4. in fin. & in 3. num. 26. & ibi Cagn. num.23. Gozad.in l.vn.num.2.verſ.Iſta ratio & verſ. 3. C.eod. Alciat.lib.4.Parad. cap. 8. in fi. Duar. d. lib.1.de Iur.accr.cap.1.Peralt.in d. l. & Proculo. 20.num.17.ff.de leg.2. Ceph.d. conſ 59. num. 18. Mantic.d.lib.4.tit.11.num. 10. Men. d. lib. 4. præſ.86 num. 9.*

Neq; obſtat, quod teſtator cenſeatur cogi-
taſſe de iure communi, & voluiſſe id ſeruari,
62 † *l.ſi quis cum.37. ff. de cond. & dem.* eaq; ratio-
ne videatur ius accreſcendi prouenire ex iu-
dicio teſtatoris, etiam in ijs cauſis, quæ locum
habent contra expreſſam eius voluntatem,
63 † *vt cenſuerunt Seb.Sap.in d.l.vn.num.8. & ſeqq. & ibi Claud.Tut.nu.32.in fi.C. quand. non pet. part.* quia reſpondeo voluntatem hãc, ſi qua
poteſt in huiuſmodi caſu conſiderari, non
64 eſſe † propriam, ſed abuſiuam: Nam pater,
qui filium præterit, aut exhæredat, ſine dubio
vult eum excludere ab hæreditate, & conſe-
quenter à iure accreſcendi, quod in ea locum
habere poteſt, Et quamquam ſciat, aut ſcire
debeat, voluntatem ſuam non poſſe ſortiri
effectum, eo, quod filio lege proſpectum eſt,
non ideo tamen minus cenſendus eſt, voluiſ-
ſe filium excludere, quia, quod dicimus, cen-
ſeri eum voluiſſe ſeruari diſpoſitionem iuris,
nõ continet verã voluntatẽ, ſed abuſiuam,
cum ſit voluntas neceſſaria, & quodammo-
do coacta: Nam ideo creditur velle, quia
65 nec impedire poteſt, † *vti declarat Purp. in d. rub.C.quand.non pet.part.num.15. & 16.*

Quintus, & vltimus caſus eſt, quando tra-
ctamus de iure accreſcendi, quod habet locũ
in hæreditatibus legitimis, & id genus alijs
cauſis, quæ neq; ex diſpoſitione teſtatoris
proficiſcuntur, neq; contra expreſſam eius vo
luntatem inducuntur, ſed ex ſimplici legis
diſpoſitione proueniunt. Et in ijs, licet pleriq;
cenſuerint, ius accreſcendi prouenire ex taci-
66 to iudicio defuncti, † *vt gl.in d. l.ſi Titio.63.§. Iulianus, in verb.cum ſuo onere ff.de leg. 2. Crott. in d.l.re coniuncti, num. 45. Dec. in d. rub. Cod. quand.non pet.part.in 2. lect. num.4. in fi. & ibi Cagn.num.15. & ſeqq. & num. 24.in fi. & num. 33. Dec.in d.l.vn.in prim.lect.num.4.verſ & reſpondeo ſpecialiter, & in 2.num.17. & ibi Pe. nu. 4.Gozad.num.2.verſ 4. & verſ.aut ſumus, Ioan. Guter.num.8. & 9.C.eod.Beret.conſ.84. num. 8. Gomez d.tom.1.varia.reſol.cap.3.num. 26. verſ.*

imo,

Digitized by Google

imo, quod magis eſt. Verius tamen eſt, id ex
67 mera diſpoſitione legis prouenire, † *vt rectè cenſuit Menoch. d. lib. 4. præſ. 86. num. 6. & 10.*
quia, quamuis legitimæ hæreditates dicantur
ad proximiores pertinere ex tacita defuncti
voluntate, cum paterfamilias, qui teſtamenti
factionem habet, nec teſtari vult, credatur vl-
tro voluiſſe legitimam hæreditatem relin-
68 quere venientibus ab inteſtato † *l. 3. in princ. l. conficiuntur. 8. in prin. ff. de Iur. codic.* non tamē
ex hoc ſequitur, ius accreſcendi, quod inter
hæredes legitimos locum habet, ex tacito iu-
dicio defuncti proficiſci: Nam, præter id,
quod tacita illa voluntas in relinquenda hæ-
reditate, non, niſi in eo conſideratur, qui te-
ſtari noluit, cum alioquin pleriq; ſæpè inuiti,
& quod teſtari facto non potuerint, morian-
tur inteſtati, alia quoq; ratione tacita illa vo-
luntas conſiderari non poteſt: Si enim in te-
ſtamentarijs hæreditatibus, quæ deferuntur
ex iudicio expreſſo teſtatoris, ius accreſcen-
di tacitam tantummodo dicitur habere vo-
luntatem, conſequens eſt, vt in legitimis, quę
non deferuntur ex iudicio expreſſo, ſed tan-
tum tacito, nullum cerni poſſit voluntatis ve-
ſtigium, quia voluntas, quæ conſideratur in
iure accreſcendi, debet eſſe minor ea quæ cō-
ſideratur in ſucceſſione deferēda. & ideo, cū
in legitima hæreditate deferenda tacita tan-
tum voluntas conſideretur, non poteſt in iu-
re accreſcendi voluntas aliqua conſiderari,
quæ ſit minor tacita, niſi, quæ nulla eſt.

Neq obſtat, *l. ſi Titio. 63 §. Iulianus ff. de*
69 *leg. 2.* vbi coniunctus, † cui portio legitimæ
hæreditatis accreſcit, quaſi ſubſtitutus appel-
latur, quia reſpondeo, Primo, dici ſubſtitutū
70 impropriè, † *vt declarant Soc. Iun. in l. hæc verba. 3 num. 40. ff de leg. prim. Galiaul. in l. centurio 15. num. 477. ff. de vulg. Peral. in d. l. & Proculo. 20. nu. 2. & 30. ff. de leg. 2. Mantic. de coni. vlt. vol. lib. 5. tit. 3 num. 12. Gomez to. 1. varia. reſol. cap. 10. nu 36 verſ prima ſit Ruſtic in q. an fil poſ. in cond. lib. 5. cap. 2. part. 1 num. 6. Roſ. conſ. 18. num. 13. vol 4. Men. d. lib 4. præſ. 86. num. 12.*
quod patet ex eo quia dicitur, quaſi ſubſtitu-
71 tus, quæ dictio denotat improprietatem, † *vt in his terminis conſiderant Caſtr. in d. §. Iulianus num. 2. Soc. Iun. in d. l hæc verba. 3. num. 40. Cagn. in d. rubr. C. quand. non pet. part. num. 22. Peralt. in d. l. & Proculo. 20. num. 30. ff. de leg. 2.*
Nam verè, & propriè aliud eſt ſubſtitutio,
72 aliud ius accreſcēdi † *l. ſi ex pluribus. 9. ff. de ſuis & leg. & ſcribunt Bart. in l. Lucius 45. num. 21. ff. de vulg. Duar. d. lib. 1. de Iur. accr. cap. 1. Men. conſ 528. num. 22.* Hinc fit, vt non poſſit ius
accreſcendi cenſeri prouenire ex iudicio de-
functi tacito, quia ſubſtitutiones, quæ veniūt
ex voluntate teſtatoris, ſunt proprię, tametſi
73 tacitę † *d. l. iam hoc iure. 4 ff. de vulg. & l. quia tacita. 25. ff. de hær. inſt.*

Secundo reſpōdeo dici, quaſi ſubſtitutum
comparatiue: Nam ius accreſcendi æqui-
74 paratur ſubſtitutioni, † *vt ſcribit Purp. in d. l. vn. num 98. C. quand. non pet. part.* & vim, ac
naturam ſubſtitutionis habet, † *vt declarat Pereg. de fideic. artic. 8. num. 4. & artic. 36. nu. 117.*
Quamobrem dicitur eſſe inſtar ſubſtitutionis
75 † *a Bald in d. l. vn. num. 20. & ibi Cagn num. 17. verſ. vltim. C. quand. non pet. part. Cagn. in rub. C. eod. nu. 20.* & ſubſtitutionem eſſe, nō, quoad
titulum nominis, ſed, quoad ius, & effectum,
77 † *vti videre eſt apud Bald. in l. teſtamento. 6 num. 2. C de impub. & al. ſubſt.* quia, quemadmodū
ſubſtitutio defert partem deficientis ſubſtitu-
to, ita, & ius accreſcendi coniunctio, *l. vn. §. in primo. §. pro ſecundo, & § ſin autem aliquid ſub conditione Cod. de cad. toll.* & quemadmodum
ſubſtitutio, non, niſi in primum caſum locū
habet, & extinguitur admiſſo primo *l. poſt aditam 5. C. de impub. l. ſi legata. 6. C. de lega.* ita etiā
extinguitur ius accreſcendi *l. 1. §. interdum ff. de vſufr. accr. & nos latè dicemus in 7. cap. q. 59. num. 46.* Comparatio autem *in d. §. Iulianus,*
non fit ratione voluntatis defuncti, ſed ratio-
78 ne oneris, † quia ad ſimilitudinem ſubſtituti
tenetur coniunctus ſubire onera iniuncta de-
ficienti, *vt declarant Purp. in d. rub. C. quand. non pet. part. num. 17. Claud. Tut. in d. l. vn. num. 8 C. eod. Polit. de ſubſtit. titu. de vulg. q. 2 num. 6. ſeu num. 85. Mantic. d. lib. 4. tit. 11. num. 3. Ruſtic. in d. l. cum auus. 101. lib. 3. cap. 10. num. 106. & in dict. quæſt. an fil poſ. in condit. lib. 4 cap. 2. part. 1. num. 16.* Nam, quia reſcripto
Diui Seueri conſtitutum fuit, vt legata relicta
ab inſtituto cenſeantur à ſubſtituto repetita
79 *l. licet. 77. ff. de leg. prim.* & de legitimis hæredi-
bus non eſt facta mentio, ideo dubitatum eſt,
an relicta ab vno ex cohæredibus legitimis
præſtari debeant ab alio, cui portio accreſcit.
Et ait Vlpianus, debere præſtari, quaſi à ſub-
ſtituto, ideſt, ad exemplum, & ſimilitudinem
80 ſubſtituti, † *vt declarant Purp. in d. rub. Cod. quand. non pet. part. num. 17. & Mantic. d. lib. 4. tit. 11. num. 3.*

Tertio reſpondeo, fatendo, talem coniun-
81 ctum poſſe dici ſubſtitutum, *prout eum ſimpliciter appellant Caſtr. in d. §. Iulianus, nu. 2. Alcia. conſ. 44. num. 48. lib. 9. Crau. in l. cum filioſa. 11. in prim. lect. num 162. ff. de leg. prim. Io. Guter. in d. l vn. num 19. verſ ſed ego Cod quand. non pet. part. Nat. conſ. 667. num. 12. Men. de adip. poſſeſſ. rem 4. num. 119 & conſ. 141. num. 5.* ſed dici
ſubſtitutum à lege, ſiue à iure, quod illum vo-
cat in locum deficientis agnati, non verò à
defuncto. Quamobrem ius accreſcendi di-
citur ſubſtitutio legalis, non teſtamentaria,
82 † *vti videre eſt apud Galiaul. in d. l. centurio. 15. num. 205. & ibi Soc. Iun. num. 123. & Ceph. num. 186. ff. de vulg. Soc. Iun. in d. l. hæc verba. 3. num. 40. ff. de leg. prim. Claud. Tut. in d. l. vn. num. 9. verſ. Præterea C. quand. non pet. part. Vaco. à Vacu. lib. 4. declar. 54. num. 1. Men. de præſ. lib. 4. præſ. 40 num. 17. Surd. d. deciſ. 151. num. 17.* Et hæc
de ſecundo capite.

Qua ratione ſit introductum ius accreſcendi.

Caput Tertium.

TErtium ſuccedit diſputationis caput, ſub quo videndum eſt, Qua ratione fuerit introductum ius accreſcendi. Dupliciter autem hoc caput excutiemus, vno modo generaliter, altero verò ſpecialiter.

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Ius accreſcendi fuit introductum, ne quis decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus. Sed contra num. 3. Declara, vt num. 4. & 16. & num. ſeqq.*
2 *Declaratur §. non autem Inſt. de her. inſt.*
5 *Ceſſante ratione diſpoſitionis ceſſat & ipſa diſpoſitio.*
6 *Legati portio, licet non accreſcat, non tamen decedit teſtator pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.*
7 *Portio legati deficiens manet apud hæredem.*
8 *Regula l. ius noſtrum 7. ff. de reg. iur. non poteſt conſiderari in hæreditatibus legitimis.*
9 *Querela non naſcitur, niſi poſt aditam hæreditatẽ.*
10 *Hæreditatem poſt aditam, & ſic ex poſt facto abſurdum non eſt, quem decedere pro parte teſtatum, & pro parte inteſtatum.*
11 *Regula l. ius noſtrum. 7. ff. de regul. iur. non poteſt conſiderari in contractibus.*
12 *Declaratur l. ſi ſolus. 79. in prin. ff. de acq. hæred. & num. 13. & 14.*
15 *Iuris accreſcendi rationes variæ referuntur remiſſiuè.*
16 *Iuris accreſcendi ratio duplex.*
17 *Coniunctionis natura quæ?*
18 *Ius accreſcendi locum habet inter coniunctos, etiamſi ceſſet abſurditas l. ius noſtrum.*
19 *Ius accreſcendi cur habeat locum inter cohæredes omnimodo diſiunctos.*
20 *Ius accreſcendi ceſſat inter omnimodo diſiunctos, ſi ceſſet abſurditas l. ius noſtrum.*
21 *Ius accreſcendi non ceſſat, licet vna cauſa ceſſet.*

An ius accreſcendi fuerit introductum, ne quis decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.

Quæſtio Prima.

ET generaliter quidem tradunt interpretes paſſim, & communiter, ius accreſcendi fuiſſe introductũ ea ratione, ne quis decedat pro parte teſtatus, & pro parte inte-
1 ſtatus, † contra notiſſimam regulam iuris ciuilis, *de qua in l. ius noſtrum. 7. ff. de reg. iur. Ita enim ſcripſerunt gl. in l. ſeruus communis ab extero 66. in verb. accreſcunt, ff. de acq. hæred. gl. in l. Celſus. 29. §. vlt. in verb. capit ff. de leg. 2. Bart. in l. vn. § his ita definitis num. 3. C. de cad. toll. & in d. l. re coniuncti, num. 25. & 59. & ibi Crott. num. 45. Bald. in d. l. vn. num. 23. & ibi Dec. in prima lect. num. 4. & in 2. num. 16. Cagn. nu. 65. Claud. Tut. num. 11. & 15. & Io. Guter. num. 4. & ſeqq. C. quand. non pet. part. Bald in l. 1. num. 1. & ibi Iaſ. num. 1. C. de teſta. mil. Bald. in l. 1. verſ. & ratio iſtarum ff. de acq. hæred. Iaſ. in l. 2. num. 8. C. de pact. Dec. in d. rub. C. quand non pet. part. in 2. lect. num. 4. & ibi Cagn. nu. 8. & 11. verſ. prædicta, & num. 33. & 54. Purp. num. 9. Dec. in d. l. ius noſtrum. 7. num. 2 ff. de reg. iur. & conſil. 378. num. 1. Rip. in l. 1. num. 180. ff. de vulg. Rub. in d. l. pater filium. 14. num. 131. ff. de inoff. Hyer. Verr. in l. ex facto. 43. num 495. ff. de vulg. Alcia. in l. 4. §. Cato. nu. 82. ff. de verb. oblig. & lib. 4. Parad. cap. 8. & cap. 9. num. 9. Io. Guter. in l. nemo poteſt. 58. num. 103. ff. de leg. primo, Purp. conſ. 558. nu. 19. & 29. Soc. Iun. conſ. 95. num. 12. & conſ. 111. nu. 10 vol. 1. conſ. 152. num. 8. vol. 2. Ceph. conſ. 59. n. 17. Decia. conſ. 40. num. 2. vol. 1. Trentac. de ſubſt. part. 1. cap. 15. num. 6. verſ. confirmatur, Mantic. de con. vlt. vol. lib. 4. tit. 11. nu. 6. Craſſ. in §. teſtamentum q. 8. nu. 5. & in §. Ius accreſcendi q. 3. Bec. conſ. 103. num. 13. vol. 1. Men. de adipiſc. poſſ. remed. 4. num. 122. & conſ. 207. num. 60. Surd. cõſ. 439. num. 33. & deciſ. 152. num. 8. Mynſ. in §. hæreditas num. 11. Inſt. de hæred. inſt. & ibi Hoto. Enunt. 4. Cuiac. ad l. ſi duobus. 38. ff. de mil. teſt. in 7. lib. quæſt. Paul. Hoto. Illuſtr. q. 44. & in Epito. tit. ff. de vſufr. accr. num. 12. Gratia. diſcept. for. cap. 533. num. 4. Ruſtic. in l. cum auus. 101. lib. 3. cap. 10. num. 104. vbi ait, hanc eſſe receptiorem, & ab ea non eſſe recedendum, Et fuit etiam de mente illorum, qui ſimpliciter ſcripſerunt, partem accreſcere, ſeu ius accreſcendi habere locum, ne quis decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, vt Gomez. tom. 1. varia. reſol. cap. 10. n. 11. verſ. Itẽ, quod habeat, & Honded. conſ. 89. num. 50. volu. 1.* Mouit autem eos, vt ita ſentirent.

In primis illud, quia Iuriſprudentes, hanc iuris accreſcendi rationem videntur nominatim attuliſſe, vt patet *ex §. non autem, Inſt. de hæred. inſt.* vbi Iuſtinianus, *Si vnum tãtum quis ex ſemiſſe (verbi gratia) hæredẽ ſcripſerit,* inquit, *totus as in ſemiſſe erit,* quibus verbis ſine dubio
2 ſignificat † alterum ſemiſſem hæredi inſtituto accreſcere, *vt in ſimili ſpecie ſcribit Vlpianus in l. interdum. 13. §. 1. ff. eod.* deinde ſubijcit rationem his verbis: *Neq; enim idem ex parte teſtatus, & ex parte inteſtatus decedere poteſt.* Id ipsũ conſtat *ex l. hæreditate 19. § filiusf. ff. de caſtr. pec.* vbi Tryphoninus, *Filiusf. paganus de caſtrenſi peculio fecit teſtamentum,* inquit, *& dum ignorat, patrẽ ſe ſuum hæredem extitiſſe, deceſſit, non poteſt videri pro caſtrenſibus bonis teſtatus, pro paternis inteſtatus deceſſiſſe, quamuis id in milite, etiã nunc reſcriptum ſit, quia miles ab initio pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, poterat mori, quod ius iſte non habuit, non magis, quam, ſi ſine obſeruatione legum faceret teſtamentum. Neceſſariò ergo caſtrenſis peculij hæres ſcriptus vniuerſa bona habebit, perinde, ac, ſi pauperrimus facto teſtamento deceſſiſſet ignorans, ſe locupletatum per ſeruos alio loco agentes.* Deniq; patet hoc ipſum *ex l. idem eſt. 13. §. vlt. cum l. ſeq ff. de mil. teſta.* vbi, cum Vlpianus ſcripſiſſet, ad eum, qui à milite fuerat in ſolis bonis caſtrẽſibus inſtitutus, etiam bona paterna pertinere, & ſic ei accreſcere, ſi is veteranus deceſſerit, hanc Marcellus ſubijcit rationem: *Neq; enim iam potuit de parte bonorum teſtari.* Non eſt igitur alia, præter hanc, inquirenda iuris accreſcendi ratio.

Secundo mouit eos, quia ijdem Iuriſprudentes, quoties negant ius accreſcendi habere locum in teſtamento militis, hanc afferũt rationem ductam a ceſsãte cauſa, quia miles poteſt pro parte bonorũ teſtatus, & pro parte inteſtatus decedere, *vti videre eſt in l. ſi miles vnum 6. & l. ſi duobus. 38. ff. de mil. teſta.* Ergo ſignificant, in teſtamento pagani ideo habere locum ius accreſcendi, quia non poteſt is pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decedere. Quo argumenti genere vtitur etiam Tryphoninus *in d. l. hæreditate. 19. § filiusf. ff. de caſt. pecul.* vt patet ex illis verbis, *Quamuis id in*

militi, etiam nunc reſcriptum ſit, quia miles ab initio pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus poterat mori, quod ius iſte non habuit.

Verum hæc ratio non malè fuit à pleriſq;
3 improbata, † vt ab Alex. in d.l.vn. num. 12.& ibi Iaſ. num. 12. Gozad. num. 2. & ſeqq. C. quand. non pet. part. Iaſ. in addit. ad Port. in §. ſi eadem poſt nu. 1. Inſt. de legat. & in d. l. re coniuncti, nu. 112. & 206. Gul. Bened. in d. cap. Raynutius, in verb. & vxorē nomine Adelaſiam, n. 130. Gomez. tom. 1. var. reſol. cap. 10. nu. 27. verſ. ſed aduertendum. Peralt. in d.l. & Proculo. 20. nu. 25. ff. de leg. 2. non, quia nō ſit interdum vera: nam de hoc
4 non eſt dubitãdum, † vt ait Duar. lib. 1. de Iur. accr. cap. 1. ſed, quia non eſt generalis, vti colligere poſſumus ex eo, quia, ſi generalis eſſet, vtiq; ea ceſſante, ceſſaret & ius accreſcendi: nam ceſſante ratione diſpoſitionis ceſſat &
5 ipſa diſpoſitio † l. adigere. 6. §. quamuis. ff. de Iur. pat. cap. cum ceſſante De appell. latè Tiraq. in regula, ceſſante cauſa, num. 12. Atqui ius accreſcēdi non ceſſat, tametſi ceſſet illa ratio. Non eſt igitur ratio generalis. Minor autem illa multipliciter probatur, &

Primo, quia in legatis, & fideicommiſſis ceſſat illa ratio nam, & ſi portio vacans coniuncto non accreſcat, non tamen decedit teſtator pro parte teſtatus, & pro parte inteſta-
6 tus, † vt ſcribunt gl. in l. ſi duobus. 38. in verb. ſi duobus ff. de mil. teſta. Bart. in l. ſeruus communis ab extero. 66. ff. de acq. hæred. in l. pater filium 14. num. 9 ff. de inoff. in d.l. vn. §. bis ita definitis nu. 3. C. de cad. toll. Bald. in d. l. vn. §. vbi autem legatarij, nu. 8. C. eod. Ang. in l. pen. nu. 1. verſ. tu dic ff. de iniuſt. rupt. Imol. in l. 1. §. ſi ex fundo nu. 69. in l. quoties. 9. §. ſi duo. num. 39 & in l. heredes ſine partibus. 63. nu. n. 2. ff. de hæred. inſt. Ang. de Gãb. de teſta. gl. 60. num. 2. Alex. in l. ſi mihi, & tibi. 12. in prin. num 5. & ibi Iaſ. num. 25. ff. de leg. primo Iaſ. in add. ad Port. in d. §. ſi eadem poſt num. 1. Inſt. de legat. Crott. in d.l. re coniuncti. num. 255. & 61. verſ. 5. & ibi Rip. n. 133. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & vxorē nomine Adelaſiam, n. 106. Purp. in d.l. vn. nu. 37. & ibi Claud. Tut. num. 15. Io. Gutier. num. 24. & 26. C. quand. non pet. part. Cagn. in rub. C. eod. num. 11. 34. & 54. verſ. maior, Seb. Sap. in l. teſtamento. 6. num. 5. C. de impub. Clar. in §. teſtamentum. q. 74. num. 1. Cepo. conſ. 00. num. 22. Mantic. de con. vlt. vol. lib. 10. tit. 3. num. 21. Pereg. de fideic. artic. 11. nu. 65. Baldus. in §. vlt. num. 21. Inſt. de Orfic. & in d. §. ſi eadem. nu. 25. Inſt. de lega. Ant. Gou. de Iur. acc. nu. 16. quia remanet illa portio apud hęredem, à quo fuit relicta, qui ſuſtinet cauſam
7 teſtamenti † l. Celſus. 29. in prin. ff. de leg. 2. l. vn. §. in primo §. pro ſecundo, & §. ſin autem aliquid ſub conditione C. de cad. toll. Et tamen in legatis, & fideicommiſſis non ceſſat ius accreſcendi d. l. vn. § vbi autem legatarij C. eod. & nos latè dicemus in 6. cap. q. 20. & q. 21. per tot.

Secundo verò in hæreditatibus, quæ ab inteſtato deferuntur non poteſt illa ratio conſiderari, quia certum eſt, patremfa. inteſtatum
8 omnino deceſſiſſe, † vt conſiderant Iaſ. in d. l. vn. nu. 12. verſ primo. & ibi Dec. in prima lect. n. 4. & in 2. nu. 16. Gozad. nu. 2. Claud. Tut. nu. 32. Purp. n. 20. verſ. tamen non videtur C. quãd. non pet. part. Iaſ. in d. l. re coniũcti, n. 113. & ibi Polit. n. 50. Aleia. d. lib. 4. Parad. cap. 8. n. 1. Cagn. in d. rub. C. quand. non pet. par. n. 33. Gomez. d. tom. 1. var. reſol. cap. 10 n. 27. verſ. 2. Et tamē etiam in ijs locus eſt iuri accreſcendi l. ſi ex pluribus. 9. ff. de ſuis, & leg. & nos latè dicemus in 6. cap. q. 1. num. 3.

Tertio ceſſat illa ratio in querela, vtpotè, quę non, niſi poſt aditam hęreditatē naſcitur
9 † l. Papinianus. 8. §. ſi conditioni ff. de inoff. quo tempore abſurdum non eſt, quem decedere pro parte teſtatum, & pro parte inteſtatum
10 † l. nam, etſi parentibus. 15. §. vlt. l. mater decedens. 19. verſ ſecundum, quod, & l. circa. 24 ff. de inoff. Et eſt de mente Tryphonini in d. l. hęreditate. 19. §. filiusf. verſ. quia miles, ibi, initio, ff. de caſt. pecu. Et in ſpecie declarant Imol. in l. planè 34. § ſi duobus nu 3. verſ. nec obſtat ff. de leg. primo Iaſ. in d. l. vn. nu. 12. verſ. 2. & ibi Dec. in prima lect. nu. 5. & Io. Gut. num. 11. C. quand. non pet. part. Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 114. & ibi Crott. num. 127. verſ. nec dicatur, Iaſ. in addit. ad Port. in d. § ſi eadem poſt nu. 1. Inſt. de legat. Dec in d. l. ius noſtrum. 7. num. 10 ff de reg. iur. Rub. in d. l. pater filium. 14. nu. 130. & 131. ff. de inoff. Gomez. d. tom. 1. var. reſol. cap. 10 nu. 27. verſ. ſed aduertendum, Men. conſ. 207. nu. 61. Mynſ. in d. §. hæreditas, nu 12. Inſt. de hęr. inſt. Et tamen etiam in ea locum habet ius accreſcendi l. ſi ponas 23 §. vlt ff. de inoff. & nos dicemus in 6. cap. q. 30. nu. 1. & ſeqq.

Quarto dubium non eſt, quin illa ratiō ceſſet in contractibus ad quos teſtati, verbũ non
11 poteſt vllo modo referri † l. verba contraxerũt. 20. ff. de verb. ſign. Et in hic terminis conſiderant Iaſ. in d l. vn. num 12 verſ. 4 & ibi Dec. in prima lect. nu. 4. & in 2. nu. 19. Gozad. nu. 2. Io. Gut. nu. 13. C. quand. non pet. part. Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 115. & ibi Polit. num. 50. Et tamen etiam in ijs interdum locum habet ius accreſcendi, vt oſtendemus in eodem 6. cap. q. 32 per tot.

Quinto ceſſat illa ratio plerumq & in te-
12 ſtamentarijs hæreditatibus, † vt in ſpecie l. ſi ſolue. 79. in prin. ff. de aeq. hæred. Nam, ſi quis ex pluribus partibus fuerit hæres inſtitutus, & in aliquibus habeat ſubſtitutum, poſſet haud dubiè talis ſubſtitutus partes illas adeundo teſtati cauſam ſuſtinere, Et tamen non ceſſat ius accreſcendi, quia inſtitutus partem agnoſcendo coeteras, etiam inuitus excipere com-
13 pellitur, † vt declarat Iaſ. in d. l. vn. nu. 12. verſ. 3. & in d. l. re coniuncti, nu. 114. verſ. 3. Verum nō eſt in propoſita ſpecie proprium ius accreſ-
14 cendi, † vt Imol. in l. in ratione 11. §. quæſitum in fi ff. ad l. Falc. Alex. in l. 1. §. id quod, num. 3. in fi ff. eod Cagn. in d. rub C. quand. non pet. part. n. 11. Claud. Tut in d. l. vn. num. 28. in fin. C. eod. & alij rectè animaduerterunt: Tractatur enim ibi de varijs partibus hæreditatis, in quibus quis fuit hæres inſtitutus, & ſcribitur, non poſſe hęredem vnam adire, & coeteras reſpuere, quia eo modo diuideret teſtatoris voluntatē, quod iuris ratio non permittit. Nos verò loquimur de parte cohæredis deficientis, quę defertur adeunti per ius accreſcendi. Itaq; nō pertinet ad hanc materiam, ſed ad eam, quã proſequemur in 9. cap. q. 17. & qq. ſeqq. vbi tractabimus de inſtitutione coniuncta cũ iure accreſcēdi.

Reiecta igitur ratione communi varias noſtri ſolent iuris accreſcendi rationes afferre,
15 † vti videre eſt apud Bald. in l. vn. §. in primo num. 16. verſ Item extra Cod. de cad. toll. Iaſ. in d. l. vn. num. 12 verſ. tu ergo, & ibi Dec. in prima lect. num. 5. & in 2. num. 26. Purp. nu. 21. Gozad. num. 2.

num.2. Pic.num.4. Sap.num.11. Claud.Tut.nu. 37. C.quand. non pet.part. Iaſ. in d.l.re coniun-cti, num.116. & ſeq. Gul. Ben. in d. cap. Raynu-tius, in verb. & vxorem nomine Adelaſiam, nu. 130. Bereng. in l.in quartam. 90. cap.1. num.7. ff. ad l.Falc. Gomez. tom. 1. var. reſol. cap. 10. num. 27. verſ. ſed operæ pretium. Trentac. de ſubſt. part. 1. cap.15. num.2. Mantic. de con. vlt. vol. lib.4. tit. 11. num.4. Peralt. in d.l. & Proculo. 20. num.26. ff. de leg.2. Cuiac. ad tit. C. quād. nō pet. part. quas tamen propoſiti noſtri non eſt in hoc loco recenſere, maximè, cū pleræq; ex ijs non ſint rationes, cur introductum ſit ius accreſcendi, ſed, cur portio inuito accreſcat, vt proinde, non in hoc loco ſint referendæ, ſed *in 8. cap. q. 4. num. 9. & ſeqq.* vbi latiùs eas proſequemur, & ad ſingulas, quibus illæ conuenire poſſunt, ſpecies accōmodabimus: Hic enim ſatis erit, id breuiter referre, quod ipſe de propoſita quęſtione verius eſſe puto.

Cenſeo igitur, veriſſimam eſſe ſententiam
exiſtimantium, duplicem eſſe iuris accreſcē-
di cauſam, vnam, quæ ſumitur à natura con-
iunctionis, alteram verò, quæ ducitur à regu-
16 la *l. ius noſtrum. 7. ff de reg. iur.* † *Quæ fuit ſenten-*
tia Bald. in l. quidam elogio. 20. num. 20. C. de
Iur. delib. Polit. in d. l. re coniuncti, num. 51. &
Duar. d. lib. 1. de Iur. accr. cap. 4. Nam, ſi ius ac-
creſcendi locum habeat inter coniunctos,
prout regulariter locum habere ſolet, eius
cauſa non deducitur ab illa regula, ſed à na-
17 tura coniunctionis, quæ eſt, † vt coniuncti cō-
ſtituant vnum corpus, & vnius vicem, perſo-
namq; ſuſtineant *l. planè. 34. §. 1. ff. de leg. prim.*
l. vn. §. his ita definitis, verſ. hæc ita tam variè C.
de cad. toll. & nos latiùs oſtendemus in 5. cap. q.
35. nu. 1. & ſeqq. Et in his terminis declarat Crott.
in d.l. re coniuncti, num. 2. Ideſt, idem capiant
omnes, quod caperet vnus, ſi ſolus ad rem,
aut partem coniunctim relictam vocatus eſ-
ſet. Quo fit, vt alijs deficientibus idem ca-
pere debeat vnus, quod omnes eſſent accep-
turi, ſi concurrerent, ſcilicet, quia hæc eſt fi-
ctitij corporis natura, vt idem pauciores ſu-
perſtites conſequantur, quod plures eſſent ha-
bituri, ſi ſupereſſent.

Hinc fit, vt in coniunctis non valeat hæc
conſequentia, ceſſat abſurditas *l. ius noſtrum,*
18 Igitur ceſſare debet ius accreſcendi, † *vt ſcri-*
bunt Polit. in d. l. re coniuncti, num. 51. & Seb.
Sap. in d. l. vn. num. 48. C. quand. non pet part.
quia, vt dictum eſt, cauſa iuris accreſcendi,
quod habet locum inter coniunctos, non
deducitur ab illa regula, ſed à natura coniun-
ctionis, quæ non ceſſat.

Cœterum, ſi coniunctione ceſſante locū
habeat ius accreſcendi, prout euenire ſolet in
teſtamentarijs hęreditatibus, in quibus etiam
inter omnimodo diſiunctos, & eos, qui iure
coniunctionis non poſſunt admitti, locum
habet ius accreſcendi, verius eſt, eius cauſā à
19 prędicta regula deduci, † *vt ibi rectè Polit docet.*
Hinc fit, vt in omnimodo diſiunctis, & ſi-
milibus, qui teſtatoris non habent voluntatē,
valeat hæc conſequentia, ceſſat abſurditas
l. ius noſtrum. Igitur ceſſare debet ius accreſ-
20 cendi † *vt ibi rectè ſcribit Polit.*

Non eſt igitur ſimpliciter dicendum, iuris accreſcendi cauſam eſſe regulam prędictam, quoniam ea non eſt cauſa, niſi, cur habeat locum inter omnimodo diſiunctos, aut eos, qui voluntate teſtatoris ſunt deſtituti, & nihilominus partem hæreditatis vacantem, aut etiā totam hæreditatem ex teſtamento conſequuntur. Nec ſimpliciter inferendum, ceſſat ratio *l. ius noſtrum*. Igitur ceſſare debet ius accreſcendi, quia, cum duæ ſint rationes ſufficientes ad illud inducendum, nempè ratio illius abſurditatis, & ratio coniunctionis, ſufficit altera, vt iuri accreſcendi poſſit eſſe locus,
21 † *vt ibi rectè Polit. explicat.*

SVMMARIVM.

1 *Ius accreſcendi in legatis, & fideicommiſſis nō fuit introductum, ne teſtator decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.*

2 *Ius accreſcendi ducitur ex vi, & natura coniunctionis in legatis, & fideicōmiſſis, Declaraut n. 3*

4 *Ius accreſcendi quod habet locum inter cohæredes coniunctos, ducitur ex vi, & natura coniunctionis, & num. 5.*

6 *Ius accreſcendi, quod habet locum in hæreditatibus teſtamentarijs, quibus caſibus ſit introductum, ne quis decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus & num. 10. & ſeq.*

7 *Ius accreſcendi in hæreditate fuit introductum, ne quis decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, Declara, vt ibi.*

8 *Ius accreſcendi in hæreditate teſtamentaria fuit introductum, ne quis decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, Declara vt ibi.*

9 *Declaratur Bald. in rep. l. 1. nu. 8. C. de ſacr. eccl.*

12 *Ius accreſcendi, quod habet locum in hæreditatibus legitimis, non fuit introductum, ne teſtator decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.*

13 *Ius accreſcendi in legitimis hæreditatibus deſcēdit ex vi, & natura cōiunctionis, Declara, vt n. 14*

15 *Ius accreſcendi in ſucceſſionibus ſtatutarijs prouenit à vi cōiunctionis, & tacita mēte ſtatuentiū.*

16 *Ius accreſcendi in querela, & contra tabulas bonorum poſſeſſione ducitur ex vi, & natura coniunctionis.*

17 *Ius accreſcendi in querela, & contra tabulas bonorum poſſeſſione deſcendit ex mente legis, quę plures collectiuè vocauit.*

Quæ ſpecialiter fuerit iuris accreſcendi in ſingulis cauſis introducendi ratio.

Quæſtio Secunda.

SPecialiter autē, ſi quęramus, quando abſurditatis illius euitandę cauſa vera ſit iuris accreſcendi ratio, quandòue natura coniunctionis, varij ſunt diſtinguendi caſus, quorum

Primus eſt, quando tractamus de legatis, &
fideicōmiſſis, Et tunc certi iuris eſt, cauſam fi-
nalē iuris accreſcendi non deduci à prędicta
1 regula † *l. ius noſtrum, vt declarant Iaſ. in addit.*
ad Port. in d. §. ſi eadem, poſt nu. 1. Inſt. de legat.
Crott. in d.l. re cōiūcti n. 2. Peralt. in d.l. Proculo.
20. n. 25. ff. de leg. 2. Et eſt de mente omnium, quos
retulimus in prçced. q. n. 6. ſed à natura coniun-
2 ctionis, † *vt in ſpecie docent Bald. in rep. l. 1.*
num. 8. verſ & ideo potes C. de ſacroſ. Eccl. Caſtr.
in d.l. vn. §. his ita definitis num. 3. C. de cad. toll.

Curt. Iun. conſ. 83. num 13. Seb. Sap. in d. l. vnic. num 48. C. quand. non pet. part. Crott. in d. l. re coniunctis, num. 2. Duar. d. lib. 1. de Iur. accr. cap. 1. & cap. 12. Pereg. conſ. 32. num. 1. vol. 3. Ant. Gou. de Iur. accr. num. 25. Quamobrem dicimus cauſam iuris accreſcendi in legatis, & fideicommiſſis eſſe coniunctionem, *vt io ſtendemus in 5. cap. q. 36. nu. 1.* ſiue voluntatem teſtatoris, quæ ex tali coniunctione colligitur, *vt diximus in 2. cap. q. 2. num. 14.* Ideo autem in ijs coniunctio ius accreſcendi parit, quia,
3 † aut teſtator verbis coniungit legatarios, & fideicommiſſarios, Et cenſetur eos in vnum corpus redigere, & pro vna perſona reputare, *vt oſtendemus in 5 cap. q. 35. num. 1. & ſeqq.* Quę res operatur, vt idem capiant omnes, ſi concurrant, qnod caperet vnus, ſi ſolus eſſet, ideq; proinde capere debeat vnus, qnod omnes, ſi coeteri deficiant, vt eſt fictitij corporis natura. *ſecundum ea, quæ diximus in q. præced. nu. 17.* Aut verò verbis diſiungit, Et tunc, quia ſermo teſtatoris manifeſtè ſolidum ſingulis aſſignat, & interueniente concurſu neceſſariò debet alter alterius legatum diminuere, ideo fit, vt ceſſante concurſu ceſſet diminutio, & per conſequentias legatarius integrum id retineat, quod ſibi relictum eſt, nullius concurſu diminutum *l. vn. §. vbi autem legatarij, verſ. ſin verò nemo alius C. de cad. toll. & nos latiùs decemus in 4. cap. q. 4. num. 6. & in cap. 5. q. 37. nu. 5.* Hinc infertur.

Primo in legatis, & fideicommiſſis locum habere ius accreſcendi etiam in teſtamento militis, *vt oſtendemus in 10. cap. quæſt. 24. nu. 5.* quia, cum etiam in eo poſſit interuenire coniunctio, quæ eſt cauſa iuris accreſcendi, conſequens eſt, vt, & ipſum ius locum habere debeat, *ſecundum ea quæ dicemus ibi num. 11.*

Secundo infertur, ſi legatarij, vel fideicommiſſarij ſint omnimodo diſiuncti, non habiturum inter eos locum ius accreſcendi, *vt dicemus in 5. cap. q. 41. num. 1. & ſeqq.* quia tunc ceſſat vtraq; cauſa, quę inducit ius accreſcendi, nempè coniunctio, cum ſint omnimodo diſiuncti, & abſurditas illa, quod teſtator decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, quippe, quę non conſideratur in legatis, & fideicommiſſis, *vt dictum eſt in q. pręced. n. 6.*

Tertio infertur, inter condominos eiuſdē ſerui, cui legatum datum eſt, locum non habere ius accreſcendi *l. & Proculo. 20 ff. de leg. 2. & nos latiùs dicemus in 5. cap. q. 40. nu. 27.* quia ceſſat inter eos vtraq; iuris accreſcendi cauſa, nempè coniunctio *ſecundum eam opinionem, quam nos veriorem arbitramur, vt dicemus in eodem 5. cap q. 27. num. 17.* vel ſaltem vis coniunctionis, cum pro coniunctis non habeantur, *ſecundum opinionem aliorum, quos referemus ibi num. 7.* & abſurditas prędicta, quę (vt dictum eſt) in legatis, & fideicōmiſſis cōſiderari neqt.

Secundus caſus eſt, quando tractamus de iure accreſcendi, quod in hęreditatibus teſtamentarijs, locum habet inter coniunctos, nō repugnante voluntate teſtatoris, Et tunc ſimiliter verius eſt, cauſam iuris accreſcendi non eſſe regulam prędictam, ſed vim, & naturam
4 coniunctionis, † *vt rectè docuerunt Polit. in d. l. re coniunctis, nu. 51. Gozad. in d. l. vn. nu. 2. verſ. Item aſſignatur, & ibi Seb. Sap. num. 48. C. quād. non pet. part. Duar. d. lib. 1. de Iur. accr. cap. 1.* vtpotè, à qua tale ius proficiſcitur, & regulariter
5 æſtimatur † *l. Item quod Sabinus. 17. §. 1 ff. de hær. inſt. l. coniunctim 78. ff. de leg. 3. l. triplici. 142 ff. de verb. ſign. l. vnic. § his ita definitis C. de cad. toll.* Quamobrem dicimus etiam in hæreditatibus teſtamentarijs cauſam iuris accreſcendi eſſe coniunctionem *vt oſtendemus in 4. cap. q. 4. num. 13.* ſiue voluntatem teſtatoris, quæ ex huiuſmodi coniunctione colligitur, *vt diximus in 2. cap. q. 2. num. 14.*

Hinc infertur, inter coniunctos cohęredes locum habere ius accreſcendi, etiam in teſtamento militis, *vt oſtendemus in 10. cap. q. 24. nu. 9.* quia, licet in eo ceſſet cauſa iuris accreſcendi, quę ducitur à regula *l. ius noſtrum*, non tamen ceſſat ea, quæ ducitur à natura coniunctionis, quippè, quæ etiam in huiuſmodi teſtamento interuenire, & conſiderari poteſt, *vt ibi oſtendemus num. 11.*

Tertius caſus eſt, quando tractamus de iure accreſcendi, quod habet locum in hæreditatibus teſtamentarijs fauore illius, qui nō eſt coniunctus, vel admittitur contra teſtatoris voluntatem. Et tunc verum eſt, cauſam iuris accreſcendi eſſe regulam predictam, ne teſtator decedat pro parte teſtatus & pro parte in-
6 teſtatus, † *vt in ſpecie declarant Caſtr. in l. ſeruus communis ab extero. 66. num. 1. ff. de acqu. hæred. & in d. l. vn. § his ita definitis nu. 3 C. de cad. toll. Polit. in d. l. re coniunctis nu. 51. & 94. Ant. Gou. in l. 1. § ſi cohæredis num. 1 ff. ad l. Falc.* Et ita videntur accipiendi, qui generaliter, hanc eſſe iuris accreſcendi cauſam tradiderunt. *quos retulimus in q. præced, num. 1.* Et verò etiam, qui ſpecialiter de hæreditate loquentes eandem
7 rationem attulerunt, † *vt Rub in d. l. pater filiū 14. num. 130 ff. de inoff.* quemadmodum, & qui eā pro ratione adduxerunt loquētes de hære-
8 ditate teſtamentaria. † *vt Bald. in d. l. vn. §. vbi autem legatarij num. 3. C. de cad. toll. Crott. in d. l. re coniunctis nu. . Dec in d. l. vn. in prim. lect. nu. 4. & ibi Purp nu 20 verſ. & tenēdo Claud. Tut. nu. 37. C. quād non pet. part. Peralt. in d. l. & Proculo. 20. num. 25. ff. de leg. 2. Trētac. de ſubſtit. part. 1. cap. 15. num. 2. Duar. d. lib. 1. de Iur. accr. cap. 2. Surd. d. cōſ. 123. n. 23.* Sunt enim oēs de ijs caſibus intelligendi, in quibus coniunctio ceſſat, aut teſtatoris voluntas refragatur, *ſecūdum ea, quæ ſupra diximus.* Quam in rem facit, quod ſcribit Baldus *in rep. l. e. num. 8. verſ. & ideo po-*
9 *tes C. de ſacr. Eccl.* dum ait, † in hæreditate coniūctionem operari quidem prælationem, ſed non excluſionem iuris accreſcēdi, ſi deficiat, quia ius accreſcendi prouenit ex alia regula, ſcilicet, ne quis decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus: Significat enim ex hac regula tunc iuris accreſcendi cauſam deduci, cum deficit coniunctio. Huius autem rei varia poſſunt exempla afferri.

Primū in hęrede ex parte inſtituto, cui reſiduū hæreditatis nulli datum accreſcit: nā huiuſmodi acceſſio non fit ex vi coniunctionis, ſed, ne teſtator decedat pro parte teſtatus, &
10 pro parte inteſtatus † *§. non autem Inſt. de hær. inſt. l. idem eſt. 13. §. vlt. cum l. ſeq. ff. de mil. teſt. l. hęreditate. 19. §. filiusf. ff. de caſtr. pec. & nos latius oſtendemus in 7. cap. q. 1. num. 2.*

Secundum in hęrede rei certę, cui tota hęreditas accreſcit, vel, quia cohęres vniuerſalis datus non ſit, vel, quia datus defecerit, *ſecundum*

Google

ſum ea, quę latè dicemus in cap. q. 7. num. 5. &
q. 9. num. 16. & ſeqq. nam, & huiuſmodi acceſ-
11 ſio fit ob eandem cauſam, † *vt arg. l. ſi miles*
vnum 6 ff. de mil. teſt. latè dicemus in d. q. 7. num.
4. & d. q. 9. num. 21.

Tertium in hæredibus omnimodo diſiun-
ctis, quibus nihilominus vacans hæreditatis
portio accreſcit ob eandem regulam, *vti di-*
cemus in 5. cap. q. 41. num. 9.

Quartum in condominis eiuſdem ſerui,
quibus vacans hæreditatis pars accreſcit, non
ex vi coniunctionis, ſed ob eandem regulam,
ne teſtator decedat pro parte teſtatus, & pro
parte inteſtatus, *vt dicemus in eodem 5. cap. q.*
40. num. 4.

Quintum in hæredibus, qui iure ſpeciali
vocantur ad portionem ſuam contra volun-
tatem teſtatoris: nam ijs vacans hæreditatis
portio accreſcit, non ex vi coniunctionis,
quippe, cuius nulla vis eſt refragante volun-
tate teſtatoris, ſed ob eandem regulam, *vti*
dicemus in 7. cap. q. 61.

Sextum in hæredibus, qui contra expreſsã,
aut tacitam iuris accreſcendi prohibitionem,
ius habent accreſcendi, *ſecundum ea, quæ dice-*
mus in 10. cap. q. 17. num. 1. & ſeqq. nam id ha-
bent, non ex vi coniunctionis, quæ (vt dixi-
mus) nihil operatur refragante teſtatore, ſed
ex toties repetita regula, *ſicut ibi demõſtrabimus*

Hinc infertur primo, ſi non eſt abſurdum
teſtatorem decedere pro parte teſtatum, &
pro parte inteſtatum, puta, quia ſit miles, vel
ad ſit ſtatutum, quod huiuſmodi cauſarum di-
uerſitatem permittat, aut aliàs ita decedere
ſit lege permiſſum, non habiturum in prædi-
ctis caſibus locum ius accreſcendi, quaſi ratio
ne ceſſante, *vt dicemus in 5. cap. q. 41. num. 10.*
& ſeqq & in cap. 7. q prim. num. 15. & ſeqq. & q.
20. nu. 35. & ſeqq. & in cap. 10. q. 9. nu. 3. & ſeqq.
& q. 24. vbi de teſtamento militis agemus per tot.

Secundo infertur, ſi teſtator deficienti vul-
gariter aliquem ſubſtituat, ceſſare in prædi-
ctis caſibus ius accreſcendi, quia ceſſat tunc
abſurditas prædicta, cum hæreditas, aut eius
pars vacans pertineat ad ſubſtitutum, qui ſu-
ſtinet cauſam teſtamenti, *vt dicemus in eodem*
cap. 10. q. 20. num 1. & qq. ſeqq.

Tertio infertur, ſi plures fuerint inſtituti, &
teſtator in perſona vnius ius accreſcendi pro-
hibeat, validam eſſe, & ſeruandam prohibi-
tionem, quia, & in hoc caſu ceſſat prædicta
abſurditas, cum portio vacans alijs accreſcat
cohæredibus, qui ſuſtinent teſtati cauſam, *vt*
dicemus in eodem cap. 10. q. 16. num. 11.

Quartus caſus eſt, quando tractamus de iu-
re accreſcendi, quod habet locum in hæredi-
tatibus, & alijs ſucceſſionibus, quæ ab inteſta-
to deferuntur, Et tunc verius eſt, cauſam eius
12 non eſſe regulam prædictam, † *vt declarant*
Iaſ. in d. l. vn. nu. 12. verſ primo & ibi Dec. in prim.
lect. nu. 4 & in 2. nu. 16. Purp nu. 20. verſ. & te-
nendo, Io. Guter. nu. 8. verſ. verum, C. quand. non
pet. part. Iaſ. in d. l. re coniuncti, nu. 113. & ibi Po-
lit. nu. 50. Gagn. in d. rub. C. quãd. non pet. part. n.
15. Alcia. lib. 4. Parad. cap. 8. nu. 1. & 2. Beret. cõſ.
84. nu. 8. Peralt. in d. l. & Proculo 20. nu. 25. ff. de
leg. 2. Quicquid cenſuerit Crott. in d. l. re comũcti,
n. 46. quem ibi Polit. n. 50. & Alcia. d. lib. 4. Parad.
cap. 8. nu. 2. merito reprobarunt, ſed vim, & na-
13 turam coniunctionis, † *vt rectè ſcripſerũt Polit.*
in d. l. re coniuncti, nu 51. Duar. d lib. 1. de Iur.
14 *accr. cap. 1. & Hoto. Ill. q. 44.* Nam, quia † ſucceſ
ſiones illę ſub nomine collectiuo, & plerũq;
ſub vnius appellatione deferũtur, vt patet ex
illis *quę retulimus in 2. cap. q. 1. num. 12.* xij. tab.
verbis, *Nec ſuus extabit hæres, agnatus proxi-*
mus familiam habeto, & ex illis, *Tum, quem ei*
hæredem eſſe oporteret, ſi inteſtatus eſſet, quæ in
edicto Prætoris fuiſſe conſtat *ex l. 1. & l. ſi ex*
duobus. 4 ff. vnd. leg. & ex l. vn ff. ut ex legib. fit,
vt plures in eodem gradu exiſtentes, tamquã
collectiuè vocati fictũ cõſtituãt cõiunctorũ
corpus, idemq; proinde ferant omnes, quod
vnus eſſet habiturus *§. ult. Inſt. de leg. agn. ſucc.*
Ex quo ſequitur, vt idem conſequi debeat
vnus, ſi cœteri deficiant, quod omnes eſſent
habituri. Non dico autem cauſam eſſe volun
tatem teſtatoris, quia, *ut latius oſtendi in ſupe-*
riori cap. q. 2. nu. 66. nulla circa ius accreſcẽdi
poteſt in legitimis hæreditatibus defuncti vo
luntas conſiderari. Planè dicere poſſumus,
cauſam iuris accreſcendi eſſe tacitam mentę
legis, quæ plures ad legitimam hæreditatem
collectiuè vocauit: nam eo ipſo cenſetur vo-
luiſſe, vt vno deficiente totum alij conſeque-
rentur, eo modo, quo dicimus, ius accreſcendi
prouenire ex tacita mente teſtatoris, qui plu-
res diſponendo coniunxit, *ut oſtendimus in*
cap præceden. q. 2. num. 14. Idem eſt dicendum,
& de ſucceſſionibus ſtatutarijs: nam in ijs ius
accreſcendi naſcitur ex vi coniunctionis, &
ex tacita mente ſtatuentium, non verò ex prę
15 dicta regula. † Quamobrem ea, quæ de con-
iunctis in teſtamento dicuntur, ſunt etiam de
coniunctis in ſtatuto dicenda. *ſicut oſtendemus*
in 5. cap. q. 27. num. 49.

Quintus, & vltimus caſus eſt, quando tra-
ctamus de iure accreſcendi, quod habet locũ
in ijs cauſis, in quibus impugnatur voluntas
teſtatoris, vt in quęrela, & contra tabulas bo-
norum poſſeſſione, Et tũc ſimiliter verius eſt,
cauſam eius non deduci a prædicta regula, *ut*
eſt de mente omnium, quos retulimus in quæſt.
pręced. num. 10 ſed à vi, & natura coniunctio-
16 nis, † *vt cenſuit Hoto. d. Illuſt. q. 44.* ſiue ex men-
te legis, quæ plures exhæredatos, aut præteri-
17 tos collectiuè vocauit, † *ſecundum ea, quæ dixi-*
mus in caſu pręcedenti, Et in ſpecie declarat Go-
zad. in d. l. un. num. 2. uerſ. 3. Cod quand. non pet.
part. Et hæc de tertio capite.

Quotuplex ſit ius accreſcendi.

Caput Quartum.

TRanſeamus nunc ad quartum caput, & videamus, Quotuplex ſit ius accreſcendi. Conſtat autem quatuor eius partitiones in iure noſtro repe-titi, quarum

SVMMARIVM.

1 *Ius accreſcendi, vel eſt reale, vel perſonale.*
2 *Ius accreſcendi reale, quid?*
3 *Ius accreſcendi perſonale quid?*
4 *Ius accreſcendi reale rei, perſonale verò perſonæ competit. Declara, vt num. 6. & 7.*
5 *Ius accreſcendi reale comparatur alluuioni, non etiam perſonale.*
8 *Ius accreſcendi reale, & perſonale differunt.*

De iure accreſcendi reali, & perſonali, eorumdemq; differentijs.

Quæſtio Prima.

PRima ducitur ab eo, cui fit acceſ-
ſio: nam ius accreſcendi, vel eſt
1 reale, vel perſonale, † *vt ſcribit*
Ant. Gou. de iur. accr. num. 2. Rea-
le dicitur, quod habet locum in
2 proprietate, † *vt declarant Ang. in l. qui patris.*
59. num. 1. & 4. & ibi Imol. num. 1. Alex. num. 2.
ff. de acq. hęred. Caſtr. in l. ſi totam. 82. in fi. ff. eod.
Peralt. in d. l. & Proculo. 20. num. 1. & 12. ff. de
leg. 2. Gomez. tom. 1. var. reſol. cap. 3. nu. 28. verſ.
30. Cuiac. in poſter. not. ad §. vlt. num. 8. Inſt. de
Orficia. Perſonale verò, quod in vſufructu,
3 † *vt declarat Ant. Gou. de Iur. accr. d. nu. 2.* ſcili-
cet; quia in proprietate portio accreſcit por-
4 tioni, in vſufructu vero perſonæ † *l. ſi Titio. 39.*
§. 1. ff. de vſufr. & diximus in prim. cap. q. 1. num.
20. & 23. Quamobrem in illa ius accreſcen-
5 di cõparatur alluuioni, in hoc verò non itē † *d.*
l. ſi Titio, & nos latè declarauimus ibi n. 25. & 26.

Nec eſt cõtrarium, quod etiam in proprie-
tatibus pars dicatur accreſcere perſonæ, pura
hæredi aut legatario, vel fideicommiſſario
6 † *l. vn. §. his ita definitis, & §. vbi autem legatarij.*
C. de cad. toll. tit. C. quand. non pet. part. pet. accr. l.
hęc ſcriptura 26. §. vlt. l. ſi ſeparatim. 30. & l. ſi quis
legata. 53. § vlt. ff. de cond. & dem. l. Item, quod
Sabinus. 17. §. 1. l. liber homo. 59. §. cum quis. l. ſi
ita quis heredes inſtituerit 66. ff. de hęr. inſt. l. hęre-
di. 31. l. ſi quis hęres. 35. in princ. l. qui ex duabus.
53. §. vlt. l. ſi totam. 82. ff. de acq. hęred. quia non
ideo hoc dicitur, quod perſona trahat ad ſe
vacantem portionem, ſed, quia pars deficiens
cedit eius commodo, qui rem habet. Itaq;
7 accreſcit perſonæ propter rem, † *vt eleganter*
explicant Dec. in rub. C. quand. non pet. part. in
2. lect. num. . & ibi Cagn. num. 39 verſ. ſed in
oppoſitum, Dec. in d. l. vn. in 2. lect. num. 38. & ibi
Gozad. num. 18. Seb. Sap. num. 19. & Claud. Tut.
num. 69. C. eod.

Differunt autem hæc iuris accreſcendi ge-
8 nera multis inter ſe modis, † *vt videre eſt apud*
Crott. in d. l. re coniuncti, num. 87. Peralt. in d. l.
& Proculo, num. 47. circa med. Ant. Gou. de Iur.
accr. num. 29. Cuiac. in Paratit. ff. de vſufr. accr.
& ad l. 2. ff. eod. tract. 5. ad Aphr. Hoto. in Epit.
eiuſa tit. num. 14. & 15. & Ill. q. 44. Donell. lib. 10.
comm. cap. 23. &

Primo quia reale trãſmittitur ad hæredes,
vt diximus in 7. cap. q. 62. num. 6. & ſeqq. Perſo-
nale vero cum perſona ſolet extingui, *vt di-*
ximus ibi num. 4 & 5.

Secundo, quia reale non competit ei, qui
ſuam portionem amiſit, *vt dicemus in eodem*
cap. 7. q. 74. num. 1. Perſonale verò contra, *vt*
dicemus ibi num. 28. & ſeqq.

Tertio, quia reale non habet locum, vbi
portio ſemel fuit acquiſita, *vt dicemus in eodē*
7. cap. q. 59. num. 13. Perſonale verò locum ha-
bet *vt dicemus ibi num. 103. & ſeqq.*

Quarto, quia reale non habet locum inter
cõdominos eiuſdem ſerui, niſi in hęreditate,
vt dicemus in 5. cap. q. 40. nu. 4. & ſeqq. Perſona-
le verò locũ habet, *vt dicemus ibi n. 27. & ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Ius accreſcendi diſtinguitur à iure non decreſcendi.*
2 *Accreſcere dicitur etiam id, quod non decreſcit.*
3 *Genus ponitur poſita ſpecie, ſed non contra.*
4 *Priuatio præſupponit habitum.*
5 *Ius accreſcendi quando dicatur.*
6 *Ius non decreſcendi quando dicatur.*
7 *Ius accreſcendi a iure non decreſcendi quis primus diſtinxerit, & num. 8.*
9 *Iuris accreſcendi, & non decreſcendi differentia.*

De iure accreſcendi, & iure non decreſcendi, eorũq; differẽtijs.

Quæſtio Secunda.

SEcunda verò diuiſio ducitur ab ef-
fectu: nam ius accreſcendi diuidi-
tur in ius non decreſcendi, & id,
quod ſpecialiter ius accreſcendi
1 nuncupatur † *l. vn. §. vbi autem legatarij, verſ. ſin*
vero nemo alius C. de cad. toll. & ſcribunt Ang.
de Gamb. de teſta gl. 42 num. 1. Seb. Sap. in d. l. vn.
num. 1. & ibi Claud. Tut. num. 40 & 41. C. quãd.
non pet. part. Ant. Fum. de coniunct. cap. de iure
accreſcendi, vel non decreſcendi Duar. d. lib. 1. de
Iur. accr. cap. 11 Hoto in Epit. tit. ff. de vſufr. acc.
nu. 8. Sic, & adoptio diuiditur in adoptionē,
& arrogationem *l. 1. ff. de adopt. §. 1. Inſt. eod.*
Cognatio in agnationem, & cognationem *l.*
non facile. 4 § ſed naturalis ff. de grad. & affin. Iu-
riſdictio in imperium, & iuriſdictionē, *vt do-*
cet Bart. in l. imperium. n. 4. ff. de Iuriſd. ſcilicet,
quia ſpecies, quę proprium nomen nõ habet,
remanet in nomine generis *l. 2. §. his legibus la-*
tis ff. de orig. iur. l. iuriſgentiũ. 7. in prin. ff. de pact.

Et ſanè ius accreſcendi genus eſſe, ius verò
non decreſcendi ſpeciem, vel ex eo intelligi-
mus, quòd pars quę per ius non decreſcēdi re-
2 tinetur, dici poteſt accreſcere † *l. 1. §. interdum*
ff. de vſufr. acc. l. hæc ſcriptura 26. §. vlt. vbi Imol.
& Caſtr. & l. ſi ſeparatim 30. in fi. vbi gl. in verb.
accreſcat ff. de condit. & dem. Cin. in d. l. vn. §. vbi
autem legatarij, ante num. 1. & ibi Caſtr. num. 1.
verſ. item iſta C. de cad. toll. Bart. in d. l. re coniun-
cti, num. 22. & ibi Iaſ. num. 102. Io. Gaud. nu. 42.
Seb. Sap. in d. l. vn num. 3. C. quand. non pet. part.
Ant. Fum de con. cap. de iur. accr. vel non decreſ.
num. 2. Zaz. in ſing. intell. cap. qui con. iure ff. vel
fac. part. vel non fac. Peral. in l. Mocuio. 42. in
princ. num. 2 ff. de leg. 2. Myns in §. ſi eadem nu.
18. Inſtit. de legat. Mantic. de con. vltim. vol. lib.
10. tit. 3. num. 16. Cuiac. in l. ſi Seia. 10 ff. de dot.
præleg. & in Parat. ff. de vſufruct. accr. Did.
Spin in ſuo ſpecul. teſt. in gl. 9. num. 11. Viu. de-
ciſ. 406. num. 10. ſed non contra, quia poſita
ſpecie ponitur genus, ſed non ē contrario
3 † *l. 2. §. creditum ff. ſi cert. pet. l. ſi quid earum 45.*
§. inter emptum ff. de leg. 3 l. Iuriſconſultus. 10. §.
inter agnatos ff. de grad. & affin. l. inter agnatos.
5. ff. vnd. leg.

Ius accreſcendi ſpecialiter appellamus id,
per quod pars à teſtatore non data accedit,
Ius verò non decreſcendi, per quod pars data
retinetur: Nam, ſi, verbi gratia, teſtator duos

ſcripſerit hæredes, vnum ex quadrante, & alterum ex dodrante, vtroq; concurrẽte neutri portio dici poteſt decreſcere, quia, cum vnuſquiſq; retineat partem ſibi datam à teſtatore, non diminutam, ſed integram, non poteſt quicquam ei dici decreſcere, quoniam decreſcendi verbum, quod denotat diminutionem, & priuationem, *l. 2. C. de vet. num. pot. lib. 11.* ſine dubio præcedentem ſupponit ha-
4 bitum † *l. manumiſſiones. 4. ff. de iuſt. & iur. l. 3. §. vlt. ff. de cap. min. l. decem. 116 ff. de verb. obl. l. Iulianus. 4. ff. de diuort. l. non poteſt videri. 209. ff. de reg. iur.* qui non poteſt in hoc caſu conſiderari. Si igitur alteruter deficiat, eius portio, quæ cohæredi datur, non poteſt dici non decreſ-
5 cere, ſed potius accreſcere, & adiungi, † quia conſequitur is partem ſibi non datam, & quã non erat ex diſpoſitione teſtatoris habiturus. Contra verò, ſi teſtator fundum Primo legauerit, & in alia parte teſtamenti legauerit eũdem fundum Secundo, ſine dubio Secundo concurrente decreſcit legatum factum Primò, quoniam ex verbis teſtatoris debuiſſet Primus conſequi totum fundũ, & tamen Secundo concurrente non, niſi dimidiam, conſequitur. Decreſcit igitur legatum Secundo concurrente. Si igitur non concurrat, non decreſcit. Itaq; non augetur quidem legatũ, ſed
6 nec minuitur. † *Ita explicant Bald. in l. ſi mihi, & tibi. 12. in prin. verſ. Eſt igitur ff. de leg. prim. Caſt. in d. l. vn. §. his ita definitis nu. 2. C. de cad. toll. & conſ. 262. nu. 2. vol. 2. Iaſ. in d. l. re coniuncti, nu. 2. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & vxo. nom. Adela. nu. 143. Dec in d. rub. C. quand. non pet. part. in 3. lect. nu. 15. & ibi Purp. nu. 17. verſ. & vltra, Seb. Sap. in d. l. vn. nu. 1. & 2. & ibi Clau. Tut. nu. 40. & 41. C. eod. Ant. Fum. de coniunct. cap. 4. nu. 1. Mynſ. in d. §. ſi eàdem. nu. 18. Inſt. de legat. Duar. d. lib. 1. de Iur. accr. cap. 11. Mantic. de con. vlt. vol. lib. 10. tit. 3. nu. 15. Craſſ. in §. ius accreſcendi q. 9. num. 1. Cuiac. in l. plane. 34 §. ſi duobus ff. de leg. prim. & lib. 12. obſ. cap. 12. Hoto. in Epit. tit ff. de vſufr. accr. nu. 15.* Ita eleganter
7 omnium primus obſeruauit Iuſtinianus † *in d. l. vn. §. vbi autem legatarij, verſ. ſin vero nemo alius C. de cad. toll.* Nec enim hæc iuris accreſcendi, & non decreſcendi diſtinctio fuit à ve-
8 teribus prudentibus obſeruata, † *vt animaduerterunt Polit. in d. l. re coniuncti, num. 39. & ibi Alciat. num. 36. Ant. Fum. de coniunct. cap. 4. num. 2. & cap. 5. num 1. Mynſ. in d. §. ſi eadem num. 18. Inſt. de lega. Duar. d. lib. 1. de Iur. accr. cap. 11. Forcat. in Necyom. dial. 68. num. 4. Ant. Gou. de Iur. accr. num. 2. Mantic. d. lib. 10. titu. 3, num. 11. Vin. d. deciſ. 406. num. 9. verſ. cæterum.* quippe, qui etiam diſiunctis, ſiue, vt plerumq; dicimus, re tantum coniunctis portionem dicunt accreſcere, *vt in d. l. hæc ſcriptura. 26. §. ſi. & d. l. ſi ſeparatim. 30. in fi. ff. de cond. & dem. d. l. 1. §. interdum ff. de vſufr. accreſ.*

Differunt autem ius accreſcendi, & ius nõ
9 decreſcendi multipliciter, † &

Primo, quia, licet inter condominos eiuſdẽ ſerui locum non habeat ius accreſcendi in legato proprietatis, locum tamen habet ius nõ decreſcendi, *ſecundum opinionem eorum, quos referemus in 5. cap. q. 40. num. 15. de quo tamen, quid ipſi ſentiamus, dicemus ibi num. 16.*

Secundo, quia, licet in contractibus non habeat locum ius accreſcendi, locum tamen habet ius non decreſcendi, *vt oſtendemus in 6. cap. q. 32. per tot.*

Tertio, quia in iure accreſcendi, qui ad partem ſperatur admitti, etiamſi non petat, facit tamen partem, & impedit, ne ſocius interim totum petere poſſit. At verò in iure non decreſcendi non facit partẽ, niſi, qui petit, ideoq; poteſt interim coniunctus petere totum, *vt dicemus in 7. cap. q. 37. per tot.*

Quarto, quia ius accreſcendi locum non habet, niſi portio deficiat omni iure. Itaq; ſi non ipſo iure, ſed ope tantum exceptionis deficiat, ceſſat ius accreſcendi, *vt dicemus in 7. cap. q. 38.* At ius non decreſcendi locum habet, etiamſi non omni iure portio deficiat, *vt ibi dicemus.* Hinc conſequitur

Quinta differentia: nam ius retentionis impedit ius accreſcendi; ſed non ius non decreſcendi, *vt latè dicemus in eadem q. 38.*

Sexto differunt, quia, qui contra voluntatẽ teſtatoris admittitur ad partem ſuam iure ſingulari, licet non habeat ius accreſcendi, habet tamen ius non decreſcendi, *vt dicemus in eodem cap. 7. q. 41.*

Septimo, quia ius accreſcendi locum habet volentibus tantum legatarijs, ius verò nõ decreſcendi, etiam ijs inuitis, *vt oſtendemus in 8. cap. q. 8. nu. 1. & ſeqq.* Quamobrem dicimus, iuri accreſcendi renuntiari, poſſe, iuri verò nõ decreſcendi non poſſe, *vt ex ijs, quę in 10. cap. q. 27. nu. 3. & 4. dicturi ſumus, apparebit.*

Octauo, quia ius accreſcendi tribuit vacãtem portionem cum onere, ius verò non decreſcendi ſine, *vt dicemus in eodem cap. 8. q. 15. num. 1. & ſeqq.*

Nono, quia, quæ alicui obueniunt per ius accreſcendi, non imputantur in legitimam, quæ verò per ius non decreſcẽdi, imputantur, *ſecundum eos, quos referemus in 9. cap. q. 48. n. 26. & ſeqq. vbi tñ de veritate huiuſce rei latè dicemus.*

Decimo, quia, quando portio vnitur portioni per ius non decreſcendi indiſtinctè fit contributio, quando verò per ius accreſcẽdi, non item, *vt latiſſimè dicemus in eodem cap. 9. q. 45. num. 21. & ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Ius accreſcendi, vel eſt vniuerſale, vel ſingulare, & vniuerſale, vel directum, vel obliquum.*
2 *Ius accreſcendi obliquum non differt a ſingulari, & eod num. 3.*
4 *Ius accreſcendi, vel eſt hęreditarium, vel non hęreditarium.*
5 *Ius accreſcendi hęreditarium quod dicatur.*
6 *Ius accreſcendi non hęreditarium quod dicatur.*
7 *Ius accreſcendi hęreditarium, & non hęreditariũ, in quibus differant.*

De iure accreſcendi hęreditario, & nõ hęreditario, eorũq; differentijs.

Quæſtio Tertia.

TErtia iuris accreſcendi diuiſio ducitur à cauſis, in quibus id locum habet: nam ius accreſcendi, vel eſt vniuerſale, vel ſingulare, & vni-
1 uerſale, vel directum, vel obliquũ, † *vt docet Bald. in d. l. vn. num. 13. C. quand. non pet. part. & Mantic. de con. vlt. vol. lib. 10. tit. 3. num. 2,*

Sed obliquum quidem non differt à ſingula-
2 ri. † *vt ſcribunt Curt. Iun. conſil.* 259. *num.* 10.
Alcia. in d. l. re coniunctis, num. 39 *& Pereg de*
3 *fideicom. art.* 9. *num.* 1 nam ius accreſcendi † in-
tereſtamtum habet locum in fideicommiſ-
ſis vniuerſalibus, inter quos habet locum in
ſingularibus, *vt dicemus in* 5. *cap. q.* 41. *num.* 6.
& eodem modo procedit, *vt oſtẽdemus in cap.*
8. *q* 2. *num.* 1. *&* 15 *q.* 8. *num.* 37. *q.* 11. *num.* 4. *&*
q. 14. *&* 2. *qq. ſeqq.* eodemq modo tolli poteſt,
vt dicemus in 10. *cap. q.* 16. *num.* 5. *&* 9. Quamo-
brem effectu ius accreſcendi diuiditur in hæ-
4 reditarium, & non hæreditarium † *vti videre*
eſt apud Caſtr. in d. l. vn. §. *bis ita definitis num.*
3. *C. de cad. toll. & Claud. Tut. in d. l. vn. num.* 15.
C. quand. non pet. part.

Hæreditarium appellatur id, quod habet
5 locum in hæreditatibus directis, † *vt ſcribit*
Claud. Tut. in d. l. vn. num. 2. *C. quand. non pet.*
part. quarum appellatione continẽtur etiam
bonorum poſſeſſiones *l. hæreditatis.* 138. *ff. de*
verb ſign. quippe, quæ reſpectu fideicommiſ-
ſariæ hæreditatis dici poſſunt directæ, tamet-
ſi non, niſi vtiles ex eis actiones transferan-
6 tur. Quod verò † locum habet in legatis, &
fideicommiſſis, cum particularibus, tum vni-
uerſalibus, cœteriſq; ſimilibus cauſis, ius ac-
creſcendi non hæreditarium appellatur.

Differunt autem huiuſmodi iuris accreſ-
7 cendi genera multis inter ſe modis, † *vt oſten-*
dunt Caſtr in d. l. vnic. §. *bis ita definitis num.* 4.
verſ. & recollige C de cad. toll. Cuiac. in d. l. vn. §.
vbi autem legatarij C eo. & Donell. lib. 8. *comm.*
iur. ciu. cap. 21. *in fi.* &

Primo, quia inter omnimodo diſiunctos
hæreditarium ius accreſcendi locum habet,
vt oſtendemus in 5. *cap. q.* 41. *num.* 8. non hære-
ditarium verò non habet, *vt ibi demonſtrabi-*
mus num. 1. *&* 6. cuius diuerſitatis ratio pen-
det ex

Secunda differentia: nam in hæreditario
cõſideratur illa ratio, ne teſtator decedat pro
parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, *vt dice-*
mus in 5. *cap. q.* 41. *num.* 9 quæ alioquin ceſſat
in non hæreditario, *vt oſtendimus in* 3. *cap. q.*
1. *num.* 6.

Tertio differunt, quia hæreditarium locũ
habet inter condominos eiuſdem ſerui, quos
vulgò coniunctos appellant. coniunctione
legali *l. ſeruus communis ab extero.* 66. *ff. de acq.*
her. At verò non hæreditarium locum non
habet *l. & Proculo.* 20 *ff. de leg.* 2. niſi in vſufru
ctu *l.* 1 §. 1. *ff. de vſufr. accr. Qua de re latè dice-*
mus in. 5 *cap q* 40. *num.* 4 *& ſeqq.*

Quarto differunt, quia hæreditarium locũ
habet etiam inuitis heredibus, ſiue diſiunctis,
ſiue coniunctis *l. vn.* §. *bis ita definitis C. de cad.*
toll Non hæreditarium verò non, niſi volen-
tibus coniunctis locum habet *d. l. vn.* §. *vbi au-*
tem legatarij C. eod. tametſi in diſiunctis aliud
ſit receptum, *vt dicemus in* 8. *cap. quaſt.* 8.
num. 1.

Quinto differunt, quia hæreditarium locũ
habet cum onere ſiue pars coniuncto accreſ-
cat, ſiue diſiuncto *d. l. vn.* §. *bis ita definitis C.*
de cad. toll. At verò non hæreditarium perti-
net quidem ad coniunctos cum onere, ſed ad
diſiunctos ſine onere *d. l. vn.* §. *vbi autem lega-*
tarij C eod qua de re latè dicemus ſub eodem cap.
8. *q.* 14. *num.* 2. *& q.* 15. *num.* 1.

Sexto differunt, quia hæreditarium com-
petit pro portione hæreditaria *d. l. vn.* §. *bis ita*
definitis, non hæreditarium verò viriliter *d. l.*
vn. §. *vbi autem legatarij, cum declaratione tamẽ,*
quam faciemus in eodem cap 8. *q.* 11. *num.* 13. *vbi*
tractationem hanc latè proſequemur.

Septimo differunt, quia hæreditarium re-
gulariter non poteſt à teſtatore prohiberi,
vt oſtendemus in 10. *cap. q.* 16. *num.* 20. *& q.* 17.
num. 13. *& ſeqq.* non hæreditarium verò pro-
hiberi poteſt, *vt dicemus in d. quaſt.* 16. *num.* 5.
& 9.

Octauo differunt, quia hæreditarium tran-
ſit in ſubſtitutum, etiamſi fuerit ſubſtitutus ei,
qui verbis tantum erat coniunctus, aut om-
nimodo diſiunctus. At non hæreditarium
non transfertur, quia verbalis coniunctio in
ſubſtitutum non tranſit. *ſecundum eos, quos re-*
feremus in 7. *cap. q.* 68. *num* 0. *& ſeqq. vbi de hu-*
iuſce rei veritate latè dicemus.

Ex quibus intelligimus faciliùs admitti ius
accreſcendi hæreditarium, quam non hære-
ditarium, & hoc ideo, quia in hæreditatibus
ſubeſt ratio euitandę illius abſurditatis, quod
teſtator decedat pro parte teſtatus, & pro par-
te inteſtatus, ſiue pro parte habeat hæredẽ, &
ſic repreſẽtetur, & pro parte nõ, quæ alioquin
ceſſat in alijs cauſis, *vt diximus in* 3. *cap. q.* 1.
num. 6. *Et in propoſito cõſiderat Corn. conſ.* 324.
num 8. *verſ cum ergo, vol.* 4.

SVMMARIVM.

1 *Ius accreſcendi, vel eſt proprium, vel improprium.*
2 *Ius accreſcendi, vel eſt regulare vel irregulare.*
3 *Ius accreſcendi proprium quod, &, quod impro-*
prium, num 4
5 *Iuris accreſcendi requiſita, quæ?*
6 *Ius accreſcendi requirit, plures eſſe vocatos.*
7 *Ius accreſcendi, quod eſt de ſe ipſo ad ſe ipſum*
eſt improprium.
8 *Ius accreſcendi improprium eſt in ſpecie l. ſi ſolus.*
79. in prin. ff. de acq. hered.
9 *Ius accreſcendi improprium eſt, cum totius rei le-*
gatario partem agnoſcenti pars alia accreſcit.
10 *Ius accreſcendi improprium eſt, cum heredi ex*
parte inſtituto accreſcunt aliæ partes, de quibus
teſtator non diſpoſuit.
11 *Ius accreſcendi, quod eſt de tempore ad tempus, eſt*
improprium.
12 *Ius accreſcendi improprium eſt, cum heredi par-*
ticulari non dato coherede vniuerſali tota he-
reditas accreſcit.
13 *Ius accreſcendi proprium eſt, quod inter coniun-*
ctos ſiue ex vi coniunctionis locum habet.
14 *Declaratur l. Item, quod Sabinus. 17. §. 1. ff. de he-*
red. inſt.
15 *Ius accreſcendi, quod habet locum inter eos, qui*
vocantur ad res diuerſas, eſt improprium.
16 *Ius accreſcendi improprium eſt, cum heredi par-*
ticulari tota hereditas accreſcit vniuerſali re-
pudiante, aut aliter deficiente.
17 *Ius accreſcendi improprium eſt, cum tota heredi-*
tas accreſcit legatario propter repudiationem
heredis, cui Falcidia fuit à teſtatore prohibi-
ta.
18 *Ius accreſcendi improprium eſt, cum portio non*
accreſcit portioni.
19 *Ius accreſcendi propriè non eſt, cum pars feudi,*
vel emphyteuſis accreſcit ei, qui nullam portionẽ
habet.

20 *Ius*

20 *Ius accreſcendi improprium eſt, quod interdum locum habet inter ſuccedentes diuerſo iure.*
21 *Ius accreſcendi requirit, vt portio deficiat ante acquiſitionem.*
22 *Ius accreſcendi improprium eſt, quod poſt emolumentum acquiſitum locum habet, vt in exẽplis, quę referuntur, num. 23. & ſeqq.*

De iure accreſcendi proprio, & improprio.

Quæſtio Quarta.

QVarta iuris accreſcendi diuiſio (tametſi fortaſſis incongruo loco poſita) ducitur à proprietate: Nam ius accreſcendi, vel eſt pro-
1 prium, vel improprium, † *vt tradunt Imol. in d. l. 1. §. ſi ex fundo num. 91. ff. de hæred. inſt. Iaſ. in l. quoties. 13. num. 7. Cod. eod. Cagn. in rubr. C. quand. non pet. part. num. 21. & 27. Cepb. conſ. 231. num. 13. verſ. 5. Et iſt de mente omnium, quos in ſingulis ſpeciebus infra referemus per tot. num. 8. & ſeqq.* ſiue, vt alij ma-
2 lunt, vel eſt regulare, vel irregulare, † *vt Mantic. de con. vlt. volunt. lib. 10. tit. 3 num. 34.*
Proprium, ſiue regulare ius accreſcẽdi vo-
3 cant, quod † habet omnia iuris accreſcendi requiſita. Cœterum, ſi ex ijs vnum deficiat, & nihilominus locum habeat ius accreſcendi, improprium id eſſe cenſent, & irregulare.
4 † Porrò iuris accreſcendi requiſita, tametſi
5 multa referantur, † *vti videre eſt apud Seb. Sap. in d. l. vn. num. 12. & ibi Cagn. num. 55. Claud. Tut. num. 39. Io. Gut. num. 37. C. quand. non pet. part. & Duar lib. 1. de iur. accr. cap. 5.* Ea tamen, ex quibus proprium ius accreſcẽdi ſolet æſtimari, quinq; tantum eſſe videntur.
Primum, vt portio vacans fuerit alicui delata, vel de iure, vel de facto *ſecundum ea, quæ dicemus in 6. cap. q. 16. n. 12 & cap. 7 q. 20. num. 1.* & conſequenter, vt duo, vel plures fuerint ad rem, qua de agitur, vel à teſtatore, vel à le-
6 ge vocati † *l. ſi pluribus. 33. l. planè. 34. §. ſi duobus. ff. de leg. prim. l. ſi quis legata. 53. §. vlt. ff. de cond. & dem. §. ſi eadem Inſt. de legat. Vlp. tit. 24. Inſt §. ſi duobus, Caius lib 2. Inſt. tit. 5. d. l. vn. §. vbi autem legata ij C. de cad. toll. l. 3. §. vlt. ff. de bon. poſſ. l. teſtamento. 6. & ibi not. Bart. num. 2. Ang. num. 1. Dec. num. 3. Seb. Sap. num. 3. C. de Impub. Bald. in cap. qua in eccleſiarum, num. 30. De conſtit. Gul Ben. in d cap. Raynutius, in verb. & vxo. nom. Adel. num. 173. Claud. Tut. in d. l. vn. num. 29. C. quand. non pet. part. Tiraq. de iure primog q. 40. num. 155. Duar. d. lib. 1. de Iur. accr. cap. 5. verſ primum, & cap. 17.* Vnde infertur, ius accreſcendi, quod eſt de ſe ipſo ad ſe ipſum, *ſecundum declarationem Bald. in l. ſed ſi plures. 10. §. ad ſubſtitutos, verſ. Not. hic ff. de vulg.* non eſſe proprium, ſed improprium,
7 † quia non continet duorum, aut plurium vocationem, *ſecundum ea, quæ ſupra diximus.* Huius rei multa poſſunt exempla afferri.
Primum in hęrede ex pluribus partibus inſtituto, qui vnam tantum adit: nam, licet ei reliquæ accreſcant *l. ſi ſolus. 79. in princ. ff. de acq. hær. & nos latè dicemus in 9. cap. q. 25. nu. 1.* non tamen id per proprium fit ius accreſcen-
8 di, ſed per improprium, † *vt declarant Imol. in l. in ratione. 11. §. quæſitum in fi. ff. ad l. Falc. Alex. in l. 1. §. id, quod num. 3 in fi ff eod. Cagn. in d. rub. C. quand non pet. part. num. 11. Claud. Tut. in d. l. vn num. 28. in fin. C. eod. & nos etiam diximus in 3. cap. quæſt. 1. num. 14.* Quod procedit etiam in legatario, qui eiuſdem rei legatę partem agnoſcit, & partem repudiat: nã, licet ei pars alia accreſcat, *vt dicemus in eo d. cap. 9. q. 23. num. 18.* non tamen id fit iure coniunctionis, *vt declarat Duar. d. lib. 1. de iur. accr. cap. 5.* ſeu proprio iure accreſcẽdi, ſed impro-
9 prio, † *ſecundum ea, quæ ſupra diximus.*
Secundum exemplum afferri poteſt in hærede ex certa tantum parte inſtituto, cui reſiduum hæreditatis nulli datum accreſcit *l. interdum 13. §. 1. ff. de hęred. inſt. §. non autem Inſt. eod.* Nam ius accreſcendi, quod eo caſu locũ habet, non eſt proprium, ſed improprium,
10 † *per ea quæ ſupra diximus. Ita declarant Cagn. in d. rub. C. quand. non pet. part. num. 21. & 29. Cepb. conſ. 231. num. 11. & Duar. d. lib. 1. de Iur. accr. cap. 1. in fi. & cap. 5. & 12.*
Tertium in eo iure accreſcendi, quod eſt de tempore ad tempus, *ſecundum declarationem Bald. in d. l. vn. num. 13. verſ. Item eſt ius, & ibi Cagn num. 29. & ſeqq. C. quand. non pet part.* Nam, quòd vulgò dicimus, hęredi ad tempus inſtituto poſt tempus hæreditatem accreſcere, *ſicuti referemus in 7. cap. quæſt. 18.* non poteſt intelligi de proprio iure accreſcendi, ſed
11 de improprio, † quia non continet duorum, aut plurium vocationem, vt eſt neceſſarium, ſed procedit de ſe ipſo ad ſe ipſum, *ſecundum ea, quæ ſupra diximus.*
Quartum exemplum afferri poteſt in hærede particulari, cui tota hæreditas accreſcit, cum alius hęres vniuerſalis inſtitutus nõ eſt, *ſecundum ea, quæ dicemus in 7. cap. q. 7. num. 5.* Nam tale ius nõ eſt proprium, ſed impropriũ,
12 † *vt declarant Imol. in d. l. 1. §. ſi ex fundo num. 33. & 91. ff. de hær. inſt. Cagn. in d. rub. C. quand. non pet part num. 30. in fi. & in d. l. vn. num. 62. verſ. 4. limitatur Cod. eod. Duar. d. lib. 1. de Iur. accr. cap 1. in fin. Mantic. de con. vlt. vol lib 4. tit. 5. at iſte. 7. num 14.*
Secundum requiſitum eſt, vt vocati ſint coniuncti, *vt ſcribit Cagn. in d rub. C. quand. non pet. part. num. 55.* Nam proprium ius accreſcendi eſt illud, quod inter coniunctos, ſi-
13 ue ex vi coniunctionis locum habet, † *vt declarant Cepb. conſ. 231. num. 13. & Duar. d. lib. 1. de Iur. accr cap. 1. in fi. & cap. 12.* Quod mihi videtur ſignificare Vlpianus *in l. Item, quod Sabinus. 17. §. 1. ff. de hæred. inſt.* dum, *quantum ad ius accreſcendi,* ait, *non ſunt coniuncti, qui ſine parte inſtituuntur,* & tamen ſupra dixerat, etiam eis vacantem hæreditatis partem ac-
14 creſcere: Significat enim, † nõ eſſe eos coniunctos, quantum ad ius accreſcẽdi, quod habet locum ex vi coniunctionis, licet eis accreſcat portio, vt cuilibet diſiuncto. Vnde, cum id ſimpliciter appellet ius accreſcendi, quod negat habere locum inter eos, qui ſine parte ſcribuntur hæredes, intelligimus, id tantum ſimpliciter, & propriè ius accreſcendi nuncupari, quod naſcitur ex vi coniunctionis. Quamobrem, & ius coniunctionis appellatur *in l. ſi ſub conditione 16. in fi. ff. quib. mod. vſusfr. am.*
Hinc infertur, ius accreſcendi, quod conſideratur inter eos, qui ad res diuerſas vocãtur,

non

15 non eſſe proprium, ſed improprium, † *vt declarat Cepb.d.conſ.231.num. 13.* quia non ſunt
coniuncti, qui ad res diuerſas vocantur *l. huiuſmodi.86.§.quibus ff.de leg.prim. & dicemus in
5.cap.q.4.num.2.*

Exemplum ſit in eo iure accreſcendi, quod
noſtri conſiderant inter hæredem vniuerſalem, & particularem, cum deficit vniuerſalis,
ſicuti referimus in 7.cap. q. 9. num. 16. & ſeqq.
Nam, quia tale ius procedit inter eos, qui vocantur ad res diuerſas, ſcilicet, quia aliud eſt
hæreditas, aliud res particularis *l. 1.§.quadam
ff.de rer.diu.§.1.Inſt.de reb. corp. & incorp.* eaq;
ratione non ſunt coniuncti, *vt oſtendemus in
eod.7.cap. q. 9. num.* 6. ideo fit, vt non ſit pro-
16 prium, ſed improprium, † *ſicuti declarant Ang.
in l qui patris.59.num.11.ff.de acq hær. Imol. in
d.l.1.§.ſi ex fundo num.33. & 91. ff. de hær. inſt.
Iaſ.in l.quoties.13.num.7.verſ ſuſtinendo C. eod.
& conſ.72.col.4.verſ.Non obſtat 2.vol. 3. Crott.
in d.l re coniunctis num.165.verſ ſed contra illã,
Corn.conſ.324.num.10 vol.4.Cagn. in d rub.C.
quand.non pet.part.num.27.& 28 Cepb. d. conſ.
231.num.13.& 14.Mantic.de con. vlt. vol. lib.
4.tit.5.art.7 num.14.*

Aliud exemplum ſit in legatario, vel fideicommiſſario, cui tota hæreditas accreſcit, hærede ob prohibitam à teſtatore Falcidiam repudiante *ſecundum § ſi verò expreſſim Auth.de
hæred & Falc.coll.1.& ea, quæ dicemus in 7. cap.
q 13.num.* 11. Nam, quia, & in hoc caſu ius
accreſcendi conſideratur inter eos, qui ad res
diuerſas vocantur, & conſequenter inter nõ
coniunctos, ideo fit, vt non ſit proprium, ſed
17 improprium, † *ſecundum ea, quæ ſupra diximus.*

Tertium (ſaltem in iure accreſcendi reali)
requiſitum eſt, vt portio accreſcat portioni
*l.ſi.Titio.39.§.1 ff. de vſufr. l. ſi totam. 82.ff.de
acq. hær.* Itaq; ſi non portioni accreſcat, non
erit proprium, ſed impropriũ ius accreſcendi
18 † *vt declarant Gabr.conſ. 89.nu.7.vol.1.Cepb.d.
conſ.231.num.13.Hond.conſ.36.num. 17. vol.1.*
Vnde infertur

Primo, cum hæredi in re certa inſtituto accreſcit tota hæreditas, ſiue, quia nullus cohæres vniuerſalis datus ſit, ſiue, quia datus defecerit, nõn eſſe proprium, ſed improprium ius
accreſcendi, *vt tradunt omnes, quos retulimus
ſupra nu.12.&* 16. ſcilicet, quia non accreſcit
portioni, cum res propriè portio hæreditatis
dici non poſſit *l.quamuis.14.ff.ſi quis om.cauſ.
teſt. Et in his terminis conſiderant omnes, quos retulimus ſupra num.* 16.

Secundo infertur, cum ex forma inueſtituræ pars feudi, vel emphyteuſis accreſcit ei,
qui nullam portionem habet, *ſecundum ea,
quæ dicemus in 6 cap.q.37. & 38. & in cap 7.q.
70.num.*8. ius accreſcendi non eſſe proprium,
19 ſed improprium, † *vt declarant Bald. in cap.1.
§.& quia vidimus.num.4. De his, qui feud. dar.
poſſ. Alex.in l.ſi mihi,& Titio.110. in prin.num.
15.ff.de verb.oblig.Ruin. conſ.154.num.2.& cõſ.
169.num.3.vol.1.Gabr.conſ.88.num.22 & conſ.
89.num.7.vol.1.& conſ 21.num.11.vol.2.Hond.
conſ.36.num.17.vol.1. Gratia.cap.346. diſcept.
for.num.5.vol.2.*

Quartum requiſitum eſt, vt vocati ſuccedant eodem iure: *vt ſcribit Cagn. in rub. Cod.
quand. non pet. part. num.* 55. Nam ſi diuerſo,
aut locum non habet ius accreſcendi, *vt eſſe
regulare oſtendemus in 5. cap. quæſt. 43. num. 1.*
aut, ſi locum habet, vt interdum euenit, improprium eſt, non proprium ius accreſcendi,
20 † *vt declarat Cepb.d.conſ.231.num.14.*

Quintum, & vltimum requiſitum eſt, vt
21 portio deficiat ante acquiſitionem, † *l.1.§.
interdum ff. de vſufr. acer. & in ſpecie docent Seb.
Sap.in d. l. vnic. num 12. & ibi Cagn. num. 55.
Claud. Tut. num.39.verſ.ſecundum,& Io Guter.
num.39. C. quand. non pet. part.* Cæterum, ſi
deficiat poſt emolumentum acquiſitum, &
nihilominus accreſcat, quod certis tantum
caſibus procedit, *vt oſtendemus in 7. cap. q. 16.
num 28. & ſeqq.* ius illud accreſcendi non erit
22 proprium, ſed impropriũ, † *vt declarant Ruin.
conſ.154.num.1.verſ.Nec obſtare videtur, & nu.
2.vol.1.Cagn. in d. rub. C. quand. non pet. part.
num.31.& ibi Cuiac. Mantic.de con.vlt.vol.lib.
10.tit. 3. num.34.* Itaq; improprium eſt ius accreſcendi, quod

23 Primo locum habet in ſpecie † *§. ſi quis autem non implens Auth. de hær. & Falc. coll. 1. &
Auth. Hoc amplius C.de fideic. vt declarãt Imol.
in l.1.§ ſi cohæredem verſ ſed fortè primum & ibi
Alex.num.1.verſ.ſed Io. de Imol.ff. ad l. Falc. &
Cuiac.ad tit.* Cod. *quand. non pet. part.*

Secundo, quòd habet locum in ſpecie
24 † *l ſi minor 61.ff.de acq. hæred. vt ſcribunt Polit.
in d.l.re coniunctis, num.77.Cagn.in d.rub.* Cod.
quand.non pet.part.num.14.& ibi Cuiac.

25 Tertio, quod habet locum in ſpecie † *l. cũ
hæreditate 55.ff.de acq.hæred.ſecundum Cagn.in
d.rub.* Cod.*quand.non pet.part.num.14.de cuius
tamen rei veritate dicemus in 8. cap. quæſt. 6.
per tot.*

Quarto, quod habet locum in feudo, aut
emphyteuſi poſt emolumẽtum acquiſitum,
26 † *vt declarant Bald.in cap.1.in prin.num.5. De
feud. Marcb. Ruin. conſ. 154. num. 2. & conſil.
169.nu.1.vol.1.Craſſ. in §. ius accreſcendi q. 33.
nu.4.*& verò etiam in ſpecie *l vn. C.ſi lib. imp.
Soc.lib.10.vt declarat Alciat.in l ſi mihi, & Titio.
110.num.18.verſ.ſi quis ff.de verb. oblig.*

27 Quinto, quod procedit in ſpecie † *l. qui patris.59.in prin.ff. de acq. hæred. & l. quidam elogio.20.* C. *de Iur. delib. ſecundum declarationem
Cagn.in d.l.vn.num. 62. verſ. 3. limitatur* Cod.
*quand.non pet.part.de qua latè dicemus in 9.cap.
q.37.per tot.* Et hæc de quarto capite.

SVMMARIVM.

1 *Coniuncti quidam ſunt, & quidam diſiuncti.*
2 *Diſiuncti qui dicantur.*
3 *Coniuncti re dicuntur diſiuncti, & ſeparati, ſed
verè ſunt coniuncti.num.4. Declara, vt num. 5.*

Inter quos locum habeat ius accreſcendi.

Caput Quintum.

TRanſeamus nunc ad Quintum diſputationis caput, & videamus,
inter quos locum habeat ius accreſcendi. Conſtat autem omnes,
de quibus quæſtio eſſe poteſt, in
duo genera diſtribui: nam quidam coniuncti
ſunt

1 ſunt, quidam verò diſiuncti † *l. 1. in prin. ff. de*
vſufr. acer. l. & Proculo. 20. ff. de leg. 2. Diſiun-
2 ctos autem hic eos appello, † qui omnimo-
do ſeparati ſunt, id eſt nullo prorſus, aut reali,
aut verbali nexu coniuncti: nam, ſi rei ſaltem
complexu iungantur, licet frequenter diſiun-
3 cti nuncupentur, & ſeparati † *l. vn. §. his ita de-*
finitis, & §. vbi autem legatarij C. de cad. toll. §. ſi
eadem Inſt. de legat. l. 1. §. interdum ff. de vſufr.
acer. l. ſi pluribus. 33. ff. de leg. prim. l. Moeuio. 42.
in prin. ff. de leg. 2. l. duos ſeparatim 14 ff. de vſufr.
leg. l. ſi ſeparatim. 30. ff. de cond. & dem. verè ta-
men coniuncti ſunt, & coniunctorum appel-
4 latione continentur † *l. triplici 142. ff. de verb.*
ſig. l. re coniuncti. 87. ff. de leg. 3. l. 3. §. 1. ff. quib.
5 *mod. vſuf. am.* Dicuntur enim † diſiuncti ra-
tione verborum, quia poſiti ſunt in diuerſis
orationibus, ſed tamen verè ſunt coniuncti
re, quia vocantur ad eandem rem *d. l. re con-*
iuncti, & d. l. triplici, & nos latè dicemus in hoc
cap. q. 14. num. 2. & ſeqq. Videamus igitur, qui
dicantur coniuncti, quot ſint coniunctorum
genera, & qui ſint coniunctionis effectus: Ita
enim intelligemus, qui dicantur diſiuncti, &
per conſequentias, inter quos locum habeat
ius accreſcendi.

S V M M A R I V M.

1 *Coniuncti, vel generaliter, vel ſpecialiter dicun-*
tur.
2 *Coniuncti generaliter, qui dicantur.*
3 *Coniuncti, vt aliqui dicantur, debent ad eandem*
rem vocari.
4 *Coniuncti non dicuntur, qui ſuccedunt diuerſo*
iure.
5 *Coniuncti non ſunt, qui ſeparatis orationibus vo-*
cantur ad eiuſdem rei partes factas pro indiui-
ſo, & eur, num. 6.
6 *Partium diſtributio tollit realem coniunctionem,*
orationum verò diſtinctio verbalem.

Qui generaliter coniuncti dicantur.

Quæſtio Prima:

COniunctorum autem duplex eſt
in iure noſtro appellatio, vna ge-
1 neralis, ſpecialis altera, † *vt docet*
Petr. de Beſut. in d. l. re coniuncti,
num. 7. & 34. & ibi Polit. num. 69.
verſ. hoc enim. Duar. lib. 1. de Iur. acer. cap. 4. Do-
nell. lib. 7. comm. iur. ciuil cap. 13. Generaliter
2 coniuncti dicuntur ij, † qui vocantur ad ean-
dem rem, & eodem iure, partibus non factis,
vel factis quidem, ſed in eadem oratione.
Itaq; tria videntur eſſe neceſſaria ad hoc, vt
aliqui generaliter dici poſſint coniuncti.

Primo, vt vocentur ad eandem rem, puta
ad eandem hæreditatem, vel, ſpeciem, aut
3 ſummam † *l. ſi mihi, & tibi. 12. in prin. l. qui quar-*
tam. 15. §. fin. l. ſi pluribus. 33. & l. planè. 34. §. ſi
coniunctim. verſ. ſed ſi in pupillari ff. de leg. prim.
l. ſi duobus. 41. l. ſi mihi, & Titio. 57. in prin. & l. ſi
mihi purè 61. ff. de leg. 2. d. l. re coniuncti. 87. ff. de
leg. 3. l. hac ſcriptura. 26. §. vlt. l. ſi quis legata. 53.
§. vlt. ff. de cond. & dem. §. ſi eadem Inſt. de legat.
Vlp. tit. 24. Inſtit. §. ſi duobus, & §. ſi per damna-
tionem. Caius lib. 2. Inſt. tit. 5. §. fin. & ſcribunt
Duar. d. lib. 1. de Iur. acer cap. 4. & 6. Hoto. in d.
§. ſi eadem enunt. 2. Inſt. de legat. Donell. d. lib. 7.
comm. cap. 13. & lib. 8. cap. 21. & lib. 10. cap. 23.
Cœterum, ſi vocentur ad res diuerſas, puta
ad diuerſas hæreditates, vel ſpecies, vel ſum-
mas, non erunt coniuncti, ſed omnimodo
diſiuncti, *vt dicemus in hoc cap. quæſt. 4. num.*
2. & ſeqq.

Secundo requiritur, vt vocentur eodem iu-
re. Cœterum, ſi diuerſo, non erunt coniun-
4 cti, ſed omnimodo diſiuncti, † ideoq; non
habebunt ius accreſcendi, *vt dicemus in hoc*
cap. q. 43. nu. 1. & ſeqq.

Tertio requiritur, vt, vel partes non habeant
initio, vel habeant ex oratione coniuncta:
Alioquin enim, ſi fierent partes in diuerſis
orationibus, non eſſent ita vocati coniuncti,
tametſi vocarentur ad eandem rem, & eodē
5 iure, † quia diſtributio partiū tolleret realem
coniunctionem, orationum verò diſtinctio
6 verbalem, † *vt declarant Bart. in l. Lucius. 78.*
§. quæ habebat num. 3. ff. ad Treb. in l. item, quod
Sabinus. 17 §. 1. & in l. ſi ita quis hæredes inſtitue-
rit. 66. ff. de hæred. inſt. Ang. in d. l. vn. §. his ita de-
finitis num. 3. & ibi Cuiac. C. de cad. toll. Roma.
conſ. 185. num. 9. & 10. Corn. conſ. 319. num. 3.
vol. 4. Iaſ. in d. l. re coniuncti num. 112. Curt. Iun.
conſ. 259 num. 2. Bertr. conſ. 121. num. 1. volu. 7.
Alciat. conſ. 31. num. 53. lib. 9. Beret. conſ. 104. nu.
8. Gomez. tom. 1. var. reſol. cap. 10. num. 25. verſ.
omnimodo. Mantic. de con. vlt. vol. lib. 10. tit. 3.
num. 9. Pereg. de fideic. artic. 9. num. 2. & 8. verſ.
ex prædictis, & conſ. 69. num. 12. vol. 3. Men. de
præſump. lib. 4. præſ. 159 num. 13. Zaz. in l. tripli-
ci 142. in verb. veluti ff. de verb ſign. Peralt. in d.
l. & Proculo. 20. nu. 24. ff. de leg. 2. Forca. in Ne-
cyo. dial. 30. num. 6. verſ. præterea.

S V M M A R I V M.

1 *Coniunctio, alia eſt hominis, alia legis.*
2 *Coniunctio hominis, alia eſt conuentionalis, alia*
teſtamentaria, & alia mixta. num. 4. Sed con-
tra, num. 6.
3 *Coniunctio conuentionalis, quæ dicatur.*
5 *Coniunctio mixta, quæ dicatur.*
7 *Coniunctio teſtamentaria, quæ dicatur.*
8 *Coniunctio teſtamentaria requirit teſtamentum*
validum, & nu. 11.
9 *Ius accreſcendi locum habet, etiam in teſtamento*
inter liberos.
10 *Teſtamentum imperfectum inter liberos habetur*
pro perfecto.
12 *Coniunctio teſtamentaria triplex, realis, verbalis,*
& mixta.

Quot ſint coniunctorum genera.

Quæſtio Secunda.

DIuiditur autem generalis coniun-
ctio in duas ſpecies: nam quædā
eſt coniunctio hominis, quædam
1 verò coniunctio legis, † *vt docent*
Bart. in d. l. re coniuncti, num. 5. &
& ibi Iaſ. num. 50. Rip. num. 1. Io. Gaud. num. 1.
Bart. in l. teſtamento. 6. num. 2. C. de impub. Bald.
in l. vn.

in l. vn. §. bis ita definitis, in prin. C. de cad. toll.
Ang. de Gamb. de teſta. gl. 41. num. 2. verſ. 4. &
gl. 42. num. 2. Ant. Fum. de coniunct. cap. 1. nu. 1.
Port. in d. §. ſi eadem, num. 1. & ibi Baldui. num.
24. Inſt. de lega. Claud. Tut. in d. l. vn. num. 39. C.
quand. non pet. part. Craſſ. in d. §. Ius accreſcendi,
q. 4. num. 1. Hoto. Ill. q. 44.

Rurſus hominis coniunctio diuiditur à
nonnullis in teſtamentariam, & conuentio-
2 nalem, † vti videre eſt apud Port. in d. §. ſi eadē,
num. 2. Inſt. de legat. Petr. de Bel. in d. l. re coniun-
cti, num. 15. in fi. & ibi Iaſ. num. 50. Io. Gaud. nu.
1. nam conuentionalem appellant eam, quæ
3 fit inter viuos, † vt declarant Iaſ. in d. l. re con-
iuncti, num. 54 & ibi Io. Gaud. num. 7. Addunt
alij mixtā, ideſt partim teſtamentariam, par-
4 tim conuentionalem, † vt Petr. de Bel. in d. l.
re coniuncti, num. 15. in fin. & ibi Iaſ. num. 50.
& Io. Gaud. num. 1. qualem eſſe dicunt, cum
5 in teſtamento conuentio fit, † vt declarāt Iaſ.
in d. l. re coniuncti, num. 55. & ibi Io. Gaud. nu. 9.
6 Sed malè (meo iudicio) quia, † licet contra-
hentes poſſint duos, pluréſue cōiungere, quod
dubio caret, l. ſi mihi, & tibi. 110. in prin. ff. de
verb. oblig. l. fundus ille. 64. ff. de contr. empt. l. pro-
prium. 5. ff. comm. præd. & nos late oſtendemus in
6. cap. q. 32. Illa tamen coniūctio nihil in hac
materia operatur, cum in contractibus, &
alijs viuentium cauſis regulariter non fit lo-
cus iuri accreſcendi, vt ibi latè oſtendemus.

Quamobrem verius eſt, coniunctionem
hominis eam tantum appellari, quæ eſt teſta-
mentaria, ſiue, quæ fit à teſtatore. Teſtamen-
tariam enim appello coniunctionem omnē,
7 † quæ fit ex diſpoſitione morientis, ſiue in te-
ſtamento, ſiue in codicillis, ſiue in qualibet
alia poſtrema voluntate.

Planè, vt ex teſtamento ius coniunctionis
contingat, iuſtum eſſe debet, validumq; te-
8 ſtamentum † l. teſtamento. 6. & ibi not. Bart. nu.
1. Ang. num. 1. Dec. num. 2. Seb. Sap. num. 1. C. de
Impub. Cagn. in d. rub. Cod. quand. non pet. part.
num. 14. in fin. Decia. conſ. 83. num. 62. volum. 4.
Nec eſt contrarium, quod etiam ex teſtamē-
to inter liberos imperfecto coniunctionis, &
9 accreſcendi ius contingat, † vt rectè docent
Bald. in l. ſi poſt diuiſionem. 4. num. 5. C. de Iur. &
fact. ign. & Seb. Sap. in d. l. teſtamento, 6. num. 2.
C. de Impub. tametſi malè in hanc rem adducant
l. hac conſultiſſima. 21. §. ex imperfecto C. de teſta.
qua de proprio non loquitur accreſcendi iure, ſed
de legatis, quæ manent apud hæredes, vt oſtendi-
mus in prim. cap. q. 1. poſt num. 20. & 28. quia te-
ſtamentum imperfectum conditum inter li-
beros pro perfecto, & iure facto habetur,
10 † ideoq; nil mirum, ſi ex eo naſcatur ius con-
iunctionis. Nos verò loquimur de teſtamen-
to condito inter extraneos, quod, niſi iuſtum
ſit, & validum, coniunctionem non inducit,
11 † vti ſupra diximus, Et in terminis reſpondet Seb.
Sap. in d. l. teſtamento. 6. num. 2. C. de Impub.

Diuiditur autem teſtamentaria coniun-
ctio in tria genera: nam, quædam realis eſt,
quædam verbalis & quædam mixta: Coniū-
ctorum enim, alij dicuntur re tantum, alij
12 verbis tantum, alij re, & verbis † l. triplici. 142.
ff. de verb. ſing. De quibus ſingulis ſeparatim
tractaturi, dicamus primo de re tantum con-
iunctis.

S V M M A R I V M.

1 *Coniuncti re, qui dicantur.*
2 *Coniuncti re tantum, vt aliqui dicantur, quæ ſint neceſſaria.*

De re tantum coniunctis.

Quæſtio Tertia.

RE tantum coniuncti dicuntur ij,
qui ſeparatim, ideſt diuerſis ora-
tionibus ad eandem rem inſolidū
vocantur ex expreſſa diſpoſitio-
1 ne teſtatoris † l. re coniuncti. 87. ff.
de leg. 3. & ſcribunt gl. in l. 1. §. fin. in verb. ſepara-
tim ff. de vſufr. accr. gl. in l. triplici. 142. in verb. re
per ſe, & ibi Cuiac. ff. de verb. ſign. Azo in ſumm.
C. de cad. toll. num. 11. Bart. in d. l. re coniuncti,
num. 6. & ibi Iaſ. num. 4. 8. 56. & 60. Crott. num.
26. Polit. num. 28. & 10. Io. Gaud. num. 2. & 11.
Alcia num. 8. Æmil. Ferr. num. 5. Bart. in d. l.
vn. §. bis ita definiti, num. 5, & ibi Ang. num. 2.
Caſtr. num. 2. & Cuiac. C. de cad. toll. Bald. in l. ſi
mihi, & tibi. 12. in prin. verſ. Item dic. & ibi Ca-
ſtrenſ. num. 3. ff. de leg. prim. Caſtr. in d. l. vn. §. ſin
autem diſiunctim num. 1. C. de cad. toll. & conſil.
262. num. 1. volum. 2. Papinſ. in form. lib. quo
ag. ex ſubſt. in verb. breuiloce, num. 34. Port. in d.
§. ſi eadem num. 4. & ibi Baldui. num. 22. Mynſ.
num. 2. Hoto. Enunt. 1. Inſt. de lega. Cagn. in d. l.
vn. num. 17. verſ. vltim. C. quand. non pet. part.
Ant. Fum. de coniunct. cap. 1. num. 2. cap. 3. num.
2. & cap. 9. num. 2. Gomez. tom. 1. varia. reſolut.
cap. 10. num. 24. verſ. coniuncti re tantum, Man-
tic. de coni. vltim. volunt. lib. 10. tit. 3. num. 4. Crot.
conſil. 972. num. 24. Craſſ. in §. ius accreſcendi q.
5. num. 1. Pereg. de fideicom. artic. 9. num. 7. Men.
conſil. 1008. num. 1. Cuiac. lib. 24. obſ. cap. 34. Did.
Spin. in ſuo ſpec. teſta. gl. 9. num. 9. Hoto. in Epit.
tit. ff. de vſufr. accr. n. 3. & Ill. quæſt. 44. Donell.
lib. 7. com. cap. 13. & lib. 10. cap. 23. Itaq; quinq;
2 videntur eſſe neceſſaria † ad hoc, vt aliqui
re tantum coniuncti dicantur, Primo, vt vo-
centur ad eandem rem, non ad diuerſas, vt
dicemus in quæſt. ſeq. num. 1, Secundo, vt vo-
centur ex diſpoſitione teſtatoris expreſſa, nō
ex tacita, vt dicemus in quæſt. 6. num. 1. Tertio,
vt vocentur ad ſolidum, non ad partes, vt di-
cemus in quæſt. 7. num. 1. Quarto, vt ad eandem
rem poſſint concurrere, vt dicemus in quæſt.
11. num. 1. Quinto demum, vt vocentur ſepa-
ratim, ideſt diuerſis orationibus, vt dicemus
in quæſt. 14. num. 1. Et, quoniam huiuſmodi
requiſita varias ambitu ſuo quæſtiones am-
plectuntur, varijsq. difficultatibus ſubijciun-
tur, ideo de ijs ſingulis, & quæſtionibus ad
ea pertinentibus ſeparatim diſpiciemus.

S V M M A R I V M.

1 *Coniuncti re debent ad eandem rem vocari.*
2 *Coniuncti re non ſunt, ſed omnimodo diſiuncti, qui vocantur ad res diuerſas, vt in exemplis, quæ referuntur num. 3. & ſeqq.*

An

An re coniuncti ſint, qui vocantur ad res diuerſas.

Quæſtio Quarta.

PRimum igitur ad inducendam realem coniunctionem requiſitum eſt, vt duo, vel plures ad eandem rem vocentur, puta ad eundem fundũ
1 † *l. ſi pluribus. 33. l. planè. 34. §. ſi coniunctim, verſ. ſed. ſi in pupillari, ff. de leg. prim. l. ſi mihi purè. 61. ff. de legat. 2. d. l. re coniuncti. 87. ff. de legat. 3. dict. §. ſi eadem Inſt. de legat. Vlpia. tit. 24. Inſtit. §. ſi duobus, & §. ſi per damnationem. Caius lib. 2. Inſtit. tit. 5. §. fin. & ſcribunt Petr. de Beſut. in d. l. re coniuncti, num. 20. & ibi Iaſ. nu. 61. & 64. Polit. n. 14. Rip. n. 43. AEmil. Ferr. n. 5. & 46. Ant. Fum. de coniun. cap. 1. num. 2. & 4. Craſſ. in d. §. ius accreſcendi q. 5. nu. 1. & 2. Duar. lib. 1. de Iur. accreſ. cap. 6.* Cęterum, ſi vocentur ad res diuerſas, non erunt re coniuncti,
2 ſed omnimodo diſiuncti † *l. huiuſmodi 86. §. quibus, vbi Bald. & Iaſ. num. 1. ff. de leg. prim. Bald. in l. ſi duobus. 16. §. vlt. verſ. & intellige ff. eod. Ang. conſ. 11. num. 3. Ang. de Gamb. de teſtam. gl. 41. num. 1. & gl. 42. num. 3. Papienſ in d. form. libell. quo ag. ex ſubſt. in verb. breuiloce, num. 31. Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 107. & ibi Io. Gaud. num. 43. Ruin. conſ. 152. num. 9. vol. 3. Pereg. de fideicom. artic. 9. num. 2. Men. d. conſ. 1008. nu. 4. Baldui. in d. §. ſi eadem. num. 1. & ibi Mynſ. num 2. & 3. Inſt. de legat. Duar. d. lib. 1. de Iur. accreſc. cap. 4. & 5. Donell. d. lib. 8. comm. cap. 21.*
3 Exempla † ſint

Primum, cum teſtator duobus, aut pluribus res diuerſas relinquit in diuerſis oratio-
4 nibus, † vt, cum ait, lego fundum Cornelianum Titio, lego fundum Tuſculanum Caio, *in quibus terminis loquuntur Dd. ſupra relati.*

Secundum, cum relinquit res diuerſas duobus aut pluribus in orationibus continuatis,
5 quæ ab vno, eodemq; verbo reguntur, † vt, cum ait, Titio fundum Tuſculanum, & Caio fundum Cornelianum do lego: nam in hoc caſu, licet ſecundum communem doctorum opinionem legatarij cenſeantur coniuncti, quo ad figuram verborum, ſed non, quoad ius accreſcendi, *vt referemus in hoc cap. q. 17. nu. 2. & ſeqq.* tamen, ſecundum eam, quam nos veriorem arbitramur, ſunt etiam verbis diſiuncti, quia verbalis coniunctio non eſt, niſi nominum complexus fiat, *vt oſtendemus in d. q. 17. num. 9. & ſeqq.*

Tertium exemplum ſit in diſpoſitionibus diſtributiuis, quæ multiplicationem inducũt,
6 † vt, cum teſtator ait, lego ſingulis filijs meis ſingulos ſeruos *d. l. huiuſmodi. 86. §. quibus ff. de leg. prim.* vel, cum ait, lego cuilibet ex filiabus meis mille aureos, *ſecundum ea, quę dicemus in d. q. 17. num. 5.* vel, cum ait, lego Titio, & Seio ſingulis vſumfructum fundi Tuſculani alternis annis *l. 2. in prin. ff. quib. mod. vſusfr. amitt.* Nam in his omnibus caſibus, licet vocati cenſeantur coniuncti, quoad figuram verborum, vt eſt communiter receptum, ſed non, quo ad ius accreſcendi, propterea quod vocantur ad res diuerſas, *vt referemus in eadem q. 17. num. 2. & ſeqq.* tamen ſecundum noſtram ſententiam ſunt etiam quoad figuram verborum diſiuncti, quia diſtributiuum, non ſolum res, ſed etiam orationes diſtinguit, *vt oſtẽdemus in d. q. 17. num. 9. & ſeqq.*

Quartum ſit exemplum in omnibus caſibus, in quibus eiuſdem quantitatis, ſeu ſum-
7 mæ relictæ inducitur multiplicatio, † *quos referemus in q. ſeq. num. 8. verſ. Tertius. & nu. ſeqq.* nam, quia legatarij vocãtur ad diuerſas ſummas, ideo fit, vt cenſeantur omnimodo diſiuncti, *vt ibi latius oſtendemus.*

SVMMARIVM.

1 *Eadem res cenſetur relicta, quoties poſterior diſpoſitio reſpectu rei ſit relatiue ad primam, vt in exemplis, quæ referuntur num. 2. & ſeqq.*
2 *Coniuncti re cenſentur, ſi teſtator inſtituat Titiũ in ſua hæreditate, & in eadem hæreditate inſtituat Caium.*
3 *Coniuncti re cenſentur, ſi teſtator inſtituat Seium in dimidia, & in eadem dimidia inſtituat Sempronium.*
4 *Coniuncti re cenſentur, ſi teſtator leget fundum Tuſculanum primo, & eundem fundum leget ſecundo.*
5 *Coniuncti re cenſentur, ſi teſtator leget dimidiam fundi primo, & eandem dimidiam leget ſecundo.*
6 *Coniuncti re cenſentur, ſi teſtator leget primo mille, & eadem mille leget ſecundo.*
7 *Quantitas certi loci non cenſetur, vt quantitas, ſed, vt ſpecies.*
8 *Coniuncti re cenſentur, quibus diſtributiuè ſpecies relinquitur.*
9 *Coniuncti re cenſentur inſtituti ſeparatim in tota hæreditate, aut etiam ſimpliciter in hæreditate.*
10 *Coniuncti re non cenſentur ſimpliciter inſtituti in dimidia hæreditatis ſeparatis orationibus.*
11 *Coniuncti re cenſentur, quibus ſimpliciter eadem ſpecies relinquitur ſeparatis orationibus.*
12 *Declaratur l. Titiæ textores. 36. in prin. ff. de leg. primo & num. ſeqq.*
15 *Coniunctio realis inducitur ex vnitate rei.*
16 *Coniuncti re non cenſentur, quibus fundi dimidia ſeparatim relinquitur, Declara, vt num. ſeqq.*
19 *Quantitas duobus ſeparatim relicta, vel multiplicatur, vel non, prout conſtat de voluntate teſtatoris.*
20 *Multiplicatio ſummæ inducitur, ſi eadem quantitas duobus legata ſit in diuerſis orationibus.*
21 *Multiplicatio facilius inducitur in perſona diuerſorum, quam in perſona vnius, Declara, vt nu. 25.*
22 *Legatum quantitatis bis eidem relictum multiplicatur, Declara, vt num. 26.*
23 *Legatum eiuſdem ſpeciei recipit multiplicationem in perſona diuerſorum ex voluntate teſtatoris.*
24 *Legatum eiuſdem ſpeciei non recipit multiplicationem in perſona vnius.*
27 *Argumentum a legato relicto eidem à diuerſis hæredibus ad legatum relictum duobus ab eodem hærede valet.*
28 *Legatum quantitatis multiplicatur, ſi bis eidem ſit relictum a diuerſis hæredibus.*
29 *Stipulatio quantitatis facta aduerſis ſub diuerſis verborum conceptionibus non intelligitur de eadem quantitate, ſed de diuerſis, niſi dictio eadẽ exprimatur.*

Multi-

30 *Multiplicatio ſummæ non inducitur, etiamſi bis ea exprimatur, dummodo ſemel exprimatur verbum. Sed contra num. 33. & cur, num. 34.*
31 *Declaratur l. ſtipulatio iſta 38. §. cum, quis ff. de verb. oblig. & num. 35 & ſeqq. vſq. ad fin.*
32 *Argumentum a ſtipulationibus ad legata valet.*
47 *Adiecto ſolui poteſt.*
49 *Adiectus dicitur, qui diſiunctiuè comprehenditur in ſtipulatione.*
51 *Adiectus an dicatur, qui copulatiuè in ſtipulatione comprehenditur, & nu. ſeqq.*
54 *Copula, &, diuidit rem in partes æquas, & viriles.*

Quando cẽſeatur eadem res duobus, aut pluribus relicta, quandòue facta multiplicatio.

Quæſtio Quinta:

HInc de illo quæri ſolet, quando duo, vel plures dici poſſint ad eãdem rem, quandoùe ad diuerſas vocati. Quæſtio autem non in ijs caſibus vertitur, in quibus teſtator nominatim expreſſit res diuerſas, puta diuerſas ſpecies, vel quantitates, vt, cum dixit, lego Titio fundum Tuſculanum, & lego Caio domum Scianam, vel, lego Titio mille, & Caio lego quingenta: nam in his caſibus, & alijs ſimilibus res caret omni difficultate, *& procedunt ea, quæ diximus in q. præced num. 3 & ſeqq.* ſed vertitur in eo caſu, in quo teſtator inſpecta verborum figura videtur eandem rem, puta eandem ſpeciem, aut quantitatem, ſeu ſummam expreſſiſſe, vt, cum dixit, lego dimidiam Primo, lego dimidiam Secundo, vel, lego mille Primo, lego mille Secundo. Et in hac quæſtione conſtat varios eſſe diſtinguendos caſus, quorum

Primus eſt quando poſterior diſpoſitio reſpectu rei ſit relatiuè ed primam, & relatio eſt repetitiua, non demonſtratiua, *ſecundum ea, quæ dicemus in hoc cap. q. 13. num. 9.* vt, cum teſtator exprimit illam dictionem, eandem, aut aliam ſimilem, Et tunc non eſt dubirandum,
1 † quin eadem res cenſeatur relicta, & conſequenter vocati cenſeantur re coniuncti. Exempla ſint.

Primum in hæreditate: nam, ſi teſtator ita ſcripſerit, Inſtituo Titium in mea hæreditate, in eadem mea hæreditate inſtituo Caium,
2 dubium non eſt, † quin hæredes cenſeantur ad eandem hæreditatem vocati, & per conſequentias re coniuncti.

Secundum exemplum afferri poteſt, & in parte hæreditatis: nam, ſi teſtator ita ſcripſerit, Seius ex parte dimidia hæres eſto ex eadẽ dimidia Sempronius hæres eſto, non eſt etiã dubitandum, quin Seius, & Sempronius, tamquam ad eandem rem, ideſt, ad eandem hęreditatis partem vocati cenſeantur re coniuncti
3 † *l. Iulianus. 15. l. ſi te ſolũ. 27. verſ. ſed, ſi plures ff. de hær. inſtit. l. triplici. 142. §. vlt. ff. de verb ſign & ſcribunt Bart. in d. l. re coniuncti, num. 9. & ibi Petr. de Beſu. num. 22. Iaſ. num. 67. Crott. num. 27. Polit. num. 11. & 12. Io. Gaud. num. 23. & 26. AEmil. Ferr. num. 19. Zaz. in d. l. triplici, in verb. coniunctim, & ibi Alcia. nu. 15. Craſ. in d. §. Ius accreſcendi q. 5. num 6. Cuiac. in d. l. vn. §. his ita definitis C. de cad. toll. An autem etiam verbis dicemus in hoc cap. q. 24. num. 1. & ſeqq.*

Planè hoc ita videtur accipiẽdum, vt procedat, ſi totus as fuerit diſtributus. Cæterum, ſi teſtator de vna tantum dimidia diſpoſuerit, puta dixerit, inſtituo Titium in dimidia, in eadem dimidia inſtituo Caiũ, & in alia dimidia neminem inſtituat, quia omnimodo alia dimidia deberet ad eos per ius accreſcendi pertinere, cum nemo poſſit decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, *vt dicemus in 7. cap. q. 1. num. 1. & ſeqq.* ideo commodius videtur dicere, teſtatorem ſenſiſſe de alia dimidia, *ſecundum Alcia. in d. l. re coniuncti, num. 15.* Sed mihi videtur verius, eandem dimidiam cenſeri datam, & aliam per ius accreſcendi ad eos pertinere, quia alioquin neceſſariò deberet ita fieri interpretatio, quaſi teſtator dicendo, eandem dimidiam, voluerit dicere aliam dimidiam, quæ interpretatio vim facit verbis.

Tertium exemplum afferri poteſt in relicto ſpeciei: nam, ſi teſtator ita ſcripſerit, lego fundum Tuſculanum Primo, eundem fundũ lego Secundo, vocantur legatarij ad eandem rem, ideſt ad eandem ſpeciem, & corpus rela-
4 tiuè, cenſenturq; proinde re coniuncti, † *l. Mœuio. 42. in prin. ff. de leg. 2. d. §. ſi eadem Inſt. de legat. & ſcribunt Bart. in d. l. re coniuncti, nu. 3. & ibi Iaſ. num. 8. 20. & 31. verſ. 3. Polit. num. 17. Alcia. num. 8. AEm. Ferr. num. 6. & 19. Ang. in d. l. vn. §. his ita definitis num. 2. & ibi Caſtr. num. 2. Papienſ. in d. form. lib. quo ag. ex ſub. in verb. breuiloce, num. 34. Ang. de Gamb. de teſta. gl. 41. nu. 1. Port. in d. § ſi eadem. nu. 4. & ibi Mynſ. num. 2. Hoto. En. 1. Inſt. de legat. Cagn. in d. l. vn. nu. 17. verſ. vlt. C. quand. non pet. part. Mantic. de con. vlt. vol. lib. 10. tit. 3. num. 4. Craſſ. in d. §. ius accreſcendi q. 5. num. 1. Men. de præſ. lib. 4. præſ. 159. num. 5. & d. conſ. 1008. num. 1. Ant. Gou. de Iur. accr. num. 5. & in lib. animad. cap. 6. Cuiac in l. ſi duobus. 16. q. 6. & in d. l. planè. 34. §. ſi duobus ff. de leg primo, & in d. l. triplici 142. ff. de verbor. ſign. & lib. 1. obſ. cap. 23. Did. Spin. in ſuo ſpecu. teſta. d. gl. 9. num. 9. Hoto. in Epit. tit. ff. de vſufr. accr. n. 3. Donell. lib. 7. cõ. cap. 13. & lib. 10. cap. 23.* Quod intelligo, etiamſi teſtator verbum diſpoſitiuum ſemel expreſſerit, puta dixerit, Titio fundum Tuſculanum, eundem fundum Caio do lego: nam, & ſi controuerſum ſit, an ita vocati cenſeantur etiam verbis coniuncti, dubium tamen non eſt, quin ſint coniuncti, re, *vt oſtendemus in hoc cap. quæſt. 25. n. 3. & ſeqq.*

Quartum exemplum ſit, etiam in parte ſpeciei: nam, ſi teſtator dixerit, lego dimidiam fundi Tuſculani Primo, eandem dimidiam lego Secundo, cenſebitur eadem, non alia dimidia relicta, & conſequenter erunt legatarij
5 in ea re coniuncti, † *vt ſcribunt Petr. de Beſ. in in d. l. re coniuncti, num. 4. verſ. ſimiliter, & 3. & ibi Iaſ. num. 146. verſ. facit, Craſſ. in d. §. Ius accreſcendi, q. 5. num. 6.* Quod ſimiliter intelligo, etiamſi teſtator ſemel expreſſerit verbum lego, puta dixerit, Mœuio fundi partem dimidiam, eandem dimidiam Seio lego: nam, & ſi dubitetur, an ita vocati cenſeantur etiam cõiuncti verbis, non tamen dubium eſt, quin ſint coniuncti re, tamquam ad eandem rem,

ideſt

Digitized by Google

ideſt eandem fundi partem vocati, *ſecundum ea quæ ſupra diximus*. Hæc autem, quæ de relicto ſpeciei, aut eius partis ſupra diximus *in 3. & 4. exemplo*, non ſolum procedunt in legato, ſed etiam in omni alia particulari diſpoſitione, puta in fideicommiſſo, vel inſtitutione rei certę; quippe, quæ in hac re non diſtinguitur à legato, ſed pari eum eo paſſu ambulat, *per ea quæ dicemus in 7. cap. q. 9. num. 7. & ſeqq.*

Quintum exemplũ ſit in ſumma, ſeu quantitate; nam, ſi teſtator ita dicat, lego Primo mille, eadem mille lego Secundo, certum eſt, legatarios, tamquam ad eandem rem, ideſt eandem ſummam vocatos cenſeri re coniun-
6 ctos, † *vt ſcribunt Iaſ. in l. ſi pluribus. 33. num. 8. ff. de leg. primo Alcia. in d. l. re coniuncti, num. 11. & ibi AEm. Ferr. nu. 12. verſ. vnus eſt, Baldui. in d. §. ſi eadem num. 2. Inſt. de legat. Craſſ. in d. §. Ius accreſcendi q. 5. num. 18. verſ. aut vero non conſtat.* Planè hoc ita demum verum eſt, ſi relatio talis ſit, vt ex ea colligere poſſimus, mentem teſtatoris fuiſſe, non multiplicare quantitatē ſed vnam tantum ſummam relinquere, & in ea coniungere legatarios, vt in exemplo ſupra poſito. Caeterum, ſi teſtator ita ſcriberet, lego Primo mille, eandem ſummam lego ſecundo, facilè poſſet cēſeri facta relatio ratione numeri, quo caſu teſtator cenſeretur illam dictionem, eandem, pro ſimili accepiſſe, & ſic reliquiſſe quidem alia mille, ſed dixiſſe eandem ſummam, quia volebat relinquere ſummam parem, & ſimilem, nempè ſummam mille aureorum. Quam in rē facit, quod ſcribit *gl. in l. ſi te ſolum. 27. in verb. eadem parte ff. de hæred. inſt.* dum ait, eandem partem poſſe intelligi, vel in genere, vel in ſpecie: nam hoc ipſum dici poteſt, & de ſumma, quia, ſi in genere ſumatur, ſignificat ſummā parem, & ſimilem, & non inducit cōiunctionem realem, ſi verò ſumatur in ſpecie, ſignificat eandem quantitatem, & realem inducit coniunctionem, *ſecundum ea, quę ſupra dicta ſunt.* Vtriq; autem loquor de ſumma in genere relicta: nam, ſi legaretur pecunia, ſeu ſumma, quæ eſt in arca, vel alio loco, non eſſet res à quarto exemplo diſtinguenda, quia talis quantitas non cenſeretur, vt quantitas, ſed vt
7 ſpecies, † *l. talis ſcriptura. 30 in prin. ff. de leg. primo. l. in ratione. 11. §. certa ff. ad l. Falc. Et in his terminis declarat Ant. Fum. de con. cap. 1. num. 4.*

Secundus caſus eſt, quando teſtator de eadem re diſponit, non relatiuè, ſed diſtributiuè, non quidem, quoad res, ſed quo ad perſonas, & ſumus in caſibus, in quibus diſtributiua non inducit multiplicationem, vt eum relinquitur ſpecies, quæ ſui natura multiplicationem non recipit, puta dicit teſtator, lego cuilibet ex filijs meis fundum Tuſculanum, Et in hoc caſu certum eſt, eandem rem cenſeri relictam, & ita vocatos eſſe re coniunctos,
8 † quia diſtributiua cuilibet rem inſolidum aſſignat *l. huiuſmodi. 86. §. quibus ff. de leg. primo* & diſtinguit, ac ſeparat orationes, ideoq; operatur, vt legatarij, non verbis, ſed re dici debeant coniuncti, *vt ex ijs patebit, quæ dicemus in hoc cap. q. 25. num. 3. & ſeqq.*

Tertius caſus eſt, quando teſtator diſpoſuit diſtributiuè, quoad perſonas, non etiam, quoad res, ſed tractatur de quantitate, ſeu ſumma, quæ ſui natura multiplicari poteſt, vt, cum dixit, lego cuilibet ex filiabus meis mille, Et in hoc caſu certum eſt, non eſſe filias vocatas ad eandem rem, ſed ad diuerſas: Nō enim intelligũtur omnibus ſimul legata mille inter eas diuidenda, ſed ſingulis filiabus mille, & ſic ſummæ diuerſæ; Quo fit, vt non cenſeantur re coniunctæ, & per conſequentias non habeant ius accreſcendi, *vt tradunt omnes, quos referemus in hoc cap. q. 17. num. 5. & ſeqq. vbi videbimus, an ita vocatæ dici aliquo modo poſſint verbis coniunctæ.*

Quartus caſus eſt, quando teſtator diſpoſuit diſtributiuè non ſolum, quo ad perſonas, ſed etiam quo ad res, & tractatur pariter de rebus, quæ ſui natura multiplicationem recipiunt, puta de genere, vt, cum teſtator dixit, lego ſingulis filijs meis ſingulos ſeruos, Et in hoc ſimiliter caſu certum eſt, non cenſeri filios vocatos ad eandem rem, ſed ad diuerſas, & per conſequentias non eſſe re coniunctos, ſed omnimodo diſiunctos, *vt diximus in hoc cap. q. 4. num 6. & dicemus in q. 17. nu. 2. & ſeqq. vbi pariter videbimus, an aliquo modo poſſint dici verbis coniuncti.*

Quintus caſus eſt, quando teſtatoris diſpoſitio, nec relatiuè eſt facta, nec diſtributiuè, ſed ſimpliciter, vt, & in omnibus caſibus ſequentibus, & tractatur de re vniuerſali, puta de hæreditate, vt, cum teſtator dixit, Inſtituo, vel, ſubſtituo Titium in tota, ſeu vniuerſa hęreditate, aut etiam indefinitè in hæreditate, deinde ſeparatim eodem modo Caium inſtituit, aut ſubſtituit, nulla ad pręcedentem inſtitutionem, aut ſubſtitutionem relatione facta, Et tunc certi iuris eſt, per ſolam, & ſimplicem rei demonſtrationem ita colligi rei idētitatem, vt ita vocati cenſeantur re coniuncti.
9 † *Ita enim ſcripſerunt Cin. in l. vn. § his ita definitis nu. 5. verſ quid dicemus C. de cad. toll. Bart. in l. interdũ. 13. §. deniq; verſ. quãdoq; reliquit ff. de hær. inſt. Zaz. in d. l. triplici. 142. in verb. re per ſe ff. de verb ſign & Gomez. d. tom. 1. varia. reſol. cap. 10. num. 24. verſ. coniuncti re tantum:* Nam, cum eadem hæreditas multiplicationem totius non recipiat, neceſſariò debent vocati ad eandem rem concurrere, & concurſu facere partes. Ideo autem ſupponimus teſtatorem diſponendo hæreditatem, aut totam, aut indefinitè expreſſiſſe, quia, ſi ſimpliciter ita ſcriberet, Inſtituo, vel, ſubſtituo Titium, inſtituo, vel ſubſtituo Caium, vel, Titius hæres eſto, Caius hæres eſto, non pertineret hæc ſpecies ad quæſtionem propoſitam: Loquimur enim de identitate rei, quæ colligitur ex ſimplici demonſtratione facta à teſtatore, cum alioquin eo caſu, non poſſit teſtator dici rem demonſtraſſe, quam non expreſſit, ſed pertineret ad quæſtionem illam, quam proponemus *in hoc cap. q. 6. num. 19.* an ſcilicet inſtituti ſine parte cenſeantur re coniuncti.

Sextus caſus eſt, quando (retento eodem themate) tractatur de re vniuerſali, quam tamen teſtator non totam, ſed pro parte tãtum diſponendo expreſſit, puta dixit, Inſtituo, ſeu, ſubſtituo Titium in ſemiſſe, Inſtituo, ſeu ſubſtituo Caium in ſemiſſe, vel, Titius ex ſemiſſe hæres eſto, Caius ex ſemiſſe hæres eſto, Et in hoc caſu certi iuris eſt, inſtitutos, aut ſubſtitutos non eſſe re coniunctos, quia non vocantur

tur ad eandem rem, ideſt, ad eandem hæredi-
10 tatis partem, ſed ad diuerſas, † vt ſcribunt Iaſ. in
d. l. re coniunctis, num. 67. & ibi Alcia. num. 15.
verſ. ſed quid: Nam, quia partes hæreditatis
multiplicationem recipiunt, cum hæreditas
in plures, & diuerſas partes diſtribui poſſit §.
hæreditas Inſt. de her. inſt. l. interdum. 13. §. 1. ff.
eod. & nulla ſubſit neceſſitas, qua dicere coga-
mur, eandem vtriq; partem videri relictam,
ideo ceſſante relatione multiplicationem in-
ducimus, & interpretamur diſpoſitionem te-
ſtatoris diuerſas partes continere. Idq; faci-
liùs procederet, ſi teſtator diuerſas partes etiã
numeraliter exprimeret, puta diceret, inſtituo
Titium in decem vncijs, Caium inſtituo in
duabus, vt in ſpecie l. Lucius. 78. §. quæ habebat ff.
ad Treb. nam tunc, quia partes eſſent etiam nu
mero diuerſę, nulla prorſus ſubeſſet dubita-
tio, quin diuerſæ partes cenſerentur relictæ, ſi-
cut dicimus de partibus quantitatiuis, quibus
in hac re partes numerales comparantur, ſci-
licet, quia idem dicitur de partibus numerali-
bus, quod de quantitatiuis, vt ſcribit Alcia. in
d. l. re coniunctis, num. 17.

Septimus caſus eſt, quando tractatur de re-
licto ſpeciei, puta domus, aut fundi, aut cuius-
libet alterius rei certæ, quam teſtator totam,
aut indefinitè expreſſit, Et in hoc caſu certũ
eſt, identitatem colligi ex ſimplici demon-
ſtratione, ſiue demonſtratio fiat per expreſ-
ſionem proprij nominis, vt, ſi dixerit teſta-
tor, lego fundum Tuſculanum Primo, lego
fundum Tuſculanum Secundo, quo caſu di-
11 cuntur legatarij re coniuncti, † d. §. ſi eadem, &
ibi Mynſ. num. 2. Hoto. Enunt. 1. Inſt. de legat.
Cagn in d. l. vn. num. 17. verſ. vltimo C. quand nõ
pet. part. AEmil. Ferr. in d. l. re coniuncti, num. 6.
Duar. lib. 1. de Iur. accr. cap. 6. Cuiac. lib. 24. obſ.
cap. 34 Hoto. lib. 6. obſ. cap. 12 & Ill. q. 44. Donell.
lib. 7. comm. cap. 13. ſiue fiat per expreſſionem
12 qualitatis, vt in ſpecie † l. Titię textores. 36. in
prin. ff. de leg. prim. vbi, cum teſtator ita ſcrip-
ſiſſet, Titiæ textores meos omnes lego, Plo-
tiæ vernas meos omnes lego. Pomponius ait,
eos, qui ſimul, & textores ſunt, & vernæ, cen-
ſeri vtriq; legatos, & inter legatarias commu-
nes. Quo fit, vt in ijs legatariæ cenſeantur re
coniunctæ, non, quia qualitatum concurſus
realem inducat coniunctionem, ſiue nouus
13 eius inducendæ modus, † vt putauit Petr. de
Beſu. in d. l. re coniuncti, num. 17. quem ibi ſequi-
tur Iaſ. num. 73. Alcia. num. 18. verſ. idemq;, Io.
Gaud num. 23. ſed, quia per talem expreſſionẽ
fit eiuſdem rei demonſtratio quę operatur, vt
ij ſerui, in quos vtraq; qualitas à teſtatore, ex-
14 preſſa concurrit, cenſeantur vtriq; legati, † vt
rectè Polit. in d. l. re coniuncti, num. 21. & ibi
AEm. Ferr. num. 33. & 34. docuerunt, & probat
l. ſeruus vrbanus 97. §. vlt. ff. de leg. 3. Realẽ enim
coniunctionem non qualitatum inducit cõ-
curſus, vt, nec concurſus nominum, ſed vni-
15 tas, & identitas rei, † vt declarat Bart. in d. l. re
coniunctis, nu. 32. quæ colligitur ex demonſtra-
tione facta, vel per expreſſionem nominis,
vel per expreſſionem qualitatis, vel per alium
quemcunq; modum.

Octauus caſus eſt, quando tractamus de re-
licto ſpeciei, cuius partem diſponendo teſta-
tor ſimpliciter expreſſit, puta dixit, Fundi Tuſ
culani partem dimidiam lego Primo, Fundi
Tuſculani partem dimidiam lego Secundo,
Et tunc certi iuris eſt, non cenſeri legatarios
re coniunctos, quia non vocantur ad eãdem
rem, ideſt ad eandem fundi partem, ſed ad di-
16 uerſas, † vt ſcribit Caſtr. in l. Moeuio 42. num. 1.
ff. de leg. 2. Et eſt de mente omnium, quos retuli-
mus in hoc cap. q. 1. num. 6. & referemus etiam in
q. 16. num. 20.

Planè, ſi diſpoſitio teſtatoris contineat ex-
ceſſum, puta dixerit teſtator, lego dimidiam
fundi Tuſculani Primo, lego dimidiam fun-
di Tuſculani Secundo, lego dimidiam fundi
Tuſculani Tertio, quo caſu exceſſit notiſſi-
mos partium fines, ſcilicet, quia eiuſdem rei
dimidię non, niſi duæ conſiderari poſſunt, in
eo, quod excedit tertiam, ſeu virilem, dice-
17 mus legatarios eſſe re coniunctos, † vt pote vo-
catos ad eandem partem l. Moeuio. 42. in prin.
ff. de leg. 2. Et in ſpecie declarat Cuiac. in d. l. vnic.
18 §. his ita definitis C. de cad. toll. Nam † ille ex-
ceſſus, ſiue illa tertij adiectio operatur, vt, qui
aliàs eſſent omnimodo diſiuncti, incipiant
in eo, quod minuitur, re coniungi, vt latiùs di-
cemus in hoc cap. q. 16. num. 40.

Nonus, & vltimus caſus eſt, quando tracta-
mus de relicto quantitatis, ſiue ſummę, quam
teſtator bis expreſſit, puta dixit, Titio mille,
& Sempronio mille, nulla in poſteriore diſpo
ſitione ad præcedentem relatione facta, Et in
hoc caſu, ſi quidem conſtet de voluntate te-
ſtatoris, vel ex verbis, vel ex coniecturis, non
erit ambigendum, quin, aut eadem, aut diuer-
ſa quantitas cenſeatur relicta, prout voluerit
19 teſtator, † vt ſcribunt Polit. in d. l. re coniuncti,
num. 8. & ibi AEmil Fer. num. 12. verſ. ſecundus
caſus, Craſſ. in d. §. ius accreſcendi, q. 5. num. 18.
Duar. lib. 1. de Iur. accr. cap. 7.

Coeterum, ſi ſimus in dubio, refert (ſecun-
dum aliquos) vtrum eadem ſumma bis fuerit
expreſſa in diuerſis orationibus, an verò in
eadem: nam, ſi in diuerſis, puta, quia teſtator
dixerit, lego mille Titio, lego mille Sempro-
nio, & ſic verbum, lego, bis expreſſerit, faten-
tur omnes cenſeri multiplicatam quantitatẽ,
& relictas diuerſas ſummas, ideoq; legatarios
20 non cenſeri re coniunctos. † Ita enim cenſue-
runt Bart. in d. l. re coniunctis, num 7. & ibi Petr.
de Beſu. num. 20 vbi ait, rem non eſſe dubitabilẽ,
Iaſ. num. 10. & 57. Crott. num. 22. vbi teſtatur
opinionem Bart. eſſe communiter approbatam, li-
cet ſubijciat (& malè) diſputando contrarium poſſe
ſuſtineri. Idem cenſuerunt ibi Polit. nu. 68. verſ.
adde, & aliam, Rip. num. 27. vbi ait, hanc conclu-
ſionem ſequi dd. communiter, & Io. Gaud. num.
31. Bart. in l. ſi quis teſtamento. 82. & ibi Caſtren.
num. 2. Iaſ. num 3. ff. de leg. primo Ang. de Gamb.
de teſta. gl. 41. num. 2. verſ. quæro, Ant. Fum. de
coniun. cap. 1. num. 4 Craſſ. in d. §. Ius accreſcen-
di, q. 5. num. 14. vbi pariter teſtatur, hanc eſſe com-
munem, & Gratia. cap. 70. diſcept. for. num. 19.
Et ſentiunt multo magis ij, quos referemus infra,
num. 33. Et accipiendi ſunt, qui ſimpliciter ſcrip-
ſerunt, induci multiplicationem, quoties diſiun-
ctim eadem ſumma duobus relinquitur, vt Iaſ. in
l. ſi pluribus. 33. num. 8. ff. de leg. prim. Polit. in d.
l. re coniunctis, num. 8. Gomez. tom. 1. variar.
reſol. cap. 10. num. 24. verſ. Item adde, Baldui.
in d. §. ſi eadem, num. 2. Inſt. de legat. Probatur
enim

Primo, quia faciliùs inducitur multiplica-
tio

tio legati in perſona diuerſorum , quam in
21 perſona vnius. † Sed, quando ſeparatim bis
eadem quantitas vni legatur , inducitur le-
22 gati multiplicatio † *l. quinquaginta. 12. ff. de probat. l. planè. 34 § ſi eadem verſ. ſed , ſi non corpus, ff. de leg primo* , Ergo multo faciliùs debet
induci , quando ſeparatim fuit relicta duo-
bus .

Maior illa probatur, quia, ſi eadem ſpecies
legetur duobus ea intentione , vt quilibet eã
habeat inſolidum, inducitur legati multipli-
23 catio, † quoniam vni præſtatur res , alteri ve-
rò æſtimatio, *vt dicemus in hoc cap. quæſt. 12. num. 26.* Et tamen, ſi eadem res ſæpius legetur
vni, non inducitur multiplicatio, licet ea re-
linquatur intentione , vt ſępius , & inſolidum
24 pręſtetur † *d. l. planè. 34. §. ſi eadem ff. de leg. prim.*
Ergo faciliùs inducitur multiplicatio legati
in perſona diuerſorum , quàm in perſona
vnius. *Ita arguant Bart in d. l re coniunctis, nu. 7. & ibi Rip. num. 27. Io. Gaud. num. 32. Ang. de Gamb. de teſta. d. gl. 41. num. 2 in fi. Caſtr. in d. l ſi quis teſtamento num. 2. & ibi Iaſ. num. 4. Iaſ in d. l ſi pluribus. 33 num. 16. verſ. 5. & nu. 17. Bald. in d. § ſi eadem num. 3.*

Verùm leuiſſima eſt vis huius argumenti,
25 † *vt Iaſ. in d. l. re coniunctis, num. 57. & ibi Crott. num. 22. Polit num. 6. verſic primum, Gomez. d. cap. 10. num. 24. in fi. & alij paſſim animaduerterunt* , quia multiplicatio legati non indu-
26 citur in perſona vnius , niſi , quando † relin-
quitur quantitas in diuerſis diſpoſitionibus,
puta in teſtamento , & codicillis *d. l. quinquaginta. 12. ff. de probat.* & ideo nulla vis
eius eſt, niſi, quando in diuerſis diſpoſitioni-
bus legatur quantitas diuerſis legatarijs , vt
ſcilicet tunc faciliùs debeat induci multipli-
catio, quam, ſi eſſet relicta vni .

Secundo probatur , quia , quæ de legatis a
diuerſis hæredibus vni relictis dicuntur , ea-
dem, & de ijs, quæ diuerſis, ſed ab vno hærede
27 relinquuntur , ſunt dicenda † *l. quid ergo. 56. §. ſi quis duos ff. de leg primo.* Sed , quando bis vni
legatur eadem quantitas a diuerſis hæredi-
28 bus, inducitur multiplicatio legati † *l. ſi pluribus. 45. §. 1. ff. de leg. 2. l. ſeruo alieno 116. §. ſi quis a primo ff. de leg. primo.* Ergo debet etiam
induci, quando bis legatur duobus ab eodem
hærede.

Tertio probatur argumento ducto a ſtipu-
lationibus ad legata: nam, ſi diuerſis concep-
tionibus aliqui decem ſtipulentur , vel pro-
mittant , diuerſam , non eandem ſummam
ſtipulari , aut promittere intelliguntur , niſi
29 dictio , eadem , fuerit appoſita † *l. ſi ex re 28. §. ſi ipſi ff. de ſtip. ſeru. §. 1. Inſt. de duob. reis .* Ergo idem eſt dicendum in legato.

At , ſi in eadem oratione fuerit eadem
sũma bis expreſſa, puta, quia teſtator dixerit,
Titio mille, & Seio mille do lego , & ſic ver-
bum , do lego , ſemel expreſſerit , quo caſu
eadem (ſecundum communem) eſt , non
diuerſa oratio , *vt referemus in hoc cap. q. 25. num. 5.* veriùs eſſe cenſent , non induci mul-
tiplicationem, ſed eandem ſummam cenſeri
communiter vtrique relictam , & per conſe-
quentias ita vocatos re coniunctos cenſeri.
30 † *Ita enim cenſuerunt Bart. in d. l. ſi quis teſtamento. 82. & ibi Caſtrenſ. num. 2. ff. de leg primo.*
Mouentur autem , vt ita ſentiant *l. ſtipulatio iſta. 38. §. eum, qui ff. de verbor. obligat.* vbi
Vlpianus , *Eum, qui ita dicat* , inquit , *mihi decem , & Titio decem , eadem decem non alia*
31 *decem dicere , credendum eſt :* Nam , † cum
valeat argumentum a ſtipulationibus ad
32 legata † *l. eum , qui. 56. in prin. ff. eod.* & in
ſtipulationibus non inducatur multiplica-
tio , ſi bis eadem ſumma comprehendatur in
eadem oratione, Conſequens eſt, vt, nec in le-
gatis induci debeat.

Verum hæc ſententia meritò fuit ab alijs
communiter improbata , quia verius eſt, etiã
ſi ſemel verbum ſit expreſſum , cenſeri mul-
tiplicatam quantitatem , dummodo bis fue-
rit expreſſa ſumma, ideoque legatarios, tam-
quam ad diuerſas ſummas vocatos non cen-
ſeri re coniunctos , ſed omnimodo diſiun-
33 ctos . † *Ita enim cenſuerunt de vtroque caſu loquentes Imol. in d. l. ſi quis teſtamento 82. verſ. adde dictis , & ibi Iaſ. num. 3. verſic. ſi vero, & num. 5. Crott. in d. l. re coniunctis , num. 21. & 24. & ibi Rip. num. 27. & 28. verſic. ſed quid, vbi ait , in iudicando non eſſe tutum ab hac opinione , tamquam communi recedere , Craſſ. in d. §. Ius accreſcendi , quæſt. 5. num. 14. 17. & 18. Duar. lib. 1. de Iur. accr. cap. 7. Gratia. d. cap. 70. diſc for. num. 28. Et ſimpliciter loquentes de poſteriore Alexand. in d. l. ſtipulatio iſta 38. §. in ſtipulationibus, num. 4. & ibi Iaſ. in § eum, qui , num. 1. Alciat. num. 6. ff. de verbor. oblig. Mantic. de coni. vltim. vol. lib. 7. titu. 1.*
34 *num. 27.* Nam , † cum teſtator bis ſummam
expreſſerit, & hoc modo declarauerit , men-
tem ſuam eſſe, vt ea duplicetur *d. l. planè. 34. §. ſi eadem. ff. de leg. primo*, nulla eſt ratio, quæ
ſuadeat, vnam tantum debere ſummam pię-
ſtari contra vim verborum , maximè ex
teſtamento, in quo latior, & benigna fieri
ſolet interpretatio , *vt dicemus infra num. 39.*
Et ita communiter omnes ratiocinantur,
vt ibi referemus. Ego verò moueor ea ratio-
ne , quia , quoties in diuerſis orationibus
bis eadem quantitas exprimitur , haud du-
biè cenſetur multiplicata ſumma , vt faten-
tur omnes, *& nos diximus ſupra numer. 20.*
ſed etiam in hac ſpecie, qua ſemel verbum
fuit expreſſum , quantitas bis exprimitur in
diuerſis orationibus, ſcilicet, quia (ſecundum
eam opinionem , quam nos diſputando ve-
riorem arbitramur) duplex eſt , non vna
oratio, cum teſtator ita ſcribit, Titio mille, &
Seio mille do lego , tametſi verbum diſpoſi-
tiuum ſemel exprimat, *vt latè oſtẽdemus in hoc cap. q. 16. num. 29. & ſeqq. & q. 25. num. 6.* Debet
igitur etiam in ea cenſeri multiplicata quan-
titas .

Neque obſtat *l. ſtipulatio iſta. 38. §. eum, qui ff. de verbor. obligat.* quia pleriq; reſpon-
35 dent , † ideo ibi non induci multiplicatio-
nem ſummæ , quia promiſſio fuerat facta
ſub vna , non ſub diuerſis verborum concep-
tionibus: Licet enim interrogatio diuerſas
habuerit conceptiones , cum ita dictum ſit,
mihi decem , & Titio decem , reſponſio ta-
men fuit ſimplex , & ideo , tamquam in
re dubia promiſſor creditus eſt coniunctim
eadem decem promiſiſſe . *Ita reſpondet Bartol. in d. l. re coniuncti , num. 7. quem ibi Iaſ., num. 10. & alij paſſim in d. § eum , qui , ſequuntur .*

Verùm hęc reſponſio non immeritò fuit a
Polit.in d.l.re coniuncti, num. 5. & alijs pleriſq;
36 † reprobata.

Primo, quia non conſtat ex verbis *eius* §.
quomodo facta fuerit reſponſio, ſed tantum,
quomodo facta ſit interrogatio, & ideo non
poſſumus ſine commento dicere, aut ſimpli-
citer eam, aut ſub diuerſis conceptionibus fa-
ctam eſſe.

Secundo, quia, ſi ideo cenſeretur eadem,
non diuerſa ſumma, quia reſponſio facta fue
rit ſimpliciter, vis huius rei non eſſet dedu-
cenda a verbis ſtipulatoris, quippe, quæ ſum-
mæ diuerſitatem prę ſe ferre videntur, ſed po-
tius a verbis promiſſoris, qui ſimpliciter reſ-
pondendo cenſetur (ſecundum eos) in dubio
non diuerſam, ſed eandem ſummam promit-
tere. Atqui Vlpianus identitatem ſummæ
37 colligit ex verbis ſtipulatoris: † nam, *cum,
qui ita dicat*, inquit, *mihi decem, & Titio
decem, eadem decem, non alia decem dicere cre-
dendum eſt*. Itaque ex verbis ſtipulatoris de-
clarat, quid ſit credendus ſenſiſſe. Non igitur
a ſimplicitate reſponſionis, ſed aliunde eſt de
ducenda identitatis cauſa.

Tertiò demum concedamus, ſimpliciter
factam eſſe reſponſionem, non tamen inde
ſequitur, eandem, non diuerſam ſummam cẽ-
ſeri promiſſam, ſi verba ſtipulatoris diuerſi-
tatem, & multiplicationem ſummæ conti-
38 nebant; Nam † ſimplex promittentis reſpon-
ſio in dubio cenſetur facta ſecundum inter-
rogationem, §. *præterea, Inſt. de inut. ſtipul.*
Si igitur interrogatio multiplicatam ſum-
mam continebat, & ſimpliciter reſpon-
ſum ſit, promitto, cenſebitur reus, etiam
multiplicatam ſummam promiſiſſe, *vt in
his terminis conſiderant Crott. in d. l. re con-
iuncti, num. 22. verſic. Nec obſtat, & ibi Polit.
num. 5.*

Quamobrem alij frequentiùs reſpondent,
in hac re differre ſtipulationes a legatis, quod
in ſtipulationibus nõ inducatur multiplicatio
ſummæ, etiamſi bis in eadem oratione ex-
primatur, *vt in d. §. eũ*, qui in legatis verò con-
39 tra † *Ita diſtinguunt Imol. in d. l. ſi quis teſta-
mento. 82. verſ. Adde dictis, & ibi Iaſ. num. 5. Po-
lit. in d. l. re coniuncti, num. 8. Gratia. d. cap. 70.
diſc. for. num. 29. Et eſt de mente eorum, quos in-
fra referemus in ratione.* Cuius diuerſitatis illã
afferunt rationem, quia in ſtipulationibus
ſtrictè facienda eſt interpretatio *l. quicquid
adſtringendæ. 99 ff. de verbor. obligat.* & contra
ſtipulatorem potiùs, quam contra promiſ-
ſorem *d. l. ſtipulatio iſta. 38. §. in ſtipulationibus
ff. eod.* quippe, cui imputandum eſt, cur legem
apertiùs non dixerit *l. veteribus. 40. ff. de pact.*
cum alioquin in teſtamentis latior, & beni-
gna fieri ſoleat interpretatio *l. in teſtamentis
12. ff. de reg. iur. Ita ratiocinantur Imol. in d. l. ſi
quis teſtamento, verſ. adde dictis, & ibi Iaſ.
num. 5. Alexand. in d. l. ſtipulatio iſta. 38. §. in
ſtipulationibus, num. 4. & ibi Iaſ. in §. eum, qui
num. 1. Rip. in d. l. re coniuncti. num. 28. verſic.
ſed, quid, Mantic. de con. vlt. vol. d. lib. 7. tit. 1. nu.
27. Gratia. d. cap. 70. num. 29 & 30.* Quam
in rem ponderant *§. in ſtipulationibus*, qui prę-
cedit *d. §. eum: qui*, nam ideo putant ſubijci
§. *eum, qui*, quia continet illationem eius,
quod dicitur *in d. §. in ſtipulationibus. Ita
Imol. in d. l. ſi quis teſtamento, verſ. & hæc opinio.*

Verùm huic reſponſioni mirum in mo-
dum refragatur *l. eum, qui. 56. in prin. ff. de
verbor. obligat.* quæ in hac ipſa materia dupli-
cationis ſummæ à ſtipulationibus arguit ad
40 legata; † vt & aliàs paſſim *l. apud Iulia-
num 40. §. fructus ff. de leg. primo, l. vſumfructũ.
5. ff. de vſufr. lega.* Quinimò conſtat, etiam
in ſtipulationibus, niſi dictio, eadem, appo-
natur, diuerſas ſummas in contractum cen-
ſeri deductas *ex d. §. 1. Inſt. de duob. reis,
d. l. ſi ex re. 28. §. ſi ipſi ff. de ſtipul. ſeru.*
41 vt proinde non ſit † inter contractus, & vlti-
mas voluntates in hac re diſcrimen conſti-
tuendum.

Hinc igitur pleriq; cenſent, locum eſſe cor-
42 ruptũ, † & ita legendũ, *Eum, qui ita dicat, mihi,
& Titio decem*, qua lectione poſita nulla ſub-
eſſet ambiguitas, ſcilicet, quia Vlpianus ibi
loqueretur de ſtipulatione, quæ vnam conti-
net verborum conceptionem, cum alioquin
nos loquamur de ea, quæ continet duas con-
ceptiones; *Ita legunt Coraſ. in d. §. eum, qui, &
Baldui. in §. quod ſi quis ſibi, num. 2. Inſt. de inut.
ſtip.*

Sed vix eſt, vt aliquis induci poſſit ad pro-
43 bandam hanc lectionem, † quippe, cui, iam
Florentina, quam quælibet vulgaris obſtat
lectio, cum in omnibus codicibus ſtipulatio
ſub diuerſis conceptionibus facta legatur.

Quamobrem veriùs eſt, longè alium eſſe
Vlpiani ſenſum *in d. §. eum, qui*, quam, qui
44 vulgò exiſtimatur: Nam, † cum quis ita ſti-
pulatur, *Mihi decem, & Titio decem*, ſi
mens eius eſt, vt ſtipuletur viginti, ideſt,
decem ſibi, & alia decem Titio, erunt duæ
ſtipulationes, vna vtilis, altera inutilis, quia,
non, vt ſibi, ita, & alteri vtiliter ſtipulari po-
tuit *l. ſtipulatio iſta. 38. §. alteri ff. de verb. obligat.
§. alteri, Inſt. de inut. ſtip.* vnde fiet, vt adiectio
Titij omnimodo reddatur inutilis, & ſuper-
uacua, quoniam illi, nec decem debebuntur,
quæ contrahens inutiliter ei ſtipulatus eſt,
nec alia decem, quæ debentur ſtipulatori, ſol-
ui, vt adiecto poterunt: quia adiectus dici nõ
poteſt, qui non eiuſdem rei, ſiue ſummæ, ſed
alterius reſpectu fuit adiunctus. Quod, ſi
mens ſtipulatoris fuit, vna decem in contra-
ctum deducere, & hoc modo ſtipulari, Mihi
decem, & Titio eadem decem, Titij adiectio
non erit ſuperuacua, non, quia Titius voce-
tur in partem obligationis, operetur ue, vt ſti-
45 pulator ſola quinque conſequatur, † vt malè
pleriq; cùm veteres, tùm recentiores arbitra-
ti ſunt, *vt ex veteribus gl. in d. §. eum, qui,
in verb. credendum eſt, Ex recentioribus verò
Duar. in d. §. eum, qui, & Cuiac. lib. 25. obſ.
cap. 13.* Nam verius eſt, tota decem ſti-
pulatori deberi, quippe, qui decem ſibi
46 dati perſpicuè ſtipulatus eſt, † *vt rectè cen-
ſuerunt Bart. in d. §. eum, qui, num. 1. verſic.
quæro, & ibi Alexand. num. 7. Iaſ. num. 4. verſic.
in gl. Zaz. num. 6. Alciat. num. 2. Donell. num. 1.
Hoto. lib. 1. Amicab. reſpon. cap. 24. & alij fre-
quentiùs*, ſed, quia Titius cenſebitur, vt
adiectus, eiq; proinde decem ſolui poterunt
47 † *l. eum, qui. 56. §. qui ſibi, l. vltim. §. ſi ita ſtipu-
latus ff. de verb. oblig. l. cum decem 72. in prin. ff.
de ſolut.* Vnde, cum in dubio facienda ſit in-
terpretatio, ne ſtipulator inutiliter cenſeatur
Titij

Titij perſonam adiecisſe *l. ſi quando.* 112. *in prin. ff. de leg. primo*, ſit, vt in propoſita ſpecie
credatur ſtipulator eadem, non alia decem
dixiſſe, vt reſpondit Vlpianus *in d. §. eum,*
qui. Hunc autem intellectum, cum ibi Irne-
rius antiquus gloſſator ſenſiſſet, & reſpuiſſet
48 Accurtius, rectiùs probarunt † *Alciat. in d. l.*
re coniuncti, num. 9. verſ. quartus caſus, & in
d. §. eum, qui, & ibi Donell. num. 2. & Hoto. d.
lib. 1. Amicab. reſp. cap. 24. Eſt enim veriſſi-
mus.

Nec ei obſtat, quod adiectus is intelligatur,
cuius perſona diſiunctiuè comprehenditur
in ſtipulatione, veluti, mihi, aut Titio
49 decem † *d. l. eum, qui.* 56. *§. qui ſibi, d. l. vltim.*
§. ſi ita ſtipulatus ff. de verb. oblig §. ſi quis alij,
verſ. planè, Inſt. de inutil. ſtip. cum alioquin
in d. §. eum, qui, fuerit Titius copulatiuè
50 comprehenſus, † *Qua ratione motus Accurſ.*
in d. §. eum qui, in verb. credendum eſt, Irnerij
ſententiam improbauit, quia reſpondeo, ter-
tium, qui per copulam adijcitur ſtipulationi,
51 † ſi quidem adijciatur in eadem oratione,
non adiectum, ſed coniunctum cenſeri, &
tamquam ex mente contrahentium in par-
tem obligationis (licet inutiliter) vocatum
facere partem *l. ſi mihi, & Titio.* 110. *in prin.*
ff. de verbor. oblig. Coeterum, ſi in diuerſa
oratione comprehendatur, & reſpectu eiuſ-
dem rei, verius eſſe, cenſeri adiectum, non
obſtante, quod copulatiuè ſit comprehen-
ſus.

Nec eſt obſcura diuerſitatis ratio: nam,
52 † quoties vna eſt oratio, puta, cum dicitur,
mihi, & Titio decem, non poſſumus dicere,
Titium eſſe adiectum, quoniam adiectus ſup
53 ponit, rem totam alteri deberi † *d. l. eum, qui,*
56. §. qui ſibi, & d. l. vlt. §. ſi ita ſtipulatus ff. de
verbor. oblig. & hæc decem non poſſunt dici
tota deberi ſtipulatori, quippe, qui non ſibi
eſt ea ſtipulatus, ſed ſibi, & Titio coniun-
ctim, & ſic ſibi quinq;, & Titio quinque:
Copula enim, &, diuidit ſummam in partes
54 æquas, & viriles † *l. reos. 11. §. cum tabulis ff.*
de duob. reis, At verò, cum diuerſæ ſunt ora-
tiones, puta, cum dicitur, mihi decem, &
Titio eadem decem, ideo Titius cenſetur
adiectus, quia decem, quæ ſunt promiſſa, ſti-
pulatori debentur, quippe, qui ea ſibi dari
ſtipulatus eſt, & ideo Titius non cenſetur
appoſitus ratione obligationis, quæ tota ſti-
pulatori fuit acquiſita, ſed ratione ſolutio-
nis.

Ex his intelligimus, non obeſſe §. *eum, qui,*
communi ſententiæ, quæ vult, teſtatorem
duobus ſeparatim legantem eandem ſum-
mam, cenſeri in dubio voluiſſe multipli-
care legatum, quoniam *in d. §. eum, qui*, ideo
55 non ſit multiplicatio, quia † alioquin Ti-
tij perſona cenſeretur inutiliter in ſtipulatio-
ne comprehenſa, *ſecundum ea, quæ ſupra dixi-*
mus: vnde, cum hæc ratio ceſſet in legatis,
ſcilicet, quia, licet dicamus, aliam quantita-
tem eſſe in ſecundo legato comprehenſam,
non tamen ſequitur, teſtatorem inutiliter ad
ſecundam diſpoſitionem conuolaſſe, cum
vtraq; valida ſit, & vtilis, nil ideo mirum, ſi
ſummæ multiplicatio fiat.

Non dico autem in hoc differre ſtipula-
tionem à legato, quoniam, & in ſtipulatione
idem eſſet, quod, & in legato dicendum,
56 ſi ceſſaret illa inutilis adiectionis ratio, † vt,
ſi verbi gratia, duobus ſtipulantibus ita quis
promitteret, Titio decem, & Seio decem;
Nec enim intelligeretur eadē vtriq; decē pro-
miſiſſe, ſed diuerſa, quia ceſſaret illa ratio,
cum vtraq; ſtipulatio ſit valida, *vt not. in d. l.*
ſi ex re 28. *§. ſi ipſi, ff. de ſtip. ſeruo. d. §. 1. Inſt. de*
duob. reis, & in ſpecie declarat Alciat. in d. §. eum,
qui, num. 4. Denique non diſtinguo, vtrum
ſemel exprimatur verbum, an verò bis, quia
57 † in ſpecie *d. §. eum, qui*, etiamſi bis fuiſſet ex-
preſſum verbum, puta, quia ſtipulator dixiſ-
ſet, mihi decem dabis, & Titio decem dabis!
adhuc tamen procederet eius diſpoſitio, *vt*
rectè cenſuit Imol. in d. l. ſi quis teſtamento, verſic.
& per hoc, propterea, quod eadem ſubeſſet
ſtipulationis in perſona Titij ſuſtinendæ ra-
tio, quæ ſola operatur, vt eadem, non alia de-
cem cenſeantur in ſtipulationem deducta,
ſecundum ea, quæ ſupra diximus. Et hoc eſt pri-
mum requiſitum.

S V M M A R I V M.

1 *Coniuncti re non dicuntur, niſi, qui vocantur ad eandem rem ex expreſſa diſpoſitione teſtatoris, licet aliqui contra ſenſerint, num.* 2. *Declara, vt num.* 10. *& ſeqq. vſq; ad num.* 19.

3 *Declaratur l. vn. §. ſin vero non omnes C. de cad. tollend.*

4 *Expreſſi ratio alia, & alia ratio taciti.*

5 *Taciti, & expreſſi non eſt par virtus, in materia coniunctionis, & iuris accreſcendi.*

6 *Declaratur l. ſi domino Stichus.* 102. *ff. de leg. pri. & num.* 7.

8 *Optione legata cenſetur legata res, quæ poſtea eligitur; Declara, vt num.* 9.

11 *Dare dicitur, qui non adimit, quod poteſt adimere.*

12 *Hæredes non ſunt in vſufructu re coniuncti, cum teſtator legat Titio fundum deducto vſufructu, Nec habent ius accreſcendi, num.* 13. *Et cur, num.* 14. *&* 15.

17 *Hæredes ſine parte inſtituti qualiter dici poſſint vocati ex diſpoſitione teſtatoris expreſſa, vel tacita.*

18 *Hæreditas in plures aſſes, & partes diſtribui poteſt.*

19 *Hæredes ſine parte diſiunctim inſtituti ſunt re coniuncti, Sed contra, numer.* 21. *& cur, numer.* 26.

20 *Hæredes ſine parte inſtituti habent ſolidum initio, partes vero faciunt concurſu, Declara, vt num.* 27. *Sed contra num.* 28. *&* 29.

22 *Hæredes ſine parte inſtituti non ſunt coniuncti.*

23 *Declaratur l. item, quod Sabinus.* 17. *§. 1. ff. de hæred. inſt.*

24 *Hæredes ſine parte inſtituti, an, & qualiter dicantur habere ius accreſcendi, & num.* 25.

30 *Diſiunctim hæredes inſtitui dicuntur, etiam, qui omnimodo diſiunguntur.*

An re coniuncti ſint, qui ad eandem rem non vocantur ex diſpoſitione teſtatoris expreſſa.

Quæſtio Sexta.

SECVNDO verò non ſufficit, ad
eandem rem duos, aut plures vo-
cari, vt re coniuncti dicantur, ſed
requiritur, vt vocentur ex diſpoſi-
tione teſtatoris expreſſa: Alioquin, ſi ex ta-
cita, non erunt re coniuncti, ſed omnimodo
1 diſiuncti. † *Ita enim ſcripſerunt Bart. in d. l.
re coniuncti, num. 8. verſ. hoc patet, & ibi Iaſ.
num. 44. 63. & 65. Rip. num. 43. Alcia. num. 11.
in fi. Io. Gaud. num. 26. AEmil. Ferr. num. 17.
Bart. in l. vn. §. vbi autem legatarij, num. 2. C. de
cad. toll. & in l. item, quod Sabinus. 17. §. 1. ff.
hæred. inſtit.* Quæ ſententia vera eſt, tametſi
*Petr. de Beſ. in d. l. re coniuncti, num. 20. verſ.
hîc non puto, & ibi Polit. num. 19. & alij* ple-
2 riq; † contrarium cenſuerint: Probatur enim
*l. vnic. §. vbi autem legatarij, verſ. ſin verò
3 non omnes C. de cad. toll.* vbi Iuſtinianus † de
diſiunctis, ſeu (quod idem eſt) re coniunctis
loquens, *quia*, inquit, *ſermo teſtatoris omni-
bus prima facie ſolidum aſſignare videtur.* Ita-
que ſignificat eis ſolidum aſſignari à ſermo-
ne teſtatoris, & ſic expreſsè, non tacitè.

Nec eſt contrarium, quod taciti, & expreſſi
par ſit virtus. *l. cum quid. 3. ff. ſi cert. pet. qua
ratione motus Petr. de Beſut. contrariam ſen-
tentiam amplectitur*, quia fragile eſt huiuſmo-
di fundamentum, *vt ait Iaſ. in d. l. re con-
iuncti, num. 66. & ibi etiam fatetur Polit.
num. 19.* cum certi iuris ſit, imo frequentius
aliam eſſe rationem expreſſi, aliam taciti
4 † *l. ſi ita legatum 68. §. illi, ſi volet ff. de leg. 1.
l. nonnunquam. 51. ff. de cond. & dem. l. ſi quis
Sempronium. 68. ff. de hæred. inſtit. & latè do-
cet Iaſ. in d. l. cum quid. 3. num. 9. ff. ſi cert. pet.*
& maximè in hac iuris accreſcendi, & con-
iunctionis materia, in qua certum eſt, pa-
5 rem non eſſe taciti, & expreſſi virtutem † *vt
ſcribunt Bald. in l. ſi Fortidianum. 7. num. 2.
Cod. de legat. Crott. in d. l. re coniuncti, num.
37. & 41. Dec. in d. l. cum quid. 3. in 3. lect.
num. 52. ff. ſi cert. peta. Duar. lib. 2. de iur. accr.
cap. 12.*

Minus obſtat *l. ſi domino Stichus. 102. ff.
de leg. 1.* vbi Iulianus, *Si domino Stichus lega-
tus eſſet*, inquit, *& ſeruo eius optio data, par-
tem dimidiam Stichi dico ad dominum pertine-
re, quod poſſit ſeruus manumiſſus eundem
6 Stichum optare*, ex quibus verbis † videtur
poſſe inferri, etiam eos, qui non vocantur
ad eandem rem ex diſpoſitione teſtatoris
expreſſa, ſed ex tacita, cenſeri re coniun-
ctos, ſcilicet, quia in propoſita ſpecie duo
erant legatarij, dominus, qui vocabatur ad
Stichum ex diſpoſitione expreſſa teſtatoris,
quippe, qui Stichum ei nominatim lega-
uerat, & ſeruus, qui vocabatur ad eundem
Stichum, non ex diſpoſitione expreſſa, ſed
ex tacita, quia teſtator non legauerat ei Sti-
chum, ſed optionem, quo caſu tacitè vide-
tur etiam Stichum legaſſe, ſi eum optaue-
rit, & tamen inter dominum, & ſeruum
inducitur coniunctio realis. Ergo re con-
iuncti cenſentur etiam ij, qui non vocantur
ad eandem rem ex diſpoſitione teſtatoris
expreſſa, ſed ex tacita, quia, *vt Iaſ. in d. l.
re coniuncti, num. 66. & aliorum ſolutiones
7 omittam*, reſpondeo negando † ſeruum ad
Stichum vocari ex tacita diſpoſitione te-
ſtatoris: Verius enim eſt, vocari ex ex-
preſſa, quia, qui legat optionem, vtiq; le-
8 gat rem, quæ poſtea optatur. † *l. cum incer-
tus. 13. ff. de leg. 1. l. 3. ff. qui, & à quib. ma.
& nos dicemus etiam in hoc cap. q. 10. num. 29.*
& eam, non tacitè legat, ſed expreſsè, ſi
9 non ſpecialiter, ſaltem generaliter, † *vt de-
clarāt Polit. in d. l. re coniuncti, num. 19. & ibi
Alcia. num. 15.*

Dupliciter autem fieri poteſt, vt ad ean-
dem rem duo, vel plures ex teſtamento vo-
centur, non ex diſpoſitione teſtatoris expreſ-
10 ſa, ſed ex tacita, † vno modo reſpectu ip-
ſius diſpoſitionis, altero verò reſpectu rei.
Reſpectu diſpoſitionis, ſi teſtator nō det, ſed
non adimat, quod poterat adimere: nam,
11 & ſi videatur vltrò dare. † *l. 3. in prin. & l.
conficiuntur. 8. in prin. ff. de iur. codic.* non
tamen illa datio, tanquam tacita ſufficit
ad inducendam realem coniunctionem.
Exemplum ſit, cum teſtator duobus hære-
dibus inſtitutis Titio legat fundum dedu-
cto vſufructu: nam, licet hæredes inſtituti
vocentur ad eiuſdem fundi vſumfructum,
tanquam non tranſlatum in legatarium, &
conſequenter non ademptum ipſis hæredi-
bus, non tamen ſunt re coniuncti, ſed om-
12 nimodo diſiuncti, † *l. 2. ff. de vſufr. accr. &
ſcribunt Io. Gaud. in d. l. re coniuncti, num.
25. Cuiac. ad l. idem Neratius. 4. ff. de vſuſ-
fruct. accr. in primum lib. reſp. Nerat.* Quo fit,
vt ſi ex ijs vnius deficiat, eius portio non
accreſcat alij, ſed ad legatarium, eun-
13 demque proprietarium reuertatur, † *d. l. 2. &
ibi Bart. ff. de vſufr. accr. Alcia. in d. l. re con-
iuncti, num. 14. in fi. & ibi Io. Gaud. num.
25. Pereg. conſ. 59. num. 3. vol. 1. Cuiac. in d.
l. idem Neratius, Donell. lib. 10. comm. cap.
23. verſ. ſed meminerimus*, Et hoc ideo, quia
14 † non vocantur ad vſumfructum ex diſpoſi-
tione teſtatoris expreſſa, ſed ex tacita, *ſe-
cundum Bart. in d. l. re coniuncti, num. 8. &
ibi Alcia. num. 14. in fi. Bart. in d. l. 2. ff. de
vſufr. accreſ.* Quamquam Vlpianus aliam
15 afferat rationem, quia ſcilicet † videtur
vſusfructus conſtitutus, non per concur-
ſum diuiſus, ideſt, quia hæredes, apud quos
remanet vſusfructus, non faciunt ſibi par-
tes per concurſum, ſed eas habent ab ini-
tio, quod, vel ex eo intelligimus, quia,
ſi concurſu facerent partes, haberent æquas,
cum alioquin habeant hæreditarias, *vt ex-
plicant Pereg. d. conſ. 59. num. 3. volum. 1.
Cuiac. in d. l. idem Neratius, Donell. d. lib.
decimo, comm. cap. 23. verſ. ſed memineri-
mus.*

Reſpectu verò rei tacita poteſt eſſe voca-
16 tio, † ſi teſtator rem non exprimat, in qua
duos, aut plures coniungat, quod in legatis
vix eſt, vt euenire poſſit: nam, ſiue totam

rem leget teſtator, puta dicat, lego fundum
Tuſculanum Primo, lego fundum Tuſcula-
num Secundo, ſiue leget partem, vt, quia di-
cat, fundi Tuſculani partem dimidiam lego
primo, eandem dimidiam lego ſecundo, ſem-
per legatarij ſunt re coniuncti, *vt diximus in
q. præced. num. 5. & 11.* quia fundi, aut partis da-
tio ſemper eſt expreſſa, cum legatum vtiliter
fieri non poſſit, niſi exprimatur, & demõſtre-
tur id, quod relinquitur *l. cum poſt. 70. §. gener
ff. de iur. dot.* At in inſtitutionibus poteſt res,
quæ relinquitur, vel exprimi à teſtatore, vel
tacitè intelligi: Exprimitur enim, cum teſta-
tor inſtituendo, vel facit mentionem de to-
ta hæreditate, puta dicit, Inſtituo Titium
in tota mea hæreditate, in eadem hæredita-
te inſtituo Caium, vel exprimit certam
eius partem, puta dicit, Titius ex ſemiſ-
ſe hæres eſto, ex eodem ſemiſſe Caius hæ-
res eſto, quibus caſibus dubium non eſt,
quin inſtituti, tamquam vocati ad ean-
dem rem, ideſt eandem hæreditatem, vel
hæreditatis partem ex diſpoſitione teſtato-
ris expreſſa cenſeantur re coniuncti, *vt di-
ximus in q. præced. num. 2. & 3.*

Tacitè verò intelligitur, cum teſtator
nullam exprimit hæreditatis partem, ſed
duos, aut plures ſine parte ſcribit hæredes,
puta dicit, Titius hæres eſto, Caius hæres
eſto, quo caſu, licet inſtituti vocentur ex diſ-
17 poſitione teſtatoris expreſſa, † ſi ſpectamus
ipſammet diſpoſitionem, ſcilicet, quia vo-
cantur ex inſtitutione facta a teſtatore, quæ
eſt expreſſa, *vt conſiderat AEmil. Ferr. in d.
l. re coniuncti*, *num.* 17. tamen, ſi ſpecta-
mus rem, magis eſt, vt vocentur ex diſpo-
ſitione tacita, & a lege interpretata, quia
teſtator non expreſſit aliquam partem, in
qua eos inſtituerit, ſed lex interpretatur, eum
voluiſſe aſſignare ſingulis ſingulos aſſes, ſi
nullam adhuc hæreditatis partem diſtri-
buerit, perinde, ac, ſi dixiſſet, Titius ex
aſſe hæres eſto, Caius ex aſſe hæres eſto,
cum hæreditas in plures aſſes, & partes
18 diſtribui poſſit † *l. interdum. 13. §. 1. verſic.
ſed, ſi duos, & l. item, quod Sabinus. 17.
§. 1. ff. de hæred. inſt. §. hæreditas, verſic. &
è contrario, Inſt. eod.* aut, ſi qua pars iam
diſtributa ſit, & aliqua pars aſſi deſit, vo-
luiſſe eum aſſignare partem nulli datam,
aut deniq; voluiſſe alterum aſſem relinque-
re, ſi totus as iam fuerat diſtributus *l. Lucius.
53. ff. de hæred. inſt. §. ſi plures. Inſt. eod. l. vlt. in
prin. ff. de bon. poſſ. ſec. tab.* In hoc autem caſu
magna eſt inter noſtros controuerſia, an hu-
iuſmodi hæredes ſine parte inſtituti cenſean-
tur re coniuncti, an verò omnimodo diſiun-
cti. Fuerunt autem in hac re duæ noſtro-
rum interpretum ſententiæ, vna exiſtiman-
19 tium, eos eſſe re coniunctos, † *Quæ fuit opi-
nio Bart. in l. ſi ita quis hæredes inſtituerit. 66.
ff. de hæred. inſtit. Petr. de Beſut. in d. l. re coniun-
cti, num. 20. verſ. hic non puto, & num. 21. verſ.
ad id autem, Ant. Fum. de con. cap. 1. num. 4.
Duar. lib. 1. de Iur. accr. cap. 6. Donell. lib. 7.
comm. cap. 13. Cuiac. in l. vnic. §. his ita definitis
Cod. de caduc. tollend.* Mouentur autem, vt
ita ſentiant.

Primo, quia re coniuncti dicuntur, qui ſoli-
dum habent initio, parteſq; faciunt concur-
ſu *l. 1. §. interdum, ff. de vſufr. accreſc. §. ſi eadem,
Inſt. de legat. & dicemus in hoc cap. quæſt. 30.
num. 1.* Sed hæredes ſine parte ſcripti ſolidum
habent initio, & concurſu faciunt partes,
20 † *vt ſcribunt Bart. in d. l. re coniuncti, num. 8.
verſic. hoc patet, Ant. Fum. d. cap. 1. num. 3. in
fi. Craſſ. in §. ius accreſcendi, q. 5. num. 4.* Ergo di-
cuntur re coniuncti.

Secundo mouentur, quia, qui in eadem
oratione poſiti ſunt re, & verbis coniun-
cti, ſi ponantur in diuerſis orationibus,
ſunt coniuncti re, *l. vnic. §. his ita definitis, &
§. vbi autem legatarij Cod. de caduc. tollend. §. ſi
eadem, Inſt. de legat.* ſcilicet, quia orationis
identitas non ad inducendam realem con-
iunctionem, ſed ad inducendam verbalem
operatur, *vt dicemus in hoc cap. quæſt. 16. num.
2.* Sed hæredes ſine parte ſcripti, & in eadem
oratione poſiti ſunt re, & verbis coniuncti
*l. triplici. 142. verſic. nec dubium, & verſic.
videamus ff. de verb. ſign. & ex frequentiori
Dd. ſententia dicemus in hoc eodem cap. q. 22.
nu. 1.* Ergo poſiti in diuerſis orationibus erunt
coniuncti re.

Tertio mouentur, quia diſiunctim, ſeu
ſeparatim hæredes ſcribi dicuntur ij, qui re
tantum coniunguntur *l. vnic. §. his ita defi-
nitis Cod. de caduc. tollend. & nos dicemus in hoc
cap. quæſt. 14. num. 2.* Sed etiam hæredes ſine
parte inſtituti dicuntur diſiunctim, ſeu ſepa-
ratim ſcribi *in l. hæredes ſine partibus. 63. ff. de
hæred. inſt.* Ergo etiam ij cenſentur re tan-
tum coniuncti. Non eſt igitur partis expreſ-
ſio neceſſaria ad inducendam realem con-
iunctionem.

Verum his non obſtantibus contrarium
de iure verius eſt, & receptius, non eſſe ſci-
licet re coniunctos eos, qui ſine parte ſcri-
21 buntur hæredes. † *Ita enim cenſuerunt gloſ.
in d. l. vnic. §. his ita definitis, in verb. ad ſolos
coniunctos, Cod. de caduc. tollend. Bart. in d. l.
item, quod Sabinus. 17. §. 1. & ibi Bald. verſic.
in text. ſcripſit, Ang. verſ. 2. Imol. num. 3. verſic.
ſed iſta opinio ff. de hæred. inſt. Bart. in d. l. re
coniuncti, num. 8. verſic. hoc patet, & ibi Iaſ.
num. 43. verſic. ego, & num. 44. 64. & 66. verſic.
tene, Polit. num 67. verſic. quantum ad pri-
mum, & num. 68. Alciat. num. 12. Io. Gaud. num.
25. Caſtrenſ. in l. Iulianus. 15. num. 2. ff. de hæ-
red. inſt. Alciat. in l. triplici. 142. num. 10. ff. de
verbor ſignif. Craſſ. in d. §. ius accreſcendi, quæſt.
5. num. 4. Et videtur etiam de mente eorum, qui
ſimpliciter ſcripſerunt, non eſſe coniunctos, qui
22 ſine parte hæredes inſtituuntur, † vt Bart. in d.
l. re coniuncti, num. 8. verſ. hoc patet, & ibi Al-
ciat. num. 12. Imol. in d. l. item, quod Sabinus. 17.
§. 1. num. 2. Pereg. de fideic artic. 9. num. 11. Ant.
Gou. in lib. animad. cap. 6. Hoto. Ill. q. 44. & in
Epit. tit. ff. de vſufr. accr. num. 13.* Probatur autẽ
hæc ſententia.

Primo *l. item, quod Sabinus. 17. §. 1. ff. de
hær. inſtit.* Vbi Vlpianus, *Nam, quantum ad ius
accreſcendi*, inquit, *non ſunt coniuncti, qui
23 ſine parte inſtituuntur*: Nam, † ſiue lo-
quatur de poſitis in diuerſis orationibus,
vt veteres frequentiùs cenſuerunt, ſiue de
poſitis in eadem oratione, vt nos verius ar-
bitramur, *& latè oſtendemus in hoc cap. quæſt.
22. num. 5. & ſeqq.* ſemper hic locus probat,
non eſſe re, coniunctos eos, qui ſine parte hę-

redes inſtituuntur: Si enim loquitur de po-
ſitis in diuerſis orationibus, res per ſe patet,
ſi verò loquitur de poſitis in eadem oratio-
ne, probatur argumento: Nam, qui non
ſunt re, & verbis coniuncti, ſi ponantur in
eadem oratione, nec ſunt coniuncti re, ſi po-
nantur in diuerſis, ſcilicet, quia, vt dictum
eſt, vnitas orationis nihil ad inducendam,
aut excludendam realem coniunctionem
operatur. Atqui ſine parte inſtituti, & in
eadem oratione poſiti, non ſunt re, &
verbis coniuncti, *vt probat locus prædictus,
& nos oſtendemus in d.q.22.num.5. & ſeqq.* Nec
igitur erunt re coniuncti, ſi in diuerſis oratio-
nibus ponantur.

Nec eſt contrarium, quod habeant ius ac-
24 creſcendi, quoniam id habent, † non, vt con-
iuncti, ſed, vt omnimodo diſiuncti, inter quos
certum eſt, in hæreditatibus locum eſſe iuri
accreſcendi, *vt dicemus in hoc cap. q.41.num.8.
Et in ſpecie declarat Bart. in d. l. re coniuncti,
num.8.verſ. Hoc patet.* Et ita ſunt accipiendi,
qui ſimpliciter aiunt, non habere eos ius ac-
25 creſcendi, † *vt Hoto.d.Ill.q.44.& in Epit. tit. ff.
de vſufr.accr.num.* 13.

Secundo probatur ratione: nam, cum teſta-
tor ita ſcribit, Titius hæres eſto, Caius hæres
26 eſto, aut intelligitur † dixiſſe, Titius hæres
eſto ex aſſe, Caius hæres eſto ex aſſe, Et cenſe-
tur diuerſos eiuſdem hæreditatis aſſes reli-
quiſſe *d.l.interdum.13.§.1.& d.l. item, quod Sa-
binus. 17. §. 1. verſ. ſed, ſi aſſe ff. de hæred. inſtit.*
ideoq; inſtituti, tamquam ad res diuerſas, ſeu
diuerſas hæreditatis partes ſeparatim vocati
cenſentur omnimodo diſiuncti: Perinde
enim eſt, ac, ſi dixiſſet, Titius ex ſemiſſe hæ-
res eſto, Caius ex ſemiſſe hæres eſto, ſi duos
tantum hæredes inſtituit, quia ſinguli aſſes
effectu non, niſi dimidiam hæreditatis par-
tem continent, aut trientem, ſi tres inſtituti
ſint & ſic deinceps. Aut verò intelligitur di-
xiſſe, Titius hæres eſto ex parte, Et cenſetur
virilem partem reliquiſſe, perinde, ac, ſi dixiſ-
ſet, Titius hæres eſto ex ea parte, quæ pro
numero perſonarum inſtitutarum contin-
get, & ſimili modo intelligetur facta ſequen-
tium inſtitutio. Quo fit, vt, quaſi in diuerſis
partibus ſeparatim inſtituti cenſeantur om-
nimodo diſiuncti, *ſecundum ea, quæ diximus in
q.præced. num.* 10.

Nec eſt, quod reſpondeas, neutro modo
intelligi factam inſtitutionem, ſed cēſeri po-
tius vnumquemq; inſtitutum in tota hæredi-
tate, perinde, ac, ſi teſtator dixiſſet, Titius ex
tota mea hæreditate hæres eſto, Caius ex to-
ta mea hæreditate hæres eſto, quo caſu ſine
dubio cenſerentur inſtituti re coniuncti, tam-
quam vocati ad ſolidum eiuſdem rei, ſiue hę-
reditatis *ſecundum ea, quæ diximus in q. præced.
num.* 9. quia verius eſt, imo inſtitutionem
factam ſimpliciter intelligi de toto aſſe,
non de tota hæreditate, quæ res multum
inter ſe diſtant: nam aſſes etiam eiuſdem
hæreditatis multiplicari poſſunt, cum, vt
dictum eſt, hæreditas in plures aſſes diſtribui
poſſit, hæreditas verò, tamquam vna, &
vnum tantum hominem repreſentans mul-
tiplicationem non recipit, *vt ibi diximus,*
ideoq; qui plures ſeparatim inſtituit ex aſſe,
cenſetur diuerſos eiuſdem hæreditatis aſſes,
& effectu diuerſas eiuſdem hæreditatis partes
relinquere. qui verò ſeparatim inſtituit plures
ex tota hæreditate, cenſetur eandem hæredi-
tatem inſolidum pluribus aſſignare. Quo
fit, vt non illi ſed hi cenſeantur re coniuncti;
quod illi ad res, ſeu partes diuerſas, hi verò ad
eandem rem inſolidum ex teſtamento vo-
centur.

Neq; obſtant contraria: Nam ad primum
reſpondent noſtri frequentiùs, non omnes,
qui ſolidum habent initio, parteſq; concurſu
faciunt, eſſere coniunctos, ſed eos tantum,
27 † qui vocantur ad ſolidum ex expreſſa diſpo-
ſitione teſtatoris, *vt diximus ſupra num.* 1.
Vnde, cum ij, qui ſine parte inſtituuntur, non
vocentur ad ſolidum ex diſpoſitione teſtato-
ris expreſſa. cum non dixerit teſtator, Inſtituo
Titium in tota mea hæreditate, conſequens
eſt, vt non cenſeantur re coniuncti, tametſi
concurſu faciant partes. *Ita reſpondent Bart.
in d.l.re coniuncti, num.* 8. *verſ. hoc patet, & ibi
Iaſ.num.* 44.

Sed ego reſpondeo, negando ſine parte
ſcriptos habere ſolidum initio, facereue par-
28 tes concurſu, † quia, cum teſtator ait, Titius
hæres eſto, Caius hæres eſto, perinde eſt, ac,
ſi dixiſſet, Titius, ex ſemiſſe hæres eſto, Caius
ex ſemiſſe hæres eſto, *vt oſtendimus ſupra num.*
26. Itaq; partes cenſentur iam initio, & ex
29 ipſo teſtamento factæ, † *vt rectè docuit An-
dreas Zaphyrius, quem refert, & ſequitur Aleta.
in d.l.re coniunctis, num.*13.

Ad ſecundum verò reſpondent noſtri cō-
muniter, in hoc differre mixtam coniunctio-
nem a reali, quod ſine parte ſcripti ſint qui-
dem re, & verbis coniuncti, ſi ponantur in
eadem oratione, ſed non ſint coniuncti re,
ſi ponatur in diuerſis, *vt referemus in hoc cap.
q.22.num.*1 Sed eſt verius, non eſſe eos (quan-
tum ad ius accreſcendi) coniunctos, etiamſi
in eadem oratione inſtituantur, *vt latè oſten-
demus ibi num. 5. & ſeqq.* Itaq; argumentum
retorquetur.

Ad tertium deniq; reſpondeo negando ma-
30 iorem: nam verius eſt, † etiam eos, qui om-
nimodo diſiungūtur, dici hæredes diſiunctim
ſcribi, quia diſiunctio, vel omnimodo intel-
ligatur, vel ſaltem reſpectu orationis, *vt dixi-
mus in hoc cap.q.1.num.*5. Itaq; ſiue teſtator ex
certis partibus, ſiue ſimpliciter duos, aut plu-
res hæredes inſtituat ſeparatim, dicentur hę-
redes diſiunctim inſtituti. Et ita intelligitur
l.vn. §. his ita definitis C. de cad. toll. Et hoc eſt
ſecundum requiſitum.

SVMMARIVM.

1 *Coniunctis re ſolidum debet aſſignari, Declara,
vt num.* 4.
2 *Coniuncti re non ſunt, quibus partes aſſignantur,
Limita vt num.* 3.
5 *Pars ratione ſui totum dici poteſt.*
6 *Coniunctis re teſtator prima facie ſolidum aſſi-
gnat.*

An

Digitized by Google

An re coniunctis debeat ſolidum aſſignari.

Quæſtio Septima.

Ettium requiſitum eſt, vt ſinguli
vocentur ad ſolidum, ideſt, vt to-
1 ta res ſingulis aſſignetur † *l. 1. §. in-
terdum. ff. de vſuſr. accr. l. vnic. §. vbi
autem legatarij, verſ. ſin verò non
omnes, & ibi not. Bart. num. 1. C. de cad. toll. Bart.
in d. l. re coniuncti, num. 8. verſ. hoc patet, & ibi
Iaſ. num. 61. 63. & 65. Polit. num. 8. & 10. AEm.
Fer. num. 16. & 46. Io. Gaud. num. 26. Imol. in l.
cui fundus. 55. numer. 1. ff. de condit. & demoſtr.*
puta dicat teſtator, lego fundum Tuſculanū
Titio, lego fundum Tuſculanum Caio, vel,
eundem fundum lego Caio *§. ſi eadem Inſt. de
lega. & not diximus in hoc cap. q. 5. num. 4. & 11.*
Alioquin, ſi partes ſingulis darentur, non eſ-
2 ſent vocati re coniuncti, † quia diſtinctio
partium tolleret realem coniunctionem, *vt
diximus in hoc cap. q. 1. num. 6.* Planè, ſi pars ea-
dem vtriq; legaretur, cenſerentur vocati re
3 coniuncti, † quia tota pars ſingulis eſſet aſſi-
gnata, *vt diximus in hoc ipſo cap. quaſt. 5. num. 5.*
Itaq; ſemper verum eſt, re coniūctos non eſ-
ſe, niſi, quibus totum aſſignatur, totum ſcili-
4 cet, † in quo concurrunt; nam, & pars ratione
5 ſui totum dici poteſt † *l. planè 34 §. fin. ff. de leg.
primo.* Quamobrem dicimus, in reali coniun-
ctione verba teſtatoris prima facie ſolidum
6 ſingulis aſſignare † *d. l. vn. §. vbi autem legata-
rij, verſ. ſin verò non omnes C. de cad. toll. & ſcri-
bunt Bart. in d. l. re coniuncti, num. 16. & 32.
verſ. ſed reſponde, & ibi Petr. de Beſut. num. 6. &
10. verſ. ego dico, & num. 16. & 20. Iaſ. num. 90.
91. & 148. verſ. 2. Io. Gaud. num. 2. Aug. in d. l.
vn. §. his ita definitis, num. 2. & ibi Caſtr. num. 2.
& Cuiac. C. de cadu. toll. Caſtr. in l. ſi mihi, & tibi.
22. in prin. num. 3. & in l. ſi pluribus. 33. num. 2.
ff. de leg. primo, & in d. l. vnic. §. ſin autem diſiun-
ctim, num. 1. C. de cad. toll. Port. in §. ſi eadem, nu.
20. & ibi Baldui. num. 11. Mynſ. num. 7. Inſt. de
legat. Papien. in form. lib. quo ag. ex ſubſt. in verb.
breuiloci, num. 35. Dec. in rub. C. quand. non pet.
part. in 3. lect. nu. 5. Ant. Fum. de con. cap. 3. num.
7. & cap. 5. num. 1. Men. de praeſ. lib 4. praeſ. 173.
num. 16. Duar. lib. 1. de Iur. accr. cap. 11. Ant.
Gou. in lib. animad. cap. 6. Forcatu. in Necyo.
dial. 68. num. 3. Cuiac. in l. ſi duobus. 16 q. 6. ff. de
leg. primo Ant. Fab. lib. 6. coniectu. cap. 1.* Et re
coniunctos habere ſolidum initio, partes ve-
rò facere concurſu, *vt latè oſtendemus in hoc
cap. q. 30. num. 1. & ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Coniunctio realis non datur in ſumma, Sed contra num. 7.*
2 *Legatarij quantitatis initio non vocantur ad ſolidum, ſed ad partes, Sed contra, num. 11.*
3 *Argumentum a ſtipulatione ad legatum valet, Limita, vt num. 12.*
4 *Partes initio fiunt in ſtipulatione ſumma.*
5 *Solidum initio ſingulis non poteſt deberi, niſi in rebus, quæ ſui natura communionem recipiūt.*
6 *Quantitates ſui natura non recipiunt communionem, cum numero diuidantur initio, Declara, vt num. 13.*
8 *Rei appellatio generalis eſt, & complectitur etiam quantitates.*
9 *Coniuncti re, vt aliqui dicantur, ſufficit eos communiter ad eandem rem vocari.*
10 *Communiter etiam ad eandem ſummam poſſunt duo, vel plures vocari, Declara, vt num. 13.*

An in ſumma detur realis coniunctio.

Quæſtio Octaua:

Inc de pluribus dubitari poteſt, &
primo, ſi teſtator eandem ſummā,
ſiue quantitatem duobus ſepara-
tim reliquerit, & ſimus in caſibus
in quibus non inducitur multi-
plicatio, *ſecundum ea, quæ diximus in hoc cap.
q. 5. num. 6.* nunquid legatarij cenſeantur re
coniuncti, an verò omnimodo diſiuncti. In
hac quæſtione duæ fuerunt noſtrorum Inter-
pretum ſententiæ, prima exiſtimantium, non
cenſeri re coniunctos, nec habere ius accreſ-
1 cendi. † *Fuit hæc ſententia Polit. in d. l. re con-
iuncti, num. 8. & 18. & ibi Alcia. num. 19. & 56.
verſ. quæ ſententia, & conſ. 40. num. 7. lib. 9. Duar.
lib. 1. de Iur. accr. cap. 7. Hoto. lib. 1. Amicab. reſp.
cap. 24.*
Mouentur autem, vt ita ſentiant, quia re
coniuncti non dicuntur, niſi, qui initio vocā-
tur ad ſolidum, *vt diximus in q. præced. num. 1.*
Sed, cum legatur quantitas, non ad ſolidum,
2 ſed ad partes initio vocantur legatarij. † Non
ſunt igitur re coniuncti. Minorem probant.
Primo, quia valet argumentum a ſtipula-
3 tione ad legatum † *l. eum qui. 56. in prin. ff. de
verb. oblig.* Sed in ſtipulatione ſummæ partes
4 initio fiunt † *l. ſi mihi, & Titio 110. in prin. ff. de
verb. oblig.* Ergò, & in legato.
Secundo probant minorem, quia ſolidum
initio ſingulis non poteſt deberi, niſi in re-
bus, quæ communionem ſui natura recipiunt
5 † *l. Titiæ textores. 36. ff. de leg. primo ibi, & ideo
communes ambobus eſſe.* Sed quantitates non
recipiunt ſui natura communionem, cum
ipſo iure, & ab initio diuidantur numero
6 † *l. cum Stichus. 29. ff. de ſolut.* Ergo in ijs non po-
teſt ſolidum initio ſingulis deberi.
Verum his non obſtātibus puto veriorem
eſſe contrariam ſententiam, quę receptior eſt,
ſcilicet, etiam in ſumma dari realem coniun-
7 ctionem. † *Quæ fuit opinio Bald. in l. ſi mihi, &
Titio. 110. in prin. ff. de verb. oblig. AEmil. Ferr.
in d. l. re coniuncti, num. 12. verſ. vnus eſt, Craſ.
in d. §. ius accreſcendi q. 5. num. 18. verſ. aut verò
non expreſſit, & verſ. aut verò nō conſtat, & alio-
rū frequentius.* Probatur autem hæc ſententia
Primo, quia re coniuncti dicuntur, qui ſe-
paratim ad eandem rem vocantur *d. l. re con-
iuncti, & diximus in hoc cap. q. 3. num. 1.* Sed, qui
vocantur ad eandem ſummam, vtiq; vocan-
tur ad eandem rem, cum rei appellatio gene-
ralis ſit, & complectatur etiam quantitates
8 † *l. 1. in fin. ff. ſi cert. pet.* Ergo dicuntur re con-
iuncti.

Secundo probatur, quia ſufficit aliquos ad
rem communiter vocati, vt re coniunčti di-
9 cantur † *d.l. Titia textores. 36. ff. de leg. primo l.
Lucius. 90. §. Lucius ff. de leg. 2. l. ſi mihi res. 20. &
l. ſerui vrbanis 97. §. fin. ff. de leg. 3. l. vn. C. ſi lib.
Imper. ſoc. ſin. hæred. deceſſ. lib.* 10. Sed etiam ad
ſummam, ſeu quantitatem communiter vo-
10 cantur legatarij † *d.l. cum, qui. 56. in prin. ff. de
verb. oblig.* Ergo etiam in ſumma datur realis
coniunčtio.

Tertio probatur, quia, qui poſiti in eadem oratione, ſunt re, & verbis coniunčti, poſiti in diuerſis, ſunt coniunčti re, *vt diximus in hoc cap. q. 6. num. 20. verſ. 2. & num. 23. circa med.* Sed plures in eadem oratione vocati ad eandem ſummam ſunt re, & verbis coniunčti *l. qui quartam 15. §. vlt. ff. de leg. primo, & dicemus in hoc cap. q. 21. num. 4.* Ergo vocati in diuerſis erunt re coniunčti.

Neq; huic ſententię contrarium argumen-
tum refragatur, quia reſpondeo negando
11 † minorem. Nec obſtat, quod valeat argu-
mentum à ſtipulatione ad legatum, quia reſ-
12 pondeo, in hac materia non valere; † Non
enim, vt in legatis, ita, & in ſtipulationibus
locus eſt iuri accreſcendi, *vt latius oſtendemus
in 6. cap. q. 32. per tot.*

Minus obſtat, quod quantitates non reci-
piant ſui natura communionem, quia reſpon
13 deo diſtinguendo, † aut conſideramus quã-
titates in ſpecie, Et verius eſt, etiam eas reci-
pere communionem, cum, & numi, & aliæ
quæcunq; quantitates poſſint inter duos, aut
plures eſſe communes, *l. ſi ſocius. 16. ff. ſi cert. pet.
l. ſi is, cui. 94. in prin. verſ. ſiue in ſingulis ff. de ſolu.*
Aut verò conſideramus eas in genere, Et tũc, aut conſiderantur ſingulariter, ſiue reſpečtu ſingulorum corporum, & fateor non recipere communionem, Aut verò conſiderantur vniuerſaliter, ſiue reſpečtu totius ſummæ, Et verius eſt, etiam eas communionem recipere, *vt diximus ſupra num.* 10 Itaq;, ſi, verbi gratia, duobus legentur mille, & concurrant legatarij, non erunt pecuniæ inter eos communes, ita, vt in ſingulis aureis vterq; iuris intellečtu debeat habere partem, vt fit in ſpeciebus, ſed vnuſquiſq; habebit ſuam pecuniã numero diuiſam, ideſt, habebit vnuſquiſq; ſua quingenta. Cœterum reſpečtu totius ſummæ, non eſt dubium, quin vocentur communiter, vt ait Iulianus *in d. l. cum, qui, 56. in prin. ff. de verb. oblig.* & ideo tali reſpečtu cenſentur re coniunčti, habentq; proinde ius accreſcendi, quia ſi vnus deficiat, tota ſumma debetur alteri *d. l. qui quartam. 15. §. vlt. ff. de leg. primo.*

SVMMARIVM.

1 *Coniunčtio realis non datur in re aliena, Sed contra num. 7.*

2 *Legatarij rei aliena non faciunt partes concurſu, Sed contra num. 12.*

3 *Domini eiuſdem rei non poſſunt eſſe duo inſolidum.*

4 *Legata re aliena dominium non tranſit ipſo iure in legatarium.*

5 *Iuris accreſcendi in materia leges ſupponunt, legatam eſſe rem teſtatoris, & cur, nu. 13.*

6 *Vindicationis, verbum, non, niſi ad legatum rei teſtatoris pertinet.*

8 *Declaratur l. huiuſmodi. 86. §. ſi Titio, & Moeuio ff. de leg. primo.*

9 *Declaratur l. vn. §. vti autem legatarij, verſ. non autem C. de cad. toll.*

10 *Legato per damnationem plerumq; res aliena relinquebantur.*

11 *Legata re aliena cenſetur legata pecunia, ſiue rei æſtimatio.*

An in re aliena detur realis coniunčtio.

Quæſtio Nona.

SEcundo de illo dubitari poteſt, ſi
duobus res aliena legetur, nũquid
legatarij cenſeantur re coniunčti,
Et nonnulli quidem, *vt Polit. in d.*
1 *l. re coniunčti, num. 18. & alij*, cenſuerunt † non
eſſe, duplici moti fundamento, &

Primo, quia re coniunčti non dicuntur,
niſi, qui ſolidum habent initio, partes verò
faciunt concurſu, *vt diximus in hoc cap. q. 7. nu.
1. &* 6. Sed huiuſmodi non ſunt, qui vocantur
2 ad rem alienam. † Non ſunt igitur re coniun-
čti.

Minorem probant a ceſſante ratione con-
curſus: nam ideo concurſu partes fiunt, cum
propria res teſtatoris legatur, quia, cum ſoli-
da cuiq; fuerit aſſignata, ſolida quoq; quoad
dominium deberet in vtrũq; transferri *l. a Ti-
tio. 66. ff. de furt. l. legatum. 82. ff. de leg.* 2. vnde,
quia hoc fieri nullo modo in plurium perſo-
na poteſt, cum einſdem rei domini plures in-
3 ſolidum eſſe nequeãt † *l. ſi, vt certo. 5. §. ſi duo-
bus vehiculum, ff. commod. l. 3. §. ex contrario ff. de
acq. poſſ.* ideo neceſſariò concurrentibus om-
nibus legatarijs, partes fieri debent. Hæc au-
tem ratio ceſſat, cum legatur res aliena, quo-
niam eius dominium non tranſit ipſo iure in
4 legatarium † *l. ſi quis inquilinos. 115. §. 1. & ibi
Bart. not. ff. de leg. primo.* Tamquam igitur ceſ-
ſante ratione non fient concurſu partes, ſed
initio.

Secundo mouentur, quia incluſio vnius
eſt excluſio alterius *l. cum Prætor. 12. in prin.
ff. de iudic.* Sed leges de iure accreſcendi loquẽ
tes includunt res teſtatoris, & de ijs ſupponũt
5 tractari, † vt apparet ex illo verbo, vindicare,
quòd legitur *in l. ſi duobus. 16. §. vlt. & l. ſi pluri
bus. 33. ff. de leg. primo*, quippe, quod non, niſi ad
6 legatum rei teſtatoris poteſt referri, † *vt ſcribit
Vlp. tit. 24. Inſt.* Ergo excludunt res alienas.

Verùm his non obſtantibus contrarium
de iure verius eſt, & receptius, dari ſcilicet rea-
lem coniunčtionem, & per conſequentias
etiam ius accreſcendi in legato rei alienæ.
7 † *Ita enim ſcripſerunt Iaſ. in l. huiuſmodi. 86.
§. ſi Titio & Moeuio, nu. 6. ff. de leg. primo. Alcia.
in d. l. re coniunčti, num. 19. & ibi Rip. num. 42.
verſ. Credo, alij paſſim.* Probatur autem, &

Primo *d. l. huiuſmodi. 86. §. ſi Titio, & Moeuio ff. de leg. primo.* vbi Iulianus. *Si Titio, & Moeuio*, inquit, *legatus fuerit Stichus, qui Titij erat, debebitur pars Stichi Moeuio; Nam Titius, quãuis ad legatum non admittatur, partem faciet,*
8 Ex quibus verbis † ita (ſecundum aliquos) po-
teſt a ceſſante ratione legis argumentum de-
duci.

duci. Ideo hic in legato rei alienæ non eſt locus iuri accreſcendi, quia ſimul cum Moeuio res fuerat legata Titio, qui erat dominus rei, & iure retentionis faciebat partem, *vt noſtris communiter viſum eſt, ſicuti referemus in 7. cap. q. 28. num. 1. & ſeqq.* Sed hæc ratio ceſſat, quoties duobus non dominis res aliena legatur; Ergo ceſſare debet eius legis diſpoſitio, & conſequenter locum habere debet ius accreſcendi: Alioquin enim, ſi ceſſaret ius coniunctionis in legato rei alienæ, cur Iulianus dubitaſſet, num totum collegatario dandum eſſet in ſpecie, qua legatum eſt eidem domino, non etiam ſimpliciter! cur ideo partem collegatario dandam eſſe ſcripſiſſet, quia dominus facit partem, nonq; potiùs, quia in legato rei alienæ ceſſat ius coniunctionis? Omnimodo igitur (ſecundum eos) indicat hic locus, regulariter etiam in legato rei alienæ locum eſſe iuri accreſcendi: quandoquidem exceptio denotat regulam in contrarium *l. 1. in prin. verſ. huius ff. de off. eius.*

Verum, vt liberè dicam, quod ſentio, puto, locum hunc perperam in hanc rem adduci, quia in eius ſpecie, non ideo, qui non admittitur ad partem, facit partem, quia iure dominij partem retineat, quia imò retinet totam rem, ſed, quia tractatur de legato damnationis, ſcilicet, quia fuerat legatus Stichus, qui erat alienus, & res aliena, non, niſi per damnationem olim legari poterat, *vt ſcribit Vlp. titu. 24. Inſt.* Vnde, quia in legato damnationis etiam coniunctim relicto non erat olim locus iuri accreſcendi, propterea quod partes initio fiebant, & non capientis pars in hæreditate remanebat, *vt dicemus in 6. cap. q. 20. nu. 25.* ideo nil mirum, ſi pars tantum debuit ad Moeuium pertinere, *ſicuti latiùs oſtendemus in 7. cap. q. 28. per tot.* Probatur ergo.

Secundo *l. vn. §. vbi autem legatarij, verſ. nos*
9 *autem C. de cad. toll.* vbi Iuſtinianus † antiqui iuris diſpoſitione mutata ſanxit, in omnibus legatis diſiunctim relictis, & verò etiam in legato damnationis partes concurſu fieri, & ceſſante concurſu totum apud capientem per ius non decreſcendi remanere. Quo fit, vt hoc etiam ſit accipiendum de legato rei alienę, tum, quia Iuſtiniani oratio vniuerſalis eſt, vt apparet ex illis verbis, *omnibus legatis,* ideoq; nullam prorſus legati ſpeciem excludit *l. Iulianus. 66. ff. de leg. 3.* tum etiam, quia locum habet eius diſpoſitio in legato damnationis, per quod res alienæ plerũq; relinquun-
10 tur, † *vt patet ex Vlp. d. tit. 24. Inſtit.*

Tertio demum probatur, quia, quando legatur res aliena, aut ea redimitur, & nihil eſt, quod impediat concurſum: Ambo enim ad eiuſdem rei petitionem vocantur, aut verò redimi non poteſt, & tunc perinde res haberi
11 debet, atq; ſi fuiſſet legata pecunia † *l. cum alienam. 10. C. de legat. §. non ſolum Inſt. eod. l. nõ dubium 14. §. fin. & l. qui concubinam. 29. §. vlt. ff. de legat. 3.* Cum igitur, & in legato pecuniæ ius coniunctionis conſideretur, *vt docuimus in q. præced. nu. 7.* Conſequens eſt, vt etiam in hoc legato conſiderari debeat.

Neq; huic ſententiæ aduerſantur contraria: Ad primum enim reſpondeo, negando
12 minorem, quia verius eſt, † etiam in legato rei alienæ partes fieri concurſu poſt Iuſtiniani conſtitutionem. Neq; obſtat, quod concurſus ex dominij tranſlatione proueniat, quia reſpondeo, non hanc ſimpliciter eſſe cauſam concurſus, ſed ſermonem teſtatoris, qui prima facie ſolidum vnicuiq; videtur aſſignare *d. l. vn. §. vbi autem legatarij, verſ. ſin verò non omnes C. de cad. toll.*

Secundo non obſtat, quod leges de iure accreſcendi loquentes ſupponant rem eſſe teſtatoris, cum faciant mentionem de vindica-
13 tione, quia reſpondeo id obtinuiſſe † iure vetere, quo non erat in legato damnationis iuri accreſcendi locus, *vti conſtat ex l. ſi Titio. 7. ff. de leg. 2. & Vlp. tit. 24. Inſtit. & nos dicemus in 6. cap. q. 20. num. 25.* Coeterum nouo iure, quo legatorum diſcrimen ſublatum eſt Iuſtiniani conſtitutione *in d. l. vn. §. vbi autem legatarij C. de cad. toll.* & datur etiam in legato damnationis concurſus, & ius coniunctionis, verius eſſe, & in legato rei alienæ locum habere ius accreſcendi, *ſecundum ea, quæ ſupra diximus.*

SVMMARIVM.

1 *Fundi duæ ſunt partes integrales, proprietas, & vſusfructus.*
2 *Coniuncti re non cenſentur legatarij, ſi vni legetur fundus, alteri verò eiuſdem fundi vſusfructus, Sed contra, num. 7. & cur, num. 8.*
3 *Vſusfructus alius eſt cauſalis, alius formalis, Declara, vt num. 9. & ſeqq.*
4 *Teſtator, cum vni legat totum, alteri verò partem, cenſetur in ea parte a priore legato receſſiſſe, Declara, vt num. 12. & ſeqq.*
5 *Declaratur l. & puto. 16. §. Iulianus ff. fam. ercis.*
6 *Argumentum a iudice ad teſtatorem, & contra, valet, Declara, vt num. 15. & ſeqq.*
10 *Definitio continet eſſentiam rei.*
13 *Pars fundi rectè fundus appellatur.*
17 *Coniuncti re non cenſentur legatarij, ſi teſtator vni leget fundum, & poſt menſem leget alteri eiuſdem fundi vſumfructum, Sed contra n. 18.*
19 *Legato fundo vni, alteri vero legata fundi parte quantitatiua, non ſunt re coniuncti legatarij, ſi conſtet teſtatorem legando ſecundo voluiſſe adimere primo.*
20 *Legato fundo vni, ſi poſtea legetur alteri fundi pars, legatarij in dubio non cenſentur re coniuncti, quia cenſetur in ea parte a primo legato receſſum.*
21 *Legata parte fundi vni, deinde legato fundo alteri non ſunt legatarij re coniuncti, Sed contra num. 24. & cur, num. 26.*
22 *Argumentum ab hæreditate ad legatum valet, Declara, vt num. 27.*
23 *Coniuncti re non cenſentur hæredes, ſi teſtator inſtituat primum in dimidia, ſecundum in altera dimidia, & tertium in hæreditate.*
25 *Declaratur l. Moeuio. 42. in prin ff. de leg. 2.*
28 *Coniuncti re ſunt legatarij, ſi vni legetur genus, alteri vero ſpecies, ſecuta electione eiuſdem ſpeciei, & cur, num. 29. & ſeqq.*
31 *Legatum ſpeciei derogat legato generali, Declara, vt num. 32. & ſeqq.*
33 *Hæres vniuerſalis concurrit cum vſufructuario omnium bonorum in vſufructu, Sed contra num. 34. & cur, num. 36. Declara, vt num. 40. Limita, vt num. 42. & ſeqq.*
35 *Hæres vniuerſalis non concurrit in vſufructu cũ*

eo, cui

ro, cui certæ rei vſusfructus legatus eſt, & cur, num. 36.
37 *Hæres adeundo conſequitur omnes res hæreditarias, Declara, vt num. 38.*
39 *Declaratur l. ſi alij. 19. ff. de vſufr. leg.*
41 *Vxori ſi relictus ſit vſusfructus omnium bonorum, quando cenſeatur ad alimenta reſtrictus, remiſſiuè.*
43 *Hæres vniuerſalis concurrit cum vſufructuario, ſi inſtitutio facta ſit pleno iure, & cur, num. 44.*
45 *Hæres vniuerſalis concurrit cum vſufructuario, ſi inſtitutio facta ſit plenariè.*
46 *Hæres vniuerſalis concurrit cum vſufructuario, ſi inſtitutio facta ſit in omnibus bonis, Sed cõtra, num. 47.*
48 *Hæres vniuerſalis concurrit cum vſufructuario, ſi vſusfructus ſit relictus in codicillis poſt conditum teſtamentum factis, Sed contra, num. 49. & ſeqq.*
50 *Codicilli ſunt pars teſtamenti.*
51 *Diſpoſita in codicillis perinde habentur, ac ſi fuiſſent diſpoſita in teſtamento.*
54 *Hæredes concurrunt cum vſufructuario, ſi teſtator dixerit, ſe relinquere vſumfructum alicui vnà cum hæredibus, Declara, vt num. 55.*
56 *Legato vſufructu omnium bonorum vni, & legato fundo alteri non concurrunt legatarij in vſufructu fundi, Sed contra, num. 57.*
58 *Declaratur l. Sempronio 33. ff. de vſufr. lega.*
59 *Generi per ſpeciem quando derogetur.*
60 *Vſusfructus omnium bonorum, ſi legetur vni, alteri vero vſusfructus fundi, non concurrunt legatarij in fundi vſufructu.*
61 *Declaratur l. ſi fideicommiſſorum 11. ff. vt in poſſ. legat.*

An, & quando realis inducatur cõiunctio, ſi vni totum, alteri verò pars relinquatur.

Quæſtio Decima.

TErtio de illo dubitari ſolet, an, ſi teſtator vni relinquat totum, alteri verò partem, vocati dici poſſint re coniuncti. Et conſtat in hac re varios poſſe conſiderari caſus, quorum

Primus eſt, quando teſtator vni relinquit rem aliquam particularem, alteri vero eiuſdem rei partem integralem, puta vni legat fundum, alteri verò eiuſdem fundi vſumfructum, quo caſu dicitur vni legare totum, alteri verò partem integralem, ſcilicet, quia fundi duæ ſunt partes integrales, proprietas, & vſusfructus, quarum altera remota propriè fundus dici non poteſt, ſed, vel nuda proprie-
1 tas, vel nudus vſusfructus † *l. qui vſumfructum 58. ff. de verb. oblig. l. & per iuſiurandum 13. §. illud ff. de acceptil. & in ſpecie declarant gl. in l. item Neratius. 4. §. non ſolum in verb. fundus ff. de vſufr. accr. Bart. in d. l. re coniuncti, num. 10. & ibi Iaſ. num. 68 Rip. num. 34. Alcia. nu. 15. Caſtr. conſ. 218. num. 2. vol. 1. Pic. in l. Titia. 35. §. Titia, num. 83. verſ. & ſi dicatur ff. de leg. 2. Iaſ. in l. ſi ita ſtipulatus. 126. §. Titius, num. 8. ff. de verb. oblig. Ant. Fum. de coniun. cap. 1. num. 5. Mantic. de con. vlt. vol. lib. 9. titul. 6. num. 17. verſ. ſed Paul.*
2 Et tunc videtur dicendum, † non eſſe legatarios re coniunctos.

Primo, quia re coniuncti non ſunt, qui vocantur ad res diuerſas, *vt diximus in hoc cap. q. 4. num. 2.* Sed huiuſmodi legatarij vocantur ad res diuerſas, quia legatarius fundi vocatur ad vſumfructum cauſalem, legatarius verò vſusfructus ad formalem, quæ ſpecies vſus-
3 fructus ſunt diuerſæ † *l. ſi, cum teſtamento 21. §. ſi fundum ff. de excep. rei iud. & ſcribunt Bald. in l. vſufructu 58. in prin. verſ. quarto præmitto ff. ſolu. matr. Alex. in l. ſi ita ſtipulatus. 126. §. Titius, num. 2. ff. de verb. oblig. Polit. in d. l. re coniuncti, num. 14. & ibi Alcia. num. 16. Idem Alcia. in l. rectè dicimus. 25. in prin. num. 1 ff. de verbor. ſign. Zaz. in parat. ff. de vſufr. Hoto. lib. 3. obſ. cap. 22. Quamquam in nomine diſſentiant Conna. lib. 4. comm. cap. 3. num. 6. AEmil. Ferr. in d. l. re coniuncti, nu. 25. & Coraſ. lib. 5. miſcell. cap. 3. nu. 2.* Ergo non debent cenſeri re coniuncti.

Secundo, quia, quoties vni legatur totum, alteri verò pars, cenſetur in ea parte a primo
4 legato receſſum † *l. cum quæſtio. 23. in prin. C. de legat. & dicemus infra num. 20.* Sed, quando legatur vni fundus, alteri verò vſusfructus, vtrique legatur vni totum, alteri verò pars, *vt diximus ſupra num. 1.* Ergo cenſeri debet in parte poſtea relicta, id eſt, in vſufructu a primo legato receſſum.

Tertio videtur hæc pars comprobari *l. & puto 16. §. Iulianus ff. fam. erciſ.* vbi Iulianus ait,
5 † ſi alij fundum, alij vſumfructum fundi iudex adiudicauerit, non communicari vſumfructum: nam idem videtur dicendum, & ſi teſtator vni fundum legauerit, alij verò eiuſdem fundi vſumfructum, cum valeat argumentum a iudice ad teſtatorem, quippe, qui
6 in iure pari paſſu ambulant † *l. 2. C. de diuid. tut. l. ſeruus hac lege. 9 ff. de manum. l. ſolent. 3. & ibi gl. in verb. diuiſiſſet, & Bart. ff. de alim. legat. Euerard. in ſua cent. argum. in loco, a teſtamentis ad iudicia, & in loco, a iudicijs ad teſtamenta.*

Verum his non obſtantibus certi iuris eſt, in ſpecie propoſita legatarios concurrere in vſufructu, eaque ratione cenſeri re coniunctos, & ita rem eſſe diuidendam, vt is, cui fundus legatus eſt, habeat totius fundi proprietatem, cum dimidia vſusfructus, is verò, cui legatus eſt vſusfructus, non, niſi dimidiam eius con-
7 ſequatur. † *Ita enim apertè ſcribitur in l. ſi alij. 19. & l. Sempronius Attalus. 26. §. vlt. ff. de vſufr. legat. l. idem Neratius. 4. §. non ſolum & l. ſi proprietas. 10. ff. de vſufr. accr. l. ſi tibi decem. 16. ff. de vſufr. ear. rer. quæ vſu conſ. l. 1. §. ſi decem ff. vt leg. nom. cau. Et in ſpecie docent Bart. in d. l. re coniuncti, num. 10. & ibi Iaſ. num. 68. Crott. num. 29. Polit. num. 14. Rip. num. 38. & 39. Alcia. num. 15. Io. Gaud. num. 14. AEm. Ferr. num. 24. Bart. in d. l. ſi alij 19. num. 2. ff. de vſufr. legat. Bald. in l. vlt. §. 1. nu. 20. C. comm. de legat. & in l. cum quæſtio 23. in prin. num. 1. & ibi Caſtr. num. 6. verſ. vltimo, Alex. in ſi. Iaſ. num. 2. Cod. de legat. Bald. conſ. 23. num. 1. verſ. 2. caſu, vol. 2. Caſtr. d. conſil. 218. num. 2. vol. 1. Pic. in d. l. Titia. 35. §. Titia, num. 83. verſ. & ſi dicatur ff. de leg. 2. Rum. conſil. 35. num. 9. & conſ. 40. num. 1. vol. 1. & conſ. 165. num. 7. vol. 3. Soc. Sen. conſ. 1. num. 14. vol. 4. Dec. conſ. 607. nu. 7. verſ. poſtremo, Soc. Iun. conſ. 115. num. 9. vol. 1. Gabr. conſ. 102. num. 2. vol. 1. Ant. Fum. de coniun. cap. 1. num. 5. Conar. lib. 2. variar. reſol. cap. 2. num. 7. verſ. 2. Mantic. de con. vltim. vol. lib.*

*vol. lib. 9 tit. 6. num. 17. verſ. Sed Paul. Nat. conſ.
297. num. 2. Craſſ. in §. Ius accreſcendi q. 5. num.
12. Menoch. de præſum. lib. 4. præſ. 140. num. 33.
Duar. lib. 1. de Iur. accr. cap. 7. Donell. lib. 10. cōm.
cap. 23. Hoto. lib. 3. obſ. cap. 22.* Et probatur ra-
8 tione: nam, † quoties eadem pars rei duobus
inſolidum legatur, toties in ea parte cenſen-
tur legatarij re coniuncti, *vt diximus in hoc
cap. q. 5. num.* 5. Sed, quando legatur vni fun-
dus, alteri verò eiuſdem fundi vſusfructus, ea-
dem fundi pars, ideſt, idem vſusfructus duo-
bus inſolidum legatus intelligitur: nam, &
poſteriori nominatim legatus eſt, & cenſetur
etiam legatus ei, cui fundus eſt relictus, quia,
vt diximus ſupra num. 1. fundi appellatione
etiam vſusfructus continetur. Ergo debent
legatarij cenſeri in vſufructu re coniuncti.
Idem eſt, & ſi vni legetur vſusfructus, alteri
verò vſus: nam in vſu concurrent ambo, cen-
ſebunturq; proinde re coniuncti *l. per ſeruum.
14. §. fin. ff. de vſu, & hab. Paul. lib. 3. ſent. tit. 6. §.
ſi alteri, & ibi Cuiac.*

Neq; obſtant contraria: nā ad primum reſ-
pondeo, vſumfructum cauſalem, & formalē
differre qualitate, non re ipſa, & effectu,
9 † *vt reſpondent Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 68. &
124. & ibi Rip. num. 38. Alcia. num. 16. Æmil.
Ferr. num. 25. Duar. d. lib. 1. de Iur. accr. cap. 7.*
Nec eſt, quod obijcias, imò differre eſſentia,
vt patet ex definitione, quæ continet eſſentiā
10 rei † *vt ait Cic. in Topicis, & ſcribunt Bart. in l. 1.
num. 2. ff. de teſta. Dec. in l. omnis definitio. 203.
num. 1. ff. de reg. iur. Nico. Bello. ad tit. Inſt. de
teſta. ordin. q. 3. num. 3. in fin. Pereg. de Iur. fiſc.
lib. 1. tit. 1. num. 1.* Nam formalis eſt ius alienis
rebus vtendi, fruendi *l. 1. ff. de vſufr. & Inſt. eod.
in prin.* quod de cauſali dici nequit, *vt opponit
Polit. in d. l. re coniuncti, num.* 15. quia reſpon-
11 deo differre † in ſubſtantia propria non com-
muni: nam vterq; eſt ius vtendi fruendi, ſed
cauſalis eſt ius vtendi fruendi rebus proprijs,
formalis verò rebus alienis. Itaq; non diffe-
runt in ipſo iure vtendi fruendi, ſed in hoc,
quod alterum eſt ius libertatis, alterum verò
ſeruitutis, quæ res qualitatem veriùs reſpicit,
quam ipſam vtendi fruendi ſubſtantiam.

Ad ſecundum verò reſpondeo, tunc demū
in parte poſtea relicta cenſeri a primo legato
12 receſſum, cum † pars eius eſt naturæ, vt in re-
manente poſſit nihilominus primum lega-
tum verificari, quod accidit in parte quanti-
tatiua: nam, ſi verbi gratia, teſtator vni lega-
uerit fundum, alteri verò eiuſdem fundi di-
midiam, licet dicamus in dimidia cenſeri a
primo legato receſſum, nihilominus id pote-
rit verificari in alia dimidia: Dicetur enim
adhuc legatum fundi, cum pars fundi rectè
13 fundus dici poſſit † *l. planè. 34. §. vltim. ff. de leg.
primo l. locus. 60. ff. de verb. ſign.* At verò, cum
pars eſt integralis, vt, cum legatur vni fundus,
alteri verò eiuſdem fundi vſusfructus, ſi dice-
remus, in vſufructu cenſeri a primo legato
receſſum, non poſſet tale legatum in parte
remanente, ideſt, in proprietate verificari,
quia legatum proprietatis non eſt legatum
fundi: Fundus enim non dicitur, niſi conti-
neat, & proprietatem, & vſumfructum, *vt di-
ximus ſupra num.* 1. & ideo, ne hoc eueniat,
inducimus in vſufructu legatariorum cōcur-
ſum, & efficimus, vt primus habeat integram
proprietatem, & vſusfructus dimidiam, & ſic,
vt eius legatum ſaltem in dimidia verificari
14 poſſit, & dici legatum fundi † *Ita eleganter
explicant Bart. in d. l. ſi alij. 19. num. 2. ff. de vſufr.
lega. Caſtr. in d. l. cum quæſtio. 23. in prin. num. 6.
verſ. vltimo, & ibi Iaſ. num. 2. C. de legat. Caſtr.
d. conſ. 218. num. 2. vol. 1. Pic. in d. l. Titia. 35 §.
Titia, num. 83. verſ. & ſi dicatur ff. de leg. 2. Gabr.
d. conſ. 102. num. 1. vol. 1. Men. d. lib. 4. præſ. 140.
num. 33. verſ. & ratio.*

Ad tertium deniq; reſpondeo, imò aliam
eſſe rationem teſtatoris legantis, aliam, iudi-
15 cis diuidentis, † *vt ait gl. in d. l. & puto. 16. §. Iu-
lianus, in verb. non communicari;* Ratio autem
16 diuerſitatis eſt, quia † iudex non poteſt facere
diuiſionem inæqualem, prout faceret, ſi vni
totam proprietatem cum dimidia parte vſus-
fructus aſſignaret, alteri verò ſolam vſusfru-
ctus dimidiam, & ideo, ne talis inæqualitas
reſultet, neceſſariò cogimur fundi verbum
impropriè ſumere pro nuda proprietate. At
verò ceſſat hæc ratio in teſtatore quippe, qui,
& inæqualiter rem legatam diuidere, & pror-
ſus auferre poteſt, ideoq; nulla ſubeſt ratio,
propter quam a proprietate vocabuli recede-
re debeamus.

Planè, ſi teſtator ita diceret, lego Titio
fundum Cornelianum, & poſt annum, vel
menſem lego vſumfructum eius fundi Caio,
cenſet Baldus, *in l. vn. §. in primo, num. 4. C. de
cad. toll.* non eſſe legatarios re coniunctos,
17 in vſufructu, † quia Titius ante diem plenam
habet proprietatem, ideoq; non potuit ei le-
gari vſusfructus a ſemetipſo; Quo fit, vt to-
tus accreſcat Caio. Sed ego dubito de verita-
18 te huius opinionis, † quia diei, vel conditio-
nis adiectio, quæ ſecundo legato fit, non im-
pedit concurſum, & realem coniunctionem.
Itaq; qui re ſunt coniuncti, ſi purè ad eandē
rem, vel partem ſeparatis orationibus vocen-
tur, ſunt etiam re coniuncti, licet vnus voce-
tur purè, alter verò in diem, vel ſub conditio-
ne, *vt dicemus in q. ſeq. num.* 4. quia ſecundus
adueniente die, vel conditione abſtrahit a
primo partem eius rei, quæ vtriq; fuit relicta,
ideoq; cum legatum vſusfructus purè factū
operetur, vt legatarius cenſeatur re coniun-
ctus cum eo, cui fundus prius fuerat legatus,
& cum eo concurrat in vſufructu, *vt ſupra di-
ctum eſt*, debet etiam idem operari, licet in
diem, vel ſub cōditione legatum vſusfructus
ſit relictum. Nec obſtat ratio Baldi, quia
ſupponit Baldus, teſtatorem, qui poſt tempus
legat vſumfructum eius fundi, quem prius al-
teri legauerat, cenſeri per ſecundam diſpoſi-
tionem legare vſumfructum non ſolum ſe-
cundo, ſed etiam primo, quod perſpicuè fal-
ſum eſt; Nam vſumfructum legat ſecundo,
non primo, & primus non concurrit in vſu-
fructu virtute ſecūdi legati, ſed virtute primi,
vtiturq; potiùs iure retentionis, quam iure
concurſus, ſcilicet, quia, cum prius totum fun-
dum acquiſierit, ſi poſtea ſecundus concur-
rat ratione vſusfructus, non debet ei totum
vſumfructum auferre, ſed tantum dimidiam.
Quamobrem Baldi opinio iure merito vide-
tur reijcienda. Planè, ſi ex verbis, aut cōiectu-
ris conſtet, teſtatorem voluiſſe totum vſum-
fructum ad eum pertinere, cui legauit vſum-
fructum eius fundi, quem prius alteri legaue-
rat, non

tat, non cenſerent legatarij in vſufructu, ſed is inſolidum ad ſecundum pertinebit. *Ita enim poſt Rog. antiquum gloſſ. in d. l. ſi alij. 19. ff. de vſufr. leg ſcripſerunt ibi Bart. & alij communiter, vt atteſtatur Pariſ. d. conſ. 94. num. 45. vol. 2. vbi ait, hanc limitationem communiter approbari, & ab ea non eſſe conſulendo, & iudicando recedendum.*

Secundus verò caſus eſt, quando teſtator vni reliquit aliquam rem particularem, & ſic totum, alteri verò partem eius non integralem, ſed quantitatiuam, puta, vni legauit fundum, alteri verò fundi dimidiam, Et tunc, ſi quidem ex verbis, aut ex coniecturis conſtet teſtatorem legando ſecundo voluiſſe adimere primo, *ſecundum ea, quæ dicemus in hoc cap. q.*
19 *13. num. 16. & ſeqq.* ſtabimus certo, † *vt ait Bart. in l. interdum. 13. §. deniq; verſ. quandoq; relinquit ff. de hæred. inſt.* Coeterum, ſi ſimus in dubio, refert vtrum prius legauerit totum, deinde partem, an verò contra: nam primo caſu non dicetur legatarij re coniuncti, quia in parte poſtea relicta cenſetur teſtator à pri-
20 mo legato receſſiſſe † *d. l. cum quæſtio. 23. in prin. & ibi not. gl. in verb. migrare, & Bart. Bald. Caſtr. Alex. Iaſ. & alij, C. de legat. Bart. in d. l. re coniuncti, num. 10. & ibi Petr. de Beſu. num. 5. & 22. Iaſ. num. 71. Crott. num. 31. Polit. num. 13. Alcia. num. 17. AEmil. Ferr. num. 26. Bart. in d. l. ſi alij 19. num. 2. ff. de vſufr. lega. & in d. l. interdũ. 13. §. deniq; verſ. quandoq; relinquit ff. de hæred. inſt. Imol. in l. Moeuio 42. in prin. num. 2. in fi. ff. de leg. 2. Ant. Fum. de coniunct. cap. 1. nu. 5. Gabr. conſ. 102. num. 1. vol. 1. Craſſ. in d. §. Ius accreſcendi q. 5. num. 13. & nos etiam diximus ſupra num. 4 & 12.* At, ſi prius legauerit partem, deinde totum; licet *Petr. de Beſu. in d. l. re coniuncti, nu. 5. & 22. & ibi Alcia. num. 17. AEm. Ferr. nu. 28.*
21 *alijq;* plerīq; cenſuerint, † legatarios non eſſe re coniunctos, quod in hac materia valeat
22 argumentum ab hæreditate ad legata † *d. l. cũ quæſtio. 23. in fin. prin. C. de legat.* & in hæreditate fiat tranſitus ad dupondium, cum teſtator prius relinquit partes, deinde totum, puta inſtituit vnum in dimidia, alterum verò in alia dimidia, & tertiũ in hæreditate, realiſq;
23 proinde excludatur coniunctio † *l. item, quod Sabinus. 17. §. 1. verſ. ſed, ſi aſſe ff. de hæred. inſtit.* Idem igitur, & in legato ſit dicendum, vt ſcilicet fieri debeat tranſitus ad dupondium, & legatarij non cenſeantur re coniuncti, cum teſtator vni legat fundi dimidiam, alteri verò alteram dimidiam, deinde tertio legat fũdum, Verius tamẽ, & receptius eſt, legatarios eſſe re coniunctos, & ita fundum eſſe diuidẽdum, vt is, cui dimidia legata fuit, quartam conſequatur, is verò, cui totus fundus legatus
24 eſt, conſequatur dodrantem. † *Ita enim ſcripſerunt gl. in d. l. cum quæſtio. 23. in prin. in verb. migrare, & ibi Bart. Caſtr. & Iaſ. num. 1. C. de legat. Bart. in d. l. re coniuncti, num. 10. & ibi Iaſ. num. 71. Crott. num. 31. Polit. num. 13. Rip. num. 41. Bart. in d. l. interdum. 13. §. deniq; verſ. quãdoq; relinquit ff. de hæred. inſt. Imol. in d. l. Moeuio. 42. in prin. num. 2. in fi. ff. de leg. 2. Craſſ. in d. §. Ius accreſcendi q. 5. num. 13. Cuiac. ad l. 2. §. idẽ ff. quib. mod. vſufſ. amitt. in 17. lib. quæſt. Papinia. Et rectè, quicquid ſcripſerit Maſcard. de probat. concl. 1286. nu. 63.* Probatur enim *d. l. Moeuio.*
25 *42. in prin. ff. de leg. 2.* vbi, † cum teſtator ita legaſſet, *Moeuio fundi partem dimidiam; Seio partem dimidiam lego, eũdem fundum Titio lego,* ſcribit Iabolenus, ſi Seius deceſſerit, partem eius vtriq; accreſcere. Sunt igitur ambo re cõiuncti: aliàs enim non haberent ius accreſcẽdi, *vt latiùs oſtendemus in hoc cap. q. 16. num. 40. & q. 46. num. 137.*

Hinc intelligimus aliam eſſe rationẽ eius ſpeciei, in qua prius teſtator legauit totum, deinde partem, aliam eius, in qua prius legauit partem, deinde totum: nam priore caſu legatarij non ſunt re coniuncti, poſteriore verò contra, *vt ſupra dictum eſt*. Hæc autem ideo tam variè, quia de toto pars detrahi poteſt,
26 de parte verò totum non poteſt. † *Ita ſcribunt gl. in d. l. cum quæſtio. 23. in prin. in verb. migrare, & ibi Bart. Caſtr. & Iaſ. num. 1. C. de legat. Imol. in d. l. Moeuio 42. in prin. num. 2. in fi. ff. de leg. 2. Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 71. Craſſ. in d. §. Ius accreſcendi q. 5. num. 13.*

Neq; obſtat contrarium, quia reſpondeo, ſi
27 conſtet, † eandem hæreditatis partem fuiſſe a teſtatore relictam, nihil eſſe in hac re diſcriminis inter hæreditatem, & legatum: nam, ſi teſtator ita ſcripſerit, *Titius ex ſemiſſe hæres eſto, Caius ex ſemiſſe hæres eſto, Seius ex tota mea hæreditate hæres eſto,* non puto dubitandum, quin omnes hæredes ſint re coniuncti, quia adiectio tertij, qui ex tota hæreditate, & conſequenter ex vtroq; ſemiſſe fuit inſtitutus, operatur, vt duo primi, qui erant omnimodo diſiuncti, incipiant re coniungi, *iuxta d. l. Moeuio, & ea, quæ latè dicemus in hoc cap. q. 16. nu. 40.* Coeterùm, ſi tertius non ex tota hæreditate, ſed ſimpliciter, & ſine parte ſcribatur hæres, quia non conſtat, eum ad partes alijs datas vocatum eſſe, & hæreditas ſui natura in plures, quam duodecim partes diſtribui poteſt, ideo in dubio præſumimus, teſtatorem diuerſas partes dediſſe, & ad dupondium tranſiuiſſe. Quo fit, vt hæredes, tamquam ad diuerſas partes vocati non cenſeantur re coniuncti, *d. l. item, quod Sabinus 17. §. 1. verſ. ſed, ſi aſſe ff. de hæred. inſtit.* Hoc autem in legato fundi non poteſt euenire, quia, cum ſola fundi mentio totum fundum, & conſequenter omnes eius partes contineat, fit, vt, qui poſt partes duobus relictas tertio fundum legat, non poſſit non, & partes alijs datas cenſeri legaſſe. Vnde ſequitur omnes legatarios tamquã ad eandem fundi partem vocatos eſſe re cõiunctos. Data igitur rationis paritate nulla eſt in hoc inter legatum, & hæreditatem differentia.

Tertius caſus eſt, quando teſtator vni legat genus, alteri verò ſpeciem, puta Titio legat hominem, Caio verò Stichum, Et tunc, ſi Titius Stichum eligat, concurrent in eo le-
28 gatarij, eruntq; proinde re coniuncti † *l. ſi domino Stichus. 102. ff. de leg. primo l. ſi Eros 11. ff. de opt. lega. & ſcribunt Bart. in l. quæſitum 12. §. vlt. num. 15. ff. de fund. inſtr. & in d. l. re coniuncti, num. 10. verſ. ſed contra, & ibi Iaſ. num. 66. & 72. Polit. num. 13. Rip. num. 37. Alcia. nu. 18. Io. Gaud. num. 27. Imol. in l. 1. §. ſi ex fundo, num. 86. verſ. ſed hac opinio ff. de hæred. inſt.*
29 *Duar. lib. 1. de Iur. accreſc. cap. 7.* Nam, † qui legat hominem in genere, aut optionem ſerui, cenſetur legare ſeruum, qui poſtea eligitur, *vt diximus in hoc cap. q. 6. num. 8.* Itaq; ſi is eligatur, qui alteri legatus eſt, dicentur legatarij

re con-

Digitized by Google

re coniuncti, quia vocantur ad eandem rem
jam ab initio certam reſpectu vnius, & cer-
tificandam per electionem reſpectu alterius.
30 † *Ita declarãt Bart. in d. l. ſi domino Stichus 102. ante num. 1. ff. de leg. 1. & in d. l. re coniuncti, nu. 10. verſ. ſed contra, & ibi Iaſ. num. 66. & 72. Io. Gaud. num. 27. Alciat. num. 18. Bald. in l. fin. §. 3. num. 20. C. comm. de legat. Duar. lib. 1. de Iur. acc. cap. 7.*

Quartus caſus eſt, quando teſtator legat
alicui omnes res alicuius generis, puta om-
nes ſeruos, alteri verò legat ſpeciem, puta
Stichum, Et in hoc caſu verius eſt, legata-
rios non eſſe re coniunctos, quia de legato
generis detrahitur ſpecies relicta, cum gene-
ri per ſpeciem derogetur, & ideo Stichi lega-
tarius integrum eum conſequetur, is verò, cui
legati ſunt omnes ſerui, conſequetur reſi-
duos, in quibus adhuc generis legatum con-
31 ſiderari poteſt, † *l. uxorem. 39. §. Foelicißimo, & l. ſeruis 97. §. fi. ff. de leg. 3. & ſcribunt Bart. in l. ſi quis ſeruum. 8. §. fin. num. 6. ff. de leg. 2. in d. l. ſi alij. 19. num. 2. ff. de vſufr. legat. in d. l. quæſitum 12. §. fin. num. 15. ff. de fund. inſtr. & in d. l. re coniuncti, num. 10. & ibi Petr. de Beſ. num. 6. Crot. num. 28. Pollt. num. 11. Alcia. num. 15. Io. Gaud. num. 24. Bald. in d. l. vlt. §. 1. num. 20. C. comm. de legat. Ruin. conſ. 40. num. 8. vol. 2. Dec. in l. in toto 81. num. 14. ff. de reg. iur. & conſ. 590. num. 7. Ant. Fum. de coniun. cap. 1. num. 5. Gabr. conſ. 102. num. 1. vol. 1. Craſs. in d. §. ius accreſcẽdi. q. 5. num. 11. Duar. d. lib. 1. de iur. accr. c. 7.*

Planè, quamuis legatarij non ſint re con-
iuncti, ſi tamen deficiat is, cui ſpecies fuit re-
licta, pertinebit illa ad eum, cui generale le-
32 gatum factum eſt, † non quidem iure accre-
ſcendi, ſed iure ſui legati, quippe, quod tam-
quam generale complectitur omnes ſpecies,
quæ ab alijs non capiuntur: Nam, & ſimili
ratione, ſi vnius, aut duorum ſeruorũ optio
alicui, puta Titio data ſit, & reliqui ſerui
legati Mœuio, ceſſante Titio in electione
reliquorum appellatione omnes ad Mœuiũ
pertinebunt. *l. cum optio. 18. ff. de opt. legat.*

Quintus caſus eſt, quando teſtator inſtituit
vnum, aut plures hæredes vniuerſales, alteri
verò reliquit vſumfructum omnium bono-
rum, Et in hoc caſu, licet *Baldus in l. vlt. num. 9. verſ. Caue tibi. C. de ind. vid. toll. Ruin. conſ. 35. num. 9 verſ. vnum, vol. 2. & alij* plerique cen-
33 ſuerint † eos eſſe re coniunctos, & in vſufru-
ctu concurrere, *per text. in d. l. ſi alij 19. ff. de vſufr. leg. & ea, quæ diximus in primo caſu,*
Contrarium tamen verius eſt, & receptius,
non eſſe ſcilicet eos re coniunctos, nec hære-
des in vſufructu concurrere cum legatario,
34 ſed hunc totum vſumfructum obtinere. † *Ita enim cenſuerunt Caſtr. d. conſ. 218. num. 2. vol. 1. Iaſ. conſ. 79. col. 2. verſ. 5. pro iſta, vol. 3. Rip. in d. l. re coniuncti. num. 40. Ruin. conſ. 40. num. 4. & conſ. 190 num. 11. vol. 2. & conſ. 165. num. 8. in fi. vol. 3. Gozad. conſ. 47. num 9. in fi. & num. 12. Pariſ. conſ. 94 num. 34. vol. 2. vbi teſtatur contra Bald. eſſe communem concluſionem, à qua conſulendo, & iudicando non eſt recedendum. Idem ſcripſit conſ 97. num. 19. eod. vol. Pic. in d. l. Titia. 35. § Titia. num. 82. ff. de leg. 2. Gabr. d. conſ. 102. num. 3. vol. 1. Zaneb. in l. hæredes mei. 57. §. cum ita. part. 5. num. 104. ff. ad Treb. Nat. d. conſ. 297. num. 2. Men. d. lib. 4. præſ. 140. num. 28. & conſ. 227. num. 4. & 8.* Quod & veteribus prudenti-
bus videtur fuiſſe in confeſſo, quippe qui ſup-
ponunt vſufructuarium omnium bonorum
toto potiri vſufructu, *vti videre eſt in l. vxori vſufructu. 24. l. generali. 32. §. filios, & l. vxori meæ. 37. ff. de vſufr. legat. l. omnium. 35. ff. de vſufr.*
Idem eſt, &, ſi non omnium bonorum, ſed
alicuius tantum rei particularis, puta fundi
vſumfructũ reliquerit: nam nec eo caſu con-
35 curret hæres cum legatario in vſufructu, † vt
etiam veteribus prudentibus fuit in confeſſo,
quod patet ex eo, quia, licet loquãtur de vſu-
fructu legato in teſtamento, quo caſu neceſ-
ſariò debuit aliquis fuiſſe inſtitutus hæres vni-
uerſalis, ut alioquin teſtamentum nullius
eſſet momenti, nihilominus ſupponunt vſu-
fructuarios habere totum vſumfructum, *vti videre eſt in l. ſi ab eo 9. l. ſi Titio. 10. l. duos ſeparatim. 14. l. generali. 32. §. vxori. ff. de vſufr. leg. §. 5. Inſt. de vſufr.* Et tamen non deberent habe-
re, niſi dimidiam, ſi hæres vniuerſalis cum
vſufructuarijs concurreret. Habent igitur in
confeſſo non concurrere. Et ratio eſt, quia
36 † re coniuncti non cenſentur, & per conſe-
quentias non concurrunt, niſi quibus eadem
res inſolidum fuit relicta, *vt diximus in hoc cap. q. 3. num. 1. & q. 7. num. 1.* Sed vſusfructus
omnium bonorum, aut certarum rerum, fuit
quidem relictus legatario, ſed non hæredi, ſi-
ue hæredibus vniuerſalibus, quia, qui hære-
dem inſtituit, cenſetur quidem relinquere to-
tam hæreditatem, & ſic omnes eius partes,
ſed non res, aut partes rerum, quæ in hæredi-
tate continentur, quippe, quæ ab hæreditate
diſtinguũtur. *l. 1. §. quadã ff. de rer. diu. 15 10. §. 5. Inſt. de reb. corp.* & partes hæreditatis dici ne-
queunt. *l. quamuis. 14. ff. ſi quis om. cauſ. teſta.*
Vnde, cum vſusfructus ſit pars rerum hære-
ditariarũ, *vt diximus ſupra nu. 1.* Conſequens
eſt, vt non cenſeatur hæredi relictus. Nec eſt
contrarium, quod hæres adeundo conſequa-
37 tur omnes res hæreditarias. † *l. hæres 37. ff. de acq. hæred.* & per conſequentias etiam earum
rerum vſumfructum, quia reſpondeo, non
38 conſequi † principaliter, ſed acceſſoriè, & ea-
tenus tantum, quatenus res in hæreditate re-
manent: Principaliter enim conſequitur hæ-
reditatem, quæ in iure conſiſtit, etiam ſi nul-
lum corpus in hæreditate contineatur. *l. hæreditas 53. in prin. ff. de pet. hæred l. 3. §. hæreditatis ff. de bon. poſſeſ.* ſed per conſequentias conſe-
quitur id omne, quod in hæreditate remanet.
Cum igitur res particulares, aut rerum partes,
de quibus teſtator ſpecialiter diſpoſuit, in hæ-
reditate non remaneant, cum legata delibent
hæreditatem, & conferant in legatarium id,
quod hæredis foret, ſi de eo teſtator non di-
ſpoſuiſſet. *l. legatum. 119 in prin. ff. de leg. 1.* qua
ratione dicimus hæreditatis appellatione le-
gata non contineri. *l. ſi Titius. 94. ff. de leg. 3.*
Conſequens eſt, vt illæ non pertineant ad hæ-
redem, & per conſequentias, vt hæres, tam-
quam ad eas non vocatus non poſſit cenſeri
re coniunctus cum iis, quibus eædem res par-
ticulares relictæ ſunt: Alioquin enim, ſi hæ-
res vniuerſaliter inſtitutus cenſeretur ad om-
nes res particulares, quæ fuerunt defuncti,
vocatus, ſequeretur eum debere cum omni-
bus legatarijs concurrere, & concurſu facere
partes, quod eſſet abſurdiſſimum.

Nec

Digitized by Google

Nec obſtat. *l. ſi alij. 19. ff. de vſufr. leg.* quia
39 reſpondeo Modeſtinum ibi † loqui de fundo,
& fundi vſufructu, nos verò loqui de hære-
ditate, & vſufructu rerum hæreditariarum,
quæ ſpecies longè ſunt diuerſæ: nam, qui
relinquit fundum ſine dubio cenſetur etiam
fundi vſumfructum relinquere, quippe, qui
eſt fundi pars integralis, *vt diximus ſupra nu.*
5. At, qui relinquit hæreditatem non cenſe-
tur relinquere vſumfructum rerum particula-
rium, quæ in hæreditate continentur, *vt ſupra
dictum eſt.* ideoque nil mirum, ſi is, cui fun-
dus eſt relictus, tamquam ad vſumfructum
vocatus cum eo concurrat, cui nominatim
eiuſdem fundi vſusfructus relictus eſt, is ve-
rò, qui fuit hæres inſtitutus, tamquam ad
vſumfructum rerum hæreditariarum non vo-
catus non concurrat cum eo, cui omnium bo
norum, aut etiam rei particularis vſusfructus
eſt relictus, *ſecundum ea, quæ ſupra diximus.
Ita Ruin. d. conſ. 190. num. 11. & 13. vol. 2. Go-
zad. d. conſ. 47. num. 12. Et eſt de mente eorum
omnium, quos retulimus ſupra num. 34.*

Vtique autem ſupponimus, nos eſſe in ca-
40 ſibus, † in quibus is, cui bonorum omnium
vſusfructus relictus eſt, verè cenſetur eorun-
dem bonorum vſufructuarius: nam, ſi vſusfru-
ctus cenſeretur reſtrictus ad alimenta, vt eue-
nit, cum extantibus filijs relinquitur vſuſ-
fructus vxori iuxta conſuetudinem Bulgari,
41 † *de qua latè videre eſt apud Ant. Gabr. lib. 5.
comm. concl. tit. de vſufr. concl. 2. Mantic. de con.
vlt. vol. lib. 9. tit. 7. Caualca. in tract. de vſufr. mul.
rel. & Men. de præſ. lib. 4. præſ. 139. & 140.* non
eſſet haud dubiè tractādum de reali coniun-
ctione, quia, cum vxor, vocetur ad rem om-
nimodo diuerſam ab ea, ad quam vocantur
filij, ſiue ſpectemus principalem vocationē,
ſiue eam, quæ venit acceſſoriè, & per conſe-
quentias, ſcilicet, quia filij principaliter vo-
cantur ad hæreditatem, & per conſequen-
tias ad res hæreditarias, earumque plenum
dominium, & ſic ad proprietatem, & vſum-
fructum, omnium rerum hæreditariarū, vxor
verò vocatur ad alimenta, quæ longè diffe-
runt ab vſufructu, Conſequens eſt, vt inter
eos non poſſit realis coniunctio aliquo mo-
do conſiderari.

Planè, licet is, cui relictus eſt omnium bo-
norum vſusfructus, re vera cenſeatur vſufru-
ctuarius, nec intelligatur eius vocatio ad ali-
42 menta reſtricta, nihilominus interdum † non
potitur toto vſufructu, ſed cum eo concurrit
hæres, eaque ratione inducitur inter eos rea-
lis coniunctio, vt noſtris frequentiùs viſum
eſt.

Primùm enim, ſi teſtator inſtituat hærede̅
in omnibus bonis additis his verbis, *pleno iu-
re*, deinde relinquat alteri vſumfructum om-
nium bonorum, aut certi fundi concurret hę-
res cum legatario in vſufructu, cenſebitur-
43 que proinde re coniunctus: † *Ita enim ſcripſe-
runt Alex. conſ. 56. num. 2. vol. 3. Pic. in d. l. Titia.
35. §. Titia. num. 82. ff. de leg. 2. Gozad. d. conſ. 47.
num. 10. Pariſ. conſ. 94. num. 40. vol. 2. Alcia. in
d. l. re coniuncti, num. 15. Peralt. in l. 3. §. qui fi-
deicommiſſam. num. 11. ff. de hæred. inſt. Zanch. in
d. l. hæredes mei. 57. §. cum ita, part. 5. num. 105. ff.
ad Treb. Mantic. d. lib. 9. tit. 6. num. 19. verſ. Ego
tamen, Nat. d. conſ. 297. num. 2. Men. d. lib. 4.
præſ. 140. num. 29. Gratia. deciſ. 239. num. 1. Fru-
ſtra contradicentibus Rip. in d. l. re coniuncti,
num. 40. Gabr. d. conſ. 102. num. 3. vol. 1.* ſcilicet,
44 quia † illa verba, *pleno iure*, intelliguntur, & iu-
re proprietatis, & iure vſusfructus *l. mater. 5.
C. ad Tertul. l. vlt. §. ſimilique modo C. de bon. quæ
lib.* & ideo hęres cenſetur nominatim ad eun-
dem vſumfructum vocatus, *vt Dd. ſupra relati
declarant.* Idem eſt, &, ſi teſtator dixerit, ſe
inſtituere hæredem plenariè in omnibus bo-
nis, ſcilicet, quia illa dictio, plenariè, idem
45 importat, quod illa verba, pleno iure. † *Ita
ſcribunt Pic. in d. l. Titia. 35. §. Titia, num. 83. ff.
de leg. 2. qui adducit Barbat. & poſt eum Peralt.
in d. l. 3. §. qui fideicommiſſam. num. 11. ff. de hær.
inſtit. Mantic. d. lib. 9 tit. 6. num. 19. & Men. d.
lib. 4. præſ. 140. num. 29. verſ. & idem eſt, Gratia.
d. deciſ. 239. num. 4.*

Secundo verò, licet prædicta verba non
fuerint adiecta, ſi tamen hæres nominatim
inſtitutus ſit in omnibus bonis, cenſent ple-
rique debere eum, quaſi expreſſim ad bona
vocatum cum vſufructuario omnium bono-
46 rum in vſufructu concurrere. † *Ita enim con-
ſuit Ruin. d. conſ. 35. num. 9. & conſ. 40. num. 6. &
ſeqq. vol. 2. & d. conſ. 165. num. 9. vol. 3.* Sed ma-
47 lè, † meo iudicio, *meritoque contrarium tenue-
runt Mantic. d. lib. 9. tit. 6. num. 20. verſ. ſed ego
ſubſiſto, & Men. d. conſ. 227. num. 8.* quia inſti-
tutio etiam ſimpliciter facta intelligitur fa-
cta in omnibus bonis, ideoque illa adiectio,
in omnibus bonis, continet expreſſionem eius,
quod tacitè ineſt, quæ nihil operatur. *l. 3. ff. de
leg. 1.* Alioquin ſemper deberet hæres cum
vſufructuario concurrere, quia ex notario-
rum conſuetudine ita (vt plurimum) concipi
ſolet inſtitutio, *In omnibus autem bonis ſuis,
&c. inſtituit hæredes, &c.*

Tertio, ſi in teſtamento quis hæredem in-
ſtituerit, deinde in codicillis alteri reliquerit
omnium bonorū vſumfructum cenſent ple-
rique hæredem in vſufructu cum legatario
48 concurrere. † *Ita cenſuerunt Caſtr. d. conſ. 218.
num. 1. vol. 1. Pic. in d. l. Titia. 35. §. Titia, nu. 83.
verſ. 2. videtur. ff. de leg. 2. Men. d. lib. 4. præſ. 140.
num. 31.* quia inſtitutio in teſtamento facta
neceſſariò debet intelligi facta pleno iure, &
ſic, tam in proprietate, quam in vſufructu,
ne alioquin teſtator cēſeatur de parte rerum,
aut bonorum diſpoſuiſſe, *contra notiſſimas iu-
ris ciuilis regulas*, ideoq; relinquendo poſtea
in codicillis eorūdem bonorum vſumfructū
alteri, cenſetur relinquere id ipſum, quod
prius reliquerat hæredi. Quo fit, vt tam-
quam ad eandem rem, ideſt, eundem bono-
rum vſumfructum vocati debeant concurre-
re, & per conſequentias intelligi re coniun-
cti.

Sed hæc ſententia, meo iudicio, non eſt
49 vera, eamq; proinde meritò † *Gabr. d. conſ.
102. num. 4. vol. 1. Mantic. d. lib. 9. tit. 6. num. 18.
& alij* pleriq; reprobarunt, quia codicilli ſunt
50 pars teſtamenti † *l. pen. ff. quemad. teſt. aper. l. qui-
dam referunt 14. ff. de iur. codic.* & diſpoſita in
codicillis perinde habētur, ac, ſi eſſent diſpo-
51 ſita in teſtamento † *l. 2. §. 1. ff. de iur. codic.*
Quemadmodum igitur, ſi teſtator poſt inſti-
tutionem hæredis omnium bonorum vſum-
fructum alicui reliquiſſet in teſtamento, non
concurrerēt hæres, & legatarius in vſufructu,
vt

vt ſupra dictum eſt. Ita etiam concurrere non
debent, licet vſusfructus in codicillis reli-
ctus ſit.

Nec eſt, quod obijcias, imò in hoc magnã
eſſe differentiam inter teſtamentum, & codi-
52 cillos, † quia teſtator legando in codicillis
vſumfructum videtur mutaſſe voluntatem,
atq; ita reuocaſſe vſumfructum, qui hæredi
videbatur in teſtamento relictus ſub genera-
li inſtitutione, quod ſecus eſt, quando vſuſ-
fructus relinquitur in eodem teſtamento, cũ
difficiliùs præſumatur mutatio voluntatis in-
continenti, quam ex interuallo, *vt conſiderat
Menoch. d. lib. 4. præſ. 140. num. 31.* quia verius
53 eſt, nullam in hoc eſſe differentiam: † Nam
inſtitutio in teſtamento facta non cenſetur
ea continere, de quibus teſtator priùs, quam
moriatur, ſpecialiter diſponit, ſiue diſpoſitio
fiat in eodem teſtamento, ſiue in codicillis;
Alioquin hęres deberet concurrere cum om-
nibus legatarijs, & fideicommiſſarijs, quibus
aliquæ res particulares in codicillis relictæ
ſunt, quod iuris ratio non patitur. Si igitur
non concurrit cum ijs, quibus tota res fuit in
codicillis relicta, nec per conſequentias con-
currere debet cum ijs, quibus rei pars, ideſt,
vſusfructus relictus eſt.

Nec obſtat, quod difficiliùs præſumatur
mutatio voluntatis in eodem teſtamento,
quam in codicillis, quia (pace Menochij di-
xerim) probat hoc potiùs noſtram, quam
contrariam opinionem: Nam, ſi teſtator
diſponendo in codicillis de eo, de quo priùs
diſpoſuerat in teſtamento cenſetur faciliùs
mutaſſe voluntatem, quam, ſi de eodem in
teſtamento diſpoſuiſſet, conſequens eſt, vt
legando in codicillis vſumfructum, quem
priùs ſub vniuerſali inſtitutione cenſebatur
hæredi reliquiſſe, faciliùs credẽdus ſit a prio-
ri voluntate receſſiſſe, & totum vſumfructũ
legatario reliquiſſe, ita, vt cum eo non de-
beat hæres concurrere, quam, ſi eundem vſũ-
fructum in teſtamento reliquiſſet. Et ita vera
ſit Gabrielij, & noſtra ſententia.

Quarto, ſi teſtator dixerit, ſe relinquere ali-
cui vſumfructum omnium bonorum vnà
cum hæredibus ſuis, nõ eſt dubitandum, quin
hæredes concurrant cum legatario in vſufru-
54 ctu † *l. ſi quis Attio. 8. ff. de vſufr. accr. & ſcri-
bunt Ruin. conſil. 39. num. 7. vol. 2. & conſ. 165.
num. 7. vol. 3. Dec. conſ. 454. num. 4. Gabr. d. conſ.
102. num. 4. volum. 1. Nat. conſ. 297. num. 1.
Men. d. lib. 4. præſ. 140. num. 30. Gratia. cap. 70.
diſcep. for. num. 49.* Quod ſanè intelligendum
55 eſt, † ſi plures ſint hæredes, aliàs totus vſuſ-
fructus deberetur legatario, ex ijs, quæ latè
dicemus *in 7. cap. q. 29. per tot. Et in his terminis
declarant Ruin. d. conſ. 39. num. 7. & 8. volum. 2.
& Men. conſ. 227. num. 5. & 9. verſ. reſponde-
tur ſecundo.*

Sed hæc ſpecies non pertinet ad quæſtio-
nem propoſitam, quia nos loquimur de caſi-
bus, in quibus inter vocatos inducitur con-
iunctio realis, cum alioquin in ſpecie propo-
ſita cenſeatur inducta coniunctio mixta, ſci-
licet, quia illa verba, vnà cum hæredibus ver-
balem inducunt coniunctionem, *vt oſtende-
mus in hoc cap. q. 16. num. 9.*

Sextus, & vltimus caſus eſt, quando teſta-
tor vni legauit vſumfructum omnium bono-
rum, alteri verò fundum, Et tunc plerique
cenſent, non concurrere legatarios in vſufru-
ctu, nec eſſe re coniunctos, ſed fundum pleno
iure ad legatarium pertinere, quòd generi per
56 ſpeciem derogetur. † *Ita enim cenſuerunt Bald.
in l. quoties. 10. num. 5. C. fam. erciſ. Iaſ. in l. cum
quæſtio. 23. in prin. col. 2. verſ. limita C. de legat. &
conſil. 18. num. 2. vol. 2. Polit. in d. l. re coniuncti,
num. 16. & ibi Io. Gaud. num. 28. Dec. conſ. 607.
num. 7. verſ. poſtremo, Soc. Iun. conſ. 109. num. 34.
& conſ. 115. num. 3. & ſeqq. vol. 1.*

Verùm hæc ſententia communiter fuit im-
probata: nam contrarium apertè cenſuit
57 † *Bart in l. Sempronio. 33. num. 2. ff. de vſufr. le-
gat. in l. ſi quis ſeruum. 8. §. ſi num. 6 ff. de leg.
2. in l. quæſitum. 12. §. fin. num. 15. ff de fund.
inſtr. quem ſecuti ſunt Bald. conſil. 19. num. 1.
vol. 2. Caſtr. conſ. 223. num. 1. verſ. ſed in contra-
rium, vol. 2. Angel. de Gambell. de teſta gl. 44. num.
7. Alexand. conſil. 56. num. 2. vol. 3. Iaſ. in d. l. re
coniuncti, num. 70. verſ. tene, & ibi Crott. num.
30. Rip. num. 39. verſ. amplia, Alciat. num. 15.
Alex. Ferr. num. 32. Papien in form. lib. quo vx.
ag. ad dot. & vſumf. in verb. donec vitam duxerit
vidualem, num. 5. verſ. & ſi fortaſſe Soc Sen. conſ.
3. in fi. vol. 4. Pariſ. conſ. 94, in fi. & conſ. 97. in fi.
volu. 2. vbi ait Baldum communiter reprobari,
Ruin. conſ. 35. num. 9. conſ. 40. num. 8. & conſ 95.
num. 19. conſ. 190 num. 11. & 13. vol. 2. & conſil.
165. num. 8. vol. 3. Gozad. conſil. 47. num. 12. Dec.
in l. in toto. 80. num. 14. verſ. & iſta regula ff. de
reg. iur. & conſ. 590. num. 2. & 6. Pic. in d. l. Titia.
35. §. Titia num. 31. & 88. ff. de leg. 2. Soc. Iun.
conſ. 115. num. 14. vol. 1. Roll. conſil. 8. num. 36.
vol. 2. Zanch. in l. hæredes mei. 57. § cum ita, part.
5. num. 99. & 100. ff. ad Trebell. Couar. lib. 2. var.
reſol. cap. 2. num. 7. Mantic. d. lib. 9. tit. 6. num. 22.
verſ. aliam verò, Menoch. de præſ. d. lib. 4 præſ.
140 num. 34. & 36. in fin. vbi teſtatur, hanc opi-
nionem eſſe communiter approbatam, & præſ.
159. num. 6. verſ. extenditur, & conſ. 227. num. 7.*
Et rectè: probatur enim

Primo, quia quando teſtator vni legat fun-
dum, alteri verò eiuſdem fundi vſumfructũ,
legatarij concurrunt in vſufructu, & ſunt re
coniuncti, *vt diximus in primo caſu*. Sed hic
vni legauit fundum, alteri verò (ideſt vſufru-
ctuario omnium bonorum) legauit eiuſdem
fundi vſumfructum, cum is, qui totum dicit,
nihil excludat *l. Iulianus. 66. ff. de leg. 3.* Debent
igitur in vſufructu fundi concurrere legata-
rij.

Nec eſt, quod aliquis reſpondeat, hoc pro-
cedere, ſi vſusfructus legetur ſpecialiter, ſecus
verò, ſi generaliter, *Quomodo reſpondet Bald. in
d. l. quoties. 10. num. 5. C. fam. erciſ.* quia verius
eſt, id habere locum, etiam, ſi generaliter le-
getur, vt ex ijs, quæ mox dicemus, facile erit
intelligere.

Secundo igitur probatur *l. Sempronio. 33. ff.
de vſufr. lega.* vbi Scæuola, *Sempronio*, inquit,
*ea, quæ viuus præſtabam, dari volo, is etiam habi-
tabat in teſtatoris domo, quæ vni ex hæredibus
prælegata erat, quæſitum eſt, an habitatio quoque
debeatur, Reſpondi, nihil proponi, cur non debea-
58 tur;* Ex quibus verbis † ita duci poteſt argu-
mentum. Legatum relictum Sempronio eſt
generale, cum ita ſcripſerit teſtator, *ea, quæ
viuus præſtabam, dari volo*, quæ verba conti-
nent omnia, quæ à viuente præſtabantur, le-

gatum

Digitized by Google

gatum verò domus hæredi relictum eſt ſpeciale, & tamen in eiuſdem domus habitatione concurrunt legatarij. Ergo, licet vnum legatum ſit generale, aliud verò ſpeciale, reſpectu tamen habitationis, aut vſusfructus nõ cenſebitur generali per ſpeciale derogatum, ſed inducetur coniunctio. Concurrere autem legatarios in habitatione domus, vel ex eo intelligimus, quia, quoad Sempronium res eſt clara, cum hoc perſpicuè dicat Scœuola. Quo verò ad hæredem, cui domus fuerat prælegata, ſuadetur ratione: Nam dubium non eſt, quin ei debeatur legatum, quippe cum, nec fuerit ademptum, nec vnquam per genus cenſeatur ſpeciei derogatum. Si debētur, ergo vocatur hæres ad domum. Si ad domũ, ergo, & ad eius habitationem: Domus enim appellatio plenum ſignificat dominium, cui etiam ineſt habitatio. Quæ, cùm ita ſint, non poſſunt legatarij non dici ad eandem rem concurrere.

Neq; obſtat, quod generi per ſpeciem derogetur, quia reſpondeo, hoc procedere,
59 † quando genus, & ſpecies dicuntur vno, atq; eodem reſpectu, ſecus verò, quando diuerſis, vt ecce, quando teſtator vni legat omnes ſeruos, alteri verò Stichum, quia genus, & ſpecies dicuntur eodem reſpectu, nempe reſpectu dominij, ideo generi per ſpeciem derogatur. At verò, cum vni legatur vſusfructus omnium bonorum, alteri verò fundus, non dicuntur genus, & ſpecies eodem reſpectu, ſed diuerſis: nam genus dicitur reſpectu vſusfructus, ſpecies verò reſpectu dominij, & ideo generi per ſpeciem non derogatur. *Ita reſpondent Bart. in d. l. quæſitum. 12. §. fin. num. 15. ff. de fund. inſtr. in d. l. Sempronio. 33. num. 1 ff. de vſufr leg. Bald. in l. vlt. §. 1. num. 20. C. comm. de legat. Pic. in d. l. Titia. 35. §. Titia, num. 88. ff. de leg. 2. Soc. Sen. conſ. 1. num. 14. vol. 4. Ruin. conſ. 40. num. 8. & conſ. 190. num. 11. vol. 2. Dec. conſ. 590. num. 7. & in d. l. in toto. 80 num. 14. verſ. & iſta regula, ff. de reg. iur. Roll. conſ. 8. num. 37. vol. 2. Zaneb. in d. l. hæredes mei. 57. §. cum ita, part. 5. num. 98. Couar. d. lib. 2. var. reſol. cap. 2. num. 7. Mantic d. lib. 9. tit. 6. num. 23. Men. d. lib. 4. præſ. 140. num. 36.*

Hinc intelligimus, ſi vni legetur vſusfructus omnium bonorum, alteri verò vſusfructus vnius domus, aut fundi, quia genus, & ſpecies dicuntur vno, atq; eodem reſpectu, per ſpeciem generi cenſeri derogatum, &
60 ideo legatarios non eſſe re coniunctos. † *Ita ſcribunt Bald. in d. l. vlt. §. 1. num. 20. C. comm. de legat. Dec. d. conſil. 590. num. 8. Menoch. conſil. 141. num. 7. & 15. verſ. 6. & d. lib. 4. præſ. 159. num. 6. verſ. extenditur.*

Denique non obſtat *l. ſi fideicommiſſorum 11. ff. vt in poſſ. leg.* quia reſpondeo legem
61 hanc † non pertinere ad quæſtionem propoſitam: Loquimur enim de duobus legatis eiuſdem rei, quorum vnum eſt generale, alterum verò ſpeciale, & quærimus, an per ſpeciale cenſentur generali derogatum. At verò in lege contraria tractatur de duobus legatis diuerſarum rerum: nam vnum eſt legatum pecuniæ, alterum verò ſpeciei, ſed, quia legatarius pecuniæ ſui legati ſeruandi cauſa fuerat miſſus in poſſeſſionem rerum hæreditariarum, & verò etiam ſpeciei alteri legatæ, dubitatum eſt, an illa miſſio in poſſeſſionem noceret alteri legatario, & ait Hermogenianus, non nocere, nec ei denegandam eſſe ſolidæ rei petitionem, ex quo, quia nihil ad deciſionem propoſitæ quæſtionis elici poteſt, ideo intelligimus, non obeſſe. *Ita reſpondent Roll. d. conſ. 8. in fin. vol. 2. & Men. d. lib. 4. præſ. 140. num. 36.* Veriſſima igitur eſt ſententia exiſtimantium, vſufructuarium omnium bonorum concurrere cum particularibus legatarijs in vſufructu earum rerum, quæ ſingulariter illis relictæ ſunt. Et hoc eſt tertium requiſitum.

SVMMARIVM.

1 *Coniuncti re, vt aliqui dicantur, debent ad eandẽ rem poſſe concurrere, & num. 2. Declara, vt num. 3. & 7.*

4 *Coniuncti re dicuntur etiam ij, quorum vni purè, alteri vero ſub conditione res eadem fuit legata.*

5 *Coniuncti re dicuntur etiam ij, quibus eadem res ſeparatim fuit ſub diuerſis conditionibus relicta.*

6 *Optione duobus legata realis inducitur cõiunctio, ſi rem eandem eligant.*

8 *Vocati ad eandem rem, vt ad eam non poſſint cõcurrere, quot ex cauſis fieri poſſit.*

9 *Vocati ordine ſucceſſiuo non ſunt re coniuncti; & cur, num. 10.*

An ad inducendam realem coniunctionem neceſſarium ſit, vt vocati poſſint ad eandem rem concurrere.

Quæſtio Vndecima.

QVartum ad inducendam realem coniunctionem requiſitum eſt, vt, non ſolum ad eandem rem vocentur duo, vel plures, ſed etiam, vt ita vocati poſſint (ſaltem ex voluntate teſtatoris) ad eandem rem
1 concurrere, † *vt ſcripſerunt Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 60. & ibi Polit. num. 2. Ant. Fum. de coniunct. cap. 1. num. 2. & 4.* Coeterùm, ſi non poſſint, magis eſt, vt re coniuncti non cen-
2 ſeantur. † Non eſt autem neceſſe, vt poſſint concurrere vno, atq; eodem tempore, ſed
3 ſufficit, ſi ſaltem diuerſis temporibus: † Nam, ſi, verbi gratia, vni legetur fundus purè, alteri verò ſub conditione, licet legatarij non poſſint concurrere vno, & eodem tempore, ſcilicet, quia vnus ſtatim vocatur, alter verò non, niſi poſt euentum conditionis, quia tamen ſaltem eueniente conditione concur-
4 rere poſſunt, ideo dicuntur re coniuncti. † *l. ſi domino Stichus. 102 ff. de leg. 1. iuncto. §. optionis Inſt. de legat. l. plane 34. §. ſi coniunctim. verſ. ſed, ſi in pupillari. ff. de leg. 1. l. ſi mihi purè 61. ff. de leg. 2. & ſcribunt Polit. in d. l. re coniuncti, nu. 20. & 33. & ibi Rip. num. 42. verſ. Credo.* Idem eſt, &, ſi duobus eadem res legetur ſub diuerſis conditionibus, *vt in l. ſi te ſolum. 27. verſ. ſed, ſi plures. ff. de hær. inſtit.* Nam, ſi vnius conditio exiſtat, licet alterius poſſit non exiſtere

con-

conditio, & hoc modo ceſſare concurſus, ſi
tamen poſtea exiſtat, dicentur legatarij re
coniuncti, tamquam ij qui ad eandem rem,
tametſi diuerſis temporibus concurrunt.
5 † Quamobrem, & ſi duobus legetur optio ſer-
ui, & vnus Stichum eligat, licet alter poſſit
alium eligere, & ſic non cõcurrere in Sticho, ſi
tamen poſtea eundem Stichum eligat (quod
facere poteſt) erunt legatarij re coniuncti,
6 tamquam ad eandem rem concurrentes † *l. ſi
tibi. 8. §. vnius ff de opt. lega. & ſcribit Polit. in d.
l. re coniuncti, num. 20. verſ. 12. Quam in rē fa-
ciunt etiam ea, quæ diximus in q. præced. num. 28.
& ſeqq.* Tunc igitur ſolum intelliguntur a rea
7 li coniunctione excluſi, cùm † nullo modo
poſſunt ad eandem rem concurrere, & ſibi
inuicem facere partes per cõcurſum, licet ad
eandem rem fuerint vocati, quod, qualiter
fieri poſſit, ſi quæramus, conſtat varijs, ſed po-
8 tiſſimum tribus ex cauſis † poſſe continge-
re, &

Primo, ſi vocatio ſit ſucceſſiua, ideſt, ſi
vnus poſt alium debeat admitti: nã tunc non
9 poſſunt vocati dici re coniuncti, † quia, licet
ad eandem rem fuerint vocati, puta ad can-
dem hæreditatem, non tamen ad eandem rẽ
poſſunt concurrere, ſed quilibet ſuo tempore
10 rem inſolidum conſequitur, † quod. quando
reſpectu illorum, qui in diuerſis orationibus
vocati ſunt, contingat, ex ijs patebit, quæ di-
cemus *in hoc cap. q. 26. num. 1. & ſeqq.* vbi totã
hanc ſucceſſiuæ vocationis tractationem fu-
ſiùs exponemus.

SVMMARIVM.

1 *Coniuncti re non ſunt, quibus eadem res ita lega-
tur, vt quilibet eam inſolidum conſequatur, &
cur, num. 2.*
3 *Res, & æſtimatio rei ſunt diuerſæ.*
4 *Abſurdum eſt, minus cuiquam tribuere, quam
teſtator voluerit, Declara, vt numer. 31.
& 33.*
5 *Res eadem duobus inſolidum dari non poteſt,
Declara, vt num. 6.*
7 *Legata ſi diſiunctim fuerit eadem res duobus, vni
danda eſt res, alteri verò æſtimatia, Sed con
tra numer. 8. & 9. Declara, vt numer. 10. &
ſeqq.*
11 *Legata ſi fuerit eadem res duobus in duorum
teſtamentis, vni danda eſt res, alteri vero æſti-
matio, & cur, num. 12.*
12 *Coniunctionis ius non contingit ex diuerſis teſta-
mentis, Fallit, vt num. 13. & 15.*
14 *Teſtamentum patris, & filij pro vno reputa-
tur.*
16 *Codicilli ſunt pars teſtamenti.*
17 *Diſpoſita in codicillis perinde habentur, ac, ſi fuiſ-
ſent diſpoſita in teſtamento.*
18 *Legata ſi fuerit eadem res duobus a diuerſis hære-
dibus, vni debetur res, alteri vero æſtimatio.*
19 *Legata ſi fuerit eadem res duobus a diuerſis hæ-
redibus, perinde eſt, ac, ſi fuiſſet relicta in duo-
rum teſtamentis.*
20 *Coniuncti re non ſunt, quibus a diuerſis hæredi-
bus eadem res relinquitur, & cur, num. 21. &
22. Fallit, vt num. 23.*
24 *Coniuncti re cenſentur legatarij, quorum
vni relinquitur eadem res ab inſtituto, alteri
verò a ſubſtituto vulgari, vel etiam pupillari,
vt num. 25.*
26 *Legata ſi fuerit eadem res duobus ea mente,
vt quilibet eam inſolidum conſequatur, vni
danda eſt res, alteri verò æſtimatio, Declara,
vt num. 27.*
28 *Legatas ſi fuerit eadem res duobus in dubio cen-
ſetur teſtator legatarios re coniungere, non
vero vni rem alteri æſtimationem relinque-
re.*
29 *Teſtator in dubio non cenſetur velle grauare hæ-
redem duplici onere.*
30 *Teſtator in dubio cenſetur velle eos, quibus ean-
dem rem relinquit concurrere, & concurſu fa-
cere partes, non conſequi ſolidum, niſi aliud
probetur.*
32 *Poſterior voluntas derogat priori.*
34 *Aeſtimatio rei legatæ quando præſtanda.*
35 *Declarantur l. non quocumq; 84. §. qui Caium,
ff. de leg. primo, l. qui duos 13. §. 1. ff. de leg. 2. &
l. duos ſeparatim 14. ff. de uſufru. leg. & num.
ſeqq.*
37 *Legata diſiunctim, ſi fuerit eadem res duobus
per damnationem, vni danda erat res, alteri
vero æſtimatio, ſecus ſi per vindicationem,
& cur. num 40 Sed hodiè contra, num. 42.*
38 *Declaratur l. vn. §. vbi autem legatarij, verſ. ſin
autem diſiunctim C. de cad. toll*
41 *Eadem res, ſi fuerat olim diſiunctim per fideicõ-
miſſum duobus relicta, vni danda erat res, al-
teri vero æſtimatio.*

An, & quando ex duobus eiuſdem rei legatarijs vni danda ſit res, alteri verò æſtimatio.

Quæſtio Duodecima.

SEcundo poteſt hoc euenire, ſi duo-
bus eadem res ita ſit legata, vt
quilibet eam inſolidum conſe-
quatur, quo caſu vni danda eſt
res, alteri verò æſtimatio, *vt dicemus infra
num. 26.* Nam tunc non poſſunt legatarij di-
ci re coniuncti, ſed omnimodo diſiuncti,
1 † *vt ſcripſerunt Bart. in d. l. re coniuncti, num.
8. & ibi Petr. de Beſu. num. 20. Iaſ. num. 60.
Crott. num. 25. & 26. in fin. Polit. num. 20. verſ.
3. Alciat. num. 11. verſ ſubijcit, Aemil. Ferr.
num. 12. verſicu. ſecundus caſus, & num. 17.
Io. Gaud. num 30. Port. in §. ſi eadem, num. 16.
& ibi Mynſ. num. 2. Inſtitut. de legat. Iaſ. in l. ſi
pluribus 32. num. 15. ff de legat. primo, Ang de
Gamb. de teſtam. gloſ. 41. num. 3. Ant Fum. de
coniun. cap. 1. num. 2. Craſſ. in §. Ius accreſcen-
di, quæſt. 5. num. 3. Duar. lib. 1. de Iur. accreſcen.
2 cap. 7.* quia, † licet ad eandem rem vocentur,
non tamen ad eandem rem concurrunt, ſed
quilibet inſolidum rem dinerſam conſequi-
tur, ideſt, vnus conſequitur rem, alter ve-
rò æſtimationem, quæ ſunt inter ſe diuerſæ
3 † *l. ſi res mihi. 20. ff. de legat. 3. Et in ſpecie
declarant Petr. de Beſu. in d. l. re coniuncti.
num. 20. & ibi Aemil. Ferr. num. 12. verſ.
ſecundus caſus, Mynſ. in d. §. ſi eadem,
numer. 2. Inſt. de legat.* Quamobrem dice-

re poſſumus, eos vocari ad eandem rem, ſi
ſpectamus verba, ſed ad diuerſas, ſi ſpecta-
mus eff ctum.
Verum hic magna naſcitur dubitatio: nam
dicet aliquis, inde ſequi, nunquam dari rea-
lem coniunctionem, quia, quotieſcumque
teſtator eandem rem duobus inſolidum re-
linquit, ſemper videtur vni danda res, alteri
verò æſtimatio: Cum enim abſurdum ſit, mi-
nus cuiquam tribuere, quam teſtator relique-
4 rit † *l. facta. 63. § ſi ſub conditione, arguendo a contrario ſenſu ff. ad Treb.* & teſtator rem ean-
dem duobus ſeparatim legando ſolidum ſin-
gulis aſſignauerit *l. vn. §. vbi autē legatarij, verſ. ſin vero non omnes C. de cad. toll.* Conſequens
videtur, vt ſolidum ſingulis dandum ſit, non
verò partes.
Et, ſi dixeris, hoc non videri poſſibile, quia
5 res eadem duobus inſolidum dari nequit † *l. ſi vt certo. 5. §. ſi duobus vehiculum ff. comm. l. 3. §. ex contrario ff. de acquirend. poſſ.* videtur poſſe
replicari, imo eſſe poſſibile, ſi non reſpectu
6 rei, ſaltem reſpectu æſtimationis † *l. ſi pluribus. 33. l. filiusf. 117. §. vlt. ff. de leg. primo, d. l. ſi res mihi. 20. ff de leg. 3.* Quinimo videtur hoc aper-
7 tè ſcribi † *in l. non quocumque. 84. §. qui Gaium ff. de leg. primo, l qui duos. 13. §. 1. ff. de leg. 2. l. duos ſeparatim. 14. ff. de vſufruct. legat.* vbi re
duobus ſeparatim legata fit talis interpre-
tatio, vt vni debeatur res, alteri verò æſti-
matio.
Verùm his non obſtantibus certi iuris eſt,
eos, qui ſeparatim ad eandem rem vocantur,
regulariter eſſe re coniunctos, & concurſu
facere partes, non verò ſingulos rem inſoli
8 dum obtinere † *d. l. vnic. §. vbi autem legatarij, verſic. ſin autem disiunctim C. de cad. toll. l. Titia textores. 36. in prin. ff. de leg primo, d. § ſi eadem Inſtit. de legat. Et ſcribunt omnes, quos referemus infra num. 18. & 30.* Nec enim regulariter ad-
mittenda eſt auaritia legatariorum dicen-
tium, vni dandam eſſe rem, alteri vero æſti
9 mationem † *d. l. ſi pluribus. 33. ff. de leg. primo, d. l. vn. §. vbi autem legatarij, verſ. ſin autem disiun-*
10 *ctim C. de cad. toll.* quia certis id tantum † caſi-
bus admitti ſolet, quorum
Primus eſt, quando res eadem fuit duobus
relicta in duorum teſtamentis: nam tunc vni
11 debetur res, alteri verò æſtimatio † *l. planè. 34. § ſi eadem ff. de leg. primo, l. Moeuius. 68. §. duorum ff. de leg 2. Harmen lib. 5. Iuris epit. titu. 10. cap. de imperfectis teſtamentis, Et ſcribunt Caſtrenſ in d. l. planè. 34. §. ſi coniunctim num. 6. ff. de legat. primo, Petr. de Beſu. in d. l. re coniuncti. num. 18. & ibi Polit. numer. 2.* Quo
fit, vt ita vocati non cenſeantur re coniun-
cti, ſed omnimodo disiuncti, quia ex diuer-
ſis teſtamentis ius coniunctionis non con-
12 tingit † *l. ſi ſub conditione 16. in fin. ff. quib. mod. vſusfr am. & ſcribunt Bart. in d. l. planè. 34. §. ſi coniunctim, in prin. verſ. opp. ad ſecundam, & ibi Imol. num 2. Caſtrenſ. num. 6. Iaſ. num. 9. ff. de leg. primo, Bart in d. l. re coniuncti, num. 1. & ibi Petr. de Beſu. num. 18. Iaſ. num. 23. Rip. num. 43. Polit. num. 2. Io. Gaud. num. 72. Alciat. num. 9. Aemil. Ferr num. 35. Bart. in l. vlt num. 4 ff. de acq. hared. Bald. in l. 1. num. 1. C. de teſta. mil. Caſtr. conſ. 218. nu. 1. vol. 1. Cagn. in l. vn. nu. 61. verſ. ſed a præcedenti C. quand. non pet. part. Ant. Fum. de coniunct. cap. 12. numer. 4. Pereg. de fideic. artic. 9. numer. 9. Baldui. in d. §. ſi eadem, num. 4 & ibi Mynſ. num. 4. Inſt. de legat. Duar. lib. 1. de Iur. accreſcend cap. 5. & ad titu. ff de vulg. cap. 15. Donell. lib. 8. comm. cap. 21. Hoto. in §. igitur Enunt. 1. Inſt. de pupill.*
Planè, ſi res eadem vni legata ſit in teſta-
mento patris, alteri verò in teſtamento filij,
quamquam videatur in duobus teſtamentis
relicta *§. igitur, Inſt. de pupill.* erunt tamen le-
gatarij re coniuncti, tamquam ij, qui ad ean-
dem rem concurrunt, & faciunt ſibi partes
per concurſum, non verò rem, & æſtimatio-
13 nem conſequuntur † *d. l. planè. 34. §. ſi coniunctim, verſ. ſed, ſi in pupillari ff. de leg. primo, l. cohæredi. 41. §. cohæres ff. de vulg. Et eſt de mente omnium, quos referemus in hoc cap. q. 13. num. 6. & q. 14. num. 8.* Et hoc ideo, quia patris, & filij te-
14 ſtamentum pro vno reputatur † *l. patris, & filij. 20. ff. de vulg. l paterfa. 28. verſ. me illud ff. de bon. auth. iud. poſſ. alias eſt l. paterfa. 12. ff. de priu. cred.*
Similiq; ratione, ſi res eadem vni legetur
in teſtamento, alteri verò in codicillis, erunt
legatarij re coniuncti, & ad eandem rem cō-
current, non verò rem, & æſtimationem con-
15 ſequentur, † *vt eſt de mente eorum, quos referemus in qu. ſeq. num. 7. & q. 14. num. 9.* quia co-
dicilli, & teſtamentum pro vna eademq; diſ-
poſitione reputantur, cum codicilli ſint pars
16 teſtamenti † *l. quidam referunt. 14. verſ. nimirum ff. de iur. cod l. pen. ff. quemad. teſt. aper.* & diſ-
poſita in codicillis perinde habeantur, ac, ſi
17 fuiſſet diſpoſita in teſtamento † *l 2. §. vlt ff. de iur. cod.*
Secundus caſus eſt, quādo res eadem duo-
bus relicta fuit in eodem teſtamento, ſed a
diuerſis hæredibus: nam, & in hoc caſu ſoli-
dum ſinguli conſequuntur, ideſt, vnus con-
18 ſequitur rem, alter verò æſtimationem, † *vt cenſuerunt gl. in l. quid ergo. 56 §. ſi quis duos, in verb. legatum eſſet ff. de leg. primo, & Duar. d. lib. 1. de Iur. acer. cap. 7. Et rectè, non obſtantibus ijs, quæ ſcribunt Rip. in d. l. re coniuncti, num. 19 & ibi Alcia. num. 9.* Nam, & hac
ratione dicimus, cum a diuerſis hæredibus
eadem res legatur, perinde haberi, ac, ſi fuiſ-
19 ſet in diuerſis teſtamentis relicta † *d. l. quid ergo. 56. §. ſi quis duos ff. de leg. primo, Pereg. de fideic. d. artic. 9. num. 10.* Quamobrem non
ſunt ita vocati re coniuncti, nec ius habent
accreſcendi, tamquam ij, qui ad eandem
20 rem non concurrunt † *l. pen. ff. de vſufru. accr. & ſcribunt Bart. in d. l. planè. 34. §. ſi coniunctim, in prin. verſ. 2. opp. & ibi Caſtrenſ num. 7. Alex. num. 2. Iaſ. num. 9 ff. de leg. primo Bart. in d. l. re coniuncti, num. 1. & ibi Petr. de Beſu. num. 18. Iaſ. nu. 212. Polit. nu. 3. Rip. nu. 19. & 43. Io. Gaud. numer. 36. Alcia num. 9. & 13. AEmil. Ferr. num. 38. Pereg. de fideic. d. artic. 9. num. 10.*
In quo quidem mihi videntur *Andr. Fach. lib. 5. controu. cap. 50. & alij* erraſſe, qui cenſue-
21 runt, † eos, quibus a diuerſis hæredibus lega-
tur, ideo re coniunctos non eſſe, quia, cū qui-
libet hæres cenſeatur grauatus præſtare lega-
tum pro ſua tantum portione hæreditaria,
non videntur legatarij concurſu facere par-
tes, ſed initio, quia, &, cùm ſimpliciter relin-
22 quitur legatum, † cenſetur quilibet hæres pro
ſua tantum portione hæreditaria grauatus, &
tamen

tamen hoc non impedit, quominus legatarij
cenſeantur re coniuncti; Magis igitur eſt, vt
ideo non cenſeantur re coniuncti, quia non
concurrunt ad eandem rem, *ſecundum ea, quę
ſupra diximus*.

Planè, ſi hæredes, à quibus ſeparatim reli-
ctum eſt, ſint eius conditionis, vt pro vno, eo-
23 demque hærede reputentur, † puta, quia vnus
in alterius locum ſubrogetur, magis eſt, vt,
licet a diuerſis hæredibus res eadem ſit duo-
bus relicta, concurrant tamen legatarij ad eã-
dem rem, ſintque proinde re coniuncti, nõ mi-
nus, quàm ſi ab vno, & eodẽ hęrede res eſſet
relicta. Exemplum ſit in ijs quorũ vni legatur
ab inſtituto, alteri verò à ſubſtituto: nã, quia
ſubſtitutus in inſtituti locũ ſubrogatur, & pro
eodem reputatur, ideo legatarij cenſentur re
24 coniuncti, † *vt ſcribunt Bart. in d. l. planè. 34. §.
ſi coniunctim, in prin verſ. 2. opp. ff. de leg. primo,
Rip. in d. l. re coniuncti, nu. 20. & ibi Alciat. nu.*
9. vel in ijs, quorum vni legatur in primis ta-
bulis à filio hærede inſtituto, alteri verò
in ſecundis tabulis ab eius ſubſtituto: Erunt
enim, & ipſi re coniuncti, quoniam, & hic
ſubſtitutus in inſtituti locum ſubrogatur, &
25 pro eodem reputatur † *d. l. planè. 34 §. ſi con-
iunctim, verſic. ſed, ſi in pupillari, & ibi Bartol.
num. 1. Imol. num. 2. Caſtrenſ. num. 7. Alexand.
num. 2. Iaſ. num 10. ff. de leg. primo, l. cohæredi.
41. §. cohæres ff de vulg. & ſcribunt etiam Petr.
de Beſ. in d. l. re coniuncti, num. 18. & ibi Iaſ. nu.
23. & 212. Polit. num. 4. Pereg. d. articul. 9. nu-
mer.* 10.

Tertius denique caſus eſt, quando res ea-
dem duobus legatur in eodem teſtamento,
& ab eodem hærede, ſed conſtat, vel ex ver-
bis, vel ex coniecturis teſtatorem voluiſſe,
quemlibet ex legatarijs rem inſolidum habe-
re: nam, & in hoc caſu dabitur vni res, al-
26 teri verò æſtimatio † *l. ſi pluribus. 33. ff. de
leg. primo, l. ſi res mihi 20. ff. de leg. 3. l. Iulianus.
40. ff. de man teſta. d. l. vnic. §. vbi autem legata-
rij, verſic hæc autem ita fieri, Cod. de cad. tollen.
Et ſcribunt gloſ. in l. cum quæſtio. 23. in prin.
in verb. migrare, & ibi Caſtrenſ. num. 5. Iaſ.
num. 2. verſic. in ſeptima parte C. de legat. Bartol.
in d. l. vnic §. vbi autem legatarij, in prin. Cod. de
cad. toll. Caſtrenſ. in d. l. vnic. §. ſin autem diſiun-
cti. num. 1. C. eod. & in l. ſi mihi. & tibi. 12. in prin.
num. 3. ff. de leg. primo. Petr. de Beſ. in d. l. re con-
iuncti, num. 20. & ibi Iaſ num. 60. Crott. num.
25. Alcia num 18. verſ. ſubijcit, AEmil. Ferr. nu.
12. verſ. ſecundus caſus Iaſ. in d. l. ſi pluribus. 33.
num. 14. & ibi Cuiac. ff de leg. primo, Corn. conſil.
106. num. 9. & 14. vol 2 Gomez. tom. 1. varia. re-
ſol. cap. 10. num 24 verſ adde tamen, Mantic. de
con. vlt. vol. lib. 9 tit. 8 num. 4. Craſſ. in §. legatum
q. 80. num. 3. Balduin. in d. §. ſi eadem, num. 15. &
ibi Mynſ. num. 2. Inſt. de legat Forcat. in Necyom.
dial. 67. num 6. Duar. lib. 1. de Iur. accr. cap. 7.*
electione ſcilicet ei data, qui primus egerit,
27 † *vt declarant Gomez. d cap. 10. num. 24. verſic.
adde tamen, & Mantic. d. lib. 9 tit. 8. num. 4.* aut
veriùs data primo venienti re, poſteriori ve-
rò æſtimatione, *vt declarat Corn. d. conſ. 106.
num 9. & 14. vol. 2.* Coeterùm in dubio lega-
tarij concurrere debent, & viriles conſequi
partes non verò totum, id eſt rem, & æſtima-
28 tionem obtinere † *d. l. ſi pluribus. 33 ff. de leg. pri-
mo, d. l. vnic. §. vbi autem legatarij. verſic. ſin au-
tem diſiunctim C. de cad. tollend. Et ſcribunt Ca-
ſtrenſ in d l ſi mihi. & tibi 12. in prin. num. 3. ff.
de legat. primo, Iaſ in d. l ſi pluribus num. 8. Corn.
d. conſil. 106 num. 9 & 14 vol 2. Ant. Fum. de
coniun cap 1. num. 2. Mantic. d. lib. 9 tit. 8. num.
4 Cuiac. in d. l. vn. §. bis ita definitis C. de cad. toll.*
quia teſtator non cenſetur voluiſſe grauare
29 hæredem duplici onere † *l. vxorem. 39. §. 1. ff.
de leg. 3.* ſed potiùs cenſetur voluiſſe legata-
rios habere partes concurſu, niſi probetur cõ-
30 trarium. † *vt declarant Azo. in ſumm. C de
cad. toll nu 11. & Cuiac. in d. §. bis ita definitis.*

Neq; obſtat, quod abſurdum ſit minus tri-
buere, quam teſtator reliquerit, quia reſpon-
deo, ſecundum communem, id procedere,
31 † niſi teſtator a priore voluntate receſſerit: Po-
32 ſterior enim voluntas derogat priori † *l. ſi quis
in principio teſtamenti 22. ff. de leg. 3. l. Diui 6. §.
licet ff. de iur. codic. l. per fideicommiſſum. 89. ff. de
cond. & dem.* Cenſetur autem à priore volunta-
te ſaltem pro parte receſſiſſe, cum ſecundo
legat, ideoque non eſſe ſolidum pręſtandum,
Vel reſpondeo, ſolidum legatum præſtan-
33 dum eſſe, ſi † poſſit. Non poſſe autem, quoties
eadem res duobus inſolidum legata fuit, quia
(vt ſupra dictum eſt) res eadem duobus inſo-
lidum dari nequit, ideoq; nec ſolidum vtriq;
pręſtandum.

Nec obſtat, quod licet non poſſit præſtari
res, poſſit tamen pręſtari æſtimatio, quia reſ-
pondeo teſtatorem legaſſe rem, non æſtima-
tionem, & ideo rem non æſtimationem pręſ-
tandam: nam ad æſtimationem non aliter
34 recurritur, † quam, ſi legetur res aliena, *vt in
l. ſi domus. 74 § qui confitetur ff. de leg. primo, l.
alienus ſeruus. 61. ff ad l. Falc. §. non ſolum, Inſt.
de legat.* vel contra, hanc fuiſſe mentem te-
ſtatoris *ſecundum ea, quę ſupra diximus*: Aliàs
enim non debet ea pręſumi, quia (vt dictum
eſt) non cenſetur teſtator velle grauare hęre-
dem duplici onere.

Neq; obſtant leges in contrarium allega-
tæ, quia reſpondent noſtri paſſim, eas proce-
35 dere, † quando conſtat, hanc fuiſſe mentem
defuncti, *ſecundum ea, quæ diximus. Ita enim
reſpondet gl. in d. l ſi pluribus. 33. in verb pretium
ff. de leg. primo. & in d. l. duos ſeparatim. 14. In
verb. duos ſeparatim ff. de vſuf. leg.*

Verùm hęc reſponſio, licet in ſe vera ſit, ſci-
licet, quia certum eſt, etiã hodiè dandã eſſe
vni rem, alteri verò æſtimationem, ſi conſtet
de voluntate teſtatoris, *vt ſupra dictum eſt*, nõ
tamen pertinet ad leges in cõtrarium allega-
36 tas, † quoniam in illis, ne verbum quidem de
tali voluntatis probatione legitur.

Quamobrem verius eſt, in hoc olim fuiſſe
differentiam inter legatum damnationis, &
legatum vindicationis: nam ij, quibus ſepara-
tim res eadem per vindicationem legabatur,
erant re coniuncti partesq; faciebant concur-
ſu, nec erant audiendi, ſi vnus rem, alter æſti-
mationem ſibi dandam contendiſſet. At ij,
quibus per damnationem res eadem legaba-
tur, non erant re coniuncti, quia non concur-
rebant ad eandem rem, ſed ſolidum ſinguli
conſequebantur: Vnus enim obtinebat rem,
37 alter verò æſtimationem, † *vti conſtat ex Vlp.
tit. 24 Inſt. §. ſi duobus. Caio lib. 2. Inſt. titul. 5.
Paul lib. 3. ſent titul. 6. §. interdum, Et ſcri-
bunt Duar. d. lib. 1. de Iur. accreſcend. cap. 7.*

Ant. Gou. de Iur. accr. num. 11. Cuiac. in d. l. vn.
§. his ita definitis. C. de cad. toll. in d. l. ſi pluribus.
33. & d. l. planè 34. §. ſi duobus ff. de leg. primo, in
l. vnum ex familia. 69. §. rogo ff. de leg. 2. in 19.
lib. quæſt. Papin. & lib. 26. obſ. cap. 29. Hoto. in
Epito. tit. ff. de vſufr. accr. nu. 11. & lib. 6. obſ. cap.
12. & Ill. quæſt. 44. Vueſ. in d. §. ſi eadem, num. 1.
Inſt. de legat. Anto. Fab. lib. 6. coniectu. cap. 1.
38 Quod ſignificat Iuſtinianus † *in d. l. vn. §. vbi*
autem legatarij, verſ. ſin autem disiunctim C. de
cad. tollen. dum ait, *Et non ſibi blandiantur, vt*
vnus quidem rem, alij autem ſinguli ſolidã eius rei
æſtimationem accipere deſiderent, cum huiuſmo-
di legatariorum auaritiam antiquitas varia-
mente ſuſceperit in vno tantummodo genere
legati eam accipiens, in alijs reſpuendam eſſe exi-
ſtimans: Intelligit enim genus legati, quod
per damnationem fiebat, &, de quo ſimiliter
loquuntur leges in contrarium allegatę: nam
39 † *in d. l. non quocumque. 34. §. qui Caium ff. de*
leg. primo, & d. l. duos ſeparatim 14. ff. de vſufr.
legat. dixerat teſtator, *hæres meus damnas eſto*
dare, vt apparet ex illo verbo, *damnatus*, deq;
eodem genere legati accipienda eſt *l. qui duos.*
13. §. vlt. ff. de leg. 2.

Huius autem diuerſitatis ratio ex diuer-
ſa ipſorum legatorum natura dependebat:
40 nam, quia † per vindicationem non, niſi res
teſtatoris legari poterat, per damnationem
verò etiam aliena, *vt ſcribunt Vlp. d. titul. 24.*
Inſtitut. §. per vindicationem, & §. per damna-
tionem, & Caius in Inſtitut. titu. 13. §. per dam-
nationem, ideo teſtator, qui per vindicatio-
nem legabat, ad naturam legati rei propriæ,
qui verò legabat per damnationem ad natu-
ram legati rei alienæ reſpiciebat. Vnde,
quia natura legati rei propriæ non in eo con-
ſiſtit, vt præſtetur æſtimatio, ſed, vt domi-
nium rei præciſè transferatur in legatarium
l. legatum. ff. de legat. 2. l. a Titio. 66. ff. de
furt. Contra verò natura legati rei alienæ
conſiſtit in eo, vt, vel res a domino redi-
matur, & præſtetur, vel, ſi redimi non
poſſit, præſtetur æſtimatio *l. ſi domus. 74. §.*
qui confitetur ff. de leg. primo. l. non dubium.
14. §. vltim. l. qui concubinam. 29. §. vltim. ff. de
leg. 3. l. alienus fundus. 61. ff. ad l. Falc. §. non
ſolum Inſtitut. de legat. ideo fit, vt, ſi per vin-
dicationem fuiſſet eadem res duobus legata,
deberet vterque rem petere, non rei æſtima-
tionem. Contra verò, ſi fuiſſet legata per
damnationem poſſet vterque rem petere, &,
vbi res præſtari non potuiſſet, æſtimationem.
Quod etiam in fideicommiſſis locum obti-
41 nebat † *l. ſi res mihi. 20. ff. de leg. 3. & ſcribit Cuiac.*
in l. vnum ex familia 69. §. rogo ff. de leg. 2. in
19. libr. quæſt. Papin. & d. lib. 26. obſ. cap. 29. ſcili-
cet, quia fideicommiſſa ſecundum naturam
legatorum, non vindicationis, ſed damnatio-
nis regulabantur, *vt oſtendemus in 6. cap. q. 21.*
num. 5. & ſeqq.

Sed hodie, quia legatorum omnium vna
eſt, eademq; natura propter exæquationem
a Iuſtiniano factam *in l. 1. C. comm. de leg. et.*
ideo, niſi conſtet de voluntate teſtatoris, ne
in legato quidem damnationis id obtinebit,
42 † quia legatariorum auaritiam etiam in tali
genere legari reſpuendam eſſe cenſuit Iuſti-
nianus *in d. l. vn. §. vbi autem legatarij, verſ. ſin*
autem diſiunctim C. de cad. toll. Concurrent igi-
tur hodie legatarij ad eandem rem, facientq;
ſibi partes per concurſum, non verò rem, &
æſtimationem conſequentur, *ſecundum ea, quę*
ſupradicta ſunt. Et ita in ſpecie declarat Ant.
Gou. de Iur. accr. num. 12.

SVMMARIVM.

1 *Coniuncti re non dicuntur, quibus eadem res ſe-*
paratim fuit relicta, ſi per ſecundam diſpoſitio-
nem cenſetur reuocata prima, & in ſecundam
tranſlata, & cur, num. 2.
3 *Legati ademptio non inducitur, ſi poſterius non*
fiat ſub prioris commemoratione, ſed ſimplici-
ter, & cur, num. 4. & 47.
5 *Legati ademptio non inducitur, ſi poſterius inco-*
tinenti fiat in eadem diſpoſitione.
6 *Legati ademptio non inducitur, ſi res eadem vni*
ſit relicta in teſtamento patris, alteri verò in te-
ſtamento filij.
7 *Legati ademptio non inducitur, ſi res eadem vni*
ſit relicta in teſtamento, alteri verò in codicillis.
8 *Legati ademptio non inducitur, ſi res eadem duo-*
bus ſit relicta ĩ diuerſis eiuſdẽ teſtatoris codicillis
9 *Legati ademptio nõ inducitur, ſi poſterius fiat ſub*
prioris commemoratione repetitiua, & cur, nu.
11. & 12.
10 *Hereditatis ademptio non inducitur, ſi poſterior*
inſtitutio, aut ſubſtitutio fiat ſub prioris cõme-
moratione repetitiua, & cur, num. 11. & 12.
12 *Pronomen, idem, cuius ſit natura.*
13 *Legati ademptio non inducitur, licet poſterius fiat*
ſub prioris cõmemoratione demonſtratiua, Sed
contra, num 16. & ſeqq.
14 *Declaratur l. ſi pluribus 33. ff. de leg. primo, & nu.*
30. 31. 45. & ſeqq.
15 *Declaratur l. triplici. 142. §. vlt. ff. de verb. ſig. &*
num. 59. & ſeqq.
17 *Declaratur l. ſicut. 5. ff. de adim. leg. & num. ſeqq.*
18 *Declaratur §. 1. Inſt. de ademp. leg. & n. ſeqq præ-*
cipuè num. 27.
21 *Coniuncti re non ſunt legatarij in ea parte, in qua*
per poſterius fuit facta primi ademptio.
23 *Indefinita oratio æquipollet vniuerſali.*
24 *Rei appellatione tota res intelligitur.*
25 *Tranſlatio, quæ fit per relatiuum, in totum intel-*
ligitur, non pro parte.
26 *Relatiuum includit totum antecedens.*
28 *Declaratur l. tranſlatio. 6. ff. de adim. leg.*
29 *Vna determinatio reſpiciens plura determinabi-*
lia debet ea pariformiter determinare.
30 *Legati ademptio in dubio non inducitur, niſi aper-*
tè conſtet de contraria voluntate teſtatoris. Et,
quando de tali voluntate conſtare dicatur, nu.
31. & 45.
32 *Declaratur l. non ad ea. 88. ff. de cond. & dem. &*
num. 33. 34. & 40.
35 *Legati ademptio nõ inducitur, ſi prioris cõmemo-*
ratio fiat in eadem voluntate, ſecus, ſi in diuer-
ſis, Sed contra num. 36. & 37.
38 *Legati ademptio non inducitur, ſi prioris comme-*
moratio fiat incontinenti, ſecus, ſi ex interuallo,
Sed contra, num. 39.
39 *Teſtatorem non cenſeri incontinenti ſe voluiſſe*
corrigere, quomodo ſit intelligendum.
41 *Legati ademptio inducitur, ſi prioris commemora-*
tio ſit aduerſatiua, ſecus, ſi continuatiua, De-
clara, vt num. 42. & ſeqq.
46 *Euidentiſſimè conſtare dicitur, quod ex vi, &*
natura verborum colligitur.
48 *Legatum, non etiam hæreditas per commemora-*
tionem

tionem demonſtratiuam adimitur, & cur, nu. 53. Sed contra num. 56.
49 *Legatum, non etiam hæreditas per commemorationem demonſtratiuam transfertur de eodem, in eundem, & num ſeqq. Sed contra, num. 69.*
52 *Tranſlatio, quæ ſit de vno in alium, pari paſſu ambulat cum ea, quæ ſit de ſe ipſo ad ſe ipſum.*
54 *Hæreditas tacitè auferri non poteſt, legatum verò poteſt, Declara, vt num. 65. & ſeqq.*
55 *Ademptio, quæ ſit per tranſlationem, eſt tacita, Declara, vt num. 67.*
57 *Hæreditas per trāſlationē ita aufertur, vt legatū.*
58 *Hæreditas, & legatū pari plerūq; paſſu ambulāt, ita, vt, q̄ de vno dicitur, procedat etiā in alio.*
62 *Hæreditas difficilius aufertur, quam legatum, Declara, vt num. 63. & ſeqq.*
66 *Declarāt l. 1. §. ſi hæreditatē ff. de his, q̄ in teſta. del.*

An, & quando per ſecundam diſpoſitionem cenſeatur res primo adempta.

Quæſtio Decimatertia.

Tertio contingere poteſt, vt duo, vel plures ad eandem rem vocētur, & tamen non poſſint ad eam concurrere, ſi per ſecundam diſpoſitionem cenſeatur à prima receſſum, & facta ademptio, quo caſu non po-
1 terunt vocati dici re coniuncti † *vt ſcribunt Caſt in l. cum quæſtio. 23. in prin. num. 3. verſ. in text. ibi. & ibi Alex num. 3. C. de legat. Alcia in d. l. re coniunctis, nu. 9 Baldus in d. §. ſi eadem nu. 15. Inſt. de lega Cuiac in l. ſi pluribus 33 ff. de leg. pri.* quia, licet ambo fuerint ad eandem rem vocati,
2 non tamē ambo concurrūt ad eandē rē, † ſed is tā ū ad rei petitionē admittitur, qui poſteriore loco vocatus eſt *d. l. ſi pluribus. 33 ff. de leg. pr.*

Hinc de illo quæri ſolet, quando per poſteriorem diſpoſitionē cenſeatur teſtator a priore receſſiſſe, & eam in poſteriorem tranſtuliſſe. Conſtat autem in hac re nonnullos eſſe diſtinguendos caſus, quorum

Primus eſt, quando poſterior diſpoſitio fit ſimpliciter, non verò ſub commemoratione prioris, vt, cùm teſtator ait, lego fundum Tuſculanū Primo, lego fundum Tuſculanū Secundo, Et tunc certū eſt, non induci adēptionē, ſed coniunctionē realem, & concurſum
3 † *d. §. ſi eadē, Inſt. de legat. & ſcribūt Bart. in d. l. re coniunctis nu. 2. & ibi Crott. nu. 7. verſ primus caſus. Rip. nu 21. Ang. in l. ſi Fortidianum. 7. C. de legat. Alex. conſ. 169. nu. 1. vol. 5. Port. in d. §. ſi eadem, nu 9. & ibi Baldui. nu. 25. Inſt. de legat. Iaſ. in d. l. ſi pluribus. 33. nu. 3. vbi ait, hoc apud omnes eſſe in confeſſo ff. de leg. primo, Idem ſcribūt Gabr. conſ. 110 nu. 2. vol. 1. Mant. de con. vlt. vol. lib. 12. tit. 4. in prin. Men. de preſ. lib. 4 preſ. 173. num. 2. Craſſ. in §. legatū q. 80. Duar lib. 1. de Iur acc. cap. 7. Andr. Fach. lib. 5. contrau. cap. 52.* nam in re
4 dubia, † nec hęredē duplici pręſtatione grauare, nec alterū ex legatarijs in totū excludere debemus ne quid contra teſtatoris mentē ſtatuamus, *ſecundum ea, quæ dicemus infra nu 47.* Idq; procedit, ſiue poſterius legatū fiat in eadem diſpoſitione, etiā incontinenti, quo caſu ſine dubio non inducitur ademptio, ne teſtator videatur incōtinenti ſe voluiſſe corrigere,
5 † *ſicūdum ea, quæ diximus num. 38. & ſeqq. Et in ſpecie declarat Maſcard. de probat. conclu 1286. nu. 12. & 15.* ſiue etiā fiat in diuerſis. puta, quia res eadem vni ſit relicta in teſtamento patris,
6 alteri verò in teſtamento filij † *ſecundum ea, quæ diximus in q. præced. nu. 13. & latius dicemus in q. ſeq nu. 8. Et in his terminis declarāt Imol in l. coheredi. 41. §. cohæres nu 20 verſ item not ff de vulg Iaſ in d l. planè. 34. § ſi coniunctim nu 8 ff. de leg pr. Mant de con. vlt vol. lib 12 tit. 2 nu 3. Maſcard. de probat. d. concl. 1286. nu. 12.* vel vni ſit relicta in teſtamēto, alteri verò in codicil-
7 lis † *vt diximus ibi nu. 9. Et in terminis ademptionis ſcribūt Alex. conſ 169 num. 1. vol. 5 Gab. conſ. 110. nu. 2. vol. 1. Maſcard. d. cōcl 1286 n 12.* vel vtrique in diuerſis codicillis ab eodē teſta-
8 tore factis. † *vt declarant Bart. in l. cū proponatur. 3. nu. 2. & ibi Caſtr. nu 3. C. de codicill. & dicemus etiam in q ſeq. nu. 10.* Nam in his omnibus caſibus inducitur inter vocatos realis coniunctio, nō verò fit de priore in poſteriorem diſpoſitionem tranſlatio.

Secundus verò caſus eſt, quando poſterior diſpoſitio fit ſub commemoratione pręcedētis, ſed cōmemoratio eſt repetitiua. puta, quia teſtator ita ſcripſit, fundum, quem Titio legaui, lego etiam Sempronio, vel, eundem fundū lego Sempronio. *ſecundum ea, quæ diximus in hoc cap. q. 5 nu. 1.* Et tunc pariter verius eſt, non induci ademptionē, ſed coniūctionē realem, ſiue loquamur de legatis, & fideicommiſſis,
9 † *l. Mæuio. 42 in prin. ff. de leg. 2 l. ſi ſic locutus. 1 ff de leg. 3. d §. ſi eadem, Inſt. de legat. Et in ſpecie ſcribunt Bald. in d. l. ſi Fortidianū 7. n. 1. C de legat Imol. in d. l. quod traditum. 89 ff. de rond & dem. Polit. in d. l. re coniunctis, nu. 10. & ibi Rip. nu. 23. Alcia. nu. 9. Alcia. lib 7. Parerg cap 8. & in l. triplici 142. n. 13. ff. de verb ſign. Couar in rub. de teſta. part. 2. n. 12. Maſcard de probat d. concl. 1286. nu. 12 & 47. Men. d lib 4 preſ. 173. nu 8. & 19. verſ. verū & nu. 21. verſ quod autem, Pereg. de fideicom. artic 9 nu 7. Baldui in §. 1. num. 11.*
10 *Inſt. de ademp legat.* ſiue etiam de hęreditate † *l. Iulianus. 15 in prin. ff de hæred. inſt. & ſcribunt Petr. de Beſu in d. l re coniunctis, nu 18 & ibi Polit. nu. 10. Alcia nu 9. Idem Alcia. in d. l. triplici, nu. 13 & d. lib. 7 Parerg cap. 8 Couar in d. rub. de teſta. part. 2. nu. 12. Mãt. de con. vlt. vol. lib. 12 tit. 4. nu. 7. verſ. 2. quod loquuntur. Men. d preſ. 173. nu. 19. verſ. verū & nu. 21. verſ. verum, Baldui. in d. §. ſi eadem nu. 25. Inſt. de legat.* Eſt enim hęc
11 natura repetitiuę, † vt nō inducat ademptionem, ſed repetat perſonā primi in poſteriore diſpoſitione, ita, vt per eā cenſeatur vterq; à te-
12 ſtatore vocatus, & † *vt ſcribūt Alcia d. lib. 7. Parerg. cap. 8. Couar. d. part. 2 nu. 12. & Baldus in d. §. 1. nu. 12.* pronomen, idem, incluſam habet copulam, & ad genus potiùs, quam ad ſubſtantiæ ſpeciem refertur.

Tertius caſus eſt, qn̄ poſterior diſpoſitio fit ſub cōmemoratione pręcedentis, & commemoratio eſt demonſtratiua, vt, cū teſtator ita ſcribit fundum quem Titio legaui, lego Sēpronio, Et in hoc caſu duę ſunt, quę principem locum obtinent, noſtrorum interpretū ſententiæ, Prima enim fuit exiſtimantium non induci ademptionem, ſed coniunctionē, niſi probetur contraria voluntas teſtatoris.
13 † *Fuit hæc ſententia gloſſ. in d. l. ſicut. 5. in verb. ademptionem, & ibi Bartol ff. de adim. leg. gloſſ. in l. 1. §. fin. in verb. ſeparatim ff. de vſufr.*

acer. Azo. in ſumm. C. de cad. toll. num. 11. Bart. in d. l. re coniunctis num. 2. & ibi Iaſ. num. 24. Io. Gaud. num. 15. AEm. Ferr. num. 43. Bart. in l. quod traditum. 89. num. 1. & ibi Caſtr. num. 5. ff. de cond. & dem. Imol. in l. Iulianus. 15. in fi. ff. de her. inſt. Caſtr. in l. 3. num. 3. C. de codic. & in l. ſi pluribus. 33. num. 3. ff. de leg. primo. Alex. in d. l. ſi Fortidianum. 7. num. 2. verſ. certè C. de legat. & conſ. 169. num. 2. vol. 5. Gabr. conſ. 110. num. 1. vol. 1. vbi teſtatur, hanc eſſe magis communem, Gomez. tom. 1. varia. reſol. cap. 10. num. 24. verſ. Nec obſtat. Craſſ. in d. §. legatum q. 80. num. 2. vbi ait, hanc eſſe receptiorem. Mouentur autem, vt ita ſentiant

Primo l. ſi pluribus. 33. in prin. ff. de leg. primo vbi Paulus, *Si pluribus eadem res legata fuerit ſeparatim*, inquit, *ſi quidem euidentiſſimè apparuit, ademptione à primo legatario facta ad ſecundum legatarium teſtatorem conuolaſſe, ſolum poſteriorem ad legatum peruenire placet; Sin hoc minimè apparere poteſt, pro virili portione ad legatū*
14 *omnes venire*. Itaque vult, † non aliter induci ademptionem, quam, ſi euidentiſſimè appareat, talem fuiſſe mentem teſtatoris: Non poteſt autem dici, euidentiſſimè apparere de tali voluntate ex eo ſolo, quod poſterior diſpoſitio facta ſit ſub præcedentis commemoratione, tametſi demonſtratiua, quia euidentiſſimè apparere dicitur illud, quod verbis expreſſum eſt, vt not. in l. quoties 9. §. ſi duo, vbi Bart. ff. de her. inſt. & verbis non poteſt dici expreſſa adēptio, de qua teſtator non eſt locutus. Non debet igitur ob demōſtratiuā cō memorationem cenſeri facta legati ademptio.

Secundo mouentur l. triplici 142. §. vlt. ff. de verb. ſign. vbi Paulus, *Lucius Titius ex parte dimidia heres eſto*, inquit, *Seius ex parte, qua Lucium Titium inſtitui, heres eſto, Sempronius ex parte dimidia heres eſto, Iulianus dubitari poſſe ait, an tres ſemiſſes facti ſint; an Titius in eundē ſemiſſem cum Caio Seio inſtitutus ſit, ſed eo, quod Sempronius quoq; ex parte dimidia ſcriptus eſt, veriſimilius eſſe, in eundem ſemiſſem duas coactos, &*
15 *coniunctim heredes ſcriptos eſſe*. Hæc † inſtitutio Sei facta fuit ſub commemoratione præcedentis inſtitutionis, & quidem demōſtratiua, quia non dixit teſtator, ex eadem parte, ſed, ex parte ſimpliciter, & tamen nō inducitur adēptio in perſona Titij, ſed coniunctio. Ergo verum eſt, in dubio per commemorationē demonſtratiuam ademptionem non induci.

Verum his non obſtantibus contrariā ſententiam veriorem arbitror, induci ſcilicet adēptionem totius legati, ſi poſterius fiat ſub prio
16 ris commemoratione demonſtratiua. † Quæ fuit ſententia Dini, quē ſequuntur Petr. de Beſut. in d. l. re coniunctis, num. 18. & ibi Crott. num. 10. verſ. contrariam, Polit. num. 9. Alcia. nu. 9. Eiuſdē ſententiæ fuit Cin. in d. l. ſi Fortidianum 7. C. de legat. quem ibi ſequuntur Fulg. & Bald. num. 1. Imol. (licet ſub dubio) in l. quod traditum. 89. ff. de cond. & dem. Port. in d. §. ſi eadē nu. 9. & ibi Balduí. nu. 25. Inſt. de lega. Iaſ. in d. l. ſi pluribus. 33. nu. 3. & 4. ff. de leg. primo, Ant. Fum. de coniunct. cap. 1. nu. 7. Alcia. lib. 7. Parerg. cap. 8. & in d. l. triplici 142. nu. 13 ff. de verb ſign. Mātic. de con. vlt. vol. d. lib. 12. tit. 4. nu. 7. in fi. & nu. 10. Maſcard. de probat. d. concl. 1286. nu. 47. & 80. Men. d. lib. 4. præſ. 173. nu. 9. & ſeqq. Couar. in d. rub. de teſta. part. 2. nu. 12. Viu. deciſ. 337. nu. 1. Duar. lib. 1. de Iur. acc. cap. 7. Balduí. in §. 1. nu. 10. Inſt. de adēpt. leg. And. Fach. lib. 5. contr. cap. 52. Probatur aūt
17 Primo l. ſicut. 5. ff. de adim. leg. vbi Caius † *Sicut adimi legatum poteſt*, inquit, *ita, & ad alium transferri, veluti, hoc modo quod Titio legaui, id Seio do lego, quæ res in perſona Titij tacitam adēptionem continet*. Id ipſum ſcribitur in §. 1. Inſt.
18 eod. vbi Iuſtinianus, † *Transferri quoq; legatū ab alio ad alium poteſt*, inquit, *veluti, ſi quis ita dixerit, hominē Stichū, quē Titio legaui, Seio do lego ſiue in eodē teſtamēto, ſiue ī codicillis hoc fecerit, quo caſu ſimul, & Titio adimi videtur, & Seio dari*.

Nec eſt, quod aliquis reſpondeat, adimi quidem legatum, ſed pro parte, non in totum,
19 † Quomodo reſpondent gl. in d. l. ſicut, in verb. ademptionem, & ibi Bart. Io. Gaud. in d. l. re coniuncti, num. 15. Gabr. d. conſ. 110. num. 1. vol. 1. Craſſ. in d. § legatum, q. 80. nu. 2. quia præter id, quod huiuſmodi reſponſio violat textum,
20 † vt aiunt Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 26. & ibi Crott. nu. 10. in fi. Polit. nu. 9. AEm. Ferr. nu. 40. Iaſ. in d. l. ſi pluribus. 33. nu. 3 ff. de leg. pri. Alciat. in d. l. triplici. 142. nu. 13. Men. d. præſ. 173. nu. 12. conuincitur etiam falſa ex eo, quia, ſi induceretur coniunctio, non rectè dici poſſet, etiam pro parte facta ademptio: nā, quoties per poſterius legatum prius, etiam pro parte adimitū, non cenſentur legatarij re cōiuncti, nec inter eos ius accreſcēdi, aut nō decreſcendi cōſide-
21 rari poteſt † l. cum quæſtio. 23. in prin. & ibi Caſt. nu. 3. verſ. in text. ibi, & Alex nu. 3. C. de legat. Cū igitur fateantur opinionis cōtrariæ ſectatores per cōmemorationem demōſtratiuam realē induci coniunctionem, conſequens eſt, vt nō rectè dicatur ab ijs prius legatū ꝑ parte adēptū.
22 Deinde verò, cum dicitur † in d. l. ſicut legatum adimi, totum intelligi legatum, nō verò partem, multipliciter probari poteſt, &

Primo, quia oratio indefinita æquipollet
23 vniuerſali † l. ſi plures 96. ff. de leg. 3. & appella-
24 tione rei tota res intelligitur † l. ſtipulatio 21. §. vlt. ff. de op. nou. nunt. & ſcribunt Ruin. conſ. 206. nu. 17. vol. 2. & conſ. 110. nu. 4. vol. 5. Dec. in l. id, quod noſtrum. 11. nu. 8 ff. de reg. iur. Roll. cōſ. 61. nu. 5. vol. 3. Cū igitur dicat Caius, adimi legatū, cōſequens eſt, vt totū legatū adimi cēſeatū.

Secundo probatur, quia tranſlatio, quæ fit per relatiuum, in totum intelligitur, non pro
25 parte, † vt, cum dico, Quod Titium dare damnaui, Seius dānas eſto dare; Totū enim onus cenſetur a Titio in Seium tranſlatum l. translatio. 6. verſ. nam, cum dico ff. de adim. lega. quia relatiui natura eſt, vt totum includat antece-
26 dens, non verò partem † l. Stichum, qui meus. 6. ff. de leg. primo, & ſcribunt Petr. de Beſut. in d. l. re coniuncti, nu. 19. verſ. 2. & ibi Crott. nu. 12. Alcia. d. lib. 7. Parerg. cap. 8. Balduí. in d. §. 1. num. 10. Inſt. de adempt. legat. Men. d. præſ. 173. num 11.

Tertio probat hoc ipſum §. 1. Inſt. de adēpt.
27 legat. iuncto prin. nam, † cum in prin. dictum ſit adimi legatum, ſi teſtator ita dixerit, non do, non lego, & talis ademptio intelligatur in totū, nō pro parte, deinde in §. 1. ſubijciatur adimi quoq; legatū per trāſlationem, cū ſcilicet legatur Seio, quod Titio datū eſt, conſequēs eſt, vt, & huiuſmodi ademptio in totum intelligatur, quoniam illa dictio, quoq. eſt implicatiua, & implicat eundem modum, qui in præcedentibus expreſſus eſt. Ita arguunt Crott. in d. l. re cōiūcti, nu. 11. & Men. d. præſ. 173. n. 13.

Quarto

Quartò fortiſſimum huius partis argumen-
tum ducitur ex d.l. trāſlatio. 6. in prin. ff. de adim.
28 leg. Vbi Paulus, † Tranſlatio legati fit quatuor
modis, inquit, aut enim a perſona in perſonam
transfertur, aut ab eo, qui dare iuſſus eſt, trans-
fertur, vt alius det, aut, cum res pro re datur,
vt pro fundo decem aurei, aut, quod purè da-
tum eſt, transfertur ſub conditione: nam ex
his verbis ita argumentor. Vna determinatio
reſpiciens plura determinabilia debet ea pa-
29 riſormiter determinare. † l. iam hoc iure. 4. ff. de
vulg. l. quamuis. 4. C. de impub. & al. ſub. Sed
tranſlatio legati eſt vna determinatio, quæ
reſpicit quatuor determinabilia, nempè qua-
tuor modos, quibus legatum trāſferri poteſt.
Ergo debet eos pari modo determinare. At-
qui tres poſtremos modos ita determinat, vt
in ijs tranſlatio in totum facta intelligatur,
vti conſtat ex verſ. ſed, ſi id, & declarat Crott.
in d.l. re coniuncti, num. 12. Ergo debet eodem
modo determinare primum, quando ſcilicet
tranſlatio fit de perſona in perſonam, vt, &
ipſa in totū, nō pro parte facta intelligatur.
Ex quibus intelligimus, non eſſe veram
ſentētiam gl. & aliorum exiſtimantiū, adem-
ptionem, quę fit per commemorationem de-
monſtratiuam. in d.l. ſicut, & in d. §. 1. fieri pro
parte, non in totum.
Minus eſt vera ſententia exiſtimantium,
locos prædictos ita intelligi debere, vt ita de-
mum per commemorationem transferatur
prius legatum in poſterius, ſi conſtet hanc
fuiſſe mentem teſtatoris. Coeterùm in du-
bio cenſeri potiùs, eos voluiſſe coniungere
30 † iuxta d.l. ſi pluribus. 33. ff. de leg. 1. Quomodo
declarant gl. in d.l. ſicut, in verb. ademptionem,
& ibi Bart. Papien. in form. lib. quo ag. ex ſubſt.
in verb. breuilocè, num. 34. Port. in d. § ſi eadem
num. 9. & 16. Vueſemb. num. 1. Inſt. de legat. Iaſ.
in d.l. cum quæſtio. 23. in prin. num. 2. verſ. in 7.
parte C. de legat. Æm. Ferr. in d.l. re coniuncti,
num. 43. Gomez. d. tom. 1. varia. reſol. cap. 10. nu.
24. verſ. vel 3. vbi teſtatur, hanc eſſe communem,
Mantic. de con. vlt. vol. d. lib. 9. tit. 8. num. 4. &
Maſcard. de probat. d. concl. 1286. numer. 5. quia
verius eſt, imo conſtare de voluntate teſtato-
ris eo ipſo, quod poſterius legatum fecit ſub
prioris commemoratione demonſtratiua,
31 † vt ſcribunt Ant. Fum. de coniunct. d. cap. 1. nu.
6. & 7. Men. d. præſ. 173. num. 17. verſ. verum, &
Andr. Fach. d. lib. 5. controu. cap. 52. Nec enim
aliam, aut Caius, aut Iuſtinianus requirit vo-
luntatis probationem. in d.l. ſicut, & d. §. 1. prę-
ter eam, quæ colligitur ex verbis legatum
transferentibus, ideſt, ex prioris legati com-
memoratione demonſtratiua. Omnimodo
igitur ſententia Dini probatur. d.l. ſicut, &
d. §. 1.
Secundò probatur. l. non ad ea. 83. ff. de cond.
32 & dem. vbi Valens † Niſi, inquit, cum comme-
moratione ſuperioris legati poſterius ſcriptum
fuerit, veluti, Stichum, quem illi legaui, hæres
meus ei, ſi illud factum erit dato: Tunc enim
reuocandi animo præſens legatum, & ſub con-
ditione dandi ita ſcripſiſſe videbitur.
Nec eſt, quod reſpondeas, hoc procedere,
ſi poſterius legatum fiat eidem legatario, cui
33 fuerat relictum prius, ſecus, ſi alij, † Quomodo
reſpondent Bart. in d.l. re coniuncti, num. 2. & ibi
Æmil. Ferr. num. 44. Io. Gaul. num. 15. Bart. in
d.l. ſicut. in fi. & in l. quod traditum. 89. num. 1.
& ibi Caſtr. num. 5. ff. de cond. & dem. Imol. in d.
l. Iulianus. 15. in fin. ff. de hær. inſt. Caſtr. in d.l. ſi
pluribus. 33. nu. 3. ff. de leg. 1. Alex. in d.l. ſi For-
tidianum 7. num. 2. C. de legat. Gomez d. tom. 1.
variar. reſol. cap. 10. nu. 24. verſ. Nec obſtat, quia
verius eſt, in hac materia nullam eſſe diffe-
rentiam, vtrum prius legatum in eundem
34 transferatur, an verò in alium. † vti conſtat ex
d.l. tranſlatio, & ſcribunt Iaſ. in d.l. re coniuncti,
num. 31. & ibi Polit. num. 15.
Non diſtinguo autem, vtrum poſterior diſ-
poſitio facta ſit in eadem voluntate, an verò
in diuerſa, quaſi priore caſu non cenſeatur
per demōſtratiuam commemorationem fa-
35 cta ademptio, poſteriore verò contra, † Quo-
modo diſtinguit Caſtr. in d.l. ſi Fortidianum. 7.
num. 1. quem probant Crott. in d.l. re coniuncti,
num. 8. verſ. tenendo, & Men. d. præſ. 173. num.
5. quia verius eſt induci ademptionem vtro-
36 que caſu, † vt probant in d. §. 1. Inſt. de ademp.
leg. illa verba, ſiue in eodem teſtamento, ſiue in
codicillis hoc fecerit. Quamobrem ſupradictam
37 diſtinctionem † non immerito Alex. in d.l. ſi
Fortidianum, num. 2. & conſ. 169. num. 3. vol. 5.
& alij pleriq; reprobarunt.
Minus diſtinguo, vtrum facta ſit inconti-
38 nenti, an verò ex interuallo, † Quomodo poſt
Aret. & Cum. diſtinguunt Crott. in d.l. re coniun-
cti, num. 9. Men. d. præſ. 173. num. 7. & Hoto. in
d. §. ſi eadem, Enunt. 1. Inſt. de leg. quia, quod
dicitur, teſtatorem non cenſeri voluiſſe mu-
tare voluntatem, quoties diſponit inconti-
nenti, ſecùs verò, quoties ex interuallo, pro-
39 cedit, † quando poſterior diſpoſitio fuit facta
ſimpliciter. Coeterùm, quando fuit facta
ſub prioris commemoratione demonſtrati-
ua, verius eſt, indiſtinctè cenſeri teſtatorem
à priore voluntate receſſiſſe, vt apertè pro-
bat. d.l. non ad ea, quam malè ad comproban-
dam ſupradictam diſtinctionem adduxit Me-
40 noch. d. præſ. 173. num. 5. Ita enim in ea † ſcri-
bit valens, Quod ſi purè legatum, ex continenti
hæres ſub conditione damnatus, aut rogatus eſt
dare, perinde eſt, ac ſi iuncta ſubiecta ſcriptura
idem legatum eſſet, vel, vt præſens vindicari, ſi
hoc voluerit legatarius, vel, cum conditio extite-
rit, ab hærede peti poſſit, niſi cum commemora-
tione ſuperioris legati poſterius ſcriptum fuerit,
veluti, Stichum, quem illi legaui, hæris meus ei,
ſi illud factum erit, dato: Tunc enim reuocan-
di animo præſens legatum, & ſub conditione
dandi ita ſcripſiſſe videbitur. Itaq; quod priùs
ſcripſit, non cenſeri reuocatum legatum, ſi
poſterius ex continenti factum ſit, limitat, ſi
ſit factum ſub commemoratione demonſtra-
tiua. Ergo vult huiuſmodi commemoratio-
nem inducere legati ademptionem, etiamſi
poſterius incontinenti factum ſit. Et ita in
ſpecie præcedentem diſtinctionem reprobat Iaſ. in
d.l. ſi pluribus. 33. num. 4. ff. de leg. 1.
Denique non diſtinguo, vtrum comme-
moratio ſit aduerſatiua, an verò continuati-
ua, quaſi priore caſu inducatur ademptio,
41 poſteriore verò coniunctio, † Quomodo diſtin-
guunt Ang. in d.l. ſi Fortidianum. 7. & ibi Caſtr.
num. 1. C. de legat. Crott. in d.l. re coniuncti, num.
7. verſ. ſecundus caſus, & Men. d. præſ. 173. num.
4. Authorem huius opinionis laudantes Bald. in
42 d.l. ſi Fortidianum. num. 1. quia, † licet verum

ſit,

ſit, non induci ademptionem, ſi commemo-
ratio ſit continuatiua, ſcilicet, quia talis cō-
memoratio effectu eſt repetitiua. per quam
ademptionem non induci ſupra demonſtra-
uimus, falſum tamen eſt, per commemora-
tionem aduerſatiuam indiſtinctè induci le-
gati ademptionem: nam aduerſatiua com-
memoratio, interdum eſt repetitiua, vt, cum
teſtator ait, fundum autem, quem Titio le-
gaui, lego etiam Sempronio, quo caſu nemo
rectè dixerit, ademptionem induci; Inter-
dum verò eſt demonſtratiua, vt, cum ait,
fundum autem, quem Titio legaui, lego
Sempronio, Et tūc verum eſt, ademptionem
induci. Itaque effectu veritas huius rei pen-
det à diſtinctione, quam retulimus in ſecun-
do, & tertio caſu, &, quæ plenior eſt, quam
ſit hæc poſtrema: nam poteſt commemora-
tio demōſtratiua fieri, vel per aduerſatiuam,
vel etiam ſine, vt, cum ait teſtator, fundum,
quem Titio legaui, lego Sempronio. *d. l. ſicut,
& d. §. 1. Et animaduertit Alex. in d. l. ſi Forti-
dianum, num.* 2. Planè, ſi appellatione com-
memorationis aduerſatiuæ intelligamus eā,
quæ demonſtratiua eſt, & appellatione com-
memorationis continuatiuæ intelligamus re-
43 petitiuam, † Quomodo intellexit Baldus *in
d. l. ſi Fortidianum, num.* 1. qui loquitur de cō-
memoratione facta hoc modo, Quod Titio
legaui, Seio lego, quæ verè eſt demonſtrati-
ua, licet veniat aduerſatiuè reſpectu diſpoſi-
tionis, vera erit diſtinctio, & eadem effectu
cum diſtinctione, quam nos ſecuti ſumus. Sed
non eſt intelligendus Baldus de commemo-
ratione aduerſatiua reſpectu verborum, id eſt,
de ea, quæ fit per dictionem, autem, vel ſi-
44 milem, † *Quomodo eum Caſtr. ibi, & alij paſſim
intellexerunt*, † quia hoc modo intelligendo
procederent ea, quæ ſupra diximus. Vera eſt
igitur indiſtinctè ſententia Dini.

Cui non aduerſantur contraria argumen-
ta: nam ad primum reſpondeo, imo dici eui-
dentiſſimè conſtare de voluntate teſtatoris
ex eo, quod poſterius legatum fecit ſub prio-
45 ris commemoratione demonſtratiua, † *vt
ſcribunt Crott. in d. l. re coniuncti, num.* 13. *Ant.
Fum. de coniun. d. cap. 1. num. 7. Menoch. d. præſ.
173. num. 17. verſ. verum. Andr. Fach. lib. 5. con-
trou. cap.* 52. quod, vel ex eo intelligimus, quia
euidentiſſimè conſtare dicitur id, quod ex vi,
46 & natura verborum colligitur. † *l. Labeo. 7. ff.
de ſupp. legat.* Sed hæc voluntas adimendi to-
tū legatū colligitur ex vi, & natura verborū,
nempè ex natura relatiui, quæ, vt diximus,
eſt, vt totam referat ſubſtantiam, remque
proinde totam in poſteriorem diſpoſitionem
transfundat. Dicitur ergo de tali voluntate
adimendi conſtare euidentiſſimè. Et ſanè
47 tunc dicimus, rem eſſe dubiam, cum † teſta-
tor ſimpliciter legauit ſecundo, id eſt, nulla
prioris legati commemoratione facta; nam,
quia ignoramus, an id fecerit non recordatus
prioris diſpoſitionis, an verò potiùs, quia rem
voluerit adimere primo, & in ſecundum
transferre, ideo, tamquam in re dubia ſole-
mus inducere coniunctionem, & concurſum
legatariorum, *Et ita procedit d. l. ſi pluribus. 33.
ff. de leg. primo.* Cœterùm, cum poſterius lega-
tum factum eſt ſub prioris commemoratio-
ne demonſtratiua, nec dubia res dici poteſt,
nec negari, quin teſtator voluerit, & primū
legatum adimere, & in ſecundum transferre.

Ad ſecundum verò reſpondent pleriq; in
hoc differre legatum ab hæreditate, quod per
commemorationem demonſtratiuam indu-
catur quidem ademptio legati *d. l. ſicut*, ſed
48 non hæreditatis *d. l. triplici.* † *Ita reſpondent Iaſ.
in d. l. ſi pluribus num. 5. Crott. in d. l. re coniuncti,
num. 12. verſ. & tenendo, Gomez. d. tom. 1. varia.
reſol. cap. 10. num. 24 verſ. nec obſtat, Mantic. d.
lib. 12. tit. 4. num. 5. Menoch. d. præſ. 173. num.
22. Nec improbat Polit. in d. l. re coniuncti, num.
10. verſ. quidam dicunt*, quæ ſententia videtur
ex eo poſſe confirmari, quia diſcrimen hoc
49 etiam in eiuſdem perſona conſtituitur † *vti
videre eſt apud gl. in l. ſi te ſolum. 27. in verb. ſe-
quentem inſtitutionem ff. de hæred. inſtit. Caſtr.
in d. l. quod traditum. 86. nu. 1. ff. de cond. & dem.
Iaſ. in d. l. re coniuncti, num.* 25. nam per ſequē-
tem inſtitutionem in eiuſdem perſona factā
nec adimitur, nec transfertur hæreditas de
50 eodem in eundem † *d. l. ſi te ſolum. 27. ff. de hær.
inſt.* & tamen adimitur, & transfertur legatū
51 † *d. l. quod traditum. 89. & d. l. non ad ea. 88. ff. de
cond. & dem.* Ergo videtur etiā hoc diſcrimen
ſeruandum in ea translatione, quæ fit de vno
in alium, quippe, quæ pari cum præcedenti
52 paſſu ambulat † *d. l. translatio. 6. ff. de ad. leg.*

Huius autem diuerſitatis hanc afferunt ra-
53 tionem, quia † hæreditas tacitè auferri non
54 poteſt, legatum verò poteſt † *l ex parte. 22. ff.
de adim. leg.* Cum igitur ademptio, quæ fit per
55 translationem, ſit tacita, non expreſſa † *d. l.
ſicut. 5. ff. eo. & ſcribunt Theoph. in d. §. 1. Inſt.
eod. Bart. in d. l. ſicut, Mantic. d. lib. 12. tit. 4. num.
4. Viu. d. deciſ. 337. num* 1. conſequens eſt, vt
per eam legatum adimi poſſit, hæreditas ve-
rò non poſſit.

Verum his non obſtantibus veriorem eſſe
puto ſententiam exiſtimantium, in hac re
nihil eſſe diſcriminis inter legatum, & hære-
ditatem, & vtroq; caſu induci ademptionem,
ſi poſterior diſpoſitio fiat ſub prioris com-
memoratione demonſtratiua, puta, ſi teſtator
dicat, partem hæreditatis, quam reliqui Ca-
56 io, relinquo Sempronio. † *Ita enim cenſuerunt
Petr. de Bellu. in d. l. re coniuncti, num. 18. & ibi
Alcia. num. 9. Ant. Fum. de coniunct. d. cap. 1. nu.
6. Alcia. in d. l. triplici. 142. num. 13. & d. lib. 7. Pa-
rerg. cap. 8. Couar. in d. rub. De teſta. part. 2. num.
12. Duar. d. lib. 1. de Iur. accr. cap. 12.*

Moueor autem, quia per translationem
57 ita aufertur hæreditas, vt legatum † *d. l. cum
quæſtio 23. in fin. prin. C. de legat. l. ſi ita ſcriptum.
47 ff. de hæred. inſt.* cum ea, quæ dicuntur de le-
gato, dicantur, & de hæreditate, & contra,
58 † *l. Titius. & Seius 24. cum 2. ll. ſeqq. ff. de hæred.
inſt. d. l. cum quæſtio 23. C. de legat. l. hæc ſcriptu-
ra. 26. §. vlt. ff. de cond. & dem l. quidam. 6. §. vlt.
cum 2. ll. ſeqq. ff. de reb. dub.* Sed, quando teſta-
tor ita loquitur, Quod Seio legaui, lego Sem-
pronio, per translationem totum Seio lega-
tum aufert, *vt ſupra demonſtrauimus.* Ergo, &,
cum ita loquitur, partem hæreditatis, quam
dedi Seio, do Sempronio, cenſendus erit totā
partem ademiſſe Seio, & in Sempronium
tranſtuliſſe.

Nec obſtat *l. triplici. 142. § fin ff. de verb ſign.*
59 quia reſpondeo primo, † commemorationē
ibi non eſſe inutilem, etiamſi non inducat
ademptio-

ademptionem, quia operatur, vt vocatus in
ſecunda diſpoſitione cenſeatur in vnam par-
tem cum primo coactus, in quam non coge-
retur, ſi poſterior diſpoſitio fuiſſet facta ſim-
pliciter, ideoq; non debere inducere adem-
ptionem, quia, cum hæc ſit odioſa, non eſt in-
ducenda, niſi verba aliud operari nequeant.
At in legato commemoratio eſſet inutilis,
niſi induceret ademptionem, quia ad indu-
cendum concurſum, ſeu coniunctionem rea
lem non eſt neceſſaria commemoratio, cum
ea induci poſſit, etiam per ſimplicem diſpoſi-
tionem, *vt diximus in primo caſu. Ita poſt Fulg.
reſpondet Iaſ. in d. l. ſi pluribus. 33. num. 5. ff. de
leg. primo.*

Secundo reſpondeo, in ſpecie *d. l. triplici, §.
fin.* ſubaudiendam eſſe dictionem, eadem,
60 quia Paulus ibi † refert ſpeciem tractatam à
Iuliano, in qua teſtator dixerat, ex eadem hę-
res eſto, *vti conſtat ex d. l. Iulianus. 15. ff. de hær.
inſt.* & ideo neceſſariò intelligendus eſt, iux-
ta terminos ſpeciei à Iuliano propoſitæ, & ex
ea ſupplendus.

Tertio reſpondeo, commemorationem fa-
ctam in ſpecie *d. l. triplici*, non eſſe demonſtra-
61 tiuam, ſed repetitiuam: † nam dixerat teſta-
tor, Seius ex parte, qua Lucium Titium inſti-
tui, hęres eſto, & dictio, ex, eſt implicatiua,
quemadmodum, & dictio, in, cœteræq; ſimi-
les. *Ita reſpondent Petr. de Biſu. in d. l. re con-
iuncti, num. 18. & ibi Polit. num. 18. Alciat. num.
9. Ant. Fum. de coniunct. d. cap. 1. num. 7. Alciat.
in d. l. triplici, num. 13. Couar. in d. rub. de teſta.
part. 2. num. 12. Duar. d. lib. 1. de Iur. accr. cap. 7.
Balduin in d. § ſi eadem num. 25. Inſt. de legat.
Maſcard. de probat. d. concl. 1285. num. 47.*

Nec obſtat, quod hæreditas difficiliùs au-
feratur, quam legatum *d. l. ex parte. 22. ff. de
62 adim. leg.* quia reſpondeo, id procedere, † ſi
ademptio fiat extra ſolemne teſtamentum,
aut ſine diſpoſitione teſtatoris. Cœterùm, ſi
in teſtamento ſolemni, & ex teſtatoris diſpo
ſitione, quomodo fit, quando hæreditas de
perſona in perſonam transfertur, verius eſt,
ita facilè adimi hæreditatem, vt legatum
63 † *l. 2. ff. de iniuſt. rup. d. l. cum quæſtio. 23. in prin.
C. de legat. & ſcribunt Bart. in d. l. re coniuncti,
num. 2. & ibi Io. Gaud. num. 17. Æm. Firr nu.
40. Iaſ. in l planè. 34. §. ſi coniunctim, num. 26 ff.
de leg. primo.*

Nec eſt, quod obijcias, ita demum hoc ve-
rum eſſe, ſi ademptio ſit expreſſa, ſecus ſi taci-
64 ta, † *vt ait Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 25. & vi-
detur probari l. 1. §. ſed conſulto, iuncto §. ſi hære-
ditatis ff. de his, quæ in teſta. delent.* quia reſpon-
65 deo diſtinguendo: † Aut enim voluntas te-
ſtatoris eſt omnino tacita puta, quia non col-
ligatur ex aliquo actu teſtamentario, & fa-
teor per talem voluntatem non poſſe hęredi-
tatem auferri. Et ita accipienda eſt *d. l. 1. §. ſi
66 hęreditatis ff. de his, quæ in teſt. del.* dum ait † datã
hæreditatem non facilè adimi poſſe. Aut ve-
rò teſtatoris voluntas colligitur ex aliquo
actu, ſiue diſpoſitione teſtatoris, quæ per an-
tecedens, aut conſequens neceſſarium conti-
net hæreditatis ademptionem, Et tunc verius
eſt, etiam tacitè poſſe hæreditatem auferri,
quod, vel ex eo intelligimus, quia omnis
ademptio, quæ fit per tranſlationem, tacita
eſt *d. l. ſicut, 5. ff. de adim. leg.* & tamen etiam per
67 tranſlationem hæreditas auferri poteſt † *d. l. ſi
ita ſcriptum. 47. in prin. ff. de hęr. inſt. d. l. cum quę-
ſtio. 23. in prin C. de legat.* Ergo poteſt etiam ta-
citè hæreditas auferri. Sed hoc ideo fit, quia
ademptio, quæ fit per tranſlationem, dicitur
quidem tacita ratione verborum, quia non
dixit teſtator non do, non relinquo, ſed tamẽ
non eſt omnino tacita, quia prouenit ex te-
ſtatoris facto, quod per antecedens neceſſa-
rium continet ademptionem, ſcilicet, quia, ſi
vult ſecundum habere, non poteſt non velle
adimere primo, & ideo dicitur tacita, quo ad
verba, ſed expreſſa, quo ad mẽtem, & factum
68 ipſum, † *vt eleganter explicat Couar. in d. rubr.
de teſtam. part. 2. num. 12.*

Deniq; non obſtat, quod hæreditas non ita
facilè de eodem in eundem transferatur, vt
legatum, quia contrarium eſſe verius, patet
ex iis, quæ diximus *ſupra num. 57. & ſeqq.* Nec
obſtat *l. ſi te ſolum* quia (*vt Io. Gaud. in d. l. re
coniuncti, num. 19. & aliorum ſolutionis omiſsã*)
69 reſpondeo, ſecundam inſtitutionem ibi † non
fuiſſe factam ſub commemoratione primæ,
ſed ſimpliciter, quo caſu, ne legati quidem in-
ducitur ademptio *d. l. non ad ea*. Cœterum, ſi
ſub commemoratione fiat, magis eſt, vt hæ-
reditas non minus, quam legatum de eodem
in eundem transferatur, *ſecundum ea, quę ſupra
diximus.*

Ex quibus intelligimus, veriſſimam eſſe
ſententiam exiſtimantium, ſiue ſit legatum,
ſiue hæreditas, eius ademptionem in totum
induci, ſi poſterior diſpoſitio fiat ſub prioris
commemoratione demonſtratiua. Et hoc eſt
quartum requiſitum.

S V M M A R I V M.

1 *Coniuncti re, vt aliqui dicantur, debent ad ean-
dem rem vocari ſeparatim, id eſt, diuerſis
orationibus.*
2 *Coniuncti re dicuntur diſiuncti, & ſeparati, &
cur, num. 4.*
3 *Diſiunctim, & ſeparatim diſponere dicitur, qui re
coniungit, & cur, num. 4.*
5 *Separatim quibus caſibus eadem res cenſeatur re-
licta & num. ſeqq.*
6 *Coniuncti re dicuntur, qui ad eandem rem vocã-
tur etiam ex diuerſis eiuſdem hominis diſpoſi-
tionibus, vt in exemplis, quæ ſubijciuntur, num.
ſeqq.*
7 *Miles poteſt decedere cum duobus, aut pluribus
teſtamentis.*
8 *Coniuncti re dicuntur legatarij, quibus eadem
res eſt legata, ſi vni ſit relicta in teſtamento pa-
tris, alteri vero in teſtamento filij.*
9 *Coniuncti re dicuntur legatarij quibus eadem res
eſt legata ſi vni ſit relicta in teſtamento, alteri
vero in codicillis.*
10 *Coniuncti re dicuntur legatarij, qui vocantur ad
eandẽ rẽ ex diuerſis eiuſdem hominis codicillis.*
11 *Coniuncti re dicuntur, qui ſeparatim vocantur
ad eandem rem, etiam ex eodem teſtamento, vt
in exemplis, quæ ſubijciuntur num. ſeqq.*
12 *Coniuncti re dicuntur, quibus eadem res fuit
relicta in diuerſis partibus eiuſdem teſtamen-
ti.*
13 *Coniuncti re dicuntur, quibus eadem res fuit re-
licta in eadem parte teſtamenti, ſed in orationi-
bus perfectis.*

14 Con-

gatum verò domus hæredi relictum eſt ſpe-
ciale,& tamen in eiuſdem domus habitatio-
ne concurrunt legatarij. Ergo,licet vnum le-
gatum ſit generale, aliud verò ſpeciale, reſ-
pectu tamen habitationis,aut vſusfructus nõ
cenſebitur generali per ſpeciale derogatum,
ſed inducetur coniunctio. Concurrere autem
legatarios in habitatione domus, vel ex eo
intelligimus, quia, quoad Sempronium res
eſt clara,cum hoc perſpicuè dicat Scæuola.
Quo verò ad hæredem, cui domus fuerat præ
legata, ſuadetur ratione: Nam dubium non
eſt, quin ei debeatur legatum, quippe cum,
nec fuerit ademptum, nec vnquam per ge-
nus cenſeatur ſpeciei derogatum. Si debetur,
ergo vocatur hæres ad domum. Si ad domũ,
ergo, & ad eius habitationem: Domus enim
appellatio plenum ſignificat dominium, cui
etiam ineſt habitatio. Quæ, cùm ita ſint, non
poſſunt legatarij non dici ad eandem rem
concurrere.

Neq; obſtat, quod generi per ſpeciem de-
rogetur, quia reſpondeo, hoc procedere,
59 † quando genus,& ſpecies dicuntur vno, atq;
eodem reſpectu, ſecus verò, quando diuerſis,
vt ecce, quando teſtator vni legat omnes
ſeruos,alteri verò Stichum,quia genus,& ſpe-
cies dicuntur eodem reſpectu, nempe reſpe-
ctu dominij,ideo generi per ſpeciem deroga-
tur. At verò, cum vni legatur vſusfructus
omnium bonorum, alteri verò fundus, non
dicuntur genus, & ſpecies eodem reſpectu,
ſed diuerſis: nam genus dicitur reſpectu vſus-
fructus,ſpecies verò reſpectu dominij,& ideo
generi per ſpeciem non derogatur. *Ita reſpon-
dent Bart.in d.l.quæſitum.12.§.fin. num. 15. ff.
de fund.inſtr.in d.l.Sempronio.33.num. 1 ff. de
vſufr leg.Bald.in l. vlt.§.1. num. 20.C. comm. de
legat.Pic.in d.l.Titia.35.§.Titia, num. 88.ff. de
leg.2.Soc.Sen.conſ.1. num. 14. vol.4. Ruin. conſ.
40.num.8.& conſ.190.num.11. vol.2. Dec.conſ.
590.num.7.& in d.l.,in toto.80.num.14. verſ. &
iſta regula,ff.de reg. iur. Roll. conſ. 8.num. 37.
vol.2.Zanch.in d.l. hæredes mei. 57. §. cum ita,
part.5.num.98.Couar. d.lib. 2. var. reſol. cap. 2.
num.7.Mantic d.lib.9. tit. 6. num. 23. Men. d.
lib.4.præſ.140. num. 36.*

Hinc intelligimus, ſi vni legetur vſusfru-
ctus omnium bonorum, alteri verò vſusfru-
ctus vnius domus, aut fundi, quia genus, &
ſpecies dicuntur vno, atq; eodem reſpectu,
per ſpeciem generi cenſeri derogatum, &
60 ideo legatarios non eſſe re coniunctos. † *Ita
ſcribunt Bald.in d.l.vlt.§.1.num.20. C. comm.de
legat. Dec. d.conſil.590.num.8. Menoch.conſil.
141.num. 7. & 15. verſ. 6. & d.lib. 4.præſ.159.
num.6.verſ. extenditur.*

Denique non obſtat *l.ſi fideicommiſſorum
11. ff. vt in poſſ. leg.* quia reſpondeo legem
61 hanc † non pertinere ad quæſtionem propo-
ſitam: Loquimur enim de duobus legatis
eiuſdem rei, quorum vnum eſt generale, al-
terum verò ſpeciale, & quærimus, an per ſpe-
ciale cenſentur generali derogatum. At ve-
rò in lege contraria tractatur de duobus lega-
tis diuerſarum rerum: nam vnum eſt legatum
pecuniæ,alterum verò ſpeciei, ſed, quia lega-
tarius pecuniæ ſui legati ſeruandi cauſa fue-
rat miſſus in poſſeſſionem rerum hæredita-
riarum, & verò etiam ſpeciei alteri legatæ,
dubitatum eſt, an illa miſſio in poſſeſſionem
noceret alteri legatario, & ait Hermogenia-
nus, non nocere, nec ei denegandam eſſe ſo-
lidæ rei petitionem, ex quo, quia nihil ad de-
ciſionem propoſitæ quæſtionis elici poteſt,
ideo intelligimus, non obeſſe. *Ita reſpondent
Roll.d.conſ.8.in fin.vol.2. & Men.d. lib. 4.præſ.
140. num. 36.* Veriſſima igitur eſt ſententia
exiſtimantium,vſufructuarium omnium bo-
norum concurrere cum particularibus lega-
tarijs in vſufructu earum rerum,quæ ſingula-
riter illis relictæ ſunt. Et hoc eſt tertium re-
quiſitum.

S V M M A R I V M.

1 *Coniuncti re,vt aliqui dicantur, debent ad candẽ
rem poſſe concurrere, & num. 2. Declara, vt
num. 3. & 7.*
4 *Coniuncti re dicuntur etiam ij, quorum vni pu-
rè, alteri vero ſub conditione res eadem fuit
legata.*
5 *Coniuncti re dicuntur etiam ij, quibus eadem res
ſeparatim fuit ſub diuerſis conditionibus re-
licta.*
6 *Optione duobus legata realis inducitur cõiunctio,
ſi rem eandem eligant.*
8 *Vocati ad eandem rem, vt ad eam non poſſint cõ-
currere, quot ex cauſis fieri poſſit.*
9 *Vocati ordine ſucceſſiuo non ſunt re coniuncti, &
cur, num. 10.*

An ad inducendam realem con-iunctionem neceſſarium ſit, vt vocati poſſint ad eandem rem concurrere.

Quæſtio Vndecima.

QVartum ad inducendam realem
coniunctionem requiſitum eſt,
vt, non ſolum ad eandem rem
vocentur duo, vel plures, ſed
etiam, vt ita vocati poſſint (ſal-
tem ex voluntate teſtatoris) ad eandem rem
1 concurrere, † *vt ſcripſerunt Iaſ.in d. l. re con-
iuncti,num.60.& ibi Polit.num.2. Ant.Fum.de
coniunct.cap.1.num. 2. & 4.* Coeterùm, ſi non
poſſint, magis eſt, vt re coniuncti non cen-
2 ſeantur. † Non eſt autem neceſſe, vt poſſint
concurrere vno, atq; eodem tempore, ſed
3 ſufficit, ſi ſaltem diuerſis temporibus: † Nam,
ſi,verbi gratia, vni legetur fundus purè, alteri
verò ſub conditione, licet legatarij non poſ-
ſint concurrere vno,& eodem tempore, ſcili-
cet, quia vnus ſtatim vocatur, alter verò
non, niſi poſt euentum conditionis, quia ta-
men ſaltem eueniente conditione concur-
4 rere poſſunt, ideo dicuntur re coniuncti. † *l.
ſi domino Stichus.102 ff.de leg. 1.iuncto.§.optio-
nis Inſt. de legat.l.plane 34.§.ſi coniunctim.verſ.
ſed, ſi in pupillari.ff.de leg. 1.l.ſi mihi purè 61.ff.
de leg.2.& ſcribunt Polit.in d.l.re coniuncti, nu.
20.& 33.& ibi Rip.num.42.verſ. Credo.* Idem
eſt, &, ſi duobus eadem res legetur ſub di-
uerſis conditionibus, *vt in l.ſi te ſolum.27.verſ.
ſed, ſi plures.ff.de hær.inſtit.* Nam,ſi vnius con-
ditio exiſtat, licet alterius poſſit non exiſtere
con-

Digitized by Google

conditio, & hoc modo ceſſare concurſus, ſi
tamen poſtea exiſtat, dicentur legatarij re
coniuncti, tamquam ij qui ad eandem rem,
tametſi diuerſis temporibus concurrunt.
5 †Quamobrem, & ſi duobus legetur optio ſer-
ui, & vnus Stichum eligat, licet alter poſſit
alium eligere, & ſic non cõcurrere in Sticho, ſi
tamen poſtea eundem Stichum eligat (quod
facere poteſt) erunt legatarij re coniuncti,
6 tamquam ad eandem rem concurrentes † *l. ſi
tibi. 8. §. vnius ff de opt. lega & ſcribit Polit. in d.
l. re coniunctis, num. 20. verſ. 12. Quam in rẽ fa-
ciunt etiam ea, quæ diximus in q. præced. num. 28.
& ſeqq.* Tunc igitur ſolum intelliguntur a rea
7 li coniunctione excluſi, cùm † nullo modo
poſſunt ad eandem rem concurrere, & ſibi
inuicem facere partes per cõcurſum, licet ad
eandem rem fuerint vocati, quod, qualiter
fieri poſſit, ſi quæramus, conſtat varijs, ſed po-
8 tiſſimum tribus ex cauſis † poſſe continge-
re, &

Primo, ſi vocatio ſit ſucceſſiua, ideſt, ſi
vnus poſt alium debeat admitti: nã tunc non
9 poſſunt vocati dici re coniuncti, † quia, licet
ad eandem rem fuerint vocati, puta ad ean-
dem hæreditatem, non tamen ad eandem rẽ
poſſunt concurrere, ſed quilibet ſuo tempore
10 rem inſolidum conſequitur, † quod, quando
reſpectu illorum, qui in diuerſis orationibus
vocati ſunt, contingat, ex ijs patebit, quæ di-
cemus *in hoc cap. q. 26. num. 1. & ſeqq.* vbi totã
hanc ſucceſſiuæ vocationis tractationem fu-
ſiùs exponemus.

SVMMARIVM.

1 *Coniuncti re non ſunt, quibus eadem res ita lega-
tur, vt quilibet eam inſolidum conſequatur, &
cur, num. 2.*
3 *Res, & æſtimatio rei ſunt diuerſæ.*
4 *Abſurdum eſt, minus cuiquam tribuere, quam
teſtator voluerit, Declara, vt numer. 31.
& 33.*
5 *Res eadem duobus inſolidum dari non poteſt,
Declara, vt num. 6.*
7 *Legata ſi diſiunctim fuerit eadem res duobus, vni
danda eſt res, alteri verò æſtimatio, Sed con
tra numer. 8. & 9. Declara, vt numer. 10. &
ſeqq.*
11 *Legata ſi fuerit eadem res duobus in duorum
teſtamentis, vni danda eſt res, alteri vero æſti-
matio, & cur, num. 12.*
12 *Coniunctionis ius non contingit ex diuerſis teſta-
mentis, Fallit, vt num. 13. & 15.*
14 *Teſtamentum patris, & filij pro vno reputa-
tur.*
16 *Codicilli ſunt pars teſtamenti.*
17 *Diſpoſita in codicillis perinde habentur, ac, ſi ſuiſ-
ſent diſpoſita in teſtamento.*
18 *Legata ſi fuerit eadem res duobus a diuerſis hære-
dibus, vni debetur res, alteri verò æſtimatio.*
19 *Legata ſi fuerit eadem res duobus a diuerſis hę-
redibus, perinde eſt, ac, ſi ſuiſſet relicta in duo-
rum teſtamentis.*
20 *Coniuncti re non ſunt, quibus a diuerſis hæredi-
bus eadem res relinquitur, & cur, num. 21. &
22. Fallit, vt num. 23.*
24 *Coniuncti re cenſentur legatarij, quorum
vni relinquitur eadem res ab inſtituto, alteri
verò a ſubſtituto vulgari, vel etiam pupillari,
vt num. 25.*
26 *Legata ſi fuerit eadem res duobus ea mente,
vt quilibet eam inſolidum conſequatur, vni
danda eſt res, alteri vero æſtimatio, Declara,
vt num. 27.*
28 *Legatas ſi fuerit eadem res duobus in dubio cen-
ſetur teſtator legatarios re coniungere, non
vero vni rem alteri æſtimationem relinque-
re.*
29 *Teſtator in dubio non cenſetur velle grauare hę-
redem duplici onere.*
30 *Teſtator in dubio cenſetur velle, eos, quibus ean-
dem rem relinquit, concurrere, & concurſu fa-
cere partes, non conſequi ſolidum, niſi aliud
probetur.*
32 *Poſterior voluntas derogat priori.*
34 *Æſtimatio rei legatę quando pręſtanda.*
35 *Declarantur l. non quocumq; 84. §. qui Caium,
ff. de leg. primo, l. qui duos 13. §. 1. ff. de leg. 2. &
l. duos ſeparatim 14. ff. de vſufru. leg. & num.
ſeqq.*
37 *Legata diſiunctim, ſi fuerit eadem res duobus
per damnationem, vni danda erat res, alteri
vero æſtimatio, ſecus ſi per vindicationem,
& cur, num 40 Sed hodiè contra, num. 42.*
38 *Declaratur l. vn. §. vbi autem legatarij, verſ. ſin
autem diſiunctim C. de cad. toll*
41 *Eadem res, ſi fuerat olim diſiunctim per fideicõ-
miſſum duobus relicta, vni danda erat res, al-
teri vero æſtimatio.*

An, & quando ex duobus eiuſdem rei legatarijs vni danda ſit res, alteri verò æſtimatio.

Quæſtio Duodecima.

SEcundo poteſt hoc euenire, ſi duo-
bus eadem res ita ſit legata, vt
quilibet eam inſolidum conſe-
quatur, quo caſu vni danda eſt
res, alteri verò æſtimatio, *vt dicemus infra
num. 16.* Nam tunc non poſſunt legatarij di-
ci re coniuncti, ſed omnimodo diſiuncti,
1 † *vt ſcripſerunt Bart. in d. l. re coniunctis, num.
8. & ibi Petr. de Beſu. num. 20. Iaſ. num. 60.
Crott. num. 25. & 26. in fin. Polit. num. 20. verſ.
3. Alciat. num. 11. verſ ſubijcit, Aemil. Ferr.
num. 12. verſicu. ſecundus caſus, & num. 17.
Io. Gaud. num 30. Port. in §. ſi eadem, num. 16.
& ibi Mynſ. num. 2. Inſtitut. de legat. Iaſ. in l. ſi
pluribus 32. num. 15. ff de legat. primo, Ang de
Gamb. de teſtam. gloſ. 41. num. 3. Ant Fum. de
coniun. cap. 1. num. 2. Craſſ. in §. Ius accreſcen-
di, quæſt. 5. num. 3. Duar. lib. 1. de Iur. accreſcen.
2 cap. 7.* quia, † licet ad eandem rem vocentur,
non tamen ad eandem rem concurrunt, ſed
quilibet inſolidum rem diuerſam conſequi-
tur, ideſt, vnus conſequitur rem, alter ve-
rò æſtimationem, quæ ſunt inter ſe diuerſæ
3 † *l. ſi res mihi. 20. ff de legat. 3. Et in ſpecie
declarant Petr. de Beſu. in d. l. re coniuncti.
num. 20. & ibi Aemil. Ferr. num. 12. verſ.
ſecundus caſus, Mynſ. in d. §. ſi eadem
numer. 2. Inſt. de legat.* Quamobrem dice-

te poſſumus, eos vocati ad eandem rem, ſi ſpectamus verba, ſed ad diuerſas, ſi ſpectamus effectum.

Verum hic magna naſcitur dubitatio: nam dicet aliquis, inde ſequi, nunquam dari realem coniunctionem, quia, quotieſcumque teſtator eandem rem duobus inſolidum relinquit, ſemper videtur vni danda res, alteri verò æſtimatio: Cum enim abſurdum ſit, minus cuiquam tribuere, quam teſtator reliquerit
4 rit † *l. facta. 63. § ſi ſub conditione, arguendo à contrario ſenſu ff. ad Treb.* & teſtator rem eandem duobus ſeparatim legando ſolidum ſingulis aſſignauerit *l. vn. §. vbi autẽ legatarij, verſ. ſin vero non omnes C. de cad. toll.* Conſequens videtur, vt ſolidum ſingulis dandum ſit, non verò partes.

Et, ſi dixeris, hoc non videri poſſibile, quia
5 res eadem duobus inſolidum dari nequit † *l. ſi vt certo. 5. §. ſi duobus vehiculum ff. comm. l. 3. §. ex contrario ff. de acquirend. poſſ.* videtur poſſe replicari, imo eſſe poſſibile, ſi non reſpectu
6 rei, ſaltem reſpectu æſtimationis † *l. ſi pluribus. 33. l. filiusf. 117. §. vlt. ff. de leg. primo, d. l. ſi res mihi. 20. ff de leg. 3.* Quinimo videtur hoc aper-
7 tè ſcribi † *in l. non quocumque. 84. §. qui Caium ff. de leg. primo, l. qui duos. 13. §. 1. ff. de leg. 2. l. duos ſeparatim. 14. ff. de vſufruct. legat.* vbi re duobus ſeparatim legata ſit talis interpretatio, vt vni debeatur res, alteri verò æſtimatio.

Verùm his non obſtantibus certi iuris eſt, eos qui ſeparatim ad eandem rem vocantur, regulariter eſſe re coniunctos, & concurſu facere partes, non verò ſingulos rem inſoli-
8 dum obtinere † *d. l. vnic. §. vbi autem legatarij, verſic. ſin autem diſiunctim C. de cad. toll. l. Titia textores 36. in prin. ff. de leg primo, d. § ſi eadem Inſtit. de legat. Et ſcribunt omnes. quos referemus infra num. 28. & 30.* Nec enim regulariter admittenda eſt auaritia legatariorum dicentium, vni dandam eſſe rem, alteri verò æſti-
9 mationem † *d. l. ſi pluribus. 33. ff. de leg. primo, d. l. vn. §. vbi autem legatarij, verſ. ſin autem diſiun-*
10 *ctim C. de cad. toll.* quia certis id tantum † caſibus admitti ſolet, quorum

Primus eſt, quando res eadem fuit duobus relicta in duorum teſtamentis: nam tunc vni
11 debetur res, alteri verò æſtimatio † *l. planè. 34. § ſi eadem ff. de leg. primo, l. Moeuius. 68. §. duorum ff. de leg 2. Harmen lib. 5. Iuris epit. titu. 10. cap. de imperfectis teſtamentis. Et ſcribunt Caſtrenſ in d. l. planè. 34. §. ſi coniunctim num. 6. ff. de legat. primo, Petr. de Beſu. in d. l. re coniuncti. num. 18. & ibi Polit. numer. 2.* Quo fit, vt ita vocati non cenſeantur re coniuncti, ſed omnimodo diſiuncti, quia ex diuerſis teſtamentis ius coniunctionis non con-
12 tingit † *l. ſi ſub conditione 16. in fin. ff. quib. mod. vſusfr. am. & ſcribunt Bart. in d. l. planè. 34. §. ſi coniunctim, in prin. verſ. opp. ad ſecundam, & ibi Imol. num. 2. Caſtrenſ. num. 6. Iaſ. num. 9. ff. de leg. primo, Bart in d. l. re coniuncti, num. 1. & ibi Petr. de Beſu. num. 18. Iaſ. num. 23. Rip. num. 43. Polit. num. 2. Io. Gaud. num. 72. Alciat. num. 9. Æmil. Ferr num. 35. Bart. in l. vlt num. 4 ff. de acq. hæred. Bald. in l. 1. num. 1. C. de teſta. mil. Caſtr. conſ 218. nu. 1. vol. 1. Cagn. in l. vn. nu. 61. verſ. ſed a præcedenti C. quand. non pet. part. Ant. Fum. de coniunct. cap. 12. numer. 4. Pereg. de fideic. artic. 9. numer. 9. Balduí. in d. §. ſi eadem, num. 4 & ibi Mynſ. num. 4. Inſt. de legat. Duar. lib. 1. de Iur. accreſcend cap. 5. & ad titu. ff de vulg. cap. 15. Donell. lib. 8. comm. cap. 21. Hoto. in §. igitur Enunt. 1. Inſt. de pupill.*

Planè, ſi res eadem vni legata ſit in teſtamento patris, alteri verò in teſtamento filij, quamquam videantur in duobus teſtamentis relicta *§. igitur, Inſt. de pupill.* erunt tamen legatarij re coniuncti, tamquam ij, qui ad eandem rem concurrunt, & faciunt ſibi partes per concurſum, non verò rem, & æſtimatio-
13 nem conſequuntur † *d. l. planè. 34. §. ſi coniunctim, verſ. ſed. ſi in pupillari ff de leg. primo, l. cohæredi. 41. §. cohæreti ff. de vulg. Et eſt de mente omnium, quos referemus in hoc cap q. 13. num. 6. & q. 14. num. 8.* Et hoc ideo, quia patris, & filij te-
14 ſtamentum pro vno reputatur † *l. patris, & filij. 20. ff. de vulg. l paterfa. 28. verſ. me illud ff. de bon. auth. iud. poſſ. alias eſt l. paterfa. 12. ff. de priu. cred.*

Similiq; ratione, ſi res eadem vni legetur in teſtamento, alteri verò in codicillis, erunt legatarij re coniuncti, & ad eandem rem cõcurrent, non verò rem, & æſtimationem con-
15 ſequentur, † *vt eſt de mente eorum, quos referemus in qu. ſeq. num. 7. & q. 14. num. 9.* quia codicilli, & teſtamentum pro vna eademq; diſpoſitione reputantur, cum codicilli ſint pars
16 teſtamenti † *l. quidam referunt. 14. verſ. nimirum ff de iur. cod l. pen. ff. quemad. teſt. aper.* & diſpoſita in codicillis perinde habeantur, ac, ſi
17 fuiſſet diſpoſita in teſtamento † *l 2. §. vlt ff. de iur. cod.*

Secundus caſus eſt, quãdo res eadem duobus relicta fuit in eodem teſtamento, ſed a diuerſis hæredibus; nam, & in hoc caſu ſolidum ſinguli conſequuntur, id eſt, vnus con-
18 ſequitur rem, alter verò æſtimationem, † *vt cenſuerunt gl. in l. quid ergo. 56 §. ſi quis duos, in verb. legatum eſſet ff. de leg. primo, & Duar. d. lib. 1. de Iur. accr. cap. 7. Et rectè, non obſtantibus ijs, quæ ſcribunt Rip. in d. l. re coniuncti, num. 19 & ibi Alcia. num. 9.* Nam, & hac ratione dicimus, cum a diuerſis hæredibus eadem res legatur, perinde haberi, ac, ſi fuiſ-
19 ſet in diuerſis teſtamentis relicta † *d. l. quid ergo. 56. §. ſi quis duos ff. de leg. primo, Pereg. de fideic. d. artic. 9. num. 10.* Quamobrem non ſunt ita vocati re coniuncti, nec ius habent accreſcendi, tamquam ij, qui ad eandem
20 rem non concurrunt † *l. pen. ff. de vſufru. accr. & ſcribunt Bart. in d. l. planè. 34. §. ſi coniunctim, in prin. verſ. 2. opp. & ibi Caſtrenſ num. 7. Alex. num. 2. Iaſ. num. 9 ff. de leg. primo Bart. in d. l. re coniunctis, num. 1. & ibi Petr. de Beſu. num. 18. Iaſ. nu. 212. Polit. nu. 3. Rip. nu. 19. & 43. Io. Gaud. numer. 36. Alcia num. 9. & 13. Æmil. Ferr. num. 38. Pereg. de fideic. d. artic. 9. num. 10.*

In quo quidem mihi videntur *Andr. Fach. lib. 5. controu. cap. 50. & alij* erraſſe, qui cenſue-
21 runt, † eos, quibus a diuerſis hæredibus legatur, ideo re coniunctos non eſſe, quia, cũ quilibet hæres cenſeatur grauatus præſtare legatum pro ſua tantum portione hæreditaria, non videntur legatarij concurſu facere partes, ſed initio, quia, &, cùm ſimpliciter relin-
22 quitur legatum, † cenſetur quilibet hæres pro ſua tantum portione hæreditaria grauatus, &

tamen

tamen hoc non impedit, quominus legatarij
cenſeantur re coniuncti; Magis igitur eſt, vt
ideo non cenſeantur re coniuncti, quia non
concurrunt ad eandem rem, *ſecundum ea, quę*
ſupra diximus.

Planè, ſi hæredes, à quibus ſeparatim reli-
ctum eſt, ſint eius conditionis, vt pro vno, eo
23 demque hærede reputentur, † puta, quia vnus
in alterius locum ſubrogetur, magis eſt, vt,
licet a diuerſis hæredibus res eadem ſit duo-
bus relicta, concurrant tamen legatarij ad eā-
dem rem, ſintque proinde re coniuncti, nō mi
nus, quàm ſi ab vno, & eodē hęrede res eſſet
relicta. Exemplum ſit in ijs quorū vni legatur
ab inſtituto, alteri verò à ſubſtituto: nā, quia
ſubſtitutus in inſtituti locū ſubrogatur, & pro
eodem reputatur, ideo legatarij cenſentur re
24 coniuncti, † *vt ſcribunt Bart. in d. l. planè. 34. §.*
ſi coniunctim, in prin verſ. 2. opp. ff. de leg. primo,
Rip. in d. l. re coniunctis, nu. 20. & ibi Alciat. nu.
9. vel in ijs, quorum vni legatur in primis ta-
bulis à filio hærede inſtituto, alteri verò
in ſecundis tabulis ab eius ſubſtituto: Erunt
enim, & ipſi re coniuncti, quoniam, & hīc
ſubſtitutus in inſtituti locum ſubrogatur, &
25 pro eodem reputatur † *d. l. planè. 34 §. ſi con-*
iunctim, verſic. ſed, ſi in pupillari, & ibi Bartol.
num. 1. Imol. num. 2. Caſtrenſ. num. 7. Alexand.
num. 2. Iaſ. num 10. ff. de leg. primo, l. cohæredi.
41. §. cohæres ff de vulg. & ſcribunt etiam Petr.
de Beſ. in d. l. re coniunctis, num. 18. & ibi Iaſ. nu.
23. & 212. Polit. num. 4. Pereg. d. articul. 9. nu-
mer. 10.

Tertius denique caſus eſt, quando res ea-
dem duobus legatur in eodem teſtamento,
& ab eodem hærede, ſed conſtat, vel ex ver-
bis, vel ex coniecturis teſtatorem voluiſſe,
quemlibet ex legatarijs rem inſolidum habe-
re: nam, & in hoc caſu dabitur vni res, al-
26 teri verò æſtimatio † *l. ſi pluribus. 33. ff. de*
leg. primo, l. ſi res mihi 20. ff. de leg. 3. l. Iulianus.
40. ff. de man teſta. d. l. vnic. §. vbi autem legata-
rij, verſic hæc autem ita fieri, Cod. de cad. tollen.
Et ſcribunt gloſ. in l. cum quæſtio. 23. in prin.
in verb. migrare, & ibi Caſtrenſ. num. 5. Iaſ.
num. 2. verſic. in ſeptima parte C. de legat. Bartol.
in d. l. vnic. §. vbi autem legatarij, in prin. Cod. de
cad. toll. Caſtrenſ. in d. l. vnic. §. ſin autem deſiun-
ctis. num. 1. C. eod. & in l. ſi mihi, & tibi. 12. in prin.
num. 3. ff. de leg primo. Petr. de Beſ. in d. l. re con-
iunctis, num. 20. & ibi Iaſ num. 60. Crott. num.
25. Alcia. num 18. verſ. ſubijcit, Æmil. Ferr. nu.
12. verſ. ſecundus caſus Iaſ. in d. l. ſi pluribus. 33.
num. 14. & ibi Cuiac ff de leg. primo, Corn. conſil.
106. num. 9. & 14 vol 2 Gomez. tom. 1. varia. re-
ſol. cap. 10. num 24 verſ adde tamen, Mantic. de
con. vlt. vol. lib. 9. tit. 8. num. 4. Craſſ. in §. legatum
q. 80. num. 3. Baldus. in d. §. ſi eadem, num. 15. &
ibi Mynſ. num. 2. Inſt. de legat Foreat. in Necyom.
dial. 67. num 6. Duar. lib. 1. de Iur. accr. cap. 7.
electione ſcilicet ei data, qui primus egerit,
27 † *vt declarant Gomez. d cap. 10. num. 24. verſic.*
adde tamen, & Mantic. d. lib. 9 tit. 8. num. 4. aut
veriùs data primo venienti re, poſteriori ve-
rò æſtimatione, *vt declarat Corn. d. conſ. 106.*
num 9. & 14. vol. 2. Coeterùm in dubio lega-
tarij concurrere debent, & viriles conſequi
partes non verò totum, id eſt rem, & æſtima-
28 tionem obtineret † *d. l. ſi pluribus. 33 ff. de leg. pri-*
mo, d. l. vnic. §. vbi autem legatarij. verſic. ſin au-
tem deſiunctim C. de cad. tollend. Et ſcribunt Ca-
ſtrenſ in d l. ſi mihi. & tibi 12. in prin. num. 3. ff.
de legat primo, Iaſ in d. l. ſi pluribus num. 8. Corn.
d. conſil. 106 num. 9 & 14 vol. 2. Ant. Fum. de
coniun cap 1. num. 2. Mantic. d. lib. 9 tit. 8. num.
4. Cuiac. in d. l. vn. §. bis ita definitis C. de cad. toll.
quia teſtator non cenſetur voluiſſe grauare
29 hæredem duplici onere † *l. vxorem. 39. §. 1. ff.*
de leg. 3. ſed potiùs cenſetur voluiſſe legata-
rios habere partes concurſu, niſi probetur cō-
30 trarium. † *vt declarant Azo. in ſumm. C de*
cad. toll nu 11. & Cuiac. in d. §. bis ita definitis.

Neq; obſtat, quod abſurdum ſit minus tri-
buere, quam teſtator reliquerit, quia reſpon-
deo, ſecundum communem, id procedere,
31 † niſi teſtator a priore voluntate receſſerit: Po-
32 ſterior enim voluntas derogat priori † *l. ſi quis*
in principio teſtamenti 22. ff. de leg. 3. l. Diui. 6. §.
licet ff. de iur. codic. l. per fideicommiſſum. 89. ff. de
cond. & dem. Cenſetur autem à priore volunta-
te ſaltem pro parte receſſiſſe, cum ſecundo
legat, ideoque non eſſe ſolidum pręſtandum,
Vel reſpondeo, ſolidum legatum præſtan-
33 dum eſſe, ſi † poſſit. Non poſſe autem, quoties
eadem res duobus inſolidum legata fuit, quia
(vt ſupra dictum eſt) res eadem duobus inſo-
lidum dari nequit, ideoq; nec ſolidum vtriq;
pręſtandum.

Nec obſtat, quod licet non poſſit præſtari
res, poſſit tamen pręſtari æſtimatio, quia reſ-
pondeo, teſtatorem legaſſe rem, non æſtima-
tionem, & ideo rem non æſtimationem pręſ-
tandam: nam ad æſtimationem non aliter
34 recurritur, † quam, ſi legetur res aliena, *vt in*
l. ſi domus. 74 § qui confitetur ff. de leg. primo, l.
alienus ſeruus. 61. ff ad l. Falc. §. non ſolum, Inſt.
de legat. vel conſtet, hanc fuiſſe mentem te-
ſtatoris *ſecundum ea, quæ ſupra diximus*: Aliàs
enim non debet ea pręſumi, quia (vt dictum
eſt) non cenſetur teſtator velle grauare hęre-
dem duplici onere.

Neq; obſtant leges in contrarium allega-
tæ, quia reſpondent noſtri paſſim, eas proce-
35 derę, † quando conſtat, hanc fuiſſe mentem
defuncti, *ſecundum ea, quæ diximus. Ita enim*
reſpondet gl. in d. l. ſi pluribus 33. in verb pretium
ff. de leg. primo. & in d l. duos ſeparatim. 14. In
verb. duos ſeparatim ff. de vſuf. leg.

Verùm hęc reſponſio, licet in ſe vera ſit, ſci-
licet, quia certum eſt, etiā hodiè dandā eſſe
vni rem, alteri verò æſtimationem, ſi conſtet
de voluntate teſtatoris, *vt ſupra dictum eſt*, nō
tamen pertinet ad leges in cōtrarium allega-
36 tas, † quoniam in illis ne verbum quidem de
tali voluntatis probatione legitur.

Quamobrem verius eſt, in hoc olim fuiſſe
differentiam inter legatum damnationis, &
legatum vindicationis: nam ij, quibus ſepara-
tim res eadem per vindicationem legabatur,
erant re coniuncti partesq; faciebant concur-
ſu, nec erant audiendi, ſi vnus rem, alter æſti-
mationem ſibi dandam contendiſſet. At ij,
quibus per damnationem res eadem legaba-
tur, non erant re coniuncti, quia non concur-
rebant ad eandem rem, ſed ſolidum ſinguli
conſequebantur; Vnus enim obtinebat rem,
37 alter verò æſtimationem, † *vti conſtat ex Vlp.*
tit. 24 Inſt. §. ſi duobus. Caio lib. 2. Inſt. titul. 5.
Paul lib. 3. ſent titul. 6. §. interdum, Et ſcri-
bunt Duar. d. lib. 1. de Iur. accreſcend. cap. 7.

D 2 Ant.

Ant.Gou.de Iur.acer.num.11.Cuiac. in d.l.vn.§.his ita definitis.C.de cad.toll. in d. l. ſi pluribus. 33.& d.l.planè 34.§.ſi duobus ff. de leg. primo,in l.vnum ex familia 69.§.rogo ff. de leg. 2.in 19. lib.quæſt. Papin.& lib.26.obſ.cap.29.Hoto. in Epito.tit.ff de vſufr.acer.nu.11.& lib.6. obſ. cap. 12.& Ill.quæſt.44.Vueſ in d §.ſi eadem, num.1. Inſt. de legat. Anto. Fab. lib. 6. coniectu. cap. 1.

38 Quod ſignificat Iuſtinianus † *in d.l. vn.§. vbi autem legatarij, verſ. ſin autem disiunctim C. de cad. tollen.* dum ait, *Et non ſibi blandiantur, vt vnus quidem rem, alij autem ſinguli ſolidã eius rei æſtimationem accipere deſiderent, cum huiuſmodi legatariorum auaritiam antiquitas variamente ſuſceperit in vno tantummodo genere legati eam accipiens, in alijs reſpuendam eſſe exiſtimans*: Intelligit enim genus legati, quod per damnationem fiebat, &, de quo ſimiliter loquuntur leges in contrarium allegatę:nam
39 † *in d.l.non quocumque. 84.§.qui Caium ff. de leg. primo, & d.l.duos ſeparatim 14.ff. de vſufr. legat.* dixerat teſtator, *hæres meus damnas eſto dare*, vt apparet ex illo verbo, *damnatus*, deq; eodem genere legati accipienda eſt *l.qui duos. 13.§. vlt.ff. de leg. 2.*

Huius autem diuerſitatis ratio ex diuerſa ipſorum legatorum natura dependebat:
40 nam, quia † per vindicationem non, niſi res teſtatoris legari poterat, per damnationem verò etiam aliena, *vt ſcribunt Vlp. d. titul. 24. Inſtitut. §. per vindicationem, & §. per damnationem, & Caius in Inſtitut. titu 13. §. per damnationem*, ideo teſtator, qui per vindicationem legabat, ad naturam legati rei propriæ, qui verò legabat per damnationem ad naturam legati rei alienæ reſpiciebat. Vnde, quia natura legati rei propriæ non in eo conſiſtit, vt præſtetur æſtimatio, ſed, vt dominium rei præciſè transferatur in legatarium *l. legatum. ff. de legat. 2. l. a Titio. 66. ff. de furt.* Contra verò natura legati rei alienæ conſiſtit in eo, vt, vel res a domino redimatur, & præſtetur, vel, ſi redimi non poſſit, præſtetur æſtimatio *l ſi domus. 14 §. qui confitetur ff. de leg. primo. l. non dubium. 14.§.vltim. l. qui concubinam. 29.§. vltim. ff. de leg. 3. l alumnis fundus. 61. ff ad l Falc. §. non ſolum Inſtitut de legat.* ideo fit, vt, ſi per vindicationem fuiſſet eadem res duobus legata, deberet vterque rem petere, non rei æſtimationem. Contra verò, ſi fuiſſet legata per damnationem poſſet vterque rem petere, &, vbi res præſtari non potuiſſet, æſtimationem. Quod etiam in fideicommiſſis locum obti-
41 nebat † *l. ſi res mihi. 20. ff. de leg. 3. & ſcribit Cuiac. in l. vnum ex familia 69. §. rogo ff. de leg. 2. in 19. libr. quæſt. Papin. & d. lib. 26. obſ. cap. 29.* ſcilicet, quia fideicommiſſa ſecundum naturam legatorum, non vindicationis, ſed damnationis regulabantur, *vt oſtendemus in 6. cap. q. 21. num. 5. & ſeqq.*

Sed hodie, quia legatorum omnium vna eſt, eademq; natura propter exæquationem a Iuſtiniano factam *in l. 1. C. comm. de legat.* ideo, niſi conſtet de voluntate teſtatoris, ne in legato quidem damnationis id obtinebit,
42 † quia legatariorum auaritiam etiam in tali genere legati reſpuendam eſſe cenſuit Iuſtinianus *in d. l vn. §. vbi autem legatarij, verſ. ſin autem disiunctim C. de cad. toll.* Concurrent igitur hodie legatarij ad eandem rem, facientq; ſibi partes per concurſum, non verò rem, & æſtimationem conſequentur, *ſecundum ea, quę ſupra dicta ſunt. Et ita in ſpecie declarat Ant. Gou. de Iur. acer. num. 12.*

SVMMARIVM.

1 *Coniuncti re non dicuntur, quibus eadem res ſeparatim fuit relicta, ſi per ſecundam diſpoſitionem cenſetur reuocata prima, & in ſecundam tranſlata, & cur, num. 2.*
3 *Legati ademptio non inducitur, ſi poſterius non fiat ſub prioris commemoratione, ſed ſimpliciter, & cur, num. 4. & 47.*
5 *Legati ademptio non inducitur, ſi poſterius incontinenti fiat in eadem diſpoſitione.*
6 *Legati ademptio non inducitur, ſi res eadem vni ſit relicta in teſtamento patris, alteri verò in teſtamento filij.*
7 *Legati ademptio non inducitur, ſi res eadem vni ſit relicta in teſtamento, alteri verò in codicillis.*
8 *Legati ademptio non inducitur, ſi res eadem duobus ſit relicta ĩ diuerſis eiuſdẽ teſtatoris codicillis*
9 *Legati ademptio nõ inducitur, ſi poſterius fiat ſub prioris commemoratione repetitiua, & cur, nu. 11. & 12.*
10 *Hęreditatis ademptio non inducitur, ſi poſterior inſtitutio, aut ſubſtitutio fiat ſub prioris cõmemoratione repetitiua, & cur, num. 11. & 12.*
12 *Pronomen, idem, cuius ſit natura.*
13 *Legati ademptio non inducitur, licet poſterius fiat ſub prioris cõmemoratione demonſtratiua, Sed contra, num 16. & ſeqq.*
14 *Declaratur l. ſi pluribus 33. ff. de leg. primo, & nu. 30. 31. 45. & ſeqq.*
15 *Declaratur l. triplici. 142. §. vlt. ff. de verb. ſig. & num. 59. & ſeqq.*
17 *Declaratur l. ſicut. 5. ff. de adim. leg. & num. ſeqq.*
18 *Declaratur §. 1. Inſt. de ademp. leg. & n. ſeqq prę cipuè num. 27.*
21 *Coniuncti re non ſunt legatarij in ea parte, in qua per poſterius fuit facta primi ademptio.*
23 *Indefinita oratio æquipollet vniuerſali.*
24 *Rei appellatione tota res intelligitur.*
25 *Tranſlatio, quæ fit per relatiuum, in totum intelligitur, non pro parte.*
26 *Relatiuum includit totum antecedens.*
28 *Declaratur l. tranſlatio. 6. ff de adim. leg.*
29 *Vna determinatio reſpiciens plura determinabilia debet ea pariformiter determinare.*
30 *Legati ademptio in dubio non inducitur, niſi apertè conſtet de contraria voluntate teſtatore. Et, quando de tali voluntate conſtare dicatur, nu. 31. & 45.*
32 *Declaratur l. non ad ea. 88. ff. de cond. & dem. & num. 33. 34. & 40.*
35 *Legati ademptio nõ inducitur, ſi prioris cõmmoratio fiat in eadem voluntate, ſecus, ſi in diuerſis, Sed contra num. 36. & 37.*
38 *Legati ademptio non inducitur, ſi prioris commemoratio fiat incontinenti, ſecus, ſi ex interuallo, Sed contra, num. 39.*
39 *Teſtatorem non cenſeri incontinenti ſe voluiſſe corrigere, quomodo ſit intelligendum.*
41 *Legati ademptio inducitur, ſi prioris commemoratio ſit aduerſatiua, ſecus, ſi continuatiua, Declara, vt num. 42. & ſeqq.*
46 *Euidentiſſimè conſtare dicitur, quod ex vi, & natura verborum colligitur.*
48 *Legatum, non etiam hæreditas per commemorationem*

tionem demonſtratiuam adimitur, & cur, nu. 53. Sed contra num. 56.
49 *Legatum, non etiam hæreditas per commemorationem demonſtratiuam transfertur de eodem, in eundem, & num ſeqq. Sed contra, num. 69.*
52 *Tranſlatio, quæ fit de vno in alium, pari paſſu ambulat cum ea, quæ fit de ſe ipſo ad ſe ipſum.*
54 *Hæreditas tacitè auferri non poteſt, legatum verò poteſt, Declara, vt num. 65. & ſeqq.*
55 *Ademptio, quæ fit per tranſlationem, eſt tacita, Declara. vt num. 67.*
57 *Hæreditas per tráſlationẽ ita aufertur, vt legatũ.*
58 *Hæreditas, & legatũ pari pleruńq; paſſu ambulãt, ita, vt, q̃ de vno dicitur, procedãt etiã in alio.*
62 *Hæreditas difficilius aufertur, quam legatum, Declara, vt num. 63. & ſeqq.*
66 *Declarat l. 1. § ſi hæreditatis ff. de his, q̃ in teſta. del.*

An, & quando per ſecundam diſpoſitionem cenſeatur res primo adempta.

Quæſtio Decimatertia.

Tertio contingere poteſt, vt duo, vel plures ad eandem rem vocẽtur, & tamen non poſſint ad eam concurrere, ſi per ſecundam diſpoſitionem cenſeatur à prima receſſum, & facta ademptio, quo caſu non po-
1 terunt vocati dici re coniuncti † *vt ſcribunt Caſt in l. cum quæſtio. 23. in prin. num. 3. verſ. in text. ibi. & ibi Alex num. 3. C. de legat. Alcia in d. l. re cõiunctis, nu. 9 Baldus in d. §. ſi eadem nu. 15. Inſt. de lega. Cuiac in l. ſi pluribus 33. ff. de leg. pri.* quia, licet ambo fuerint ad eãdẽ rem vocati,
2 non tamẽ ambo concurrũt ad eandẽ rẽ, † ſed is tãtũ ad rei petitionẽ admittitur, qui poſteriore loco vocatus eſt *d. l. ſi pluribus. 33. ff. de leg. pr.*

Hinc de illo quæri ſolet, quando per poſteriorem diſpoſitionẽ cenſeatur teſtator a priore receſſiſſe, & eam in poſteriorem tranſtuliſſe. Conſtat autem in hac re nonnullos eſſe diſtinguendos caſus, quorum

Primus eſt, quando poſterior diſpoſitio fit ſimpliciter, non verò ſub commemoratione prioris, vt, cùm teſtator ait, lego fundum Tuſculanũ Primo, lego fundum Tuſculanũ Secundo, Et tunc certũ eſt, non induci adẽptionẽ, ſed coniunctionẽ realem, & concurſum
3 † *d. § ſi eadẽ, Inſt. de legat. & ſcribũt Bart. in d. l. re coniunctis nu. 2. & ibi Croti. nu. 7. verſ primus caſus. Rip. nu 21. Ang. in l. ſi Fortidianum. 7. C. de legat. Alex. conſ. 169. nu. 1. vol. 5. Port. in d. § ſi eadem, nu 9. & ibi Baldui. nu. 25. Inſt. de legat. Iaſ. in d. l. ſi pluribus. 33. nu. 3. vbi ait, hoc apud omnes eſſe in confeſſo ff. de leg. primo, Idem ſcribũt Gabr. conſ. 110 nu. 2. vol 1. Mant. de con. vlt. vol. lib. 12. tit. 4. in prin. Men. de præſ. lib. 4. præſ. 173. num. 2. Craſſ. in §. legatũ q. 80. Duar lib. 1. de Iur acc. cap. 7. Andr. Facb. lib. 5. controu. cap. 52.* nam in re
4 dubia, † nec hęredẽ duplici pręſtatione grauare, nec alterũ ex legatarijs in totũ excludere debemus ne quid contra teſtatoris mentẽ ſtatuamus, *ſecundum ea, quæ dicemus infra nu. 47.* Idq; procedit, ſiue poſterius legatũ fiat in eadem diſpoſitione, etiã incontinenti, quo caſu ſine dubio non inducitur ademptio, ne teſtator videatur incõtinenti ſe voluiſſe corrigere,
5 † *ſecũdum ea, quæ dicemus num. 38. & ſeqq. Et in ſpecie declarat Maſcard. de probat. conclu 1285. nu. 12. & 15.* ſiue etiã fiat in diuerſis. puta, quia res eadem vni ſit relicta in teſtamento patris,
6 alteri verò in teſtamento filij † *ſecundum ea, quæ diximus in q. præced. nu. 13. & latiùs dicemus in q. ſeq nu. 8. Et in his terminis declarãt Imol in l. cohæredi. 41. § cohęres nu 20 verſ item not ff de vulg Iaſ in d l. planè. 34. § ſi coniunctim nu 8 ff. de leg pr. Mant de con. vlt vol. lib 12 tit. 2 nu 3. Maſcard. de probat. d. concl. 1286. nu 12.* vel vni ſit relicta in teſtamẽto, alteri verò in codicil-
7 lis † *vt diximus ibi nu. 9. Et in terminis ademptionis ſcribũt Alex. conſ 169 num. 1. vol. 5. Gab. conſ. 110. nu. 2. vol. 1. Maſcard. d. cõcl 1286 n. 12.* vel vtrinq; in diuerſis codicillis ab eodẽ teſta-
8 tore factis. † *vt declarant Bart. in l. cũ proponatis. 3. nu. 2. & ibi Caſtr. nu 3. C. de codicill. & dicemus etiam in q ſeq. nu. 10.* Nam in his omnibus caſibus inducitur inter vocatos realis coniunctio, nõ verò fit de priore in poſteriorem diſpoſitionem tranſlatio.

Secundus verò caſus eſt, quando poſterior diſpoſitio fit ſub commemoratione pręcedẽtis, ſed cõmemoratio eſt repetitiua, puta, quia teſtator ita ſcripſit, fundum, quem Titio legaui, lego etiam Sempronio, vel, eundem fundũ lego Sempronio. *ſecundum ea, quæ diximus in hoc cap. q. 5 nu. 1.* Et tunc pariter verius eſt, non induci ademptionẽ, ſed coniũctionẽ realem, ſiue loquamur de legatis, & fideicommiſſis,
9 † *l. Meuio. 42 in prin. ff. de leg. 2 l. ſi ſic locutus. 1 : ff. de leg. 3. d §. ſi eadem, Inſt. de legat. Et in ſpecie ſcribunt Bald. in d. l ſi Fortidianũ 7. n. 1. C de legat Imol. in d. l. quod traditum. 89. ff. de cond & dem. Polit. in d. l. re coniunctis. nu. 10. & ibi Rip. nu. 23. Alcia. nu. 9. Alcia. lib 7. Parerg. cap 8. & in l. triplici 142. n. 13. ff. de verb ſign. Couar in rub. de teſta. part. 2. n. 12. Maſcard de probat d. concl. 1286. nu. 12 & 47. Men. d lib 4 præſ. 173. nu 8. & 19. verſ verũ & nu. 21. verſ quod autem, Pereg. de fideicom. artic 9 nu 7. Baldui in §. 1. num. 11.*
10 *Inſt. de ademp legat.* ſiue etiam de hęreditate † *l. Iulianus. 15 in prin. ff de hæred. inſt. & ſcribunt Petr. de Beſu in d. l re cõiunctis, nu 18. & ibi Polit. nu. 10. Alcia nu 9. Idem Alcia. in d. l. triplici, nu. 13 & d. lib. 7 Parerg. cap. 8 Couar in d. rub. de teſta. part. 2. nu. 12. Mãt. de con. vlt. vol. lib. 12 tit. 4. nu. 7. verſ. 2. quod loquuntur. Men. d præſ. 173. nu. 19. verſ. verũ. & nu. 21. verſ. verum, Baldui. in d. § ſi eadem nu. 25. Inſt. de legat.* Eſt enim hęc
11 natura repetitiuę, † vt nõ inducat ademptionem, ſed repetat perſonã primi in poſteriore diſpoſitione, ita, vt pariter cenſeatur vterq; à te-
12 ſtatore vocatus, & † *vt ſcribũt Alcia d. lib. 7. Parerg. cap. 8. Côuar. d. part. 2 nu. 12. & Baldui in d. §. 1 nu. 12.* pronomen, idem, incluſam habet copulam, & ad genus potiùs, quam ad ſubſtantiæ ſpeciem refertur.

Tertius caſus eſt, quando poſterior diſpoſitio fit ſub cõmemoratione pręcedentis, & commemoratio eſt demonſtratiua, vt, cũ teſtator ita ſcribit fundum quem Titio legaui, lego Sẽpronio, Et in hoc caſu duę ſunt, quę principem locum obtinent, noſtrorum interpretũ ſententiæ, Prima enim fuit exiſtimantium non induci ademptionem, ſed coniunctionẽ, niſi probetur contraria voluntas teſtatoris.
13 † *Fuit hæc ſententia gloſſ. in d. l. ſicut. 5. in verb. ademptionem, & ibi Bartol ff. de adim. leg. gloſſ. in l. 1. §. fin. in verb. ſeparatim ff. de vſufr.*

acer. Azo.in ſumm.C.de cad. toll. num. 11. Bart.
in d.l.re coniunctis.num.2.& ibi Iaſ num. 24. Io.
Gaud.num. 15. ABm. Ferr. num. 43. Bart. in l.
quod traditum.89.num.1.& ibi Caſtr. num.5 ff.
de cond. & dem.Imol.in l. Iulianus.15. in fi. ff. de
har.inſt.Caſtr.in l.3.num.3. C. de codic. & in l. ſi
pluribus. 33. num. 3. ff. de leg. primo. Alex.in
d.l.ſi Fortidianum.7.num.2.verſ.certè C.de legat.
& conſ.169.num.2.vol.5. Gabr. conſ. 110.num.
1.vol 1. vbi teſtatur, hanc eſſe magis communem,
Gomez.tom.1.varia.reſol.cap.10. num. 24. verſ.
Nec obſtat.Craſſ.in d.§.legatum q.80.num.2.vbi
ait, hanc eſſe receptiorem. Mouentur autem, vt
ita ſentiant

Primo *l.ſi pluribus.33.in prin. ff.de leg.primo*
vbi Paulus, *Si pluribus eadem res legata fuerit*
ſeparatim, inquit, *ſi quidem euidentiſſimè appar-*
uit, ademptione à primo legatario facta ad ſecun-
dum legatarium teſtatorem conuolaſſe, ſolum po-
ſteriorem ad legatum peruenire placet; Sin hoc mi-
nimè apparere poteſt, pro virili portione ad legatū
14 *omnes venire.* Itaque vult,† non aliter indu-
ci ademptionem, quam, ſi euidentiſſimè ap-
pareat, talem fuiſſe mentem teſtatoris: Non
poteſt autem dici, euidentiſſimè apparere de
tali voluntate ex eo ſolo, quod poſterior diſ-
poſitio facta ſit ſub præcedentis commemo-
ratione, tametſi demonſtratiua, quia euiden-
tiſſimè apparere dicitur illud, quod verbis ex-
preſſum eſt, *vt not. in l. quoties 9. §. ſi duo, vbi*
Bart. ff. de hær. inſt. & verbis non poteſt dici
expreſſa adēptio, de qua teſtator non eſt locu-
tus. Non debet igitur ob demōſtratiuā cō me
morationem cenſeri facta legati ademptio.

Secundo mouentur *l.triplici 142. §. vlt. ff. de*
verb. ſign. vbi Paulus, *Lucius Titius ex parte*
dimidia hæres eſto, inquit, *Seius ex parte, qua Lu-*
cium Titium inſtitui, hæres eſto, Sempronius ex
parte dimidia hæres eſto, Iulianus dubitari poſſe
ait, an tres ſemiſſes facti ſint; an Titius in eundē
ſemiſſem cum Caio Seio inſtitutus ſit, ſed eo, quod
Sempronius quoq; ex parte dimidia ſcriptus eſt, ve
riſimilius eſſe, in eundem ſemiſſem duas coactos, &
15 *coniunctim hæredes ſcriptos eſſe.* Hīc† inſtitutio
Sei facta fuit ſub commemoratione præce-
dentis inſtitutionis, & quidem demōſtratiua,
quia non dixit teſtator, ex eadem parte, ſed, ex
parte ſimpliciter, & tamen nō inducitur adē-
ptio in perſona Titij, ſed coniunctio. Ergo ve-
rum eſt, in dubio per commemorationē de-
monſtratiuam ademptionem non induci.

Verum his non obſtantibus contrariā ſen-
tentiam veriorem arbitror, induci ſcilicet adē-
ptionem totius legati, ſi poſterius fiat ſub prio
16 ris commemoratione demonſtratiua. † *Quæ*
fuit ſententia Dyni, quē ſequuntur Petr. de Beſut.
in d.l.re coniunctis, num. 18.& ibi Crott. num. 10.
verſ. contrariam, Polit. num. 9. Alcia. nu. 9. Eiuſdē
ſententiæ fuit Cin. in d. l. ſi Fortidianum 7. C. de
legat. quem ibi ſequuntur Fulg. & Bald. num. 1.
Imol. (licet ſub dubio) in l. quod traditum. 89. ff. de
cond & dem. Port. in d. §. ſi eadē nu. 9.& ibi Bal-
dui. nu. 25. Inſt. de lega. Iaſ. in d. l. ſi pluribus. 33.
nu.3.& 4. ff. de leg. primo, Ant. Fum. de coniunct.
cap.1. nu.7. Alcia. lib.7. Parerg. cap.8.& in d.l.tri-
plici 142. nu.13 ff. de verb ſign. Mātic. de con. vlt.
vol. d. lib.12. tit.4. nu.7. in fi. & nu. 10. Maſcard.
de probat. d. concl. 1286. nu. 47.& 80. Men. d. lib.
4. præſ. 173. nu.9.& ſeqq. Couar. in d. rub. de teſta.
part.2. nu.12. Vaſ. deciſ. 337. nu.1. Duar. lib.1. de
Iur. acc. cap.7. Baldui. in §.1. nu. 10. Inſt. de adēpt.
leg. And. Fach. lib.5. contr. cap. 52. Probatur aūt
17 Primo *l. ſicut. 3. ff. de adim. leg.* vbi Caius † *Si-*
cut adimi legatum poteſt, inqnit, *ita, & ad alium*
transferri, veluti, hoc modo quod Titio legaui, id
Seio do lego, quæ res in perſona Titij tacitam adē-
ptionem continet. Id ipſum ſcribitur *in §.1. Inſt.*
18 *eod.* vbi Iuſtinianus, † *Transferri quoq; legatū*
ab alio ad alium poteſt, inquit, *veluti, ſi quis ita*
dixerit, hominē Stichū, quē Titio legaui, Seio do le-
go ſiue in eodē teſtamēto, ſiue ī codicillis hoc fecerit,
quo caſu ſimul, & Titio adimi videt, & Seio dare.

Nec eſt, quod aliquis reſpondeat, adimi
quidem legatum, ſed pro parte, non in totum,
19 † *Quomodo reſpondent gl. in d. l. ſicut, in verb.*
ademptionem, & ibi Bart. Io. Gaud. in d. l. re con-
iunctis, num. 15. Gabr. d. conſ. 110. num. 1. vol. 1.
Craſſ. in d. §. legatum, q. 80. nu. 2. quia præter id,
quod huiuſmodi reſponſio violat textum,
20 † *vt aiunt Iaſ. in d. l. re coniunctis, num. 26.& ibi*
Crott. nu. 10. in fi. Polit. nu. 9. ABm. Ferr. nu. 40.
Iaſ. in d. l. ſi pluribus. 33. nu. 3 ff. de leg. pri. Alciat.
in d. l. triplici. 142. nu. 13. Men. d. præſ. 173. nu. 12.
conuincitur etiam falſa ex eo, quia, ſi induce-
retur coniunctio, non rectè dici poſſet, etiam
pro parte facta ademptio: nā, quoties per po-
ſterius legatum prius, etiam pro parte adimit,
non cenſentur legatarij re cōiuncti, nec inter
eos ius accreſcēdi, aut nō decreſcendi cōſide-
21 rari poteſt † *l. cum quæſtio. 23. in prin. & ibi Caſt.*
nu. 3. verſ. in text. ibi, & Alex nu. 3. C. de legat. Cū
igitur fateantur opinionis cōtrariæ ſectatores
per cōmemorationem demōſtratiuam realē
induci coniunctionem, conſequens eſt, vt nō
rectè dicatur ab ijs prius legatū ꝓ parte adēptū.
22 Deinde verò, cum dicitur † *in d. l. ſicut* lega-
tum adimi, totum intelligi legatum, nō verò
partem, multipliciter probari poteſt, &

Primo, quia oratio indefinita æquipollet
23 vniuerſali † *l. ſi plures 96. ff. de leg. 3.* & appella-
24 tione rei tota res intelligitur † *l. ſtipulatio 21. §.*
vlt. ff. de op. nou. nunt. & ſcribunt Rum. conſ. 206.
nu. 17. vol. 2.& conſ. 110. nu. 4. vol. 5. Dec. in l. id,
quod noſtrum. 11. nu. 8. ff. de reg. iur. Roll. cōſ. 61.
nu. 5. vol. 3. Cū igitur dicat Caius, adimi lega-
tū, cōſequens eſt, vt totū legatū adimi cēſeat.

Secundo probatur, quia tranſlatio, quæ fit
per relatiuum, in totum intelligitur, non pro
25 parte, † vt, cum dico, Quod Titium dare dam-
naui, Seius dānas eſto dare; Totū enim onus
cenſetur a Titio in Seium tranſlatum *l. tranſ-*
latio. 6. verſ. nam, cum dico ff. de adim. lega. quia
relatiui natura eſt, vt totum includat antece-
26 dens, non verò partem † *l. Stichum, qui meus. 6.*
ff. de leg. primo, & ſcribunt Petr. de Beſut. in d. l. re
coniunctis, nu. 19 verſ. 2.& ibi Crott. nu. 12. Alcia.
d. lib. 7. Parerg. cap. 8. Baldui. in d. §. 1. num. 10.
Inſt. de adempt. legat. Men. d. præſ. 173. num 11.

Tertio probat hoc ipſum §. 1. *Inſt. de adēpt.*
27 *legat. iuncto prin.* nam, † cum *in prin.* dictum ſit
adimi legatum, ſi teſtator ita dixerit, non do,
non lego, & talis ademptio intelligatur in to-
tū, nō pro parte, deinde *in §. 1.* ſubijciatur adi-
mi quoq; legatū per trāſlationem, cū ſcilicet
legatur Seio, quod Titio datū eſt, conſequēs
eſt, vt, & huiuſmodi ademptio in totum intel
ligatur, quoniam illa dictio, quoq, eſt impli-
catiua, & implicat eundem modum, qui in
præcedentibus expreſſus eſt. *Ita arguunt Crott.*
in d. l. re cōiūctis, nu. 11.& Men. d. præſ. 173. n. 13.

Quarto

Quartò fortiſſimum huius partis argumen-
tum ducitur ex *d.l.trāſlatio.6.in prin.ff.de adim.*
28 *leg.* Vbi Paulus, † *Tranſlatio legati fit quatuor*
modis, inquit, *aut enim a perſona in perſonam*
transfertur, aut ab eo. qui dare iuſſus eſt, tranſ-
fertur, vt alius det, aut, cum res pro re datur,
vt pro fundo decem aurei, aut, quod purè da-
tum eſt, transfertur ſub conditione: nam ex
his verbis ita argumentor. Vna determinatio
reſpiciens plura determinabilia debet ea pa-
29 riformiter determinare. † *l. iam hoc iure.4.ff.de*
vulg. l. quamuis. 4. C. de impub. & al. ſub. Sed
translatio legati eſt vna determinatio, quæ
reſpicit quatuor determinabilia, nempè qua-
tuor modos, quibus legatum trāsferri poteſt.
Ergo debet eos pari modo determinare. At-
qui tres poſtremos modos ita determinat, vt
in ijs tranſlatio in totum facta intelligatur,
viti conſtat ex verſ. ſed, ſi id, & declarat Crott.
in d.l.re coniuncti, num. 12. Ergo debet eodem
modo determinare primum, quando ſcilicet
tranſlatio fit de perſona in perſonam, vt, &
ipſa in totū, nō pro parte facta intelligatur.

Ex quibus intelligimus, non eſſe veram
ſentētiam *gl. & aliorum* exiſtimantiū, adem-
ptionem, quę fit per commemorationem de-
monſtratiuam. *in d.l.ſicut, & in d.§.1.* fieri pro
parte, non in totum.

Minus eſt vera ſententia exiſtimantium,
locos prædictos ita intelligi debere, vt ita de-
mum per commemorationem transferatur
prius legatum in poſterius, ſi conſtet hanc
fuiſſe mentem teſtatoris. Coeterùm in du-
bio cenſeri potiùs, eos voluiſſe coniungere
30 † *iuxta d.l.ſi pluribus. 33.ff. de leg.1. Quomodo*
declarant gl.in d.l.ſicut, in verb. ademptionem,
& ibi Bart. Papien. in form. lib. quo ag. ex ſubſt.
in verb. breuiloeè, num.34. Port. in d.§ ſi eadem
num.9 & 16. Vueſemb. num. 1. Inſt. de legat. Iaſ.
in d.l.cum quæſtio.23. in prin. num.2. verſ. in 7.
parte C. de legat. Æm. Ferr. in d.l.re coniuncti,
num.43. Gomez. d.tom.1. varia. reſol. cap.10. nu.
24. verſ. vel 3. vbi teſtatur, hanc eſſe communem,
Mantic. de con. vlt. vol. d.lib.9. tit. 8. num. 4. &
Maſcard. de probat. d.concl. 1286. numer. 5. quia
verius eſt, imo conſtare de voluntate teſtato-
ris eo ipſo, quod poſterius legatum fecit ſub
prioris commemoratione demonſtratiua,
31 † *vt ſcribunt Ant. Fum. de coniunct. d.cap.1. nu.*
6. & 7. Men. d.præſ.173. num.17. verſ. verum, &
Andr. Fach. d.lib.5. controu. cap. 52. Nec enim
aliam, aut Caius, aut Iuſtinianus requirit vo-
luntatis probationem. *in d.l.ſicut, & d.§.1.* prę-
ter eam, quæ colligitur ex verbis legatum
transferentibus, ideſt, ex prioris legati com-
memoratione demonſtratiua. Omnimodo
igitur ſententia Dini probatur. *d.l.ſicut, &*
d.§.1.

Secundò probatur. *l.non adea.88.ff. de cond.*
32 *& dem.* vbi Valens † *Niſi*, inquit, *cum comme-*
moratione ſuperioris legati poſterius ſcriptum
fuerit, veluti, Stichum, quem illi legaui, hæres
meus ei, ſi illud factum erit dato: Tunc enim
reuocandi animo præſens legatum, & ſub con-
ditione dandi ita ſcripſiſſe videbitur.

Nec eſt, quod reſpondeas, hoc procedere,
ſi poſterius legatum fiat eidem legatario, cui
33 fuerat relictum prius, ſecus, ſi alij, † *Quomodo*
reſpondent Bart. in d.l.re coniuncti, num.2. & ibi
Æmil. Ferr. num.44. Io. Gaud. num. 15. Bart. in
d.l.ſicut. in fi. & in l.quod traditum. 89. num. 1.
& ibi Caſtr. num.5. ff. de cond. & dem. Imol. in d.
l. Iulianus. 15. in fin. ff. de hær. inſt. Caſtr. in d.l.ſi
pluribus. 33. nu. 3. ff. de leg. 1. Alex. in d.l.ſi For-
tidianum 7. num. 2. C. de legat. Gomez d. tom. 1.
variar. reſol. cap. 10. nu. 24. verſ. Nec obſtat, quia
verius eſt, in hac materia nullam eſſe diffe-
rentiam, vtrum prius legatum in eundem
34 transferatur, an verò in alium. † *vti conſtat ex*
d.l.tranſlatio, & ſcribunt Iaſ. in d.l.re coniuncti,
num.31. & ibi Polit. num.15.

Non diſtinguo autem, vtrum poſterior diſ-
poſitio facta ſit in eadem voluntate, an verò
in diuerſa, quaſi priore caſu non cenſeatur
per demōſtratiuam commemorationem fa-
35 cta ademptio, poſteriore verò contra, † *Quo-*
modo diſtinguit Caſtr. in d.l.ſi Fortidianum. 7.
num.1. quem probant Crott. in d. l.re coniuncti,
num.8. verſ. tenendo, & Men. d.præſ.173. num.
5. quia verius eſt induci ademptionem vtro-
36 que caſu, † vt probant. *in d.§.1. Inſt. de ademp.*
leg. illa verba, *ſiue in eodem teſtamento, ſiue in*
codicillis hoc fecerit. Quamobrem ſupradictam
37 diſtinctionem † non immerito *Alex. in d.l.ſi*
Fortidianum, num.2. & conſ.169. num. 3. vol.5.
& alij pleriq; reprobarunt.

Minus diſtinguo, vtrum facta ſit inconti-
38 nenti, an verò ex interuallo, † *Quomodo poſt*
Aret. & Cum. diſtinguunt Crott. in d.l. re coniun-
cti, num.9. Men. d.præſ.173. num.7. & Hoto. in
d.§.ſi eadem, Eunt. 1. Inſt de leg. quia, quod
dicitur, teſtatorem non cenſeri voluiſſe mo-
tare voluntatem, quoties diſponit inconti-
nenti, ſecùs verò, quoties ex interuallo, pro-
39 cedit, † quando poſterior diſpoſitio fuit facta
ſimpliciter. Coeterùm, quando fuit facta
ſub prioris commemoratione demonſtrati-
ua, verius eſt, indiſtinctè cenſeri teſtatorem
à priore voluntate receſſiſſe, vt apertè pro-
bat. *d.l.non adea*, quam malè ad comproban-
dam ſupradictam diſtinctionem adduxit Me-
40 noch. *d.præſ.173. num.5.* Ita enim in ea † ſcri-
bit Valens, *Quod, ſi purè legatum, ex continenti*
hæres ſub conditione damnatus, aut rogatus eſt
dare, perinde eſt, ac, ſi iuncta ſubiecta ſcriptura
idem legatum eſſet, vel, vt præſens vindicari, ſi
hoc voluerit legatarius, vel, cum conditio extite-
rit, ab hærede peti poſſit, niſi cum commemora-
tione ſuperioris legati poſterius ſcriptum fuerit,
veluti, Stichum, quem illi legaui, hæres meus ei,
ſi illud factum erit, dato: Tunc enim reuocan-
di animo præſens legatum, & ſub conditione
dandi ita ſcripſiſſe videbitur. Itaq; quod priùs
ſcripſit, non cenſeri reuocatum legatum, ſi
poſterius ex continenti factum ſit, limitat, ſi
ſit factum ſub commemoratione demonſtra-
tiua. Ergo vult huiuſmodi commemoratio-
nem inducere legati ademptionem, etiamſi
poſterius incontinenti factum ſit. *Et ita in*
ſpecie præcedentem diſtinctionem reprobat Iaſ. in
d.l.ſi pluribus.33. num.4 ff. de leg. 1.

Denique non diſtinguo, vtrum comme-
moratio ſit aduerſatiua, an verò continuati-
ua, quaſi priore caſu inducatur ademptio,
41 poſteriore verò coniunctio, † *Quomodo diſtin-*
guunt Ang. in d.l.ſi Fortidianum. 7. & ibi Caſtr.
num.1. C. de legat. Crott. in d.l.re coniuncti, num.
7. verſ. ſecundus caſus, & Men. d.præſ.173. num.
4. Authorem huius opinionis laudantis Bald. in
42 *d.l.ſi Fortidianum, num.1.* quia, † licet verum

Digitized by Google

ſit, non induci ademptionem, ſi commemo-
ratio ſit continuatiua, ſcilicet, quia talis cõ-
memoratio effectu eſt repetitiua, per quam
ademptionem non induci ſupra demonſtra-
uimus, falſum tamen eſt, per commemora-
tionem aduerſatiuam indiſtinctè induci le-
gati ademptionem: nam aduerſatiua com-
memoratio, interdum eſt repetitiua, vt, eum
teſtator ait, fundum autem, quem Titio le-
gaui, lego etiam Sempronio, quo caſu nemo
rectè dixerit, ademptionem induci; Inter-
dum verò eſt demonſtratiua, vt, eum ait,
fundum autem, quem Titio legaui, lego
Sempronio, Et tũc verum eſt, ademptionem
induci. Itaque effectu veritas huius rei pen-
det à diſtinctione, quam retulimus in ſecun-
do, & tertio caſu, &, quæ plenior eſt, quam
ſit hæc poſtrema: nam poteſt commemora-
tio demõſtratiua fieri, vel per aduerſatiuam,
vel etiam ſine, vt, eum ait teſtator, fundum,
quem Titio legaui, lego Sempronio. *d. l. ſicut, & d. §. 1. Et animaduertit Alex. in d. l. ſi Forti-
dianum, num.* 2. Planè, ſi appellatione com-
memorationis aduerſatiuæ intelligamus eã,
quæ demonſtratiua eſt, & appellatione com-
memorationis continuatiuæ intelligamus re-
43 petitiuam, † Quomodo intellexit Baldus *in
d. l. ſi Fortidianum, num.* 1. qui loquitur de cõ-
memoratione facta hoc modo, Quod Titio
legaui, Seio lego, quæ verè eſt demonſtrati-
ua, licet veniat aduerſatiuè reſpectu diſpoſi-
tionis, vera erit diſtinctio, & eadem effectu
cum diſtinctione, quam nos ſecuti ſumus. Sed
non eſt intelligendus Baldus de commemo-
ratione aduerſatiua reſpectu verborum, id eſt,
de ea, quæ fit per dictionem, autem, vel ſi-
44 milem, † *Quomodo eum Caſtr. ibi, & alij paſſim
intellexerunt*, † quia hoc modo intelligendo
procederent ea, quæ ſupra diximus. Vera eſt
igitur indiſtinctè ſententia Dini.

Cui non aduerſantur contraria argumen-
ta: nam ad primum reſpondeo, imo dici eui-
dentiſſimè conſtare de voluntate teſtatoris
ex eo, quod poſterius legatum fecit ſub prio-
45 ris commemoratione demonſtratiua, † *vt
ſcribunt Crott. in d. l. re coniuncti, num.* 13. *Ant.
Fum. de coniun. d. cap. 1. num. 7. Menoch. d. præſ.
173. num. 17. verſ. verum. Andr. Fach. lib. 5. con-
trou. cap.* 52. quod, vel ex eo intelligimus, quia
euidentiſſimè conſtare dicitur id, quod ex vi,
46 & natura verborum colligitur. † *l. Labeo. 7. ff.
de ſupp. legat.* Sed hæc voluntas adimendi to-
tũ legatũ colligitur ex vi, & natura verborũ,
nempè ex natura relatiui, quæ, vt diximus,
eſt, vt totam referat ſubſtantiam, remque
proinde totam in poſteriorem diſpoſitionem
transfundat. Dicitur ergo de tali voluntate
adimendi conſtare euidentiſſimè. Et ſanè
47 tunc dicimus, rem eſſe dubiam, cum † teſta-
tor ſimpliciter legauit ſecundo, id eſt, nulla
prioris legati commemoratione facta; nam,
quia ignoramus an id fecerit non recordatus
prioris diſpoſitionis, an verò potiùs, quia rem
voluerit adimere primo, & in ſecundum
transferre, ideo, tamquam in re dubia ſole-
mus inducere coniunctionem, & concurſum
legatariorum, *Et ita procedit d. l. ſi pluribus. 33.
ff. de leg. primo.* Cœterùm, eum poſterius lega-
tum factum eſt ſub prioris commemoratio-
ne demonſtratiua, nec dubia res dici poteſt,
nec negari, quin teſtator voluerit, & primũ
legatum adimere, & in ſecundum transferre.

Ad ſecundum verò reſpondent pleriq; in
hoc differre legatum ab hæreditate, quod per
commemorationem demonſtratiuam indu-
catur quidem ademptio legati *d. l. ſicut*, ſed
48 non hæreditatis *d. l. triplici.* † *Ita reſpondent Iaſ.
in d. l. ſi pluribus num. 5. Crott. in d. l. re coniuncti,
num. 12. verſ. & tenendo, Gomez. d. tom. 1. varia.
reſol. cap. 10. num. 24. verſ. nec obſtat, Mantic. d.
lib. 12. tit. 4. num. 5. Menoch. d. præſ. 173. num.
22. Nec improbat Polit. in d. l. re coniuncti, num.
10. verſ. quidam dicunt*, quæ ſententia videtur
ex eo poſſe confirmari, quia diſcrimen hoc
49. etiam in eiuſdem perſona conſtituitur † *vti
videre eſt apud gl. in l. ſi te ſolum. 27. in verb. ſe-
quentem inſtitutionem ff. de hered. inſtit. Caſtr.
in d. l. quod traditum. 86. nu. 1. ff. de cond. & dem.
Iaſ. in d. l. re coniuncti, num.* 25. nam per ſequẽ-
tem inſtitutionem in eiuſdem perſona factã
nec adimitur, nec transfertur hæreditas de
50 eodem in eundem † *d. l. ſi te ſolum. 27. ff. de her.
inſt.* & tamen adimitur, & transfertur legatũ
51 † *d. l. quod traditum. 89. & d. l. non ad ea. 88. ff. de
cond. & dem.* Ergo videtur etiã hoc diſcrimen
ſeruandum in ea translatione, quæ fit de vno
in alium, quippe, quæ pari cum præcedenti
52 paſſu ambulat † *d. l. translatio. 6. ff. de ad. leg.*

Huius autem diuerſitatis hanc afferunt ra-
53 tionem, quia † hæreditas tacitè auferri non
54 poteſt, legatum verò poteſt † *l. ex parte. 22. ff.
de adim. leg.* Cum igitur ademptio, quæ fit per
55 translationem, ſit tacita, non expreſſa † *d. l.
ſicut. 5. ff. eo. & ſcribunt Theoph. in d. §. 1. Inſt.
eod. Bart. in d. l. ſicut, Mantic. d. lib. 12. tit. 4. num.
4. Viu. d. deciſ. 337. num* 1. conſequens eſt, vt
per eam legatum adimi poſſit, hæreditas ve-
ro non poſſit.

Verum his non obſtantibus veriorem eſſe
puto ſententiam exiſtimantium, in hac re
nihil eſſe diſcriminis inter legatum, & hære-
ditatem, & vtroq; caſu induci ademptionem,
ſi poſterior diſpoſitio fiat ſub prioris com-
memoratione demonſtratiua, puta, ſi teſtator
dicat, partem hæreditatis, quam reliqui Ca-
56 io, relinquo Sempronio. † *Ita enim cenſuerunt
Petr. de Bellu. in d. l. re coniuncti, num. 18. & ibi
Alcia. num. 9. Ant. Fum. de coniunct. d. cap. 1. nu.
6. Alcia. in d. l. triplici. 142. num. 13. & d. lib. 7. Pa-
rerg. cap. 8. Couar. in d. rub. De teſta. part. 2. num.
12. Duar. d. lib. 1. de Iur. accr. cap.* 12.

Moueor autem, quia per translationem
57 ita aufertur hæreditas, vt legatum † *d. l. cum
quæſtio. 23. in fin. prin. C. de legat. l. ſi ita ſcriptum.
47. ff. de hæred. inſt.* cum ea, quæ dicuntur de le-
gato, dicantur, & de hæreditate, & contra,
58 † *l. Titius. & Seius 24. cum 2. ll. ſeqq. ff. de hæred.
inſt. d. l. cum quæſtio 23. C. de legat. l. hæc ſcriptu-
ra. 26. §. vlt ff. de cond. & dem l. quidam. 6. §. vlt.
cum 2. ll ſeqq. ff. de reb. dub.* Sed, quando teſta-
tor ita loquitur, Quod Seio legaui, lego Sem-
pronio, per translationem totum Seio lega-
tum aufert, *vt ſupra demonſtrauimus.* Ergo, &,
eum ita loquitur, partem hæreditatis, quam
dedi Seio, do Sempronio, cenſendus erit totã
partem ademiſſe Seio, & in Sempronium
tranſtuliſſe.

Nec obſtat *l. triplici. 142. § fin. ff. de verb ſign.*
59 quia reſpondeo primo, † commemorationẽ
ibi non eſſe inutilem, etiamſi non inducat
ademptio-

ademptionem, quia operatur, vt vocatus in
ſecunda diſpoſitione cenſeatur in vnam par-
tem cum primo coactus, in quam non coge-
retur, ſi poſterior diſpoſitio fuiſſet facta ſim-
pliciter, ideoq; non debere inducere adem-
ptionem, quia, cum hæc ſit odioſa, non eſt in-
ducenda, niſi verba aliud operari nequeant.
At in legato commemoratio eſſet inutilis,
niſi induceret ademptionem, quia ad indu-
cendum concurſum, ſeu coniunctionem rea
lem non eſt neceſſaria commemoratio, cum
ea induci poſſit, etiam per ſimplicem diſpoſi-
tionem, *vt diximus in primo caſu. Ita poſt Fulg.
reſpondet Iaſ. in d. l. ſi pluribus. 33. num. 5. ff. de
leg. primo.*
Secundo reſpondeo, in ſpecie *d. l. triplici, §.
fin.* ſubaudiendam eſſe dictionem, eadem,
60 quia Paulus ibi † refert ſpeciem tractatam à
Iuliano, in qua teſtator dixerat, ex eadem hę-
res eſto, *vti conſtat ex d. l. Iulianus. 15. ff. de hær.
inſt.* & ideo neceſſariò intelligendus eſt, iux-
ta terminos ſpeciei à Iuliano propoſitæ, & ex
ea ſupplendus.
Tertio reſpondeo, commemorationem fa-
ctam in ſpecie *d. l. triplici*, non eſſe demonſtra-
61 tiuam, ſed repetitiuam: † nam dixerat teſta-
tor, Seius ex parte, qua Lucium Titium inſti-
tui, hęres eſto, & dictio, ex, eſt implicatiua,
quemadmodum, & dictio, in, cœteræq; ſimi-
les. *Ita reſpondent Petr. de Beſu. in d. l. re con-
iuncti, num. 18. & ibi Polit. num. 18. Alciat. num.
9. Ant. Fum. de coniunct. d. cap. 1. num. 7. Alciat.
in d. l. triplici, num. 13. Couar. in d. rub. de teſta.
part. 2. num. 12. Duar. d. lib. 1. de Iur. accr. cap. 7.
Balduin in d. §. ſi eadem. num. 25. Inſt. de legat.
Maſcard. de probat. d. concl. 1285. num. 47.*
Nec obſtat, quod hæreditas difficiliùs au-
feratur, quam legatum *d. l. ex parte. 22. ff. de
62 adim. leg.* quia reſpondeo, id procedere, † ſi
ademptio fiat extra ſolemne teſtamentum,
aut ſine diſpoſitione teſtatoris. Cœterùm, ſi
in teſtamento ſolemni, & ex teſtatoris diſpo
ſitione, quomodo fit, quando hæreditas de
perſona in perſonam transfertur, verius eſt,
ita facilè adimi hæreditatem, vt legatum
63 † *l. 2. ff. de iniuſt. rup. d. l. cum quæſtio. 23. in prin.
C. de legat. & ſcribunt Bart. in d. l. re coniuncti,
num. 2. & ibi Io. Gaud. num. 17. Æm. Ferr. nu.
40. Iaſ. in l. planè. 34. §. ſi coniunctim, num. 26. ff.
de leg. primo.*
Nec eſt, quod obijcias, ita demum hoc ve-
rum eſſe, ſi ademptio ſit expreſſa, ſecus ſi taci-
64 ta, † *vt ait Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 25. & vi-
detur probari l. 1. §. ſed conſulto, iuncto §. ſi hære-
ditatis ff. de his, quæ in teſta. delent.* quia reſpon-
65 deo diſtinguendo: † Aut enim voluntas te-
ſtatoris eſt omnino tacita puta, quia non col-
ligatur ex aliquo actu teſtamentario, & fa-
teor per talem voluntatem non poſſe hęredi-
tatem auferri, Et ita accipienda eſt *d. l. 1. §. ſi
66 hęreditatis ff. de his, quæ in teſt. del.* dum ait † datã
hæreditatem non facilè adimi poſſe. Aut ve-
rò teſtatoris voluntas colligitur ex aliquo
actu, ſiue diſpoſitione teſtatoris, quæ per an-
tecedens, aut conſequens neceſſarium conti-
net hæreditatis ademptionem, Et tunc verius
eſt, etiam tacitè poſſe hæreditatem auferri,
quod, vel ex eo intelligimus, quia omnis
ademptio, quæ fit per tranſlationem, tacita
eſt *d. l. ſicut, 5. ff. de adim. leg.* & tamen etiam per
67 tranſlationem hæreditas auferri poteſt † *d. l. ſi
ita ſcriptum. 47. in prin. ff. de hęr. inſt. d. l. cum quę
ſtio. 23. in prin. C. de legat.* Ergo poteſt etiam ta-
citè hæreditas auferri. Sed hoc ideo fit, quia
ademptio, quæ fit per tranſlationem, dicitur
quidem tacita ratione verborum, quia non
dixit teſtator non do, non relinquo, ſed tamẽ
non eſt omnino tacita, quia prouenit ex te-
ſtatoris facto, quod per antecedens neceſſa-
rium continet ademptionem, ſcilicet, quia, ſi
vult ſecundum habere, non poteſt non velle
adimere primo, & ideo dicitur tacita, quo ad
verba, ſed expreſſa, quo ad mẽtem, & factum
68 ipſum, † *vt eleganter explicat Couar. in d. rubr.
de teſtam. part. 2. num. 12.*
Deniq; non obſtat, quod hæreditas non ita
facilè de eodem in eundem transferatur, vt
legatum, quia contrarium eſſe verius, patet
ex iis, quæ diximus *ſupra num. 57. & ſeqq.* Nec
obſtat *l. ſi te ſolum* quia (*vt Io. Gaud. in d. l. re
coniuncti, num. 19. & aliorum ſolutiones omittã*)
69 reſpondeo, ſecundam inſtitutionem ibi † non
fuiſſe factam ſub commemoratione primæ,
ſed ſimpliciter, quo caſu, ne legati quidem in-
ducitur ademptio *d. l. non ad ea*. Cœterum, ſi
ſub commemoratione fiat, magis eſt, vt hæ-
reditas non minus, quam legatum de eodem
in eundem transferatur, *ſecundum ea, quę ſupra
diximus.*
Ex quibus intelligimus, veriſſimam eſſe
ſententiam exiſtimantium, ſiue ſit legatum,
ſiue hæreditas, eius ademptionem in totum
induci, ſi poſterior diſpoſitio fiat ſub prioris
commemoratione demonſtratiua. Et hoc eſt
quartum requiſitum.

SVMMARIVM.

1 *Coniuncti re, vt aliqui dicantur, debent ad ean-
dem rem vocari ſeparatim, ideſt, diuerſis
orationibus.*
2 *Coniuncti re dicuntur diſiuncti, & ſeparati, &
cur, num. 4.*
3 *Diſiunctim, & ſeparatim diſponere dicitur, qui re
coniungit, & cur, num. 4.*
5 *Separatim quibus caſibus eadem res cenſeatur re-
licta & num. ſeqq.*
6 *Coniuncti re dicuntur, qui ad eandem rem vocã-
tur etiam ex diuerſis eiuſdem hominis diſpoſi-
tionibus, vt in exemplis, quæ ſubijciuntur, num.
ſeqq.*
7 *Miles poteſt decedere cum duobus, aut pluribus
teſtamentis.*
8 *Coniuncti re dicuntur legatarij, quibus eadem
res eſt legata, ſi vni ſit relicta in teſtamento pa-
tris, alteri vero in teſtamento filij.*
9 *Coniuncti re dicuntur legatarij quibus eadem res
eſt legata ſi vni ſit relicta in teſtamento, alteri
vero in codicillis.*
10 *Coniuncti re dicuntur legatarij, qui vocantur ad
eandẽ rẽ ex diuerſis eiuſdem hominis codicillis.*
11 *Coniuncti re dicuntur, qui ſeparatim vocantur
ad eandem rem, etiam ex eodem teſtamento, vt
in exemplis, quæ ſubijciuntur num. ſeqq.*
12 *Coniuncti re dicuntur, quibus eadem res fuit
relicta in diuerſis partibus eiuſdem teſtamen-
ti.*
13 *Coniuncti re dicuntur, quibus eadem res fuit re-
licta in eadem parte teſtamenti, ſed in orationi-
bus perfectis.*

14 Con-

Digitized by Google

14 *Coniuncti re dicuntur, quibus eadem res fuit relicta in eadem parte teſtamenti, & orationibus imperfectis, quæ ab vno verbo reguntur, licet alij frequentius contra ſenſerint.*

An, & quando duo, vel plures cenſeantur vocati ſeparatim, vt dici poſſint re coniūcti.

Quæſtio Decimaquarta:

QVintum, & vltimum ad inducendam realem coniunctionem requiſitum eſt, vt ad eandem rem duo, vel plures vocentur ſeparatim, ideſt, diuerſis orationibus
1 † *d.l. re coniuncti, & ibi declarant Petr. de Biſu. num. 20. Iaſ. num. 61. Rip. num. 43. Alcia. num. 8. ABm. Ferr. num. 5. & 46. Io. Gaud. num. 31. Bart. in l. vn. §. his ita definitis, num. 5. C. de cad. toll. Zaz. in ſing. intell. cap. ſi teſtator leget Titio, & Sempronio fundum, Ant. Fum. de con. cap. 3. nu. 6. Craſſ. in §. ius accreſcendi q. 5. num. 1. Baldui. in §. ſi eadem num. 13. Inſt. de legat.* Alioquin enim, ſi ad eandem rem vocarentur in eadē oratione, non re tantum, ſed etiam verbis eſſent coniuncti, *vt dicemus in hoc cap. q. 20. num. 3. & q. 23. num. 1.*

Hinc fit, vt re tantum coniuncti paſſim in
2 iure noſtro dicantur diſiuncti, & ſeparati † *l. vn. §. his ita definitis C. de cad. toll. l. heredes ſine partibus 63. ff. de hered. inſtit.* & teſtator, qui re coniungit, dicatur diſiunctim, & ſeparatim
3 relinquere † *d. l. vn. §. his ita definitis, & §. vbi autem legatarij C. de cad. toll. d. l. heredes ſine partibus. 63. ff. de hered. inſt. §. ſi eadem, Inſt. de legat. l. 1. §. interdum ff. de vſufr. accr. l. ſi pluribus. 33. ff. de leg. primo, l. Moeuio. 42. in prin. ff. de leg. 2. l. duos ſeparatim. 14. ff. de vſuf. leg. l. ſi ſeparatim. 30 ff. de cond. & dem. Vlpia. tit. 24. Inſt. §. ſi duobus, & § ſeq. Caius lib. 2. Inſt. tit. 5.* ſcilicet, quia ſpecialiter loquendo coniunctio refertur ad verbalem, *vt dicemus in hoc cap. q. 28. num. 1.*
4 Itaq; re coniuncti dicuntur diſiuncti † reſpectu verborum, quia poſiti ſunt in diuerſis orationibus, ſed ſunt coniuncti reſpectu rei, quia inſolidum vocantur ad eandem rem, *vt declarant gl. in l. 1. § fin. in verb. ſeparatim ff. de vſufr. accr. Azo in ſumm. C. de cad. toll. num. 11. Bart. in d. l. re coniuncti, num. 5. & ibi Alcia. num. 8. Caſtr. in l. planè 34. § ſi coniunctim num. 5. ff. de leg. primo, Alex. in l. ſi mihi, & tibi 12. in prin. num. 4. & ibi Iaſ. num. 3. ff. eod. Port. in §. ſi eadem, num. 4. & ibi Baldui. num. 13. Mynſ. num. 2. Inſt. de legat. Ant. Fum. de coniunct. cap. 1. num. 1. Cagn. in l. vn. num. 17. verſ. vltimo C. quand. non pet. par. Donell. lib. 7. comm. cap. 13. Hoto. lib. 6. obſ. cap. 12. & Ill. q. 44. & in Epit. tit. ff. de vſufr. accr. num. 3.*
5 Multis autem modis fieri poteſt, † vt duo, vel plures ad eandem rem vocentur ſeparatim, ſeu diuerſis orationibus, req; proinde coniuncti cenſeantur, &

Primo, ſi vocentur ex diuerſis eiuſdem ho-
6 minis diſpoſitionibus, † *vt declarant Ang. de Gamb. de teſta. gl. 42. num. 4. Petr. de Biſut. in d. l. re coniuncti, num. 18.* Cuius rei multa poſſunt exempla afferri.

Primum, ſi miles diuerſa condat teſtamēta, quod eum facere poſſe dubium non eſt
7 † *l. quærebatur. 20. verſ. dicebam ff. de mil. teſta.* Nam, ſi in vno relinquat rem certam alicui, puta fundum Tuſculanum, & in alio teſtamento relinquat eundem fundum alij, nec ſimus in caſibus, in quibus per ſecundam diſpoſitionem cenſetur à prima receſſum, *ſecundum ea, quæ diximus in q. præced. num. 3.* legatarij, tamquam ad eandem rē ex diuerſis eiuſdem hominis teſtamentis vocati erunt re cōiuncti, habebuntque proinde ius accreſcēdi, *vt oſtendemus in 10. cap. q. 24. num. 5. & ſeqq.*

Secundum exemplum afferri poteſt in eadem re, quæ vni fuit relicta in teſtamento patris, alteri verò in teſtamento filij a patre cōdito, (*ſecundum ea, quæ diximus in hoc cap. q. 12. num. 13.* nam, & hi, tamquam ad eandem rem ex diuerſis eiuſdem hominis diſpoſitio-
8 nibus vocati cenſentur re coniuncti † *l. planè. 34. §. ſi coniunctim, verſ. ſed, ſi in pupillari ff. de leg primo, l. coheredi. 41. §. coheres ff. de vulgar. & ſcribunt Bart in d. §. ſi coniunctim, in prin. verſ. opp. ad ſecundam, & ibi Imol. num. 2. Caſtr. num. 6. Alex. num. 2. Iaſ num. 9. & 10. Ang. in d. §. coheres, verſ. in text. ibi, & ibi Imol nu. 21. Ang. de Gamb. de teſtam. gl. 42. num. 4. Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 23. & ibi Polit. num. 2. Rip. num. 18. Alciat. num. 9. Ant. Fum. de coniunct. cap. 12. num. 4. Pereg. de fideic. artic. 9 num. 9. Maſcard. de probat. concl. 1286. num. 12. Duar. lib. 1. de Iur. accr. cap. 5. & ad tit. ff. de vulg. cap. 15. Baldui. in § ſi eadem, num. 5. & ibi Mynſ. num. 4. Inſt. de legat. Cuiac. in d. l. planè. 34. §. ſi duobus ff. de leg. primo, Hoto. in §. igitur Enunt. 1. Inſt. de pupill. Et eſt de mente eorum, quos retulimus in hoc cap. q. 12. num. 13. & q. 13. num. 6.*

Planè, ſi teſtamenta ſint condita a diuerſis, magis eſt, vt, licet in eis res eadem ſit duobus relicta, non tamen inter eos realis cōiunctio conſiderari poſſit, *vt tradunt omnes, quos retulimus in hoc cap. q. 12. num. 12.* Nec enim ex diuerſis teſtamentis ius coniunctionis oritur *l. ſi ſub cōditione. 16. in fi. ff. quib. mod. vſuſfr. am.* ſcilicet, quia, licet ad eandem rem vocentur, non tamen ad eandem rem concurrunt, cum vnus rem, alter verò æſtimationem conſequatur, *vt diximus in d. q. 12. num. 11.*

Tertium ſit exemplum in ſpecie, qua teſtator legauit eandem rem duobus, vni quidem in teſtamento, alteri verò in codicillis: nam & in hac ſpecie cenſentur legatarij re tātum
9 coniuncti, † *vt ſcribunt Ang. de Gamb. de teſtam. d. gl. 42. num. 4. Petr. de Biſu. in d. l. re coniuncti, num. 18 Mantic. de con. vlt. vol lib. 10. tit. 3. num. 5. Craſſ. in d. §. Ius accreſcendi q. 5. num. 2. Maſcard. d. concluſ. 1286. num. 12. Et eſt de mente eorum, quos retulimus in hoc cap. q. 13. num. 7.*

Quartum exemplum ſit in ſpecie, qua duo vocantur ad eandem rem ex diuerſis codicillis ab eodem teſtatore factis: nam, & hīc cē-
10 ſentur legatarij re tantum coniuncti † *vt ſcribunt Bart. in l. cum proponatis. 3. num. 2. & ibi Caſtr. num. 3. C. de codicill.*

Secundo verò poſſunt duo, vel plures ſeparatim ad eandem rem vocari, etiam ex eadē diſpoſitione, puta ex eodem teſtamento, vel iiſdem codicillis, eruntq; proinde ita vocati
11 re tantum coniuncti. † Cuius rei multa quoque

quoque poſſunt exempla afferri.

Primum, ſi res eadem ſit relicta duobus, aut pluribus in diuerſis partibus teſtamenti,
12 † *vt ſcribunt Bart. in d. l. re coniuncti, num. 2. & ibi Polit. num. 17. Ant. Fum. de coniun. cap. 1. num. 6.*

Secundum, ſi ſit relicta in eadem parte, ſed in duabus orationibus perfectis, quæ a di-
13 uerſis verbis regantur, † ſiue orationes ſint copulatæ, & coniunctæ, vt, quia teſtator dixerit, Lego fundum Tuſculanum Caio, & eundem fundum Lego Seio, *vt dicemus in hoc cap. q. 16. num. 18. verſ. ſextus, & q. 25. num. 4.* ſiue ſint diſiunctæ, vt, quia dixerit, Lego fundum Tuſculanum Caio, eundem autem fundum Lego Seio, *vt dicemus in d. quæſt. 16. num. 18. verſ. ſextus*, ſiue ſint ſolutæ, vt, quia dixerit, lego fundum Tuſculanum Caio, eũdum fundum lego Seio, *vt ſcribit Cin. in l. vn. §. vbi autem legatarij, num. 1. verſ. quandoq; ſunt re, C. de cad. toll.* ſiue demum ſint continuatæ, vt, quia dixerit, lego fũdum Tuſculanum Caio, item eundem fundum lego Seio, *vt dicemus in eadẽ q. 16. num. 18. verſ. ſextus.*

Tertium, ſi ſit relicta in eadem parte, & duabus orationibus imperfectis, quæ ab vno
14 verbo regantur, † vt, quia dixerit, Titio fundum Tuſculanum, eundem fundum Caio do lego: nam, & ſi veteres frequentiùs arbitrati ſint, hos eſſe re, & verbis coniunctos, *vt referemus in hoc eodem cap. q. 25. num. 5.* verius tamen eſt, & diſputando probabilius, non verbis, ſed re tantũ eſſe coniunctos, *vt ibi oſtendemus nu. 6. & 7.* per ea, quæ dicemus *in hoc ipſo cap. q. 16. num. 29. & ſeqq.* Et hæc de re tantum coniunctis.

S V M M A R I V M.

1 *Coniuncti verbis tantum qui dicantur.*
2 *Coniuncti verbis tantum, vt aliqui dicantur, quæ ſint neceſſaria.*

De verbis tantum coniunctis.

Quæſtio Decimaquinta.

Verbis tantum coniuncti dicuntur ij, quibus eadem res factis a teſtatore partibus expreſſim relin-
1 quitur in eadem oratione † *l. re coniuncti. 87. verſ. item verbis, & ibi tradunt Iaſ. num. 2. 11. & 41. verſ. nam in dicta, & num. 74. & 107. Polit. nu. 22. & 30. Alcia. num. 10. Io. Gaud. num. 34. ff. de leg. 3. Ang. in l. vn. §. his ita definitis, num. 2. & ibi Caſtr. num. 1. & Cuiac. C. de cad. toll. Caſtr. in l. ſi mihi, & tibi. 12. in prin. num. 4. ff. de leg. primo, & conſ. 262. num. 3. vol. 2. Corn. conſ. 319. num. 3. vol. 4. Port. in §. ſi eadem, num. 4. & ibi Mynſ. num. 3. Hoto. Enun. 1. Vueſ. num. 5. Inſt. de legat. Ant. Fum. de coniun. cap. 2. num. 1. & cap. 3. num. 8. Alcia. in l. triplici. 142. num. 3. & ibi Zaz. in verb. aut verbis tantum, & Cuiac. ff. de verb. ſign. Crau. conſ. 709. nu. 1. Ceph. conſ. 123. nu. 1. Gomez. tom. 1. varia. reſol. cap. 10. num. 25. Craſ. in §. Ius accreſcendi q. 4. num. 2. Pereg. de fideic. art. 9. num. 8. & conſ. 59. num. 1. vol. 1. Peralt. in l. Meuio. 42. in prin. num. 1. ff. de leg. 2. Duar. lib. 1. de Iur. accr. cap. 9. Ant. Gou. de Iur. accr. num. 12. Cuiac. in l. ſi duobus. 16. ff. de leg. primo, & lib. 24. obſ. cap. 34. Hoto. in Epito. tit. ff. de vſufr. accr. num. 5. & Ill. quæſt. 44. Donell. lib. 7. comm. cap. 13. Did. Spin. in ſuo ſpecu. teſta. gl. 9. num. 8. And. Fach. lib. 4. contro. cap. 98. Gratia. tom. 3. diſcep. for. cap. 533. num. 1.* Itaq; quatuor videntur eſſe neceſſaria, ad hoc, vt aliqui verbis tantum coniuncti dicantur.
2 † Primo, vt ponantur in eadem oratione, *vt dicemus in q. ſeq. num. 1.* Secundo, vt vocentur ad eandem rem, *vt dicemus in q. 17. num. 1.* Tertio, vt vocentur ex expreſſa diſpoſitione teſtatoris, *vt dicemus in q. 18. num. 1.* Quarto demum, vt non vocentur ad ſolidum, ſed ad partes factas a teſtatore, *vt dicemus in q. 19. num. 1.* quæ, qualiter ſint accipienda, ſeparatim nobis erit in hoc loco, & per ſingula requiſita diſpiciendum.

S V M M A R I V M.

1 *Coniuncti verbis, vt aliqui dicantur, debent vocari in eadem oratione.*
2 *Coniunctionem verbalem inducit ſermonis vnitas.*
3 *Vocati quando cenſeantur duo, aut plures in eadẽ oratione, & num. ſeqq.*
4 *Coniunctio verbalis inducitur per orationem copulatam.*
5 *Coniuncti verbis ſunt, quos nominum complexus iungit.*
6 *Copula, &, facit verbalem coniunctionem.*
7 *Copula, què, facit verbalem coniunctionem.*
8 *Copula, cum, facit verbalem coniunctionem.*
9 *Coniuncti verbis ſunt, cum teſtator ita ſcribit, lego Titio vnà cum filijs ſuis.*
10 *Dictio, cum, non differt a copula in materia coniunctionis & iuris accreſcendi.*
11 *Coniunctio verbalis inducitur per dictionem, nec non, quæ habet incluſam copulam.*
12 *Coniunctio verbalis inducitur per dictionem, itẽ.*
13 *Coniunctio verbalis inducitur per orationem ſolutam.*
14 *Coniunctio verbalis inducitur per diſiunctiuam, ſiue alternatiuam poſitam inter perſonas.*
15 *Coniunctio verbalis inducitur per collectiuam.*
16 *Coniũctio verbalis inducitur per diſtributiuum, Declara, vt num. 18.*
17 *Diſtributiui natura eſt, vt rem cuilibet tribuat in ſolidum, Declara, vt num. 18.*
19 *Coniuncti verbis ſunt, qui vocantur in duabus orationibus perfectis, ſed copulatis, Sed contra num. 20. & cur, num. 21. Declara, vt num. 25.*
22 *Copula, vel coniungit nomina, vel orationes.*
23 *Coniunctio verbalis æſtimatur ex complexu nominum, non orationum.*
24 *Coniunctionem verbalem inducit potiùs ſermonis vnitas, quam natura copulæ.*
26 *Coniunctio verbalis ſecundum communem inducitur, cum verbum ſemel exprimitur, etiam in duabus clauſulis, Sed contra num. 29.*
27 *Oratio, quæ regitur ab vno verbo, dicitur vna, Declara, vt num. 36.*
28 *Declaratur l. Meuio. 42. in prin. ff. de leg. 2. & num. 31. & ſeqq. & num. 40.*
30 *Declaratur l. Iulianus. 15. ff. de hered. inſt.*
32 *Coniuncti verbis non ſunt, quibus legatur ſeparatim.*

35 Ne-

35 *Nominum complexus quando dicatur fieri in conſunctione verbali.*
37 *Verbum quando ſupplendum.*
38 *Tacitum non attenditur in materia coniunctionum, Declara, vt num. 39.*
41 *Coniunctio verbalis non inducitur per aduerſatiuam, ſi ſint duæ orationes perfectæ.*
42 *Coniunctio verbalis inducitur per aduerſatiuã, ſi ſemel verbum exprimatur, ſecundum communem, Sed contra, num. 43.*

Quando duo, vel plures cenſeantur in eadem oratione vocati.

Quæſtio Decimaſexta.

PRimùm igitur omnium ad inducendam verbalem coniunctionẽ
requiritur, vt duo, vel plures vo-
1 centur in eadem oratione, † *vt
ſcribunt Bart. in l. vn. §. his ita defi-
nitis, num. 4. C. de cad. toll. in l. liber homo 59. §.
Titius. 1. num. 2. in l. ſi ita quis haredes inſtitue-
rit. 66. ff. de hared. inſt. & in l. Moeuio. 42. in
prin. num. 2. & ibi Caſtr. num. 2. in fin. ff. de leg.
2. Caſtr. conſ. 262. num. 3. vol. 2. Iaſ. in d. l. re con-
iuncti, num. 11. & 74. & ibi Polit. num. 30. Io.
Gaud. num. 34. Ant. Fum. de coniunct. cap. 2. nu.
2. Ceph. conſ. 124. num. 3. Crau. conſ. 709 num 1.
Pereg. de fideic. artic. 9. num. 8.* nam verbalem
2 coniunctionem ſermonis vnitas inducit † *d. l.
vn. § his ita definitis, verſ. hæc ita tam variè, &
ibi Bald. num 2. Ang. num. 2. Caſtr. num. 6. verſ.
vltimo C. de cad. toll Bart. in d. l. Moeuio. 42. in
prin. num. 1. & ibi Imol. num. 2. ff de leg. 2. Bald.
in l. ſi Fortidianum. 7. num. 1. C. de legat. Imol. in
l. Titius. 11. num. 3. in l. Iulianus. 15. num. 8. in l.
item, quod Sabinus. 17. num. 3. verſ. ſed iſta opinio
ff. de hared. inſt. Ang. de Gamb. de teſtam. gloſſ 41.
num 4. Port in § ſi eadem num. 18. & ibi Myſ.
num. 3. Inſt. de legat. Petr. de Beſu. in d. l. re coniũ-
cti, num. 22 & ibi Iaſ. num. 33. 74. & 109. Crott.
num. 38. Polit. num. 22. 28. & 64. verſ. ſed hæc
ſolutio, & Alcia. num. 20. Bertr. conſ. 329. num. 6.
vol. 3. part. 1. & conſ. 28. num. 5 vol. 7. Purp. conſ.
180. num. 2. Ant. Fum. de con. d. cap. 2. num. 2.*
Cœterum, ſi in diuerſis orationibus partes
dentur, non erunt vocati verbis coniuncti, ſed
omnimodo diſiuncti, *vt diximus in hoc cap. q.
1. num. 6.* Quando autem duo, pluresùe dicã-
tur in eadem oratione poſiti, vt cenſeantur
3 verbis coniuncti, † ſi quæramus, conſtat, va-
rios caſus conſiderari poſſe, quorum

Primus eſt, quando iunguntur nomina vo-
catorum per copulam, Et in hoc caſu certũ
eſt, eandem eſſe orationem, & vocatos eſſe
4 verbis coniunctos: † Nam verbis coniuncti
5 ſunt, quos nominum complexus iungit † *l.
triplici. 142. verſ. nec dubiũ ff. de verb. ſign. Alciat.
in d. l. re coniuncti, num. 20.* ſiue nomina iun-
gantur per copulam, &, puta, quia dicat te-
6 ſtator, lego Titio, & Seio, † *l. ſi ita quis haredes
inſtituerit. 66. ff. de hared. inſt. d. l. triplici. 142. ff.
de verb. ſign. l. ſi ſeruo. 31. verſ. Iulianus dixit ff.
de ſtatulib. l. ſi quis Attio. 8. ff. de vſufr. accr. l. Ti-
tia textores. 36 §. nihil differt ff. de leg. primo, l. illi
cum illo. 40. ff. de vſufr. leg. & ſcribunt Bart. in d.
l. re coniuncti, num. 11. & ibi Iaſ. num. 41. 45. 74.
& 76. Polit. num. 28. Alciat. num. 20. Io. Gaud.
num. 34. Ang. in d. l. vn. §. his ita definitis C. de
cad. toll. Port. in d. § ſi eadem, num. 18. Inſt. de
legat. Ant. Fum. de coniun. d. cap 2. nu. 2. & cap.
9. num. 3. Decia. conſ. 61. num. 1. verſ. 2. vol. 2.
Craſſ. in §. Ius accreſcendi q 4. num. 2. Men. conſ.
1008. num. 2 Ant. Gou. de Iur. accr. num. 12.
Cuiac. in d. l. triplici. & in d. l. illi cum illo, Hoto.
Ill. quæſt. 44. & in Epito. tit. ff. de vſufr accr. nu. 4.*
ſiue per copulam, què, vt quia dicat, Titio,
7 Moeuioq; lego, † *d. l. triplici, verſ. vel ita, & ſcri-
bunt Ant. Fum. de coniun. d. cap. 2. num. 2. Alcia.
in d. l. re coniuncti, num. 20. Cuiac. in d. l. triplici,
Hoto. d. Ill. quæſt. 44. & in Epito. d. tit. ff. de vſufr.
accr. num 4.* ſiue per copulam, cum, vt, quia
8 dicat, lego Titio cum Moeuio † *d. l. triplici,
verſ. vel Titius. d. l. ſi ſeruo. 31 verſ. Iulianus dixit
ff. de ſtatulib. d. l. ſi quis Attio. 8. ff. de vſufr. accr. d.
l. Titia textores. 36 §. nihil differt, & l. ſi quis in-
quilinos. 115. § ſi ita legatum ff. de leg. primo, d. l.
illi cum illo. 40. ff. de vſufr. lega. & ſcribunt Bart.
in d. l. re coniuncti, num. 11. & ibi Iaſ. num. 74. &
76 Alcia. num. 20 Io. Gaud. num. 34. Bald. in d.
l. vn. §. vbi autem legatarij, num. 3. verſ. ſed, vbi, C.
de cad. toll. Ant. Fum. de coniun. d. cap. 2. num. 2.
& d. cap. 9 num. 3. Zaz. in d. l. triplici, in verb. vel
ita, & ibi Cuiac. Ant. Gou. de Iur. accr. num. 12.
Hoto. d. Ill quæſt. 44. & in Epit. d. tit. ff. de vſufr.
accr. num. 4 Gratia. tom. 1. diſcep. for. cap. 70. nu.
33.* vel, lego Titio, vnà cum Moeuio, vel vnà
9 cum filijs ſuis † *l vlt. C. de impub. & al. ſub. l. Lu-
cius Titius 90. §. quiſquis ff de leg. 2. Ruin. conſ.
39. num. 7 volum. 2. Gratia. d. cap. 70. num. 35.*
Nam, quo ad inducendam verbalem coniũ-
ctionem nulla eſt inter copulam, & dictionẽ,
10 cum differentia † *d. l. Titia textores. 36. §. nihil
differt ff. de leg. primo. d. l. ſi quis Attio. 8. in fi ff. de
vſufr. accr. Dec. conſ 4̄4. num. 4. Gratia. d. cap.
70. num. 49.* tametſi in alio differant, ſcilicet,
quia copula coniungit æquè principaliter,
dictio verò, cum, coniungit acceſſoriè, *vt di-
cemus in 7. cap. q. 61. num. 48. & 49* Hinc intel-
ligimus induci verbalem cõiunctionem etiã
per eas dictiones, quæ in ſe copulam incluſã
11 habent, vt per dictionem, nec non † *ſecundũ
Gratia. d. cap. 70. num. 31.* Idem eſt, &, ſi diſpo-
ſitio concipiatur per dictionem, item, puta,
quia dicat teſtator, Titio, item Sempronio le-
go fundum: nam dictio, item, ſimilis eſt co-
pulatiuæ, & vim eius habet. Quamobrem
12 verbalem inducit coniunctionem, † *vti vi-
dere eſt apud Bertr. conſ. 318. num. 5. volum. 4. &
Gratia. d. cap. 70. num. 62.*

Secundus caſus eſt, quãdo vocatorum no-
mina iunguntur oratione ſoluta, vt, cum te-
ſtator ait, lego Titio, Caio, Seio, Et tunc ſi-
militer conſtat, vocatos, tamquam in eadem
oratione poſitos eſſe verbis coniunctos, quia
13 ſoluta oratio reſoluitur in coniunctam † *d. l.
triplici, verſ. videamus, & ibi Zaz. & Cuiac. ff. de
verb. ſign. l. cum in teſtamento. 37. §. hæc verba ff.
de hær. inſt. & ſcribunt Bart. in d. l. re coniuncti,
num. 4. & 11. & ibi Petr. de Beſu. num. 22. verſic.
2. Iaſ. num 74. 75. & 109. Polit. nu 28. Io. Gaud.
num. 34. Ang. in d. l. Iulianus 15. num. 2. ff. de
hared. inſt. Imol. in d. l. Moeuio 42. in prin. num.
2. ff. de leg. 2. Bertr. conſ. 28. num. 4. vol 7. Port. in
d. § ſi eadem, num. 14. & 18. Inſt. de legat. Craſſ. in
d. §. ius accreſcendi q. 4. num. 2.*

Tertius caſus eſt, quando plures, quorum
nomi-

nomina iunguntur, vocantur alternatiuè, ſiue
diſiunctiuè, vt cũ teſtator ait, lego Titio, aut
Seio, Et in hoc pariter caſu certum eſt, verba
lem induci coniunctionem, quia alternatiua,
ſiue diſiunctiua poſita inter perſonas reſolui-
14 tur in coniunctiuam † *l. cum quidam. 4. C. de verb. ſign. l. ſæpè. 53 ff. eod. & ſcribunt Bart. in d. l. re coniuncti, num. 11. & 15. & ibi Iaſ. num. 77. & 87. Polit. num. 29. verſ. 7. Crott. nu 42. Io. Gaud. num. 34. Alciat num. 20. Bart. in l. cum pater. 79. §. a te peto num. 1. ff. de leg. 2. Iaſ. in addit. ad Port. in d. §. ſi eadem poſt num. 7. Mantic. de coni. vlt. vol. lib. 4. tit. 3. num. 19. Duar. lib. 1. de Iur. accr. cap. 9. Craß. in §. Ius accreſcendi quaeſt. 4. num. 6.* Quod in materia verbalis tantum coniunctionis procedit indiſtinctè, ſcilicet, quia verbalis tunc dicitur coniunctio, cùm teſtator addit illa verba, æquis partibus, aut ſimilia, quo caſu ceſſat illa quæſtio, quæ alioquin in materia mixtæ coniunctionis plerumq; controuertitur, an vocatio intelligatur facta ordine ſucceſſiuo, *vt decemus in hoc cap. q. 26. per tot.*

Quartus caſus eſt, quando plures vocantur collectiuè, puta, quando teſtator ait, lego filijs, vel, lego agnatis, Et in hoc caſu ſimiliter non eſt dubitandum, quin ita vocari cen-
15 ſeantur verbis coniuncti † *l. interdum 13. in prin. & ibi Caſtr. num. 3. verſ. in text. ibi ff. de hered. inſt. l. ſi pater filio 9 ff. de vulg. d. l. ſi quis Attio 8 ff. de vſufr. accr l. qui quartam. 15. §. vlt. & ibi Bart. num. 1. Imol. & Alex nu. 1. Iaſ num. 1. ff. de leg. primo, Bart. in d. l. re coniuncti, num. 11. & 13. & ibi Petr. de Beſu num. 22. verſ. 3. Iaſ. num. 14. 74. 78. & 100. Polit nu. 28 & 35. Crott. num. 32. Alcia. num. 21. Io. Gaud. num. 35. & 45. Ang. de Gamb. de teſta. gl. 42. num. 3. Duran. de art. teſt tit. 6. caut. 15. num. 1. Ruin. conſ. 26 num. 8. & conſ. 154 num 5. & 6. vol. 1. conſ. 30. num. 14. vol. 2. Ant. Fum. de coniun. cap. 3. num. 8. Duar. lib. 1. de Iur. accr. cap. 9. Men. conſ. 514. num. 3.*

Quintus caſus eſt, quando duo, vel plures vocantur diſtributiuè, vt, cum teſtator ait, Quiſquis mihi hæres erit, aut. Quicumq mihi hæres erit, aut ſimili vtitur dicendi genere, Et in hoc ſimiliter caſu receptum eſt, & re-
16 ctè, verbalem induci coniunctionem † *l. vlt. C. de impub. & al. ſubſt. & ſcribunt Bart. in d. l. re coniuncti, num. 11. & 13. & ibi Iaſ num. 87. Crott. num. 40. Alcia. num. 21. Io. Gaud num. 35. Ant. Fum. de coniun. d. cap. 3. num. 8. Duar. d. lib. 1. de Iur. accr. cap. 9. Craſſ. in d. §. Ius accreſcendi q. 4. num. 4. Polito tamen in d. l. re coniuncti, num. 35. diſſentiente.* Nec eſt contrarium, quod diſtributiui natura ſit, vt rem tribuat cui
17 libet inſolidum † *l. huiuſmodi. 86. §. quibus ff. de leg. primo, Crott. in d. l. re coniuncti, num. 36.* quia reſpondeo, id procedere, niſi addantur
18 illa verba, æquis partibus, † *vt reſpondet Alcia. in d. l. re coniuncti, num. 21.*

Sextus caſus eſt, quando non iunguntur vocatorum nomina, ſed cum repetita expreſſione verbi iunguntur orationes, & clauſulę, vel per copulam, vt, cũ teſtator ait, lego fundi Tuſculani partem dimidiam Titio, & alteram dimidiam lego Sempronio, vel per orationem ſolutam, vt, cum ait, lego Titio dimidiam, alteram dimidiam lego Sempronio, Et in hoc caſu, licet plerique veteres, *quos refert Bart. in d. l. re coniuncti, numer. 12.*
19 cenſuerint, † eos eſſe verbis coniunctos, propter copulam, &, quæ verbalem inducit coniunctionem *d. l. triplici. 142 ff. de verb ſign. d. l. ſi ita quis heredes inſtituerit. 60. ff. de hered. inſtit.* verius tamen eſt, quod alij frequentiùs tradiderunt, non eſſe ſcilicet eos verbis coniũctos,
20 ſed omnimodo diſiunctos † *Ita enim cenſuerunt Bart. in d. l. re coniuncti, num. 4. 12. & 32. verſ. 3. & ibi Petr. de Beſu. num. 12. verſ. ſed hæc, & num. 16. 17. & 22. verſ & ideo, Iaſ. num 32. 33. & 41. verſ. iſta ſolutio & num. 42. & 86. Alcia. num. 22. Crott. num. 37. & 38. Polit. num. 17. & 64 verſ. ſed hæc ſolutio, Æmil. Ferr num. 55. Io. Gaud num. 36. Bart. in d l. vn. §. his ita definitis, num 6. & ibi Bald. num. 2. Ang. num. 2. Caſtr. num. 6. verſ. vltimo C. de cad. toll. Bart in d l. triplici. 142. num. 2. & ibi Alcia. num. 3. ff. de verb. ſign. Bart. in d. l. Mœuio 42. in prin. num. 1. & 2. & ibi Caſtr. num. 1. & 2. in ſi ff. de leg. 2. Bart. in l. Titius. 11. num. 1. & ibi Imol. num. 3. ff de her. inſt. Bart. in l. itẽ, quod Sabinus. 17. §. 1. nu. 1. & ibi Imol. nu. 3. verſ. ſed iſta opinio, ff eod. Bart. in l. liber homo. 59. §. Titius. 1. num. 1. ff. eod. Bald. in l. ſi ita quis heredes inſtituerit 66. ff. eod. & in l. ſi Fortidianum. 7. num. 2. C. de legat. Ang. in l. Iulianus. 15. num. 2 & ibi Imol. num. 8. ff de her. inſt. Ang. in l. coheredi 41. §. cohæres, verſ. Ergo coniunctio ff de vulg. Caſtr. in l. Lucius. 78. §. quę habebat, verſ ad ſecundum ff. ad Treb. Port. in d. § ſi eadem, num. 4. 18. & 2 . verſ ſed hæc reſponſio, & num. 24. & ibi Myns. num. 3. Inſt. de legat. Curt. Iun. conſ. 259. nu 4. & 14. Purp. conſ. 150. num. 3. Bertr. conſ. 329. num 6. volu. 3. part. 1. & conſ. 155. num 1. vol 4. Ant. Fum de coniun. d. cap. 2. num. 2. Pereg. de fideic. artic. 9. num 8. verſ. ex prędictis. Craſſ. in d §. Ius accreſcendi, q. 4. nu. 3. Duar. d. lib. 1. de Iur. accr. cap. 9.* Quam ſententiam, non ſolum veram eſſe puto, ſed etiã
21 indubitatam: nam, † quoties duæ ſunt orationes, tametſi coniunctæ, non poſſunt vocati dici verbis coniuncti, ſed diſiuncti *l. ſicut. 3. §. hæc autem ff. quib. mod. vſuſfr. am. l. Mœuio. 42. in prin. ff. de leg. 2. & d. §. ſi eadem, Inſtitu. de legat.* ſcilicet, quia, vt ſupra dictum eſt, non inducitur verbalis coniunctio, niſi adſit ſermonis, & orationis vnitas *d. l. vnic. §. his ita definitis, verſ. hæc ita tam variè C. de cad. toll.*

Neq; obſtat, quod dictio, &, inducat coniunctionem, quia reſpondeo, poſſe eam inducere coniunctionẽ, aut nominum, aut orationum, nominum, cum teſtator ita loquitur, lego Titio, & Seio, orationum verò, cum ait, lego dimidiam Titio, & alteram dimidiam
22 lego Seio, † *vt declarant gl. in l. quidam. 14. in verb. coniunctionibus ff de penul. lega. Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 49.* Coniunctionem autem verbalem non æſtimari ex complexu oratio-
23 num, ſed ex complexu nominum † *d. l. triplici. 142. verſ. nec dubium. Ita reſpondent Petr. de Beſu. in d. l. re coniuncti, num. 24. & ibi Iaſ. nu. 86. & Polit. num. 24. Duar. d. lib. 1. de Iur. accr. cap. 9.* &, vt aiunt noſtri, non ex natura copu-
24 læ, ſed ex vnitate ſermonis, † *vti videre eſt apud Bald. in d. l. vn. §. his ita definitis, num. 2. verſic. ſecundo modo C. de cad. toll. Caſtr. in d. l. Mœuio. 42. in prin. num. 1. ff. de leg. 2. Petr de Beſu. in d. l. re coniuncti, num. 16. & ibi Polit. num 24. & 28. Alciat. num. 22. Æmil. Ferr. num. 48. Harman. in l. 4. §. Cato, nu. 404. ff. de verb. oblig. Ant. Fum.*

de

de coniun.d.cap.2.num.2.Mynſ.in d.§.ſi eadem
num.3.Inſt.de legat.Craſſ.in d.§. Ius accreſcendi
q.4.num.2.

Planè hoc ita puto accipiendum,vt proce-
25 dat,† ſi teſtator bis exprimat rem, aut eius
partem, puta dicat, lego fundum Tuſculanũ
Primo,lego fundum Tuſculanum Secundo,
vt in d.§. ſi eadem Inſt. de legat.& nos diximus
*in hoc cap.q.5.num.*11. vel, fundi Tuſculani
partem dimidiam lego Primo, & alteram di-
midiam lego Secundo, *in quibus terminis lo-*
quuntur Dd ſupra allegati. Coeterùm, ſi rem
ſemel exprimat, etiamſi repetat verbum, cre-
diderim nihilominus verbalem induci con-
iunctionem,vt,ſi ita dicat, lego Titio, & lego
Sempronio fundum Tuſculanum: nam illa
verbi repetitio, tamquam fruſtratoria nõ de-
bet habere maiorem vim,quam ſimplex eius
expreſſio. Itaq; non verbi repetitio, aut vni-
tas excludit, vel inducit verbalem coniun-
ctionem, ſed vnitas expreſſionis rei, de quo
tamen ampliùs cogitandum cenſeo, propte-
rea, quod neminem inueni, qui de hoc ſpe-
cialiter fuerit locutus.

Septimus caſus eſt,quando teſtator non iũ-
git quidem nomina,ſed iungit clauſulas, vel
per copulam, vel per orationem ſolutam, &
verbum ſemel exprimit, vt, cum ita ſcribit,
Moeuio fundi partem dimidiam, & Seio al-
teram dimidiam lego, vel, Seio alteram di-
midiam lego,*vt in ſpecie l. Moeuio.42.in prin.*
ff.de leg.2. Et in hoc caſu frequentes interpre-
tes cenſent ita vocatos eſſe verbis cõiunctos.
26 † *Ita enim cenſuerunt Bart. in d.l. Moeuio,42.*
in prin.num.1.& ibi Bald.& Caſtr. nu. 1. Imol.
num.2.ff.de leg.2.Bart.in d.l.re coniuncti, num.
12.& 29.& ibi Crott. num.50.verſ.preterea. Al-
ciat.num.38.Bald.in l.vn.§.his ita definitis num.
2.C.de cad.toll.& in d.l.ſi Fortidianum. 7. num.
2.C.de legat.Imol.in l.ſi Proculo.20.ff.de leg.2.
Caſtr.in d.l.Lucius 78 §.qua habebat,verſ. ad ſe-
cundum ff. ad Treb.& conſ. 406. num. 1.volu.2.
Soc.Sen.conſ.94 in fi.vol.4. Bertr. conſ.329.num.
6.vol.3.part.1.conſ.99.num.10.conſ.155.num 1.
& conſ.318.num.5.vol.4.Curt. Iun. conſ.83.in
prin.iuncto num. 3.Soc.Iun.conſ.139.num.19.
vol.1.Ant.Fum.de coniunct.d.cap.num.1.&
cap.9.num.1.Crau.conſ.709.num.1. Alcia.in d.
l.triplici 142.num.3.& 8.ff.de verb.ſign. Mant.
de coni.vlt.vol.lib.10.tit 3.num.6.Craſſ.in d.§.
Ius accreſcendi q.4.num.2.Peral.in d.l. Moeuio.
42.in prin.num.1.Pereg.de fideic.d.artic.9.nu.2.
& 8 Men.de praeſ.lib.4.praeſ.86.num.2 conſil.
209.num.11.verſ.4.& num.12.conſ.1008.num.
4.verſ.hic partes,& conſ.1069.num.21.Mynſ.
in d.§.ſi eadem,num.3.Forcat.in Necyo.dial.9.
*num.6.Donell.d.lib.8.comm.cap.*21.Moueatur
autem,vt ita ſentiant

Primo, quia verbis coniuncti dicuntur,qui
ſunt poſiti in vna,eademq; oratione *d.l.vn.§.*
his ita definitis,verſ. hæc ita tam variè C. de cad.
*toll.*Sed, quando teſtator ſemel exprimit ver-
bum, lego, cenſentur legatarij poſiti in vna
tantũ oratione. Sunt igitur verbis coniuncti.
Minorẽ probant,quia vna dicitur oratio, quę
27 regitur ab vno verbo. † *vt ſcribunt Bart.in d.l.*
re coniuncti,num.12 in fi. & ibi Crott. num.37.
Bald.in d.l.Moeuio.42.in prin.& in d.l.ſi For-
tidianum 7.num.1.C.de legat. Caſtr.in d.l.vn.§.
his ita definitis,num.6.verſ. vltimo C.de cad.toll.
*Port in d.§.ſi eadem.num.*18.*Inſt. de legat.* Re-
gitur autem in propoſito caſu oratio ab vno
tantum verbo. Eſt igitur vna.

Secundo mouentur *d. l. Moeuio.42.in prin.*
*ff.de leg.2.*vbi Iabolenus.*Moeuio fundi partẽ*
dimidiam, inquit, *Seio partem dimidiam lego,*
eundem fundum Titio lego ſi Seius deceſſerit,partẽ
eius vtriq; accreſcit, ex quibus verbis ita dedu-
28 cunt argumentum. † Ius accreſcendi non ha-
bet locum inter legatarios, niſi ſint cõiuncti,
vt dicemus in hoc cap.q.41.num.1. Locum autẽ
habet in propoſita ſpecie inter Moeuium, &
Seium. Sunt igitur coniuncti. Atqui non
ſunt coniuncti re, quia diſtinctio partium
tollit realem coniunctionem, *vt diximus in*
*hoc cap.q.1.num.*6. Sunt igitur coniuncti ver-
bis.

Verùm, & ſi Bartoli ſententia ita ſit in fo-
ro recepta, vt ab ea nefas ſit in conſulendo, &
iudicando recedere, mihi tamen diſputando
verior ſemper viſa eſt contraria ſententia,nẽ-
pe in propoſita ſpecie legatarios non magis
eſſe verbis coniunctos, quam, ſi bis verbum
29 teſtator expreſſiſſet. † *Fuit hæc ſententia Azo.*
in ſumm.C.de cad.toll.num.11.gl.in l.1.§.idem
ait,in verb.ex ſocijs,& in §.vlt.in verb.ſeparatim
ff.de vſufr.accr.Petr.de Beſu.in d.l.re coniuncti,
num.4.& ibi Polit num.68.verſ.2.& verſ.tu ve-
ro.Port.in d.§.ſi eadem,num 22.Inſt.de legat.
Ant.Fum.de con cap.9 num,1.tametſi extra ſpe-
ciem l.Moeuio,conſentiat cum communi. Eiuſdẽ
opinionis fuerunt Gomez.tom 1.varia reſol.cap.
10.nu.25.Ant.Gou.in lib.animad.cap.6.Cuiac.
in d.l.vn.§ his ita definitis C de cad.toll.& in l.ſi
duobus 16.ff.de leg.primo,& lib.24.obſ.cap.35.
Hoto lib.6.obſ.cap.12. Moueor autem.

Primo *l.Iulianus.15.ff.de hered.inſt.*in cuius
30 ſpecie † teſtator ita ſcripſerat. *Titius,ex par-*
te dimidia hæres eſto, Seius ex parte dimidia.
Itaq; verbum ſemel expreſſerat,& tamen Ti-
tius,& Seius non ſunt verbis coniuncti. Non
inducitur ergo verbalis coniunctio ex diuer-
ſitate clauſularum, licet verbum ſemel ex-
primatur.

Secundo moueor ipſamet *l.Moeuio.42.in*
prin.ff.de leg.2. vbi Iabolenus poſtea, quam
31 dixit, † ſi Seius deceſſerit, partem eius vtriq;
accreſcere,ſubijcit hanc rationem,*quia, cum*
ſeparatim,& partes fundi,& totus legatus ſit, ne-
ceſſe eſt,vt ea pars, quæ ceſſat, pro portione legati
cuiq; eorum,quibus fundus ſeparatim legatus eſt,
accreſcat. Ex quibus verbis ita argumentor.
Verbis coniuncti non ſunt, quibus ſeparatim
32 legatur † *l.1.§.interdum ff.de vſufr. accr. l.ſi plu-*
ribus.33.ff.de leg.primo l.duos ſeparatim.14.ff.de
vſufr.legat.l. ſi ſeparatim. 30.ff. de cond. & dem.
Separatim autem legantur partes, cum teſta-
tor ita ſcribit, Moeuio fundi partem dimidiã
Seio partem dimidiam lego,vti conſtat ex il-
lis verbis, *ſeparatim,& partes fundi.* Non ſunt
igitur legatarij verbis coniuncti.

Nec eſt,quod reſpondeas, partes dici ſepa-
ratim legatas,non reſpectu Moeuij, & Sei in-
ter ſe,ſed reſpectu Titij, cui poſtea totus fun-
dus legatus eſt, hocque dicere Iabolenum,
Moeuium,& Seium, quibus partes datæ ſunt,
eſſe ſeparatos a Caio, cui poſtea totus fundus
relictus eſt, ſed non inter ſe, quia, cum ſint
poſiti in eadem oratione, non poſſunt non
33 eſſe verbis coniuncti, † *Quomodo poſſe reſpon-*
deri

deri ſcribit Polit. in d. l. re coniuncti, numer. 68.
verſ. quamquam etiam ad hoc: Nam verius eſt,
illa verba *ſeparatim, & fundi partes*, eſſe acci-
34 pienda † reſpectu ipſorum, quibus partes da-
tæ ſunt, vt ſcilicet dicantur illas partes habuiſ-
ſe, non coniunctim, ſed ſeparatim, etiam in-
ter ſe, quod, vel hac vna ratione conuincitur,
quia, niſi diceremus, hoc ſentire Iabolenum,
Moeuium ſcilicet, & Seium inter ſe verbis
eſſe diſiunctos, nulla vis eſſet illius rationis,
quam ibi ſubiicit, dum ait, in hac ſpecie,
Moeuio fundi partem dimidiam, Seio partem
dimidiam lego, eundem fundum Titio lego, ſi Se-
ius deceſſerit, partem eius ideo vtriq; accreſ-
cere, quia, cum ſeparatim, & fundi partes, &
totus fundus legatus ſit, neceſſe eſt, vt pars de-
deficiens vtriq; accreſcat: Nec enim aliqua
dici poſſet ſubeſſe neceſſitas, propter quam
vterq; pariter eſſet admittendus, niſi ſentiret
Iabolenus, vtriuſq; partem eſſe cauſam reſpe-
ctu Sei deficientis, ſcilicet, quia, vt Titio ſe-
paratim a Seio totus fundus legatus eſt, ita, &
ſeparatim a Seio legata eſt Moeuio pars fun-
di, & ideo, quia, vt Titius reſpectu totius, ita
& Moeuius reſpectu partis a Seio deficiente
ſeparatus eſt, non poteſt inter eos tamquam
in pari cauſa locus eſſe prælationi, ſed vterq;
pro portione legati pariter eſt admittendus.
Et ſanè, ſi Moeuius eſſet cum Seio deficiente
coniunctus verbis, non eſſe. pariter cum Ti-
tio, quem conſtat eſſe re tantum cõiunctum,
admittendus, ſed eſſet illi præferendus, quia
verbis tantum coniunctus re tantum coniun-
cto potior eſt *d. l. re coniuncti 87 ff. de leg. 3. &*
nos latè dicemus in hoc cap. q. 46. num 48. Cum
igitur Titio non præferatur, Conſequens eſt,
vt non ſit verbis coniunctus.

Tertio moueor, quia verbis coniuncti nõ
ſunt, niſi, quos nominum complexus iungit
d. l. triplici. 142. verſ. nec dubium. ff. de verb. ſign.
Nominum autem complexus non iungit le-
gatarios, cum ita ſcribit teſtator, Moeuio fũ-
di partem dimidiam, Seio partem dimidiam
lego: Tunc enim dicuntur nomina coniũgi,
35 † cùm copula ponitur inter nomina, vt, cùm
teſtator ait, Titio, & Seio, vel, Titio. Seioque,
vel Titio cùm Seio, vel etiam, cum ſolutè di-
citur, Titio, Seio *vti conſtat ex d. l. triplici. & ele-*
ganter explicant Polit. in d. l. re coniuncti, num.
26. verſ. Itaq; & Cuiac lib. 24. obſ. cap. 35. Non
ſunt igitur legatarij verbis coniuncti.

Neq; obſtant contraria: nam ad primum
reſpondeo, negando minorem: Nec enim
verum eſt, legatarios dici poſitos in eadem
oratione, quando teſtator ait, Moeuio fundi
partem dimidiam, Seio partem dimidiam le-
go. quia dicuntur eis relictæ partes ſeparatim
in d. l. Moeuio, vt ſupra dictum eſt Nec ob-
ſtat, quod vna dicatur oratio, quę regitur ab
vno verbo, quia reſpondeo primo ad maio-
36 rem, hanc ita demum veram eſſe, † ſi clauſu-
la ſit vna, ſecus verò, ſi ſint plures: nam ſi,
verbi gratia teſtator ita dicat, lego Titio, &
Seio fundum, & domum, vna ſine dubio
clauſula eſt, vnaq; per conſequentias oratio,
ab vno, eodemq; recta verbo. Coeterùm, ſi di-
cat, lego Titio fundum, & Seio domum, duæ
ſunt clauſulæ, duæq; proinde orationes, licet
ab vno, eodemq; verbo regantur. Secundo
reſpondeo ad minorem, negando clauſulas
huiuſmodi regi ab eodem verbo: Nam, quo-
ties teſtator ait, Moeuio fundi partem dimi-
diam, Seio partem dimidiam lego, licet ver-
bum ſemel expreſſerit, intelligitur tamen il-
lud repetitum, ne maneat oratio imperfecta.
Itaq; perinde eſt, ac, ſi teſtator dixiſſet, Moe-
uio partem dimidiam lego, Seio partem di-
37 midiam lego † *l. cum pater. 79. §. cum imperfe-*
cta. ff. de leg. 2. l. 1. §. Diuus ff. de hær. inſt. & ſcri-
bunt gl. in d. l. Iulianus. 15. in verb ex parte dimi-
dia ff. eod. Petr. de Bellu. in d. l. re coniuncti, num.
4. & ibi Polit. num. 25. & 68. verſ. tu vero, Ioan.
Gaud. num. 13. Non reguntur ergo clauſulæ
ab vno, eodemq; verbo, ſed a diuerſis, ideſt,
vna a verbo expreſſo, altera verò ab intel-
lecto.

Nec eſt, quod obiicias, tacitum non atten-
38 di in materia coniunctionum, † vt patet ex
re, & verbis coniunctis, quibus partes tacitè
datæ intelliguntur *l. cui fundus. 55. §. 1. ff. de*
cond. & dem. l. legata inutiliter. 19. §. vlt ff. de leg.
primo, & tamen non deſinunt eſſe re coniun-
cti, niſi dentur expreſsè a teſtatore *d. l. re con-*
iuncti, & d. l. triplici, Et in his terminis conſiderãt
Bald. in d. l. ſi Fortidianum. 7. num. 2. C. de legat.
Iaſ. in d. l. legata inutiliter. 19. § vlt. num. 6. ff. de
leg. primo, Idem Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 22.
& ibi Crott num. 37. & 41. Alcia. num. 8. Idem
Alcia. in d. l. triplici, num. 12. Bertr. conſ. 99. num.
10. & conſ. 318. num. 5. vol 4. quia reſpondeo
39 tunc demum non attendi tacitum, cum † nõ
ineſt ex neceſſitate *vt dicemus in hoc cap. q. 25.*
num. 42. Ineſſe autem ex neceſſitate oratio-
nis, quando clauſula eſt imperfecta, ideoque
debere attendi. *Ita reſpondet Polit. in d. l. re*
coniuncti, num. 26.

Ad ſecundum verò reſpondeo, in ſpecie
40 *l. Moeuio*, † legatarios omnes, & verò etiam
Moeuium, & Seium inter ſe coniunctos cen-
ſeri, non verbis, ſed re: Nam, cum teſtator
ita loquitur, Moeuio fundi partem dimidiã,
Seio partem dimidiam lego, vel, Moeuio
fundi partem dimidiam lego, Seio partem
dimidiam lego (nec enim inter has ſpecies
diſcrimen aliquod conſtituo) ſi non progre-
diatur ad aliam diſpoſitionem reſpectu eiuſ-
dem fundi, legatarij non ſunt habituri ius ac-
creſcendi, quia ſunt omnimodo diſiuncti:
Nec enim dici poſſunt coniuncti verbis, quia
ſunt poſiti in diuerſis orationibus nec re, quia
non ad ſolidum, ſed ad partes ex teſtamento
vocantur, & ideo, ſi Seius deficiat, dimidia
pars fundi, quæ fuit ei relicta, non accreſcet
Moeuio, ſed manebit in hæreditate. Quod, ſi
teſtator reſpectu eiuſdem fundi progrediatur
ad aliam diſpoſitionem, & dicat, eundem
fundum lego Titio, propter hanc adiectionẽ
tertij, Moeuius, & Seius, qui erant omnimodo
diſiuncti, incipiunt eſſe re coniuncti, quia
Titius abſtrahendo ab eis dimidiam partem
fundi operatur, vt altera dimidia, quæ fuerat
inſolidum vtriq; relicta, concurſu ſit inter eos
diuidenda. Quamobrem Moeuius, qui ex diſ-
poſitione teſtatoris habebat dimidiam, col-
legatarijs concurrentibus non habebit, niſi
quartam. Hinc fit, vt, ſi Seius deficiat, quia
duos habet re coniunctos, Moeuium ſcilicet,
& Titium, debeat eius pars pro portione le-
gati vtriq; accreſcere: nam, cum ambo pari
coniunctione iungantur, nulla eſt ratio, quæ
ſuadeat

Digitized by Google

ſuadeat alterum altero debere eſſe potiorem. Et hoc eſt, quod ſcribit Iabolenus *in d.l. Moeuio*, dum ait, ſi Seius deceſſerit, ideo partem eius vtriq; accreſcere, *quia, cum ſeparatim, & fundi partes, & totus legatus ſit, neceſſe eſt, vt pars, quæ ceſſat, pro portione legati cuiq; eorum, quibus fundus ſeparatim legatus eſt, accreſcat.* Significat enim, ideo partem Sei deficientis non Moeuio ſoli, ſed vtriq; accreſcere, quia ſunt ambo cum Seio ſeparati, ideſt, re coniuncti: nam Moeuius, & Seius ſunt re, non verbis coniuncti, quoniam eis ſeparatim partes legatæ sũt, & Titius, cui totus fundus ſeparatim legatus eſt, vtiq:, & ipſe cum Seio eſt re coniunctus. Quo fit, vt, quoniam ambo ſunt pares, neceſſariò dicendum ſit, pariter eos eſſe admittendos ad partem Sei vacantem, ſcilicet pro portione legati. Quem eſſe verum eiuſce loci ſenſum, intelligimus ex illis verbis, *neceſſe eſt.* nam hanc neceſſitatem deferendæ partis vacantis vtriq: legatario deducit Iabolenus ex eo, quod vtriq; relictum eſt legatum ſeparatim, ideſt, Moeuio fundi pars, Titio totus fundus. Et ita locum hunc eſſe accipiendum docet *Cuiac. in d.l. vn. §. his ita definitis C. de cadu. toll. & lib.* 24. *obſ. cap. 35.* Planè, ſi non ſolum deficiat Seius ſed etiam Titius, non habebit Moeuius ius accreſcendi, niſi vſq; ad dimidiam, quam ei teſtator reliquerat, quia reſpectu alterius dimidiæ, nec cum Seio, nec cum Titio coniunctus dici poteſt, ſed omnimodo diſiunctus. Quamobrem remanebit ea in hæreditate, *vt eleganter ſcripſit Cuiac. in d. §. his ita definitis, & d. lib. 24. obſ. cap. 35.* Et ita ſeptimum caſum diſputando cenſeo definiendum.

Octauus caſus eſt, quando eiuſdem rei partes duobus relinquuntur per dictionem aduerſatiuam, puta per dictionem, autem, verò, vel, id genus aliam, Et in hoc caſu cenſent communiter Interpretes, ſi non ſit vnus ſermo, ideſt, ſi verbum a teſtatore bis fuerit expreſſum, puta, quia dixerit, lego fundi partẽ dimidiam Titio, alteram verò dimidiam lego Seio, non eſſe legatarios verbis coniun-
41 ctos, ſed omnimodo diſiunctos, † Quod, & verum eſt, *vti conſtat ex l Lucius. 78. §. quæ habebat, & ibi tradunt Bart. num. 3. Caſtrenſ. verſ. ad ſecundum ff. ad Treb. Bart. in d. l. re coniuncti, num. 14. & ibi Crott. num. 41. Io. Gaud. num. 34. Duar. d. lib. 1. de Iur. accr. cap. 9.* Cæterùm, ſi ſit vnus ſermo, ideſt, ſi teſtator ſemel expreſſerit verbum, puta dixerit, Moeuio fundi partem dimidiam, Seio autem alteram dimidiam lego, cenſent, legatarios eſſe verbis
42 coniunctos. † *Ita inquiunt Bart. in d. l. Lucius. 78. §. quæ habebat, num. 3. & ibi Caſtr. verſ. ad ſecundum ff. ad Treb. Bart. in d. l. re coniuncti, num. 14. & ibi Iaſ. num. 37. Crott. num. 41. Alcia. num. 20. Io. Gaud. num. 34. Bart. in l. pen. in prin. num. 2. ff. ad l. Falc. Ceph. conſ 124. num. 4. Craſſ. in d. §. Ius accreſcendi q. 4. num. 5. Duar. d. lib. 1. de Iur. accr. cap. 9.*

Verùm, cum hæc ſpecies, Moeuio fundi partem dimidiam, Seio autem alteram dimidiam lego, non differat ab illa, quam retuli-
43 mus in ſeptimo caſu, conſequens eſt, † vt idẽ in hac, quod, & in illa ſit dicendum, non eſſe ſcilicet legatarios verbis coniunctos, tametſi verbum, lego, ſemel fuerit expreſſum: Nec enim fieri poteſt, vt nominum complexus iũgat eos, quibus eiuſdem rei partes aduerſatiuè relinquuntur, *vt rectè docuit Polit. in d. l. re coniuncti, num. 29. & eſt de mente omnium, quos retulimus ſupra num. 29.* Et hoc eſt primum requiſitum.

SVMMARIVM.

1 *Coniuncti verbis, vt aliqui dicantur, debent ad eandem rem vocari.*
2 *Coniuncti verbis an dici poſſint, qui vocantur ad res diuerſas, & num. 3. & 9.*
4 *Teſtator, qui coniunctim vocat plures ad res diuerſas, cenſetur id feciſſe ſtudio potiùs celeritatis, quam animo coniungendi.*
5 *Filiæ, quibus ſingulis legata ſunt mille pro dote, non ſunt verbis coniunctæ, quo ad ius accreſcendi.*
6 *Coniuncti verbis non ſunt, quo ad ius accreſcendi, quibus alternis annis legatur vſusfructus eiuſdem fundi.*
7 *Coniuncti verbis non ſunt, quoad ius accreſcendi, quibus legantur partes pro diuiſo.*
8 *Pars diuiſa totum eſt, non pars.*
10 *Diſtributiui, quæ ſit vis, & natura.*

An verbis tantum coniuncti dici poſſint, qui vocantur ad res diuerſas.

Quæſtio Decimaſeptima.

NOn ſufficit autem duos, aut plures in eadem oratione vocari, vt verbis coniuncti dicantur, ſed requiritur ſecundo, vt vocentur ad ean-
1 dem rem, † *vt ſcribunt Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 1. 2. & 107. & ibi Io. Gaud. num. 34. Alcia. num. 28. Ant. Fum. de coniun. cap. 2. num. 1. & 2. & cap. 10. num. 2. Craſſ. in §. Ius accreſcendi q. 8. num. 4. Duar. lib. 1. de Iur. acc. cap. 9.* Cæterùm, ſi ad res diuerſas, puta, quia dicat teſtator, Titio, & Seio ſingulis ſingulos ſeruos do, lego, vel non dicentur coniuncti, licet poſiti ſint in
2 eadem oratione, † *ſecundum Bald. in l. huiuſmodi. 86 §. quibus, & ibi Iaſ. num. 1. ff. de legat. primo. Ang. conſ. 11. num. 3. Io. Gaud. in d. l. re coniuncti, num. 43. & 44. Ceph. conſ. 124. num. 5. Surd. conſ. 31. num. 38. & 39. verſ. eadem, Pereg. de fideic. artic. 9 num. 2. & conſ. 77. num. 22. vol. 5. Duar. d. lib. 1. de Iur. accr. cap 4 & cap. 9. Baldui. in §. ſi eadem, num. 1. & ibi Myuſ. num. 3. Inſt de legat. Forcat. in Necyo. dial. 67. num. 1. Donell. lib. 7. comm. cap. 13. lib. 8 cap. 21. & lib. 10. cap. 23.* vel dicentur quidem coniuncti, quoad figuram verborum, ſed non, quoad ius accreſcendi, quippe, quod inter eos non ſolet
3 habere locum † *d. l. huiuſmodi. 86. §. quibus, & ibi not. Bart. Ang. Imol. Caſtr. Bart. in d. l. re coniuncti, num 23. & ibi Petr. de Beſu. num. 29. Iaſ. num. 79. 103. 107. & 109. Polit. num. 27. & 47. Alcia. num. 28. Aem. Ferr. num. 54. Ang. in l. 1. in prin. verſ. quarta ff. de vſufruct. accr. Ang. de Gamb. de teſta. gl. 41. num. 2. & gl. 42. num. 3. & 5. verſic. 2. principaliter. Roma. conſ. 185. num. 11. Caſtr. in l. vn. §. vbi autem legatarij num. 1. C. de cad. toll. & conſ. 406. num. 1. verſic. contrarium. vol. 2.*

vol. 2. Alex. in l. planè. 34. §. ſi coniunctim num. 2. ff. de leg. primo, Port. in d. §. ſi eadem, num. 21. Inſt. de legat. Ruin. conſ. 30. num. 15. conſ. 87. nu. 7. vol 2. Zaz. in ſing. intell. cap. ſi teſtator leget Titio, & Sempronio fundum, Ant. Fum. de coniun. cap. 2. num. 2. Alcia. in d. l. triplici. 142. num. 3 ff. de verb. ſign. Hugo. Celſ. conſ. 69. num 4. Crau. conſ. 709 num. 2. & conſ. 972. num. 25. Mantic. de con. vlt. vol. lib. 10. tit. 3. num. 6. & 29. Bened. de Plumb. inter conſ. vlt. vol. Zilet. conſ. 62. num. 8. volu. 1. Craſſ. in §. Ius accreſcendi q. 8. num. 4. Surd. d. conſ. 31. num. 38. Coſta de port. rat. q. 49. num. 5. Pereg. d. conſ. 77. num. 22. vol. 5. Teſtator enim, qui duos, vel plures oratione coniuncta vocauit ad res diuerſas, cenſetur id potiùs celeritatis ſtudio, quam animo coniun-
4 gendi feciſſe † *l. ſi ita quis hæredes inſtituerit 66. ff. de hæred. inſt. Et in his terminis conſiderant Iaſ. in d. l. huiuſmodi. 86. §. quibus, num. 1. in fin. ff. de leg. primo, Decia. conſ. 61 num. 42. verſ. quibus vol. 2. Surd. d. conſ. 31. num. 38. Duar. d. lib. 1. de Iur. accr. cap. 9.* Hinc inferunt.

Primò, ſi pater ita ſcripſerit, lego ſingulis filiabus, vel cuilibet ex filiabus meis mille prodote, non habiturum inter eas locum ius accreſcendi, quia, quamuis ſint coniunctæ, quoad verba, non tamen ſunt cõiunctæ, quoad ius accreſcendi, cùm vocentur ad diuerſas
5 ſummas † *l. qui filiabus. 17. §. 1. ff. de leg. primo, Ita ſcribunt Bart. in d. l. huiuſmodi. 86. §. quibus, num. 2. & ibi Bald. & Ang. num. 1. Imol & Caſtrenſ. num. 1. Iaſ. num. 3. Bald. in l. ſi duobus 16. §. fin. verſ. & intellige ff. de leg primo, Ang. conſ. 31. nu. 3. Ang. de Gamb. de teſta. gl. 42. num. 3. & gl. 46. num. 1. Imol. in d. l. qui filiabus. 17. §. 1. nu. 5. & ibi Alex. num. 1. verſ. ſed, ſi intelligeretur ff. de leg. primo, Alex. conſ. 55. num. 3. vol. 2. Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 87. 103. & 104. & ibi Ioan. Gaud. num. 45. Alcia. num 34. Iaſ. conſ. 214 nu. 2. vol. 2. Ruin. d. conſ. 30. num. 15. volu. 2. Hug. Celſ. d. conſ. 69. num. 3. Duran. de art. teſtan. d. tit. 6. caut. 15. num. 1. Nico. Bello. in §. vel ſingulis, num. 3. Inſt. de pupill. Crau. d. conſ. 709. num. 2. Mantic. de con. vlt. volu. d. lib. 10. tit. 3. num. 29. Craſſ. in d. §. Ius accreſcendi q. 8. num. 5. Pereg. de fideic. d. artic. 9. num. 2. & d. conſ. 77. num. 21. vol. 5. Men. de præſ. lib. 4. præſ. 149. num. 2. & 3. Surd. d. conſ. 31. num. 38. Gratia. cap. 70. diſcept. for. nu. 59. Coſta de port. rat. d. q. 49. num. 5.*

Secundo inferunt, eos, quibus alternis annis legatus eſt eiuſdem fundi vſusfructus non eſſe coniunctos verbis, quantum ad ius accreſcendi, licet ſint coniuncti, quantum ad figuram verborum; Et hoc ideo, quia vocãtur ad res diuerſas, tametſi vocentur ad vſumfructum eiuſdem fundi: nam vſusfructus vnius anni alius eſt ab alterius anni vſufructu, & ideo legatarij non cenſentur concurrere ad eandem rem, ſed quilibet ſuo tempore ſoli-
6 dum habet vſumfructum † *l. 2. in prin. ff. quib. mod. vſuſf. amit. & ſcribunt Bart. in d. l. re coniuncti, num. 23. Craſſ. in d. §. Ius accreſcendi q. 8. num. 4. Duar. d. lib. 1. de Iur. accr. cap. 11.*

Tertio inferunt, eos, qui vocantur ad eiuſdem rei partes diuiſas, & certas, quæ corporaliter, & ad oculum demonſtrari poſſunt, non eſſe coniunctos, quantum ad ius accreſcendi,
7 † licet poſiti ſint in eadem oratione, quia nõ vocantur ad eandem rem, ſed ad diuerſas: nã partes diuiſæ rem diuerſam, totumq; conſti-
8 tuunt † *l. rectè dicimus. 25. §. vlt. ff. de verb. ſign. l. ſi quis duas. 6. §. ſi quis partem ff. commu. prædio. Ita inquiunt Bart. in d. l. re coniuncti, num. 23. & ibi Petr. de Beſu. num. 29. Iaſ. num. 79. 103. 107. & 108. Polit. num. 27. Io. Gaud. num. 44. Alcia. num. 28. Ang. in d. l. 1. in prin. verſ. in gl. ſecunda, ibi ff. de vſufr. accr. Caſtr. in d. l. vn. §. vbi autem legatarij, num. 1. C. de cad. toll. & in d. l. huiuſmodi. 86. §. quibus num. 1. & 2. & ibi Iaſ. num. 1. ff. de leg. primo, Caſtr. d. conſ. 406. num. 1. verſ. contrarium, vol. 2. Port. in d. §. ſi eadem num. 1. Inſt. de legat. Bertr. conſ. 28. num. 3. conſ. 121. num. 2. vol 7. Ant. Fum. de coniun. cap. 2. nu. 2. Hug. Celſ. d. conſ. 69. num. 4. Ceph. conſil. 124. num. 5. Decia conſ. 73 num. 11. vol. 2. Mantic. de con vlt. vol. d. lib. 10. tit. 3. num 7. Bened. de Plumb. inter conſ. vlt. vol. Zilet. conſ. 62. num. 9. vol. 1. Pereg. de fideic. d. artic. 9. num. 8. & conſil. 32 num. 2. vol. 3. Surd. d. conſ. 31. num. 38. Duar. d. lib. 1. de Iur. accr. cap. 4. Forcat. in Necyo. dial. 67. num. 1.*

Verùm, vt liberè dicam, quod ſentio, puto
9 declarationem hanc non eſſe veram, † non quia cenſeam inter hos eſſe locum iuri accreſcendi: nam indubitati iuris eſt, non eſſe, ſed, quia non puto fieri poſſe, vt duo, vel plures vocentur ad res diuerſas in eadem oratione, & ſic, vt etiam, quoad figuram verborum dici poſſint coniuncti verbis: Namq;, cùm teſtator ita ſcribit, Titio, & Seio ſingulis ſingulos ſeruos do, lego, non dicuntur legatarij cõiunctim, & in eadẽ oratione vocati, ſed in diuerſis, quia diſtributiui natura eſt, vt etiã ora-
10 tiones diſtribuat. † Itaq; *in l. vel ſingulis. 37. ff. de vulg. & §. vel ſingulis, Inſt. de pupil.* aliud eſt ſubſtituere ſingulis, aliud ſubſtituere coniunctim, & *apud Caium lib. 2. Inſt. tit. 5.* aliud eſt legare ſingulis, aliud legare coniunctim: Diſtributiuum enim operatur, vt plures cenſeantur eſſe diſpoſitiones ſeparatæ, atque diſtinctæ, *vt ſcribunt Iaſ. in d. §. quibus, num. 2. Hug. Celſ. d. conſ. 69. num. 4.* Quamobrem *in d. §. quibus*, hoc legatum, Titio, & Seio ſingulis ſingulos ſeruos do, lego, comparatur illi, lego Titio ſeruum, lego Seio ſeruum, quo caſu certum eſt, non eſſe legatarios verbis coniunctos. Deniq;, cùm teſtator ita ſcribit, lego fundum Tuſculanum Titio, & domum Seianum Caio, vel, lego fundi Tuſculani partem dimidiam, quæ eſt verſus orientem Titio, alteram dimidiam, quæ eſt verſus occidentem, Caio, non ſunt legatarij verbis coniuncti, licet verbum, lego, ſemel a teſtatore prolatum ſit, quia nomina non iunguntur, vt verius eſſe demonſtrauimus *in q. præced. num. 29. & ſeqq.* Et hoc eſt ſecundum requiſitum.

SVMMARIVM.

1 *Coniuncti verbis, vt aliqui dicantur, debent ad eandem rem vocari ex expreſſa diſpoſitione teſtatoris.*
2 *Coniuncti verbis, an ſint inſtituti ſine parte, & num. ſeqq.*

An inſtituti ſine parte dici poſſint verbis tantum coniuncti.

Quæſtio Decimaoctaua.

TErtio ad inducendam verbalem coninnctionem requiritur, vt duo, vel plures vocentur ad eandem rem ex diſpoſitione teſtato-
1 ris expreſſa, † ſecundum ea, quæ de re tantum coniunctis diximus *in hoc cap. q. 6. num. 1. & ſeqq.* & de coniunctis re, & verbis dicemus *in hoc ipſo cap. q. 22. num. 5.* Hinc fit, vt, ſi teſtator duos ex æquis partibus inſtituat hæredes ſine parte, puta dicat, *Titius, & Seius æquis partibus hæredes ſunto*, licet hæredes di-
2 cantur coniuncti, † quoad figuram verborũ, tamen, quoad ius accreſcendi non cenſean-
3 tur coniuncti verbis, quia † teſtator, qui ita ſcripſit, non tàm coniunxiſſe, quàm celeriùs dixiſſe videtur *l. ſi ita quis hæredes inſtituerit. 66. ff. de hæred. inſt.* Et, quamquam non ignorem contrarium frequentiùs eſſe receptum, non eſſe ſcilicet ad inducendam verbalem coniunctionem neceſſariam expreſſionem partis, in qua duo coniungantur, ſed ſufficere, ſi teſtator ita dicat, Titius, & Seius æquis par-
4 tibus hæredes ſunto, † *vti videre eſt apud Bart. in l. item, quod Sabinus. 17. §. 1. & in d. l. ſi ita quis hæredes inſtituerit. 66. ff. de hæred. inſt. Duar. d. lib. 1. de Iur. accr. cap. 6. in fi. Cuiac. in l. vn. §. his ita definitis C. de cad. toll. & alios, quos referemus in d. q. 22. num. 1.* verius tamen eſt, *quod ibi dicemus num. 5. & ſeqq. ſcilicet*, ita demum eſſe ver-
5 bis coniunctos hæredes, † ſi inſtituantur cum parte, & cum partibus, puta, ſi teſtator dicat, *Titius, & Seius ex dimidia æquis partibus hæredes ſunto* quia, qui ſine parte ſcribuntur hæredes, non ſunt coniuncti, quantum ad ius accreſcendi *d. l. item, quod Sabinus. 17. §. 1. ff. de hær. inſt.* Nec eſt contrarium, quod habeant ius accreſcendi, quia non habent id ex vi cõiunctionis, ſed ne teſtator decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, propter quod etiam inter omnimodo disiunctos cohæredes locum habet ius accreſcẽdi, *vt dicemus in hoc cap. q. 41. nu. 8.* Et hoc eſt tertium requiſitũ

SVMMARIVM.

1 *Coniuncti verbis debent expreſſim vocari ad partes, Declara, vt num. 3. & ſeqq.*
2 *Partes, vel pro diuiſo, vel pro indiuiſo fiunt.*

An expreſſio partium, & qualiter ſit ad inducendam verbalem coniunctionẽ neceſſaria.

Quæſtio Decimanona.

QVartum, & vltimum ad inducendam verbalem coniunctionem requiſitum eſt, vt in eadem oratione poſiti, non ad ſolidum, ſed ad partes ab ipſomet teſtatore ex-
1 preſſas vocentur, † *vt ſcribunt Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 79. & ibi Polit. num. 30. Ioan. Gaud num. 34. Æm. Ferr. num. 49. Iaſ. in l. legata inutiliter. 19. §. vlt. num. 6. ff. de leg. primo, Ant. Fum. de con. cap. 2. num. 1. & cap. 3. num. 6. Duar. lib. 1. de Iur. accr. cap. 9. Ant. Fab. lib. 6. coniect. cap. 1.* Aliàs enim non verbis tantum, ſed re, & verbis coniuncti dicerentur, *vt oſtendemus in hoc cap. q. 25. num. 1.* Sed, cùm partes dupliciter fieri poſſint, vel pro diuiſo, vel pro indiuiſo, pro diuiſo, ideſt, corporaliter, ita, vt ad oculum demonſtrari poſſint, pro indiuiſo ve-
2 rò, ideſt iuris intellectu † *l. Moeuius. 68. §. duorum ff. de leg. 2. l. ſi quis duas. 6. §. ſi quis partem ff. commu. præd. l. ſeruus communis. 5. ff. de ſtip. ſeruo. l. ſi quis, cum totam 7 ff. de excep. rei iud. l. ſi quis fundum. 43. ff. de acq. poſſ. l. ex mille 64. ff. de euictio.* hoc ita noſtri frequentiùs tradunt eſſe
3 accipiendum, † vt, ſi quidem partes incertæ, & intellectuales factæ ſint, cenſeantur in eadem oratione poſiti verbis coniuncti, etiam, quantum ad ius accreſcendi. Coeterùm, ſi certæ, & corporales, cenſeantur quidem coniuncti verbis, quoad verborum figuram, ſed
4 non, quo ad ius accreſcendi. † *Ita enim tradunt omnes, quos retulimus in hoc cap. q. 17. num. 8.* Verùm, vt ibi latè demonſtrauimus *num. 9.*
5 *& ſeq.* fieri non poteſt, † vt duo, vel plures ad eiuſdem rei partes certas vocentur in eadem oratione, quia, cum ita ſcribit teſtator, Moeuio fundi partem dimidiam, quæ eſt verſus orientem, Seio dimidiam, quæ eſt verſus occidentem, lego, non ſunt legatarij coniunctim, ſed ſeparatim vocati *d. l. Moeuio. 42. in prin. ff. de leg. 2. & latè oſtendimus in hoc ipſo cap. q. 16. num. 29. & ſeqq.* Quamobrem verius eſt, verbis coniunctos non eſſe, niſi, quibus teſtator dat partes incertas, vt, cum ita ſcribit, Titio, & Seio fundum æquis partibus
6 do lego † *d. l. re coniuncti. 87. verſ. item verbis ff. de leg. 3 l. pen. ff de vſufr. accr. l. Clemens. 81. in prin. ff. de hæred. inſt. & ſcribunt Azo. in ſumm. C. de cad. toll. num. 11. gl. in l. 1. §. fin. in verb. ſeparatim ff. de vſufr. accr. gl. in l. triplici. 142. in verb. per ſe, & ibi Cuiac. ff. de verb. ſign. Bart. in d. l. re coniuncti, num. 11. & ibi Petr. de Beſut. num. 22. Iaſ. num. 41. verſic. nam in dicta, & numer. 75. & 96. Crott. num. 14. Io. Gaud. nu. 34. Alciat. num. 9. Bald. in l. vn. §. his ita definitis, num. 7. verſ. ſi autem & ibi Caſtr. num. 1. & Cuiac. C. de cad. toll. Ang. de Gamb. de teſta. gloſſ. 41. num. 1. & 4 Caſtr. in l. ſi duobus. 16. §. vlt. num. 2. & in l. ſi pluribus. 33. num. 1. & ibi Iaſ. num. 7. ff. de leg. primo, Caſtr. in d. l. vn. §. vbi autem legatarij num. 1. verſ. item iſta C. de cad. toll. Imol. in l. planè. 34. §. ſi coniunctim, num. 1. & ibi Iaſ. num. 1. ff. de leg. primo, Caſtrenſ. conſil. 262. num. 3. vol. 2. Port. in §. ſi eadem, num. 4. 18. & 21. & ibi Mynſ. num. 3. Vueſ. num. 3. & 5. Hoto. Enunt. 1. Inſt. de legat. Corn. conſ. 204 nu. 2 verſ. & licet, volu. 4. Bertr. conſ. 329. num. 6. vol. 3. part. 1. Ant. Fum. de coniun. cap. 2. num. 1. Soc. Iun. conſil. 43. num. 4. & 5 vol. 4. Decia. conſ. 56. num. 12. vol. 3. Nat. conſ. 123. num. 3. Curt. Iun. conſ. 259. nu. 12. Gomez. tom. 1. var. reſol. cap. 10. num. 25. Mantic. de con. vlt. vol. lib. 10. tit. 3. num. 7. Craſſ. in §. Ius accreſcendi q. 4. num. 2. Burſa. conſ. 381. num. 12. verſ. modo capiendo, & num. 37. Men. conſil. 1008. num. 2. & conſ. 1069. num. 22. Duar. lib. 1. de Iur. accr. cap. 9. Ant. Gou. de Iur. accr. num. 5. & 12. & in lib. animad. cap. 6. Cuiac. lib.*

24. obſ. cap. 34. & in l. ſi duobus. 16. ff. de leg. prim. Hoto. Ill. q. 44. & *lib. 6. obſ. cap. 12. Ant. Fab. lib. 6. coniect. cap. 1.* vel Titio, & Seio viriles partes
6 do lego, † *l. ſi duobus 16. §. vlt. & ibi not. gl. in verb. Titio. ff. de leg. primo, Pereg. de fideic. artic. 9. num. 8.* vel, partes æquas, aut æquè, aut, æqua
8 liter relinquo, † *vt apud Men. conſ. 661. num. 3. verſ. ſecundum eſt caput, Pereg. de fideic. artic. 17. num. 15.* vel, voco in capita, aut ſimili vtitur genere loquendi. Et hæc de verbis tantũ coniunctis.

SVMMARIVM.

1 *Cognitis ſimplicibus cognoſcuntur, & mixta.*
2 *Coniuncti re, & verbis, qui dicantur, & num. 3.*
4 *Coniuncti re, & verbis, vt aliqui dicantur, quot ſint neceſſaria.*

De re, & verbis coniunctis.

Quæſtio Vigeſima.

RE demum, & verbis coniuncti, qui dicantur, facile eſt, ex ſuperioribus intelligere: nam cognitis ſimplicibus non poſſunt non, & mix-
1 ta cognoſci † *§. ſed non vſq; in fin. Inſt. de legat. & ſcribunt omnes in l. 2. in prin. ff. de verb. oblig. Iaſ. in d. l. re coniuncti num. 8. & 12.*

Dicuntur ergo re, & verbis coniuncti, quos
2 nominum, et rei complexus iungit † *l. triplici. 142. in prin. verſ. Nec dubium ff. de verb. ſign. & ſcribunt Bart. in d. l. re coniuncti, num. 16. in fi. & ibi Iaſ. num. 8. & 88. verſ. 2. & num. 105. & 146. Polit. num. 31. Io. Gaud. num. 37. Bald. in l. vn. §. his ita definitis num 1. & ibi Cuiac. C. de cad. toll. Port. in §. ſi eadem num. 4. & ibi Baldui. num. 22. Mynſ. num. 1. Inſt. de legat. Ant. Fum. de con. cap. 3. num. 1. Zaz. in ſing. intell. cap. ſi teſtator Titio, & Sempronio leget fundum, Hug. Celſ. conſ. 69 num. 3. Craſſ. in § ius accreſcendi q. 6 num. 1. Cuiac in d. l. triplici, Hoto. Ill. q 44. & in Epit. tit. ff. de vſufr. accr. num. 13. Donell. lib. 7. comm. cap. 13.* id eſt, quibus eadem oratione res
3 eadem ſimul, et inſolidum relinquitur, † *vt ſcribunt gl. in l. 1. §. vlt. in verb. ſeparatim ff. de vſufr. accr. Azo. in ſumm. C. de cad. toll. num. 11. Bart. in l. Moeuio. 42. in prin num. 1. ff. de leg. 2. Ang. de Gamb. de teſta. gl. 41. num. 4. Caſtr. in d. l. vn. §. his ita definitis num. 3. & ibi Cuiac. C. de cad. toll. Caſtr conſ. 262. num. 3. vol. 2. Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 8. & 12. & ibi Io. Gaud. num. 37. Iaſ. in l. ſi duobus. 16. in prin. num. 4. & ibi Cuia. ff. de leg. primo, Iaſ. in l. ſi pluribus. 33. num. 7. verſ. tamen pro iſta ff. eod. Pariſ. conſ. 25. num. 11. vol. 2. Soc. Iun. conſ. 150. num. 5. vol. 2. Ruin. conſ. 28. num. 5. vol. 2. Alcia. in d. l. triplici, num. 4. & ibi Zaz. in verb. aut re, & verbis, & Cuiac. Ceph. conſ. 243. num. 4 Gomez. tom. 1. varia. reſol. cap. 10. num. 24. verſ. coniuncti re, & verbis, Mantic. de con. vlt. vol. lib. 10. titu. 3. num. 9. Craſſ. in §. ius accreſcendi q. 6. num. 1. Pereg. de fideic. artic. 9. num. 7. Men. conſ. 1069. num. 14. Surd. conſ. 439. num. 13. Did. Spin. in ſuo ſpecu. teſta. gl. 9. num. 15. Hoto. Ill. q. 44. & in Epit. titu. ff. de vſufr. accr. num. 4. & in d. §. ſi eadem, Enum. 1. & ibi Vueſemb. num. 3. Inſt. de legat. Donell. d. lib. 7. com. cap. 13.* Itaq; ad inducendã mixtam cõiunctionem quinq; vidẽtur eſſe neceſſaria:
4 † Primò, vt duo, vel plures vocentur ad eandem rem, *vt dicemus in q. ſeq. num. 1.* Secundo, vt vocentur ex expreſſa diſpoſitione teſtatoris, *vt dicemus in q. 22. in prin.* Tertio, vt vocentur in eadem oratione, *vt dicemus in q. 23. num. 1.* Quarto, vt vocentur inſolidum, non verò factis partibus, *vt dicemus in q. 25. num. 1.* Quinto demum, vt vocentur ſimul, & eodem tempore, non verò ordine ſucceſſiuo, *ſicuti latè dicemus in q. 26. num. 1. & ſeqq.* Sed quia ſingula requiſita varias ſub ſe continẽt quæſtiones, quæ valdè controuerſæ ſunt, ideo de iis ſingulis ſeparatim nobis erit diſpiciendũ.

SVMMARIVM.

1 *Coniuncti re, & verbis, vt aliqui dicantur, debent vocari ad eandem rem.*
2 *Coniuncti re, & verbis non dicuntur, qui vocantur ad res diuerſas.*
3 *Eadem res quando cenſeatur duobus coniunctim relicta.*
4 *Legati multiplicatio non inducitur, ſi duobus, aut pluribus copulatiuè certa ſumma legetur.*
5 *Legati multiplicatio non inducitur, ſi certa ſumma legetur pluribus collectiuè.*
6 *Declaratur l. ſi quis teſtamento. 82. ff. de leg. primo & num ſeqq.*
7 *Dina, non eſt idem, quod viginti, & num. 8.*

Quando res eadem cenſeatur cõiunctim relicta, quandoue facta multiplicatio.

Quæſtio Vigeſimaprima.

PRimum igitur ad inducendam mixtam coniunctionem requiſitum eſt, vt duo, vel plures vocen-
1 tur ad eandem rem † *l. ſi mihi, & tibi. 12. in prin. l. ſi pluribus. 33. ff. de leg primo, l. ſi duobus. 41. l. ſi mihi, & Titio. 57. in prin. ff. de leg. 2. §. ſi eadem, Inſt. de legat. Vlp. titu. 24. Inſt. §. ſi duobus, Caius lib. 2. Inſt. titu. 5.* Itaque, ſi vocentur ad res diuerſas, non erunt
2 re, & verbis coniuncti, † *vt ſcribit Petr. de Beſut. in d. l. re coniuncti, num. 27. verſ. conſiderabã,* imo nec coniuncti verbis, *vt oſtendimus in hoc cap. q. 17. num. 9.*

Quando autem res eadem cenſeatur reli-
3 cta, quandoue diuerſa, ſi quæramus, † res erit eodẽ modo terminanda, quo fuit decisa identitatis quæſtio *a nobis propoſita in hoc cap. q. 5. num. 1. & ſeqq.* in materia coniunctionis realis: Nam in hac re nulla eſt inter realem, & mixtam coniunctionem differentia. Quamobrem, &, ſi legetur quantitas, puta dicat teſtator, lego Titio, & Seio mille, & quæratur, an cẽſeatur vnam ſummam communiter legaſſe, an verò potiùs eã voluiſſe multiplicare, ſi quidem ex verbis, aut ex coniecturis appareat, eum voluiſſe multiplicare ſummã, & ſingulis legare mille, nõ erit dubitandũ, quin res cenſeatur diuerſa, & conſequenter legatarii cenſeantur omnimodo diſiuncti, *ſecundũ ea, quæ diximus in hoc cap. quæſt. 5. num. 19.*

Coeterùm in dubio verius, & receptius eſt, vnam ſummam videri communiter legatam
4 † *l. eum qui. 56. in prin. ff. de verb. oblig. & ſcribunt Bart. in l. ſi quis teſtamento. 82. in prin. & ibi Caſtr. Imol. & Iaſ. ff. de leg primo. Bart. in d. l. re coniunctis. num. 7. & ibi Crott. num. 24. Polit. num. 5. Rip. num. 28. Alcia num. 10. verſ ſecundus, & num. 19. Io. Gaud. num. 33. Iaſ. in d. l. ſi quis teſtamento. 82. num. 1. & 2. Mantic. de coni. vlt. vol. lib 9. tit. 3. num. 28. Craſſ in §. ius accreſcendi, q. 5. num. 15 Zaz. in d. l eum qui. 56. in prin. num. 8. ff de verb. oblig. Baldus. in §. quod, ſi quis. num. 1. Inſt. de inut ſtip Duar. lib. 1. de Iur. accr cap. 7. Cuiac. lib. 25. obſ. cap. 13. Hoto. lib. 1. Amic. reſp. cap. 24.* Et hoc exemplo ſtipulationis, *d. l. eum qui. 56. in prin. ff. de verb. oblig.* Idq; procedit, etiamſi ſub nomine collectiuo legetur quantitas, puta, quia dicat teſtator, lego meis filiabus mille: Adhuc enim in dubio cenſetur vnam ſummam communiter legaſ-
5 ſe, non verò ſingulis mille reliquiſſe † *l. qui quartam. 15. §. vlt. ff. de leg. primo. & ſcribunt Imol. in l. ſi ita ſcriptum. 46. in prin. num. 8. verſ. ſed, ſi fortè ff. de leg. 2. Alex. in l. qui filiabus. 17. §. 1. num. 1. ff. de leg primo, Iaſ. in d. l re coniunctis, num. 59. & ibi Alcia. nu. 10. verſ ſecundus, Craſſ. in d. §. ius accreſcendi q. 5. num. 16. Graſſa tom. 1. diſc. for. cap. 70. num. 54. & ſeqq. Et eſt de mente Menoch. conſ. 514. num. 2. dum ait filias eſſe verbis coniunctas: vult enim dicere, eas eſſe coniunctas, & re verbis. Reprobata enim eſt in hoc Bart. in l. ſi pluribus. 45. in prin. num. 7. ff. de leg. 2. contra ſententis opinio.*

Nec eſt contraria *l. ſi quis teſtamento. 82. ff. de leg. primo,* vbi Iulianus, *Si quis teſtamento ſuo Titio, & Seio decem dari iuſſerit,* inquit, *nullam hæc verba recipiunt ambiguitatem, vt dena dixiſſe videatur. qui decem dixit,* quia non ſunt hæc
6 verba † affirmatiuè, ſed negatiuè accipienda, *vt rectè cenſuit Cuiac. d. lib. 25. obſ. cap. 13.* Non enim ſignificat Iulianus, nullam ſubeſſe dubitationem, quin dena dixiſſe videatur, qui decem dixit, *vt malè putauit Hoto. lib. 1. amic. reſp. cap. 24.* quo caſu verba ſumerentur affirmatiuè, ſed ſignificat, nullam ſubeſſe ambiguitatem, quaſi dena dixiſſe videatur, qui decem dixit. Itaq; dictio, vt, non accipitur pro quin, ſed pro quaſi. vt & alibi ſæpiùs. Et ita locum hunc etiam veteres frequentiùs videtur intellexiſſe, dum eius ſummarium ita concipiunt. Qui legat decem, non cenſetur legare viginti, *vt videre eſt apud Bart. Caſtr. Imol. Iaſ. & alios ibi,* licet in eo fallantur, quod idem eſſe putant, dena dicere, vel viginti.
7 quod tamen perſpicuè falſum eſt, † *vt rectè Ant. Aug. lib. 3. emend. cap. . Hoto. d. lib. 1 amic. reſp. cap. 24. & alij pleriq; recentiores animaduerterunt:* Nam, viginti, vnam ſummam ſignificat, dena, verò duas, ideſt, bis decem, aut
8 etiam plures † *l. ſi ita ſtipulatus fuero 126. in prin. & ibi gloſſ. in verbo, dena ff. de verb. oblig. l. vbi fideiuſſor 24. ff. de ſolut. l. vlt. ff. de ann. leg. l. cum duo 20 ff. de in diem add.* Itaq; viginti, collectiuè ſumitur, dena, verò diſtributiuè, ſeu, multiplicariuè. Vnde, ſi quis duobus leget viginti, legatarij, tamquam ad eandem ſummam communiter vocati erunt re, & verbis coniuncti, *ſecundum ea, quæ diximus ſupra num. 4.* At, ſi leget dena, cenſebuntur omnimodo diſiuncti, tamquam vocati ad diuerſas ſummas, *vt oſtendimus in hoc cap. q. 17. num. 5.* Quamobrem inter illos locus erit iuri accreſcendi, ſi alteruter deficiat, *vt diximus in hoc cap. q. 39 num. 2.* inter hos verò contrà, *vt diximus in d. q. 17. num. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Inſtituti ſine parte non ſunt coniuncti, ſi vocentur in diuerſis orationibus ſicut, ſi in eadem; Sed contra. num. 5.*

2 *Declaratur l. triplici. 142 ff. de verb. ſign. & nu. 3. 12. & ſeqq. vſq; ad fin.*

4 *Declaratur l hæredes ſine partibus. 63. ff. de hæred. inſt. & num. 22 & ſeqq.*

6 *Declaratur l item, quod Sabinus. 17. §. 1. ff. de hæred. inſt. & num. 20.*

11 *Declaratur l. ſi ita quis hæredes inſtituerit. 66. ff. de hæred. inſtit.*

An hæredes in eadem oratione ſine parte ſcripti cenſeantur re, & verbis coniuncti.

Quæſtio Vigeſima ſecunda.

SEcundum ad inducendam mixtam coniunctionem requiſitum eſt, vt duo, vel plures ad eandem rem vocentur ex diſpoſitione teſtatoris expreſſa: nam, ſi ex tacita, non erunt (quantum ad ius accreſcendi) re, & verbis coniuncti, ſed omnimodo diſiuncti, *ſecundum ea, quæ de re tantum coniunctis diximus in hoc cap. q. 6. nu. 1. & ſeqq.* Huius autem rei exemplum non poteſt in legatis conſiderari, *vt ibidem oſtendimus num. 16.* ſed tantum in hæreditatibus, cum ſcilicet teſtator duos, aut plures ſine parte ſcribit hæredes: nam hi (quantum ad ius accreſcendi) non ſunt coniuncti, licet in eadem oratione fuerint inſtituti, puta teſtator dixerit, *Titius, & Seius hæredes ſunto, Caius hæres eſto.* Sed, quoniam hoc requiſitum valdè controuerſum eſt, cum multi (& quidem frequentiùs) contrarium verius arbitrentur, ideo pro eius veritate indaganda nobis erit excutienda quæſtio. An hæredes ſine parte ſcripti, & in eadem oratione vocati cenſeantur (quantum ad ius accreſcendi) coniuncti, an verò omnimodo diſiuncti.

Fuerunt autem de hac re duæ noſtrorum interpretum ſententiæ, Prima exiſtimantium eſſe coniunctos, & in hoc realem a mixta coniunctione differre, quod ſine parte ſcripti non ſunt re coniuncti, ſi vocentur in diuerſis orationibus, ſint verò coniuncti re, & verbis,
1 ſi vocentur in eadem oratione. † *Fuit hæc ſententia gl. in l. 1. §. idem ait, in verb. ex ſocijs ff. de vſuf accreſcen. & in l. vn. §. his ita definitis, in verb. ad ſolos coniunctos, & ibi Bart. numer. 3. C. de cad. toll. Bald. in l. item, quod Sabinus. 17. §. 1. verſic. in text. ſcripſit, & ibi Ang. verſic. & hoc, niſi, ff. de hæred. inſt. Iaſ. in d. l. re coniunctis, num. 65. & ibi Polit. num. 69. verſic. & hoc modo, Alcia. in l. triplici. 142. num. 10. ff. de verb. ſign. Craſſ. in §. ius accreſcendi quæſt. 5. num. 5. et ſpecialiter eos*

eſſe

eſſe coniunctos re , *& verbis ſcripſerunt Bart. in*
d. l. re coniuncti, nu. 32. *verſ. Tertia & Cuiac. in*
d. l. vn. §. his ita definitis C. de cad. toll. Mouentur
autem, vt ita ſentiant.

Primo *l. triplici.* 142. *verſ. nec dubium ff. de*
verb. ſign. vbi Paulus, *Nec dubium eſt*, inquit,
quin coniuncti ſint, quos nomen, & rei com-
plexus iungit, velute, Titius, & Mœuius ex
parte dimidia hæredes ſunto, vel ita, Titius, Mœ-
uiusque hæredes ſunto : nam ex his verbis in-
2 telligimus, † etiam eos, qui ſine parte ſcri-
buntur hæredes, eſſe re, & verbis coniunctos,
ſcilicet, quia, licet in primo exemplo teſtator
expreſſiſſet partem, in ſecundo tamen nul-
lam expreſſit; Non eſt igitur ad inducendam
mixtam coniunctionem partis expreſſio ne-
ceſſaria.

Secundo mouentur *d. l. triplici, verſ. videa-*
mus, vbi Paulus, *Videamus*, inquit, *ne, etiam*
ſi hos articulos detrahas, &, que, cum, interdum
tamen coniunctos accipi oporteat, veluti, Lu-
cius Titius, Publius Mœuius hæredes ſunto ex
parte dimidia, vel ita, Publius Mœuius, Lucius
Titius hæredes ſunto, Sempronius ex parte di-
midia hæres eſto, vt Titius, & Mœuius veniant
in partem dimidiam, & re, & verbis coniuncti
3 *videatur* : nam, † licet Titius, & Mœuius in
ſecundo exemplo ſint inſtituti ſine parte, ni-
hilominus dicuntur re, & verbis coniuncti.
Non eſt igitur expreſſio partis neceſſaria ad
hoc, vt hæredes re, & verbis coniuncti cen-
ſeantur.

Tertio mouentur *l. hæredes ſine partibus.*
63. *ff. de hæred. inſt.* vbi Iabolenus, *Hæredes*
ſine partibus, vtrum coniunctim, an ſeparatim
ſcribantur, hoc intereſt, inquit, *quod, ſi quis ex*
coniunctis deceſſerit, hoc, non ad omnes, ſed ad
reliquos, qui coniuncti erant, pertinet, ſin au-
tem ex ſeparatis, ad omnes, qui teſtamento eo-
dem ſcripti ſunt hæredes, portio eius pertinet :
4 Ex quibus verbis intelligimus, † etiam eos,
qui ſine partibus inſtituuntur, eſſe, vel con-
iunctos, vel diſiunctos, id eſt, vel re, & verbis,
vel, re tantum coniunctos, *vt oſtendemus in*
hoc cap. q. 28. *num.* 8. Omnimodo igitur dicen-
dum videtur, non eſſe partis expreſſionem
neceſſariam ad inducendam mixtam con-
iunctionem.

His tamen non obſtantibus contrariam
opinionem profitendo ſemper veriorem ſũ
arbitratus, ſcilicet hæredes ſine parte ſcriptos
non eſſe (quantum ad ius accreſcendi) con-
iunctos, etiam ſi in eadem oratione vocentur.
5 † Moueor autem

Primo *l. item, quod Sabinus.* 17. *§.* 1. *ff. de*
hær. inſtit. vbi Vlpianus, *Idem tractat*, inquit,
ſi duos ex vndecim, duos ſine parte ſcripſit, mox
vnus ex ijs, qui ſine parte fuerunt, repudia-
uerit, vtrum omnibus ſemuncia, an ad ſo-
lum ſine parte ſcriptum pertineat. Et variat.
Sed Seruius omnibus accreſcere, ait, quam
ſent etiam veriorem, puto : nam, quantum
ad ius accreſcendi non ſunt coniuncti, qui ſi-
ne parte inſtituuntur : Itaque perſpicuè ſcri-
6 bit, † non eſſe, quantum ad ius accreſcen-
di, coniunctos hæredes ſine parte ſcrip-
tos, de quibus loquitur. Loquitur autem
de ſcriptis, non in diuerſis orationibus, &
ſic diſiunctim, vt arbitrati ſunt veteres,
quos retulimus ſupra num. 1. *& in hoc ipſo cap.*
q. 6. *num.* 21. ſed de ſcriptis in eadem oratione,
7 & ſic coniunctim, † vt *rectius cenſuerunt Ant.*
Fum. de coniun. cap. 1. *num.* 3. *Alcia. in d. l. re*
coniuncti, num. 13. *Duar. lib.* 2. *de Iur. accreſcen.*
cap. 9. *& cap.* 12. *Ant. Gom. de Iur. accr. num.*
19. *& Cuiac. in d. l. triplici.* 142. *ff. de verb.*
ſign. & ex multis intelligi poteſt, ac Pri-
mum ex illis verbis, *duos ex vndecim, duos*
ſine parte ſcripſit : nam, qui ex vndecim
inſtituti ſunt, fuerunt (*quicquid cenſuerit*
Ant. Fum. dict. cap. 1. *numer.* 4.) poſiti in
8 eadem oratione : † Duos enim ex vndecim
ſcribit hæredes, qui ita loquitur, Titius, &
Mœuius ex deunce hæredes ſunto. Debent
igitur, & in eadem oratione cenſeri poſiti
duo, qui ſine parte ſcripti ſunt : Nam illud
verbum, *ſcripſit*, reſpiciens illa duo determi-
nabilia, nempè duos ex vndecim, & duos ſi-
ne parte ſcriptos, debet ea pari modo deter-
minare *l. iam hoc iure.* 4. *ff. de vulg.* Secundo
probant hoc ipſum apertius verſiculi ſequen-
tes, in quibus Vlpianus recento themate pro-
ſequitur materiam, ſemperque ſupponit,
9 † eos, de quibus loquitur, &, quos ait ſine
parte ſcriptos, eſſe vocatos coniunctim, non
tamen eſſe coniunctos, quantum ad ius
accreſcendi, vt *in verſic. idem quoque*, ibi,
duos ſine parte hæredes ſcripſerit, & *in verſic.*
ſed, ſi expleto, vbi vtitur eodem dicendi ge-
nere; nam ait, *ſed, ſi expleto aſſe, duo ſine*
partibus ſcribantur. Itaque ſupponit duos
ſimpliciter ſine parte ſcriptos, vt & initio,
nec exprimit fuiſſe eos in eadem oratione
poſitos, & tamen hoc intelligendum eſt,
vt apparet ex his verbis, quæ ſequuntur,
vtrum in ſingulos aſſes iſti duo, an in vnum
aſſem coniungantur, quæritur, Et putat La-
beo, & verius eſt, in vnum aſſem venire; Nam,
ſi vnus ſine parte, duo coniunctim ſine parte
inſtituantur, non tres trientes fieri, Celſus lib.
16. *ſcripſit, ſed duos ſemiſſes*. Itaque con-
ſtat eos, quos ait, ſine parte ſcriptos, cum
in vnam partem cogantur, eſſe coniunctim,
id eſt in eadem oratione vocatos. Tertiò de-
mum probant hoc ipſum illa verba, *quan-*
tum ad ius accreſcendi non ſunt coniuncti : Si-
10 gnificat enim, † eos eſſe coniunctos aliquo
modo, ſed non quoad ius accreſcendi, *vt*
animaduerterunt ij, quos referemus infra nu.
18. Hoc autem non poteſt intelligi de ijs,
qui ſeparatim vocati ſunt, quoniam ij nul-
lo prorſus coniunctionis nexu iunguntur;
Neceſſariò igitur de ijs accipi debent, qui
ſunt in eadem oratione poſiti, quippè qui
dicuntur quidem coniuncti ratione ver-
borum, ſed non, quantum ad ius accreſ-
cendi.

Secundo Moueor *l. ſi ita quis hæredes in-*
ſtituerit. 66. *ff. eod.* vbi Pomponius, *Si ita*
quis hæredes inſtituerit, inquit, *Titius hæ-*
res eſto, Caius, & Mœuius ex æquis parti-
bus hæredes ſunto, quamuis, &, ſyllaba con-
iunctionem faciat, ſi quis tamen ex his decedat,
non alteri ſoli pars accreſcit, ſed & omnibus co-
hæredibus pro hæreditarijs portionibus, quia
non tam coniunxiſſe, quam celerius dixiſſe
11 *videatur*. Nam ex his verbis † ita argumen-
tor. Si ſine parte ſcripti, & in eadem oratio-
ne vocati eſſent re, & verbis coniuncti
non additis illis verbis, æquis partibus,

Digitized by Google

vtique illis additis eſſent ſaltem verbis coniuncti, quia inter verbalem, & mixtam coniunctionem, non alia eſt differentia, quam, quod in mixta non exprimuntur a teſtatore partes, quæ alioquin exprimuntur in verbali, *d. l. re coniuncti. 87. ff. de leg. 3. & conſtat ex ijs, quæ diximus in hoc cap. q. 19. num. 6.* Atqui adiectis illis verbis æquis partibus, non ſunt (quantum ad ius accreſcendi) verbis tantum coniuncti, vt *probat d. l. ſi ita quis hæredes inſtituerit, & nos latiùs oſtendemus in hoc cap. q. 46. num. 86. & ſeqq.* & patet ex eo, quia, ſi eſſent coniuncti verbis, vtiq; in eius ſpecie decedente vno ex vocatis in eadem oratione, alter ſuperſtes præferretur in eius portione Titio, cum verbis tantum coniunctus re tantum coniuncto, & multo magis omnimodo diſiuncto præferatur, *vt oſtendemus in d. q. 46. num. 48. & ſeqq.* Atqui non præfertur. Non eſt igitur verbis coniunctus. Nec igitur erunt coniuncti re, & verbis in eadem oratione vocati, & ſine parte ſcripti, ſi illa verba, æquis partibus, a teſtatore non addantur.

Tertio moueor euidentiſſima ratione, quę communem diſtinctionem falſam conuincit: Nam (*vt eleganter animaduertit Polit. in d. l. re coniuncti, num. 19.*) qui non ſunt re coniuncti, ſi vocentur in diuerſis orationibus, nec per conſequentias ſunt coniuncti re, & verbis, ſi vocentur in eadem oratione, ſcilicet, quia ſermonis vnitas non operatur realem coniunctionem, ſed tantum verbalem. Itaq; dicentur re, & verbis coniuncti, qui eſſent cõiuncti re, ſi ſeparatim fuiſſent vocati *d. l. re coniuncti. 87. ff. de leg. 3. d. l. triplici 142. ff. de verb. ſign.* Atqui hæredes ſine parte ſcripti, & ſeparatis orationibus vocati non ſunt re coniuncti, vt frequentior interpretum fatetur ſchola, *& nos demonſtrauimus in hoc cap. q. 6. num. 21.* Nec igitur erunt coniuncti re, & verbis, ſi vocentur in eadem oratione.

Neque huic ſententiæ aduerſantur contraria: Ad primum enim, & ſecundum variæ ſolent a noſtris reſponſiones afferri.

Primum enim reſpondent nonnulli *in*
12 *ſpecie l. triplici*, præſupponendum eſſe † teſtatorem ſemper expreſſiſſe partem, licet Paulus in repetitione exemplorum non ſemper eam expreſſerit, quia, cum in præcedentibus, & ſequentibus exemplis ſemper expreſſa ſit aliqua pars hæreditatis, in qua coniuncti ſunt hæredes inſtituti, debet etiam cenſeri expreſſa in exemplis, quæ in medio referuntur, quoniam præcedentia, & ſequentia declarant media *l. ſi ſeruus plurium. 53. §. vltim. ff. de leg. primo, Ita reſpondet Zaz. in d. l. triplici, in verb. hæredes ſunto, primo, & ſecundo.*
13 Verùm hæc reſponſio merito fuit a † *Iaſ. in d. l. re coniuncti, numer. 65. Ant. Fam. de coniunct. cap. 1. num. 3. & alijs* pleriſque improbata. Primo, quia continet meram diuinationem, *vt ibi Iaſ. ait.* Secundo, quia, licet, *in verſic. nec dubium*, intelligi poſſet dimidia pars a teſtatore repetita, non tamen debet intelligi repetita, *in verſic. vi-*
14 *deamus*: quoniam ibi Paulus † duo proponit exempla, inter quæ neceſſario debet aliqua facti diuerſitas conſtitui propter aduerſatiuam, vel, quæ ponitur inter diuerſa: Alioquin enim perperam idem exemplum bis repetijſſet. Vnde, cum in primo exemplo loquatur de eo caſu, in quo teſtator oratione ſoluta duos ex certa parte ſcripſit hæredes, veluti, cum ita ſcripſit, *Lucius Titius, Publius Moeuius hæredes ſunto ex parte dimidia*, neceſſariò ſequitur, vt in ſecundo exemplo, quod ſubijcitur his verbis, *vel ita, Publius Moeuius, Lucius Titius hæredes ſunto*, non debeat intelligi pars expreſſa a teſtatore, quia alioquin idem prorſus exemplum eſſet.

Secundo igitur reſpondent alij, ideo *in d. l. triplici, verſic. videamus*, cenſeri re, & verbis coniunctos eos, qui ſine parte ſcri-
15 pti ſunt, quoniam ibi † teſtator expreſſerat partem in tertij inſtitutione, quam immediatè ſubiecerat: Nam dixerat, *Moeuius, & Titius hæredes ſunto, Sempronius ex parte dimidia hæres eſto*, & ideo, quia dimidia pars fuerat in inſtitutione Sempronij nominata, debuit altera dimidia haberi pro expreſſa in inſtitutione aliorum. *Ita reſpondent Alcia. in d. l. re coniuncti, num. 15. Zaz. in d. l. triplici, in verb. hæredes ſunto, & in verb. in partem dimidiam.*

Sed nec huiuſmodi reſponſio vera eſt:
16 † quia, ſi partium expreſſio in quorumdam perſona facta operaretur, vt altera pars haberetur pro expreſſa in alijs, qui ſine parte ſcripti ſunt, & redderet eos re, & verbis coniunctos, vtique deberent eſſe re, & verbis coniuncti qui ſine parte ſcripti ſunt in ſpecie *d. l. item, quod Sabinus. 17. §. 1.* quoniam ibi
17 † teſtator expreſſerat vndecim vncias in inſtitutione duorum, & ideo cœteri duo ſine parte ſcripti perinde eſſent habendi, ac, ſi fuiſſent inſtituti in vncia, quæ ſupererat, & tamen non cenſentur, quantum ad ius accreſcendi coniuncti. Ergo partium expreſſio in quorumdam perſona facta non operatur, vt ij, qui ſine parte ſcripti ſunt, pro re & verbis coniunctis accipiantur.

Quamobrem verius eſt, dupliciter quæri poſſe, vtrum hæredes ſine parte ſcripti in eadem oratione cenſeantur re, & verbis coniuncti, vno modo quantum ad ius accreſcendi, altero verò, quantum ad alios
18 effectus, † *vt declarant poſt Iac. de Rau. quem refert Cin. in l. vnic. §. his ita definitis, num. 5. verſic. Iac. de Rau. Imol. in d. l. item, quod Sabinus. 17. numer. 1. verſic. Not. in text. Polit. in d. l. re coniuncti, num. 19. & 66. verſic. 2. & num. 67. & Duar. d. lib. 2. de Iur. accreſcend. cap. 12.* puta, quantum ad hoc, vt cenſeantur in vnam partem coacti, *ſecundum ea, quæ diximus in hoc cap. q. 35 nu. 4. & 5. Et in his terminis conſid. at Caſtrenſ. in l. interdum. 13. in prin. num. 3. verſic. ſed contra ff. de hæred. inſtit.* Primo modo non eſſe coniunctos, vt ait Vlpianus *in d. l. item, quod Sabinus* §. 1. & ideo, ſi vnus ex ijs deficiat; eos, qui ſimul vocati ſunt, cœteris in iure accreſcendi non præferri *d. l. item, quod Sabinus, §. 1. d. l. ſi ita quis hæredes inſtituerit*, quia teſtator, qui duos ſine parte ſcripſit in eadem oratione, non tam coniunxiſſe (quantum ad ius accreſcendi) quam celeriùs dixiſſe videtur

detur *d. l. ſi ita quis hæredes inſtituerit.* Cœterũ,
ſi quæramus, an ſint coniuncti ſecundo mo-
do, ideſt, quantum ad hoc, vt cenſeantur coa-
cti in vnam portionem, vt eſt coniunctorum
natura, verius eſt, eos dici coniunctos: Nam,
ſi teſtator ita ſcripſerit, *Titius hæres eſto, Caius,
& Seius hæredes ſunto*, Caius, & Seius cen-
ſentur in vnam portionem, ideſt, in vnam di-
midiam coacti, & ſic re, & verbis coniuncti.
Et ita procedit *l. triplici, verſ. videamus*, quæ,
dum ait, eos eſſe re, & verbis coniunctos,
19 intelligitur, † quoad hoc, vt veniant in
vnam portionem, vt apparet ex illis verbis,
*vt Titius, & Mœuius veniant in partem
dimidiam, & re, & verbis coniuncti videantur.*
Id ipſum ſcribit Vlpianus *in d. l. item, quod
20 Sabinus 17. §. fin.* nam, † cum prius ſcripſiſſet
in §. 1. non eſſe coniunctos, quantum ad ius
accreſcendi, qui ſine parte inſtituuntur, ſubij-
cit in fine coniunctim eos eſſe inſtitutos, &
in vnam partem vocatos: ait enim: *nam, ſi
vnus ſine parte, duo coniunctim ſine parte
inſtituantur, non tres trientes fieri, ſed duos ſe-
miſſes.* Debet igitur *l. triplici*, ex *l. item, quod
Sabinus*, declarari, vt ſcilicet ſine parte ſcri-
pti cenſeantur re, & verbis coniuncti, quo-
ad hoc, vt veniant in vnam partem, ſed
non, quoad ius accreſcendi, de quo nos lo-
quimur. Quinimo Paulus, ſi diligenter eius
verba ponderentur, hoc apertè ſignificare
videtur *in d. l. triplici*, non haberi ſcilicet
21 † in caſibus a ſe relatis hæredes ſcriptos pro
re, & verbis coniunctis in omnibus, ſed in
aliquibus tantum: Nam ait, *interdum con-
iunctos accipi*, hoc eſt, haberi pro re, &
verbis coniunctis. Non igitur ſemper. Quod
ideo dictum puto, quia in ſpecie ſubiecta,
qua duo ſine parte ſcripti ſunt hæredes,
accipiuntur pro coniunctis in quæſtione par-
tium, ſed non ſimpliciter, & abſolutè, *ſecun-
dum ea, quæ diximus.*

Ad tertium denique reſpondeo, Iabole-
22 num *in l. hæredes ſine partibus* loqui † de hæ-
redibus inſtitutis cum parte, ſed ſine parti-
bus: Nam (*vt eleganter Ant. Gou. in lib.
animad. cap. 6. obſeruauit*) aliud eſt ſcribere
hæredes ſine parte, aliud ſine partibus: cum
enim ita ſcribit teſtator, *Titius, & Seius ex
triente hæredes ſunto*, dicuntur hæredes inſti-
tuti cum parte, ſed ſine partibus. Cœte-
rùm, ſi dicat, *Titius, & Seius ex triente æquis
partibus hæredes ſunto*, dicentur inſtituti cum
parte, & cum partibus. Quadrupliciter ergo
23 poſſunt hæredes inſtitui, † vel ſine parte, &
ſine partibus, vt, cum ait teſtator, *Titius, &
Seius hæredes ſunto*: Sunt enim inſtituti ſine
parte, quia non expreſſit teſtator certam hæ-
reditatis partem, in qua eos coniungeret, &
præterea ſunt inſtituti ſine partibus, quia non
dixit, ſe eos inſtituere æquis partibus, vel in-
ſtituuntur hæredes ſine parte, ſed cum par-
tibus *§. ſi plures. Inſt. de hæred. inſt.* vt cum ait
teſtator, *Titius, & Seius æquis partibus hæ-
redes ſunto*, apud Iabolenum *in d. l. ſi ita quis
hæredes inſtituerit*, vel cum parte, ſed ſine par-
tibus, vt, cum ait, Titius, & Seius hære-
des ſunto ex ſemiſſe apud Paulum *in d. l.
triplici. 142. ff. de verb. ſignific.* vel denique
cum parte, & cum partibus, vt, cum ait,
*Titius, & Seius ex ſemiſſe æquis partibus hæredes
ſunto.* Ex his autem quattuor modis, non
primus facit mixtam coniunctionem, ſed ter-
tius: Nec enim (quoad ius accreſcendi) ſunt
re, & verbis coniuncti, qui ſine parte, & ſine
partibus ſcribuntur hæredes, ſed, qui cum
parte, & ſine partibus. Quamobrem Paulus
in d. l. triplici, cum re, & verbis coniunctorum
24 exempla refert † ferè ſemper ſupponit; teſta-
torem aliquam hæreditatis partem expreſſiſ-
ſe, in qua duos coniungeret, puta dixiſſe, *Ti-
tius, & Seius ex ſemiſſe hæredes ſunto*. Dicuntur
enim tunc hæredes re, & verbis coniuncti, *vt
ſcribunt omnes, quos referemus in hoc cap. q. 25.
num* 61. Re, quia vocantur ad eundem ſemiſ-
ſem non factis partibus, verbis verò, quia po-
ſiti ſunt in eadem oratione: In quo quidem
turpiſſimè lapſus eſt Hoto *Ill. q. 44.* qui putat
25 *in l. triplici*, non proponi † exempla mixtæ cõ-
iunctionis, ſed tantum verbalis, & illa
verba, *veluti, Titius, & Mœuius ex parte
dimidia hæredes ſunto*, non eſſe referenda ad
ea, quæ præcedunt immediatè, *nec dubium
eſt, quin coniuncti ſint, quos nominum, & rei
complexus iungit*, quippè, quæ cenſet interclu-
denda parentheſi, ſed eſſe referenda ad il-
la, *aut verbis tantum*, & hoc ideo, quia, cum
partes fuerint a teſtatore factæ, non poſſunt
hæredes videri re coniuncti. Sed non ani-
maduertit Hoto. cum teſtator ait, *Titius, &
Mœuius ex parte dimidia hæredes ſunto*, licet
hæredes inſtituti partem habeant, nempè
dimidiam, non tamen habere partes eius di-
midiæ ex ipſo teſtamento, ſed concurſu, &
ideo cenſeri re, & verbis coniunctos, quia
ſolidum habent initio, ſolidum; inquam di-
midiæ, in qua coniuncti ſunt, &, quæ ra-
tione ſui totum dici poteſt, *vt diximus in
hoc cap. q. 7. num.* 5. Nam, & ſimili ratione,
cum teſtator duobus coniunctim legat, aut
per fideicommiſſum relinquit partem dimi-
diam alicuius rei, dicuntur vocati re, &
verbis coniuncti, verbis, quia poſiti ſunt in
eadem oratione, re, quia vocantur ad can-
dem rem, ideſt, ad eandem dimidiam non
factis partibus, *vt tradunt omnes, quos refere-
mus in hoc cap q. 25. num* 62. Similiter non di-
cuntur verbis coniuncti, quo ad ius accreſ-
cendi, qui cum partibus, & ſine parte ſcribun-
tur hæredes, *vt in d. l. ſi ita quis hæredes inſtitue-
rit. 66. ff. de hæred. inſt.* ſed, qui cum parte, &
cum partibus, vt in quarto caſu, *& latius di-
ximus in hoc cap q. 18. num. 5. & dicemus in qu.
46. num.* 104. *& ſeqq.* Loquitur ergo Iabole-
nus *in l. hæredes ſine partibus*, de inſtitutis ſine
partibus, ſed cum parte, *ſecundum ea, quæ dixi-
mus.* Alioquin enim non haberent in eadem
oratione poſiti ius prælationis *d. l. item, quod
Sabinus 17. §. 1. ff. de hæred. inſt. & latiùs oſtende-
mus in d. q. 46. num.* 127. Et hoc eſt ſecundum
requiſitum.

SVMMARIVM.

1 *Coniuncti re, & verbis, vt aliqui dicantur, debent vocari in eadem oratione.*

2 *Coniuncti re, & verbis hoc habent commune cum coniunctis verbis tantum, vt debeant vocari in eadem oratione.*

3 *Coniuncti re, & verbis dicuntur, qui eſſent verbis tantum coniuncti, ſi teſtator expreſſiſſet partes.*

An, & quando hæredes, vel legatarij cenſeantur in eadem oratione vocati, vt re, & verbis cõiuncti dicantur.

Quæſtio Vigeſimatertia.

TErtium ad inducendam mixtam
cõiunctionem requiſitum eſt, vt,
qui ad eandem rẽ vocantur, fuerint
poſiti in eadem oratione,
1 † *vt ſcribunt Ant. Fum. de coniunct.*
cap. 3. num. 6. Aemil. Ferr. in d. l. re coniuncti, nu.
47. verſ. 2. Craſſ. in §. Ius accreſcendi q. 6. num. 1.
Et eſt de mente omnium, quos retulimus in hoc
cap. q. 15. num. 1. Hoc enim eſt mixtæ coniun-
2 ctioni cum verbali commune, † *vt declarant*
Aemil. Ferr. in d. l. re coniuncti, num. 47. Duar.
lib. 1. de Iur. accr. cap. 9. Alioquin, ſi in diuerſis
orationibus vocarentur, non re, & verbis, ſed
re tantum eſſent coniuncti, *vt diximus in hoc*
ipſo cap. q. 14. num. 1. Quando autem cenſean-
tur in eadem oratione, quandòque in diuerſis
vocati, ſi quæramus, conſtat eoſdem eſſe di-
ſtinguendos caſus, quos in verbali cõiunctio-
ne retulimus *in hoc cap. q. 16. num. 3. & ſeqq.* ſci-
licet, quia, quibus caſibus vocati ſunt verbis
tantum coniuncti factis a teſtatore partibus,
ſunt dempta mentione partium coniuncti
3 re, & verbis, † *vt declarant Ant. Fum. de coniun.*
d. cap. 3. num. 8. Donell lib. 7. comm. cap. 3 Qua-
mobrem ad huius quæſtionis explicationem
ea debent ſufficere, quæ ibi diximus, ne fru-
ſtra repetamus ea, quæ latiùs ibi commemo-
rauimus.

SVMMARIVM.

1 *Relatio inducit realem tantum coniunctionem, Sed contra, num. 2. Declara, vt num. 3.*

An relatio inducat realem tantũ, an verò mixtam coniunctionem.

Quæſtio Vigeſimaquarta.

PLanè de illo dubitari ſolet, an, ſi teſtator ita ſcripſerit, *Titius ex parte dimidia hæres eſto, Ex qua parte Titium inſtitui, Caius hæres eſto Sempronius ex parte dimidia hæres eſto,* vt in ſpecie *l. Iulianus, 15. ff. de hæred. inſt. & l. triplici. 142. §. vlt. ff. de verb. ſign.* Titius, & Caius cenſeantur re, & verbis, an verò re tantum coniuncti. Dubitationem fecit *d. l. triplici 142. § fin.* vbi Paulus, poſtea quam varia retulit exempla re, & verbis coniunctorũ, proponit ſupradictam ſpeciem, & ait, *eo, quod Sempronius quoq. ex parte dimidia ſcriptus eſt, veriſimilius eſſe, in eundem ſemiſſem duos coactos, & coniunctim hæredes ſcriptos eſſe:* Dubitatur
enim, an ſentiat Paulus, eos eſſe inſtitutos cõ-
iunctim re, & verbis an verò re tantum. No-
1 ſtri communiter intelligunt re tantum, † *vt*
gloſ. in d. l. triplici in verb per ſe, & ibi Alcia. nu.
2. & 14. in verb ſemiſſes, & num. 15. in verb. con-
iunctim Zaz. in verb. Lucius Titius, & in verb.
coniunctim, Imol. in d. l. Iulianus. 15. num. 8. &
& ibi Caſtr. num. 2. verſ. in text. ibi ff. de hæred.
inſt. Petr. de Bella in d. l re coniuncti, num. 25. &
ibi Iaſ. num. 67. Aemil. Ferr. num. 45. Port. in d.
§ ſi eadem num. 13. verſ. ſed huic opinioni, Inſt. de
legat. Craſſ. in § Ius accreſcendi quæſt. 5. num. 6.
Et mouentur.

Primo *ex §. ſi eadem Inſt. de legat.* vbi, cum teſtator ita ſcribit, *Titio hominem Stichum do lego, Seio eundem hominem Stichum do, lego,* quo caſu poſterior diſpoſitio fit relatiuè ad primã, *vt diximus in hoc ipſo cap. q. 5. num. 4.* Iuſtinianus ait, diſiunctim legatum cenſeri relictum. Ergo relatio non inducit mixtam coniunctionem.

Secundo mouentur, quia, qui vocantur ad eandem rem in diuerſis orationibus, non verbis, ſed re tantum ſunt coniuncti, *d. l. re coniuncti. 87. ff. de leg. 3. & nos diximus in hoc cap. q. 14. num. 1.* Sed in propoſita ſpecie vocantur hæredes in diuerſis orationibus. Non ſunt igitur verbis, ſed re tantum coniuncti.

Tertio, quia verbis coniuncti non dicuntur, niſi, quos nominum complexus iungit *d. l. triplici. 142. ff de verb. ſign.* Sed hos nominum complexus non iungit, quia tunc dicuntur nomina coniungi, cum teſtator ita ſcribit, Titio, & Seio, *vt latè oſtendimus in hoc cap. q. 16. num. 29. & ſeqq.* Non ſunt igitur verbis coniuncti.

Verùm, vt liberè dicam, quod ſentio, puto
contrariam ſententiam eſſe veriorem, ſcilicet
in ſpecie *d. l. Iulianus. 15. ff. de hæred. inſt. & d. l.*
triplici. 142. §. vlt ff. de verb. ſign. verbalem etiã
2 coniunctionem inductam cenſeri. † *Quæ fuit*
opinio Bald. in d. l. Iulianus, verſ. Not. hic, & ibi
Ang. num. 2. Duar. lib. 2. de Iur. accr. cap. 8. &
Cuiac. in d. l. triplici. Moueor autem, vt ita ſen-
tiam

Primo, quia Paulus *in tota l. triplici,* non, niſi re, & verbis coniunctorum exempla refert, &, cum ſimpliciter ait, coniunctim cenſeri hæredes inſtitutos, de mixta coniunctione loquitur, vt *in verſ. nec dubium,* ibi, *quin coniuncti ſint, quos nominum, & rei complexus iungit,* & *in verſ. videamus,* ibi, *interdum tamen coniunctos,* & paulo poſt, *veniant in partem dimidiam, & re, & verbis coniuncti videantur.* Vnde, cum & *in §. fin.* dicat ſimpliciter, *coniunctim hæredes ſcriptos eſſe,* Conſequens eſt, vt intelligat de re, & verbis coniunctis.

Secundo moueor, quia ex frequentiori vſu loquendi Iuriſconſultorum coniunctim ſcribere dicitur is, qui re, & verbis coniungit, nõ etiam, qui verbis diſiungit *d. §. ſi eadem Inſt. de legat. & nos latiùs dicemus in quæſt. 28. num 1. & ſeqq.*

Tertio me maximè mouet illud, quia, ſi diceremus, in propoſita ſpecie vocatos eſſe re tantum coniunctos, nunquam (poſita vera ſententia, quæ negat eſſe verbis coniunctos legatarios in ſpecie *l. Maeuio. 42. in prin. ff. de leg. 2. ſecundum ea, quæ diximus in hoc cap. q. 16. nu. 29. & ſeqq.* nunquam, inquam,) poſſet da-

ri caſus, in quo verbis tantum coniunctus, cum re,& verbis coniuncto concurreret,quia, ſi teſtator ita ſcriberet, *Titio dimidiam, Caio & Seio alteram dimidiam*, Titius ſecundum noſtram, & veriorem ſententiam non eſſet cum Caio, & Seio verbis coniunctus, ſed omnimodo diſiunctus, *vt oſtendimus ibi num. 29. & ſeqq.* Si verò diceret, *Titio, & Seio fundũ Tuſculanum æquis partibus do, lego, partem fundi Tuſculani, quam legaui Titio, lego etiam Sempronio*, eſſent quidem Titius, & Seius verbis coniuncti, ſed Titius, & Sempronius, non re, & verbis, ſed re tantum coniuncti cenſerentur. Itaq; nunquam poſſet dari caſus, quo verbis tantum coniunctus cum re,& verbis coniuncto concurreret, quem tamen dari ſupponit Paulus *in d. l. re coniuncti*, & poſt eum noſtri communiter, *vt dicemus in hoc cap. q. 46. num.* 10. Debent igitur in propoſita ſpecie cenſeri vocati re,& verbis coniuncti.

Quarto, & vltimo, niſi diceremus, in ſpecie, qua teſtator ait, *Titius, & Seius ex dimidia æquis partibus hæredes ſunto, Caius ex parte, qua Titium inſtitui, hæres eſto*, Titium,& Caium eſſe re,& verbis coniunctos, magna naſceretur iniquitas: Nam Titio deficiente Seius præferretur Caio, quoniam verbis tantum coniunctus præfertur re tantum coniuncto, ſecundum veriorem, & receptiorem ſententiam, *de qua dicemus in hoc cap. q. 46. num.* 50. *& ſeqq.* Atqui hoc eſſet abſurdiſſimum, quod vel ex eo poteſt intelligi, quia Titius, & Seius coguntur in vnum quadrantem *d. l. triplici, §. vlt. & d. l. Iulianus*, & ſic conſtituunt vnum corpus *l. planè. 34. §. 1. ff. de leg. primo*, Quo fit, vt alter alterius deficientis partem, tamquam ſuam præoccupare debeat *ſecundum l. vn. § his ita definitis, verſ. hæc ita tam variè C. de cad. toll.* Omnimodo igitur dicendum eſt, eos eſſe re, & verbis coniunctos.

Neq; obſtant contraria: nam ad ea reſpon-
3 deo diſtinguendo tres caſus: † Aut enim relatio fit ad rem, non etiam ad perſonam, vt, cum teſtator ait, *lego fundum Tuſculanum Primo, eundem fundum lego Secundo*, Et tunc veriſſimum eſt, relationem non inducere verbalem, ſed realem tantum coniunctionem, *vt in d. § ſi eadem, & nos diximus in hoc cap. q. 5. num. 4.* Aut verò relatio fit, & ad rem, & ad perſonam, ſed vocatus in poſteriore diſpoſitione relatiuè facta non cogitur in aliquam partem cum eo, ad quem fit relatio potius, quam cum alio, vt, cùm teſtator ait, *lego fundum Tuſculanum Titio, fundum Tuſculanum, quem Titio legaui, lego etiam Sempronio*, vel cum ait, *lego fundum Tuſculanum Titio, & Seio, fundum Tuſculanum, quem Titio, & Seio legaui, lego etiam Sempronio*, vel etiam, cum ait, *lego fundum Tuſculanum Titio, & Seio æquis partibus, fundum Tuſculanum, quem Titio, & Seio legaui, lego etiam Sempronio*, quibus omnibus caſibus Sempronius, qui relatiuè vocatur, non cogitur in aliquam partem cum vno potiùs, quã cum alio, ſed cum omnibus concurrit, Et in hoc pariter caſu fateor, relationem non inducere verbalem coniunctionem, ſed tantũ realem. Aut denique relatio fit, & ad rem, & ad perſonam, & vocatus in diſpoſitione relatiuè facta cogitur in vnam partem cum eo, ad quem fit relatio potiùs, quam cum alio, vt, cum teſtator ait, *lego fundum Tuſculanum Primo, & Secundo, partem fundi Tuſculani, quã legaui Primo, lego etiam Tertio*, quo caſu tertius cogitur in vnum ſemiſſem cum primo, non cum ſecundo, Et tunc verius eſt, relationem inducere, non ſolum realem, ſed etiam verbalem coniunctionem *d. l. triplici, §. fin. & d. l. Iulianus*, & hoc non vi verborum, ſed neceſſitate coactionis: nam verè ſunt diſiuncti, id eſt poſiti in diuerſis orationibus, ſed quia coguntur in vnam partem, ideo neceſſitate quadam inducitur talis rei complexus, vt ita vocati conſtituant vnum corpus, & pro vno, eodemq; reputentur. Quo fit, vt primo deficiente tertius, tamquam magis coniũctus ſecundo præferatur, *vt oſtendemus in hoc cap. q. 46. num.* 17. cum alioquin, ſi non eſſent re, & verbis coniuncti, ſecundus, qui re, & verbis coniunctus eſt, ei neceſſario deberet preferri, quod eſſet abſurdiſſimum, *vt ibi latiùs oſtendemus*. Et hoc eſt tertium requiſitum.

SVMMARIVM.

1 *Coniuncti re, & verbis debent vocari ad ſolidum non ad partes.*

2 *Solidum quando coniunctim cenſeatur ſingulis aſſignatum & num. ſeqq.*

3 *Coniuncti re, & verbis ſunt, ſi teſtator ita dixerit lego Titio fundum Tuſculanum, & lego Seio eundem fundum, Sed contra num. 4.*

5 *Coniuncti re, & verbis ſunt, ſi teſtator ita dixerit, Titio fundum Tuſculanum, eundem fundum Seio do lego, Sed contra num. 6. & 7.*

8 *Coniunctio mixta inducitur per collectiuam.*

9 *Coniunctio mixta non eſt, ſed verbalis, cum teſtator ita loquitur, lego Titio, & Seio fundum, Sed contra, num. 21.*

10 *Copulatiuè vocati non ad ſolidum, ſed ad partes vocantur. Declara vt num. 12. 36. & ſeqq.*

11 *Copula diuidet rem in partes, Declara, vt num. 46.*

13 *Taciti, & expreſſi par eſt virtus, Declara vt num. 39. & ſeqq.*

14 *Declaratur l. ſi duobus. 16. §. vlt. ff. de leg. primo, & num. 38. 41. & 45.*

15 *Declaratur l. ſi mihi, & Titio 110. in prin. ff. de verb. oblig.*

16 *Declaratur l. fin. § Seio ff. de leg. 2. & num. 48. & ſeqq. vſq; ad num. 61.*

22 *Declaratur l. triplici. 142. ff. de verb. ſign. & num. ſeqq.*

23 *Copulatiuè cum duo vocantur ad eandem rem, nominum, & rei complexus eos iungit, & quomodo, num. 24.*

27 *Declaratur §. ſi eadem Inſt. de legat. & num. ſeqq.*

31 *Declaratur l. re coniuncti. 87. ff. de leg. 3. & nu. ſeqq.*

34 *Exempla, licet non reſtringant regulam, demonſtrant tamen rem ſecundum ſui eſſentiam.*

35 *Communiter ad rem vocantur re, & verbis coniuncti.*

37 *Tacita partium diſtributio non tollit realem coniunctionem.*

48 *Coniunctio mixta non datur in quantitatibus, Sed contra num. 49.*

50 *Communiter ad rem vocati dicũtur re coniuncti.*

51 *Collectiuæ, & copulatiuæ ſimilitudines, & differentiæ, & num. ſeq.*

54 Con-

54 *Conditionis interpoſitio non tollit verbalem coniunctionem, & nu. ſeqq.*

61 *Coniuncti re, & verbis cenſentur hæredes in dimidia coniunctim inſtituti.*

62 *Coniuncti re, & verbis cenſentur legatarij, quibus rei dimidia coniunctim relinquitur.*

Quando ſolidum in eadem oratione cenſeatur relictum, vt vocati dici poſſint re, & verbis coniuncti.

Quæſtio Vigeſimaquinta.

QVartum ad inducendam mixtam coniunctionem requiſitum eſt, vt duo, vel plures ad eandem rẽ vocentur inſolidum, non verò
1 factis partibus, † *vt ſcribunt Iaſ. in d.l.re coniuncti, num. 88. verſ. 4. Ant. Fum. de coniun.cap.3.num.4. & 6. Et eſt de mente omnium quos retulimus in hoc ipſo cap. q. 20.nu. 3.* Aliàs enim non re, & verbis, ſed verbis tantum eſſent coniuncti, *vt diximus in hoc eodem cap.q.19.num.1.* quia partium diſtinctio tollit realem coniunctionem, *vt diximus in hoc cap. q.1.num.6.* Hinc dicimus, re, & verbis coniunctos habere ſolidum initio, partes verò concurſu, *vt oſtendemus in hoc eodem cap. q. 32. nu. 9. & ſeqq.*

Quando autem ſolidum cenſeatur ſingulis aſſignatum, ita, vt vocati dici poſſint re, &
2 verb. seõiuncti, ſi quæramus, † conſtat a noſtris varia exempla afferri.

Primum, ſi teſtator ita ſcripſerit, lego Titio fundum Tuſculanum, & lego Caio eundem
3 fundum Tuſculanum; † *Ita enim poſt Petr. cenſuerunt Cin. in l.vn. §. vbi autem legatarij, num.1.verſ.debet itaq; C.de cad.toll. & alij, quos retulimus in hoc cap.q.16.num.19. exiſtimantes, verbalem induci coniunctionem inter eos, qui vocantur in orationibus coniunctis, & connexis, tametſi bis verbum fuerit a teſtatore expreſſum.*

Sed horum ſententia communiter fuit im-
4 probata; † & rectè, quia conſtat, hos eſſe diſiunctos, & ſeparatos, tamquam vocatos in diuerſis orationibus, quæ a diuerſis verbis reguntur, ideoq; non re, & verbis, ſed re tantum coniunctos cenſeri, *vt latè oſtendimus in eadem q.16.num.20. & ſeqq.*

Secundum exemplum affertur, ſi teſtator ita ſcripſerit, *Titio fundum Tuſculanum, eundem fundum Seio do, lego:* nam, quia ſolidum manifeſtè ſingulis aſſignatur, & quidem (vt noſtris communiter videtur) oratione coniuncta, vtpotè, quę regitur ab vno verbo, ideo (ſecundum eos) vocati dicuntur re, & ver-
5 bis coniuncti. † *Ita enim ſcripſerunt Bart.in d. l.re coniuncti, num.16. & ibi Iaſ. num.20. & 98. Crott.num.37. Alcia.num. 8. & 34. Bald. in d. l. vn.§ his ita definitis, num.3. C de cad. toll. Ang. conſ.342.num.4. Imol.in l.planè. 34. §.ſi coniunctim, num.1.ff.de leg.primo, Alex. in l. ſtipulatio iſta. 38.§.in ſtipulationibus num.7.verſ præterea ff. de verb.oblig. Bertr.conſ.99.num. 10.& conſil. 318.num.5.vol.4. Mantic.de con. vlt.vol.lib. 10. tit.3.num. 9.*

Sed, & hoc exemplum, licet, vt commune ſit ab ijs probãdum, qui in foro verſantur, mihi tamen profitenti ſemper viſum eſt a veri-
6 tate alienum; † quia ex ijs, quæ dicta ſunt *in hoc cap. quæſt. 16. num. 29. & ſeqq.* facilè eſt intelligere, verbalem non eſſe coniunctionẽ, niſi nominum complexus fiat. Itaq; vt verbis coniuncti non ſunt, cum teſtator ita loquitur, *Mœuio fundi partem dimidiam, Seio partem dimidiam do, lego,* tametſi verbum ſemel fuerit expreſſum *d l. Mœuio. 42. in prin.ff. de leg.2. & nos ibi latè demonſtrauimus,* ita etiã non re, & verbis. ſed re tantum erunt coniuncti, cum ita ſcribit, Titio fundum, & Seio eũ-
7 dem fundum do, lego. † *vt rectius cenſuerunt gl. in d. l. re coniunctis, in verb. ſeparatim, & ibi Petr.de Biſu.num.17. verſ. aut per vnam, Polit. num.34.in fi. Io.Gand. num. 13. & 39. Et eſt de mente omnium, quos retulimus in d.q. 16. nu.29.*

Tertium exemplum affertur, ſi teſtator eãdem rem pluribus ſub nomine collectiuo reliquerit, puta dixerit, *lego fundum Tuſculanum filijs meis, vel meis agnatis:* Nam, quia partes nõ ſunt a teſtatore expreſſæ, nec facta perſonarũ enumeratio, quæ partium diſtributionem operetur, ideo quaſi ſolido relicto cenſent omnes communiter, inductam eſſe mixtam
8 coniunctionem, † Quod, & verum eſt, & (meo iudicio) indubitatum *l. qui quartam. 15. §.vlt.ff de leg.primo, & ſcribunt Bart. in d. l. re coniunctis num.16. & ibi Iaſ.nu.100. & 105.verſ. contra, & num.106. & 147.Crott. num.50. verſ. præterea, Polit.num.35.Alcia.num. 34. Bald. in l.vlt.num.2.C.de imp.& al.ſub.Ant.Fum.de con. cap.3.num 8.Zaz. in ſuis intell.ſing. cap.ſi teſtator leget Titio, & Sempronio fundum, Gabr.cõſ. 59.num.8.vol.1.Hug.Celſ.conſ.69.num.3.Craſſ. in §.Ius accreſcendi q.6.num. 3. Surd. conſ. 439. num.38.in fin.& nu.41.Forcat.in Necyo. Dial. 67.num.5.*

Quartum autem, quod affertur, exemplum valdè controuerſum eſt: Nam, ſi teſtator ita ſcripſerit, *lego Titio, & Seio fundum,* vehemens eſt inter noſtros controuerſia, nunquid ita vocati cenſeantur re, & verbis, an verò verbis tantum coniuncti. Et verbis tantum coniun-
9 ctos cenſeri exiſtimarunt † *poſt Petr. de Bellap. Cyn.in l.vn.§.vbi autem legatarij num.1. verſic. dico, quod iſtud exemplum C. de cad.toll. Imol. in l.cui fundus 55.num.1.ff.de cond.& demon in l. planè. 34. §.ſi coniunctim, num. 1. & ibi Alex. num.1.verſ.ego in puncto, ff de leg.primo, Crott. in d.l.re coniunctis, num.16.verſ.& iſta, & num. 20.in fin. & ibi Alcia. num. 33.* Mouentur autem, vt ita ſentiant

Primo, quia, qui non ad ſolidum, ſed ad partes vocantur, non ſunt re, & verbis, ſed verbis tantum coniuncti *d. l re coniuncti, 87. verſ.item verbis ff.de leg.3. & nos diximus in hoc cap.q.19.num.1.* Sed, cum teſtator ait, *lego Titio, & Seio fundum,* legatarij, non ad ſolidum
10 ſed ad partes vocantur † *l.ſi duobus.16. §. vlt.l. legata inutiliter.19.§.vlt.l.ſi pluribus.33.in prin. ff.de leg.primo, l quoties.9.§.hæredes ff.de hær.inſt.* Copulæ enim natura eſt, vt rem in partes di-
11 uidat † *l.reos. 11.§.cum tabulis ff. de duob. reis.* Non ſunt igitur re, & verbis, ſed verbis tantũ coniuncti.

Nec eſt, quod reſpondeas, eos vocari ad partes, non ex verbis, ſed ex mente, quia videtur poſſe replicari, imò vocati etiam ex ver-

bis

12 bis; † nam illud dicitur ex verbis proficiſci, quod venit ex vi, natura, & propria verborum ſignificatione *l. non aliter. 67. in prin. ff. de leg. 3.* Cum igitur legatarij vocentur ad partes ex vi, & natura copulæ. Conſequens videtur, vt ad eas cenſeantur vocati ex verbis. *Et ita arguunt Imol. in d. l. planè. 34. §. ſi coniunctim, num. 1. & ibi Alex. num. 1. verſ. ego. Iaſ. num. 2. verſ. Alio modo ff. de leg. primo, Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 95. & ibi Crott. num. 16. verſ. Non obſtat etiam, Polit. num. 32. verſ. qui tamen, & verſ. hanc tamen ſuperiorem reſponſionem improbarunt.*

Minus eſt, quod reſpondeas, vocati ad partes non expreſſas, ſed tacitas quia videtur etiā poſſe replicari, hoc non officere: Nam, cum 13 taciti, & expreſſi par ſit virtus † *l. cum quid. 3. ff. ſi cert. pet.* & expreſſa partium diſtributio tollat realem coniunctionem. Conſequens videtur, vt eam tollat etiam tacita. Confirmatur hoc ex *l. ſi duobus 16. §. vlt. ff. de leg. primo,* 14 vbi Pomponius, † nullum conſtituit diſcrimē inter partes a teſtatore datas expreſsè, vel tacitè: nam, *ſi teſtator Titio, & poſthumis viriles partes dari voluerit,* inquit, *vel etiam id expreſſerit, totum legatum Titio debetur non nato poſthumo.* Nec igitur a nobis diſcrimen eſt inter eas conſtituendum.

Secundo mouentur *l. ſi mibi, & Titio 110. in prin. ff. de verb. oblig.* vbi Pomponius. *Si mibi, & Titio, in cuius poteſtate non ſim, ſtipuler decem,* inquit, *non tota decem, ſed ſola quinq; mibi debebuntur: Pars enim aliena deducitur, vt, quod extraneo inutiliter ſtipulatus ſum, non* 15 *augeat meam partem,* Ex quibus verbis, † ita argumentantur. Si ego, & Titius eſſemus re, & verbis coniuncti, portio Titij deberet ad me pertinere, quia in re, & verbis coniunctis non tractatur de iure accreſcendi, ſed de iure non decreſcendi, *vt tradunt magis communiter ij, quos referemus in hoc cap. q. 39. num. 8.* quod in contractibus locum habere ſolet, *vt ex communi Dd. ſententia diximus in 6. cap. q. 32.* Atqui non pertinet. Non ſumus igitur re, & verbis coniuncti.

Tertio mouentur *l. fin. §. Seio ff. de leg. 2.* vbi Scæuola, *Seio, quem hæredi ſubſtituerat, ita legauit,* inquit, *Seio, ſi mihi hæres non erit, & vxori eius Marcellæ argenti libras xv. dari volo, quæro, cum Seius hæres extiterit. an Marcellæ legati dimidia portio debeatur. Reſpondi, ſecundum ea, quæ proponerentur, deberi.* Ex 16 quibus verbis † ita deducunt argumentum. Seius, & Marcella copulatiuè vocati ſunt ad eandē ſummā nō factis a teſtatore partibus, & tamen non ſunt re, & verbis coniuncti. Ergo vocatio facta copulatiuè non inducit mixtam coniunctionem. Non eſſe autem Seium, & Marcellam re, & verbis coniunctos probant ea ratione, quia, ſi eſſent vtroq; modo coniuncti, non dimidia legati, ſed totum legatum deberet ad Marcellam pertinere: nā, vbi coniunctim legatur hæredi, & extraneo, totum debetur extraneo *l. planè. 34. §. ſi duobus l. legatum 119. §. 1. ff. de leg. primo,* Atqui non pertinet, niſi dimidia. Non ſunt igitur re, & verbis coniuncti.

Nec eſt, quod obijcias hanc non videri veram rationem, quare totum legatū ad Marcellam non pertineat, quia, quamuis non eſſet coniuncta re, & verbis, adhuc tamen, tamquam coniuncta verbis deberet conſe-17 qui totum per ius accreſcendi, † quippe, quod habet locum inter legatarios verbis tantum coniunctos, *vt eſt receptior Dd. ſententia, quā referemus in hoc cap. q. 38. num. 8.* quia videtur poſſe reſponderi, imò hanc eſſe veram ratio-18 nem, † quoniam diſpoſitio *d. l. planè 34. §. ſi duobus ff. de leg. primo,* habet quidem locum in coniunctis re, & verbis, ſed non in coniunctis verbis tantum; *vt communiter ibi tradunt omnes, & nos referemus in 7. cap. q. 29.*

Deniq; non eſt, quod reſpondeas, imo ad Marcellam totum legatū pertinere, & quod ait Scæuola, deberi dimidiam, intelligen-19 dum eſſe † iure proprio, cum alioquin alia dimidia debeatur iure alieno, id eſt, per ius accreſcendi, *vt explicant ibi gl. in verb. Marcellam, Bart. verſ. quæro, Bald. verſ. in text. deberi, Imol. verſ. in ea gl. Iaſ. in d. l. re coniuncti, nu. 97. verſ. 4. & Duar. lib. 2. de Iur. accr. cap. 15. qui ſubijcit, hunc fuiſſe morem Scæuolæ, quippe, qui ſolebat ex facto conſultus de iure aperto reſpondere,* 20 quoniam hæc interpretatio † vim facit verbis, quæ perſpicuè dicunt, deberi dimidiam, non totum, *vt eleganter Polit. in d. l. re coniuncti, nu. 33. verſ. in primis, Alcia. conſ. 40. num. 7. lib. 9. & alij pleriq; animaduerterunt.*

Verùm his non obſtantibus contrariam ſententiam conſtat eſſe receptiorem, vt ſcilicet, re, & verbis coniuncti dicantur ij, quibus ita relinquitur, lego Titio, & Seio fundum Tuſculanum, vel qui ita ſcribuntur hæredes, Titius, & Seius ex ſemiſſe hæredes ſunto.

21 † *Ita enim cenſuerunt gl in l. 1. §. fin. in verb. ſeparatim ff. de vſufr. accr. in l. ſi duobus 16. §. vlt. in verb. ſi Titio, & ibi Bald. & Caſtr. num. 2. ff. de leg. primo gl. in l. triplici. 142. in verb. veluti, & ibi Bart. num. 1. Alcia. num. 2. Zaz. in verb. aut re, & verbis, & Cuiac. ff. de verb. ſign. Azo. in ſumm. C. de cad. toll. num. 11. Bart. in d. l. re coniuncti, num. 16. & ibi Petr. de Beſu. num. 25. verſ. teneo, Iaſ. num. 195. Polit. num. 32. verſ. qui tamen, & num. 34 in fin. Io. Gaud. num. 37. & 39. Alcia. num 29. verſ. ſed. quid, ſi teſtator, Bald. in l. vn. § hu ita definiuit, num. 1. verſ. ſi autem, & ibi Cuiac. C. de cad. toll. Ang. conſ. 295. num. 4. verſ. contrarium, & conſ. 142. num. 5. Ang. de Gamb. de teſta. gl. 41. num 4. Caſtr. in l. cum ex filio. 39. §. vlt. num. 3. ff. de vulg. Port. in §. ſi eadem, num. 4. & 12. verſ. propterea, & ibi Mynſ. num. 1. & 8. Hoto. Enun. 1. Vueſ. num. 3. Inſt. de legat. Alex. in l. ſtipulatio iſta. 38. §. in ſtipulationibus, num. 7. ff. de verb. oblig. & conſ. 109. num. 2. vol. 2. Iaſ. in l. legata inutiliter. 19. §. vlt. num. 6. & in d. l. planè 34 §. ſi coniunctim num. 4. ff. de leg. primo, Ruin. conſ. 28. num. 1. vol. 2. Soc. Iun. conſ. 150. num. 5. volu. 2. Ant. Fum. de coniun. cap. 2. num. 1. & cap. 3. num. 1. Zaz. in ſing. intell. cap ſi teſtator leget Titio, & Sempronio fundum, Gomez. tom. 1. var. reſol. cap. 10. nu. 24. verſ. coniuncti re, & verbis, Mantic. de con. vlt. vol. lib. 10. tit. 3. num. 9. Craſſ. in §. Ius accreſcendi q. 6. num. 2. Pereg. de fideicom. artic. 9. num. 7. Sichar. conſ. teſtam. 8. num. 6. verſ. 2. Men. de praſ. lib. 4. praſ. 86. num. 1. & praſ. 159 nu. 3. & conſ. 1008. num. 3. Did. Spin. in ſuo ſpecul. teſta. gl. 9. num. 15. Duar. lib. 1. de Iur. accr. cap. 5. Ant. Gou. in lib. animad. cap. 6. Cuiac. in d. l. ſi duobus, 16. ff. de leg. pri. 10, & lib. 24. obſ. cap 34. Hoto. in Epito. tit.*

ff de

Digitized by Google

ff. de vſufr. accr. num. 4. & Il. quæſt. 44. & lib. 6. obſ. cap. 12. Donell. lib. 7. comm. cap. 13. Quam ſententiam non ſolùm eſſe veram, ſed etiam indubitatam puto: nam apertiſſimè probatur.

Primò *l. triplici 142. ff. de verb. ſign.* vbi Pau-
22 lus dere, & verbis coniunctis † loquens, *Nec dubium eſt*, inquit, *quin coniuncti ſint, quos nominum, & rei complexus iungit.* Sed nominum, & rei complexus iungit legatarios, cum teſtator ita ſcribit, Lego Titio, & Seio
23 fundum Tuſculanum, † *vt ſcribunt Bart. in d. l. re coniuncti, num. 16. & Ant. Fum. de coniun. d. cap. 3. num. 1.* Nominum, quia vocantur in eadem oratione, rei quia vocantur ad ean-
24 dem rem non factis partibus, † *vt explicant gl. in d. l. 1. §. vlt. in verb. ſeparatim. ff. de vſufr. accr. Azo in ſumm. C. de cad. toll. num. 11. Ang. de Gamb. de teſtam. d. gl. 41. num. 4. Port. in d. §. ſi eadem, num. 4. & ibi Mynſ. num. 1. Vueſ. num. 3. Zaz. in d. l. triplici, in verb. aut re, & verbis, Io. Gaud in d. l. re coniuncti, nu. 37.* Sunt igitur re, & verbis coniuncti.

Nec eſt, quod reſpondeas, hanc legem non terminare controuerſiam dilucidè, & clarè, cùm vis eius facilè poſſit euitari, ſi quis reſpondeat, negando rei complexum iungere legatarios, cum teſtator ita loquitur, lego Titio, & Seio fundum Tuſculanum, quoniam illi tantum dicuntur rei complexi iungi, qui ſolidum habent initio, cum alioquin in propoſita ſpecie legatarij non ſolidum ha-
25 beant initio, ſed partes, † *Quomodo reſpondet Alex. in d. l. planè. 34. §. ſi coniunctim, num. 1. verſ. allegat etiam. ff. de leg. 1.* quia verius eſt, legem illam clariſſimè totam hanc controuerſiam terminare: nam rei complexu iungi vocatos in propoſita ſpecie probant exempla, quæ ſtatim ibi a Paulo ſubijciuntur, & in qui-
26 bus tota vis argumenti conſiſtit, † *vt Polit. in d. l. re coniuncti, num. 31. Zaz. in ſing. intell. d. cap. ſi teſtator leget Titio, & Sempronio fundum, & alij rectè animaduerterunt*: nam poſtea, quam dixit Paulus, re, & verbis coniunctos eſſe, quos nominum, & rei complexus iungit, ſtatim ſubijcit, *veluti, Titius, & Moeuius ex parte dimidia hæredes ſunto, vel ita, Titius, Moeuiuſque hæredes ſunto, vel, Titius cum Moeuio ex parte dimidia hæredes ſunto.* Itaque ſignificat in omnibus hiſce exemplis vocatos eſſe re, & verbis coniunctos, quod eos, & nominum, & rei complexus iungat. Quinimò declarat hoc apertiùs in verbis ſequentibus: nam, *videamus*, inquit, *ne, ſi hos articulos detrahas, &, que, cum, interdum tamē coniunctos accipi oporteat, veluti, Lucius Titius, Publius Moeuius hæredes ſunto ex parte dimidia, vel ita, Publius. Moeuius, Lucius Titius hæredes ſunto, Sempronius ex parte dimidia hæres eſto, vt Titius, & Moeuius veniant in partē dimidiam, & re, & verbis coniuncti videantur.* Itaq; nominatim re, & verbis coniunctos vocat eos, qui ſcripti ſunt hæredes oratione ſoluta, quæ pro coniuncta habetur. Omnimodo igitur Paulus ibi quæſtionem hanc dilucidè terminauit, & nullum reliquit probabili dubitationi locum.

Secundò verò probatur. *§. ſi eadem Inſt. de legat.* vbi Iuſtinianus, *Si eadem res duobus legata ſit*, inquit *ſiue coniunctim, ſiue disiunctim, ſi ambo peruenīant ad legatum, ſcinditur inter eos legatum.* & paulo poſt, *coniunctim autem legatur, veluti ſi quis dicat, Titio, & Seio hominem*
27 *Stichum do lego.* Nam ex his verbis † patet, eos, qui copulatiuè vocantur ad eādem rem, & in eadem oratione non factis partibus, dici vocatos coniunctim, ideſt, re, & verbis, *vt exponemus in hoc cap. q. 28. num. 8.*

Nec eſt, quod reſpondeas, non dicere Iuſtinianum, Titium, & Seium eſſe vocatos coniunctim vtroq; modo, ſed ſimpliciter, eſſe vocatos coniunctim. Itaq; poſſe intelli-
28 gi, vt ſint coniuncti verbis † *Quomodo reſpondet Alex. in d. l. planè 34. §. ſi coniunctim, nu. 1. verſ. allegat.* quia verius eſt, dum ait, legatum eſſe relictum coniunctim, de mixta, non de
29 verbali coniunctione loqui: † namque primo coniunctim ſimpliciter tunc dicitur legari, cum re, & verbis coniunguntur legatarij. *vt latè oſtendemus in d. q. 28. num. 14. & ſeqq.* Secundo verò loquitur Iuſtinianus de ijs cōiunctis, qui ſolidum habent initio partes verò faciunt concurſu: nam ait, *ſi ambo peruenīant ad legatum, ſcinditur inter eos legatum*, ideſt concurſu partes fiunt, quæ res de verbis tantum coniunctis dici non poteſt, quippe, qui non concurſu, ſed initio partes habent *d. l. re coniuncti 87. ff. de leg. 3. & nos dicemus in hoc cap. q. 31. num. 3.* Loquitur ergo de re, &
30 verbis coniunctis, † *vt rectè Petr. de Beſut. in d. l. re coniuncti, num. 26 & ibi Iaſ. num. 88. verſ. tu ergo, Port. in d. §. ſi eadem. num. 12. verſ. ad iſtum, Forcat. in Necyo. dial. 67. num. 1. animaduerterunt.*

Tertio probatur *d. l. re coniuncti 87. verſ. item verbis ff. de leg. 3.* vbi Paulus, *Item verbis, non etiam re*, inquit, *Titio, & Seio fundum æquis partibus do lego*: Si enim dempta quoque partium expreſſione verbis tantum eſſent coniuncti legatarij, fruſtra Paulus adiiciſſet
31 illa verba, æquis partibus, † *vt animaduerterunt Petr. de Beſu. in d. l. re coniuncti, num. 25. verſ. teneo, Port in d. §. ſi eadem, num. 12. Forcat. d. dial. 67. num. 3.*

Nec eſt, quod reſpondeas, illa verba, exempli gratia poni, ideoque regulam non con-
32 ſtringere, † *Quomodo reſpondet Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 88. verſ. 3. & in d. l. planè. 34 §. ſi coniunctim, num. 4.* quia non tollit hæc reſpōſio vim argumenti: Nam præter id, quod tentari poſſet, non exempli, ſed demonſtra-
33 tionis gratia verba illa fuiſſe appoſita, † cùm non dicat Paulus, verbis, non etiam re coniunctos eſſe legatarios, veluti, ſi legetur Titio, & Seio æquis partibus, ſed, *verbis, non etiam re, Titio, & Seio fundum æquis partibus do lego*, quibus verbis declarat, qui dicantur verbis tantum coniuncti, quomodo, & in præcedentibus declarauit, qui dicantur coniuncti re tantum, alia etiam ratione non officit illa reſponſio: Nam exempla, licet non reſtringant regulam, demonſtrant tamen rē,
34 ſecundum ſui eſſentiam, † *vt ſcribunt gl. in l. 2. in verb. ob aliud ff. de priu. delict. Polit. in d. l. re coniuncti, num. 31. Nico. Bello. lib. 3 ſuppu. cap. 10. num. 1.* Itaque, niſi partium expreſſio eſſet de eſſentia verbalis tantum coniunctionis, non appoſuiſſet Paulus illa verba, *æquis partibus*.

Quarto, & vltimo probatur, quia in propo-

Ita ſpecie legatarij ſunt cõiũcti verbis, vt eſt
in confeſſo, & præterea ſunt coniuncti re: nã
re coniuncti ſunt, qui communiter ad eandẽ
rem vocantur *l. Titiæ textores. 36. in prin. ff. de*
leg. primo, & dicemus infra num. 50 quomodo
vocantur hi, quibus ita legatur, Titio, & Seio
35 lego fundum † *l. eum, qui 56. in prin. ff. de verb.*
obligat. quæ perperam in contrariam adducitur
ſententiam. Sunt igitur re, & verbis coniun-
cti.

Neq; huic ſententiæ aduerſantur contra-
ria: nam ad primum reſpondeo multipliciter,
36 & Primo contrarium procedere † in ijs, qui
vocantur ad partes expreſſas a teſtatore, non
etiam, qui ad tacitas: nam tacita partium di-
ſtributio non tollit realem coniunctionem,
37 † *vt ſcribunt gl. in d. l. ſi duobus. 16. §. vlt. in verb.*
dari, & in verb. expreſſerit, & ibi Bald. & Caſtr.
num. 2. Imol. num. 4. ff. de leg. primo, Bald. in d. l.
vn. §. his ita definitis, num. 1. verſ. ſi autem C. de
cad. toll. & in l. cui fundus. 55. ff. de cond. & dem.
Iaſ. in d. l. legata inutiliter. 19 §. vlt. num. 6. ff. de
leg. primo, Zaz. in ſing. intell. cap. ſi teſtator leget
Titio, & Sempronio fundum, Mantic. de coni.
vlt. vol. lib. 10. tit 3. num. 9. Duar. lib. 1. de Iur.
accr. cap. 9. Quod probat *d. l. ſi duobus. 16. §. vlt.*
ff. de leg primo, ibi, *viriles partes dari voluerit,*
38 *vel etiam, id expreſſerit*: nam, † ſi dari voluerit,
ſed non expreſſerit, ſunt re, & verbis coniun-
cti, ſi verò expreſſerit, verbis tantum, *vt ibi*
gl. Bart. Bald. & Caſtr. ſupra relati, & Petr. de
Beſu. in d. l. re coniuncti, num. 26. Porca. in Ne-
eyo. dial. 68. num. 1. Donell. d. lib. 7. com. cap. 13. &
alij paſſim explicarunt.

Nec obſtat, quod taciti, & expreſſi par ſit
virtus, quia reſpondeo primo, imo regulari-
ter aliud iuris eſſe, ſi quid tacitè continetur,
39 aliud, ſi verbis exprimatur † *l. ſi ita legatum.*
68. §. illi, ſi volet ff. de leg. primo. l. ſi quis Sempro-
nium. 68 in prin. ff. de hæred. inſt. l. nonnunquam
51. ff. de cond. & dem. & potiſſimùm in hac cõ-
iunctorum, & iuris accreſcendi materia, *vt di-*
ximus in hoc cap. q. 16. num. 38.

Nec obſtat, quod etiam in hac materia
nullum videatur eſſe diſcrimen inter partes
datas expreſsè, vel tacitè *d. l. ſi duobus. 16 §. vlt.*
ibi, *viriles partes dari voluerit, vel etiam id ex-*
preſſerit, quia reſpondeo, nullum eſſe diſcri-
40 men in ſpecie, † quam ibi decidit Pomponius,
nempè in ſpecie poſthumi, cui viriles cum
alio partes datæ ſunt: nam, ſiue teſtator ex-
preſſerit viriles partes, ſiue non expreſſerit,
ſed dari voluerit, idem iuris eſt, quia, cum
partes datæ poſthumo ſint incertæ ob nume-
rum poſthumorum, qui naſci poſſunt, paria
ſunt, partes viriles non exprimere, vel expri-
mere: Neutro enim caſu poſthumus non na-
tus facit partem, *vt latè dicemus in hoc cap. q. 31.*
num. 10. & q. 38. num. 75. Coeterùm extra ſpe-
ciem ibi tractatam, veriùs eſt, multum eſ-
ſe diſcriminis inter partes datas tacitè, vel ex-
preſsè, id, quod ipſamet Pomponij verba, ſi
41 diligenter ponderentur, oſtendunt: † nam ait
Pomponius, *vel etiam id expreſſerit*. Itaque
diſpoſitionem extendit ad caſum magis du-
bitabilem, qualis cenſeri non poſſet, ſi regu-
lariter idem eſſet partes tacitè, vel expreſſè
dare.

Secundo reſpondeo *ex mente Bart. & aliorũ*,
42 taciti, & expreſſi parem eſſe vim, ſi id, † quod
exprimitur, tacitè ineſſet de neceſſitate, ſecus
verò, ſi de voluntate: Vt autem partes ſint
æquales, vel inæquales, hoc pendet ex vo-
luntate teſtatoris, ideoq; ſi æquales exprimã-
tur, non eſſe parem vim taciti, & expreſſi.
Ita reſpondent Bart. in d. l. re coniuncti, num. 6.
& ibi Io. Gaud. num. 35. Ant. Fum. de coniun.
cap. 2. num. 1.

Tertio, & vltimo reſpondeo, regulam illã
43 procedere, † quoties eodem modo quid ex-
primitur, quo tacitè ineſſet. Coeterùm, ſi qua
ſubſit diuerſitas, verius eſſe, taciti, & expreſſi
non eſſe parem virtutem, *vt declarat Bart. in*
d. l. ſi ita legatum. 68. §. illi, ſi volet ff. de leg. primo,
Hic autem magnam ſubeſſe diuerſitatem in-
ter partes expreſſas, & tacitas, eamque diuer-
ſitatem in tempore conſiſtere, quia ex-
preſſæ dantur initio, tacitæ verò, ſi concurrãt
legatarij, *vt latè oſtendemus in hoc cap. q. 32. nu.*
9. & ſeqq. Nil mirum igitur, ſi ius ſit diuerſum.

Secundo verò principaliter ad primum
argumentum contrarium reſpondeo, ita de-
mum eos, qui partes habent, eſſe verbis tan-
44 tum coniunctos, † ſi eas habeant ex verbis,
ſecus vero, ſi ex mente. Vocatos autem in
quæſtione propoſita non habere partes ex
verbis, ſed ex mente, ideoq; non verbis tantũ,
ſed re, & verbis eſſe coniunctos. *Ita reſpondet*
Bart. in l. cui fundus 55. num. 1. ff. de cond. &
dem. Nec obſtat, quod habeant partes ex vi
copulæ, & propter enumerationem perſona-
rum, ideoq; videantur eas habere ex verbis,
vt Imol. Alex. Iaſ. & Polit. in contrarium allegati
tradiderunt, quia verius eſt, non habere eos
partes ex verbis, ſed ex mente, tametſi eas ha-
beant ex vi copulæ, & ex enumeratione per-
ſonarum, vt apertè probat *d. l. ſi duobus. 16. §.*
vlt ff de leg. primo. ibi, *viriles partes dari voluerit,*
vel etiam id expreſſerit: Diſtinguuntur enim
45 † partes, quas teſtator exprimit, & ſic, quæ
dantur verbis, ab ijs, quas teſtator dari vult, &
ſic, quæ dantur ex mente. Ergo partes non
expreſſæ dantur quidem ex mente, ſed non
ex verbis: Copula enim, & perſonarum enũ-
meratio tribuit vi ſua partes, ſed tacitas, non
expreſſas, & ſic non ex diſpoſitione hominis,
46 ſed ex diſpoſitione legis, † *vt in propoſito con-*
ſiderat Gomez. d. cap. 10. num. 26.

Tertio, & vltimo reſpõdeo, quod dicimus,
eos, qui vocãtur ad partes, nõ eſſe re, & verbis
47 cõiũctos procedere, † ſi ad eas vocẽtur initio,
ſecus verò, ſi cõcurſu. In ſpecie autẽ ꝓpoſita
nõ vocati legatarios ad partes initio, ſed con-
curſu, *vt veriùs, & receptiùs eſſe demonſtrabimus*
in hoc cap. q. 32. nu. 9. & ſeqq. ideoq; nihilomi-
nus eſſe re, & verbis coniunctos. *Ita reſpondent*
Bart. in d. l. re coniuncti, n. 16. & ibi Petr. de Beſu.
nu. 25. verſ. ad argumentum, Polit. nu. 32. Aleia.
num. 29. verſ. ſed, quid ſi teſtator, Fort. in d. §. ſi
eadem num. 13. Inſt. de legat. Ant. Fum. de coniu.
cap. 2. num. 1. & cap. 3. num. 2.

Ad ſecundum verò reſpondeo, in contra-
ctibus ſecundum veriorem, & receptiorem
ſententiam non eſſe locum iuri accreſcendi,
vt oſtendemus in 6. cap. q. 32. num. 1. & ſeqq.
ideoque, licet pars extranei non pertineat ad
ſtipulatorem, non tamen ex hoc ſequi, eos
non eſſe re, & verbis coniunctos, quia licet
tales ſint, non habent ius accreſcendi.

Nec obſtat, quod, licet in contractibus
non

non habeat locum ius accreſcendi, locum
tamen habet ius non decreſcendi, quod pro-
cedit inter re, & verbis coniunctos, quia reſ-
pondeo Primo, ſecundum veriorem ſenten-
tiam, in contractibus, nec iuri accreſcendi,
nec iuri non decreſcendi locum eſſe, quia, li-
cet interdum totum pertineat ad contrahen-
tem, non fit tamen id per ius non decreſcen-
di, ſed, vel ex natura rei, vt in indiuiduis, vel
ex expreſſa prouiſione hominis, quæ facit
ceſſare prouiſionē legis, cuiuſmodi eſt ius nō
decreſcendi, *vt latè oſtēdemus in eodē 6. cap. q. 32.*

Secundo reſpondeo, veriorem eſſe ſenten-
tiam exiſtimantium, inter re, & verbis coniū-
ctos habere locum ius accreſcendi, non verò
ius non decreſcendi, quia non habent ſoli-
dum ſinguli, vt ſinguli, ſed, vt vniuerſi, nec
prima facie, & palam, ſed per quandam fictio
nem, & interpretationem, *vt latiſſimè demon
ſtrabimus in hoc cap. q. 32. num. 30. & ſeqq.*

Ad tertium, & vltimum reſpondent pleri-
que diuerſum in hoc eſſe ius ſpecierum, &
quantitatum, quoniam in illis datur mixta
coniunctio, & conſequenter ius accreſcendi,
48 in his verò non item. † *Fuerunt huius ſenten-
tiæ Petr. de Beſu. in d. l. re coniuncti, nu. 26. verſ.
poſſet etiam & ibi Polit. num. 33. & 48. verſ quo
ad quartum Alcia. num. 19. 33 & 39. Idem
Alcia. in d. l. triplici, num. 12. & conſ. 40. num. 7.
lib. 9. refertq; ſimpliciter Pereg. de fideic. artic. 9.
num. 2. Eiuſdem ſententiæ fuerunt Duar. lib. 1.
de Iur. accreſcend. cap. 7. & Hotom. lib. 1.
Amic. reſpon. cap. 24. Ex quibus Petr. de Beſu.
Polit & Alcia. putant, hac diſtinctione ferè omnes
iuris locos in contrarium allegatos pro Petri ſen-
tentia poſſe euitari.* Moti ſunt autem non ſo-
lum *d. §. Seio*, ſed etiam ea ratione, quam retu-
limus *in hoc cap. q. 8. num. 6.* quia ſcilicet, quan-
titates non videntur recipere communionem,
cum ipſo iure, & ab initio diuidantur nume-
ro. Quo fit, vt in ijs non videatur realis con-
iunctio poſſe conſiderari.

Verùm *vt ibidem n. 7. docuimus*, verius, &
receptius eſt, etiam in ſumma, & quantitate
dari realem, & per conſequentias etiam mix-
49 tam coniunctionem. † *Ita enim de mixta
coniunctione ſcripſerunt Bart. in d. l. re coniun-
cti, num. 7. & ibi Iaſ. num. 58. & 106. Alex. in l.
qui filiabus. 17 §. 1. num. 1. ff. de leg. primo, Port.
in d. §. ſi eadem, num. 13. Inſt. de legat. Hug. Celſ.
conſ. 69. num. 3. verſ. cui quidem, Craſſ. in §. Ius
accreſcendi q. 5. num. 15. & 16. & q. 8. num. 5.
Men. de præſ. lib. 4. præſ. 149. num. 4.* Nam præ-
ter id, quod legatarij dicuntur ad ſummam
communiter vocati *in l. eum, qui. 56. in prin. ff.
de verb. oblig.* ideoq; debent cenſeri re coniun-
50 cti † *ex l. Titiæ textoris. 36 in prin ff. de leg. prim.
l. Lucius. 90. §. Lucius ff. de leg 2. Et explicāt Iaſ.
in d. l. re coniuncti, num. 97. verſ. vltimo, & Men.
conſ. 514 num. 1. in fi.* conſtat etiam ſpecialiter
inter eos, tamquam inter coniunctos eſſe lo-
cum iuri accreſcendi *ex l. qui quartam. 15. §.
vlt. ff. de leg primo*, vbi Paulus, *Si quis vnam
ſummam filiabus legauerit*, inquit, *vt etiam de
poſthuma ſentiret, ſi ea non eſt nata, ſuperſtiti
ſolidum debebitur.*

Nec eſt, quod reſpondeas, aliud eſſe, cum
legatur quātitas ſub nomine collectiuo, aliud
verò, cum per copulam, quaſi poſteriore caſu
fiant initio partes, ob perſonarum enumera-
tionem, priore verò, quo talis enumeratio ceſ-
51 ſat, non fiant, † *Quomodo reſpondent Alcia. in
d. l. re coniuncti, num. 34. & Duar. d. lib. 1. de Iur.
accr. cap. 7.* quia, licet non inficier, magnam
aliàs eſſe differentiam etiam in materia iuris
accreſcendi inter eos, qui copulatiuè, & eos,
qui collectiuè vocantur, & faciliùs inter hos,
quam inter illos ius accreſcendi verſari, vt ex
ijs patebit, quæ dicemus *in 6. cap. q. 21. num. 12.
& ſeqq.* vbi de fideicommiſſis agemus, & *in
q. 32.* vbi agemus de contractibus, tamen in
52 propoſito verius eſt, † nullum inter collecti-
uè, & copulatiuè vocatos eſſe in hac re diſcri-
men conſtituendum: nam, cum eadem ſit ho-
rum, & illorum ratio, ſcilicet, quia, vt colle-
ctiuè vocati faciunt vnum corpus *l. interdum.
13. in prin. ff. de hared. inſt.* ita, & vocati copula-
tiuè *d. l. planè 34. §. 1. ff. de leg. primo*, &, vt copu-
latiuè relinquens ſemel tātum rem dari vult,
l. duobus. 87. ff. de leg primo, &, conſequenter
vult vocatos habere viriles partes *d. l. ſi duo-
bus. 16. §. fin. ff. de leg. primo*, ita etiam legans
collectiuè *d. l. qui quartam. 15. §. vlt. ff. eod.* con-
ſequens eſt, vt idem ius in vtraq; ſpecie ſit ſta-
tuendum.

Nec obſtat, quod in collectiua non fiat
perſonarum enumeratio, quia reſpondeo nō
fieri explicitè, ſed implicitè ex natura colle-
ctiuæ, quæ eſt, vt vim obtineat enumerationis
perſonarum; Vnde, qui filios dicit, perinde
habetur, ac, ſi ſingulos nominatim expreſſiſ-
ſet, etiam in materia odioſa *l. Titius. 25. in
prin. ff. de lib. & poſth.* Deinde verò perſonarū
enumeratio non impedit mixtam coniun-
ctionem in ijs rebus, in quibus ea ſine enume-
ratione datur, vt patet in ſpeciebus, in quibus,
quia datur mixta cōiunctio ſine tali enume-
ratione, datur etiam ea interueniente *d. l. tri-
plici.* Deniq;, vt enumeratio perſonarum, ita,
& collectiua reſpicit verbalem coniunctio-
nem, quæ nihil ad rei complexum inducen-
dum operatur, *vt animaduertit Polit. in d. l. re
coniuncti, num. 35.* Itaq;, aut ſeparatim ad ean-
dem ſummam vocati ſunt re coniuncti, &
erunt addito verborum complexu coniuncti
re, & verbis, ſiue talis complexus fiat per co-
pulam, ſiue per collectiuam. Aut verò ſunt
omnimodo diſiuncti, & addito verborum
complexu, vel per copulam, vel per collecti-
uam non erunt coniuncti re, & verbis, quo-
niam, vt dictum eſt, talis adiectio non, niſi ad
verbalem coniunctionem inducendam ope-
ratur. Cum igitur collectiuè vocati ad ean-
dem ſummam ſint re, & verbis coniuncti, &
habeant ius accreſcendi *d. l. qui quartam. 15.
§. vlt. ff. de leg. primo*, Conſequens eſt, vt id etiā
habere debeāt vocati copulatiuè, tamquam,
& ipſi coniuncti re, & verbis, re, propter vnita-
tem ſummæ, quæ communiter eis fuit reli-
cta *d. l. eum. qui 56. in prin. ff. de verb. oblig.* ver-
bis verò, propter copulæ naturam, quæ ver-
balem inducit coniunctionem *d. l. triplici.*

Neque obſtant contraria: nam ad ratio-
nem, quæ ducitur à natura quantitatum, non
recipiente communionem reſponſum eſt *in
hoc cap. q. 8. nu. 13.* Ad locum vero in contra-
tium adductum, *nempè ad l. vlt. §. Seio. ff. de leg.
2.* reſpondent nonnulli, ideò ibi non eſſe lo-
53 cum iuri accreſcendi, quia † legatarij non
erant coniuncti, ſed omnimodo diſiuncti:

nam:

nam, cùm ita ſcripſiſſet teſtator, *Seio, ſi mihi*
hæres non erit, & vxori eius Marcellæ argenti
libras xv. dari volo, conditionem vnius, non
etiam alterius reſpectu interponendo credi-
tus eſt legatarios omnino diſiunxiſſe. *Ita re-*
ſpondent Iaſ. in d. l. re coniuncti, nu. 97. verſ. 4.
Forcat. in Necyo. dial. 67. num. 4.

Verùm hanc reſponſionem non immeri-
tò *Polit. in d. l. re coniuncti, num. 33. verſ. Iaſ.*
54 *etiam, & alij* plerique reprobarunt, † quia ve-
rius eſt, ibi legatarius eſſe re, & verbis con-
iunctos, re, quia vocantur ad eandem ſum-
mam non factis partibus, verbis verò, quia
poſiti ſunt in eadem oratione. Nec obſtat
conditionis interiectio, quoniam hæc verba-
lem non impedit coniunctionem, quoties
vna eſt legandi clauſula, ideſt, quoties fa-
cto nominum complexu res ſemel exprimi-
tur: nam, &, cùm teſtator ita ſcribit, *Titio,*
qui eſt Romæ, & Caio, qui eſt Mediolani, le-
go fundum, non obſtante tali interiectione
dicuntur legatarij re, & verbis coniuncti, quia
principalis clauſula vna eſt, *lego Titio, & Ca-*
io fundum, &, quæ fuerunt interpoſita, non
diuerſos, ſed eoſdem orationis terminos, &
55 eadem extrema reſpiciunt, † *vt eleganter ex-*
plicat Petr. de Beſu. in d. l. re coniuncti, num. 23.
verſ. aut ſanè. Nec huiuſmodi ſpecies ſimilis
eſt ei, quæ proponitur *in d. l. Meuio 42. in*
prin. ff. de leg. 2. &, quam nos expoſuimus in
hoc cap. q. 16. num. 40. nam ibi legatarij ſunt
verbis diſiuncti, quia duplex eſt, non vna le-
gandi clauſula, cùm res, quæ legatur, bis fue-
rit expreſſa. Hic verò ſunt coniuncti verbis,
quia ſemel expreſſa ſumma nominum indu-
citur complexus, ex quo verbalis coniunctio
56 ſolet æſtimari. Itaque † in ſpecie. *d. §. Seio*,
principalis diſpoſitio hæc eſt, *Seio, & vxori*
eius Marcellæ argenti libras xv. dari volo, &
illa verba, quæ interponuntur, *ſi mihi hæres*
non erit, non diuerſum reſpiciunt terminum,
& extremum, ſed alterum ex terminis, & ex-
tremis principalis orationis, nēpè maritum.
Quamobrem verbalem non excludunt con-
iunctionem, *iuxta, ea quæ ſupra diximus*. Nec
eſt, quod quiſquam cauſetur, talem adiectio-
nem excludere realem coniunctionem, *vt*
Iaſ. & Forca. ſupra allegati ſentire videntur,
quia certi iuris eſt eos, qui ſunt re coniuncti,
ſi purè vocentur ad eandem rem, non deſine-
re eſſe re coniunctos, ſi alteri eorum fuerit
57 appoſita conditio. † *l. ſi mihi purè. 61. ff. de*
leg. 2. cum alijs adductis in hoc cap. q. 11. num. 4.
Et in his terminis animaduertit Polit. in d. l. re
coniuncti, num. 33. verſ. Iaſ. etiam.

Alij igitur cēſent, etiam in ſpecie *d. §. Seio*,
locum eſſe iuri accreſcendi, & Marcellam
58 totam ſummam habituram, † quia, cum ſit
re, & verbis coniuncta, debet ei pars mariti,
eidemque hæredi data accreſcere. *d. l. planè.*
34. §. ſi duobus, & d. l. legatum. 119. *§. 1. ff. de*
leg. 1. Nec obſtare, quod Scæuola ſcribat
Marcellæ deberi legati dimidiam, quæ lon-
gè diſtat à toto, quia reſpondent, loqui eum
de dimidia marito data, vtpotè, quæ ſola
erat in controuerſia: nam de dimidia, quæ
data fuerat vxori probabiliter nemo potuit
dubitare, cum illa conditio, *ſi mihi hæres non*
erit, non vtrique legatario, ſed vni tantum
fuerit appoſita. *Ita cenſuit Iaſ. in d. l. re*
coniuncti, num. 97. verſ. 4.

Sed hæc ſententia, vt effectu non diſtat à
communi, quam ſupra refutanimus, ita nec
59 eſt vllo modo recipienda, † quia, cum dicat,
partem ad Marcellam pertinere, non poſſu-
mus ſine commento dicere, deberi totum.
Nec verum eſt, ibi tractari de parte mariti,
ſed potiùs de parte vxoris, cui dubitabatur,
an pars ei relicta deberetur, propter defectum
conditionis, quæ fuerat interpoſita. Sed re-
ſpondet Scæuola, deberi, propterea, quod
conditio ſoli marito fuerat appoſita: De par-
te verò mariti non loquitur Scæuola, ſed ex
eo, quod reſpondet deberi partem, intelligi-
mus, eum habere in confeſſo non deberi to-
tum, ſed partem mariti in hæreditate rema-
60 nere, Et hoc ideo, quia † diſpoſitio fuerat
concepta verbis precarijs, nempè verbo, vo-
lo, quod eſt precarium. *§. vlt. Inſt. de ſing. reb.*
per fid. rel. Itaque non poterat ſuſtineri iure
legati, ſed tantum iure fideicommiſſi, & iu-
re Digeſtorum non poterat in fideicommiſ-
ſis eſſe locus iuri accreſcendi, quod fideicom-
miſſa regularentur ſecundum naturam lega-
torum per damnationem, in quibus certi iu-
ris eſt, ius accreſcendi locum habere non po-
tuiſſe, *vt oſtendemus in 6. cap. q. 20. num. 25. &*
q. 21. num. 2. Ita in ſpecie declarat Cuiac. ad l.
mulieri. 73. ff. de cond. & dem. in 32. lib. quæſt.
Papin. Hinc intelligimus hodie correctam
eſſe diſpoſitionem *d. §. Seio*, propterea, quod
etiam in fideicommiſſis ius accreſcendi lo-
cum habere ſolet, *vt oſtendemus in d. q. 21.*
num. 9.

Ex quibus apparet, veriſſimam eſſe com-
munem interpretum ſententiam exiſtiman-
tium, re, & verbis coniunctos eſſe, quibus ea-
dem res copulatiuè relinquitur, quod vocen-
tur ad ſolidum, non ad partes, quippè, quæ
non à teſtatore datæ ſunt, ſed concurſu fiūt.
Idque adeo verum eſt, vt procedat, etiamſi
pars fuerit duobus copulatiuè relicta, non
tamen factis eius partis partibus: Nam, ſi te-
ſtator ita ſcripſerit, *Titius, & Seius ex ſemiſſe*
hæredes ſunto, erunt inſtituti re, & verbis con-
61 iuncti, *ſ. l. triplici 142. & ibi glo. in verb. veluti,*
& Bart. num. 2. Zaz. in verb. veluti. ff. de verb.
ſign. Petr. de Beſu. in d. l. re coniuncti, num. 26. &
ibi Iaſ. num. 78. & 146. Crott. num. 16. & 50.
verſ. præterea, Polit. num. 61. Aleia. num. 38. Io.
Gaud. num. 75. Iaſ. conſ. 143. num. 8. verſ. mo-
do, vol. 4. Ruin. conſ. 168. num. 1. vol. 2. Crau.
conſ. 43. nu. 2. Surd. conſ. 120. num. 25. quem-
admodum, &, cum ita loquitur, Lego dimi-
62 diam fundi Tuſculani Titio, & Seio, † *ut*
ſcribunt Ang. in l. un. §. his ita definitis, num.
3 C. de cad. toll. Decia. conſ. 61. nu. 1. verſ. 2. vol. 2.
Men. conſ. 1069. nu. 14. Nam, & his ſolidum
relinquitur, nempè dimidia, quæ reſpectu ſui
totum dici poteſt, *ut diximus in hoc cap. q. 7.*
num. 5. & partes eius dimidiæ non fiunt ex
verbis teſtatoris, ſed concurſu, *ut diximus in*
hoc ipſo cap. q. 32. num. 9. Et hoc eſt quartum
requiſitum.

SVMMARIVM.

1 *Coniuncti re, & verbis, ut aliqui dicantur, de-*
bent uocari ſimul, non ordine ſucceſſiuo, &
cur, num. 3. & ſeqq.

a *Ordine*

2 *Ordine ſucceſſiuo vocati non ſunt re ; & verbis coniuncti, & cur, num. 3. & ſeqq.*
3 *Vocati ordine ſucceſſiuo non veniunt ex eodem gradu, ſed ex diuerſis;*
4 *Inſtitutus venit ex primo gradu ; ſubſtitutus verò ex ſecundo.*
5 *Vocatus ordine ſucceſſiuo ſuo tempore, & caſu totam rem conſequitur.*
6 *Vocatio duorum, aut plurium quando cenſeatur facta ſimul, quandoùe ordine ſucceſſiuo, remiſſiuè.*
7 *Vocatio duorum, aut plurium cenſetur facta ſimul, non ordine ſucceſſiuo, quoties vocati ſunt pares, & cur, num. 8.*
8 *Pares ſunt quoque pariter ad ſucceſſionem admittendi.*
9 *Collectiuè uocati vocantur pariter, ſi ſint pares in gradu.*
10 *Copulæ natura eſt ſimul, & pariter vocare.*
11 *Diſiunctiua poſita inter pares reſoluitur in coniunctam. Limita, vt num. 12. & ſeqq.*
13 *Declaratur. l. Titius. 24. cum. 2. ll. ſeqq. ff. de hære. inſtit. & num. ſeqq.*
17 *Declaratur. l. ſi fundum. 83. §. his verbis. ff. de leg. 1. & num. ſeqq.*
20 *Diſiunctiua non reſoluitur in coniunctam, quoties agitur de primogenitura.*
21 *Pares, quando cenſeantur uocati, & nu ſeqq.*
22 *Ordo denotat quandam prioritatem, & poſterioritatem.*
23 *Prioritas, & poſterioritas repugnant vocationi ſimultaneæ.*
24 *Ordo nullus eſt in coniunctionibus.*
25 *Ordo ſcripturæ quis?*
26 *Ordo ſcripturæ regulariter non attenditur.*
27 *Inſtitutus dicitur, non ſubſtitutus, qui ſecundo loco nominatus eſt per copulam.*
28 *Ordo iuris quis?*
29 *Ordo iuris quotupliciter intelligatur, & num. ſeqq.*
30 *Ordo iuris in ſucceſſionibus ab inteſtato qualiter intelligatur, & num. ſeqq.*
32 *Deſcendentes priùs ab inteſtato vocantur, quam aſcendentes, aut tranſuerſales.*
33 *Agnati, & cognati hodie pariter ad inteſtati ſucceſſionem admittuntur.*
34 *Agnati olim præferebantur cognatis in bonorum poſſeſſionibus, quæ ab inteſtato deferuntur.*
35 *Frater vtrinque coniunctus præfertur conſanguineo tantum, aut vterino tantum in ſucceſſione fratris inteſtato defuncti.*
36 *Fœminæ pariter, vt maſculi ſuccedunt ab inteſtato.*
37 *Proximiores priùs ab inteſtato vocantur, quam remotiores.*
38 *Ordo iuris qualiter conſideretur contra teſtamentum, & num. ſeqq.*
39 *Deſcendentes priùs admittuntur contra teſtamentum, quam aſcendentes.*
40 *Filij priùs admittuntur contra teſtamentum, quam nepotes.*
41 *Filiæ non admittuntur contra teſtamentum patris, niſi maſculis deficientibus, ſtante ſtatuto fœminarum excluſiuo, & num. ſeqq.*
45 *Ordo iuris qualiter poſſit in diſpoſitionibus teſtamentarijs conſiderari, & num. ſeqq.*
46 *Neceſſitas præciſa, uel cauſatiua, quæ dicatur.*
48 *Pater neceſſariò cogitur inſtituere filium, & ex eo nepotem, Declara, ut num. ſeqq.*
50 *Inſtituendi neceſſitas olim pendebat ex iure ſuitatis.*
51 *Nepos non eſt ſuus, niſi pater præmoriatur, aut aliter exeat de poteſtate, & cur? num. 52. & ſeqq.*
52 *Filius obſtat nepoti, ne ſit ſuus, & cur? num. 53.*
54 *Nepos ab auo præteritus non poteſt impugnare teſtamentum, ſi tempore mortis aui filius erat ſuperſtes.*
55 *Nepos ab auo præteritus rumpit teſtamentum, ſi filius præmoriatur.*
56 *Lex Iunia Velleia nepotis inſtitutionem induxit.*
57 *Ordo iuris, dicitur etiam ordo neceſſitatis, & cur. num. 58.*
59 *Ordo neceſſitatis quis, & cur ita dicatur, num. 60.*
61 *Pater non tenetur inſtituere filium, niſi in ſola legitima.*
62 *Legitima eſt debitum naturale.*
63 *Ordo debiti naturalis, quis?*
64 *Ordo ſucceſſionis, quis?*
65 *Ordo affectionis, quis? &, qualiter æſtimetur, num. 66. & ſeqq.*
67 *Pater plus diligit filium, quam nepotem.*
68 *Teſtator plus diligit deſcendentes, quam tranſuerſales.*
69 *Teſtator cenſetur plus diligere fratrem, quam eius filios.*
70 *Teſtator cenſetur plus diligere proximiores, quam remotiores.*
71 *Teſtator cenſetur habere maiorem affectionem ad natos, & cognitos, quam ad non natos, & incognitos.*
72 *Homines regulariter plus diligunt filios, quam filias.*
73 *Pater interdum plus vnum ex filijs ſuis diligit, quam alios.*
75 *Pater per priùs diligit filium, per poſteriùs nepotem.*
76 *Frater per priùs diligit fratrem, per poſterius eius filios.*
77 *Ordo charitatis, quis?*
78 *Ordo charitatis, & affectionis, quis? & num ſeq.*
80 *Ordo charitatis, & affectionis æſtimatur ex ordine ſuccedendi ab inteſtato.*
81 *Charitas, & affectio ordinata, quæ dicatur?*
82 *Ordo charitatis, & affectionis æſtimatur ex parte teſtatoris, Licet nonnulli eum æſtiment ex parte ipſorum vocatorum, num. 83. & 84.*
85 *Ordo, ſiue neceſſitatis, ſiue charitatis, & affectionis non conſideratur inter extraneos.*
86 *Ordo in hac materia non eſt, niſi duplex, neceſſitatis ſcilicet, & charitatis, ſiue affectionis naturalis.*
87 *Pares dicuntur, & ſimul uocati cenſentur illi, inter quos nullus, aut neceſſitatis, aut charitatis ordo cadit.*
88 *Filij a patre coniunctim inſtituti, aut ſubſtituti pariter admittuntur, etiamſi inter ipſos aliqua diſparitas conſiderari poſſit, ut num. 93. Declara, ut num. 89.*
90 *Filiæ cenſentur pariter cum filijs uocatæ, ſi pater copulatiuè uocet filios, & filias.*
91 *Filios, ſi teſtator uocet, cenſentur etiam uocatæ filiæ.*
92 *Emphyteuſis, ſi fuerit conceſſa pro maſculis, & fœminis, fœminæ pariter cum maſculis admittuntur.*

94 Ne-

94 *Nepos ex filio præmortuo pariter ſuccedit ab inteſtato cum alio filio.*

95 *Ordo neceſſitatis, & charitatis non conſideratur inter filium, & nepotem ex filio præmortuo.*

96 *Nepos ex filio præmortuo cenſetur pariter cum alio filio, non etiam ordine ſucceſſiuo vocatus, ſi teſtator, inſtituat filium, & ex alio præmortuo nepotem.*

97 *Fratres cenſentur pariter vocati, ſi copulatiuè fuerint à fratre inſtituti, aut ſubſtituti.*

98 *Fratris filij copulatiuè vocati pariter admittuntur.*

99 *Ordo neceſſitatis, & charitatis non conſideratur inter fratrem, & nepotes ex fratre præmortuo.*

100 *Frater, & filij fratris præmortui cenſentur pares.*

101 *Nepotes ex fratre præmortuo ſuccedunt in locum patris ſui, & gradum eius repreſentant.*

102 *Frater, & nepotes ex fratre præmortuo cenſentur vocati ſimul, & pariter, non ordine ſucceſſiuo, ſi copulatiuè fuerint inſtituti, aut ſubſtituti.*

103 *Extranei plures ad eandem rem vocati pariter, non etiam ordine ſucceſſiuo uocati intelliguntur, & num. ſeqq. & cur num. 111. & ſeq.*

104 *Plures ad eandem rem uocati ſimul admittuntur.*

106 *Copulatiuè vocati pariter admittuntur, ſiue vocatio facta ſit per nomina propria, ſiue per appellatiua. vt num. 107.*

108 *Vocatio cenſetur facta ſimul, non ordine ſucceſſiuo, ſi teſtator inſtituat, aut ſubſtituat Titium, & filios Sei.*

109 *Vocatio cenſetur facta ſimul, non ordine ſucceſſiuo, ſi teſtator inſtituat, aut ſubſtituat Titium extraneum, & eius agnatos, vel cognatos, vel familiam, uel etiam ſimpliciter familiam Titij.*

111 *Extraneus, & eius filij reſpectu teſtatoris ſunt pares.*

113 *Extraneum, & eius filios, ſi teſtator inſtituat, aut ſubſtituat, cenſetur eos vocaſſe ſimul, non autem ordine ſucceſſiuo, Declara, vt num. ſeqq.*

114 *Pater capit dimidiam, & filij aliam dimidiam quando ſimul ad eandem rem ſunt vocati.*

115 *Pater ſimul cum filijs ad eandem rem vocatus ex diſpoſitione teſtatoris habet vſumfructum in dimidia filiorum, & cur num. 116.*

117 *Pater non habet vſumfructum in parte filiorũ, quoties cum eis in ſucceſſione concurrit, Declara, vt num. 118.*

119 *Pater non habet vſumfructum in parte filiorum, ſi ex hominis diſpoſitione ſimul vocentur, Sed contra ibi.*

120 *Declaratur Auth. Item hæreditas. C. de bon. quæ lib. & num. ſeq.*

122 *Vocatio cenſetur facta ordine ſucceſſiuo, ſi teſtator inſtituat Titium, & eius liberos, aut deſcendentes.*

123 *Extraneus, & eius filij cenſentur vocati ordine ſucceſſiuo, ſi ex verbis, aut coniecturis appareat talem fuiſſe voluntatem teſtatoris.*

124 *Filius cenſetur magis dilectus, quam extraneus.*

125 *Filium, & extraneum, ſi teſtator inſtituat, aut ſubſtituat, cenſetur eos vocaſſe ſimul, non ordine ſucceſſiuo.*

126 *Extraneum, & eum, qui aliàs eſſet ab inteſtato ſucceſſurus, ſi teſtator inſtituat, aut ſubſtituat, cenſetur eos vocaſſe ſimul, non ordine ſucceſſiuo.*

127 *Vocatio facta per ſimplex nomen appellatiuum cenſetur facta ordine ſucceſſiuo, quando perſonæ ſunt diſpares.*

128 *Filia non cenſentur pariter cum maſculis vocata, ſi teſtator ſimpliciter inſtituat, aut ſubſtituat filios, & extet ſtatutum excludens foeminas maſculis extantibus, & cur. nu. 129.*

130 *Filiæ fratris non cenſentur cum filijs vocata, ſi teſtator inſtituat, aut ſubſtituat fratrem, & eius filios, & extet ſtatutum foeminarum excluſiuum.*

131 *Filia non cenſentur vocata, niſi maſculis deficientibus, ſi teſtator inſtituat, aut ſubſtituat filios, & filias, & extet ſtatutum excludens foeminas maſculis extantibus.*

132 *Foeminæ non cenſentur pariter cum maſculis uocata, ſed ordine tantum ſucceſſiuo, ſi emphyteuſis conceſſa ſit pro maſculis, & foeminis, & extet ſtatutum excluſiuum foeminarum maſculis extantibus.*

133 *Filiorum appellatione, quando nepotes continentur, non cenſentur illi vocati ſimul cum filijs, ſed ordine tantum ſucceſſiuo.*

134 *Collectiuè uocati cenſentur uocati ordine ſucceſſiuo, & cur l. num. 135.*

136 *Deſcendentes, ſi teſtator uocet, cenſetur eos uocaſſe ordine ſucceſſiuo, ſiue tractetur de deſcendentibus teſtatoris, ſiue etiam de tranſuerſalibus, num. 137.*

138 *Liberos, ſi uocet teſtator, cenſetur uocare omnes deſcendentes ordine ſucceſſiuo, ſiue ſint deſcendentes teſtatoris, ſiue tranſuerſales, num. 139.*

140 *Familiam, agnatos, uel cognatos ſuos, ſi uocet teſtator, cenſetur eos uocare ordine ſucceſſiuo.*

141 *Diſiunctiuè, ſi teſtator uocet plures, inter quos ordo charitatis, & affectionis cadat, cenſetur eos uocaſſe ordine ſucceſſiuo.*

142 *Diſiunctiua poſita inter perſonas, inter quas charitatis, & affectionis ordo cadit, non reſoluitur in coniunctiuam.*

143 *Diſiunctiua non requirit concurſum extremorũ, ſed in unoquoque eorum uerificari poteſt.*

144 *Filium, aut ex eo nepotem, ſi teſtator inſtituat, aut ſubſtituat, cenſetur nepotem poſt patrem uocaſſe.*

145 *Fratrem, aut eius filios, ſi teſtator inſtituat, aut ſubſtituat, cenſetur filios non ſimul cum patre, ſed ordine ſucceſſiuo uocaſſe.*

146 *Maſculos, aut foeminas ſi teſtator uocet cenſetur foeminas uocaſſe maſculis deficientibus.*

147 *Teſtator, ſi uocet Titium, aut eius filios cenſetur filios ordine ſucceſſiuo uocaſſe.*

148 *Filij cenſentur ſimul cum patre uocati, ſi ex uerbis conſtet talem eſſe mentem teſtatoris.*

149 *Dictio, ſimul, denotat ſimultaneam coniunctionem, & uocationem.*

150 *Filij non cenſentur uocati poſt patrem, ſed cum eo ſimul, & coniunctim, ſi teſtator inſtituat Titium ſimul cum eius filijs.*

151 *Dictio, unà, denotat ſimultaneam coniunctionem, & uocationem.*

152 *Filij cenſentur ſimul cum patre uocati, non etiam ordine ſucceſſiuo, ſi teſtator inſtituat Titium una cum filijs ſuis.*

153 *Filij ſimul cum patre uocantur ad emphyteuſim, ſi conceſſio facta ſit Titio unà cum filijs.*

3 *Coniuncti re, & verbis dicuntur, qui eſſent verbis tantum coniuncti, ſi teſtator expreſſiſſet partes.*

An, & quando hæredes, vel legatarij cenſeantur in eadem oratione vocati, vt re, & verbis cõiuncti dicantur.

Quæſtio Vigeſimatertia.

TErtium ad inducendam mixtam cõiunctionem requiſitum eſt, vt, qui ad eandem rẽ vocantur, fuerint poſiti in eadem oratione,
1 † *vt ſcribunt Ant. Fum. de coniunct. cap. 3. num. 6. Aemil. Ferr. in d. l. re coniuncti, nu. 47. verſ. 2. Craſſ. in §. Ius accreſcendi q. 6. num. 1. Et eſt de mente omnium, quos retulimus in hoc cap. q. 15. num.* 1. Hoc enim eſt mixtæ coniun-
2 ctioni cum verbali commune, † *vt declarant Aemil. Ferr. in d. l. re coniuncti, num. 47. Duar. lib. 1. de Iur. accr. cap. 9.* Alioquin, ſi in diuerſis orationibus vocarentur, non re, & verbis, ſed re tantum eſſent coniuncti, *vt diximus in hoc ipſo cap. q. 14. num.* 1. Quando autem cenſeantur in eadem oratione, quandòue in diuerſis vocati, ſi quæramus, conſtat eoſdem eſſe diſtinguendos caſus, quos in verbali cõiunctione retulimus *in hoc cap. q. 16. num. 3. & ſeqq.* ſcilicet, quia, quibus caſibus vocati ſunt verbis tantum coniuncti factis a teſtatore partibus, ſunt dempta mentione partium coniuncti
3 re, & verbis, † *vt declarant Ant. Fum. de coniun. d. cap. 3. num. 8. Donell lib. 7. comm. cap. 3* Quamobrem ad huius quæſtionis explicationem ea debent ſufficere, quæ ibi diximus, ne fruſtra repetamus ea, quæ latiùs ibi commemorauimus.

SVMMARIVM.

1 *Relatio inducit realem tantum coniunctionem, Sed contra, num. 2. Declara, vt num. 3.*

An relatio inducat realem tantũ, an verò mixtam coniunctionem.

Quæſtio Vigeſimaquarta.

PLanè de illo dubitari ſolet, an, ſi teſtator ita ſcripſerit, *Titius ex parte dimidia hæres eſto, Ex qua parte Titium inſtitui, Caius hæres eſto Sempronius ex parte dimidia hæres eſto,* vt in ſpecie *l. Iulianus, 15. ff. de hæred. inſt. & l. triplici, 142. §. vlt. ff. de verb. ſign.* Titius, & Caius cenſeantur re, & verbis, an verò re tantum coniuncti. Dubitationem fecit *d. l. triplici 142. § fin.* vbi Paulus, poſtea quam varia retulit exempla re, & verbis coniunctorũ, proponit ſupradictam ſpeciem, & ait, *eo, quod Sempronius quoq; ex parte dimidia ſcriptus eſt, veriſimilius eſſe, in eundem ſemiſſem duos coactos, & coniunctim hæredes ſcriptos eſſe:* Dubitatur enim, an ſentiat Paulus, eos eſſe inſtitutos cõiunctim re, & verbis, an verò re tantum. No-
1 ſtri communiter intelligunt re tantum, † *vt gloſ. in d. l. triplici in verb per ſe, & ibi Alcia. nu. 2. & 14. in verb ſemiſſes. & num. 15. in verb. coniunctim Zaz. in verb. Lucius Titius, & in verb. coniunctim, Imol. in d. l. Iulianus. 15. num. 8. & & ibi Caſtr. num. 2. verſ. in text. ibi ff. de hæred. inſt. Petr. de Beſu. in d. l re coniuncti, num. 25. & ibi Iaſ. num. 67. Aemil. Ferr. num. 45. Port. in d. § ſi eadem num. 13. verſ. ſed huic opinioni, Inſt. de legat. Craſſ. in § Ius accreſcendi quæſt. 5. num. 6.* Et mouentur.

Primo *ex §. ſi eadem Inſt. de legat.* vbi, cum teſtator ita ſcribit, *Titio hominem Stichum do lego, Seio eundem hominem Stichum do, lego,* quo caſu poſterior diſpoſitio fit relatiuè ad primã, *vt diximus in hoc ipſo cap. q. 5. num. 4.* Iuſtinianus ait, diſiunctim legatum cenſeri relictum. Ergo relatio non inducit mixtam coniunctionem.

Secundo mouentur, quia, qui vocantur ad eandem rem in diuerſis orationibus, non verbis, ſed re tantum ſunt coniuncti, *d. l. re coniuncti. 87. ff. de leg. 3. & nos diximus in hoc cap. q. 14. num. 1.* Sed in propoſita ſpecie vocantur hæredes in diuerſis orationibus. Non ſunt igitur verbis, ſed re tantum coniuncti.

Tertio, quia verbis coniuncti non dicuntur, niſi, quos nominum complexus iungit *d. l. triplici. 142. ff de verb. ſign.* Sed hos nominum complexus non iungit, quia tunc dicuntur nomina coniungi, cum teſtator ita ſcribit, Titio, & Seio, *vt latè oſtendimus in hoc cap. q. 16. num. 29. & ſeqq.* Non ſunt igitur verbis coniuncti.

Verùm, vt liberè dicam, quod ſentio, puto contrariam ſententiam eſſe veriorem, ſcilicet in ſpecie *d. l. Iulianus, 15. ff. de hæred. inſt. & d. l. triplici. 142. §. vlt. ff. de verb. ſign.* verbalem etiã
2 coniunctionem inductam cenſeri. † *Quæ fuit opinio Bald. in d l. Iulianus, verſ. Not. hic, & ibi Ang. num. 2. Duar. lib. 2. de Iur. accr. cap. 8. & Cuiac. in d. l. triplici.* Moueor autem, vt ita ſentiam.

Primo, quia Paulus *in tota l. triplici*, non, niſi re, & verbis coniunctorum exempla refert, &, cum ſimpliciter ait, coniunctim cenſeri hæredes inſtitutos, de mixta coniunctione loquitur, vt *in verſ. nec dubium*, ibi, *quin coniuncti ſint, quos nominum, & rei complexus iungit*, & *in verſ. videamus*, ibi, *interdum tamen coniunctos*, & paulo poſt, *veniant in partem dimidiam, & re, & verbis coniuncti videantur.* Vnde, cum & *in §. fin.* dicat ſimpliciter, *coniunctim hæredes ſcriptos eſſe*, Conſequens eſt, vt intelligat de re. & verbis coniunctis.

Secundo moueor, quia ex frequentiori vſu loquendi Iuriſconſultorum coniunctim ſcribere dicitur is, qui re, & verbis coniungit, nõ etiam, qui verbis diſiungit *d. §. ſi eadem Inſt. de legat. & nos latius dicemus in quæſt. 28. num 1. & ſeqq.*

Tertio me maximè mouet illud, quia, ſi diceremus, in propoſita ſpecie vocatos eſſe re tantum coniunctos, nunquam (poſita vera ſententia, quæ negat eſſe verbis coniunctos legatarios in ſpecie *l. Moutio. 42. in prin. ff. de leg. 2. ſecundum ea, quæ diximus in hoc cap. q. 16. nu. 29. & ſeqq.* nunquam, inquam,) poſſet da-

ri

ri caſus, in quo verbis tantum coniunctus, cum re, & verbis coniuncto concurreret, quia, ſi teſtator ita ſcriberet, *Titio dimidiam, Caio & Seio alteram dimidiam*, Titius ſecundum noſtram, & veriorem ſententiam non eſſet cum Caio, & Seio verbis coniunctus, ſed omnimodo diſiunctus, *vt oſtendimus ibi num. 29. & ſeqq.* Si verò diceret, *Titio, & Seio fundũ Tuſculanum æquis partibus do, lego, partem fundi Tuſculani, quam legaui Titio, lego etiam Sempronio*, eſſent quidem Titius, & Seius verbis coniuncti, ſed Titius, & Sempronius, non re, & verbis, ſed re tantum coniuncti cenſerentur. Itaq; nunquam poſſet dari caſus, quo verbis tantum coniunctus cum re, & verbis coniuncto concurreret, quem tamen dari ſupponit Paulus *in d. l. re coniuncti*, & poſt eum noſtri communiter, *vt dicemus in hoc cap. q. 46. num. 10.* Debent igitur in propoſita ſpecie cenſeri vocati re, & verbis coniuncti.

Quarto, & vltimo, niſi diceremus, in ſpecie, qua teſtator ait, *Titius, & Seius ex dimidia æquis partibus hæredes ſunto, Caius ex parte, qua Titium inſtitui, hæres eſto*, Titium, & Caium eſſe re, & verbis coniunctos, magna naſceretur iniquitas: Nam Titio deficiente Seius præferretur Caio, quoniam verbis tantum coniunctus præfertur re tantum conjuncto, ſecundum veriorem, & receptiorem ſententiam, *de qua dicemus in hoc cap. q. 46. num. 50. & ſeqq.* Atqui hoc eſſet abſurdiſſimum, quod vel ex eo poteſt intelligi, quia Titius, & Seius coguntur in vnum quadrantem *d. l. triplici, §. vlt. & d. l. Iulianus*, & ſic conſtituunt vnum corpus *l. planè. 34. §. 1. ff. de leg. primo*, Quo fit, vt alter alterius deficientis partem, tamquam ſuam præoccupare debeat *ſecundum l. vn. § his ita definitis, verſ. hæc ita tam variè C. de cad. toll.* Omnimodo igitur dicendum eſt, eos eſſe re, & verbis coniunctos.

Neq; obſtant contraria: nam ad ea reſpondeo
3 diſtinguendo tres caſus: † Aut enim relatio fit ad rem, non etiam ad perſonam, vt, cum teſtator ait, *lego fundum Tuſculanum Primo, eundem fundum lego Secundo*, Et tunc veriſſimum eſt, relationem non inducere verbalem, ſed realem tantum coniunctionem, *vt in d. § ſi eadem, & nos diximus in hoc cap. q. 5. num. 4.* Aut verò relatio fit, & ad rem, & ad perſonam, ſed vocatus in poſteriore diſpoſitione relatiuè facta non cogitur in aliquam partem cum eo, ad quem fit relatio potius, quam cum alio, vt, cùm teſtator ait, *lego fundum Tuſculanum Titio, fundum Tuſculanum, quem Titio legaui, lego etiam Sempronio*, vel cum ait, *lego fundum Tuſculanum Titio, & Seio, fundum Tuſculanum, quem Titio, & Seio legaui, lego etiam Sempronio*, vel etiam, cum ait, *lego fundum Tuſculanum Titio, & Seio æquis partibus, fundum Tuſculanum, quem Titio, & Seio legaui, lego etiam Sempronio*, quibus omnibus caſibus Sempronius, qui relatiuè vocatur, non cogitur in aliquam partem cum vno potiùs, quã cum alio, ſed cum omnibus concurrit, Et in hoc pariter caſu fateor, relationem non inducere verbalem coniunctionem, ſed tantũ realem. Aut denique relatio fit, & ad rem, & ad perſonam, & vocatus in diſpoſitione relatiuè facta cogitur in vnam partem cum eo, ad quem fit relatio potiùs, quam cum alio, vt, cum teſtator ait, *lego fundum Tuſculanum Primo, & Secundo, partem fundi Tuſculani, quã legaui Primo, lego etiam Tertio*, quo caſu tertius cogitur in vnum ſemiſſem cum primo, non cum ſecundo. Et tunc verius eſt, relationem inducere, non ſolum realem, ſed etiam verbalem coniunctionem *d. l. triplici, §. fin. & d. l. Iulianus*, & hoc non vi verborum, ſed neceſſitate coactionis: nam verè ſunt diſiuncti, id eſt poſiti in diuerſis orationibus, ſed, quia coguntur in vnam partem, ideo neceſſitate quadam inducitur talis rei complexus, vt ita vocati conſtituant vnum corpus, & pro vno, eodemq; reputentur. Quo fit, vt primo deficiente tertius, tamquam magis coniũctus ſecundo præferatur, *vt oſtendemus in hoc cap. q. 46. num. 17.* cum alioquin, ſi non eſſent re, & verbis coniuncti, ſecundus, qui re, & verbis coniunctus eſt, ei neceſſariò deberet præferri, quod eſſet abſurdiſſimum, *vt ibi latiùs oſtendemus*. Et hoc eſt tertium requiſitum.

SVMMARIVM.

1 *Coniuncti re, & verbis debent vocari ad ſolidum non ad partes.*

2 *Solidum quando coniunctim cenſeatur ſingulis aſſignatum & num. ſeqq.*

3 *Coniuncti re, & verbis ſunt, ſi teſtator ita dixerit lego Titio fundum Tuſculanum, & lego Seio eundem fundum, Sed contra num. 4.*

5 *Coniuncti re, & verbis ſunt, ſi teſtator ita dixerit, Titio fundum Tuſculanum, eundem fundum Seio do lego, Sed contra num. 6. & 7.*

8 *Coniunctio mixta inducitur per collectiuam.*

9 *Coniunctio mixta non eſt, ſed verbalis, cum teſtator ita loquitur, lego Titio, & Seio fundum, Sed contra, num. 21.*

10 *Copulatiuè vocati non ad ſolidum, ſed ad partes vocantur. Declara. vt num. 12. 36. & ſeqq.*

11 *Copula diuidit rem in partes, Declara, vt num. 46.*

13 *Taciti, & expreſſi par eſt virtus, Declara. vt num. 39. & ſeqq.*

14 *Declaratur l. ſi duobus. 16. §. vlt. ff. de leg. primo, & num. 38. 41. & 45.*

15 *Declaratur l. ſi mihi, & Titio 110. in prin. ff. de verb. oblig.*

16 *Declaratur l. fin. § Seio ff. de leg. 2. & num. 48. & ſeqq. vſq; ad num. 61.*

22 *Declaratur l. triplici. 142. ff. de verb. ſign. & num. ſeqq.*

23 *Copulatiuè cum duo vocantur ad eandem rem, nominum, & rei complexus eos iungit, & quomodo, num. 24.*

27 *Declaratur §. ſi eadem Inſt. de legat. & numer. ſeqq.*

31 *Declaratur l. re coniuncti. 87. ff. de leg. 3. & nu. ſeqq.*

34 *Exempla, licet non reſtringant regulam, demonſtrant tamen rem ſecundum ſui eſſentiam.*

35 *Communiter ad rem vocantur re, & verbis coniuncti.*

37 *Tacita partium diſtributio non tollit realem coniunctionem.*

48 *Coniunctio mixta non datur in quantitatibus, Sed contra num. 49.*

50 *Communiter ad rem vocati dicũtur re coniuncti.*

51 *Collectiuæ, & copulatiuæ ſimilitudines, & differentiæ, & num. ſeq.*

54 Con-

54 *Conditionis interpoſitio non tollit verbalem coniunctionem, & nu. ſeqq.*
61 *Coniuncti re,& verbis cenſentur haredes in dimidia coniunctim inſtituti.*
62 *Coniuncti re,& verbis cenſentur legatarij,quibus rei dimidia coniunctim relinquetur.*

Quando ſolidum in eadem oratione cenſeatur relictum,vt vocati dici poſſint re, & verbis coniuncti.

Quæſtio Vigeſimaquinta.

QVartum ad induecendam mixtam coniunctionem requiſirum eſt, vt duo, vel plures ad eandem rē vocentur inſolidum, non verò
1 factis partibus, † *vt ſcribunt Iaſ. in d.l.re coniuncti, num. 88. verſ. 4. Ant. Fum. de coniun.cap.3.num.4. & 6. Et eſt de mente omnium quos retulimus in hoc ipſo cap. q. 20. nu. 3.* Aliàs enim non re, & verbis, ſed verbis tantum eſſent coniuncti, *vt diximus in hoc eodem cap.q.19.num.1.* quia partium diſtinctio tollit realem coninnctionem, *vt diximus in hoc cap. q.1.num.6.* Hinc dicimus, re,& verbis coniunctos habere ſolidum initio, partes verò concurſu, *vt oſtendemus in hoc eodem cap. q. 32. nu. 9. & ſeqq.*

Quando autem ſolidum cenſeatur ſingulis aſſignatum, ita, vt vocati dici poſſint re, &
2 verb.s cōiuncti, ſi quæramus, † conſtat a noſtris varia exempla afferri.

Primum, ſi teſtator ita ſcripſerit, lego Titio fundum Tuſculanum, & lego Caio eundem
3 fundum Tuſculanum; † *Ita enim poſt Petr. cenſuerunt Cin. in l.vn. §. vbi autem legatarij, num.1.verſ.debet itaq; C.de cad.toll. & alij, quos retulimus in hoc cap.q.16.num.19. exiſtimantes, verbalem induci coniunctionem inter eos, qui vocantur in orationibus coniunctis, & connexis, tametſi bis verbum fuerit a teſtatore expreſſum.*

Sed horum ſententia communiter fuit im-
4 probata; † & rectè, quia conſtat, hos eſſe diſiunctos, & ſeparatos, tamquam vocatos in diuerſis orationibus, quæ a diuerſis verbis reguntur, ideoq; non re,& verbis, ſed re tantum coniunctos cenſeri, *vt latè oſtendimus in eadem q.16.num.20. & ſeqq.*

Secundum exemplum affertur, ſi teſtator ita ſcripſerit, *Titio fundum Tuſculanum, eundem fundum Seio do, lego*: nam, quia ſolidum manifeſtè ſingulis aſſignatur, & quidem (vt noſtris communiter videtur) oratione coniuncta, vtpotè, quę regitur ab vno verbo, ideo (ſecundum eos) vocati dicuntur re, & ver-
5 bis coniuncti. † *Ita enim ſcripſerunt Bart. in d. l.re coniuncti, num.16. & ibi Iaſ. num.20. & 98. Crott.num.37. Alcia.num. 8. & 34. Bald. in d. l. vn.§ his ita definitis, num.3. C de cad. toll. Ang. conſ.342.num.4. Imol.in l.planè. 34. §.ſi coniunctim, num.1.ff.de leg.primo, Alex. in l. ſtipulatio iſta. 38.§.in ſtipulationibus num.7.verſ. præterea ff. de verb.oblig. Bertr.conſ.99.num. 10.& conſil. 318.num.5.vol.4. Mantic.de con. vlt.vol.lib. 10. tit.3.num. 9.*

Sed,& hoc exemplum, licet, vt commune ſit ab ijs probādum, qui in foro verſantur, mihi tamen profitenti ſemper viſum eſt a veri-
6 tate alienum; † quia ex jis, quæ dicta ſunt *in hoc cap. quæſt. 16. num. 29. & ſeqq.* facilè eſt intelligere, verbalem non eſſe coniunctionē, niſi nominum complexus fiat. Itaq; vt verbis coniuncti non ſunt, cum teſtator ita loquitur, *Moeuio fundi partem dimidiam, Seio partem dimidiam do, lego*, tametſi verbum ſemel fuerit expreſſum *d l.Moeuio. 42.in prin.ff. de leg.2.& nos ibi latè demonſtrauimus*, ita etiā non re,& verbis, ſed re tantum erunt coniuncti, cum ita ſcribit. Titio fundum, & Seio eū-
7 dem fundum do, lego, † *vt rectius cenſuerunt gl. in d. l. re coniuncti, in verb. ſeparatim, & ibi Petr.de Beſu.num.17. verſ. aut per vnam, Polit. num.34.in fi.Io.Gaud. num. 13. & 39. Et eſt de mente omnium, quos retulimus in d.q. 16. nu.29.*

Tertium exemplum affertur, ſi teſtator cādem rem pluribus ſub nomine collectiuo reliquerit, puta dixerit, *lego fundum Tuſculanum filijs meis, vel meis agnatis*: Nam, quia partes nō ſunt a teſtatore expreſſæ, nec facta perſonarū enumeratio, quæ partium diſtributionem operetur, ideo quaſi ſolido relicto cenſent omnes communiter, inductam eſſe mixtam
8 coniunctionem, † Quod, & verum eſt, & (meo iudicio) indubitatum *l. qui quartam. 15. §.vlt.ff de leg.primo, & ſcribunt Bart. in d. l. re coniuncti num.16.& ibi Iaſ.nu. 100.& 105.verſ. contra,& num.106.& 147.Crott. num.50. verſ. præterea, Polit.num.35.Alcia.num. 34. Bald. in l.vlt.num.2.C.de imp.& al.ſub.Ant.Fum.de con. cap.3.num.8.Zaz. in ſuis intell.ſing. cap.ſi teſtator leget Titio,& Sempronio fundum, Gabr.cōſ. 59.num.8.vol.1.Hug.Celſ.conſ.69.num.3.Craſſ. in §.Ius accreſcendi q.6.num. 3. Surd. conſ. 439. num.38.in fin.& nu.41.Forcat.in Necyo. Dial. 67. num. 5.*

Quartum autem, quod affertur, exemplum valdè controuerſum eſt: Nam, ſi teſtator ita ſcripſerit, *lego Titio,& Seio fundum*, vehemens eſt inter noſtros controuerſia, nunquid ita vocati cenſeantur re, & verbis, an verò verbis tantum coniuncti. Et verbis tantum coniun-
9 ctos cenſeri exiſtimarunt † *poſt Petr. de Bellap. Cyn.in l.vn.§.vbi autem legatarij num.1. verſic. dico, quod iſtud exemplum C. de cad.toll. Imol. in l.cui fundus 55.num.1.ff.de cond.& demon in l. planè. 34. §.ſi coniunctim, num. 1. & ibi Alex. num.1.verſ.ego en puncto,ff de leg.primo, Crott. in d.l.re coniuncti,num.16.verſ.& iſta, & num. 20.in fin. & ibi Alcia. num. 33.* Mouentur autem, vt ita ſentiant

Primo, quia, qui non ad ſolidum, ſed ad partes vocantur, non ſunt re, & verbis, ſed verbis tantum coniuncti *d. l re coniuncti, 87. verſ item verbis ff.de leg.3. & nos diximus in hoc cap.q.19.num.1.* Sed, cum teſtator ait, *lego Titio,& Seio fundum*, legatarij, non ad ſolidum
10 ſed ad partes vocantur † *l.ſi duobus.16. §. vlt.l. legata inutiliter.19.§.vlt.l.ſi pluribus.33.in prin. ff.de leg.primo,l quoties.9.§.hæredes ff.de hær.inſt.* Copulæ enim natura eſt, vt rem in partes di-
11 uidat † *l.reos. 11.§.cum tabulis ff. de duob. reis.* Non ſunt igitur re, & verbis, ſed verbis tantū coniuncti.

Neceſt, quod reſpondeas, eos vocari ad partes, non ex verbis, ſed ex mente, quia videtur poſſe replicari, imò vocari etiam ex verbis

by Google

12 bis; † nam illud dicitur ex verbis proficiſci,
quod venit ex vi, natura, & propria verborum
ſignificatione l. non aliter. 67. in prin. ff. de leg. 3.
Cum igitur legatarij vocentur ad partes ex
vi, & natura copulæ. Conſequens videtur, vt
ad eas cenſeantur vocari ex verbis. Et ita
arguunt Imol. in d. l. planè. 34. §. ſi coniunctim,
num. 1, & ibi Alex. num. 1. verſ. ego. Iaſ. num. 2.
verſ. Alio modo ff. de leg. primo. Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 95. & ibi Crott. num. 16. verſ. Non
obſtat etiam, Polit. num. 32. verſ. qui tamen, &
verſ. hanc tamen ſuperiorem reſponſionem improbarunt.

Minus eſt, quod reſpondeas, vocari ad partes non expreſſas, ſed tacitas, quia videtur etiã
poſſe replicari, hoc non officere: Nam, cum
13 taciti, & expreſſi par ſit virtus † l. cum quid. 3.
ff. ſi cert. pet. & expreſſa partium diſtributio tollat realem coniunctionem. Conſequens videtur, vt eam tollat etiam tacita. Confirmatur hoc ex l. ſi duobus 16. §. vlt. ff. de leg. primo,
14 vbi Pomponius, † nullum conſtituit diſcrimẽ
inter partes a teſtatore datas expreſsè, vel tacitè: nam, ſi teſtator Titio, & poſthumis viriles partes dari voluerit, inquit, vel etiam id expreſſerit, totum legatum Titio debetur non nato
poſthumo. Nec igitur a nobis diſcrimen eſt
inter eas conſtituendum.

Secundo mouentur l. ſi mihi, & Titio 110.
in prin. ff. de verb. oblig. vbi Pomponius. Si mihi, & Titio, in cuius poteſtate non ſim, ſtipuler
decem, inquit, non tota decem, ſed ſola quinq;
mihi debebuntur: Pars enim aliena deducitur,
vt, quod extraneo inutiliter ſtipulatus ſum, non
15 augeat meam partem, Ex quibus verbis, † ita
argumentantur. Si ego, & Titius eſſemus
re, & verbis coniuncti, portio Titij deberet
ad me pertinere, quia in re, & verbis coniunctis non tractatur de iure accreſcendi, ſed de
iure non decreſcendi, vt tradunt magis communiter ij, quos referemus in hoc cap. q. 39. num.
6. quod in contractibus locum habere ſolet,
vt ex communi Dd. ſententia dicemus in 6. cap. q.
32. Atqui non pertinet. Non ſumus igitur
re, & verbis coniuncti.

Tertio mouentur l. fin. §. Seio ff. de leg. 2.
vbi Scæuola, Seio, quem hæredi ſubſtituerat,
ita legauit, inquit, Seio, ſi mihi hæres non erit,
& vxori eius Marcellæ argenti libras xv. dari
volo, quæro, cum Seius hæres extiterit, an Marcellæ legati dimidia portio debeatur. Reſpondi, ſecundum ea, quæ proponerentur, deberi. Ex
16 quibus verbis † ita deducunt argumentum.
Seius, & Marcella copulatiuè vocati ſunt ad
eandẽ ſummã nõ factis a teſtatore partibus,
& tamen non ſunt re, & verbis coniuncti.
Ergo vocatio facta copulatiuè non inducit
mixtam coniunctionem. Non eſſe autem
Seium, & Marcellam re, & verbis coniunctos
probant ea ratione, quia, ſi eſſent vtroq; modo coniuncti, non dimidia legati, ſed totum
legatum deberet ad Marcellam pertinere. nã,
vbi coniunctim legatur hæredi, & extraneo,
totum debetur extraneo l. planè. 34. §. ſi duobus l. legatum 119. §. 1. ff. de leg. primo, Atqui
non pertinet, niſi dimidia. Non ſunt igitur
re, & verbis coniuncti.

Nec eſt, quod obijcias hanc non videri veram rationem, quare totum legatũ ad Marcellam non pertineat, quia, quamuis non
eſſet coniuncta re, & verbis, adhuc tamen,
tamquam coniuncta verbis deberet conſequi totum per ius accreſcendi, † quippe, quod
17 habet locum inter legatarios verbis tantum
coniunctos, vt eſt receptior Dd. ſententia, quã
referemus in hoc cap. q. 38. num. 8. quia videtur
poſſe reſponderi, imò hanc eſſe veram rationem,
18 † quoniam diſpoſitio d. l. planè 34. §. ſi
duobus ff. de leg. primo, habet quidem locum in
coniunctis re, & verbis, ſed non in coniunctis
verbis tantum, vt communiter ibi tradunt omnes, & nos referemus in 7 cap. q. 29.

Deniq; non eſt, quod reſpondeas, imo ad
Marcellam totum legatũ pertinere, & quod
ait Scæuola, deberi dimidiam, intelligen-
19 dum eſſe † iure proprio, cum alioquin alia
dimidia debeatur iure alieno, ideſt, per ius accreſcendi, vt explicant ibi gl. in verb. Marcellam, Bart. verſ. quæro, Bald. verſ. in text. deberi,
Imol. verſ. in ea gl. Iaſ. in d. l. re coniuncti, nu. 97.
verſ. 4. & Duar. lib. 2. de Iur. accr. cap. 15. qui ſubijcit, hunc fuiſſe morem Scæuolæ, quippe, qui ſolebat ex facto conſultus de iure aperto reſpondere,
20 quoniam hæc interpretatio † vim facit verbis,
quæ perſpicuè dicunt, deberi dimidiam, non
totum, vt eleganter Polit. in d. l. re coniuncti,
nu. 33. verſ. in primis, Alcia. conſ. 40. num. 7. lib.
9. & alij pleriq; animaduerterunt.

Verùm his non obſtantibus contrariam
ſententiam conſtat eſſe receptiorem, vt ſcilicet, re, & verbis coniuncti dicantur ij, quibus
ita relinquitur, lego Titio, & Seio fundum
Tuſculanum, vel, qui ita ſcribuntur hæredes,
Titius, & Seius ex ſemiſſe hæredes ſunto.
21 † Ita enim cenſuerunt gl. in l. 1. §. fin. in verb. ſeparatim ff. de vſufr. accr. in l. ſi duobus 16. §.
vlt. in verb. ſi Titio, & ibi Bald. & Caſtr. num. 2.
ff. de leg. primo gl. in l. triplici. 142. in verb. veluti,
& ibi Bart. num. 1. Alcia. num. 2. Zaz. in verb.
aut re, & verbis, & Cuiac. ff. de verb. ſign. Azo.
in ſumm. C. de cad. toll. num. 11. Bart. in d. l. re
coniuncti, num. 16. & ibi Petr. de Belu. num. 25.
verſ. teneo, Iaſ. num. 195. Polit. num. 32. verſ. qui
tamen. & num. 34 in fin. Io. Gaud. num. 37. &
39. Alcia. num 29. verſ. ſed quid, ſi teſtator, Bald.
in l. vn. § his ita definitis, num. 1. verſ. ſi autem, &
ibi Cuiac. C. de cad. toll. Ang. conſ. 295. num. 4.
verſ. contrarium, & conſ. 342. num. 5. Ang. de
Gamb. de teſta. gl. 41. num 4. Caſtr. in l. cum ex
filio. 39. §. vlt. num. 3 ff. de vulg. Port. in §. ſi eadem, num. 4. & 12. verſ. propterea, & ibi Mynſ.
num. 1. & 8 Hoto. Enun. 1. Vueſ. num. 3. Inſt. de
legat. Alex. in l. ſtipulatio iſta. 38. §. in ſtipulationibus, num. 7. ff. de verb. oblig. & conſ. 109. num. 2.
vol. 2. Iaſ. in l. legata inutiliter. 19. §. vlt. num. 6.
& in d. l. planè 34 §. ſi coniunctim num. 4. ff. de
leg. primo, Ruin. conſ. 28. num. 1. vol. 2. Soc. Iun.
conſ. 150. num. 5. volu. 2. Ant. Fum. de coniun.
cap. 2. num. 1. & cap. 3. num. [illegible]. Zaz. in ſing. intell.
cap. ſi teſtator legit Titio, & Sempronio fundum,
Gomez. tom. 1. var. reſol. cap. 10. nu. 24. verſ. coniuncti re, & verbis, Mantic. de con. vlt. vol. lib.
10. tit. 3. num. 9. Craſſ. in §. Ius accreſcendi q. 6.
num. 2. Pereg. de fideicom. artic. 9. num. 7. Stchar.
conſ. teſtam. 8. num. 6. verſ. 2. Men. de præſ. lib. 4.
præſ 86. num. 1. & præſ. 159. nu. 3. & conſ. 1008.
num. 3. Did. Spin. in ſuo ſpecul. teſta. gl. 9. num.
15. Duar. lib. 1. de Iur. accr. cap. 5. Ant. Gou in
lib. animad. cap. 6 Cuiac. in d. l. ſi duobus. 16. ff. de
leg. primo & lib. 24. obſ. cap 34. Hoto. in Epito. tit.
ff. de

Digitized by Google

ff. de vſufr. accr. num. 4. & Ill. quæſt. 44. & lib. 6.
obſ. cap. 12. Donell. lib. 7. comm. cap. 13. Quam
ſententiam non ſolùm eſſe veram, ſed etiam
indubitatam puto: nam apertiſſimè proba-
tur.
Primò l. triplici 142. ff. de verb. ſign. vbi Pau-
22 lus de re, & verbis coniunctis † loquens, Nec
dubium eſt, inquit, quin coniuncti ſint, quos no-
minum, & rei complexus iungit. Sed nomi-
num, & rei complexus iungit legatarios,
cùm teſtator ita ſcribit, Lego Titio, & Seio
23 fundum Tuſculanum, † vt ſcribunt Bart. in d.
l. re coniuncti, num. 16. & Ant. Fum. de coniun.
d. cap. 3. num. 1. Non enim, quia vocantur in
eadem oratione, ſed quia vocantur ad ean-
24 dem rem non factis partibus, † vt explicant gl.
in d. l. 1. §. vlt. in verb. ſeparatim. ff. de vſufr. accr.
Azo in ſumm. C. de cad. toll. num. 11. Ang. de
Gamb. de teſtam. d. gl. 41. num. 4. Port. in d. §. ſi
eadem, num. 4. & ibi Mynſ. num. 1. Vueſ. num. 3.
Zaz. in d. l. triplici. in verb. aut re, & verbis, Io.
Gaud. in d. l. re coniunctis, nu. 37. Sunt igitur re,
& verbis coniuncti.
Nec eſt, quod reſpondeas, hanc legem non
terminare controuerſiam dilucidè, & clarè,
cùm vis eius facilè poſſit euitari, ſi quis re-
ſpondeat, negando rei complexum iungere
legatarios, cum teſtator ita loquitur, lego
Titio, & Seio fundum Tuſculanum, quo-
niam illi tantum dicuntur rei complexi iun-
gi, qui ſolidum habent initio, cum alioquin
in propoſita ſpecie legatarij non ſolidum ha-
25 beant initio, ſed partes, † Quomodo reſpondet
Alex. in d. l. planè. 34. §. ſi coniunctim, num. 1.
verſ. allegat etiam ff. de leg. 1. quia verius eſt, le-
gem illam clariſſimè totam hanc controuer-
ſiam terminare: nam rei complexu iungi vo-
catos in propoſita ſpecie probant exempla,
quæ ſtatim ibi a Paulo ſubijciuntur, & in qui-
26 bus tota vis argumenti conſiſtit, † vt Polit. in
d. l. re coniuncti, num. 31. Zaz. in ſing. intell. d.
cap. ſi teſtator leget Titio, & Sempronio fundum,
& alij rectè animaduerterunt: nam poſtea,
quam dixit Paulus, re, & verbis coniunctos
eſſe, quos nominum, & rei complexus iun-
git, ſtatim ſubijcit, veluti, Titius, & Moe-
uius ex parte dimidia hæredes ſunto, vel ita.
Titius, Moeuiusque hæredes ſunto, vel, Titius
cum Moeuio ex parte dimidia hæredes ſunto.
Itaque ſignificat in omnibus hiſce exemplis
vocatos eſſe re, & verbis coniunctos, quod
eos, & nominum, & rei complexus iungat.
Quinimò declarat hoc apertiùs in verbis ſe-
quentibus: nam, videamus, inquit, ne, ſi hos
articulos detrahas, &, què, cum, interdum ta-
mē coniunctos accipi oporteat, veluti, Lucius Ti-
tius, Publius Moeuius hæredes ſunto ex parte
dimidia, vel ita, Publius Moeuius, Lucius Ti-
tius hæredes ſunto, Sempronius ex parte dimidia
hæres eſto, vt Titius, & Moeuius veniant in partē
dimidiam, & re, & verbis coniuncti videantur.
Itaq; nominatim re, & verbis coniunctos vo-
cat eos, qui ſcripti ſunt hæredes oratione ſo-
luta, quæ pro coniuncta habetur. Omnimo-
do igitur Paulus ibi quæſtionem hanc diluci-
dè terminauit, & nullum reliquit probabili
dubitationi locum.
Secundò verò probatur. §. ſi eadem Inſt. de
legat. vbi Iuſtinianus, Si eadem res duobus lega-
ta ſit, inquit, ſiue coniunctim, ſiue disiunctim, ſi
ambo perueniant ad legatum, ſcinditur inter eos
legatum, & paulo poſt, coniunctim autem lega-
tur, veluti ſi quis dicat, Titio, & Seio hominem
27 Stichum do lego. Nam ex his verbis † patet,
eos, qui copulatiuè vocantur ad eādem rem,
& in eadem oratione non factis partibus, di-
ci vocatos coniunctim, ideſt, re, & verbis,
vt exponemus in hoc cap. q. 28. num. 8.
Nec eſt, quod reſpondeas, non dicere Iu-
ſtinianum, Titium, & Seium eſſe vocatos
coniunctim vtroq; modo, ſed ſimpliciter, eſ-
ſe vocatos coniunctim. Itaq; poſſe intelli-
28 gi, vt ſint coniuncti verbis † Quomodo reſpon-
det Alex. in d. l. planè. 34. §. ſi coniunctim, nu. 1.
verſ. allegat. quia verius eſt, dum ait, legatum
eſſe relictum coniunctim, de mixta, non de
29 verbali coniunctione loqui: † namque pri-
mo coniunctim ſimpliciter tunc dicitur le-
gari, cum re, & verbis coniunguntur legata-
rij, vt latè oſtendemus in d. q. 28. num. 14. & ſeqq.
Secundo verò loquitur Iuſtinianus de ijs cō-
iunctis, qui ſolidum habent initio partes ve-
rò faciunt concurſu: nam ait, ſi ambo perue-
niant ad legatum, ſcinditur inter eos legatum,
ideſt concurſu partes fiunt, quæ res de verbis
tantum coniunctis dici non poteſt, quippe,
qui non concurſu, ſed initio partes habent
d. l. re coniuncti 87. ff. de leg. 3. & nos dicemus in
hoc cap. q. 31. num. 3. Loquitur ergo de re, &
30 verbis coniunctis, † vt rectè Petr. de Biſat. in
d. l. re coniuncti. num. 26. & ibi Iaſ. num. 88. verſ.
tu ergo, Port. in d. §. ſi eadem, num. 12. verſ. ad
iſtum, Forcat. in Necyo. dial. 67. num. 1. anima-
duerterunt.
Tertio probatur d. l. re coniuncti 87. verſ. item
verbis ff. de leg. 3. vbi Paulus, Item verbis, non
etiam re, inquit, Titio, & Seio fundum æquis
partibus do lego: Si enim dempta quoque
partium expreſſione verbis tantum eſſent
coniuncti legatarij, fruſtra Paulus adiecisset
31 illa verba, æquis partibus, † vt animaduerte-
runt Petr. de Beſu. in d. l. re coniuncti, num. 25.
verſ. timeo, Port. in d. §. ſi eadem, num. 12. Forca.
d. dial. 67. num. 3.
Nec eſt, quod reſpondeas, illa verba, exem-
pli gratia poni, ideoque regulam non con-
32 ſtringere, † Quomodo reſpondet Iaſ. in d. l. re
coniuncti, num. 88. verſ. 3. & in d. l. planè. 34. §. ſi
coniunctim, num. 4. quia non tollit hæc reſpō-
ſio vim argumenti: Nam præter id, quod
tentari poſſet, non exempli, ſed demonſtra-
33 tionis gratia verba illa fuiſſe appoſita, † cùm
non dicat Paulus, verbis, non etiam re con-
iunctos eſſe legatarios, veluti, ſi legetur Ti-
tio, & Seio æquis partibus, ſed, verbis, non
etiam re, Titio, & Seio fundum æquis partibus
do lego, quibus verbis declarat, qui dicantur
verbis tantum coniuncti, quomodo, & in
præcedentibus declarauit qui dicantur con-
iuncti re tantum, alia etiam ratione non of-
ficit illa reſponſio: Nam exempla, licet non
reſtringant regulam, demonſtrant tamen rē,
34 ſecundum ſui eſſentiam, † vt ſcribunt gl. in l.
2. in verb. ob aliud ff. de priu. delict. Polit. in d. l.
re coniuncti, num. 31. Nico. Bello. lib. 3. ſuppu. cap.
10. num. 1. Itaque, niſi partium expreſſio eſ-
ſet de eſſentia verbalis tantum coniunctio-
nis, non appoſuiſſet Paulus illa verba, æquis
partibus.
Quarto, & vltimo probatur, quia in propo-
ſita

ita ſpecie legatarij ſunt cōiūcti verbis, vt eſt
in confeſſo, & præterea ſunt coniuncti re: nā
re coniuncti ſunt, qui communiter ad eandē
rem vocantur *l. Titiæ textores. 36. in prin. ff. de
leg. primo, & dicemus infra num.* 50 quomodo
vocantur hi, quibus ita legatur, Titio, & Seio
35 lego fundum † *l. eum, qui 56. in prin. ff. de verb.
obligat. quæ perperam in contrariam adducitur
ſententiam.* Sunt igitur re, & verbis coniun-
cti.

Neq; huic ſententiæ aduerſantur contra-
ria: nam ad primum reſpondeo multipliciter,
36 & Primo contrarium procedere † in ijs, qui
vocantur ad partes expreſſas a teſtatore, non
etiam, qui ad tacitas: nam tacita partium di-
ſtributio non tollit realem coniunctionem,
37 † *vt ſcribunt gl. in d. l. ſi duobus. 16. §. vlt. in verb.
dari, & in verb. expreſſerit, & ibi Bald. & Caſtr.
num. 2. Imol. num. 4. ff. de leg. primo, Bald. in d. l.
vn. §. his ita diſinitis, num. 1. verſ. ſi autem C. de
cad. toll. & in l. cui fundus. 55. ff. de cond. & dem.
Iaſ. in d. l. legata inutiliter. 19 §. vlt. num. 6. ff. de
leg. primo, Zaz. in ſing. intell. cap. ſi teſtator leget
Titio, & Sempronio fundum, Mantic. de coni.
vlt. vol. lib. 10. tit 3. num. 9. Duar. lib. 1. de Iur.
accr. cap. 9.* Quod probat *d. l. ſi duobus. 16. §. vlt.
ff. de leg primo*, ibi, *viriles partes dari voluerit,
38 vel etiam, id expreſſerit*: nam, † ſi dari voluerit,
ſed non expreſſerit, ſunt re, & verbis coniun-
cti, ſi verò expreſſerit, verbis tantum, *vt ibi
gl. Bart. Bald. & Caſtr. ſupra relati, & Petr. de
Beſu. in d. l. re coniuncti, num. 26. Forca. in Ne-
cyo. dial. 68. num. 1. Donell. d. lib. 7. com. cap. 13. &
alij paſſim explicarunt.*

Nec obſtat, quod taciti, & expreſſi par ſit
virtus, quia reſpondeo primo, imo regulari-
ter aliud iuris eſſe, ſi quid tacitè continetur,
39 aliud, ſi verbis exprimatur † *l. ſi ita legatum.
68. §. illi, ſi volet ff. de leg. primo l. ſi quis Sempro-
nium. 68. in prin. ff. de hared. inſt. l. nonnunquam
51. ff. de cond. & dem.* & potiſſimùm in hac cō-
iunctorum, & iuris accreſcendi materia, *vt di-
cimus in hoc cap. q. 16. num. 38.*

Nec obſtat, quod etiam in hac materia
nullum videatur eſſe diſcrimen inter partes
datas expreſsè, vel tacitè *d. l. ſi duobus. 16 §. vlt.*
ibi, *viriles partes dari voluerit, vel etiam id ex-
preſſerit*, quia reſpondeo, nullum eſſe diſcri-
40 men in ſpecie, † quam ibi decidit Pomponius,
nempè in ſpecie poſthumi, cui viriles cum
alio partes datæ ſunt: nam, ſiue teſtator ex-
preſſerit viriles partes, ſiue non expreſſerit,
ſed dari voluerit, idem iuris eſt, quia, cum
partes datæ poſthumo ſint incertæ ob nume-
rum poſthumorum, qui naſci poſſunt, paria
ſunt, partes viriles non exprimere, vel expri-
mere: Neutro enim caſu poſthumus non na-
tus facit partem, *vt latè dicemus in hoc cap. q. 31.
num. 10. & q. 38. num. 75.* Coeterùm extra ſpe-
ciem ibi tractatam, veriùs eſt, multum eſ-
ſe diſcriminis inter partes datas tacitè, vel ex-
preſsè, id, quod ipſamet Pomponij verba, ſi
41 diligenter ponderentur, oſtendunt: † nam ait
Pomponius, *vel etiam id expreſſerit*. Itaque
diſpoſitionem extendit ad caſum magis du-
bitabilem, qualis cenſeri non poſſet, ſi regu-
lariter idem eſſet partes tacitè, vel expreſsè
dare.

Secundo reſpondeo *ex mente Bart. & aliorū*,
42 taciti, & expreſſi parem eſſe vim, ſi id, † quod
exprimitur, tacitè inerat de neceſſitate, ſecus
verò, ſi de voluntate: Vt autem partes ſint
æquales, vel inæquales, hoc pendere ex vo-
luntate teſtatoris, ideoq; ſi æquales exprimā-
tur, non eſſe parem vim taciti, & expreſſi.
*Ita reſpondent Bart. in d. l. re coniuncti, num. 6.
& ibi Io. Gaud. num. 35. Ant. Fum. de coniuct.
cap. 2. num. 1.*

Tertio, & vltimo reſpondeo, regulam illā
43 procedere, † quoties eodem modo quid ex-
primitur, quo tacitè inerat. Coeterùm, ſi qua
ſubſit diuerſitas, verius eſſe, taciti, & expreſſi
non eſſe parem virtutem, *vt declarat Bart. in
d. l. ſi ita legatum. 68. §. illi, ſi volet ff de leg. primo*,
Hic autem magnam ſubeſſe diuerſitatem in-
ter partes expreſſas, & tacitas, eamque diuer-
ſitatem in tempore conſiſtere, quia ex-
preſſæ dantur initio, tacitæ verò, ſi concurrāt
legatarij, *vt latè oſtendemus in hoc cap. q. 32. nu.
9. & ſeqq.* Nil mirum igitur, ſi ius ſit diuerſum.

Secundo verò principaliter ad primum
argumentum contrarium reſpondeo, ita de-
mum eos, qui partes habent, eſſe verbis tan-
44 tum coniunctos, † ſi eas habeant ex verbis,
ſecus vero, ſi ex mente. Vocatos autem in
quæſtione propoſita non habere partes ex
verbis, ſed ex mente, ideoq; non verbis tantū,
ſed re, & verbis eſſe coniunctos. *Ita reſpondet
Bart. in l. cui fundus 55. num. 1. ff. de cond. &
dem.* Nec obſtat, quod habeant partes ex vi
copulæ, & propter enumerationem perſona-
rum, ideoq; videantur eas habere ex verbis,
*vt Imol. Alex. Iaſ. & Polit. in contrarium allegati
tradiderunt*, quia verius eſt, non habere eos
partes ex verbis, ſed ex mente, tameſi eas ha-
beant ex vi copulæ, & ex enumeratione per-
ſonarum, vt apertè probat *d. l. ſi duobus. 16. §.
vlt ff de leg. primo*, ibi, *viriles partes dari voluerit,
vel etiam id expreſſerit*: Diſtinguuntur enim
45 † partes, quas teſtator exprimit, & ſic, quæ
dantur verbis, ab ijs, quas teſtator dari vult, &
ſic, quæ dantur ex mente. Ergo partes non
expreſſæ dantur quidem ex mente, ſed non
ex verbis: Copula enim, & perſonarum enu-
meratio tribuit vi ſua partes, ſed tacitas, non
expreſſas, & ſic non ex diſpoſitione hominis,
46 ſed ex diſpoſitione legis, † *vt in propoſito con-
ſiderat Gomez. d. cap. 10. num. 26.*

Tertio, & vltimo reſpōdeo, quod dicimus,
eos, qui vocātur ad partes, nō eſſe re, & verbis
47 cōiūctos procedere, † ſi ad eas vocētur initio,
ſecus verò, ſi cōcurſu. In ſpecie autē ꝓpoſita
nō vocari legatarios ad partes initio, ſed con-
curſu, *vt veriùs, & receptius eſſe demonſtrabimus
in hoc cap. q. 32. nu. 9. & ſeqq.* ideoq; nihilomi-
nus eſſe re, & verbis coniunctos. *Ita reſpondent
Bart. in d. l. re coniuncti, n. 16. & ibi Petr. de Beſu.
nu. 25. verſ. ad argumentum, Polit. nu. 32. Alcia.
num. 29. verſ. ſed, quid ſi teſtator, Port. in d. §. ſi
eadem num. 13. Inſt. de legat. Ant. Fum. de coniu.
cap. 2. num. 1. & cap. 3. num. 2.*

Ad ſecundum verò reſpondeo, in contra-
ctibus ſecundum veriorem, & receptiorem
ſententiam non eſſe locum iuri accreſcendi,
vt oſtendemus in 6. cap. q. 32. num. 1. & ſeqq.
ideoque, licet pars extranei non pertineat ad
ſtipulatorem, non tamen ex hoc ſequi, eos
non eſſe re, & verbis coniunctos, quia licet
tales ſint, non habent ius accreſcendi.

Nec obſtat, quod, licet in contractibus
non

non habeat locum ius accreſcendi, locum tamen habet ius non decreſcendi, quod procedit inter re, & verbis coniunctos, quia reſpondeo Primo, ſecundum veriorem ſententiam, in contractibus, nec iuri accreſcendi, nec iuri non decreſcendi locum eſſe, quia, licet interdum totum pertineat ad contrahentem, non fit tamen id per ius non decreſcendi, ſed, vel ex natura rei, vt in indiuiduis, vel ex expreſſa prouiſione hominis, quæ facit ceſſare prouiſionē legis, cuiuſmodi eſt ius nō decreſcendi, *vt latè oſtēdemus in eodē 6. cap. q. 32.*

Secundo reſpondeo, veriorem eſſe ſententiam exiſtimantium, inter re, & verbis coniūctos habere locum ius accreſcendi, non verò ius non decreſcendi, quia non habent ſolidum ſinguli, vt ſinguli, ſed, vt vniuerſi, nec prima facie, & palam, ſed per quandam fictionem, & interpretationem, *vt latiſſimè demonſtrabimus in hoc cap. q. 32. num. 30. & ſeqq.*

Ad tertium, & vltimum reſpondent plerique diuerſum in hoc eſſe ius ſpecierum, & quantitatum, quoniam in illis datur mixta coniunctio, & conſequenter ius accreſcendi,
48 in his verò non item. † *Fuerunt huius ſententiæ Petr. de Beſu. in d. l. re coniunctis, nu. 26. verſ. poſſet etiam & ibi Polit. num. 33. & 48. verſ quo ad quartum Alcia. num. 19. 33 & 39. Idem Alcia. in d. l. triplici, num. 12. & conſ. 40. num. 7. lib. 9. refertq; ſimpliciter Pereg. de fideic. artic. 9. num. 2. Eiuſdem ſententiæ fuerunt Duar. lib. 1. de Iur. accreſcend. cap. 7. & Hotom. lib. 1. Amic. reſpon. cap. 24. Ex quibus Petr. de Beſu. Polit. & Alcia. putant, hac diſtinctione ferè omnes iuris locos in contrarium allegatos pro Petri ſententia poſſe euitare.* Moti ſunt autem non ſolum *d. §. Seio*, ſed etiam ea ratione, quam retulimus *in hoc cap. q. 8. num. 6.* quia ſcilicet, quantitates non videtur recipere communionem, cum ipſo iure, & ab initio diuidantur numero. Quo fit, vt in ijs non videatur realis coniunctio poſſe conſiderari.

Verùm *vt ibidem n. 7. docuimus*, verius, & receptius eſt, etiam in ſumma, & quantitate dari realem, & per conſequentias etiam mix-
49 tam coniunctionem. † *Ita enim de mixta coniunctione ſcripſerunt Bart. in d. l. re coniunctis, num. 7. & ibi Iaſ. num. 58. & 106. Alex. in l. qui filiabus. 17. §. 1. num. 1. ff. de leg. primo, Port. in d. §. ſi eadem, num. 13. Inſt. de legat. Hug. Celſ. conſ. 69. num. 3. verſ. cui quidem, Craſſ. in §. Ius accreſcendi q. 5. num. 15. & 16. & q. 8. num. 5. Men. de præſ. lib. 4. præſ. 149. num. 4.* Nam præter id, quod legatarij dicuntur ad ſummam communiter vocati *in l. eum, qui. 56. in prin. ff. de verb. oblig.* ideoq; debent cenſeri re coniun-
50 cti † *ex l. Titia textores. 36 in prin ff. de leg. prim. l. Lucius. 90. §. Lucius ff. de leg 2. Et explicāt Iaſ. in d. l. re coniunctis, num. 97. verſ. vltimo, & Men. conſ. 514 num. 1. in fi.* conſtat etiam ſpecialiter inter eos, tamquam inter coniunctos eſſe locum iuri accreſcendi *ex l. qui quartam. 15. §. vlt. ff. de leg. primo*, vbi Paulus, *Si quis vnam ſummam filiabus legauerit*, inquit, *vt etiam de poſthuma ſentiret, ſi ea non eſt nata, ſuperſtiti ſolidum debebitur.*

Nec eſt, quod reſpondeas, aliud eſſe, cum legatur quātitas ſub nomine collectiuo, aliud verò, cum per copulam, quaſi poſteriore caſu fiant initio partes, ob perſonarum enumerationem, priore verò, quo talis enumeratio ceſ-
51 ſat, non fiant, † *Quomodo reſpondent Alcia. in d. l. re coniunctis, num. 34. & Duar. d. lib. 1. de Iur. accr. cap. 7.* quia, licet non inficier, magnam aliàs eſſe differentiam etiam in materia iuris accreſcendi inter eos, qui copulatiuè, & eos, qui collectiuè vocantur, & faciliùs inter hos, quam inter illos ius accreſcendi verſari, vt ex ijs patebit, quæ dicemus *in 6. cap. q. 21. num. 12. & ſeqq.* vbi de fideicommiſſis agemus, & *in q. 32.* vbi agemus de contractibus, tamen in
52 propoſito verius eſt, † nullum inter collectiuè, & copulatiuè vocatos eſſe in hac re diſcrimen conſtituendum: nam, cum eadem ſit horum, & illorum ratio, ſcilicet, quia, vt collectiuè vocati faciunt vnum corpus *l. interdum. 13. in prin. ff. de hæred. inſt.* ita, & vocati copulatiuè *d. l. planè 34. §. 1. ff. de leg. primo*, &, vt copulatiuè relinquens ſemel tātum rem dari vult, *l. duobus. 87. ff. de leg. primo*, &, conſequenter vult vocatos habere viriles partes *d. l. ſi duobus. 16. §. fin. ff. de leg. primo*, ita etiam legans collectiuè *d. l. qui quartam. 15. §. vlt. ff. eod.* conſequens eſt, vt idem ius in vtraq; ſpecie ſit ſtatuendum.

Nec obſtat, quod in collectiua non fiat perſonarum enumeratio, quia reſpondeo nō fieri explicitè, ſed implicitè ex natura collectiuæ, quæ eſt, vt vim obtineat enumerationis perſonarum; Vnde, qui filios dicit, perinde habetur, ac, ſi ſingulos nominatim expreſſiſſet, etiam in materia odioſa *l. Titius. 25. in prin. ff. de lib. & poſth.* Deinde verò perſonarū enumeratio non impedit mixtam coniunctionem in ijs rebus, in quibus ea ſine enumeratione datur, vt patet in ſpeciebus, in quibus, quia datur mixta cōiunctio ſine tali enumeratione, datur etiam ea interueniente *d. l. triplici*. Deniq;, vt enumeratio perſonarum, ita, & collectiua reſpicit verbalem coniunctionem, quæ nihil ad rei complexum inducendum operatur, *vt animaduertit Polit. in d. l. re coniunctis, num. 35.* Itaq;, aut ſeparatim ad eandem ſummam vocati ſunt re coniuncti, & erunt addito verborum complexu coniuncti re, & verbis, ſiue talis complexus fiat per copulam, ſiue per collectiuam. Aut verò ſunt omnimodo diſiuncti, & addito verborum complexu, vel per copulam, vel per collectiuam non erunt coniuncti re, & verbis, quoniam, vt dictum eſt, talis adiectio non, niſi ad verbalem coniunctionem inducendam operatur. Cum igitur collectiuè vocati ad eandem ſummam ſint re, & verbis coniuncti, & habeant ius accreſcendi *d. l. qui quartam. 15. §. vlt. ff. de leg. primo*, Conſequens eſt, vt id etiā habere debeāt vocati copulatiuè, tamquam, & ipſi coniuncti re, & verbis, re, propter vnitatem ſummæ, quæ communiter eis fuit relicta *d. l. eum, qui 56. in prin. ff. de verb. oblig.* verbis verò, propter copulæ naturam, quæ verbalem inducit coniunctionem *d. l. triplici.*

Neque obſtant contraria: nam ad rationem, quæ ducitur à natura quantitatum, non recipiente communionem reſponſum eſt *in hoc cap. q. 8. nu. 13.* Ad locum vero in contrarium adductum, *nempè ad l. vlt. §. Seio. ff. de leg. 2.* reſpondent nonnulli, ideò ibi non eſſe lo-
53 cum iuri accreſcendi, quia † legatarij non erant coniuncti, ſed omnimodo diſiuncti:

nam

ham, cùm ita ſcripſiſſet teſtator, *Seio ſi mihi*
hæres non erit, & vxori eius Marcellæ argenti
libras xv. dari volo, conditionem vnius, non
etiam alterius reſpectu interponendo credi-
tus eſt legatarios omnino diſiunxiſſe. *Ita re-*
ſpondent Iaſ. in d. l. re coniuncti, nu. 97. verſ. 4.
Fortat. in Neeyo. dial. 67. num. 4.

Verùm hanc reſponſionem non immeri-
tò *Polit. in d. l. re coniuncti, num. 33. verſ. Iaſ.*
54 *etiam, & alij* plerique reprobarunt, † quia ve-
rius eſt, ibi legatarius eſſe re, & verbis con-
iunctos, re, quia vocantur ad eandem ſum-
mam non factis partibus, verbis verò, quia
poſiti ſunt in eadem oratione. Nec obſtat
conditionis interiectio, quoniam hæc verba-
lem non impedit coniunctionem, quoties
vna eſt legandi clauſula, ideſt, quoties fa-
cto nominum complexu res ſemel exprimi-
tur: nam, &, cùm teſtator ita ſcribit, *Titio,*
qui eſt Romæ, & Caio, qui eſt Mediolani, le-
go fundum, non obſtante tali interiectione
dicuntur legatarij re, & verbis coniuncti, quia
principalis clauſula vna eſt, *lego Titio, & Ca-*
io fundum, &, quæ fuerunt interpoſita, non
diuerſos, ſed eoſdem orationis terminos, &
55 eadem extrema reſpiciunt, † *vt eleganter ex-*
plicat Petr. de Beſu. in d. l. re coniuncti, num. 23.
verſ. aut ſanè. Nec huiuſmodi ſpecies ſimilis
eſt ei, quæ proponitur *in d. l. Mæuio 42. in*
prin. ff. de leg. 2. &, quam nos expoſuimus in
hoc cap. q. 16. num. 40. nam ibi legatarij ſunt
verbis diſiuncti, quia duplex eſt, non vna le-
gandi clauſula, cùm res, quæ legatur, bis fue-
rit expreſſa. Hic verò ſunt coniuncti verbis,
quia ſemel expreſſa ſumma nominum indu-
citur complexus, ex quo verbalis coniunctio
56 ſolet æſtimari. Itaque † in ſpecie. *d. §. Seio*,
principalis diſpoſitio hæc eſt, *Seio, & vxori*
eius Marcellæ argenti libras xv. dari volo, &
illa verba, quæ interponuntur, *ſi mihi hæres*
non erit, non diuerſum reſpiciunt terminum,
& extremum, ſed alterum ex terminis, & ex-
tremis principalis orationis, nẽpè maritum.
Quamobrem verbalem non excludunt con-
iunctionem, *iuxta, ea quæ ſupra diximus.* Nec
eſt, quod quiſquam cauſetur, talem adiectio-
nem excludere realem coniunctionem, *vt*
Iaſ. & Forca. ſupra allegati ſentire videntur,
quia certi iuris eſt eos, qui ſunt re coniuncti,
ſi purè vocentur ad eandem rem, non deſine-
re eſſe re coniunctos, ſi alteri eorum fuerit
57 appoſita condilio. † *l. ſi mihi purè. 61. ff. de*
leg. 2. cum alijs adductis in hoc cap. q. 11. num. 4.
Et in hic terminis animaduertit Polit. in d. l. re
coniuncti, num. 33. verſ. Iaſ. etiam.

Alij igitur cẽſent, etiam in ſpecie *d. §. Seio*,
locum eſſe iuri accreſcendi, & Marcellam
58 totam ſummam habituram, † quia, cum ſit
re, & verbis coniuncta, debet ei pars marito,
eidemque hæredi data accreſcere. *d. l. planè.*
34. §. ſi duobus, & d. l. legatum. 119. §. 1. ff. de
leg. 1. Nec obſtare, quod Scæuola ſcribat
Marcellæ deberi legati dimidiam, quæ lon-
gè diſtat à toto, quia reſpondent, loqui eum
de dimidia marito data, vtpotè, quæ ſola
erat in controuerſia: nam de dimidia, quæ
data fuerat vxori probabiliter nemo potuit
dubitare, cum illa conditio, *ſi mihi hæres non*
erit, non vtrique legatario, ſed vni tantum
fuerit appoſita. *Ita cenſuit Iaſ. in d. l. re*
coniuncti, num. 97. verſ. 4.

Sed hæc ſententia, vt effectu non diſtat à
communi, quam ſupra refutauimus, ita nec
59 eſt vllo modo recipienda, † quia, cum dicat,
partem ad Marcellam pertinere, non poſſu-
mus ſine commento dicere, deberi totum.
Nec verum eſt, ibi tractari de parte mariti,
ſed potiùs de parte vxoris, cui dubitabatur,
an pars ei relicta deberetur, propter defectum
conditionis, quæ fuerat interpoſita. Sed re-
ſpondet Scæuola, deberi, propterea, quod
conditio ſoli marito fuerat appoſita: De par-
te verò mariti non loquitur Scæuola, ſed ex
eo, quod reſpondet deberi partem, intelligi-
mus, eum habere in confeſſo non deberi to-
tum, ſed partem mariti in hæreditate rema-
60 nere, Et hoc ideo, quia † diſpoſitio fuerat
concepta verbis precarijs, nempè verbo, vo-
lo, quod eſt precarium. *§. vlt. Inſt. de ſing. reb.*
per fid. rel. Itaque non poterat ſuſtineri iure
legati, ſed tantum iure fideicommiſſi, & iu-
re Digeſtorum non poterat in fideicommiſ-
ſis eſſe locus iuri accreſcendi, quod fideicom-
miſſa regularentur ſecundum naturam lega-
torum per damnationem, in quibus certi iu-
ris eſt, ius accreſcendi locum habere non po-
tuiſſe, *vt oſtendemus in 6. cap. q. 20. num. 25. &*
q. 21. num. 2. Ita in ſpecie declarat Cuiac. ad l.
mulieri. 73. ff. de cond. & dem. in 32. lib. quæſt.
Papin. Hinc intelligimus hodie correctam
eſſe diſpoſitionem *d. §. Seio*, propterea, quod
etiam in fideicommiſſis ius accreſcendi lo-
cum habere ſolet, *vt oſtendemus in d. q. 21.*
num. 9.

Ex quibus apparet, veriſſimam eſſe com-
munem interpretum ſententiam exiſtiman-
tium, re, & verbis coniunctos eſſe, quibus ea-
dem res copulatiuè relinquitur, quod vocen-
tur ad ſolidum, non ad partes, quippè, quæ
non à teſtatore datæ ſunt, ſed concurſu fiũt.
Idque adeo verum eſt, vt procedat, etiamſi
pars fuerit duobus copulatiuè relicta, non
tamen factis eius partis partibus: Nam, ſi te-
ſtator ita ſcripſerit, *Titius, & Seius ex ſemiſſe*
hæredes ſunto, erunt inſtituti re, & verbis con-
61 iuncti, † *l. triplici 142. & ibi glo. in verb. veluti,*
& Bart. num. 2. Zaz. in uerb. ueluti. ff. de uerb.
ſign. Petr. de Beſu. in d. l. re coniuncti, num. 26. &
ibi Iaſ. num. 78. & 146. Crott. num. 16. & 50.
verſ. præterea, Polit. num. 61. Alcia. num. 38. Io.
Gaud. num. 75. Iaſ. conſ. 143. num. 8. verſ. mo-
do, uol. 4. Ruin. conſ. 168. num. 1. uol. 2. Crau.
conſ. 43. nu. 2. Surd. conſ. 120. num. 25. quem-
admodum, &, cum ita loquitur, Lego dimi-
62 diam fundi Tuſculani Titio, & Seio, † *ut*
ſcribunt Ang. in l. un. §. hic ita definitis, num.
3 C. de cad. toll. Decia. conſ. 61. nu. 1. uerſ. 2. uol. 2.
Men. conſ. 1069. nu. 14. Nam, & his ſolidum
relinquitur, nempè dimidia, quæ reſpectu ſui
totum dici poteſt, *ut diximus in hoc cap. q. 7.*
num. 5. & partes eius dimidiæ non fiunt ex
verbis teſtatoris, ſed concurſu, *ut diximus in*
hoc ipſo cap. q. 32. num. 9. Et hoc eſt quartum
requiſitum.

SVMMARIVM.

1 *Coniuncti re, & uerbis, ut aliqui dicantur, de-*
bent uocari ſimul, non ordine ſucceſſiuo, &
cur, num. 3. & ſeqq.

2 Ordine

2 Ordine ſucceſſiuo vocati non ſunt re ; & verbis coniuncti, & cur, num. 3. & ſeqq.
3 Vocati ordine ſucceſſiuo non veniunt ex eodem gradu, ſed ex diuerſis;
4 Inſtitutus venit ex primo gradu ; ſubſtitutus verò ex ſecundo.
5 Vocatus ordine ſucceſſiuo ſuo tempore, & caſu totam rem conſequitur.
6 Vocatio duorum, aut plurium quando cenſeatur facta ſimul, quandoùe ordine ſucceſſiuo, remiſſiuè.
7 Vocatio duorum, aut plurium cenſetur facta ſimul, non ordine ſucceſſiuo, quoties vocati ſunt pares, & cur, num. 8.
8 Pares ſunt quoque pariter ad ſucceſſionem admittendi.
9 Collectiuè uocati vocantur pariter, ſi ſint pares in gradu.
10 Copulæ natura eſt ſimul, & pariter vocare.
11 Diſiunctiua poſita inter pares reſoluitur in coniunctam. Limita, vt num. 12. & ſeqq.
13 Declaratur. l. Titius. 24. cum. 2. ll. ſeqq. ff. de hære. inſtit. & num. ſeqq.
17 Declaratur. l. ſi fundum. 83. §. his verbis. ff. de leg. 1. & num. ſeqq.
20 Diſiunctiua non reſoluitur in coniunctam, quoties agitur de primogenitura.
21 Pares, quando cenſeantur uocati, & nu ſeqq.
22 Ordo denotat quandam prioritatem, & poſterioritatem.
23 Prioritas, & poſterioritas repugnant vocationi ſimultaneæ.
24 Ordo nullus eſt in coniunctionibus.
25 Ordo ſcripturæ quis?
26 Ordo ſcripturæ regularitur non attenditur.
27 Inſtitutus dicitur, non ſubſtitutus, qui ſecundo loco nominatus eſt per copulam.
28 Ordo iuris quis?
29 Ordo iuris quotupliciter intelligatur, & num. ſeqq.
30 Ordo iuris in ſucceſſionibus ab inteſtato qualiter intelligatur, & num. ſeqq.
32 Deſcendentes priùs ab inteſtato vocantur, quam aſcendentes, aut tranſuerſales.
33 Agnati, & cognati hodie pariter ad inteſtati ſucceſſionem admittuntur.
34 Agnati. ilim præferebantur cognatis in bonorum poſſeſſionibus, quæ ab inteſtato deferuntur.
35 Frater vtrinque coniunctus præfertur conſanguineo tantum, aut vterino tantum in ſucceſſione fratris inteſtato defuncti.
36 Fœminæ pariter, vt maſculi ſuccedunt ab inteſtato.
37 Proximiores priùs ab inteſtato vocantur, quam remotiores.
38 Ordo iuris qualiter conſideretur contra teſtamentum. & num. ſeqq.
39 Deſcendentes priùs admittuntur contra teſtamentum, quam aſcendentes.
40 Filij priùs admittuntur contra teſtamentum, quam nepotes.
41 Filiæ non admittuntur contra teſtamentum patris, niſi maſculis deficientibus, ſtante ſtatuto fœminarum excluſiuo, & num. ſeqq.
45 Ordo iuris qualiter poſſit in diſpoſitionibus teſtamentarijs conſiderari, & num. ſeqq.
46 Neceſſitas præuiſa, uel cauſatiua, quæ dicatur.
48 Pater neceſſariò cogitur inſtituere filium, & ex eo nepotem, Declara, ut num. ſeqq.
50 Inſtituendi neceſſitas olim pendebat ex iure ſuitatis.
51 Nepos non eſt ſuus, niſi pater præmoriatur, aut aliter exeat de poteſtate, & cur? num. 52. & ſeqq.
52 Filius obſtat nepoti, ne ſit ſuus, & cur? num. 53.
54 Nepos ab auo præteritus non poteſt impugnare teſtamentum, ſi tempore mortis aui filius erat ſuperſtes.
55 Nepos ab auo præteritus rumpit teſtamentum, ſi filius præmoriatur.
56 Lex Iunia Velleia nepotis inſtitutionem induxit.
57 Ordo iuris, dicitur etiam ordo neceſſitatis, & cur. num. 58.
59 Ordo neceſſitatis quis, & cur ita dicatur, num. 60.
61 Pater non tenetur inſtituere filium, niſi in ſola legitima.
62 Legitima eſt debitum naturale.
63 Ordo debiti naturalis, quis?
64 Ordo ſucceſſionis, quis?
65 Ordo affectionis, quis? &, qualiter æſtimetur, num. 66. & ſeqq.
67 Pater plus diligit filium, quam nepotem.
68 Teſtator plus diligit deſcendentes, quam tranſuerſales.
69 Teſtator cenſetur plus diligere fratrem, quam eius filios.
70 Teſtator cenſetur plus diligere proximiores, quam remotiores.
71 Teſtator cenſetur habere maiorem affectionem ad natos, & cognitos, quam ad non natos, & incognitos.
72 Homines regulariter plus diligunt filios, quam filias.
73 Pater interdum plus vnum ex filijs ſuis diligit, quam alios.
75 Pater per priùs diligit filium, per poſteriùs nepotem.
76 Frater per priùs diligit fratrem, per poſterius eius filios.
77 Ordo charitatis, quis?
78 Ordo charitatis, & affectionis, quis? & num. ſeq.
80 Ordo charitatis, & affectionis æſtimatur ex ordine ſuccedendi ab inteſtato.
81 Charitas, & affectio ordinata, quæ dicatur?
82 Ordo charitatis, & affectionis æſtimatur ex parte teſtatoris, Licet nonnulli eum æſtiment ex parte ipſorum vocatorum, num. 83. & 84.
85 Ordo, ſiue neceſſitatis, ſiue charitatis, & affectionis non conſideratur inter extraneos.
86 Ordo in hac materia non eſt, niſi duplex, neceſſitatis ſcilicet, & charitatis, ſiue affectionis naturalis.
87 Pares dicuntur, & ſimul uocati cenſentur illi, inter quos nullus, aut neceſſitatis, aut charitatis ordo cadit.
88 Filij a patre coniunctim inſtituti, aut ſubſtituti pariter admittuntur, etiamſi inter ipſos aliqua diſparitas conſiderari poſſit, ut num. 93. Declara, ut num. 89.
90 Filiæ cenſentur pariter cum filijs uocatæ, ſi pater copulatiuè uocet filios, & filias.
91 Filios, ſi teſtator uocet, cenſentur etiam uocatæ filiæ.
92 Emphyteuſis, ſi fuerit conceſſa pro maſculis, & fœminis, fœminæ pariter cum maſculis admittuntur.

94 Ne-

94 Nepos ex filio præmortuo pariter ſuccedit ab inteſtato cum alio filio.

95 Ordo neceſſitatis, & charitatis non conſideratur inter filium, & nepotem ex filio præmortuo.

96 Nepos ex filio præmortuo cenſetur pariter cum alio filio, non etiam ordine ſucceſſiuo vocatus, ſi teſtator, inſtituat filium, & ex alio præmortuo nepotem.

97 Fratres cenſentur pariter vocati, ſi copulatiuè fuernit à fratre inſtituti, aut ſubſtituti.

98 Fratris filij copulatiuè vocati pariter admittuntur.

99 Ordo neceſſitatis, & charitatis non conſideratur inter fratrem, & nepotes ex fratre præmortuo.

100 Frater, & filij fratris præmortui cenſentur pares.

101 Nepotes ex fratre præmortuo ſuccedunt in locum patris ſui, & gradum eius repreſentant.

102 Frater, & nepotes ex fratre præmortuo cenſentur vocati ſimul, & pariter, non ordine ſucceſſiuo, ſi copulatiuè fuerint inſtituti, aut ſubſtituti.

103 Extranei plures ad eandem rem vocati pariter, non etiam ordine ſucceſſiuo uocati intelliguntur, & num. ſeqq. & cur num. 111. & ſeq.

104 Plures ad eandem rem uocati ſimul admittuntur.

106 Copulatiuè vocati pariter admittuntur, ſiue vocatio facta ſit per nomina propria, ſiue per appellatiua. vt num. 107.

108 Vocatio cenſetur facta ſimul, non ordine ſucceſſiuo, ſi teſtator inſtituat, aut ſubſtituat Titium, & filios Sei.

109 Vocatio cenſetur facta ſimul, non ordine ſucceſſiuo, ſi teſtator inſtituat, aut ſubſtituat Titium extraneum, & eius agnatos, vel cognatos, vel familiam, uel etiam ſimpliciter familiam Titij.

111 Extraneus, & eius filij reſpectu teſtatoris ſunt pares.

113 Extraneum, & eius filios, ſi teſtator inſtituat, aut ſubſtituat, cenſetur eos vocaſſe ſimul, non autem ordine ſucceſſiuo, Declara, vt num. ſeqq.

114 Pater capit dimidiam, & filij aliam dimidiam quando ſimul ad eandem rem ſunt vocati.

115 Pater ſimul cum filijs ad eandem rem vocatus ex diſpoſitione teſtatoris habet vſumfructum in dimidia filiorum, & cur num. 116.

117 Pater non habet vſumfructum in parte filiorũ, quoties cum eis in ſucceſſione concurrit, Declara, vt num. 118.

119 Pater non habet vſumfructum in parte filiorum, ſi ex hominis diſpoſitione ſimul vocentur, Sed contra ibi.

120 Declaratur Auth. Item hereditas. C. de bon. quæ lib. & num. ſeq.

122 Vocatio cenſetur facta ordine ſucceſſiuo, ſi teſtator inſtituat Titium, & eius liberos, aut deſcendentes.

123 Extraneus, & eius filij cenſentur vocati ordine ſucceſſiuo, ſi ex verbis, aut coniecturis appareat talem fuiſſe voluntatem teſtatoris.

124 Filius cenſetur magis dilectus, quam extraneus.

125 Filium, & extraneum, ſi teſtator inſtituat, aut ſubſtituat, cenſetur eos vocaſſe ſimul, non ordine ſucceſſiuo.

126 Extraneum, & eum, qui aliàs eſſet ab inteſtato ſucceſſurus, ſi teſtator inſtituat, aut ſubſtituat, cenſetur eos vocaſſe ſimul, non ordine ſucceſſiuo.

127 Vocatio facta per ſimplex nomen appellatiuum cenſetur facta ordine ſucceſſiuo, quando perſonæ ſunt diſpares.

128 Filiæ non cenſentur pariter cum maſculis vocatæ, ſi teſtator ſimpliciter inſtituat, aut ſubſtituat filios, & extet ſtatutum excludens foeminas maſculis extantibus, & cur. nu. 129.

130 Filiæ fratris non cenſentur cum filijs vocatæ, ſi teſtator inſtituat, aut ſubſtituat fratrem, & eius filios, & extet ſtatutum foeminarum excluſiuum.

131 Filiæ non cenſentur vocatæ, niſi maſculis deficientibus, ſi teſtator inſtituat, aut ſubſtituat filios, & filias, & extet ſtatutum excludens foeminas maſculis extantibus.

132 Foeminæ non cenſentur pariter cum maſculis uocatæ, ſed ordine tantum ſucceſſiuo, ſi emphyteuſis conceſſa ſit pro maſculis, & foeminis, & extet ſtatutum excluſiuum foeminarum maſculis extantibus.

133 Filiorum appellatione, quando nepotes continentur, non cenſentur illi vocati ſimul cum filijs, ſed ordine tantum ſucceſſiuo.

134 Collectiuè uocati cenſentur uocati ordine ſucceſſiuo, & cur num. 135.

136 Deſcendentes, ſi teſtator uocet, cenſetur eos uocaſſe ordine ſucceſſiuo, ſiue tractetur de deſcendentibus teſtatoris, ſiue etiam de tranſuerſalibus, num. 137.

138 Liberos, ſi uocet teſtator, cenſetur uocare omnes deſcendentes ordine ſucceſſiuo, ſiue ſint deſcendentes teſtatoris, ſiue tranſuerſales, num. 139.

140 Familiam, agnatos, uel cognatos ſuos, ſi uocet teſtator, cenſetur eos uocare ordine ſucceſſiuo.

141 Diſiunctiuè, ſi teſtator uocet plures, inter quos ordo charitatis, & affectionis cadat, cenſetur eos uocaſſe ordine ſucceſſiuo.

142 Diſiunctiua poſita inter perſonas, inter quas charitatis, & affectionis ordo cadit, non reſoluitur in coniunctiuam.

143 Diſiunctiua non requirit concurſum extremorũ, ſed in unoquoque eorum uerificari poteſt.

144 Filium, aut ex eo nepotem, ſi teſtator inſtituat, aut ſubſtituat, cenſetur nepotem poſt patrem uocaſſe.

145 Fratrem, aut eius filios, ſi teſtator inſtituat, aut ſubſtituat, cenſetur filios non ſimul cum patre, ſed ordine ſucceſſiuo uocaſſe.

146 Maſculos, aut foeminas ſi teſtator uocet cenſetur foeminas uocaſſe maſculis deficientibus.

147 Teſtator, ſi uocet Titium, aut eius filios cenſetur filios ordine ſucceſſiuo uocaſſe.

148 Filij cenſentur ſimul cum patre uocati, ſi ex uerbis conſtet talem eſſe mentem teſtatoris.

149 Dictio, ſimul, denotat ſimultaneam coniunctionem, & uocationem.

150 Filij non cenſentur uocati poſt patrem, ſed cum eo ſimul, & coniunctim, ſi teſtator inſtituat Titium ſimul cum eius filijs.

151 Dictio, unà, denotat ſimultaneam coniunctionem, & uocationem.

152 Filij cenſentur ſimul cum patre uocati, non etiam ordine ſucceſſiuo, ſi teſtator inſtituat Titium una cum filijs ſuis.

153 Filij ſimul cum patre uocantur ad emphyteuſim, ſi conceſſio facta ſit Titio unà cum filijs.

154 *Filij cenſentur ſimul cum patre vocati, ſi teſtator inſtituat Titium cum filijs ſuis.*

155 *Dictionis, &, & dictionis, cum differentia.*

156 *Dictio, cum, magis quam copula coniungit.*

157 *Teſtator, an dixerit, illi, & illi, an vero, illi cum illo, nil refert. Declara, vt num. 159.*

158 *Teſtator, an inſtituat Titium cum filijs ſuis, an vero Titium, & eius filios, nil refert, Declara, vt num. 159.*

160 *Foeminæ ſimul cum maſculis ad feudum admittuntur, ſi conceſſio facta ſit pro maſculis ſimul, vel vna, vel ſimpliciter, cum foeminis.*

161 *Primogenitura cenſetur ordine ſucceſſiuo conſtituta, etiamſi dictū ſit, pro Titio ſimul, vel unà, uel cum eius filijs.*

162 *Filij cenſentur ſimul cum patre vocati, ſi teſtator inſtituat Titium, & pariter eius filios.*

163 *Dictio, pariter, denotat ſimultaneam vocationem.*

164 *Foeminæ ſimul cum maſculis ad feudum admittuntur, ſi conceſſio ita facta ſit, vt foeminæ pariter cum maſculis ſuccedant.*

165 *Filij cenſentur ſimul cum patribus vocati, ſi teſtator inſtituat Titium, & eius filios æqualiter, aut æquè.*

166 *Foeminæ ſimul cum maſculis ad feudum admittuntur, ſi conceſſio facta ſit æqualiter pro maſculis, & foeminis.*

167 *Dictio, ſimiliter, idem ſignificat, quod æqualiter.*

168 *Filij cenſentur ſimul cum patribus uocati, ſi teſtator inſtituat Titium, & ſimiliter eius filios.*

169 *Dictio, ſicut, denotat omnimodam ſimilitudinem paritatem, & æqualitatem.*

170 *Filij cenſentur ſimul cum patre vocati, ſi teſtator dixerit, inſtituo filium, ſicut patrem.*

171 *Foeminæ ſimul cum maſculis ad feudum admittuntur, ſi conceſſio ita facta ſit, vt foeminæ ſuccedant, ſicut maſculi.*

172 *Foeminæ non cenſentur ad feudum uocatæ, niſi maſculis deficientibus, etiamſi conceſſio facta ſit, tam pro maſculis, quam pro foeminis, & cur, num. 173. & ſeqq. Licet nonnulli contrarium cenſuerint, num. 177.*

174 *Dictiones, tam, & quam, denotant ſimilitudinem, paritatem, & æqualitatem, Declara, ut num. 175. & ſeq.*

178 *Dictiones, tam, & quam maiorem habent vim parificandi, quam dictio, ſicut.*

179 *Communio non cadit, niſi inter eos, qui eodem tempore dominium habent.*

180 *Filij cenſentur ſimul cum patre uocati, ſi teſtator communiter uocet Titium, & eius filios.*

181 *Filij cenſentur ſimul cum patre vocati, ſi teſtator adijciat, illa verba, æquis partibus, uel, uiriliter, vel, in capita, & cur l num. 182. Declara, ut num. 184.*

183 *Partes non fiunt, niſi inter eos, qui communiter ad eandem rem uocantur.*

185 *Filij cenſentur poſt patrem, & ſic ordine ſucceſſiuo uocati, ſi ex verbis conſtet talem fuiſſe voluntatem teſtatoris, etiamſi ſint omnino extranei, & cur. num. 186.*

187 *Dictio, ſucceſſiuè, denotat tractum temporis, & quendam vocationis ordinem.*

188 *Filij cenſentur ordine ſucceſſiuo uocati. ſi teſtator apponat verba, ſucceſſiuè, vel ordine ſucceſſiuo.*

189 *Filij cenſentur ordine ſucceſſiuo vocati, ſi teſtator, dicat, ſe vocare Titium, & eius filios gradatim & cur. num. 190.*

191 *Dictio, gradatim, denotat tractum temporis, & vocationis ordinem.*

192 *Filij cenſentur ordine ſucceſſiuo vocati, ſi addatur illa clauſula, ſalua gradus prærogatiua.*

193 *Clauſula, ſalua gradus prærogatiua, denotat vocationis ordinem.*

194 *Filij cenſentur ordine ſucceſſiuo vocati, ſi teſtator adijciat dictionem, deindè.*

195 *Dictio, deindè, denotat ordinem.*

196 *Filij cenſentur ordine ſucceſſiuo vocati, ſi teſtator dicat, Inſtituo, vel ſubſtituo Titium, & poſt eum, eius filios.*

197 *Filij cenſentur ordine ſucceſſiuo vocati, ſi teſtator eos vocet, non extante, ſiue non exiſtente, aut præmortuo patre.*

198 *Verba, & eo non extante, ſeu non exiſtente, aut premortuo non inducunt, niſi vulgarem ſubſtitutionem.*

199 *Subſtitutio vulgaris repugnat ſimultaneæ vocationi.*

200 *Viuens non habet hæredem.*

201 *Teſtator, qui vocat filios, & hæredes alicuius inſtituti, declarat ſe nolle eos vocare, niſi poſt illius mortem.*

202 *Filij cenſentur ordine ſucceſſiuo vocati, ſi teſtator inſtituat, aut ſubſtituat Titium, & eius filios, & hæredes.*

203 *Verba in ſtirpes, & non in capita quid ſignificent.*

204 *Filij cenſentur ordine ſucceſſiuo vocati, ſi teſtator adijciat hæc verba, In ſtirpes, & non in capita, & nu ſeq. Declara, vt num. 206.*

207 *Ordo, non ſolum charitatis, & affectionis conſideratur, cum teſtator inſtituit filium, & ex eo nepotem.*

208 *Poſthumus alienus olim non poterat inſtitui.*

209 *Poſthumus nepos, qualiter ex formula Galli Aquilij potuerit inſtitui.*

210 *Nepos poſthumus copulatiuè cum filio inſtitutus cenſebatur vocatus eo tantum caſu, quo filius fuiſſet præmortuus, & cur. num. 234.*

211 *Declaratur. l. Gallus 29. §. quidam rectè. ff. de lib. & poſth. & num. 232. & ſeqq.*

212 *Nepos cum filio copulatiuè inſtitutus vocatur ſimul, non ordine ſucceſſiuo, & cur. num. ſeqq. Sed contra, num. 231. & cur, num. 236. & ſeqq.*

213 *Declaratur. l. vlt. C. de impub. & al. ſubſt. & l. ſi mulieri. 9. ff. de vſufr. accr. & num. ſeqq. & num. 242.*

215 *Declaratur. l. codicillis. 91. §. inſtituto. ff. de leg. 2. & num. 243. & ſeqq.*

216 *Teſtator, qui copulatiuè filium, & ex eo nepotem inſtituit, ita cenſetur hunc, vt illum dilexiſſe.*

217 *Paritas vocationis paritatem quoque denotat affectionis.*

218 *Nepotes plerumque magis diligimus, quam filios, & cur.*

219 *Neceſſitas non ſubeſt, cùm teſtator inſtituit filiū, & ex eo nepotem, & num. ſeqq. Sed contra, nu. 254. & ſeq.*

221 *Poſthumus alienus hodie poteſt hæres inſtitui.*

223 *Nepotem ſimul cum patre cenſeri uocatum, quæ ſit vtilitas, & num. 226. & ſeq.*

225 *Teſtamentū agnatione ſui hæredis non rumpitur ſi is, qui poſtea agnaſcitur, fuit in illo inſtitutus.*

228 Vna determinatio debet pariformiter determinabilia determinare, Declara, vt num. 256. & ſeq.
229 Declaratur l. cum in teſtamento. 37. in prin. ff. de hered. inſt. & num. 258.
230 Effectus à ſua cauſa regulatur, & ad eius terminos reſtringitur.
236 Copulatiua reſoluitur in diſiunctiuam ex coniecturis, & præſumpta, ſeu veriſimili mente teſtatoris, & num. 251.
237 Neceſſario, qui facit aliquid, eatenus facere intelligitur, quatenus exigit neceſsitas.
238 Liberalis in neceſsitatibus nemo exiſtit.
239 Coniunctiua, ſiue copula, poſita inter perſonas, inter quas cadit ordinata charitas, & affectio, non ſeruat propriam naturam, ſed reſoluitur in diſiunctam, & num. 252. & cur, num. ſeq.
240 Voluntas hominis in dubio cenſetur eſſe iuri conformis.
241 Diſpoſitio, quæ ſecundum ius intelligitur ordine ſucceſsiuo, ſi ab homine fiat, intelligitur etiam ordine ſucceſsiuo facta.
246 Copula interdum non ſeruat propriam naturã, ſed in diſiunctam reſoluitur, & quibus ex cauſis hoc fiat, num. 248. & ſeqq.
247 Copula interdum non coniungit, ſed diſiungit.
248 Copula reſoluitur in diſiunctam, ſecundum ſubiectam materiam.
249 Copula reſoluitur in diſiunctam, quoties tractatur de primogenitura.
250 Copula reſoluitur in diſiunctam, quoties agitur de ſucceſsionibus legitimis.
259 Filius, & nepos in legitima copulatiuè inſtituti cenſentur ordine ſucceſsiuo vocati, & nu. ſeq.
261 Nepos, etiam emancipatus inſtitutus cum filio copulatiuè cenſetur vocatus ordine ſucceſsiuo.
262 Nepos copulatiuè cum filio inſtitutus à matre, vel aſcendente per lineam maternam, cenſetur vocatus ordine ſucceſsiuo, & cur, num. 263.
264 Filius à matre præteritus olim non poterat dicere teſtamentum nullum, aut per contratabulas bonorum poſſeſsionem impugnare, hodiè vero poteſt, num. 265.
266 Nepotes naſcituri, ſi copulatiuè cum filio inſtituantur, facilius quam nati cenſentur vocati ordine ſucceſsiuo, & num. ſeq.
268 Affectio nulla eſt erga non natos.
269 Teſtator, ſi inſtituat filium, & eius liberos, aut deſcendentes cenſetur eos vocaſſe ordine ſucceſſiuo.
270 Nepotes copulatiuè cũ filio inſtituti facilius cenſentur vocati ordine ſucceſſiuo, ſi conſtet, eos fuiſſe inſtitutos contemplatione patris, & nu. ſeqq.
273 Nepotes cenſentur ſimul cum filio vocati, ſi ex verbis, aut coniecturis conſtet, talem fuiſſe voluntatem teſtatoris.
274 Nepotes cenſentur ſimul cum filio uocati, ſi teſtator in aliqua teſtamenti parte eos appellet cohæredes.
275 Pluralis locutio duorum ſaltem numerum requirit.
276 Nepotes cenſentur ſimul cum filio uocati, ſi teſtator dicat, inſtituo filium, & nepotes hæredes.
277 Nepotes cenſentur ſimul cum filio uocati, ſi teſtator diſponendo non reſpexerit ad neceſſitatem, ut in caſibus, qui referuntur. num. 278. & ſeqq.
278 Nepotes cenſentur ſimul cum filio uocati, ſi teſtator non inſtituat omnes, ſed quoſdam tantum.
279 Nepotes cenſentur ſimul cum filio uocati, ſi teſtator inſtituat filium, & ex eo nepotes maſculos.
280 Nepotes cenſentur ſimul cum filio uocati, ſi teſtator prius inſtituat filium, deinde alicui ſubſtituat filium, & nepotes.
281 Nepotes cenſentur ſimul cum filio uocati, ſi teſtator eos pariter cum filio grauauerit, Sed contra. num. 282.
283 Teſtator, ſi copulatiuè inſtituat, aut ſubſtituat eos, inter quos non neceſſitatis, ſed charitatis, et affectionis ordo cadit, cenſetur eos ordine ſucceſſiuo uocaſſe, Sed contra num. 285. Declara, vt num. 340 & ſeqq.
284 Diſiunctiua ex præſumpta, & veriſimili uoluntate teſtatoris reſoluitur in coniunctiuam.
285 Declaratur cap. Raynutius. 16. extra de teſtam. & num. ſeqq.
295 Declaratur cap. Raynaldus 18. extra de teſtam. et num. ſeq.
297 Ordine ſucceſſiuo, ut uocatio facta intelligatur, duo requiruntur, neceſſitas, & ordinata charitas.
298 Copula poſita inter eos, inter quos charitatis, & affectionis, non etiam neceſſitatis ordo cadit, nõ reſoluitur in diſiunctam, ſed retinet propriã naturam.
299 Nepotes non cenſentur uocati ordine ſucceſſiuo, ſi tractemus de legatis, & fideicommiſsis, & cur. num. ſeq.
301 Charitatis, & affectionis ordo cadit etiam inter filium naturalem, & ex eo nepotes.
302 Natura nullum conſtituit diſcrimen inter filios legitimos, & naturales.
303 Filium naturalem, & nepotes ex eo, ſi quis inſtituat, aut ſubſtituat, cenſetur uocaſſe nepotes ſimul cum filio.
304 Ordo neceſſitatis non cadit inter fratrem, & eius filios.
305 Frater, ſi inſtituat, aut ſubſtituat fratrem, & eius filios, cenſetur eos vocaſſe ſimul, & coniunctim.
306 Frater habebit dimidiam, & eius filij aliam dimidiam, si pariter fuerint uocati.
307 Teſtator, si uocet patruum, & eius filios, cenſetur eos vocaſſe ſimul, non ordine ſucceſſiuo.
308 Patruus, si inſtituat nepotem ex fratre, & eius filios, cenſetur eos ſimul vocaſſe.
309 Venientes ab inteſtato, qui ſunt poſiti in diuerſis gradibus, si copulatiuè fuerint inſtituti, cenſẽtur ſimul non ordine ſucceſſiuo vocati, ut in exemplis, quæ ſubijciuntur.
310 Maritus si inſtituat vxorem, & filium, cenſetur eos pariter vocaſſe.
311 Vxor, si inſtituat maritum, & filium cenſetur eos pariter vocaſſe.
312 Teſtator, si inſtituat filium, et patrem, aut matrẽ cenſetur eos pariter uocaſſe.
313 Teſtator, si inſtituat filium, et nepotes ex fratre cenſetur eos ſimul uocaſſe.
314 Teſtator, si inſtituat matrem, et auunculum cenſetur eos pariter uocaſſe.
315 Teſtator, si inſtituat matrem, & vxorem cenſetur eas ſimul uocaſſe.
316 Pater, qui pupillarem facit ſubſtitutionem, poteſt, quem uelit ſubſtituere.
317 Teſtator, si filio impuberi ſubſtituat alium filium,

& eius filios, cenſetur eos ſimul non ordine ſucceſſiuo vocaſſe.
318 Argumentum á diſiunctiua ad coniunctiuam non valet.
319 Diſiunctiua poſita inter conditiones negatiuas reſoluitur in coniunctiuam, & cur, num. ſeqq.
321 Declaratur l. generaliter. 6. in prin. C. de inſt. & ſubſt. & l. Lucius. 85 ff. de hered. inſt. & num. ſeqq.
327 Diſiunctiua poſita inter conditiones negatiuas, quam vim habeat.
328 Filij fratris copulatiuè cum patre inſtituti, aut ſubſtituti cenſentur vocati ordine ſucceſſiuo, ſi ex verbis, aut coniecturis conſtet, talem fuiſſe voluntatem teſtatoris.
329 Filij fratris copulatiuè cum patre inſtituti cenſentur vocati ordine ſucceſſiuo, ſi teſtator inſtituat fratrem heredem vniuerſalem, aut etiã ſimpliciter heredem, & eius filios.
330 Filij fratris copulatiuè cum patre inſtituti cenſentur vocati ordine ſucceſſiuo, ſi patris contemplatione inſtituti ſint.
331 Filij fratris copulatiuè cum patre inſtituti cenſentur uocati ordine ſucceſſiuo, ſi ſubſtitutus ſit aliquis fratri ſine liberis decedenti.
332 Filij fratrum cum patribus inſtituti cenſentur vocati ſucceſſiuè, ſi teſtator hereditatem pro numero fratrum diſtribuat, non habita ratione filiorum.
333 Filij fratris cenſentur ordine ſucceſſiuo vocati, ſi tractetur de primogenitura.
334 Vocatio patris, & filij quando cenſeatur facta ſimul, quandovè ſucceſſiuè ex authoris ſententia, & num. ſeqq. vſque ad finem.
336 Neceſſitas praeciſa operatur, vt diſpoſitio ſimpliciter facta cenſeatur facta eo modo, quo potuit, & debuit.
337 Neceſſitas cauſatiua non impedit, quin diſpoſitio fieri poſſit ampliore modo.
339 Succeſſiuus ordo non debet trahi ex ordine neceſſitatis, ſed ex ordine charitatis, & affectionis.
340 Frater, ſi inſtituat fratrem, & eius filium certũ, cenſetur vtrumq; pariter uocaſſe.
341 Frater, ſi inſtituat fratrem, & eius filios natos, cenſetur eos pariter cum patre vocaſſe.
342 Frater, ſi inſtituat fratrem, & eius filios nominatem cenſetur eos pariter uocaſſe.
343 Frater, ſi inſtituat fratrem, & aliquos ex ſuis nepotibus natis, non etiam omnes, cenſetur eos ſimul cum patre uocaſſe.
344 Frater, ſi inſtituat fratrem, & eius filios incertos, & incognitos, vt, quia nulli adhuc eſſent nati tempore teſtamenti, cenſetur filios ordine ſucceſſiuo vocaſſe.
345 Frater, ſi inſtituat fratrem, & eius filios naſcituros, cenſetur eos ordine ſucceſſiuo uocaſſe.
346 Frater, ſi inſtituat fratrem, & eius filios natos, & naſcituros, cenſetur eos omnes ordine ſucceſſiuo vocaſſe.
347 Frater, ſi inſtituat fratrem, & eius filios ſimpliciter, & ſentiat de naſcituris, cenſetur eos ordine ſucceſſiuo vocaſſe.
348 Frater, ſi inſtituat fratrem, & eius filios, quo tempore nondum erat matrimonio copulatus, cenſetur eos ordine ſucceſſiuo vocaſſe.
349 Frater, ſi inſtituat fratrem, & eius filios, cenſetur de natis intellexiſſe, & ſic eos ſimul cum patre vocaſſe, ſi eius ætatis erat, vt alios veriſimiliter ſperare non poſſet.
350 Frater, ſi uocet fratrem, & eius filium, qui eſt in vtero, cenſetur filium ſimul cum patre vocaſſe. Idem eſt, & ſi de eo ſenſit, num. 351.
352 Frater, ſi inſtituat, vel ſubſtituat fratrem, & eius liberos, aut deſcendentes, cenſetur eos ordine ſucceſſiuo vocaſſe, & cur. num. 353.
354 Frater, ſi inſtituat, aut ſubſtituat fratrem, & eius filios, ac nepotes cenſetur eos ordine ſucceſſiuo vocaſſe.

Quando duo, vel plures cenſeantur ad eandem rem ſimul vocato, quandovè gradatim, & ordine ſucceſſiuo.

Quæſtio Vigeſimaſexta.

QVINTO, & vltimo prædicta non ſufficiunt ad inducendam mixtam coniunctionem, ſed requiritur, vt vocatio cenſeatur facta ſimul, & cõiunctim, non verò gradatim, & ordine ſucceſſiuo: Nam alioquin non poterunt vocati cenſeri re, & verbis coniuncti, tametſi vocentur ad eandem rem, & in eadem oratione,
1 † quia coniuncti non dicuntur, niſi, qui ve-
2 niunt ex eodem gradu. † §. cum igitur. Inſt. de bon. poſſ. Quamobrem dicimus, ius accreſcendi, quod eſt ius coniunctionis. l. ſi ſub conditione. 16. in fi. ff. quib. mod. vſusfr. amitt. non mutare gradum, vt referemus in 9. cap. q. 14. nu. 19. & q. 45. num. 84. & coniunctum, qui venit per ius accreſcendi, tamquam venientem ex eodem gradu excludere ſucceſſorium edictum, ſeu venientes ex gradu ſequenti, vt oſtendemus in d. q. 14. num. 1. & ſeqq. At, qui vocantur ordine ſucceſſiuo, non veniunt ex
3 eodem gradu, ſed ex diuerſis. † l. cum in teſtamento. 37. in prin. ff. de her. inſt. Vnus enim venit, vt inſtitutus, & ſic vocatus primo gradu, alter verò, vt ſubſtitutus, & ſic vocatus ſecun-
4 do gradu. † l. 1. & l. poteſt. 36. ff. de vulg. et. Inſt. eod. in prin. & d. l. cum in teſtamento. 37. in prin. ff. de hered. inſt. Et in ſpecie declarant Bald. in l. Gallus. 29. §. quidam rectè. num. 2. verſ. 6. & ibi Caſtr. num. 7. Alcia. num. 15. Soc. Iun. num. 18. Salom. num. 26 ff. de lib. & poſth. Dec. conſ. 384. num. 5. & 6. Pereg. de fideic. art. 17. num. 10. & art. 18. num. 3. Seraph. deciſ. 409. num. 16. Non poterunt igitur dici, re, & verbis coniuncti, & per conſequentias non poterunt ad eandem rem concurrere, & concurſu facere partes, ſed quilibet ſuo tempore, & caſu totam rem
5 conſequetur. † l. verbis ciuilibus. 7. ff. de vulg. l. Lucius. 85. verſ. Reſpondi. ff. de hered. inſt. l. unum ex familia. 69. §. ſed, & ſi fundum, verſ. quod, ſi talia, & l. peto. 71. § fratre, verſ. quid ergo, & l. cum pater. 79. §. a te peto. ff. de leg. 2. l. heredes mei. 57. §. fin. ff. ad Treb. & in ſpecie declarant Bald. in d. §. quidam rectè. num. 3. verſ. Quintum exemplum, & ibi Caſtr. num. 6. Pereg. de fideic. d. artic. 17. num. 9.

Hinc neceſſariò nobis eſt diſpiciendum, quando ſimul, & coniunctim, quandovè ordine ſucceſſiuo cenſeantur duo, vel plures ad eandem rem vocati: Ita enim intelligemus, quando cenſeantur re, vt verbis coniuncti, & quando non. Pro faciliori autem ex-

plica-

6 plicatione huius quæſtionis, † quam latè proſequuntur omnes in d. § quidam rectè, & Clar. in §. teſtamentum q. 80. Couar. in cap. Raynutius §. 2. extra de teſta. Gomez. tom. 1. var. reſol. cap. 2. Duran. de art. teſtan. tit. 4. caut. 6. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 4. tit. 8. Craſ. in §. Inſtitutio, q. 20. Pereg. de fideic. artic. 17. Menoc. de præſum. lib. 4. præſ. 70. varios arbitramur eſſe diſtinguẽdos caſus, quorum.

Primus eſt, quando perſonæ, quæ vocantur, ſunt omni reſpectu pares; Et tunc certum eſt, vocationem non cenſeri factam ordine
7 ſucceſſiuo, ſed ſimul, & coniunctim: † quia, cum inter eos non poſſit aliqua conſiderari prælationis ratio, conſequens eſt, vt pariter
8 ſint ad ſucceſſionẽ admittẽdi. † l. 1. & l. lege 12. tab. 14. verſ. ſed poſteritas, & Auth. poſt fratres. 2. C. de legit. hær. l. 1. C. cõm. de ſucc. l. 2. § hæreditas ff. de ſuis, & legit. §. ſi plures, Inſt. de leg. ag. ſuc. Auth in ſucceſſione. C. de ſuis et leg. Auth. defuncto C. ad Tert. §. ſi igitur defunctus, verſ. ſi autẽ eundem, & § ſi vero neque fratres, Auth. de hæred. ab inteſt. ven. coll. 9. l. ii, qui complures 92. & ibi glo. in verb. omnibus. ff. de leg. 3. Quam in rem faciunt ea, quæ dicemus in hoc cap. q. 45. num. 4. Idque procedit non ſolum, ſi vocatio facta ſit per nomina propria, vel appellatiua, ſed etiam ſi per collectiua: Nam, & ſi reſpectu ſequentium cenſeatur facta ſucceſſiuè, vt dicemus infra num. 140. tamen reſpectu eorum, qui ſunt in pari gradu, cenſetur facta ſimul, & coniun-
9 ctim, † vt diximus in hoc cap. q. 16. num. 15. & q. 21. nu. 5. Et in ſpecie declarãt Soc. Sen. conſ. 86. num. 8. vol. 3. Ruin. conſ. 168. num. 6. vol. 2. & probat. l. peto. 71. §. fratre. ff. de leg. 2. & l. ii, qui complures 92. & ibi gl. in verb. omnibus ff. de leg. 3. Denique procedit, non ſolum, ſi facta ſit per verba denotantia ſimultaneam coniunctionem, quæ referemus infra num. 148. & ſeqq. ſed etiam ſi per ſimplicem copulam, puta, quia teſtator dixerit, Inſtituo, vel ſubſtituo Titiũ, & Seium, vt oſtendimus in hoc ipſo cap. q. 16. nu. 6. & q. 21. num. 4. Nam ſola vis copulæ ſimultaneam inducit vocationem, cum propria ipſius natura ſit, ſimul, pariter, & æqualiter
10 vocare † l. reos. 11. § cum tabulis. ff. de duob. reis l. vn. §. vbi autem legatarij C. de cad. toll. l. ſi duobus. 16. in prin. ff. de leg. 1. & ſcribunt Bart. in d. §. quidam recte. num. 3. & ibi Bald. num. 2. verſ. 5. not. Ang. num. 1. verſ. in gl. ſed hic. Iaſ. num. 1. Soc. Iun. num. 22. & 25. Corn. conſ. 231. num. 2. vol. 1. conſ. 47. num. 1. vol. 4. Alex. conſ. 48. num. 3. uol. 1. & conſ. 9. num. 5. uol. 5. Soc. Sen. conſ. 90. num. 1. uerſ. & hinc eſt, uol. 1. & conſ. 51. num. 23. uol. 4. Dec. conſ. 252. num. 3. uerſ. & ſecũdum, & conſ. 235. num. 3. Soc. Iun. conſ. 40. num. 2. uol. 4. Curt. Iun. conſ. 2 0. num. 7. Ruin. conſ. 168. nu. 9. uol. 2. Gozad. conſ. 53. num. 17. Oſaſ. deciſ. 81. num. 1. Nat. conſ. 582. nu. 19. Decia. conſ. 55. nu. 20. uol. 3. Pereg. de fideic. d. artic. 17. num. 5. uerſ. 3. mouentur. Men. conſ. 973. num. 16. Quinimò
11 procedit, † etiamſi vocatio facta ſit per diſiunctiuam, ſiue alternatiuam, puta, quia teſtator dixerit, Inſtituo, vel ſubſtituo Titium, aut Seium: nam, quoties ea ponitur inter perſonas, quæ ſunt omninò pares, reſoluitur in coniunctam, & mixtam inducit coniunctionem, vt diximus in hoc cap. q. 16. num. 14.

Planè interdum retinet propriam naturã, & inducit ordinem ſucceſſiuum, licet pona-
12 tur inter pares: † Primum enim, ſi teſtator ita ſcribat, Titius aut Seius, uter eorum uiuet, hæres eſto, licet diſiunctiua, tamquam inter eos poſita, qui ſunt omnino pares, inducat coniunctionem, & operetur, vt ambo pariter vocati intelligantur, nihilominus retinet propriam naturam, ſi alteruter deficiat, ſcilicet, quia operatur, vt ſuperſtes cenſeatur deficienti vulgariter ſubſtitutus, non quidem expreſsè, ſed tacitè, perindè, ac, ſi teſtator dixiſſet, Inſtituo Titium & Seium, & eos inuicem ſubſtituo, ſi alteruter deficiat, & per conſequentias, vt ſuperſtes, licet reſpectu partis ſuæ veniat, vt inſtitutus, tamen reſpectu partis deficientis veniat, vt ſubſtitutus, & ſic ordine ſucceſſiuo.
13 † l. Titius. 24. cũ 2. ll. ſeqq. & ibi declarat Caſt. nu. 2. in fi. ff. de hær. inſt.

Nec obſtat, ſi dicatur, etiam non adiectis illis verbis, uter eorum uiuet, ſuperſtitem fuiſſe totum habiturum, quia reſpondeo, fuiſſe quidem habiturum, ſed non eodem iure: nam illis verbis, non expreſſis, fuiſſet partem deficientis habiturus iure accreſcendi, & ſic ex diſpoſitione legis, at verò illis adiectis eam habiturus eſt iure ſubſtitutionis, & ſic ex di-
14 ſpoſitione teſtatoris, tametſi tacita, † ut eleganter explicant Bart. in l. ſi fundum. 83. §. his uerbis, in prin. & ibi Caſtr. num. 1 & Cuiac. ff. de leg.
15 1. Cuius rei vtilitas in eo conſiſtit, † quia, ſi venit, vt ſubſtitutus præſtat legata ab inſtituto relicta. l. licet Imperator. 77. ff. eod. quæ plerunque non præſtat veniens, vt coniunctus, ſicuti oſtendemus in 8. cap. q. 17. num. 135. & ſeqq. Ita in ſpecie docent Caſtr. in d. §. his uerbis num. 2 & ibi Iaſ. in princ. & Cuiac.

Nec eſt contrarium, quod etiam veniens per ius accreſcendi, dicatur venire ex ſubſtitutione tacita. l. ſi Titio. 63. §. Iulianus. ff. de leg. 2. quia reſpondeo, venire ex ſubſtitutione, ſed facta à lege, non ab homine, ut diximus in 2. cap. q. 2. num. 82. cum alioquin hic veniat ex ſubſtitutione facta ab homine, licet tacitè. Quamobrem dicitur venire ex tacita ſubſti-
16 tutione vulgari, † uti uidere eſt apud gl. in l. quia tacita 25. ff. de hæred. inſt. & Bart. in d. l. Titius. 24. & ibi Bald. Imol. et Caſtr. num. 3. Qualiter autem hæ tacitarum ſubſtitutionum genera differant inter ſe, facile erit ex ijs intelligere, quæ dicemus in 10. cap. q. 22. num. 17. et ſeqq.

Secundo verò, ſi diſiunctiua, non ſola proferatur, ſed addatur coniunctiuæ, puta, quia teſtator dicat, Lucio, et Titio, eorũue cui fundũ
17 do lego, retinebit propriã naturã, † d. l. ſi fundũ 83. §. his uerbis, et ibi not. Bald. Ang. Imol. et Iaſ. num. 1. et 2 & operabitur, vt, ſi alteruter deficiat, ſuperſtes conſequatur illius partem non
18 iure non decreſcendi, † ut putarunt ibi Bald. et Ang. ſed iure ſubſtitutionis, non quidem
19 expreſſæ, ſed tacitæ, † ſecundum ea, quæ diximus in ſuperiore ſpecie, Et in propoſito declarat Cuiac. in d. §. his uerbis.

Tertiò demùm, ſi diſiunctiua ponatur inter pares, ſed ſubiecta materia non patiatur ſimultaneam vocationem, vt, quia tractetur de primogenitura, quæ non, niſi in vnũ tranſire poteſt, magis eſt, vt propriam retineat naturam, & in coniunctam non reſoluatur.
20 † Ita docet Molin. de primog. Hiſp. lib. 1. cap. 6. num. 7. uerſ. hæc tamen.

Quando autem vocati dicantur omni re-
ſpectu pares, ſi quæramus, conſtat, tunc ita di-
ci, cum inter eos nullus ordo conſiderari po-
21 teſt; † nam alioquin non poſſent dici pares,
quia nihil eſt tam cõtrariũ paritati, ſiue con-
iunctioni, quæ inter pares inducitur, quam
ordo, ſcilicet, quia ordo denotat quandam
(vt ita dixerim) prioritatem, & poſteriori-
22 tatem. † l. 1. ff. de alb. ſcrib. l. quidam. 14. ff. de pecu.
leg. l. 2. § prius ff. de vulg. l. ſi ſinita. 15. § ſi plu-
res. ff. de damn. inf. l. vlt. C. comm. de ſucc. & tot.
tit. ff. quis ord. in bon. poſſ. ſeru. & tit. C. de ord.
cogn. quæ haud dubiè paritati, ſeu cõiũctioni,
23 & ſimultaneæ vocationi refragatur † l. ver-
bis ciuilibus. 7. ff. de vulg. l. Lucius. 85. verſ. Re-
ſpondi. ff. de hæred. inſt. Quamobrẽ dicimus in
24 coniunctionibus nullum eſſe ordinem. † d. l.
quidam 14. verſ. Reſpondi. ff. de pecul. lega. Mul-
tipliciter autem poteſt inter vocatos ordo cõ
ſiderari.

Primùm enim conſiderari poteſt ordo ſcri-
25 pturæ, † de quo ſit mentio in d. l. 2. § prius. ff. de
vulg. l. nec enim. 6 ff. de ſolut. l. generaliter. 24. §.
proinde, verſ. quis ergo ſtatuit. ff. de fideic. liber. l.
cum pater. 79. §. a te peto. ff. de leg. 2. cùm ſcilicet
vnus priùs, quam alius nominatus eſt, Et hic
26 regulariter non attenditur. † d. l. quidam 14. ff.
de pec. leg. & ſcribunt Barto. in d. §. quidam re-
ctè. num. 6 verſ. quaro, quid, ſi teſtator, Bald. in
fi. Alex. num. 7. verſ. Item, in quantum. Iaſ. num.
28. verſ. 4. & num. 36. verſ. extra glo. & num. 37.
Galiaul. num. 16. Soc. Iun. num. 2. verſ. ſed tenẽdo
Pereg. de fideic. d. art. 17. num. 12. verſ. amplia,
Craſ. in d. §. inſtitutio. q. 20. n. 8. Nec operatur,
vt, qui poſteriore loco nominati ſunt, cen-
ſeantur poſt alios, & ſic ſucceſſiue vocati.
Quamobrem, ſi teſtator ita dicat, Inſtituo
Titium, & Seium, licet Seius ſecundo loco
nominatus ſit, non tamen dicetur vocatus
poſt Titium, & ſic ordine ſucceſſiuo, ſed cum
eo ſimul, & coniunctim, quia non eſt ſpe-
ctandus ordo ſcripturæ, ſed ordo intellectus,
ſecundum quem non vocatur, vt ſubſtitutus,
& ſic, vt veniens ex ſecundo gradu, ſed, vt
27 inſtitutus, & ſic veniens ex primo gradu, † ut
declarant Bart. in l. 1. num. 2. ff. de vulg. & Polit.
de ſubſtit. in prin. num. 15. Soc. Iun. in d. §. quidã
rectè. num. 22. & 23. verſ. Alioquin.

Secundò verò conſiderari poteſt ordo iu-
28 ris, † de quo ſit mentio in l. 1. in prin. ff. de bon. poſſ.
contrat. l. inteſtato. 4. C. de ſuis, & legit. & l. ult.
verſ. ſimilis. C. comm. de ſucceſſ. & à Bald. in d. §.
quidam rectè, num. 3. verſ. Quintum exemplum,
& ibi Imol. num. 15. Bald. in l. libertis. 10. num. 24.
C. de oper. lib. & in l. un. §. ubi autem legatarij nu.
2. verſ. Non obſtat. C. de cad. toll. Rum. conſ. 168.
num. 2. verſ. & idem, & num. 15. verſ. contra hoc,
vol. 2. Duran. de art. teſta. tit. 4. caut. 3. num. 3.
Crau. conſ. 653. num. 6. verſ. fortaſſis, & num. 8.
verſ. 3. reſpondetur. Et hic eſt in triplici diffe-
29 rentia; † Nam, aut conſideratur inter eos, qui
ſunt ab inteſtato ſucceſſuri, aut inter eos, qui
veniunt contra teſtamentum, aut demum in-
ter eos, qui ex teſtamento vocantur. Et inter
eos quidem, qui ab inteſtato ſucceſſuri ſunt,
conſideratur iuris ordo, quoties ad defuncti
ſucceſſionem plures vocantur, non ſimul, &
eodem tempore, ſed gradatim, & ſucceſſiuè,
ita, vt ſequentes non, niſi prioribus deficien-
30 tibus admittantur. † d. l. inteſtato. 4. C. de ſuis, &
leg. l. 1. l. quoties 4. C. ad Orfic. l. 3. l. ad inteſtati. 5. l.
defunctis. 6. l. patruo. 7. l. in ſucceſſione. 9. l. lege 12.
tab. 14. verſ. his etenim, & l. fin. verſ. cum enim, &
verſ. vt, ſi qui, & Auth. ceſſante, Auth. poſt fratres.
C. de legit. hæred. l. auunculo. 6 & l. fin. C. comm.
de ſucc. quod varijs ex cauſis prouenire po-
31 teſt: † Vel enim prouenit ex diuerſitate lineę,
puta, quia vnus ſit deſcendens, alius verò
aſcendens, & alius tranſuerſalis: nam priùs
vocatur deſcendens, quam aſcedẽs, aut trãſ-
32 uerſalis. † d. l. inteſtato. 4. & l. quoties. 12. & Auth.
in ſucceſſione. C. de ſuis, & legit. l. 1. l. quoties. 4. C.
ad Orfic. l. vn. §. 1. ff. ſi tab. teſt. nul. ext. l. 2. in prin.
ff. vnd. leg. l. 1. ff. quis ord. in bon. poſſ. ſeru. §. 1. In-
ſtit. de hæred. quæ ab inteſt. def. §. ſui, verſ. vnde
etiam, Inſt. de hæred. qual. & diff. §. repetitis, Inſt.
de ſeru. cogn. §. 1. Auth. de hæred. ab inteſt. ven.
coll. 9. Vel prouenit ex diuerſitate cognatio-
nis, puta, quia vnus ſit agnatus, alius verò co-
gnatus: nam, licet hodiè regulariter non de-
33 tur inter eos pręlatio. † §. nullam, Auth. de hęred.
ab inteſt. ven. coll. 9. Auth poſt fratres. 2. C. de leg.
hæred. interdum tamen datur, puta ex diſpoſi-
tione iuris municipalis, ſi ſtatuto caueatur, vt
extantibus agnatis cognati non ſuccedant.
Et hoc ad exemplum antiqui iuris prætorij,
quo priùs agnati, quam cognati ad bono-
34 rum poſſeſſionem vocabantur. † d. l. vn. §. 1. ff.
ſi tab. teſt. null. ext. l. 1. ff. quis ord. in bon. poſſ. ſeru.
tit. Inſt. de ſucceſſ. cogn. in prin. §. ſunt autem. Inſt.
de bon. poſſ. l. ad inteſtati. 5 & l. patruo. 7. C. de le-
git. hæred. Vel prouenit ex diuerſitate vinculi,
puta, quia vnus ſit frater vtrinque cõiunctus,
alter verò cõiunctus ex vno latere; nam priùs
35 vocatur vtrinq; cõiunctus, quam alij. † Auth.
ceſſante, & Auth. poſt fratres prima. C. de legit. hę-
red. Auth. Itaque. C. comm. de ſucc. §. ſi igitur de-
functus, Auth. de hæred. ab inteſt. ven. coll. 9. §. 1.
Auth. de conſang. & vter. frat. coll. 6. Vel proue-
nit ex diuerſitate ſexus, puta, quia vnus ſit ma-
ſculus, altera verò foemina: Nam, & ſi regu-
lariter non detur in ijs ſucceſſionibus, quæ iu-
re deferuntur, inter eos prælatio, cum coete-
ris paribus ita foeminę. vt maſculi ad ſucceſ-
36 ſionem admittantur. † d. l. 1. & l. lege 12. tab. 14.
C. de leg. hæred. §. coeteris Inſt. de leg. agn. ſucc. §. 1.
verſ. differẽtia nulla, & §. nullam, Auth. de hæred.
ab inteſt. ven. coll. 9. cap. 1. §. hoc autem notandum
de his, qui feud. dar. poſſ. interdum tamen da-
tur, vel ex iure conſuetudinario, vt euenit in
feudis, vtpotè in quibus foeminę non, niſi ma-
ſculis deficientibus admittuntur, ſi conceſſio
facta ſit pro maſculis, & foeminis. cap. 1. §.
quin etiam, Epiſ. vel Abb. cap. 1. §. filia. de ſucceſſ.
feud. Vel ex iure municipali, ſi ſtatuto cauea-
tur, vt maſculis extantibus foeminę non ſuc-
cedant. Vel denique prouenit ex diuerſita-
te gradus: nam qui gradu ſunt proximiores
ſecundum ordinem iuris priùs vocantur, quã
37 remotiores. † l. iuriſconſultus. 10. in prin. ff. de
grad. & affin. l. 1. §. proximus. ff. vnd. cogn. l. 3. in
fi. C. de leg. hæred. §. ſi plures, Inſt. de leg. agn.
ſucc.

At inter eos, qui veniunt contra teſtamen-
tum, duplici tantum ex cauſa iuris ordo re-
38 gulariter prouenire poteſt, † vel ſcilicet ex di-
uerſitate lineæ, vel ex diuerſitate gradus t
Nam, ſiue teſtamentum quis, vt nullum, vel,
vt ruptum ipſo iure impugnet, ſiue per con-
tratabulas bonorum poſſeſſionem, aut inoffi-
cioſi

cioſi teſtamenti querelam reſcindere conce-
tur, ſemper verum eſt, priùs admitti deſcen-
39 dentes, quam aſcendentes, † *l. pater filium. 14. ff. de inoffic.* & ex deſcendentibus priùs filios,
40 quam nepotes. † *l. 1. in prin. & §. fin. l. 3. §. 1. verſ. planè. l. illud 4. §. 1. & l. ſi emancipatus 6. in prin. verſ. quod, ſi, & filium. ff. de bon. poſſ. contratab.*

Planè, ſi ſtatuto caueatur, vt maſculis ex-
tantibus foeminæ non ſuccedant, magis eſt,
vt etiam ex diuerſitate ſexus poſſit iuris ordo
inter eos, qui veniunt contra teſtamentum
prouenire: nam maſculis extantibus non ad-
mittentur foeminæ, ſi velint teſtamentum,
aut nullum dicere, aut per contratabulas bo-
41 norum poſſeſſionem impugnare, † *vti videre eſt apud Bart. in l. fin. num. 5. ff. ad Tert. Bald. in d. l. Gallus 29. §. & quid, ſi tantum, num. 2. verſ. & hæc faciunt, & ibi Alex. num. 16. Iaſ. num. 58. Soc. Sen. num. 11. Croti. nu. 109. ff. de lib. & poſth. Bald. in l. maximum vitium 4. num. 22. verſ. In contrarium, & num. 23. C. de lib. præt. Ang. in l. Papinianus 8. §. ſi quis mortis. num. 4. ff. de inoffi. teſt. Caſtr. conſ. 96. num. 1. vol. 2. Alex. in l. filiæ dotem. 4. num. 6. & ibi Dec. num. 4. C. de collat. Alex. conſ. 47. num. 9. volum. 2. Iaſ. in Authen. nouiſſima, num. 57. C. de inoffic. teſt. Dec. conſ. 105. num. 1. & conſ. 505. per tot. Vant. de null. ſent. tit. vlt. num. 20. Affl. deciſ. 158. per tot. Clar. in §. teſtamentum. q. 42. num. 7. Gomez. tom. 1. varia. reſol. cap. 11. num. 9. Craſſ. in §. teſtamentum. q. 36. nu. 7. & ſeqq.* quia, cum ab inteſtato non ſint ſuc-
ceſſuræ, nec ad legitimam vocentur, quippè,
quæ eſt pars inteſtatæ ſucceſſionis, *vt oſtendemus in 6. cap. q. 6. num. 15.* Conſequens eſt, vt
inſtitui non debeant, eaque ratione, ſi fuerint
præteritę, non poſſint teſtamentum impugna-
42 re. † *l. poſthumus. 6. §. ſi quis ex his. ff. de inoffi.* Sed
ſi maſculi deficiant priùs, quam moriatur is,
de cuius bonis agitur, quin etiam foeminæ
43 vocentur, nulla eſt dubitatio, † *vt eſt de mente eorum omnium, quos retulimus ſupra num. 41.*
44 quia † cum earum excluſio ſit cõditionalis, ſi
nempè extabunt maſculi, quo tempore ab in-
teſtato deferetur hæreditas, & per eorum obi-
tum cenſeatur conditio defeciſſe, Conſequẽs
eſt, vt excluſio ceſſet, & fiat iuri communi
locus, ſecundum quod foeminę præteritæ, ita,
vt maſculi ad impugnandum teſtamentum
admittũtur. *l. maximum vitium. 4. C. de lib. pręt. §. ſed hæc quidem, Inſt. de exh. lib. & nos diximus in 1. cap. q. 1. num. 18.* Quamobrem verum eſt,
in hac ſpecie foeminas, non, niſi poſt maſcu-
los, & ſic ordine ſucceſſiuo contra teſtamen-
tum vocari.

Denique inter eos, qui ex teſtamento vo-
cantur, poteſt ordo iuris dupliciter conſidera-
45 ri: † Vel enim ex parte teſtatoris habet con-
junctum ordinem neceſſitatis, vel non: Nam
ſi teſtator inſtituat duos, aut plures ex iis, qui
ab inteſtato eſſent illi gradatim ſucceſſuri, in-
terdum id facit neceſſitate quadam compul-
ſus, non quidem præciſa, ſed (vt aiunt) cau-
ſatiua, ſi nempè velit teſtamentum valere,
46 nec poſſe rumpi, † *vt declarant Caſtr. in d. §. quidam rectè. num. 6. & 9. & ibi Alex. nu. 6. verſ. in ea glo. ibi, videor. Soc. Sen. nu. 2. 3. & 7. Iaſ. nu. 10. 11. & 20. Alcia. num. 50. & Garz. num. 23. Niell. in d. l. Gallus. 29. in prin. nu. 37. ff. de lib. & poſth. Soc. Iun. conſ. 171. num. 4. vol. 2. Corn. conſ. 159. num. 5. vol. 4. Gomez. tom. 1. variar. reſol. cap. 2. num. 4. verſ. 6. Crauet. conſ. 22. num. 2. Clar. in d. §. teſtamentum. q. 80. num. 1. & 3. Oſaſ. deciſ. 81. num. 12. & 18. verſ. Nec aduerſatur, & in fi. Perig. de fideic. d. artic. 17. num. 7. verſ. hæc tamen ſolutio, & num. 12. & artic. 18. num. 3. Viu. deciſ. 214. num. 1.* interdum verò id facit mera
voluntate motus. Neceſſariò id facere cen-
ſetur, quoties inſtituit filium, & ex eo nepo-
47 tem, † ſcilicet, quia vtrunque inſtituere cogi-
tur, ſi vult teſtamentum eſſe validum, nec po-
48 ſteà reſcindi, † *vt de filio conſtat ex l. ſi filius. 7. & l. inter cætera. 30. ff. de lib. & poſth. l. filio præterito. 17. ff. de iniuſt. rupt. l. eis, qui in poteſtate. 15. in prin. ff. de leg. præſt. l. maximum vitium. 4. & Auth. non licet. C. de lib. præt. tit. Inſt. de exh. lib. in prin. §. ſancimus, Auth. vt cum de app. cogn. coll. 8. De nepote vero ex l. poſthumorum. 13. ff. de iniuſt. rup. & §. poſthumorum, Inſt. de exh. lib.* Sed
hæc neceſſitas eſt ordinata, quia nepotẽ non
tenetur inſtituere, niſi in caſum, quo filius
49 viuo patre moriatur. † *d. l. poſthumorum, & d. § poſthumorum*, ſcilicet, quia neceſſitas inſti-
tuendi (ſaltem inſpecto iure vetere) pendet
50 ex iure ſuitatis. † *§. emancipatos, Inſt. de exh. lib. l. illud. 4. §. ad teſtamenta. ff. de bon. poſſ. cõtratab.*
quæ non concurrit in nepote, niſi, cum filius
præmoritur, aut alia ratione deſinit eſſe ſuus
51 † *d. l. poſthumorum, & d. §. poſthumorum, & l. Gallus. 29. §. nunc videndum. ff. de lib. & poſth. §. ſin autem, Inſt. de hæred. qual. & diff. §. ita demum, Inſt. de hær. quæ ab int. def.* Filius enim,
qui eſt in primo gradu familiæ, obſtat nepoti,
52 ne ſit ſuus † *d. l. poſthumorum, & d. §. poſthumorũ, & d. §. ita demũ, & l. illud. 4. §. 1. ff. de bon. poſſ.*
53 *cõtratab.* cũ † ad hoc, nõ ſolum requiratur, vt
quis ſit in poteſtate morientis, ſed etiam, vt
ſit in primo gradu familiæ, in quo non eſt
nepos, quandiu viuit filius, *vt dicitur in ſupra allegatis locis.* Quamobrem, ſi pater inſtituat,
aut exhæredet filium, & nepotem ex eo præ-
tereat, ſi quidem filius ſuperſit tempore mor-
tis patris, nepos non rumpet teſtamentum,
54 quia non erat ſuus. † *l. ſi quis poſthumos. 9. §. ſi filium. ff. de lib. & poſth. d. l. illud. 4. §. 1. ff. de bon. poſſ. contratab.* At, ſi filius præmoriatur, quia,
quo tempore moritur teſtator, nemo eũ gra-
du præcedit; ideo præteritus rumpit teſtamẽ-
55 tum. † *l. 2. C. de lib. præt. & d. l. poſthumorum, & d. §. poſthumorum*, eaque ratione debet in hũc
caſum inſtitui, ne teſtamentum, quaſi agna-
tione ſui hæredis rumpatur; Idque lege Iu-
nia Velleia prouiſum eſt ad exemplum for-
mulæ Galli Aquilij, per quã inſtitui poſſe ne-
56 potes poſthumos induxerat. † *d. l. poſthumorũ, et d. § poſthumorũ in fi. et d. l. 2. C. de lib. præ. et d. l. Gallus. 29. §. nũc de lege. ff. de lib. & poſth. l. ſed, & ſi cõditioni. 5. §. 1. ff. de hæred. inſt.* Dicitur aũt hic
57 ordo, & iuris, & neceſſitatis iuris, † *à Bal. in d. §. quidam rectè, n. 3. verſ. Quintum exemplum, & in d. l. vn. §. vbi autem legatarij num. 2. verſ. Non*
58 *obſtat. C. de cad. toll.* quia † ex iuris diſpoſitio-
ne proficiſcitur, eum, vt ita fiat, lege, & ſic
iure ſit diſpoſitum, *vt diximus ſupra num. 56.*
59 Neceſſitatis verò † *à Bart. in d. §. quidam rectè, num. 6. & ibi, Caſtr. num. 9. Imol. nu. 20. Soc. Sen. num. 2. 3. & 7. Iaſ. num. 37. Bald. in d. l. vn. §. vbi autem legatarij. num. 2. verſ. non obſtat. C. de cad. toll. Io. Bapt. a S. Seuer. inter conſ. Alex. conſ. 14. nu. 10. verſ. 2, concluſio, vol. 4. Corn. conſ. 47. nu. 4.*

verſ ideo. cum in caſu, & conſ. 159. num. 5. vol. 4.
Dec. conſil. 95. num. 4. verſ. præterea, Curt. Iun.
conſ. 128. num. 1. Clar. in d. §. teſtamentum q. 80.
num. 4. Craſſ. in d. §. inſtitutio q. 20. num. 8. Pe-
reg. de fideic. d. art. 17. num. 12. verſ. amplia deni-
que. Menoch. d. lib. 4. præſ. 70. num. 14. & 15. Se-
60 raph. deciſ. 934. num. 2. quia † eſt ordo neceſſa-
rius, ſi quis vtiliter teſtari velit, ſecundum ea,
quæ diximus ſupra num. 48. Et, quoniam hæc
neceſſitas conſtringitur ad ſolam legitimam,
ſcilicet, quia pater non tenetur inſtituere fi-
lium, aut nepotem in tota hæreditate, ſed
61 tantum in legitima † §. 1. verſ. licebit, Auth. de
trien. & ſem. coll. 3. §. hæc autem diſpoſuimus,
verſ. Cæterùm, Auth. vt, cum de app. cogn. coll. 8.
62 quæ dicitur debitum naturale † Auth. hoc am-
plius C. de fideic. de quo latè dicemus in 9. cap. q.
24. num. 30. ideo ab alijs dicitur ordo debiti
63 naturalis, † vt à Soc. Sen. d. conſ. 113. num. 1. verſ.
Aliquando teſtator, vol. 1. & Corn. d. conſ. 231.
num. 5. vol. 1. & d. conſ. 321. num. 1. & 2. volu. 3.
ſcilicet, quia legitima debetur liberis, paren-
tibus, & interdum fratribus §. primum itaque,
Auth. de hæred. & Falc. coll. 1. ſed eodem ordi-
ne, quem ſupra retulimus, vt in ſpecie declarat
Corn. d. conſ. 231. num. 6. volu. 1. Hinc intelligi-
mus, cum de inſtitutione loquimur, non re-
ferre, vtrum dicamus, inter inſtitutos cadere
iuris ordinem, an ordinem neceſſitatis, vel
debiti naturalis, quoniam omnes hi ordi-
nes, tamquam ijdem confunduntur. At, ſi
teſtator inſtituat eos, qui gradatim ab inte-
ſtato fuiſſent ſucceſſuri, ſed non potuiſſent
impugnare teſtamentum, ſi in eo fuiſſent
præteriti, puta fratres, & eorum filios, tunc
ordo iuris non dicitur coniunctus cum ordi-
ne neceſſitatis, ſed cum ordine charitatis, &
affectionis, quæ ex ordine ſuccedendi ab inte
ſtato deducitur, vt mox oſtẽdemus. Quamobrẽ
64 dicitur ordo ſucceſſionis, † uti uidere apud Soc.
Sen. in d. §. quidam rectè nu. 8. & 9. verſ. ex qua
conſideratione, & ibi Iaſ. num. 34. verſ. pro iſta,
Garz. num. 1. Soc. Sen. d. conſ. 113. num. 1. verſic.
Aliquando teſtator, & num. 4. verſ. & ad text.
vol. 1. & conſ. 51. nu. 12. & 23. volu. 4. Corn. d.
conſ. 17. num. 2. & d. conſ. 159. num. 4. vol. 4. Io.
Bap. de S. Seuer. inter conſ. Alex. d. conſ. 14. num.
2. & 10. verſ. 3. vol. 4. Ruin. conſ. 168. num. 18.
verſ. ideo, ſicut, vol. 2. Couar. in d. cap. Raynutius,
§. 2. num. 6. Craſſ. in d. §. inſtitutio, q. 20. num. 3.
& 6. Pereg. de fideic. d. artic. 17. num. 2. 35. & 38.
quia cadit inter eos, qui ita fuiſſent ab inte-
ſtato ſucceſſuri.

Tertio cõſiderari poteſt ordo affectionis,
65 † de quo videre eſt apud eos, quos referemus infra
num. 78. & ſimpliciter apud Imol. in d. §. qui-
dam rectè, num. 20. & ibi Soc. Sen. num. 4. & 9.
verſ. ex qua conſideratione, Galuau. num 20. Pa-
riſ. conſ. 21. num. 10. vol. 3. Craſſ. in d. §. Inſtitu-
tio, q. 20. num. 3. & 6. Et hic non ex ipſius ma-
66 ioritate, vel minoritate debet æſtimari, † quod
ſcilicet teſtator plus vnum, quam alium dile-
xerit, aut dilexiſſe præſumatur, puta plus fi-
67 lium, quam nepotem † vt apud Soc. Iun. in d.
§. quidam rectè num. 19. verſ. 2. Crau. conſ. 62.
num. 8. verſ. facit bonus textus, Men. de præſ.
lib. 4 præſ. 16. num. 4. verſ. 3. & conſ. 204. nu. 30.
vel plus deſcendentes, quam tranſuerſales,
68 † vt apud Soc. Iun. conſ. 180. num. 57. vol. 2. vel,
69 plus fratrem, quam eius filios, † vt apud Ca-
ſtrenſ. in d. §. quidam rectè, num. 9. & ibi Rub.
num. 37. Nat. conſ. 470. num. 8. vel, plus agna-
tos, ſeu cognatos proximiores, quam remo-
70 tiores, † vt apud Ruin. conſ. 163. num. 4. vol. 1.
Rub. in d. § quidam rectè, num. 135. in fi. Ceph.
conſ. 489. num. 11. Decia. conſ. 26. num. 78. vol. 2.
Bec. conſ. 143. num 25. vol. 2. Menoch. conſ. 359.
num. 6 & conſ. 79. num. 7. Pereg. conſ. 50. num.
5. volum. 1. Denique plus natos, & cognitos,
71 quam non natos, & incognitos † l. qui quar-
tam. 15. §. fin. & l. qui filiabus. 17. in prin. ff.
de leg. primo, Et ſcribunt Corn. d. conſ. 231. num.
8. vol. 1. Ceph. conſ. 432. num. 25. Crau. conſ. 173.
num. 12. Men. de præſ. d. lib. 4. præſ. 16. num. 6.
& d. conſ. 204. num. 31. Bec. d. conſ. 143. num. 26.
vol. 2. quia non in hoc conſiſtit ordo, qui diſ-
paritatem inter vocatos operatur, cum etiam
inter omnino pares talis maioritas, & mino-
ritas eſſe poſſit, puta inter filios, & filias, qui
alioquin in ordine, & iure ſuccedendi ſunt
omnino pares, vt diximus ſupra num. 36.
Certum enim eſt, regulariter homines plus
72 maſculos, quam fœminas diligere † l. ſi ita
ſcriptum. 13. in prin. ff. de lib. & poſth. l. ſi ita ſcri-
ptum. 47. in prin. & l. Clemens 81. ff. de hæred.
inſt. & ſcribunt Corn. d. conſ. 321. num. 3. verſic.
tamen, vol. 3. Men. d. lib. 4. præſ. 16. num. 10. &
d. conſ. 204. num. 24. Imo poſſit eſſe inter ipſoſ-
met filios maſculos, qui ſine dubio ſunt om-
ni reſpectu pares, vt dicemus infra num. 88. Nã
ſæpè pater vnum plus, quam alium diligit
73 † §. illud quoq; verſ. ſi quidem, Auth. de nupt.
coll. 4. licet regulariter par in omnes cenſea-
tur eius affectio, vt oſtendemus in hoc cap. q. 54.
num. 12. ſed debet æſtimari ex prioritate, &
74 poſterioritate, † quod ſcilicet teſtator vnum
diligat per priùs, alterum verò per poſteriùs,
vt rectè declarat Iaſ. in d. §. quidam rectè nu. 11.
puta per priùs filium, per poſteriùs nepotem,
75 † vt declarant Caſtr. in d. §. quidam rectè, num. 6.
& ibi Soc. Iun. num. 19. verſ. 2. & num. 28. verſ.
Illud autem, vel per priùs fratrem, per poſte-
76 riùs ab eo deſcendentes: † Hic enim propriè
dicitur ordo affectionis, qui etiam ordo cha-
77 ritatis appellatur, † vti videre eſt apud Bald. in
d. §. quidam rectè, num. 3. verſ. ſed non credo, &
verſ. Interdum teſtator, & ibi Caſtr. num. 6. Iaſ.
num. 25. verſ. 2. amplia, Corn. d. conſ. 231. num. 5.
vol. 1. & conſ. 200. num. 1. verſ. nam, quando, vol.
2. & conſ. 17. num. 2. & conſ. 47. num. 3. & 4. vol.
4. Iaſ. in l. Titia textores 36. §. nihil, num. 1. ff. de
leg. primo, Soc. Sen. conſ. 49. num. 7. verſ. 5. volu. 1.
Io. Bapt. a S. Seuer. inter d. conſ. Alex. conſ. 14.
num. 2. vol. 4. Pariſ. conſ. 21. num. 12. vol. 3. Dec.
conſ. 95. num. 3. & 4. & conſ. 290. num. 1.
Soc. Iun. d. conſ. 100. num. 33. vol. 3. Couar. in d.
cap. Raynutius, §. 2. num. 2. Gomez. d. tom. 1. var.
reſ. cap. 2. num. 3. verſ. 5. limita, Gratia. cap. 70.
diſcep. for. num. 22. & alios, quos referemus num.
ſeqq. aut (vt frequentiùs dicitur) ordo chari-
78 tatis, & affectionis, † ſicuti videre eſt apud Imol.
in d. §. quidam rectè, num. 20. verſ. Interdum ve-
rò, & verſ. ſecus, ſi ordo, & num. 21. & ibi Iaſ. nu.
10. 11. 20. 22. & 32. verſ. ſed aduerte, Rub. num.
36. 37. & 41. Alex. conſ. 129 num. 7. vol. 5. Ioan.
Bapt. a S. Seuer. inter eius conſ. d. conſ. 14. num.
10. verſ. 2. concluſio vol. 4. Corn. d. conſ. 321. num.
2. vol. 3. & d. conſ. 159. num. 5. vol. 4. Soc. Sen. d.
conſ. 49. num. 1. verſ. hæc ſententia vol. 1. Dec. d.
conſ. 95 num. 2. & 4. verſ. præterea, Curt. Iun. cõſ.
128.

§28.nu.1.verſ.aut verò volumus, Soc. Iun. conſ. 171.num.4.vol.2. Decia.conſ.1.num. 211.vol.1. & conſ.55.nu.22.vol.3. Molin. de primog. Hiſp. lib.1.cap.6.num.4. Anchar.lib.1.quæſt.fam. q.72. num.25.Craſſ.in d.§. Inſtitutio, q. 20. num. 13. Pereg.de fideic.artic.18.num.4.& 23.& conſ.65. num.10.vol.1.Viu.deciſ.214.num.1.Seben. conſ. 1.num.28.verſ.in eos enim,vol.1.vel charitatis,
79 ſiue affectionis, † & æſtimatur ex ordine ſuccedendi ab inteſtato, ſcilicet, quia, quemadmodum ab inteſtato pater priùs vocatur, quã ipſius filij, ita etiam hoc ordine cenſetur teſtatur eos diligere, & in eos habere charita-
80 tem, & affectionem, † vt in ſpecie declarant Bart.in d.§.quidam rectè,num.4. verſ.& appello, & ibi Iaſ.num.20.& 34.verſ.prima, Garz.num. 68.verſ.vrget etiam,Corn.d.conſ.17.in prin.verſ. & tunc dicitur,& num.2. vol. 4. Dec. conſ. 384. num.3. Gabr.conſ.90.num.22.vol.1.Clar.in d.§. teſtamentum,q.80.num.1.Ceph.conſ.473.nu.14. quæ proinde hoc reſpectu dicitur ordinara,
81 † vti videre eſt apud Bart.in l.cum pater.79.§.a te peto,num.1.ff.de leg.2. Ang.in d.§. quidam rectè, num.1.verſ. in ea gl. ibi, & verſ.ſed hic reſponde, & num.4.verſ.prima, & verſ. 5. concluſio, & ibi Alex.nu.6.verſ. vel aliter oſtendo, & n. 11. verſ. pro hoc facit,& Soc.Inn.num. 20. verſ.ſed tenendo,& n.32.Corn.conſ.229.nu.6.verſ.Item ſi quis fratrem,& d.conſ.321.num.1.volu. 3.& d. conſ. 17.num.2.vol.4 Soc.Sen.conſ. 12. num. 11. verſ. ſed ad hoc reſpondetur, vol. 3. Pariſ. d. conſ. 21. num.11.vol.3.Soc.Inn.conſ. 40. num. 1.uolu.4. Dec.conſ.95.num 3.& conſ.384. num. 3. Pereg. de fid.d.artic.17. num.1. & 8. uerſ. Ideoq; communis,& art.19.num.4.

Hinc intelligimus, ordinem hunc charitatis, & affectionis æſtimati ex parte teſtato-
82 ris, † vti videre eſt apud Caſtr.in d.§.quidam rectè num.6.& ibi.Imol.num.20.verſ.nam in caſu, Iaſ.in d.l.Titia textores.36.§.nihil,num.1.ff.de leg.1.Soc.Iun.d.conſ.100.num.33.volum.3. non
83 etiam ex parte ipſorum vocatorum, † vt aſtimandum cenſet Decia.d.conſ.55.num.22. verſ. attamen, vol.3.quod vnus ſit pater, alter verò filius, & ratio naturalis dictet, vt filius patri cedat, & in ſucceſſionibus ei poſtponatur,
84 † ſicuti conſiderat Decia.d.conſ.55.num.22.verſ. attamẽ, vol. 3.quia, ſi ex hoc ſolo ęſtimaretur, poſſet etiam conſiderari inter omnino extraneos, ſi teſtator inſtituat Titium, et eius filios, quod tamen nemo rectè dixerit, cum apud omnes in confeſſo ſit, inter eos nullum, aut neceſſitatis, aut charitatis, ſiue affectionis
85 ordinem conſiderari, † vti videre eſt apud Bart. in d.§.quidam rectè, num. 4. verſ. ſed contra, & num.5.verſ.habes ergo,& ibi.Alex.num. 6. verſ. vel aliter oſtendo, & num. 11. verſ. Pro hoc facit Soc.Sen.num.8.Soc.Iun.num. 26. verſ.ſed ad iſta, Iaſ.num.34.verſ pro iſta,& num.35.Garz. num.73.Corn.d.conſ.159.num. 5.verſ. maximè, quia,vol.4. Pereg. de fideic.d.artic. 17. num. 38. Menoch. de præſ. d.lib.4 præſ.70.nu. 35 & nos oſtendemus infra num. 112.

Ex his autem ordinibus duo tantum ſunt, quorum in hac materia ſolet habeat ratio, & ex quibus paritas, aut diſparitas vocatorum æſtimari ſolet, ſcilicet ordo neceſſitatis, & ordo charitatis, ſiue affectionis naturalis,
86 † vti videre eſt apud Caſtr.in d.§.quidã rectè, nu. 9 & 10.et ibi Rub.num.35.Io.Bapt.a S.Seuer.inter conſ.Alex.d.conſ.14.num.10.verſ.2.concluſio uol.4.Corn.d.conſ.159.num.5.uol.4. Dec. conſil. 290.num.2.Pereg.de fideic.d.art.17.num.20.& d.art.18 num.7.Menoch.d.lib.4 præſ.70 nu.15. et Seraph.deciſ.934.num.2.et in ſpecie docet Clar. in d.§.teſtamentum.q.80.num. 1. Nam, ſi inter vocatos cadat aliquis, aut charitatis, aut etiã neceſſitatis ordo, dicentur diſpares, ſi verò nullus ex prędictis ordinibus cadat inter eos, dicentur pares, ut declarat Soc.Sen. in d. §. quidam rectè, num.9.uerſ.ſed defendendo, & per cõſequentias non cenſebuntur vocati ordine
87 ſucceſſiuo, ſed ſimul, & coniunctim; † Ita ſcribunt Imol.in d.§.quidam rectè, num.20.Decia.d. conſ.55.num.23.uerſ.ergo,uol. 3. Exempla ſint.

Primùm, ſi vocati ſint filij teſtatoris: Nam, cum inter eos non poſsit aliquis ordo conſiderari, ſiue neceſsitatem ſpectemus, ſiue charitatem, & affectionem, cum omnes inſtituẽdi ſint, vel exhæredãdi, omneſque pariter dilecti præſumantur, Conſequens eſt, vt omnes quoque pariter, & coniunctim vocati intelli-
88 gãtur, † ut ſcribunt Soc Iun.in d.§.quidam rectè, num.35.uerſ.non enim Craſſ. in d. §. Inſtitutio, q.20.num.11.Pereg.de fideic.d.art.17.nu. 2. Id-
89 que procedit, † ſiue inſtitutio facta ſit per nomina propria, ſiue per appellatiua, & ſiue filij ſint maſculi, ſiue fœminæ: Sunt enim omnes inſpecto iure communi pares, ut diximus ſupra num. 36. Quamobrem, ſi teſtator ita dicat, Inſtitue, vel ſubſtituo filios, & filias, non cenſebuntur filiæ poſt maſculos, & ſic ordine ſucceſsiuo vocatæ, ſed cum eis ſimul, et con-
90 iunctim. † l.fin.§ filium.ff.de leg.2.l. nomen. 33. §.fin.ff.de leg.3.l.filio.93.in prin.ff.ad l.Falc.l.hæredibus.77.in prin.et l.Lucius.78.§. pater puerũ. ff.ad Trebell. quemadmodum, et ſi ſimpliciter
91 dicat, Inſtituo, vel ſubſtituo filios, † ut ſcribit Dec.conſ 252.num.3.in fin.et num.4.et conſ.235. num.5. ſcilicet, quia in vltimis voluntatibus appellatione filiorum etiam filiæ continentur.l.ſi ita ſcriptum.46.in prin.ff.de leg.2.l.ſi quis ita 16. in prin. ff. de teſta.tut. Sic, et in emphyteuſi, quæ ſecundum iuris communis diſpoſitionem regulatur, fœminæ pariter cum maſculis uocatæ intelliguntur, ſi conceſsio
92 facta ſit pro maſculis, et fœminis, † ut ſcribunt Bart. in l.ut iuriſiurandi.7.§.ſi liberi,nu.5.uerſ. pruto igitur.ff de op.lib.Bald.in l.libertis. 10. num. 23.C.eod.Alex.in d.§.quidam rectè, num. 11. et ibi Galiau.num.29.Rub.num.139. Alex.conſ.9. num.1.uol.5.Corn.conſ.124.num.17. uol.2.conſ. 37.num.2.et conſ.229.num.2.uol.3. et conſ.233. num.7.uol.4 Couar.in d.cap.Raynutius.§ 2.nu. 2. uel ſimpliciter, prò ſe, et filijs, ſecundum Roman.conſ.22. num. 2. Quinimò procedit, etiamſi inter ipſos filios aliqua diſparitas cõ-
93 ſiderari poſsit: † Sufficit enim eos eſſe pares reſpectu teſtatoris, ut pariter quoq; vocati intelligantur. Quamobrem, ſi teſtator uni ex filijs ſuis ſine liberis decedenti ſubſtituat alios filios ſuper uiuentes, et ſic fratres deficientis, & ex ijs, quidam cum eo ſint utrinque cõiuncti, quidã uerò conſanguinei tantũ, licèt inter ipſos cadat iuris ordo, ſcilicet, quia utrinque cõiuncti cœteris in inteſtati ſucceſsione præferuntur, ut diximus ſupra num.35. tamẽ, quia reſpectu teſtatoris sũt omnes pares, ideo pariter quoq; cenſentur omnes ſubſtituti, ſiue tractemus de ſubſtitutione vulgari, ſiue etiam

de

de fideicōmiſſaria, *vt de vulgari oſtendemus in*
hoc cap.q.54.num.7.& ſeqq. De fideicommiſſaria
verò in q.56. num. 15.& ſeqq. Planè, ſi tracte-
mus de pupillari, quæſtio eſt controuerſa,
propterea quod reſpectu pupilli, de cuius
bonis agitur, &, qui fictus eſt teſtator, ſunt
diſpares in gradu ſuccedendi ab inteſtato.
Sed adhuc verius, & receptius eſt, omnes
quoq; pariter cenſeri ſubſtitutos, quia, cum
pupillaris ſubſtitutio, tamquàm a patre facta
debeat ex eius affectione regulari, & affectio
patris ſit par in omnes filios, tamquam a ſe
genitos, licet ex diuerſis matribus, conſequēs
eſt, vt pariter quoq; cenſeantur omnes ad pu-
pilli ſucceſſionem vocati, *ſicuti latè oſtende-*
mus in hoc ipſo cap.q.55.num. 6. & ſeqq.
Secundum exemplum ſit, ſi teſtator Inſti-
tuat, aut ſubſtituat filium, & nepotem ex alio
filio præmortuo: Nam, quia nepos, tamquā
ſuccedens in locum patris ſui, *d. l. poſthumorū*
2 3.ff. de iniuſt. rup.d.§.poſthumorum, Inſt. de
exh.lib.& in propoſito conſiderat Iaſ.in d. §. qui-
dam rectè, num.21. & 29. verſ. primo, cenſetur
par cum filio, non quidem verè, ſed repreſen-
tatiuè, *vt oſtendemus in hoc cap.q. 47. num. 21.*
ſiue neceſſitatem ſpectemus, ſiue charitatē,
& affectionem naturalem, cum ita ſit inſti-
tuendus, vt filius, &, ſi fuerit præteritus, ita, vt
ille, dicat nullum, aut rumpat teſtamentum,
vt diximus ſupra num.48. & ſeqq. & pariter cū
94 eo ſuccedens ab inteſtato † *§ cum filius, Inſt.*
de hæred.quæ ab int.def.l.3.& l.ſi defunctus. 9.C.
de ſuis, & leg.§.1.verſic.ſic tamen, Auth.de hæred.
ab inteſt. ven. coll. 9. pariter quoq; cenſeatur a
teſtatore dilectus *ſecundum ea, quæ diximus*
ſupra num. 80. eaque ratione non poſſit inter
eos aliquis, aut neceſſitatis, aut etiam chari-
95 tatis ordo cōſiderari, † *vt ſcribit Gomez.d.tom.*
1.var.reſ cap. 2.num.4.verſ.3.infero, ſiue (vt par
eſt) reſpiciamus ad teſtatorem, ſiue etiam ad
ipſosmet vocatos, cū nepos non deſcendat ab
eodem filio, ſed ab alio, *vt conſiderat Decia.*
conſ.55.num.23.vol. 3. ideo fit, vt, tamquam
par cenſeatur quoque pariter a teſtatore vo-
96 catus † *l.hæredibus.77.§.1.ff.ad Treb.& ſcribūt*
Ang.in d.§.quidam rectè, num.3.verſ. Tertia
concluſio, & ibi Iaſ. num. 21. & 29.verſ.primo,
Decia d conſ 55.num.23.vol.3. Gomez.d.tom.1.
varia.reſol.cap.2.num 4.verſ.3. infero, Pereg. de
fideic.d.artic.17.num.2. Sed hac de re latiùs di-
cemus *in 9.cap.q.12.num.1. & ſeqq.* vbi proſe-
quemur illam quæſtionem, an, & quando in
teſtatorum diſpoſitionibus filius ingrediatur
locum patris
Tertium exemplum ſit, ſi teſtator inſtituat
fratres ſuos: qui, vel vtrinq;, vel ex vno tan-
tum latere ſint coniuncti nam: quia etiam
hi ſunt omni reſpectu pares, ſiuè ſpectemus
neceſſitatem, quæ in vnoquoque eorum ceſ-
ſat, ſiue charitatem, & affectionem, quæ par
in omnes eſſe creditur, ideo non ordine ſuc-
ceſſiuo, ſed ſimul, & coniunctim ad rem vo-
97 cari intelligūtur, † *vt ſcribit Craſſ. in d.§. inſti-*
tutio, q.20.num. 11. Idem eſt, & ſi teſtator vo-
98 cet filios fratris † *l. filiusf.117.§. Diui primo,*
ff.de leg.primo, aut alterius agnati, vel cognati.
Quartum ſit exemplum, ſi teſtator inſtituat
aut ſubſtituat fratrem, & nepotes ex al-
tero frat e præmortuo: Nam, quia etiam in-
ter hos non poteſt, aut neceſſitatis, aut chari-
99 tatis ordo conſiderari, † *ut declarant Decia.*
d.conſ.55.nu.23.uol.3.& Pereg.de fideic.d. artic.
17.num.23. eaque ratione cenſentur pares.
100 † *Auth.poſt fratres 1.uerſ.hi autem.C.de legit.hę-*
red. non quidem verè, ſed repreſentatiuè, cum
nepotes in locum patris ſui ſuccedendo gra-
101 dum eius repreſenteut. † *§.ſi igitur defunctus,*
verſ.ſi autē defuncto. Auth.de hær. ab int.uen.coll.
9. Auth.ut fratr.fil.in prin.coll.ead.Auth.ceſſan-
te, et Auth.poſt fratres. 1. C. de legit. hæred. Ideò
fit, vt pariter quoque non ordine ſucceſſiuo
102 cenſeantur à teſtatore vocati, † *ut ſcribunt*
Ang.in d.§.quidam rectè. num. 3.uerſ. 3. conclu-
ſio, et ibi Garz num.70. Alex.conſ.129.nu.6. uol.
5. Durant.de art.teſt.tit.4.caut.3.num. 1. Decia.
d.conſ.55.nu.23.uol.3. Pereg.de fideic.d. art. 17.
num. 23.
Quintùm exemplum ſit, ſi teſtator Inſti-
tuat, aut ſubſtituat plures extraneos: Nam,
quia etiam inter hos nullus, aut neceſſitatis,
aut charitatis, & affectionis ordo conſidera-
ri poteſt, & per conſequentias ſunt omnes re-
ſpectu teſtatoris pares, ideo fit, vt pariter quo-
103 que cenſeantur omnes vocati: † *ut ſcribit*
Craſ.in d.§.inſtitutio.q.20.nu. 10. In his enim
terminis accipiendi ſunt, qui ſimpliciter di-
cunt, plures ad eandem rem vocatos ſimul
104 admitti, non ordine ſucceſſiuo, † *ut Corn.d.*
conſ.321.num.3.uol.3. Oſaſ.deciſ.81.nu.1. Molin.
de primog.Hiſp.lib.1.cap.5.num.24. Idque pro-
105 cedit, † ſiue vocatio facta ſit per nomina
106 propria, † *ut in l.cum in teſtamento.37.§.hæc uer-*
ba, et l. liber homo 59.§ Titius.ff. de hær. inſt.l.ſi
Titio.7.et l fin.§.Seio.ff.de leg.2.l.uxorem. 39.§.
Fœliciſſimo.ff.de leg.3. ſiue per nomina appella
tiua, vt, quia teſtator dixerit, Inſtituo, vel ſub-
107 ſtituo, filios Titij, & filios Sei, † ſiue quorun-
dam per nomina propria, quorundam verò
per appellatiua, vel collectiua, vt, quia dixerit
inſtituo, vel ſubſtituo Titium, & filios Sei
108 † *ut in l.interdum.13.in prin.ff. de hæred. inſt.&*
apud Bart. in d. §. quidam rectè. num. 6. & ibi
Imol.num.20. Iaſ.num.35.uerſ. 4. Craſſ. in d. §.
inſtitutio.q.20.nu 10. vel Titium, & eius agna-
109 tos, vel cognatos. † *ut apud Soc Sen.d. conſ.113.*
num.4.uerſ.& ad text. uol.1. Ruin.conſ.158. nu.
9.uerſ.& aliud uol.3. Menoch.de præſ. d. lib. 4.
præſ.70. num. 36. vel etiam ſimpliciter agna-
tos, aut cognatos, aut familiam Titij, *ut do-*
cuerunt Alex.in d.§.quidam rectè, num.7. & ibi
Iaſ.num.28. Galiau.num.24.circa fin. Rub. nu.
63. Soc.Sen.in l.ſi cognatis.20. num. 32. ff. de reb.
dub.& conſ.12.num.11.uerſ. ſed ad hoc reſponde-
tur, & conſ.86. num. 8. uol.3. Io de Garro.in l.1.
num.93.C.de ſec.nupt. Ruin.conſ.174.nu.9. uol.
2. Pereg.de fideic.d.art.17.num.39. Tametſi con-
trarium cenſuerit Caſtr.in d.§.quidam rectè, nu.
9.uerſ.quædam ſunt dictiones. Nam in his om-
nibus caſibus, & alijs ſimilibus vocatio cen-
ſetur facta ſimul, & coniunctim, non autem
110 ordine ſucceſſiuo. Quinimo procedit, † etiā ſi
inter ipſos vocatos aliquis ordo conſiderari
poſſit, vt, quia vnus ſit pater, alter verò filius.
Nam, quia reſpectu teſtatoris omnes pares
111 ſunt, † *ut ſcribunt Roman.conſ.405.nu.8. Pereg.*
de fideic. d. art. 17. num. 38. ſiue neceſſitatem
ſpectemus, ſiue charitatem, & affectionem,
cum teſtator eos, nec inſtituere cogatur, tam-
quam omnino extraneos, nec ordinatè dili-
gere præſumatur, tamquam ab inteſtato non
ſucceſſu-

ſucceſſuros, & ita ceſſat in eo, tam neceſſita-
112 tis, quam charitatis, & affectionis ordo, †, *vt
ſcribunt omnes quos retulimus ſupra num.* 85.
ideo, licet inter ipſos conſideretur ordo qui-
dam charitatis, quæ ſuadet, vt filius debeat
cedere patri, & non, niſi poſt eum admitti,
ſecundum ea, quæ diximus ſupra num. 84. non
tamen hic ordo debet attendi, ſcilicet, quia
qualitas vocationis pendet ex voluntate te-
ſtatoris, quippe, qui poteſt arbitrio ſuo, vel ſi-
mul, vel ſucceſſiuè duos, aut plures vocare, &
voluntas cēſetur eſſe par, quoties ipſius reſpe-
ctu pares ſunt vocati, ideoque hoc ſolum de-
bet attendi ad inducendam coniunctiuam
vocationem, nec, quod inter ipſos vocatos
aliquis ordo cadat, eſt habenda ratio. Quam-
obrem, ſi teſtator inſtituat Titium extraneū,
& eius filios, *vt in l. cohæredi. 41. §. qui patrem,
ff. de vulg.* non cenſebitur filios poſt patrem,
& ſic ordine ſucceſſiuo vocaſſe, ſed ſimul, &
113 coniunctim; † *Ita ſcribunt glo. in d. §. quidam
rectè, in verb. non exprimat, uerſ. Item contra, &
ibi Bart. num. 4. verſ ſed contra, & num. 5. verſ.
habes ergo. Bald. num. 3. verſ. 2. quæritur, Ang.
num. 3. verſ. Non obſtat, Caſtr. num. 9 Imol. num.
20. Alex. num. 6. verſ. vel aliter oſtendo & num.
11. verſ pro hoc facit. Iaſ num. 24. verſ. ad d. leg.
& num. 32. verſ. Nec obſtat tex. & nu 34 Aleia.
num. 54. uerſ. aut teſtator. & num. 56. Rub num.
117. Galiau. num. 17. Garz. num. 36. & 73. Soc.
Sen. conſ. 49. num. 7. verſ ſi autem extraneus, vol.
1. Corn d. conſ. 159 num. 5. verſ. maximè, quia,
volum. 4. Roman. d. conſ. 405. num. 8. Pariſ. conſ.
4. num. 2. vol. 3. Dec. conſ. 319. num. 7. Boer. deciſ.
185. num. 16. vbi teſtatur, hanc eſſe magis rece-
ptam, & veram opinionem, Gomez d. tom. 1. va-
ria. reſol. cap. 2. num. 4. verſ. ex quo primo infero,
Craſſ. in §. hæreditat. q. 4 num. 3. verſ. ſecus, & in
d. §. inſtitutio. q. 20. num. 10. Mantic. de coniect.
vlt. vol. lib. 4. tit. 8. num. 21. Menoch. de præſ. d.
lib. 4. præſ. 18. num. 15. verſ. Secundus caſus. &
præſ. 70. num. 35. Pereg. de fideic. d. artic. 17. num.*
38. ita, vt, tamquam re, & verbis coniuncti
faciant concurſu partes, & dimidiam pater,
dimidiam verò filij, tamquam collectiue
114 vocati conſequantur † *ſecundum ea, quæ dice-
mus in hoc cap. q. 35. num. 9. Ita in ſpecie decla-
rant Roma. d. conſ 405 n. 7. Dec. d conſ. 319. n. 7.
Gomez. d. tom. 1. cap. 2. num. 4. verſ. ex quo primo
infero. Pereg. d. artic. 17. num. 38.* Planè, ſi filij
ſint in eius poteſtate, habebit pater ſuam di-
midiam pleno iure, dimidiam verò filiorum
115 iure vſusfructus † *vt rectè declarant Aleia. in d.
§. quidam recte, num. 56. & ibi Galiau. num. 19.
verſ. Tamen hoc, & Garz. num. 44. verſ. ſed parū-
per, Corn. d. conſ. 321. nu. 10. vol. 3.* ſcilicet, quia
tractatur de re aduentitia, cuius vſusfructus
patri quæritur, proprietate filijs reſeruata.
116 † *l. cum oportet. 6. in prin. C. de bon. quæ lib. §. 1.
Inſt. per quas perſo. nob. acq.* Nec eſt cōtrarium,
quod filius non acquirat patri vſumfructum,
117 quoties cum eo concurrit in ſucceſſione, † *§.
ſi igitur defunctus, verſ ſi autem pater, Auth. de
hæred. ab int. ven. coll. 9. Auth. Item hæreditas. C.
118 de bon. quæ lib.* quia hoc verum eſt, ſi † concur-
rat ex diſpoſitione legis, ſecus verò, ſi ex di-
ſpoſitione hominis, vt in ſpecie, de qua loqui
mur. Et, quamuis plerique cenſuerint, hoc
etiam procedere in ſpecie, qua patri, & filio
119 ſimul aliquid relinquitur ab extraneo, † *vt
Irner. prout refert glo. in d. Auth. Item hæredi-
tas, in uerb forſan, & poſt eum Bald conſ. 168.
num. 2. uerſ præterea uol. 5. Iaſ. in d. §. quidam re-
ctè, num. 18. uerſ. adde fortius, Boer d. deciſ. 185.
num. 15.* contrarium tamen verius eſt, & rece-
ptius, ſcilicet, quia prædicta Iuſtiniani diſpo-
120 ſitio fuit ab eo conſtricta † ad ſpeciem inte-
ſtatæ ſucceſſionis, vt patet ex illis verbis, *in
hoc caſu*, quę leguntur *in d. § ſi igitur defunctus,
verſ. ſi autem pater*, quia, cum in præiudicium
filiorum conſtituerit, vt parentes vtriuſq; ſe-
xus ſimul cum eis admittantur, quod, olim
121 non obtinebat † *§. præferuntur, Inſt. de ſen.
conſ. Tert. l. 2. § ſi ſit conſanguinea ff. eod. l. in ſuc-
ceſſione. 9. C. de legit. hæred* ęquum illi viſum eſt,
in alio filios ſubleuare, prohibendo ſcilicet
in hac ſpecie acquiſitionē vſusfructus, *vt re-
ctè animaduertit Garz. in d. § quidam rectè, nu.
44. verſ. ſed parumper.* Quamobrem hoc ius
non erit ad alias ſpecies extendendum.

Planè, ſi teſtator non vtatur verbo, filiorū,
ſed verbo, liberorum, aut deſcendētium, quæ
ſunt nomina collectiua, puta dicat, inſtituo,
vel ſubſtituo Titium, & eius liberos, aut de-
ſcendentes, magis eſt, vt illi non cenſeantur
ſimul cū patre vocati, ſed ordine ſucceſſiuo,
122 † *per ea, quæ dicemus infra nu 269. Ita ſcribunt
Pariſ. conſ. 4. num. 3 in fi. & num 4 vol. 3. Decia.
conſ. 1. num. 208. verſ. Neq; obſtat vol. 1. & cōſ.
26. num. 9. vol. 2 Couar. in d. cap. Raynutius § 2.
n. 6. Craſſ. in d. §. Inſtitutio q. 20. n. 14.* Deniq;
ſi ex verbis, aut coniecturis conſtet, mentem
teſtatoris fuiſſe, vt etiam extranei veniāt gra-
datim, & ordine ſucceſſiuo, magis eſt, vt eo
modo debeant admitti, *per ea, quæ diximus ſu-
123 pra num. 112.* † *Ita Alex. in d. § quidam rectè,
num. 11. verſ. pro hoc facit Pereg. d. artic. 17. nu.
39.* Quę autem ſint verba, quæuè coniecturæ,
ex quibus talis voluntas eliciatur, facilè erit
ex ijs intelligere, quæ dicemus *in 6. caſu, num.
185. & ſeqq. & in caſu 8. num 328. & ſeqq.*

Sextum ſit exemplum, ſi teſtator inſtituat,
vel ſubſtituat filium, & extraneum: Nam,
quia inter eos non poteſt aliquis ordo conſi-
derari, non neceſſitatis, quippè, quæ in extra-
neo ceſſat, ideoq; non poteſt eius reſpectu
dici ordinata, cum non entis nullæ ſint qua-
litates *l. eius qui. 41. ff. ſi cert. pet. vt in ſimilibus
terminis arguunt Soc. Sen. d. conſ. 113. num. 4.
verſ. Item, quia, vol. 1. Rub. in d. §. quidam rectè,
num 48. verſ. Item, quia*, neq; affectionis, tum,
quia, licet altàs filius præſumatur magis dile-
124 ctus, quam extraneus † *l. cum acutiſſime. 30. C.
de fideic.* tamen in hac diſpoſitione cenſetur
eſſe par, ſcilicet, quia pater eo ipſo, quod ex-
traneum cum filio vocauit, ita reſpectu hu-
ius diſpoſitionis cenſetur hunc, vt illum di-
lexiſſe, *vt conſiderat Salom. in d. § quidam rectè,
num. 45. verſ. qui extraneos*, cum paritas voca-
tionis paritatem quoq; voluntatis, & affe-
ctionis demonſtret, tum etiam, quia, cum ex-
traneus non ſit deſcendens filij, nō poteſt in-
ter eos ordinata charitas conſiderari, *ſecun-
dum ea, quæ diximus ſupra num* 84. ideo fit, vt
talis vocatio non cenſeatur facta ſucceſſiuè,
ita, vt extraneus poſt filium admittatur, ſed
cenſeatur facta ſimul, & coniunctim, ita, vt
ambo pariter ad hæreditatē admitti debeant
125 † *l. ſi poſthumus. 14. §. quod vulgo verſ. Ideoq; ff. de
lib. & poſth. l. ex duobus. 34. §. filium ff. de vulg.*

l. apud

l. apud Iulianum 11. §. idem Iulianus ait ff. ad
Treb. & ſcribunt Garz. in d. §. quidam rectè, nu.
17. in fi. & num. 25. in fi. & ibi Soc. Iun. num. 20.
verſ. ſed tenendo, vbi ait in hoc omnes conſentire,
& Salom. num. 45. verſ. qui extraneos, Oſaſ. d. de-
ciſ. 81. num. 5. verſ. 4. Pereg. de fideic. d. artic. 17.
ſariò inſtituẽdi, ne alioquin pręmortuo filio
rumperent per contratabulas bonorũ poſſeſ-
ſionẽ teſtamentũ, in quo fuiſſent præteriti l. ſi
emãcipatus.6.uerſ.quod ſi, & filiũ ff. de bon. poſſ.
contratab.& tamẽ,quia fuerant ab auo copu-
latiuè cum filio inſtituti, ſupponit, eos eſſe
patris cohæredes, & ſic nõ ordine ſucceſſiuo,
ſed ſimul,& coniunctim cum eo vocatos, vt
patet ex illis verbis,pro parte ſua, quippe, quæ
ſignificant,filium non, niſi partem habuiſſe,
& conſequenter datũ ei fuiſſe cohæredem, ad
quem altera pars pertinuerit. Ergo,licet inſti-
tuantur ij, inter quos cadit ordo neceſſitatis,
cenſetur nihilominus inſtitutio facta coniũ-
ctim,non ordine ſucceſſiuo.

Tertio mouentur, quia,cũ copula ex pro-
pria ſignificatione, vi, & natura verbi deno-
tet vocationis paritatem,ut diximus ſupra nu.
10. conſequens eſt, vt ab ea non ſit receden-
dum, niſi ſubſit aliqua cauſa, quę nos ad ita
faciendum compellat l. non aliter. 67. in prin.
ff. de leg.3. Atqui in propoſito nulla ſubeſt
cauſa,quia, vel cauſam deducimus ab ordine
charitatis, & affectionis, Et hęc in propoſito
non ſubeſt: licet enim aliãs pater cenſeatur
per priùs diligere filium, per poſteriùs verò
nepotem,tamen in hac ſpecie, qua ſupponi-
mus,cũ copulatiuè filium, & nepotem inſti-
216 tuiſſe,ita creditur hunc, vt illum dilexiſſe,† ut
conſiderat Salom. in d. §. quidam rectè,nu 44.&
45.uerſ. Cœterum, cum paritas vocationis pa-
217 ritatem quoq; denotet affectionis,† &,ſi vo-
cando filium,& extraneum cenſetur eos pari
ter vocare,& diligere, ut diximus ſupra n.125.
multo magis hoc dicendum ſit,quãdo vocat
filiũ,& nepotẽ,quippe,quẽ,vt plurimũ magis,
218 quã filiũ diligit, † quod per eum memoriam
ſibi cõparet diuturniorem l. liberorum. 220.
in fin.ff.de uerb.ſign. & ſcribunt Soc. Iun. conſil.
126.nu.54.uol.1.Curt. Iun. conſ. 169.num.13.
Roll.conſ.68.num.50.uol.1.Decia.conſ. 23.num.
90.uol.1.& in propoſito conſiderat Salom. in d.§.
quidam rectè,nu.45.uerſ.Cœterum, & num.46.
Vel cauſam deducimus ab ordine neceſſita-
tis,quod ſcilicet pater teneatur priùs inſtitue
re filium, deinde eo pręmortuo nepotem, Et
219 ne hæc quidem cauſa ſubeſt: † ut ſcribunt Ga-
liau.in d. §. quidam rectè, num. 12.uerſ.ſed dic,
& ibi Garz.nu.18.uerſ.dic nullam, AEmil.Per-
rot.nu.7.in fi. Nam, aut conſideramus neceſ-
ſitatẽ pręciſam, & hęc haud dubiè nõ ſubeſt,
220 quia tunc dicitur ſubeſſe, † cum nepos ſimul
cum patre non poteſt inſtitui, prout euenie-
bat olim in nepote poſthumo, qui non pote-
rat inſtitui,niſi eo caſu, quo filius deſijſſet eſ-
ſe ſuus,ideoq; ſi teſtator ſimpliciter inſtituiſ-
ſet filium,& ex eo nepotẽ naſciturum, ita fie-
bat interpretatio, quaſi nepotem inſtituiſſet
eo caſu, quo inſtitui poterat, & ſic, quo filius
pręmoreretur, ſecundum ea,quæ diximus ſupra
num.210. & ſeqq. At hæc neceſſitas ceſſat in
nepote nato, imo etiam in nepote poſthu-
mo, ſi ſpectamus ius nouiſſimum, quo poſt-
humus etiam alienus hæres inſtitui poteſt

221 † *§. poſthumus, & §. poſthumo, Inſt. de legat. §. 1. Inſt. de bon. poſſ. l. quidam. 6. §. ult. cum 2. ll. ſeqq. ff. de reb. dub.* Nam, licet teſtator nepotem ſimul cum filio inſtituat, non tamen inutilis cenſebitur inſtitutio, cum hoc facere poſſit:
222 † Si enim poteſt extraneum cum filio hæredem inſtituere, *ut diximus ſupra num.* 125. cur non, & multo magis nepotem *l ut ſcribunt Garz. in d. §. quidam rectè, num.* 18. *uerſ. dic nullam, & ibi Salom. nu.* 45. *uerſ. Cœterùm, & n.* 46.

Nec dicas, imò videri inutilem, propterea, quod nepos acquirer patrem auitæ hæreditatis filio, in cuius eſt poteſtatem recaſurus *l. qui in aliena. 6. §. 1. ff. de acq. hæred.* quia contrarium verius eſt, ſiue ſpectemus ius antiquum,
223 ſiue nouum: † Nam iure vetere ideo nō erat inutilis, quia poterat nepos ante mortem aui emancipari, quo caſu ſibi, non patri ſuo partem auitæ hæreditatis quæſiniſſet. *l. 1. §. 1. ff. ſi quis a par. fue. man. & in propoſito conſiderant gl. in d. §. quidam rectè in uerb. non exprimat, uerſ. ſed quidam, & ibi Imol. num.* 17. *uerſ. Nec obſtat, ſi dicas, Garz. nu.* 44. *& Cuiac.* Iure verò nouo ideo non eſt inutilis, quia, cum hæc pars hæreditatis, tamquam ab auo proueniens reſpectu patris ſit aduentitia, Conſequens eſt, vt nepos eam ſibi, non patri acquirat, *ut conſiderant Galiau. in d. §. quidam rectè, num.* 19. *& ibi Garz. nu.* 37. *&* 44. *Salom. num.* 44. vel pleno iure, *ſecundum tam ſententiam, quam retulimus ſupra num.* 119. vel ſaltem iure vſusfructus, *ſecundum eam, quam nos, ut ueriorem probauimus ibi num.* 115. Aut vero conſideramus neceſſitatem cauſatiuam, quę ſcilicet in eo cōſiſtit, ne teſtamentum rumpatur, Et ne hæc quidē
224 ſubeſt; † Nam ita proſpicitur validitati teſtamenti, ſi nepos ſimul cum filio inſtituatur, vt, ſi eo caſu quo filius præmoriatur, *ut in propoſito conſiderat Soc. Iun. in d. §. quidam rectè, nu.* 32 *uerſ. ſed, ſi diſputando, & num.* 33. *uerſ. & ex his patet:* Nec enim nepos, qui ſimul cum filio fuit inſtitutus, poteſt rumpere teſtamentum, quaſi pręteritus, etiamſi filius pręmoriatur. *ut conſiderāt Garz. in d §. quidam rectè, nu.* 17. *uerſ. quod autem dicitur Soc. Iun. n.* 19. *uerſ. neceſſitas, & AEm. Perrot. num.* 7 *in fin.* cum ad ſuſtinendum teſtamentum ſufficiat inſtitutio qualitercunq; facta, licet inſtitutus poſt il-
225 lud iura ſui hæredis conſequatur † *l. 2. §. ſed, & ſi quis extraneū. ff. de uulg. l. filio, quem pater.* 23. *§. ult. ff. de lib. & poſth. l. ſi quis hæres.* 18. *ff. de iniuſt. rupt.* cum alioquin in hoc ei proficiat inſtitutio, ſi pariter cum eo vocatus intelliga-
226 tur, † quod, ſi præmoriatur pater totam ſit habiturus hæreditatem, dimidiam ſcilicet iure inſtitutionis, aliam verò dimidiam iure ac-
227 creſcendi, † ſi verò pater viuat, & ſit hæres, poſſit cum eo cōcurrere, & dimidiam conſequi auitæ hæreditatis partem. Ergo, cùm in hac ſpecie ceſſet in perſona teſtatoris neceſſitatis, & affectionis ordo, qui ſolus inducit præſumptionē ſucceſſiuæ vocationis, & conſequenter nulla ſubſit cauſa, quę nos cogat a propria vi verborum recedere, conſequēs eſt, vt ei ſtare debeamus. & ſecundum copulę naturam ſimultaneam inducere vocationem. *Ita arguūt Imol. in d. §. quidem rectè, n.* 16. *verſ. & pro hac opinione, & ibi Galiau. nu.* 15. *Salom. nu.* 45. *Garz. n.* 17. *verſ. ad dicendū autē, & n.* 35. *verſ. & quidē, Rub. n.* 32. *verſ. &, ſi iterū dicatur.*

Quarto mouentur, quia in coniunctionibus nil refert, vtrum dicamus, illi cum illo, an illi, & illi, *vt diximus ſupra num.* 157. *& in hoc cap. q.* 16. *nu.* 10. Sed, cum pater inſtituit filiū cum nepote, vel, ſimul, aut vnà cum nepote, cenſetur inſtitutio facta pariter, non ordine ſucceſſiuo, *vt oſtendimus ſupra nu.* 152. *& ſeqq.* Ergo eodem modo facta intelligetur, ſi teſtator inſtituat filium, & nepotem.

Quinto mouentur, quia vna determinatio reſpiciens duo determinabilia debet ea pari-
228 formiter determinare † *l. iam hoc iure.* 4. *ff. de vulg. l. quamuis.* 4. *C. de impub. & al. ſubſt.* Sed, cum teſtator ait, Inſtituo filium, & ex eo nepotem, verbum, inſtituo, eſt vna determinatio, quę reſpicit filium, & nepotem, & ſic duo determinabilia. Ergo, quemadmodum determinat filiū, vt cenſeatur vocatus primo gradu, ita etiam debet determinare nepotem, vt, & ipſe primo gradu vocatus intelligatur.

Sexto mouentur *l. cum in teſtamento.* 37. *in prin. ff. de hæred. inſt.* argumento ducto a con-
229 trario ſenſu: Nam, † ſi filius, & nepos cenſentur vocati ſucceſſiuè, cum duo facti ſunt hęredum gradus, *vt ibi dicitur,* conſequens eſt, vt, ſi vnus tantum factus ſit gradus, cenſeantur vocati ſimul, non ordine ſucceſſiuo; Atqui, cum teſtator ita loquitur, Inſtituo filium, & nepotem, non duos facit gradus, ſed vnum, quia copula non inducit gradus diuerſos, *vt patet ex eius natura, quam retulimus ſupra nu.* 10. Ergo non debet vocatio cenſeri facta ſucceſſiuè, ſed ſimul, & coniunctim.

Septimo mouētur, quia dato etiam, quod inſtitutio filij, & nepotis deberet intelligi facta, non coniunctim, ſed ordine ſucceſſiuo, tamquàm facta ex cauſa neceſſitatis. hoc tamen videretur intelligēdum eatenus, quatenus ſubeſt neceſſitas inſtituendi, quia effectus a ſua cauſa regulatur, & ad eius terminos re-
230 ſtringitur † *l. 2. verſ. ſed, ſi omnia ff. de iis, quæ in teſta. del.* Sed neceſſitas non reſpicit totam hæreditatem, ſed ſolam legitimam, quia pater non tenetur inſtituere filium, aut nepotē, niſi in ſola legitima *§. hac autem diſpoſuimus verſ. Cœterum, Auth. vt, cum de app. cogn. coll.* 8. *§. 1. verſ. licebit, Auth. de trien. & ſem. coll.* 3. Ergo in eo, quod excedit, & ſic in eo, in quo ceſſat talis neceſſitas debet nepos cenſeri vocatus coniunctim, non ordine ſucceſſiuo. *Ita poſt Aret. arguunt Iaſ. in d. §. quidā rectè, nu.* 13. *verſ. Item non eſt, & ibi Galiau. nu.* 12. *verſ. Item, vt eſt, Alcia. nu.* 51. *verſ. Nec obſtat, ſi diceretur.*

His tamen non obſtantibus contrariū alij frequentiùs tradiderunt, ſcilicet, huiuſmodi inſtitutionē non cenſeri factam coniunctim, ſed ordine ſucceſſiuo, & per cōſequentias nepotē non poſſe cū filio concurrere, ſed ita demum admitti debere, ſi filius viuo patre de-
231 ceſſerit. † *Ita enim cenſuerunt gl. in d. §. quidā rectè, in verb. non exprimat, verſ. quid autem, & ibi Bart. n.* 3. *&* 4. *Bald. nu.* 3. *verſ.* 2. *quæritur, Ang. n.* 3. *uerſ. pr. & uerſ.* 4. *concluſio, Caſtr. nu.* 9. *Alex. n.* 6. *uerſ. his tamen, Iaſ. nu.* 10. *Rub. num.* 31. *Soc. Iun. nu.* 28. *uerſ. ſic itaq; ubi, licet dicat, articulum in ſe magnā habere dubitationē, & ad utraq; partē poſſe diſputari, ſubijcit tamen, in practica non eſſe recedendū ab opinione communi, quam ſēper uidit obſeruari, Eandem opinionē probarunt Io. Bap. a S. Seuer. inter cōſ. Alex. conſ.* 14 *n.* 10. *uol.* 4.

Soc.

Digitized by Google

Soc. Sen. conſ. 49. num. 7. verſ. 5. vol. 1. & conſ. 51.
num. 23. vol. 4. Corn. conſ. 231. nu. 4 vol. 1. conſ.
321. nu. 1. 2. & 3. verſ. Nec huic rationi, vol. 3.
& conſ. 159. nu. 5. verſ. &, licet, vol. 4. Iaſ. in l. Ti-
tia textores. 36. §. nihil nu. 1. ff. de leg primo, Dec.
conſ. 235. num. 1. & conſ. 252. nu. 1. Curt. Iun.
conſ. 128. num. 1. vbi ait, hanc conclusionem eſſe
ab omnibus approbatam, Ruin. conſ. 99. num. 13.
verſ. alia ẽt ratione, vol. 2. Clar. in d. §. teſtamentũ,
q. 80. nu. 3. vbi teſtatur, hanc eſſe communem opi-
nionem, Gomez. tom. 1. varia. reſol. cap. 2. num 4.
verſ. 5. limita, & cap. 10. nu. 31. verſ. ex quo pri-
mo infertur. Oſaſ. deciſ. 81. num. 12. Decia. conſ.
1. nu. 225. & 235. vol. . & conſ. 55 nu. 23. vol. 3.
Nat. conſ. 470. num. 9 Mantic. de coniect. vlt.
vol. lib. 4. tit. 8. num. 1. vbi teſtatur, hanc eſſe com-
munem Dd. ſententiam, Craſſ. in d. §. Inſtitutio
q. 20. num. 6. & 7. Viu deciſ. 214. nu. 1. Pereg. de
fideic. d. artic. 17. num. 7. verſ & hæc interpreta
tio, Men. de præſumpt d. lib 4. præſ 18. num. 15.
verſ. &, quo ad primum, & d. præſ. 70. num. 3. &
ſeqq. Gratia cap. 70. diſcep. for. num. 22. & Anto.
Gouea. ad l. Gallus. 29. num. 25. verſ. Neq; ob-
ſtat. Huius autem opinionis fundamentum
non eſt deducendum ex d. l. Gallus. 29. §. qui-
dam rectè, & §. quid ſi qui, in fi ff. de lib. & poſth.
vt perperam deducunt gl. ibi, in verb. non expri-
mat. verſ quid autem, ſi filium, & alij. quia, præ-
ter id, quod non conſtat, qualiter facienda ſit
inſtitutio, ſecũdũ mentem Sceuolæ, cũ varijs
232 ea modis fieri poſſit, † vt oſtendunt ibi gl. in d.
verb. non exprimat, & Bart num. 1. & 3. Bald.
num. 3. verſ. venio ad quæſtiones, Caſtr num. 3.
verſ. in gl. 2. Alex. num. 5. verſ in gl. fin. Iaſ. num.
7. & ſeqq. Garz num. 9. verſ. gl. 3. & probabilius
ſit, non loqui Sceuolam de inſtitutione ne-
potis facta ſimul cum filio per copulatiuam,
ſed de ſimplici illius inſtitutione facta ſine
233 mentione mortis filij, & hoc dicere, † quam-
uis Gallus in ſua formula requirat expreſſio-
nem illius conditionis, ſi filius meus me viuo
morietur, rectè tamen poſſe fieri inſtitutionẽ,
etiam ſine tali conditione, vt, ſi teſtator ita
ſimpliciter dicat, Si quis mihi nepos poſt
mortem meam naſcetur, hæres eſto, prout re-
ctè declarant gl. ibi in verb. nõ exprimat, Salomo.
nu. 14. & ſeqq. Æmil. Perrot. nu. 1. & ſeqq. &
poſt eos Ant. Gouea. ibi, in cap. 1. animad. & Hoto.
in verb ſimpliciter, & alij recentiores, alia etiam
ratione non probat ille locus communẽ opi-
nionem: Nam dato etiam, quod ibi Sceuo-
la loquatur de nepote poſthumo copulatiuè
234 cum filio inſtituto, loquitur tamen † de eo,
qui ſecundum illa tempora non poterat hæ-
res inſtitui, niſi eo caſu, quo filius præmorere-
tur, ideoq; ſi fuiſſet inſtitutus ſimul, talis in-
ſtitutio nullius fuiſſet momenti; Nil mirum
igitur, ſi debuit cenſeri facta eo caſu, quo fie-
ri potuit, ideſt, eo caſu, quo filius viuo patre
moreretur, vt diximus ſupra num. 210. Quod
ſignificant illa verba Sceuolæ, vt eo caſu va-
leat, qui ex verbis concipi poſſit. At nos loqui-
mur de nepote, vel nato, vel naſcituro, qui ſe-
cundum iura noua poteſt inſtitui, ita, vt, licet
ſimul cum filio vocetur, nihilominus ſuſti-
neatur inſtitutio, ideoq; non poteſt ab illo ad
235 hunc trahi argumentum, † vt animaduertit
And. de Piſis, quem refert Bart. in d. §. quidã re-
ctè, nu. 4. verſ. Andr. de Piſis, & ibi Ang. n. 4. verſ.
In ea gl. ibi, & probant Imol. n. 16. verſ. ſed Iacob.
de Areu. Iaſ. nu. 12. Galiau. nu. 12. Garz. nu. 23.
verſ. ſed facilis, Salom. nu. 44. verſ. Iaco. de Are. &
Cuiac. ſed fundamentum debet ex eo deduci,
quia copulatiua, ſiue coniunctiua non ſeruat
propriam naturam, ſed reſoluitur in diſiun-
ctam, quoties ex coniecturis colligimus talẽ
236 eſſe voluntatem teſtatoris † l. quoties. 40. in prin.
ff. de vſufr. & dicemus etiam infra nu. 251. Sed,
quãdo pater inſtituit filiũ, & ex eo nepotem,
multę extãt cõiecturæ, ex quibus colligimus
eius volũtatẽ eſſe vt nepos veniat ordine ſuc-
ceſſiuo. Ergo coniunctiua debet in diſiunctã
reſolui. Minor illa probatur ex varijs cõiectu-
ris, quæ cõmuniter a noſtris cõſiderari ſolent:
Prima enim cõiectura ducitur a cauſa im-
pulſiua: Nam, quoties homo facit aliquid ex
neceſſitate, eatenus facere intelligitur, quate-
237 nus exigit neceſſitas † l. ſi ſtipulatus. 4. verſ. quia
non eſt veriſimile ff. de vſur. ne alioquin in ne-
238 ceſſitate cenſeatur eſſe liberalis † contra regu-
lam l. rem legatam. 18. ff. de adim. leg. Atqui pa-
ter, qui filium, & ex eo nepotem inſtituit, id
facit ex neceſſitate, ſcilicet, quia, ſi vult tutò
teſtari, neceſſariò cogitur, & filium, & nepo-
tem inſtituere, filium quidem, vt valeat teſta
mentum, nepotẽ verò, vt teſtamentum non
rumpatur, ſi filius viuo ſe decedat, vt diximus
ſupra n. 48. & ſeqq. Ergo, cũ talis neceſſitas nõ
ſit ſimultanea, ſed ſucceſſiua; Non .n. cogitur
pater inſtituere nepotem ſimul cũ filio, ſed eo
tantum caſu, quo filius pręmoriatur, vt, ibi di-
ctũ eſt, ſequitur eodem ordine, & ſic eo tantũ
caſu debere cũ cẽſeri nepotẽ inſtituiſſe. Ita ar-
guunt Mantic. d. lib. 4. tit. 8. n. 3. & 4. & Men. d.
lib. 4. præſ. 70. n. 4. & 5. Et eſt de mente eorũ omniũ
quos referemus infra n. 255. dũ ſucceſſiuæ vocatio-
nis fundamẽtũ conſtituunt in ordine neceſſitatis.
Secunda verò coniectura ducitur ab affe-
ctione: Nã coniũctiua poſita inter perſonas,
inter quas cadit ordinata charitas, & affectio
nõ ſeruat propriã naturam, ſed reſoluitur in
239 diſiunctam. † vt ſcribunt Bart. in d. §. quidam
rectè, nu. 3. Soc. Sen. conſ. 49. nu. 1. verſ. hæc ſenten-
tia, vol. 1. vbi ait, ita concludere magis cõmuniter
dd. Decia. conſ. 55. num. 23. vol. 3. Mantic d. lib. 4.
tit. 8. nu 4. verſ. id, quod ſuadet, & n. 5. Oſaſ. d. de-
ciſ. 81. n. 18 verſ. 2. reſpõdetur, & dicemus etiã in-
fra n. 252. Sed, cum pater inſtituit filium, & ex
eo nepotem, coniunctiua ponitur inter perſo
nas, inter quas ordinata cadit charitas, & affe-
ctio, vt oſtendimus ſupra n. 75. & ſeqq. Ergo ta-
lis coniunctiua debet in diſiunctiuam reſol-
ui, & per conſequentias operari, vt nepos, nõ
ſimul cum filio, ſed eo tantum deficiente, &
ſic ordine ſucceſſiuo vocatus intelligatur.
Tertia coniectura ſumitur ex diſpoſitione
iuris: Nã, quia mens hominis in dubio cẽſetur
240 eſſe iuri cõformis † l. 3. ff. de mil. teſta. ideo, quę
ex diſpoſitione iuris intelligũtur ordine ſuc-
ceſſiuo ſi ab hoĩe copulẽtur debẽt ad iuris in-
tellectum referri, & ordine etiam ſucceſſiuo
241 facta cẽſeri, † vt ſcribunt Soc. Iun. in d. §. qui-
dam rectè, num. 28. verſ. ſic itaq; Mantic. d. lib. 4.
tit. 8. num. 2. verſ. & ea quidem. Sed patris ſuc-
ceſſio, quatenus filio, & nepoti defertur ex
diſpoſitione iuris, nõ intelligitur coniũctim,
ſed ordine ſucceſſiuo, vt patet ex ijs, quæ dixi-
mus ſupra nu. 30. & ſeqq Ergo, ſi talis ſucceſſio
deferatur ex hominis diſpoſitione, debebit ẽt
intelligi delata non coniunctim, ſed ordine
ſucceſſiuo,

Neq; obſtant contraria: Ad primum enim
reſpõdent noſtri frequentiùs, locos illos eſſe
242 intelligendos † de perſonis, in quibus nulla
ſubeſt inſtituẽdi neceſſitas, puta de extraneis,
ut diximus ſupra nu. 113. vel filijs naturalibus
aut fratribus, ut dicemus infra nu. 303. & ſeqq.
vel de diſpoſitionibus, in quibus talis neceſſi-
tas ceſſat, puta de legatis, & fideicommiſſis,
ſecundum ea, quę dicemus infra num. 299. & ſeq.
Ita reſpondet Oſaſ. d. deciſ. 81. num. 18. uerſ. non
repugnat: Nam de extraneis loquuntur l. ult.
C. de impub. & al. ſubſt. & l. ſi mulieri. 9. ff. de
uſufr. accr. ut de l. ult. declarant gl. in d. §. quidam
rectè, in uerb. non exprimat, uerſ. Item contra,
& ibi Bart. num. 4. uerſ. ſed contra, licet in uerſ.
& uerius dicas, aliam afferat ſimultaneæ uocatio-
nis cauſam fundatam in dictione, unà, ſecun-
dum ea, quæ diximus ſupra num. 151. Et gloſſ.
declarationem ſequuntur etiam ibi Bald. num.
3. uerſ. 2. quæritur, & Soc. Iun. num. 26. uerſic.
ſed ad iſta, Mantic. d. lib. 4. tit. 8. num. 6. & 14.
At de l. ſi mulieri, ita declarant Ang. in d. §. qui-
dam rectè num. 3. uerſ. Non obſtat, & ibi Iaſ. nu.
32. verſ. Nec obſtat text. & Rub. num. 117.
Galiau. num. 17. Mantic. d. lib. 4. tit. 8. num. 8.
verſ. Hoc ampliùs. De legatis verò, & fideicõ-
miſſis d. l. ſi mulieri, & c. Raynutius, & c. Raynal
dus, extr. de teſta. ut de l. ſi mulieri, ſcribunt Bart.
in d. §. quidam rectè, num. 4. uerſ. ſecundum hoc,
& Mantic. d. lib. 4. tit. 8. num. 8. Et de cap. Ray-
nutius, Oſaſ. d. deciſ. 81. in fin. Itaque, licet l. ſi
mulieri, tamquam ſimpliciter loquẽs de mu-
liere, intelligeretur etiam de filia, tamẽ, quia
loquitur de legatis, in quibus neceſſitatis or-
do conſiderari nequit, communi ſententiæ
non officeret.

Ad ſecundum verò reſpondent nonnulli,
243 Scæuolam ibi † loqui de nepotibus eman-
cipatis, & conſequenter extraneis §. cæteri,
Inſt. de hær. qual. & diff. nos verò loqui de ne-
potibus in poteſtate teſtatoris exiſtentibus.

Verùm hæc reſponſio non tollit difficulta
244 tem, † quia, licet nepotes ſint emãcipati, non
tamen in illis ceſſat ratio neceſſitatis, ut con-
ſiderant Imol. in d. §. quidam rectè, num. 17. &
ibi Rub. num. 35. uerſ. ſed poſſet replicari: Nam
emancipati, licet iure ciuili non ſint neceſ-
ſariò inſtituendi, tamquam extranei, tamen
iure Prætorio perinde inſtitui debent, ac, ſi
eſſent ſui §. emancipatos, Inſt. de exh. lib. quia
Prætor reſciſſa emancipatione perinde eos
vocat, ac, ſi ſemper in poteſtate remanſiſſent
l. ſed, cum patrono. 6. §. 1. ff. de bon. poſſ. Quamo-
brem, quod dicimus, inſtitutionem filij, &
nepotis non cenſeri factã coniunctim, ſed or
dine ſucceſſiuo, procedit etiã in emancipatis,
ut dicemus infra n. 261. & verò etiã in deſcẽdẽ-
tibus a matre, auoue materno, ut dicem⁹ n. 262.

Hinc igitur alij frequentiùs reſpondent,
245 quæſtionem ibi propoſitam † non fuiſſe, vtrũ
filius, & nepotes copulatiuè inſtituti cenſeã-
tur vocati ſimul, an vero ſucceſſiuè, ſed, an
prohibita hæredibus alienatione, niſi inter
ipſos cenſeatur etiã prohibita locatio; Scæ-
uolam autem de hac re conſultum reſpondiſ
ſe non cenſeri prohibitam, ſupponendo ſẽ-
per terminos habiles, nempè nepotes eſſe pa-
tris cohæredes, & ſic cum eo ſimul vocatos.
Cur autẽ hoc ita euenerit, nõ explicaſſe Scæ
uolam; Ita explicando reſpondẽt Soc. Sen. in d. §.
quidã rectè, nu. 7. & ibi Soc. Iun. nu. 25. uerſ. 2. al-
legat, Rub. nu. 35. uerſ. 4. & Galiau. nu. 13. uerſ.
ſed reſponde, Corn. d. conſ. 231. nu. 14. uol. 1. Sed
(vt alij animaduerterunt) hoc ideo factum
eſſe, quia ex alijs verbis teſtamenti cõſtabat,
hanc fuiſſe mentem teſtatoris: Nam dixerat,
ſi autem aliquis eorũ voluerit vẽdere partem ſuã,
uel fœnerari ſuper eam, poteſtatem habeat uende-
re cohęredi ſuo, & fœnerari ab eo: Itaq; eo ipſo,
quod de cohærede fecerat mẽtionem, haud
dubiè ſignificauerat, ſe intelligere, vt nepo-
tes, quos ſolos prętęr filiũ inſtituerat, eſſẽt pa
tris cohæredes. Ita reſpondendo declarant Alex.
in d. §. quidam rectè, nu. 6. uerſ. Nec obſtat text.
& ibi Galiau. nu. 13. uerſ. ſed reſponde, Rub. nu.
35. uerſ. 4. Mantic. d. lib. 4. tit. 8. nu. 7. in prin. &
uerſ. 2 Pereg. d. artic. 17. nu. 5. & 13. Men. d. lib.
4. præſ. 70. nu. 34. uerſ. Ita intelligo.

Ad tertium reſpõdẽt, licet copula regula-
riter parem, & ſimultaneam denotet vocatio
nẽ, interdum tamen non ſeruare propriã na-
turã, ſed in diſiunctam reſolui, & ſucceſſiuã
146 inducere vocationem, † ut ſcribit Soc. Iun. in
d. §. quidã rectè, nu. 17. & nu. 25. uerſ. ſed tuendo,
247 & ſic non coniungere, ſed diſiungere, † ut de-
clarãt Caſtr. in d. §. quidã rectè, nu. 8. & ibi Imol.
n. 15. Idq; procedere, vel ex ſubiecta materia,
248 † ut ſcribunt Corn. d. conſ. 231. nu. 13. uol. 1. Dec.
d. conſ. 384. nu. 3. Galiau. in d. §. quidã rectè, nu.
15. uerſ. poſſet dicere, Oſaſ. d. deciſ. 81. n. 18. Pereg.
d. artic. 17. nu. 40. vt, quia tractetur de feudis,
in quibus fœminæ nõ, niſi maſculis deficiẽ-
tibus vocatæ intelliguntur, ſi conceſſio facta
ſit pro maſculis, & fœminis. ut diximus ſupra
nu. 36. vel etiam tractetur de primogenitura,
249 in qua plures non poſſunt ſimul admitti, † ut
declarat Molin. de primog. Hiſp. lib. 1 cap. 6. nu. 5.
vel deniq; tractetur de diſpoſitionibus legali-
bus, quæ ſecundũ iuris ordinem nõ, niſi ſuc-
250 ceſſiuè deferuntur, † ut in l. ſi quis inceſt. 6. C. de
inceſt. nupt. l. 1. C. de ſec. nupt. §. primũ itaq; Auth.
de hæred. & Falc. coll. 1. vel procedere ex volũ-
251 tate teſtatoris † l. quoties. 40. in prin. ff. de uſufr.
& in ſpecie declarant Bald. in d. §. quidam rectè,
nu. 2. uerſ. 5. uol. & ibi Soc. Iun. nu. 25. uerſ. ſed
tuendo, Corn. d. conſ. 231. nu. 13. uol. 1. Oſaſ. d. de-
ciſ. 81. nu. 18. Mantic. d. lib. 4. tit. 8. num. 2. Pereg.
d. artic. 17. nu. 8. vt quia tractetur de perſonis,
inter quas neceſſitatis, & affectionis ordo ca-
252 dit, † ſicuti declarant Bart. in d. §. quidam rectè,
nu. 3. & ibi Bald. n. 3. uerſ. 5 exemplũ, Iaſ. nu. 11.
& 20. Soc. Iun. num. 17. Soc. Sen. conſ. 49. num. 1.
uerſ. hac ſententia, uol. 1. Dec. d. conſ. 384. num. 3.
Oſaſ. d. deciſ. 81. nu. 18. uerſ. 2. reſpondetur. Pereg.
d. artic. 17. n. 8. & nos etiã diximus ſupra n. 239.
Nam veriſimile eſt teſtatorẽ voluiſſe eos vo
care eodem ordine, quo tenebatur eos inſti-
253 tuere, † ſecundũ ea, quę diximus ſupra nu. 238.

Nec obſtat, quod in propoſito nulla videatũ
ſubeſſe cauſa recedendi a propria vi verborũ,
quia reſpondent, imo ſubeſſe cauſam ordi-
natæ charitatis, & affectionis, & verò etiam
neceſſitatis, non quidem præciſæ, ſed cauſa-
254 tiuæ, † ſecundũ ea, quæ diximus ſupra nu. 46. &
ſententiã omnes, quos retulimus ſupra nu. 231. Nã
hæc ſufficit, vt teſtator cenſeatur ad eam reſ-
pexiſſe, & nepotem inſtituiſſe, ne teſtamen-
tum rumperetur, ſi ſe viuo mori filium con-
255 tigiſſet, † ut declarant Bart. in d. §. quidam rectè,
num. 4. uerſ. Andr. de Piſis, & ibi Ang. num. 1.

ver.

verſ. In gl. ibi, non erat. Rub. nu. 36. verſ. Tu dic, Dec. d. conſ. 252. nu. 1. Decia. d. conſ. 1. nu. 235. vol. 1. Pereg. d. artic. 17. nu. 7. verſ. hac tamen.

Ad quartum reſpondent, nõ differre, quoad inducẽdam coniũctionem, ſed, quoad denotandã ſimultaneam vocationem, multum eſſe inter ea diſcriminis, *vt oſtendimus ſupra n. 154. & ſeqq.* Deniq; nõ differre, ſi ponãtur inter pares; Cœterùm, ſi inter eos, interquos neceſſitatis, & affectionis ordo cadit, magnã inter ea cõſiſtere differentiã, *vt oſtẽdimus n. 159.*

Ad quintũ reſpondent, primo, regulam il-
256 lam procedere, † ſi determinabilia ſint paria, ſecus verò, ſi diſparia, prout ſunt in caſu noſtro, ſcilicet, quia filius, & nepos ſunt diſpares, tam in ordine neceſſitatis, quam in ordine charitatis, & affectionis naturalis. *Ita reſpondet Mantic. d. lib. 4. tit. 8 num. 9.* Secundo reſpõ-
257 dent, procedere † in diſpoſitione voluntaria, ſecus in neceſſaria, cuiuſmodi eſt inſtitutio filij, & nepotis: nam tunc ſatis dicitur pariformiter determinare, ſi vtrunq; ſuo caſu vocet. *Ita reſpondent Alex. in d. §. quidam rectè, num. 6. verſ. Nec obſtat ratio, & verſ. 2 reſponde, & Mãtic. d. lib. 4. tit. 8. num. 9. verſ. Præterea.*

Ad ſextum reſpondent, etiã in propoſito
258 duos eſſe gradus, non quidem † inſpectis verbis, ſed inſpecta veriſimili voluntate teſtatoris, quę ex affectionis, & neceſſitatis ordine deducitur. *Ita reſpondent Soc. Iun. in d. §. quidã rectè, nu. 26. verſ 4. & Mantic. d. lib. 4. tit. 8. n. 11.* Nec obſtat, quod copula non plures, ſed vnũ tantum conſtituat vocatorum gradum, quia reſponſio patet ex ijs, quę diximus in reſponſione data ad tertium argumentum: Nam id procedit regulariter, ſed limitatur, quoties ſubiecta materia, vel veriſimilis mens teſtatoris nos cogit à propria illius natura recedere, *ſecundũ ea quæ diximus ſupra n. 246. & ſeqq.*

Ad ſeptimum reſpondent diſtinguendo, aut teſtator inſtituit filium, & nepotẽ in ſola legitima, Et verius eſt, cenſeri inſtitutionem
259 factam ordine ſucceſſiuo: † quia, cum legitima non, niſi gradatim debeatur deſcendentibus, *vt diximus ſupra num. 63.* Cõſequens eſt, vt etiam gradatim cenſeatur relicta, quoties teſtator ad eam ſimpliciter vocat filium, & nepotem, *per ea, quæ diximus ſupra nu. 241.* Nã ſola mentio legitimæ denotat eum vocationis ordinem, qui lege fuit definitus. Vtiq; autem ſupponimus, teſtatorem inſtituendo mẽtionem de legitima feciſſe: Nam, ſi ſimpliciter in aliqua re filiũ, & nepotem inſtituiſſet, non eſſet res à legato diſtinguenda, quia particularis inſtitutio effectu legatum eſt *l. ex facto. 35. verſ. & ſi fortè ff. de hæred. inſtit.* aut ſaltem loco legati *l. quoties. 13. C. eod.* in quo vocatio ſimul, non ordine ſucceſſiuo facta intelligitur, *vt dicemus infra num. 299.* ſed, cum eos inſtituit in legitima, tunc verius eſt, intelligi factã ordine ſucceſſiuo, propterea quod copula non ſeruat propriam naturam, ſed in diſiũctam reſoluitur ex ſubiecta materia, quę in ſe continet vocationis ordinem, *ſecundum ea, quę diximus ſupra num. 243.* Aut verò teſtator inſtituit filium, & nepotem in hæreditate, Et tunc, quia legitima non poteſt ab ea ſeparari, *vt latè oſtendemus in 9. cap. q. 24. n. 32. & ſeqq.* verius etiam eſt, inſtitutionem cenſeri factam ordine ſucceſſiuo, nõ ſolum reſpectu reſidui, ſed etiam reſpectu illius quantitatis,
160 quæ legitimæ loco cedit. † *Ita declarando reſpondet Mantic. d. lib. 4. tit. 8. n. 9. verſ. Illud etiam.*

Ex his concludunt frequentiùs, inſtitutionem non cenſeri factam ſimul, ſed ordine ſucceſſiuo, ſi teſtator copulatiuè filium, & nepotẽ inſtituat, Idq; procedere, non ſolũ in ijs, qui ſunt in poteſtate morientis, ſed etiam in
261 emancipatis, † *extra ſpeciem d. l. codicillis. 91. §. inſtituto ff. de leg. 2.* vtpote, cum etiã inter eos neceſſitatis, & affectionis ordo cadat, *vt diximus ſupra, n. 215.* imò procedere, etiam in ijs, qui sũt inſtituti a matre, vel ab auo materno,
262 † *vt ſcribunt Dec. conſ. 235. nu. 1. Ruin. conſ. 99. nu. 13. verſ. alia etiam ratione, vol. 2. Mãtic. (licet ſub dubio) d. lib. 4. tit. 8. nu. 12. Ceph. conſ. 407. nu. 33. Oſaſ. d. deciſ. 81. nu. 3. Pereg. de fideic. d. art. 17.*
263 *n. 12.* cum † etiã in eis militet eadẽ neceſſitatis ratio: nã, & ſi non poſſent olim, aut nullũ dicere, aut ipſo iure, vel per cõtra tabulas bonorum poſſeſſionem rũpere teſtamentũ, in quo
264 fuiſſent præteriti, cum non eſſent ſui † *§. vlt. Inſt. de exhær. liber. l. illud. 4. §. ad teſtamenta ff. de bon. poſſeſſ. contra tab.* hodiè tamen ex receptiore noſtrorum ſententia, quæ ſeruatur in
265 iudicijs, vtrumq; facere poſſunt † *§. aliud quoque capitulum, Auth. vt, cum de app. cogn. coll. 8. Auth. non licet C. de lib. præt. & ſcribunt Bart. in Auth. ex cauſa, nu. 12. & ibi Bald. num. 2. C. eod. Alex. in l. in ſuis. 11. nu. 12. ff. de lib. & poſt. Decia. conſ. 99. nu. 1. vol. 3. Mantic. de con. vlt. vol. lib. 4. tit. 8 num. 13. Craſſ. in §. teſtamentum q. 36. nu. 1. Surd. conſ. 393. nu. 18.* ideo etiam in ijs cẽſetur teſtator ad neceſſitatem reſpexiſſe, & nepotes ideo inſtituiſſe, ne pręmortuo filio, vel filia rumperent teſtamentum. *Ita ratiocinantur Dec. d. conſ. 235. num. 1. Ruin. d. conſ. 99. nu. 13. verſ. alia etiã ratione, Ceph. d. conſ. 407. n. 33. Mantic. d. lib. 4 tit. 8. n. 12. Oſaſ. d. deciſ. 81. n. 13.*

Faciliùs autem (ſecundum eos) pręd icta procederẽt, ſi nepotes tẽpore teſtamenti non eſſent nati, & teſtator, aut nominatim etiam
266 naſcituros inſtitueret, † *vt apud Bald. in d. §. quidã rectè, in prin. Corn. d. conſ. 231. num. 8. uol. 1. Craſſ. in d. §. inſtitutio, q. 20. nu. 7. Pereg. d. artic. 17. n. 11.* aut ſimpliciter nepotes, cũ nulli ad-
267 huc eſſent in rerũ natura; † Nam, quia nullã
268 ad nõ natos potuit habere affectionẽ, † *ut ſcribunt Dec. d. conſ. 252. n. 5. in fi. Soc. Iun. d. cõſ. 40. n. 2. uerſ. ſed, in caſu, uol. 4. Rub. in d. §. quidã rectè, n. 46. uerſ. poſſet tamen, & n. 48. uerſ. Itẽ, quia, & ibi Garz. n. 17. uerſ. rurſus,* ideo faciliùs creditur eos poſt patrem, & ſic ordine ſucceſſiuo vocaſſe. Et multo magis, ſi inſtitueret filium,
269 & eius liberos, aut deſcendentes: † Nam, quia non poſſent omnes tamquã vocari per nomẽ collectiuũ, quod continet plures perſonas, & plures gradus, vno, & eodem tẽpore reperiri, *ut conſiderant ij, quos retulimus ſupra num. 135.* ideo fit, vt cenſeantur vocati ſucceſſiuè ſecũdum naturam collectiuæ, *de qua diximus ſupra nu. 134. Ita in ſpecie declarant Dec. conſ. 384. nu. 2. uerſ. & pro fundamento, Craſſ. in d. §. Inſtitutio, q. 20. nu. 13. Pereg. d. artic. 17. n. 9. Gratia. cap. 774. diſcept. for. nu. 24. & cap. 788. num. 24. Tametſi contrarium Dec. d. conſ. 235. n. 3. & alij plerique; male cenſuerint:* Quemadmodum enim collectiuè vocati cẽſentur vocati ſucceſſiuè inter ſe, ita etiam debent cenſeri eodẽ modo vocati cũ patre, vt ęqualis fiat determinatio,

vt in ſimilibus terminis arguunt Soc. Sen. in d.§.
quidam rectè.num.11. & ibi Soc. Iun. num. 36.
verſ.vel 2.dici poteſt,Dura. de art. teſt. d. titul. 4.
caut.6.num.4. Mantic.d.lib.4.tit.8.num.28. Pe-
reg.d.artic. 17. num. 36. Denique (ſecundum
eos) multo faciliùs procederent, ſi ex aliqua
coniectura appareret, nepotes fuiſſe inſtitu-
tos contemplatione filij: Nam tunc deberēt
haud dubiè cenſeri vocati ordine ſucceſſiuo,
ne, quod filij fauore, & contemplatione fa-
270 ctum eſt, in eius odium redundet, † contra re-
gulam l.quod fauore 6. C.de legib. Ita poſt Tor-
nid.declarant Men.d.lib.4.præſ.70. num.5.verſ.
eſt itaq; , & Pereg.d.artic.17.num. 28.

Nec obſtat, quod etiamſi dicamus, eos eſ-
ſe ſimul vocatos, nihilominus idem reſpectu
filij reſultaret effectus, cum hæreditas con-
templatione patris delata filijs cēſeatur pro-
fectitia, & per conſequentias ipſimet patri
271 pleno iure acquiratur, † l.ſed,ſi plures 10. §.in
arrogato, verſ. ego etiam ff. de vulg. Qua ratione
Mantic.d.lib 4. tit. 8. num. 24. & ſeqq. & alij
pleriq; moti ſupradictam declarationem impro-
barunt, quia reſpondent, imò non eſſe inuti-
lem: Nam, quod dicimus, relicta filio con-
templatione patris, ipſimet patri acquiri, pro-
272 cedit, † quando in relicto non eſt patris per-
ſona comprehenſa, ſeu nominata, puta, quia
ſimpliciter ſit dictum, Inſtituo, vel ſubſtituo
filium Titij; Caeterùm, quando in ipſamet
diſpoſitione patris perſona nominatim eſt
comprehenſa, vt, cùm dictum eſt, Inſtituo,
vel ſubſtituo Titium, & eius filium, tunc filij
perſona non poteſt cenſeri contemplatione
patris adiecta ad hoc, vt illi acquirat, quia
hoc eſſet inutile, cum pater, tamquam voca-
tus per ſe totum ſibi poſſit acquirere, ſed cen-
ſetur adiecta, vt etiam poſt eum intelligatur
vocatus filius, & ſic vocatio non cenſeatur
ad illius perſonam reſtricta, ſed ad eius filiū
extendatur. Et ita prædictam declarationem
defendendo reſpondet Pereg. d.artic. 17. num.
28. prout etiam defendit Menoch. d. lib. 4. præſ.
70.num.5.verſ. Nec repugnat, licet alia ratione,
cuius (vti fatear) vim non intelligo.

Planè, ſi ex verbis, aut coniecturis conſtet
teſtatorem voluiſſe, nepotes ſimul cum filijs
vocare, fatentur omnes, ita eſſe admittendos,
273 licet inter eos neceſſitatis ordo cadat. † Ita
ſcribunt Alex.in d.§.quidam rectè,num.6. verſ.
Nec obſtat text. & ibi Galiau. num. 13. verſ. ſed
reſponde, Rub.num.35.verſ.4. Corn.d. conſ.321.
num.3.verſ.tamen,vol.3. Mantic.d.lib.4. titu.8.
num.7.verſ.2. & num.14. & 16.verſ.ex coniectu-
ris, Pereg.d.artic.17.num.13. Verba autem, &
coniecturæ, ex quibus talis voluntas dedu-
citur, variæ ſunt.

Primùm enim, ſi teſtator inſtituendo filiū,
& nepotem vtatur aliquo verbo denotante
ſimultaneam vocationem, puta, ſimul, vnà,
cum, æquè, æqualiter, viriliter, ſimiliter, ſicut,
communiter, & ſimilibus, dubium non erit,
quin cenſeatur eos ſimul, non ordine ſucceſ-
ſiuo vocaſſe, vt patet ex ijs, quæ diximus in 5.
caſu num. 148. & ſeqq.

Secundo verò, ſi in aliqua parte teſtamen-
ti nepotes appellet filij cohæredes, magis eſt,
vt cenſeatur eos coniunctim cum filio vo-
274 caſſe, † vt in ſpecie l.codicillis.91.§. inſtituto ff. de
leg.2. prout declarant omnes, quos retulimus ſu-
pra poſt num. 245.

Tertio. ſi dicat, inſtituo filium, & nepo-
tes hæredes, vt in d.l.codicillis.91.§. inſtituto ff.
de lig. 2. & l.qui filium 62. in prin. ff. de leg. 3.
quia vtitur plurali locutione, quę in vno tan-
275 tum verificari nequit † l.ubi numerus. 12. ff. de
teſtib. l vlt. ff.ad Treb.cap. pluralis locutio, de reg.
iur. in 6. ideo cenſetur omnes pariter vocaſſe
276 † Ita Soc. Iun.in d.§.quidam rectè,num.28.verſ.
hanc tamen, & conſ.171.num.4. verſ. ſed in caſu
noſtro, & num.6.verſ. in caſu tamen, vol. 2. Pe-
reg.d.artic.17.num.16. Tametſi Mantic. d. lib.4.
tit.8.num.15.verſ. ſed ego conſidero, contra ſen-
ſerit.

Quarto, ſi teſtator non reſpiciat ad neceſ-
ſitatem, magis eſt, vt nepotes ſimul cum filijs
277 cenſeatur inſtituiſſe; † Ita ſcribunt Corn. d.
conſ.321.num.3. verſ. tamen, vol. 3. Dec. d. conſ.
235.num.1.verſ. ſed tamen iſte intellectus, Decia.
d.conſ.1.num.225.vol.1. Men. d.lib.4.præſ. 70.
num.14. & 15. Exemplum ſit, ſi, cum plures
haberet nepotes, non inſtituerit omnes, ſed
vnum tantum, aut duos: Nam, quia teſtamē-
tum poteſt etiam ab alijs rumpi, ideo non
cenſetur ad neceſſitatem reſpexiſſe, eaq; ra-
tione talis vocatio cenſetur facta ſimul, non
278 ordine ſucceſſiuo, † vt ſcribunt Gomez d.tom.
1.varia.reſol.cap. 2. num. 4. verſ. 6. & finaliter,
Men.d.lib.4 præſ. 70.num.7. Idem eſt, &, ſi ne-
potes maſculos inſtituat: nam, quia etiam
fœminę poſſunt rumpere teſtamentum l.ma
ximum vitium.4.C.de lib. præter. §. ſed hæc qui-
dem, Inſt. de exh. liber. ideo, cum ita loquitur,
non cenſetur ad neceſſitatem reſpexiſſe, &
per conſequētias nepotes poſt filium vocaſ-
279 ſe, ſed cum eis ſimul, & coniunctim. † Ita
ſcribunt Corn.d.conſ.321.num.3.verſ. tamen,
vol.3. licet num.4. ſubijciat, ſe non audere ob hanc
ſolam rationem limitare communem interpreta-
tionem, Galiau.in d.§. quidam rectè, nu.18. verſ.
limita 3. & verſ. & idem eſſet, Men. d.lib.4. præſ.
70.num.8. Licet idem Corn.d.conſ.231. num.10.
verſ. Item non videtur, vol.1. & Mantic. d. lib.
4.tit.8.num.16. contrarium cenſuerint.

Quinto, ſi teſtator priùs inſtituat filium,
deinde alieni ſubſtituat filium, & nepotes,
quia validitati teſtamenti iam proſpexit per
inſtitutionem filij, ideo in ſubſtitutione non
cenſetur ad neceſſitatem reſpexiſſe; Quo fit,
vt nepotes non ordine ſucceſſiuo, ſed ſimul
280 cum filio vocari intelligantur. † Ita cenſuerūt
Dec.conſ.235.num. 1. verſ. ſed tamen iſte intelle-
ctus, Soc. Iun.in d.§.quidam rectè,num. 26. verſ.
ſed tuendo. Menoch. d.lib.4.præſ.70.num. 14. &
15. & Pereg.d.artic.17. num. 18.

Sexto, ſi teſtator inſtituat filium, & ex eo
nepotem, & vtrunq; fideicommiſſo grauet,
puta dicat, ſi deceſſerint ſine filijs, ſubſtituo
Titium, cenſebitur nepotem ſimul cum filio
vocaſſe, quia, niſi ita fieret interpretatio, non
poſſet Titius cenſeri in tota hæreditate ſub-
ſtitutus, cum alioquin ſubſtitutio, tamquam
ſimplex in omnibus bonis facta intelligatur.
281 † Ita ſcribunt Corn.d.conſ.231. num.4. volu. 3.
Galiau.in d.§.quidam rectè, num. 18. verſ. ſimi-
liter. Mantic d.lib.4.tit.8.num.16. verſic. ex con-
iecturis. Sed hæc coniectura meritò fuit ab
282 alijs improbata, † vti videre eſt apud Pereg. d.
artic.17.num.13. Menoch.d.lib.4.præſ. 70. num.
12. verſ. hæc conſideratio, quia, licet nepotes
intelli-

intelligantur vocati ſucceſſiuè, non tamen
fideicommiſſum eis iniunctum cenſetur fa-
ctum in parte hæreditatis, ſed in tota hære-
ditate, eo tamen caſu, quo hæreditas ad eos
peruenerit, vt *conſiderant Pereg. d. artic. 17.
num. 13. Menoch. d. lib. 4. præſ. 70. nu. 12. verſ.
hæc conſideratio*, & obſeruatur in omnibus
caſibus, in quibus onus imponitur ſubſtitutis,
*vt latè oſtendit Menoch. de præſ. d. lib. 4. præſ. 76.
num. 43.*

Octauus, & vltimus caſus eſt, quando di-
ſpares vocati ſunt per copulam, ſed ſumus in
caſibus, in quibus inter vocatos non cadit
ordo neceſſitatis, ſed tantum charitatis, & af-
fectionis naturalis, Et tunc ſimiliter quæſtio
eſt controuerſa, nunquid talis vocatio cen-
ſeatur facta ſimul, an verò potiùs ordine ſuc-
ceſſiuo: Nam plerique cenſuerunt intelligi
283 factam ordine ſucceſſiuo, † *Quæ fuit opinio
Bart. in d. §. quidam rectè, num. 4. verſ. Ego di-
cerem, & ibi Caſtr. num. 9. licet num. 10. ſubij-
ciat, rem eſſe dubiam, Corn. conſ. 47. num. 4. &
5. verſ. quia, quando, vol. 4. quam videri mul-
tum conformem naturali rationi, ſcripſit Soc. iun.
in d. §. quidam rectè, num. 33. verſ. & ex his
patet, licet ſubijciat, non eſſe recedendum à com-
muni, & eſſe ſuſtentabilem dixit Dec. conſ. 247.
num. 1. verſ. ſed tamen prædictis, & conforma-
ri cum veriſimili voluntate teſtatoris ſcripſit idem
Dec. conſ. 252. in fin. & in puncto iuris eſſe
multum probabilem ait Soc. Iun. conſ. 180. num.
52. vol. 2. & tamquam veram ſe ſemper eſſe ſe-
cutum profitetur idem Soc. Iun. conſ. 4. num. 1.
vol. 4.*

Mouentur autem, vt ita ſentiant, quia;
quemadmodum diſiunctiua ex præſumpta,
& veriſimili volũtate teſtatoris accipitur pro
284 coniuncta † *l. generaliter 6 in prin. C. de Inſtit.
& ſubſt. l. Lucius. 85. in prin. ff. de hæred. inſt.*
ita etiam è contrario copulatiua debet acci-
pi pro diſiuncta, ſi ex coniecturis colligamus
ita voluiſſe teſtatorem, *vt diximus ſupra nu.
236. & 251.* Atqui hoc ipſum colligimus,
quoties inter vocatos cadit ordo charitatis,
& affectionis, ſcilicet, quia ex tali ordine de-
ducimus coniecturam volũtatis, quaſi teſta-
tor voluerit, eodem ordine eos vocare, quo
ſibi fuiſſent ab inteſtato ſucceſſuri, *vt oſten-
dimus ſupra num.* 80. Ergo ex hac coniectu-
ra voluntatis copulatiua debet accipi pro di-
ſiuncta, & per conſequentias operari, vt,
quemadmodum vocatio cenſeretur ordine
ſucceſſiuo facta, ſi teſtator diſiunctiuè locu-
tus eſſet, *vt oſtendimus ſupra num.* 141. ita
etiam debeat cenſeri facta eodem ordine, li-
cet copulatiuè ſit locutus. *Ita arguit Bart. in
d. §. quidam rectè, num. 4. verſ. ego dicerem.*

Sed hoc non obſtante cœteri frequentiùs
contrariam ſunt amplexi ſententiam, & cen-
ſuerunt, vocationem non intelligi factam
ordine ſucceſſiuo, ſed ſimul, & coniunctim,
licet inter vocatos cadat ordo charitatis, &
affectionis, ſi ſimus in caſibus, in quibus, aut
reſpectu perſonarum, aut reſpectu ipſius di-
285 ſpoſitionis ceſſet neceſſitas. † *Ita enim genera-
liter loquentes cenſuerunt Bald. in d. §. quidam
rectè, num. 3. verſ. ſed non credo, & verſ. Inter-
dum teſtator, vbi ait, hanc eſſe ipſam veritatem.
& ibi Ang. num. 4. verſ. ſi autem, Imol. num.
20. verſ. ſecus, ſi ordo, & num. 21. Alex. nu. 6.
verſ. vbi autem, Soc. Sen. num. 8. verſ. & licet, vbi
ait, licet opinio Bart. poſſit in puncto iuris ſuſti-
neri, tamen iudicando, & conſulendo, non eſſe
recedendum à communi, Galeat. nume. 20.
Garz. num. 50. verſ. ſed omnes, Alcia num.
50. verſ. Breuiter, Corn. conſil. 321. num. 2. vol.
3. & conſ. 17. num. 2. verſ. Eſt autem alia, &
num. 3. vbi ait non eſſe ab hac opinione receden-
dum, & conſ. 159. num. 5. vol. 4. Alex. conſil.
129. num. 7. vol. 5. Ioan. Bap. à S. Seuer. inter
conſ. Alex. conſ. 14 num. 2. vol. 4. Soc. Sen. conſ.
113. num. 1. vol. 1. & conſ. 51. num. 23. vol. 4.
Dec. conſ. 95. num. 2. & 4. verſ. Præterea, vbi
ait contra Bart. communiter teneri, & conſ. 235.
num. 3. verſ. ſed illa opinio, Curt. Iun. conſ. 128.
num. 1. verſ. aut vero volumus, Decia. conſ. 55.
num. 22. verſ. Nulla ergo, vol. 3. Oſaſ decis. 81.
num. 3. & 18. verſ. Non repugnat, Couar. in
d. cap. Raynutius §. 2. num. 2. Craſs. in d. §. in-
ſtitutio, q. 20. num. 3. vbi teſtatur, hanc eſſe com-
munem, Molin. de primog. Hiſp. lib. 1. cap. 6.
num. 4. Mantic. d. lib. 4 tit. 8. num. 12. Seraph.
decis. 409. num. 1. & decis. 934. num. 2. Gratia.
cap. 70. diſcep. for. num. 22.* Mouentur autem

Primo ex *cap. Raynutius, 16. extra de teſta.*
286 vbi, † cum teſtator Adictæ filiæ ſuæ impube-
ti ſororem eius Altrocham, & ſobolem,
quam geſtabat in vtero, ſubſtituiſſet, ſi abſ-
que liberis moreretur, & fideicommiſſi con-
ditio poſtmodum extitiſſet, pronuntiauit iu-
dex, bona defuncti eſſe reſtituenda Altero-
chæ, & eius filio, & ſic ſuppoſuit, filium fuiſ-
ſe vocatum ſimul cum matre, non poſt eam,
quia alioqnin non debuiſſet erga vtrunque
reum condemnare, ſed tantum erga ma-
trem; Vnde, quia S. P. ibi ſententiam iudi-
cis confirmauit, ex hoc intelligimus, ma-
trem, & filium copulatiuè vocatos non cen-
ſeri vocatos ordine ſucceſſiuo, ſed ſimul, &
coniunctim.

Nec obſtat, ſi dicatur, controuerſiam ibi
non fuiſſe ſuper qualitate vocationis, ſed
ſuper detractionibus, quæ de fideicommiſſo
erant faciendæ, ideoque iudicem non ha-
buiſſe rationem huius rei, ſed ſuppoſita ſi-
multanea vocatione, id tantum decidiſſe,
287 quod erat in controuerſia, † *Quomodo poſſe
reſponderi ſupponunt Soc. Sen. in d. §. quidam
rectè, num. 8. verſ. ſed defendendo, & ibi Iaſ. nu.
24. verſ. Tu tamen aduerte, Soc. Iun. num. 33.
verſ. ſed ad iſta iura, Menoch. d. lib. 4. præſ. 70.
num.* 18. quia, licet principaliter de hoc non
diſputaretur, fuit tamen ſuppoſitum pro in-
dubitato, quia alioquin, ſi filius non fuiſſet
ſimul cum matre vocatus, egiſſet ſine actio-
ne, & per conſequentias ſententia, quatenus
cõdemnauit reum ad reſtitutionem, etiam ei
faciendam, fuiſſet nulla, eaque ratione non
potuiſſet à S. P. confirmari; Vnde, cum fue-
rit confirmata, tamquam iuſta, apparet S. P.
non dubitaſſe, quin filius ſimul cum matre
288 debuerit cenſeri vocatus; † *vt rectè animad-
uerterunt Galeat. in d. §. quidam rectè, num.
20. verſ. Nec obſtat, & ibi Rub. num. 45. verſic.
ſed aduerte, Garz. num. 50. verſ. Iſta reſpon-
ſio.*

Minus obſtat, ſi dicatur, matrem, quæ vi-
debatur grauata filio ſuo reſtituere propter
vocationem ſucceſſiuam, cenſeri ſaltem di-
midiam ante tempus ei reſtituiſſe, eo ipſo,
quod

289 quod paſſa eſt, filium vnà ſecum agere, † *vt*
reſpondet Soc. Sen. in d. §. quidam rectè, num.8.
verſ. ſed pro reſponſione, quia præter id, quod
commentitium eſt dicere, matrem cenſeri
grauatam filio ſuo reſtituere, cum ordo ſuc-
ceſſiuus regulariter intelligatur per vulgarē,
non per fideicommiſſariam, *vt tradunt om-*
nes in d. §. quidam rectè, conſtat etiam alia ra-
tione non poſſe hanc reſpōſionem ſuſtineri;
290 † Nam dato etiam, quod fuiſſet grauata reſti-
tuere filio ſuo, debuiſſet reſtitutionem, aut
verbo facere, aut interpoſita ceſſione, *vt ani-*
maduertit Rub. in d. §. quidam rectè, num. 45.
verſ. Sed iſta conſideratio, & præterea non po-
tuiſſet facere reſtitutionem pro parte, cum
fideicommiſſa, tamquam ex voluntate teſta-
toris indiuidua non poſſint exemplo legato-
rum pro parte tantum habere locum *l. nemi-*
nem.4.ff. de leg. 2.

Minus obſtat, ſi dicatur, matrem ibi eo
ipſo, quod ſimul egit cum filio, videri pro
veris admiſiſſe, quæcunque in libello conti-
nebantur, & per conſequentias, filium ſimul
cum ipſa fuiſſe vocatum, ideoque iudicem
291 non debuiſſe vlterius inquirere, † *vt reſpondet*
idem Soc. Sen. in d. §. quidam rectè, num. 8. verſ.
& adde, quia talis confeſſio fuiſſet erronea,
ſi verum eſſet, filium copulatiuè cum matre
inſtitutum cenſeri vocatum ordine ſucceſſi-
uo, ideoque tamquam continens errorem iu-
ris, non potuiſſet ſuſtineri, & à S.P. cōfirmari
292 † *l. ornamentorum. 39. ff. de aur. & arg. leg.*
Corn. conſ. 186. num. 6. volum. 3. Et in propo-
ſito conſiderant Galiau. in d. §. quidam rectè,
num. 20. verſ. Nec etiam obſtat, & ibi Rub. nu.
45. verſ. Sed iſte ſecundus.

Denique non obſtat, ſi dicatur, ideò voca-
tionem ibi cenſeri factam ſimul, quia teſta-
tor dixerat, ſe velle, vt vterque impuberi
ſuccederet, quæ res non potuiſſet habere effe-
ctum, ſi vocatio intelligeretur facta ſucceſ-
ſiuè, quia filius non impuberi, ſed matri ſuc-
293 ceſsiſſet, † *vt reſpondendo declarat Garz. in*
d. §. quidam rectè, num. 51. & 71. verſ. ego ſu-
pertus, quia, ſi S. P. retulit (vt moris eſt) facti
ſpeciem cum verbis teſtamenti congruētem,
294 verius eſt, † teſtatorem copulatiuè matrem,
& filium ſubſtituiſſe, cum dicat S. P. eum
adieciſſe, *vt Alterocha, & ſoboles, quam geſta-*
bat in vtero, eidem impuberi ſuccederent, ſi abſ-
que liberis moreretur. Itaque non poſſumus
ſine commento dicere, teſtatorem ita ſubſti-
tutionem concepiſſe, vt per eam deberet vter-
que impuberi filiæ ſuccedere.

Secundo mouentur *ex cap. Raynaldus. 18.*
295 *eod. tit.* vbi, † cum teſtator dimidiam bono-
rum ſuorum partem legaſſet vni ex patruis
ſuis, & eius filijs, ſupponit S. P. patruum non
fuiſſe conſecutum totum legatum, ſed tan-
tum eius partem, & aliam ad ipſius filios per-
tinuiſſe, vt apparet ex illis verbis, *in portione,*
quam patruus habebat in illis bonis. Ergo, &
hic habet in confeſſo, filios copulatiuè cum
patre vocatos, non poſt eum, & ſic ordine
ſucceſsiuo, ſed cum eo ſimul, & coniunctim
eſſe admittendos.

Nec eſt, quod reſpondeas S. P. non refer-
re verba teſtamenti, ſed eius tantum ſenten-
tiam ad id, quod erat in controuerſia perti-
296 nentem, cum dicat, † teſtatorem legaſſe pa-
truo, & eius filijs, ſed non explicet, quibus
verbis tale legatum conceperit, ideoque non
eſſe in eius dictis vim aliquam faciendam, *vt*
reſpondet Garz. in d. §. quidam rectè, num. 51.
verſ. Item poteſt, & poſt eum Soc. Iun. ibi, nu.
33. verſ. poſſet etiam, quia, cum (vt ſupra di-
ctum eſt) ſoleant Summ. Pont. exemplo
veterum iuriſconſultorum ex verbis teſtato-
rum facti ſpeciem deducere, veriſimile non
eſt, aliter fuiſſe concepta verba, quam, quo-
modo retulit S. P.

Tertio mouentur, quia, cum in hac ſpe-
cie ceſſet cauſa, quæ præſumptionem indu-
cit ſucceſſiuæ vocationis, nempè neceſsitas,
vt patet ex ijs, quæ diximus ſupra num. 237.
& ſeqq. Conſequens eſt, vt non poſsimus à
propria vi copulæ recedere, *ſecundum ea, quæ*
diximus ſupra num. 227. Et ita arguunt Dec. d.
conſ. 235. num. 3. verſ. Nec in iſto caſu. Soc. Iun.
in d. §. quidam rectè, num. 32. verſ. & præcipuè,
& num. 33. verſ. in dubio, & d. conſ. 40. num. 2.
vol. 4. Mantic. d. lib. 4. tit. 8. num. 19. verſ. Huius
autem, Pereg. d. artic. 17. num. 20. verſ. contra
verò. Quamobrem dicimus, ad hoc, vt voca-
tio cenſeatur ordine ſucceſsiuo facta, duo
copulatiuè requiri, ſcilicet, vt adſit neceſsi-
tas, & inter perſonas vocatas ordo charita-
297 tis, & affectionis conſiderari poſsit, † *vti vi-*
dere eſt apud Decia. d. conſ. 55. num. 22. vol. 3.
Et ſimili ratione dicimus, copulam poſitam
inter eos, inter quos naturalis affectionis, et
charitatis, non etiam neceſsitatis ordo cadit,
non reſolui in diſiunctam, ſed propriam vim,
atque naturā retinere, et ordinem nō induce-
298 re ſucceſsiuum; † *Ita Corn. conſ. 229. num. 6.*
verſ. Item, ſi quis fratrem, vol. 3. Huius rei
multa poſſunt exempla afferri.

Primùm in deſcendentibus teſtatoris legi-
timis, et naturalibus, quos alioquin ipſe te-
netur inſtituere: Nam, ſi diſpoſitio in eos col-
lata non ſit neceſſaria, ſed voluntaria, puta,
quia teſtator leget, aut per fideicommiſſum,
vel vniuerſale, vel particulare relinquat fi-
lio, et nepoti, licet inter eos conſiderari poſ-
ſit ordo charitatis, et affectionis, non tamen
cenſebitur eos gradatim, et ordine ſucceſsi-
299 uo vocaſſe, ſed ſimul, et coniunctim, † *d. cap.*
Raynutius 16. extr. de teſta. Et in ſpecie ſcribunt
Bart. in d. § quidam rectè, nu. 4. verſ. ſecundum
hoc, & ibi Bald. num. 3. verſ. vnde in legatis,
Imol. num. 20. verſ. ſecus, ſi ordo, Alex. num. 6.
verſ. vbi autem non ſubeſſet, Galiau. num. 17.
Soc. Iun. num. 26. verſ. ſed tuendo, Gomez. tom.
1. variar. reſol. cap. 2. num. 4. verſ. 4. infero,
Oſaſ. d. deciſ. 81. num. 18. verſ. Non repugnat, &
in fin. Mantic. de coniect. vlt. volunt. d. lib. 4. tit.
8. nu. 8 Pereg. d. artic. 17. num. 6. Menoch. de
præſ. d. lib. 4. præſ. 70. num. 5. verſ. Illam mi-
norem, & verſ. Illa vero minor, & num. 6. quia
300 † ceſſat in hoc caſu ratio neceſsitatis, quæ ſo-
la præſumptionem inducit ſucceſsiuæ voca-
tionis: Pater enim, qui legat filio, et nepoti,
non cēſetur id facere ex cauſa neceſſaria, ſed
ex voluntaria, quia non, vt inſtituere, ita et
legare cogitur, *vt in his terminis conſiderant*
Bald. in d. §. quidam rectè, num. 3. verſ. Vnde
in legatis, & ibi Alex. num. 6. verſ. vbi autem
non ſubeſſet, Garz. num. 3. Soc. Iun. num. 26.
verſ. ſed tuendo, Corn. conſ. 47. num. 5. vol. 4.
Gomez. d. tom. 1. cap. 2. num. 4. verſ. 4. infero,
Pereg.

Digitized by Google

Pereg. d. artic. 17. num. 6. Menoch. d. lib. 4. præſ. 70. num. 6. & forma, quæ requiritur ad ſuſtinendum teſtamentum, non conſiſtit in legãdo, ſed in inſtituendo, vel exhæredando l. inter cœtera. 30. ff. de lib. & poſthum. tit. Inſt. de exher. lib. in prin. adeo, vt, licet legatum, vel fideicommiſſum ſit relictum, non tamen ſuſtineatur teſtamentum, niſi filius, aut eo pręmoriente nepos in aliqua re fuerit inſtitutus l. ita tamen. 27. §. qui rogatus, ff. ad Treb. §. aliud quoque capitulum, verſ. ſancimus, Auth. vt, cum de app. cogn. coll. 8. Quamobrem dicimus, legitimam eſſe relinquendam titulo inſtitutionis, vt oſtendemus in 7. cap. q. 11. num. 4.

Secundum exemplum afferri poteſt in deſcendentibus teſtatoris non legitimis: Nam, quia eorum reſpectu ceſſat neceſſitas, cum pater non teneatur eos inſtituere l. fin. C. de nat. lib. ideo, ſi copulatiuè inſtituat, aut ſubſtituat filium, & ex eo nepotem, licet inter eos cadat naturalis charitatis, & affectionis
301 ordo † vt ſcribit Iaſ. in d. §. quidam rectè, num. 22. cum natura nullum conſtituat diſcrimen
302 inter naturales, & legitimos † §. liceat igitur, Auth. quib. mod. nat. eff. legit. coll. 6. §. illud, verſ. Non enim, Auth. quib. mod. nat. eff. ſui coll. 7. quia tamen non tenetur eos inſtituere d. l. fin. C. de nat. lib. & ſic inter eos non cadit ordo neceſſitatis, ideo non cenſetur eos vocaſſe gradatim, & ordine ſucceſſiuo, ſed ſi-
303 mul, & coniunctim, † Ita ſcribunt Bald. in d. §. quidam rectè, num. 3. verſ. Item facit, Et ibi Ang. num. 4. verſ. ſi autem, Imol. num. 21. Iaſ. num. 22. iuncto num. 24. Galiau. num. 20. verſ. vnde, ſi inſtituo, Corn. d. conſ. 231. num. 10. vol. 1. Craſſ. in d. §. Inſtitutio q. 20. num. 3. Pereg. d. artic. 17. num. 17.

Tertium exemplum ſit, ſi teſtator inſtituat, aut ſubſtituat fratrem, & eius filios: Nam, licet vocet perſonas, inter quas ordinata cadit affectio, & charitas, tamen, quia inter eos non cadit ordo neceſſitatis, cum frater non teneatur fratrem, aut eius filios hæredes in-
304 ſtituere † l. fratres. 21. & l. fratres. 27. C. de inoff. teſta. §. ſoror, Inſt. eod. & in propoſito declarant, Corn d. conſ. 47. num. 4 Verſ. ideo, cum in caſu, volum. 4. Dec. conſil. 290. num. 2. ideo non cenſetur vocare filios poſt patrem, & ſic ordine ſucceſſiuo, ſed ſimul, & coniunctim.
305 † Ita ſcribunt Bald. in d. §. quidam rectè, num. 3. verſ. ſecundum iſtam glo. & ibi Imol. num. 21. Iaſ. num. 24. ubi teſtatur, hanc eſſe veram, & magis communem, & approbatam conclusionem, Galiau. num. 20 verſ. vnde, ſi inſtituo, Rub. nu. 45. & 46. verſ. & ideo tenenda, Garz num. 50. verſ. ſed omnes, Bald. in l. vlt. num. 10. verſic. & facit C. de impub. & al. ſubſt. Ioan. Bapt. a S. Seuer. inter conſ. Alex. conſ. 14. num. 2. vol. 4. Iaſ. conſ. 206. num. 2. vol. 2. ubi ſimiliter ait, hanc eſſe communem, & veram concluſionem Dd. Soc. Sen. conſ. 113. num. 1. verſ. aliquando teſtator, volum. 1. & conſ. 51. num. 14. vol. 4. Corn. conſ. 229. num. 6. verſ. Item, ſi quis fratrem, & conſ. 321. num. 2. vol. 3. Dec. conſ. 95. num. 4. verſ. præterea, conſ. 247. num. 1. verſ. ſed tamen prædictis, conſ. 252. num. 1. & 3. vbi ait, Bart. opinionem communiter reprobari, & conſ. 290. num. 2. Ruin. conſ. 168. num. 9. vbi teſtatur, hanc eſſe communem, & num. 18. vol. 2. conſ. 158. num. 9. verſ. ſicut videmus, & conſ. 174. num. 9. verſ. & hæc omnia, vol. 3. Soc. Iun. conſ. 180. nu. 2. volum. 2. Duran. de art. teſtan. tit 4. caut. 6. num. 1. Clar. in d. §. teſtamentum q. 80. num. 2. vbi teſtatur, hanc concluſionem magis communiter teneri, Gomez. d. tom. 1. variar. reſol. cap. 2. num. 4. verſ. 1. infero, Decia conſ. 1. num. 212. & 213. verſ. quod fortè ſecus, vol. 1. Mantic. de coniect. ult. volunt. d. lib. 4. tit. 8. num. 19. verſ. ſed contrariam, Molin. de primog. Hiſp. lib. 1. cap. 6. num. 4. Craſſ. in d. § inſtitutio q. 20. num. 3. Pereg. d. artic. 17. num. 20. verſ. contra vero, Menoch. de præſ. d. lib. 4. præſ. 18. num. 15. verſ. tertius eſt caſus, Seraph. d deciſ. 409. nu. 1. Scben. conſil. 1. num. 5. uol. 1. Gratia. d. cap. 70. diſcep. for. num. 20. & 21. Quamobrem, habebit frater dimidiam, eius vero filij aliam dimidiã,
306 † vt declarant Dec. d. conſ. 252 num. 3. verſ. & ſecundum, Couar. in d. cap. Raynutius. §. 2. num. 1. Pereg. d. artic. 17. num. 20 uerſ. contra uerò, & procedent ea, quæ diximus ſupra num. 115. & ſeqq. Idem eſt, &, ſi teſtator vocet patruũ,
307 & eius filios, † d. cap. Raynaldus. 18. extra de teſtam. & ſcribunt Imol. in d. §. quidam rectè, num. 23. & ibi Garz. num. 50. verſ. ſed omnes,
308 vel nepotem ex fratre, & eius filios, † ut apud Alex. conſ. 13. num. 5. & 8. uol. 4 & ibi Io. Bapt à S. Seuer. in conſ. ſeq. num. 10. uerſ. quinta, Dec. conſ. 290. num. 1.

Quartum ſit exẽplum, ſi teſtator inſtituat, aut ſubſtituat duos, aut plures ab inteſtato ſucceſſuros, ſed poſitos in diuerſis ſuccedendi gradibus: nam ſufficit inter eos non cadere neceſſitatis ordinem, vt pariter vocati in-
309 telligantur. † Quamobrem, ſi maritus inſtituat filium, & vxorem, talis inſtitutio cenſebitur facta coniunctim, non ordine ſucceſ-
310 ſiuo † l. cum pater 79. in prin. & l. fin. in prin. ff. de leg. 2. l. vxorem. 39. in prin. & §. teſtamento. ff. de leg. 3. l filium. 21. in prin ff. de opt. lega. & ſcribunt Alcia in d. § quidam rectè num 51. verſ. Moueor primo, Pereg. de fideic. artic. 17. num. 19. Quemadmodum, &, ſi contra vxor
311 inſtituat filium, & maritum, † vt ait Pereg. ibi, Idem eſt, &, ſi quis inſtituat filium, & patrem,
312 aut matrem † l. libertis. 18. §. poſthumus. ff. de alim. lega. vel filium, & nepotes ex fratre, vel
313 ſorore † l. Sextiliam. 31. ff. de leg. 3. ſeu filias ſuas, & filias fratrum, & ſororum, vt apud Corn. conſ. 159. num. 5. vol. 4. vel matrem, &
314 auunculum † l. pen. in prin. ff. ad Treb. Vel ma-
315 trem, & vxorem † l. codicillis. 91. §. matre. ff. de leg. 2.

Quintum exemplum ſit, in pupillari à patre facta: nam, licet teſtator impuberi filio ſubſtituat alios ſuperſtites, & eorum filios, tamen, quia in ea ceſſat neceſſitas, ſiue ſpectemus patrem, qui verus eſt teſtator, cum poſ-
316 ſit, quem velit ſubſtituere † l. Papinianus. 8. §. ſed neque impuberi. ff. de inoff. cap. ſi pater in fin. de teſtam. in 6. ſiue ſpectemus teſtatorem fictum, nempe filium, qui perindè habetur, ac, ſi ipſe ſibi feciſſet teſtamentum, cum ſit tranſuerſalis, qui non cogitur fratres hęredes inſtituere, ut diximus ſupra num. 304. ideo fit, vt filij filiorum cenſeantur ſimul cum patribus ſubſtituti, non etiam ordine ſucceſsiuo
317 † d. cap. Raynutius, & ſcribunt Corn. d. conſil. 231. nu. 14. uerſ. Nec etiam obſtat, uol. 1. Soc. Iun. in d. §. quidam rectè, num. 26. uerſ. ſed tuendo,

Neque obſtat Bartoli argumentum ductũ

à di-

a diſiunctiua ad coniunctiuam, quia reſpon-
dent, argumentum poſſe quidem duci a re
clara ad rem dubiam, ſed non e contra. Con-
iunctiuam autem eſſe claram, &, quoad ver-
ba, &, quoad mentem, diſiunctiuam verò, li-
cet ſit clara, quoad verba, eſſe tamẽ dubiam,
quoad mentem *l. ſi is, qui ducenta.* 14. §. *Item, ſi*
paterf.s. verſ. non ſatis ff. de reb. dub. ideoque a
diſiunctiua ad coniunctiuam non poſſe duci
318 argumentum. † *Ita reſpondet Salomo. in d. §.*
quidam rectè, num. 47. & 48. Quamobrem, li-
cet diſiunctiua ex veriſimili mente loquen-
tis facilè poſſit in coniunctiuam reſolui, non
tamen ita facilè reſolui poteſt coniunctiua
in diſiunctiuam, niſi qua ſubſit vrgens, & ne-
ceſſaria conuerſionis faciendæ ratio, *vt dixi-*
mus ſupra num. 215. *verſ.* 3. Itaq; diſiunctiua
reſoluitur in coniunctiuam, ſiue ponatur in-
ter perſonas, *vt diximus in hoc cap. q.* 16. *nu.* 14.
ſiue ponatur inter conditiones negatiuas,
319 † *vt in d. l. generaliter.* 6. *in prin. C. de inſtit. &*
ſubſtit. & d. l. Lucius. 85. *ff. de hered. inſt. Et in ſpe-*
cie declarant Aleta in d. §. quidam rectè, nu. 49.
verſ. primo, Coru. d. conſ. 159. *num.* 5. *verſ. Nec*
in dicta, volu. 4. quod talis videatur eſſe mens
teſtatoris, qui eas adiecit, vt ſcilicet omnia in
conditionibus cõtenta excludant ſubſtitutũ,
320 † *ſicuti declarant Soc. Iun. in d. §. quidam rectè,*
num. 33. *verſ. Igitur* 3. & *Mantic. de conie. vltim.*
vol. d. lib 4. *tit.* 8. *num.* 21. *verſ. reſpondet etiam,*
321 quia † qui ita loquitur, ſi Titius hæres non
erit, aut ſine liberis deceſſerit, non ſolum Ti-
tium præfert ſubſtituto, ſed etiã eius liberos,
d. l. Lucius. 85. *verſ. Nam prudens ff. de hered.*
inſt. & in ſpecie declarant Alex. in d. §. quidam
rectè, num. 6. *verſ. Item mens, Coru. d. conſ.* 159.
num. 6. *uol* 4. *Mantic. d. lib* 4. *tit.* 8. *nu.* 21. *verſic.*
Item ſubait. Nec ſolum vult eum excludi, ſi
Titius adierit, ſed etiam, ſi non adierit, dum-
modo filios reliquerit, aut aliquid eorum fe-
cerit, quæ in conditione continentur *d. l. gene-*
raliter. At coniunctiua non reſoluitur in di-
ſiunctiuam, ſiue ponatur inter perſonas, ſiue
inter negatiuas conditiones. Hinc intelligi-
mus, non poſſe a diſpoſitione *d. l. generaliter,*
& *d. l. Lucius* ad propoſitam quæſtionem pro-
babile duci argumentum, quod etiam patet
322 ex eo, quia prædicta diſpoſitio † locum habet
etiam in extraneis *d. l. generaliter* 6. *in prin.* in
quibus tamen certum eſt, coniunctam non
reſolui in diſiunctam, etiamſi ponatur inter
patrem, & filium, *ut diximus ſupra num.* 113.
Et in propoſito conſiderant Alex. in d. §. quidam
rectè, nu. 6. *uerſ. vel aliter, & ibi Iaſ. num.* 24. *uerſ.*
Tu tamen aduerte, Mantic. d. lib 4 *tit.* 8. *num.* 21.
Deniq; intelligimus, non ideo diſiunctam in
coniunctam reſolui in ſpecie *d. l. generaliter,*
quod hoc ſuggerat affectio teſtatoris, ne alio
quin extranei præferantur eius deſcẽdẽtibus,
323 † *ut putarunt Imol. in d. §. quidam rectè, nu.* 17.
uerſ. Non obſtat ratio, Alex. conſ. 13. *num.* 8.
uerſ. & non obſtat, uol. 4. quia, cum illa diſpoſi-
tio procedat etiam in extraneis, non poteſt
haud dubiè conuerſionis ratio duci a præ-
ſumpta affectione, quam teſtator habeat er-
324 ga ſuos deſcendentes, † *ut animaduerterunt*
Alex. in d. §. quidam rectè, num. 6. *uerſ. Ad l. gene-*
raliter, & ibi Rub. num. 39. *uerſ. ſed hæc ſolutio,*
Corn. d. conſ. 159 *num.* 5. *uerſ. Imol. autem uol.* 4.
ſed potiùs a natura conditionum, quæ ne-
gatiuè concipiuntur, vt dictum eſt.

Nec eſt, quod reſpondeas, teſtatoris affe-
ctionem ibi colligi ex verbis teſtatoris, qui nõ
ſolum Titium, ſed etiã eius filios nominarat,
325 † *vt reſpondent Soc. Sen. in d. §. quidam rectè nu.*
8 *verſ. ſed ſuſtinendo, & ibi Iaſ. num.* 24. *verſ.*
Tu tamen aduerte, & verſ. Præterea, Galiau. nu.
21. *Soc. Iun. num.* 29. *verſ. Nec quicquam,*
326 quia, cum † inter conditiones ſubſtitutum ex-
cludentes ita connumeretur illa, ſi nuptias
non contraxerit, vel, ſi teſtamentũ non con-
diderit, vt illa, ſi ſine liberis deceſſerit, & in
prioribus non poſſit reſpectu rerum, quæ in
conditione continentur, aliqua teſtatoris af-
fectio conſiderari, Conſequens eſt, vt, nec
conſiderari poſſit in poſteriore. Quamobrem
verius eſt, excluſionem trahi à nuda mente
teſtatoris, qui plures adiecit conditiones, ta-
metſi diſiunctiuè, ad hoc, vt cuiuſlibet defi-
cientia ſubſtitutum ab hæreditate exclude-
ret. Et ſanè negatiuæ conditiones diſiuncti-
327 uè poſitæ, † & coniunctiuam, & diſiun-
ctiuam vim habere intelliguntur, coniun-
ctiuam, vt ſubſtitutus admittatur, diſiuncti-
uam verò, vt excludatur: Nam ita demum
admittitur, ſi vtraque conditio purificetur,
quod, ſi alterutra deficiat, non poteſt non
cenſeri excluſus. *l. ſi is, qui ducenta* 14. §. *vtrũ*
ff. de reb. dub.

Planè, ſi ex verbis, aut coniecturis appa-
reat, teſtatorem voluiſſe filios non admitti
ſimul cum patre, ſed ordine tantum ſucceſ-
ſiuo, fatentur omnes, ita eos debere admitti,
328 licet neceſſitatis ordo ceſſet. † *Ita enim ſcri-*
bunt Imol. in d. § quidam rectè, num. 10. *verſic.*
& hoc intellige, Ioan. Bapt. a S. Seuer. inter conſ.
Alex. d. conſ. 14. *num.* 10. *verſ. Quinta, vol.* 4.
Dec. conſ. 290. *num.* 1. *Pereg. de fideic. d. artic.*
17. *num.* 29.

Primùm enim, ſi teſtator inſtituendo, aut
ſubſtituendo expreſſerit aliqua verba ſucceſ-
ſiuam vocationem denotantia, puta dixerit,
Inſtituo, vel ſubſtituo fratrem, & ſucceſſiuè,
vel, gradatim, vel, deindè, vel, poſt eum,
vel, eo non extante, non exiſtente, ſeu præ-
mortuo, eius filios, aut ſimili ſit vſus loquẽ-
di genere, magis eſt, vt filij non ſimul cum
patre, ſed poſt eum vocati intelligantur, *vt*
patet ex ijs, quæ diximus in 6. *caſu, num.* 185. &
ſeqq.

Secundo verò, ſi teſtator inſtituat fratrem
hæredem vniuerſalem, deindè ſubijciat, &
eius filios, vel etiam ſimpliciter inſtituat fra-
trem hæredem, & eius filios, quoniam illud
verbum, hęredem, tamquam ſingulari nume-
ro prolatum, non poteſt eodem tempore ad
plures adaptari, ideo creditur, ſolum fratrem
primo gradu hæredem inſtituiſſe, filios verò
ſecundo gradu, & ſic vulgariter ſubſtituiſſe.
329 † *Ita enim de prima ſpecie ſcripſerunt Dec. conſ.*
204. *num.* 2. *verſ. prima, & num.* 3. *verſ. ex qui-*
bus, Pereg. d. artic. 17. *num.* 27. *Menoch. d. lib.* 4.
præſ. 70. *num.* 33. *De ſecunda vero Oſaſc. d. deciſ.*
81. *num.* 11.

Tertio, ſi conſtet ex aliqua coniectura fi-
lios fuiſſe inſtitutos contemplatione patris,
fatentur, eos non ſimul, ſed ordine ſucceſſi-
330 uo vocatos cenſeri, † per ea, quę diximus *ſupra*
nu. 270. & *ſeqq.* quę in his etiã terminis proce-
dunt, *vt videre eſt apud Pereg. d. artic.* 17. *nu.* 28.

Quarto,

Quarto, ſi teſtator poſtea, quam inſtituit
fratrem, & eius filios, aliquem ſubſtituat
fratri, ſi ſine liberis deceſſerit, quia talis ſub-
ſtitutio cenſetur facta in tota hæreditate, &
talis eſſe non poſſet, ſi filij ſimul cum patre
vocati intelligerentur, cum ſtatim eſſent ha-
bituri ſuam dimidiam, quæ poſtea non ve-
niret in fideicommiſſi reſtitutionem, etiamſi
poſt aditam viuo patre decederent, quod ſub-
ſtitutio, non ipſis filijs, ſed eorum tantũ pa-
tri facta fuerit, ideo ex hoc colligimus, men-
tem teſtatoris fuiſſe, vt filij non ſimul cum pa
tre, ſed poſt eum, & ſic ordine ſucceſſiuo ad-
331 mitterentur. † *Ita cenſuit Soc. Iun. d. conſ. 40. num. 4. verſ. 3. & num ſeqq. vol. 4.*

Quinto, ſi teſtator inſtituat Titium, Caiũ,
& Sempronium fratres ſuos, & eorum filios,
deindè hæreditatem diuidat in tres partes, &
ſic pro numero fratrum, nulla filiorum habi-
ta ratione, quia hoc modo declarat, ſe primo
gradu tres tantum hæredes inſtituiſſe, ideo
ex hoc colligimus, eius mentem fuiſſe, vt fi-
lij nõ facerent partem cum patribus, ſed poſt
332 eos vocati intelligerentur. † *Ita conſuluit Dec. d. conſ. 290. num. 1. quem ſequitur Pereg. d. artic. 17. num. 29.*

Sexto, ſi ſubiecta materia ſimultaneam nõ
patiatur vocationem, vt, quia tractetur de
primogenitura, quæ non, niſi in vnum tran-
ſire poteſt, magis eſt, vt fratris, & filiorum
vocatio, non ſimul, ſed ordine ſucceſſiuo fa-
333 cta intelligatur. † *ſicuti declarat Molin. de primog. Hiſp. lib. 1. cap. 6. num. 5.*

Et hæc quidem ſunt, quæ noſtri frequen-
tiùs tradiderunt, & à quibus nefas eſt, conſu-
lendo, & iudicando recedere. Cœterùm, ſi
quis noſtram de hac re ſententiam ſpecialiter
inquirat, arbitramur, ita rem eſſe definien-
334 dam, vt dicamus, † nullam inter deſcenden-
tes, & tranſuerſales eſſe conſtituendam diffe-
rentiam, cum quærimus, an filij copulatiuè
cum patre inſtituti, aut ſubſtituti cenſeantur
vocati ſimul, an verò gradatim, & ordine
ſucceſſiuo, ſed eodem modo rem eſſe defi-
niendam, ſiue tractemus de deſcendentibus,
ſiue etiam de tranſuerſalibus: Nam, ſi de de-
ſcendentibus, puto rem eſſe diſtinctione ter-
minandam: Aut enim teſtator inſtituit, vel
ſubſtituit filium, & nepotem certum, quem
ſcilicet nominat, &, ad quem potuit habere
affectionem, & cenſebitur eum pariter cum
patre vocaſſe, ſecundum Iacobi de Arena ſen
tentiam, quæ in his terminis intellecta (prout
eſt intelligenda) verior eſt, vt patet ex argu-
mentis, quæ retulimus *ſupra num. 213. & ſeqq.*
Nam ea non poſſunt ad aliam, quam ad hãc
335 ſpeciem adaptari. Idque procedet, † non ſo-
lum, ſi teſtator vnum tantum habeat, inſti-
tuatque nepotem, ſed etiam, ſi plures, dum-
modo inſtitutionem, aut ſubſtitutionem ita
concipiat, vt per eam non poſſit cenſeri vo-
caſſe etiam eos, qui poſtea naſcentur, puta, qa
dicat, inſtituo, uel ſubſtituo filiũ, & ex eo ne-
potes, vel natos, vel emancipatos, qui haud du
biè nati sũt, *vt in d. l. codicillis 91. §. inſtituto. ff. de leg. 2. Et declarat Menoch. d. lib. 4. præſ. 70. num.*
18. vel Inſtituo filium, & Caium, ac Seium
meos nepotes: Nam, qui ita loquitur cenſe-
tur parem ad omnes habere affectionem, cũ
omnes pariter inſtituat, *ſecundum ea, quæ diximus ſupra num. 216. & ſeqq.*

Nec eſt contrarium, quod etiam in huiuſ-
modi nepotibus conſideretur ordo neceſſita-
tis, quia, cum talis neceſſitas, tamquam non
præciſa, ſed cauſatiua non impediat, quin
aliter fieri poſſit diſpoſitio, Conſequens eſt,
vt ita cenſeatur facta, vt verba denotant, cũ
ab eorum propria vi, & ſignificatione non
ſit in dubio recedendum, *vt diximus ſupra num. 215. verſ. 3.* Licet enim iuris neceſſitas,
quæ eſt præciſa impediat omnem alium fa-
ciendi modum, & operetur, vt diſpoſitio fa-
cta ſimpliciter cenſeatur facta eo modo, quo
336 fieri potuit, & debuit, † *l. vlt. C. de dot. promiſs. & d. l. Gallus. 29. §. quidam recte. ff. de lib. & poſth.*
non tamen idem operatur neceſſitas cauſati-
337 ua, † ſcilicet, quia non impedit, quin diſpo-
ſitio fieri poſsit ampliore modo, cum is, qui
modum ampliorem voluntariè ſeruat, non
poſsit non cẽſeri ſeruare etiam leuiorem, qui
erat neceſſarius. Quamobrem, &, ſi pater ex
neceſsitate iuris debeat filium in legitima in-
ſtituere *§. primùm itaque, Auth. de hered. & Falc. coll. 1. §. aliud quoque capitulum, verſ ſancimus, Auth. vt, cum de app. cogn. coll.* 8. non
ideo tamen minus cenſebitur eum in legiti-
ma inſtituiſſe, & conſequenter iuris neceſsi-
tati ſatisfeciſſe, ſi eum inſtituat hæredem
vniuerſalem, aut etiam in maiore parte, quã
ſit legitima, quia, qui facit, quod eſt plus, vti-
que facit, quod eſt minus. Sic igitur & auus,
licet non teneatur inſtituere nepotem cum
filio, ſed tunc demum, çum filius præmori-
tur *l. poſthumorum 13. ff. de iniuſt. rupt. §. poſthumorum, Inſt. de exher. lib.* non ideo tamen mi-
nus cenſebitur neceſſario debito ſatisfeciſſe,
licet eum ſimul cum filio hęredem inſtituat,
quia ſemper verum eſt, nepotem eſſe inſtitu-
tum, & per conſequentias non poſſe rumpe-
re teſtamentum, licet filius præmoriatur, *vt
diximus ſupra num. 224.* Aut verò teſtator in-
ſtituit filium, & nepotes incertos, vt euenit,
cum inſtituit eos, qui tempore teſtamenti
nondum erant nati, vel, ſi qui nati erant, ita
concepit diſpoſitionem, vt etiam poſtea na-
tos complectatur, Et tunc verius eſt, quod
Bartolus, & alij frequentiùs tradiderunt, cen
ſeri ſcilicet talem inſtitutionem factam ordi-
338 ne ſucceſsiuo, † quia cum teſtator non potue-
rit ad non natos aliam habere affectionem
quam eam, quæ naſcitur ex ſimplici ſpe pro-
pagationis, & conſeruationis deſcendentiæ
l. liberorum. 220. in fin. ff. de verb. ſign. & talis
affectio ſit ordinata, & ſucceſsiua, tamquam
proueniẽs ex ſucceſsiua cauſa, nempe ex pro-
pagatione, quæ ſucceſsiuè fit, Conſequens
eſt, vt & inſtitutio ſucceſsiuè facta intelliga-
tur, *per ea, quæ diximus in argumentis communis opinionis, quippè, quę in his terminis procedũt.*

Hinc intelligimus, cauſam ſucceſsiuè voca
tionis etiam in deſcendentibus teſtatoris, nõ
339 eſſe ducendam ab ordine neceſsitatis, † *vt rectè animaduertit Soc. Iun. in d. §. quidam rectè, num. 32. verſ. ſed, ſi diſputando*, vtpote, cuius
nulla poteſt ad eam inducendam eſſe vis, ſed
eſſe ducendam ab ordine charitatis, & affe-
ctionis, prout rectè Bartolus naturali illa,
qua præditus erat prudentia motus deduxit,
tameſi poſteriores acutiùs magis, quam
veriùs aliter ſint arbitrati.

At,

Digitized by Google

At, ſi tractemus de tranſuerſalibus, licet
frequentiùs putent, in hoc eos a deſcendenti-
bus differre, quod regulariter cenſeantur ſi-
mul vocati, ſi teſtatur fratrē, aut ſororem, &
eius filios copulatiuè vocet, re vera tamē pa-
ri cum illis paſſu ambulant: Nam, aut teſta-
tor inſtituit, vel ſubſtituit fratrem, & nepotē
certum, quem nouerat, &, ad quem ſimiliter
potuit habere affectionem. Et verum eſt, cen-
340 ſeri eum pariter cum fratre vocaſſe, † *vt de-
clarant Io. Bapt. a S. Seuer. inter conſ. Alex. d.
conſ. 14. num. 10. verſ. 3. vol. 4. Rub. in d. §. quidā
rectè, num. 48. Soc. Iun. d. conſ. 40. nu. 1. verſ. pri-
mo, vol. 4. Pereg. d. artic. 17. num. 26.* quod, licet
aliàs affectio cenſeatur inter eos ordinata, in
hac tamen diſpoſitione cenſeatur par, cum
pariter ambo fuerint a teſtatore vocati, *ſecū-
dum ea, quæ diximus ſupra num. 216.* Idq; pro-
cedit, etiamſi plures inſtituat ſubſtituàtue ne
potes, dummodo ita concipiat diſpoſitionē,
vt ad naſcituros non poſſit aliquo modo re-
ferri, puta dicat, Inſtituo fratrē, & eius filios
341 natos, † *vt docent Decia. d. conſ. 1. num. 210. vol.
1. Men. d. lib. 4. præſ. 70. num. 18.* vel, Inſtituo
fratrem, & Titium, Caium, & Sempronium
342 eius filios & ſic nominatim † *vt apud Rub. in
d. §. quidam rectè, num. 48. & ibi Soc. Iun. num.
36. verſ. & licet, Decia. d. conſ. 1. num. 210. vol. 1.
Men. d. lib. 4. præſ 70. nu. 17. verſ. Hunc caſum,*
& multo magis, ſi ex pluribus nepotibus na-
tis, non omnes vocet, ſed vnum, aut duos
343 † *vti videre eſt apud Men. d. lib. 4. præſ. 70. nu.
17.* Cæterùm, ſi vocet incertos, & incogni-
tos, ad quos non potuit habere affectionem,
vt, quia tempore teſtamenti nondum eſſent
nati, verius, & verò etiam receptius eſt, cen-
ſeri eos, non ſimul, ſed ordine ſucceſſiuo vo-
344 caſſe, † *Ita ſcribunt Dec. conſ. 252. num. 5. vbi
ait, ſe in hoc caſu ſequi opinionem Bartoli, & Soc.
Iun. conſ. 40. num. 2. verſ ſed in caſu noſtro, vol. 4.
Quicquid cenſuerint Soc. Sen. in d. §. quidam re-
ctè, num. 8. verſ. limita, & d. conſ. 113. num. 4. vol.
1. Mantic. d. lib. 4 tit. 8. nu. 27. verſ. hæc autem,
Pereg. d. artic. 17. num. 26.* Idq, procedere, non
ſolum, ſi expreſſim vocauerit naſcituros,
345 † *vt in ſpecie cenſent Soc. Iun. d. conſ. 40. num. 2.
verſ. & inuenio, vol. 4. vbi teſtatur, hanc eſſe com-
munem opinionem, Oſaſ. d. deciſ. 81. num. 16. Gra-
tia. cap. 788. diſcep. for. num. 7. Tametſi contrariū
Galiau. in d. §. quidam rectè, num. 23. verſ. circa
hanc, & alij pleriq, cenſuerint,* vel natos, & naſ-
346 cituros, † *vt apud Dec. conſ. 247. num. 2. verſ. &
iſta concluſio, Men. d. lib. 4. præſ. 70. nu. 23. Seraph.
deciſ. 934. num. 3.* ſed etiam, ſi ſimpliciter vo-
cauerit filios, dummodo ſenſerit de naſcitu-
347 ris, † *vt declarant Io Bapt. a S. Seuer. inter d. cōſ.
Alex. conſ. 14. num. 10. verſ. 4. concluſio, volu. 4.
Dec. d. conſ. 247. num. 2. verſ. & iſta concluſio De-
cia. d. conſ. 1. num. 210. vol. 1. Men. d. lib. 4. præſ.
70. num. 21. tametſi contrarium cenſuerit Rub.
in d. §. quidam rectè, num. 48. verſ. tenenda tamē,*
vt, quia tempore teſtamenti nullos adhuc
haberet filios, fortè, quia nondum erat matri-
348 monio copulatus, † *vt declarant Io. Bapt. a S.
Seuer. d. conſ. 14. num. 10. verſ. 5. volu. 4. Men. d.
lib. 4. præſ. 70. num. 22.* Nam, ſi filios habebat,
cenſebitur de natis ſenſiſſe, & ſimultaneam
feciſſe vocationem, maximè, ſi eius ætatis,
aut ſtatus erat, vt alios veriſimiliter ſperare
349 non poſſet, † *vt conſiderat Men. d. lib. 4. præſ. 70.
num. 19.* quemadmodum, & ſi vocaret partū,
350 qui tunc temporis erat in vtero † *vt in d. cap.
Raynutius 16. extra de teſta. & declarat Rub. in
351 d. §. quidam rectè, num. 56.* vel de eo ſenſit, † *vt
declarat Dec. d. conſ. 247. num. 2. verſ. & iſta con-
cluſio;* Nam, licet eum nondum cognouerit,
potuit tamē aliquam ad eum tamquam cer-
tum habere affectionem, fortaſſis ad limitā-
dam portionem fratris, quem aliquam, ob
cauſam noluerit habere totum.

Planè, ſi fratrem, & eius deſcendentes, aut
liberos, aut etiam ſuos vocauerit, quin etiam,
de naſcituris ſenſiſſe, & per conſequentias
etiam ordine ſucceſſiuo vocaſſe, dubium nō
352 eſt. † *Ita enim de deſcendentibus ſcribunt Ruin.
conſ. 128. num. 3. & 4 vol. 3. Ceph. conſ. 473. num.
20. Decia. conſ. 1. num. 198. verſ. primo ergo, &
num. 211. & 213. vol. 1. Pereg. d. artic. 17. num.
36. & artic. 18. num. 21. Men. d. lib. 4. præſ. 70.
nu. 24. Seraph. d. deciſ 409. num. 10. De liberis ve-
rò Soc. Sen. d. conſ. 113. nu. 1. verſ. ſed iterum, vol.
1. conſ. 12. num. 10. vol. 3. Iaſ. in d. §. quidam re-
ctè, nu. 26. & 27. verſ. tenendo, vbi ait, ab hac de-
ciſione non eſſe conſulendo, & iudicando receden-
dū & ibi Galiau. num. 24. verſ. vnde, ſi diceret, &
Garz. num. 71. Dec. conſ. 204. num. 2. verſ. 2. &
num. 3. & conſ. 247. num. 2. Ruin. conſ. 99. num.
5. & conſ. 169. num. 3. verſ. ex quibus, vol. 2. Cur.
Iun. conſ. 128. num. 2. Decia. d. conſ. 1. num. 198.
verſ. primo, ergo, & num. 213. vol. 1. Oſaſ. d. deciſ.
81. num. 14. Duran. d. tit. 4. caut. 6. num. 4. Man-
tic. d. lib. 4. tit. 8. num. 28. Pereg. d. artic. 17. num.
36. & d. artic. 18. num. 21. Men. d. lib. 4. præſ. 70.
num. 24. De ſuis demum Rub. in d. §. quidam re-
ctè, num. 55. Crau. conſ. 22. num. 2. Couar. in d.
cap. Raynutius §. 2. num. 6. Pereg. d. artic. 17. nu.
36. verſ. ſed contra, Men. d. lib. 4. præſ. 70. nu. 26.
uerſ. Exiſtimo, Tametſi contrarium in uocatione
liberorum cenſuerint Alcia. in d. §. quidam rectè,
num. 56. & ibi Rub. num. 47. in fin. & num. 49.
uerſ. ſed iſta concluſio, & num. ſeqq. Dec. conſil.
252. num. 4. uerſ. Non obſtat ratio, De uocatio-
ne uerò ſuorum Dec. in d. conſ. 252. num. 3.* Nā,
353 † cum eorum appellatio complectatur om-
nes in infinitum deſcendentes, quos certum
eſt, non poſſe vno, & eodem tempore eſſe in
rerum natura, non eſt veriſimile, teſtatorem
voluiſſe eos ſimul vocare, ſed potiùs ſucceſ-
ſiuè, ita, vt poſteriores non, niſi prioribus defi-
cientibus admittantur, ſecundum naturam
collectiuæ, *de qua diximus ſupra num. 134.* Idē
eſt, &, ſi teſtator dixerit, Inſtituo, aut ſubſti-
354 tuo fratrem, & eius filios, ac nepotes, † Nam,
quia nepotum appellatione poſſunt etiam
pronepotes contineri, & hac ratione teſta-
tor reſpexit ad vlteriores, qui non poſſunt
eodem tempore cum fratre concurrere, ideo
veriſimile eſt, voluiſſe eum vocare filios, &
nepotes ordine ſucceſſiuo. *Ita Soc. Sen. in d.
§. quidam rectè, num. 11. uerſ. ſed hic cadit, & ibi
Galiau. num. 24. Rub. num. 47. in fin. Tametſi
contrarium cenſuerit Pereg. d. artic. 17. num. 21.
uerſ. amplia, & num. 33.*

Hinc intelligimus, veriſſimum eſſe, quod
ſupra diximus, ſcilicet nullam inter deſcen-
dentes, & tranſuerſales eſſe differētiam, quia,
ſi vocati certi ſunt, ſimul, non ordine ſucceſ-
ſiuo cēſetur facta vocatio, ſiue tractemus de
tranſuerſalibus, ſiue etiam de deſcendenti-
bus, ſi verò ſunt incerti, & incogniti, cenſen-

tur

tui vocati ſucceſſiuè, non ſolum, ſi tractemus de deſcendentibus, ſed etiam, ſi de tranſuerſalibus, ſcilicet, quia in hoc non attendimus neceſſitatem, vtpotè cuius nulla vis eſt ad ſimultaneam vocationem excludendam, ſed attendimus charitatem, & affectionem teſtatoris, quæ in certis cenſetur eſſe par, & æqualis, in incertis verò non, niſi ordinata, & ſucceſſiua. Quod animaduertentes recentiores, licet in tranſuerſalibus non ſint auſi à communi recedere, tot tamen, & tantas ei dederunt limitationes, vt deſtruxerint regulam, & in Bartoli ſententiam, quæ verior eſt, effectu reinciderint. Et ita ſucceſsiuæ vocationis controuerſiam iure definiẽdam arbitror, cum de re, & verbis coniunctis agimus, de quibus hæc dixiſſe ſufficiat.

SVMMARIVM.

1 *Coniuncti coniunctione legali, qui, & cur ita dicantur, num. 3. 4. & 39.*
2 *Coniunctionis legalis nulla ſit in iure mentio.*
5 *Coniunctio legalis, vel in teſtamẽto conſideratur, vel ab inteſtato.*
6 *Coniunctio legalis in teſtamento conſideratur, cũ à perſona vnius peruenitur ad plures, Sed contra num. 38.*
7 *Coniuncti coniunctione legali cenſentur condomini eius ſerui, qui fuit ex teſtamento vocatus, Sed contra, num. 16. & ſeqq. vſque ad num. 39. Declara, vt num. 33. & ſeqq.*
8 *Hæredes legatarij, qui tranſmiſit legatum non agnitum, ſunt coniuncti coniunctione legali.*
9 *Coniunctio legalis non requirit plures eſſe vocatos.*
10 *Coniunctio legalis ab inteſtato quotupliciter contingat, & num. 15.*
11 *Coniunctio legalis ab inteſtato conſideratur in ſuis, agnatis, vel cognatis, qui ſimul vocantur ad hæreditatem, vel bonorum poſſeſſionem, & num. 12. & cur, num. 13.*
14 *Coniuncti lege ſunt, qui ſuccedunt iure repræſentationis.*
19 *Coniunctio vera duo ſaltem requirit extrema, quæ coniungantur.*
22 *Coniunctio non æſtimatur ex perſona eorum, ad quos res peruenit, ſed ex perſona eorum, quibus relinquitur, & num. ſeqq.*
25 *Declaratur l. & Proculo. 20. ff. de leg. 2. & num. ſeqq.*
30 *Concurſus tribuit partes æquas.*
33 *Declaratur l. 1. §. idem ait. ff. de vſufr. acer. & nu. 35. & ſeqq.*
41 *Coniunctio legalis in quibus cauſis conſideretur, & num. ſeqq.*
46 *Coniuncti coniunctione legali, an dici poſſint cõiuncti re, an verbis, an verò re, et verbis, & nu. ſeqq.*

De coniunctione legali.

Quæſtio Vigeſimaſeptima.

HACTENVS de teſtamentaria coniunctione locuti ſumus, nunc de legitima diſpiciamus. Legitimam autem, ſiue legalem coniunctionem vocant noſtri complexum duorum,
aut plurium, qui ſimul ad eandem rem, puta
ad eandem hæreditatem, vel bonorum poſ-
1 ſeſſionem ex iuris diſpoſitione vocantur, † *vt*
in l. 1. §. ſi nemo. ff. ad Tert. & videre eſt apud
Caſtr. in l. planè 34 §. ſi duobus num. 4 ff. de leg.
1. & in l. & Proculo. 20. num. 3. ff. de leg. 2. Port.
in d. §. ſi eadem, num. 1. & ibi Baldui. num. 24.
Inſt. de legat. Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 51. &
ibi Polit. num. 37. Fabia. in Auth. nouiſſima,
num. 209. C. de inoffic. teſta. Ant. Fum de con. cap.
20. num. 1. Craſ. in d. §. ius accreſcẽdi q. 7. Hoto.
Ill. q. 44. Nec malè, tametſi fortaſſis nullum
in iure noſtro veſtigium huius appellationis
2 extet, † *vt animaduerunt Alcia. in d. l. re con-*
iunctis, num. 60. verſ. ſatis, & Duar. lib. 1. de
Iur. accr. cap. 5. verſ. verum, & cap. 14. Nam,
3 † quemadmodum ij, quos ſimul teſtator vo-
cat ad eandem rem, ideo dicuntur à teſtato-
re coniuncti, quia ſimul omnes vnum con-
ſtituunt corpus *l. planè 34. §. 1 ff. de leg. 1. l. vn.*
§. his ita definitis, verſ. hac itatam variè. C. de
cad. toll. idemque ferunt, quod vnus eſſet ha-
biturus, ita etiam, qui ſimul à lege, vel à Præ-
tore vocãtur ad eandem ſucceſsionem, quo-
niam & ipſi, quaſi collectiuè vocati fictum
conſtituunt corpus, idemque capiunt, quod
4 vnus eſſet habiturus, † *l. 2. §. hæreditas, verſ. &,*
ſi plures ff. de ſuis, & legit. §. ſi plures, Inſt. de le-
git. agn. ſucc. & ſcribunt Gul. Ben. in d. cap. Ray-
nutius, in verb. & vxorem nomine Adelaſiam,
deciſ. 5. num. 67. Duar. d. lib. 1. de Iur. accr. cap.
1. & cap. 14. debent coniuncti nuncupari.

Duplicìter autem hanc legalem coniun-
ctionem tradunt noſtri conſiderari poſſe, vel
in ſucceſsionibus teſtamentarijs, vel in ijs,
quæ contra teſtamentum, aut ab inteſtato de-
5 feruntur, † *vti videre eſt apud Bart. in d. l. re con-*
iunctis, num. 17. & ibi Polit. nu. 37. Ang. de Gam-
bell. de teſta. gl. 41. num. 5. In ſucceſsionibus
teſtamentarijs, cum ex perſona vnius, qui fue-
rat à teſtatore vocatus, ad plures peruenitur,
6 † *vt ſcribunt Bart. in d. l. re coniunctis, num. 17.*
& 60. & ibi Iaſ. num. 52. Bart. in l. teſtamento.
6. num. 2. & ibi Ang. num. 1. C. de impub. &
al. ſubſt. Bart. in l. & Proculo. 20. ff. de leg. 2. Bald.
in l. vn §. his ita definitis, in prin. C. de cad. toll.
Ang. de Gamb. de teſta. glo. 42. num. 2. Iaſ in
addit. ad Port. in d. §. ſi eadem, poſt num. 1. Inſt.
de legat. Gomez. tom. 1. variar. reſolut. cap. 10.
num. 39 Did. Spin. in ſuo ſpecu. teſtam. gl. 9. num.
22. Cuius rei duo afferunt exempla, vnum
in condominis eiuſdem ſerui, qui à teſtatore
fuit inſtitutus, vel, cui legatum, aut proprie-
tatis, aut vſusfructus in teſtamento relictum
eſt, *vt in l. ſeruus communis ab extero. 66. ff. de*
acquir. hæred. l. & Proculo. 20. ff. de leg. 2. l. 1. §.
1. ff. de vſufr. accr. nam, quia tales domini vo-
cantur ad emolumentum ſeruo relictum, nõ
ex diſpoſitione teſtatoris, ſed ex lege, et ſic
à perſona vnius, ideſt, à perſona ſerui perue-
nitur ad plures condominos, ideo noſtri fre-
quentiùs eos legali coniunctione iunctos ap-
7 pellant, † *vti videre eſt apud Bart. in d. l. re con-*
iuncti, num. 17. & ibi Iaſ. num. 51. Polit. num.
37. Ioan. Gaud. num. 1. Bart. in d. l. teſtamento.
6. num. 2. & ibi Ang. num. 1. C. de impub. & al.
ſubſt. Ang. in d. l. vn. §. his ita definitis, num. 4. C.
de cad. toll. Ang. de Gamb. de teſtam. glo. 41. nu.
5. Iaſ. in l. ſi fundum ſub conditione 83. §. ſi
ſeruo, in princ. ff. de leg. primo, Ant. Fum. de
coniunct.

coninnct.cap.20.num. 1.Rub. in l. pater filium.
14. num 185.ff. de inoff. Baldui. in d. §. ſi ea-
dem, num. 24. Inſt. de legat. Did. Spin. in ſuo
ſpecu. teſt. glo.9.num. 22. Alterum verò, quod
afferunt exemplum, pertinet ad hæredes le-
gatarij, qui poſt diem legati cedentem, &
nondum agnitum legatum deceſſit pluribus
relictis hæredibus: nam, quia tranſmittitur ad
eos legatum ex diſpoſitione iuris l. ſi poſt diem.
5. in prin. ff. quand. dies leg. ced & ſic à perſo-
na vnius legatarij ex teſtamento vocati ad
plures peruenitur l. legatarius 38. in prin. ff. de
leg. primo, ideo, & hos hæredes noſtri vocant
8 legali coniunctione iunctos, † vti videre eſt
apud Bart. in d.l.re coniuncti, num.17.& 60.&
ibi Iaſ. num.51. Polit. num.37. Iaſ. in d. l. lega-
tarius. 38. num. 3. ff. de leg. primo, Gomez. d.
tom.1. variar. reſolut. cap. 10 num. 39. Did. Spin.
d. glo. 9. num. 22. Hinc inferunt, ad legalem
coniunctionem inducendam non eſſe neceſ-
ſariam plurium vocationem, quæ alioquin
neceſſaria eſt ad inducendam coniunctionē
hominis, ſed ſufficere vocationem vnius, quo
9 niam ab eo poteſt ad plures perueniri, † Ita
ſcribunt Bart. in d. l. teſtamento.6.num.2.& ibi
Ang num. 2. C. de impub. & al. ſubſt.
In ſucceſſionibus verò, quæ contra teſta-
mentum, vel ab inteſtato deferuntur, dupli-
citer quoque tradunt, legalem coniunctio-
nem poſſe conſiderari, vel (vt Bartoli verbis
vtar) ex ſimultate, & ſingularitate vocatio-
10 nis, vel ex idētitate rationis, † Ita ſcribūt Bart.
in d.l.re cōiuncti, nu 17.& ibi Polit. n.37. Cag. in
l. vn n.65. C quand. non pet. part. Prioris generis
coniūctionē tunc aiunt contingere, cū plures
in eodem gradu exiſtentes, puta plures filij,
vel agnati ſimul ad eandem hæreditatem vo
11 cantur, † ut in l. ſi ex pluribus.9.ff. de ſuis, & legit.
l.1. §. ſi nemo ff. ad Tert. §. ult. Inſt. de Orfic. vel
12 ad eandem bonorum poſſeſſionem, † vt in
l. vn. C. quand. non pet. part. l. 3. §. vlt. ff. de
bon. poſſ nam inter hos legalem aiunt contin-
gere coniunctionem, non aliam ob cauſam,
13 quam, quia ſimul vocantur: † Ita enim ſcri-
bunt Bart. in d.l.re coniuncti, num. 17.& 61.&
ibi Iaſ. num. 51. Polit. num. 37 & 51. Gul. Ben.
in d. cap Raynutius, in verb. & vxorem nomi-
ne Adelaſiam, num.100. & 112. Alcia. lib.4. Pa-
rad. cap.8. num.3. Crau. conſil.927. num.4. Did.
Spin. d. glo.9. num. 22. Duar. lib. 1. de Iur. accr.
cap.1. Hoto. Ill. quæſt. 44. Poſterioris verò ge-
neris cōiunctionem in ijs conſiderare ſolent,
qui iure repræſentationis, & in ſtirpem ſuc-
14 cedentes in vnam vocantur portionem, † vt,
cum deceſſit quis relictis duobus filijs, & ex
alio filio præmortuo duobus nepotibus: nam,
licet filij, & nepotes ſimul vocentur ad hæ-
reditatem defuncti, non tamen eadem vo-
cantur ratione: nam filij vocantur, quia fi-
lij, & ſic iure ſuo, nepotes verò, quia ſucce-
dunt in locum patris ſui, & eandem portio-
nem conſequuntur, quam pater eorum fuiſ-
ſet habiturus, & ideo magis cenſentur inter ſe
coniuncti, quam cum patruis. l. ſi duobus. 12.
in prin. ff de bon. poſſ. contra tab. l. 1. § ſi quis ex
nepotibus ff. de con. cum em. lib. Ita ſcribunt
Bart. in d. l. re coniuncti, num. 17. & 61. & ibi
Polit. num. 37. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius,
in verb. & vxorem nomine Adelaſiam, num. 117.
& ſeq. Did. Spin. d. glo. 9. num. 22. Quam-
quam Baldus in d. l. vn. §. his ita definitis, in
princ. C. de cad. toll. quem probat Iaſ. in d. l. re
coniuncti, num. 52. rem aliter explicet: nam
15 † legalem coniunctionem duobus ait modis
contingere, vel ex verbis legis. vt, cum duo
nepotes in poteſtate retenti iunguntur inui-
cem reſpectu emancipati, vt in d. l. 1. §. ſi quis
ex nepotibus. ff. de con. cum em. lib. vel, cum ab
vna perſona peruenitur ad plures ſecundum
ea, quæ ſupra diximus.
Sed hæc, quæ noſtri frequentiùs tradide-
runt, licet in ijs ſucceſſionibus, quæ contra
teſtamentum, vel ab inteſtato deferuntur
ſint indubitata, tamen in ijs, quæ deferuntur
ex teſtamento, magnam mihi videntur du-
bitationem continere: nam, vtrum eius ſer-
ui, qui fuit inſtitutus, aut honoratus legato,
condomini cenſeri poſſint coniuncti, ambi-
16 guum eſt, † ideo, quia variè de hac re viden-
tur Iuriſprudentes ſenſiſſe; nam Iulianus re-
latus ab Vlpiano in l. 1. § idem ait. ff. de vſufr.
accr. coniunctos eos perſpicuè vocat, dum
ait, Si communi ſeruo, & ſeparatim Titio uſuſ-
fructus legatus ſit, amiſſum ab altero ex ſocijs
uſumfructum, non ad Titium ſed ad ſolum ſocium,
pertinere debere, quaſi ſolum cōiunctum. Contra
verò Celſus in l. & Proculo. 20. ff de leg. 2. ne-
gat, eos eſſe coniunctos, dum ait, quod com-
muni ſeruo legatum ſit ſi alter dominorum omit-
teret, alteri non accreſcere: Non enim coniun-
ctim, ſed partes videri legatas. Quod & verius
17 eſt, † ut rectè cenſuerunt Bald in d. l. un. §. ubi
autē legatarij, n. 11. C. de cad. toll. Imol. in l. ſi duo
bus. 41. ff. de leg. 2. Caſt. conſ 286 n 2. uerſ. ſi uerò
uol. 1. Alcia. in d. l. re coniuncti, n. 35. & 60. uerſ.
ſatis, Pereg. de fideic. art. 38. nu. 5. uerſ. 2. Duar.
lib. 1. de Iur. accr. cap. 5. uerſic. Itaq:, & cap. 13. Do
nell. lib. 10. com. cap. 23. Nam in hac ſpecie, neq;
inſpecta perſona ſerui, neq; inſpecta perſo-
na dominorum vera, & propria coniunctio
conſiderari poteſt. Non inſpecta perſona ſer-
18 ui, † ut ait Duar. d. cap. 13. quia, cum vnum ſit
extremum, nempe ſeruus, non poteſt idem ſi-
bi propriè dici coniungi, cum vera coniun-
ctio dicatur ea, quæ duo ſaltem extrema con-
19 nectit, † ut ſcribunt Bald. in d. l un. num. 20. C.
quand. non pet part. Ang. in l communis ſeruus.
5. num. 1. ff. de ſtip. ſeru. Imol. in d. l. ſi duobus. 41.
ff. de leg. 2. AEmil. Ferr. in d. l. re coniuncti, num.
46. Duar. d. lib. 1. de Iur. accr. cap 5. uerſ. Itaque,
& d. cap. 13. Nec obſtat l. 1. § 1. ff. de uſufr. accr.
quia illa verba, perſona eius, non dominorum
20 inſpecta, non ſignificant † dominos eſſe con-
iunctos inſpecta perſona ſerui, ſed eius perſo-
na inſpecta totum vſumfructum ad condo-
minum pertinere, quia ſeruus, qui duorum
ſuſtinet perſonam, ei cenſetur acquirere, qui
capit, quaſi illius tantum ſeruus eſſet l. 1. §. cō-
munis ſeruus ff. de ſtip. ſeruo. qua de re dicemus
in hoc cap. q 40. num 11. & 14. Sed neque inſpe-
cta perſona dominorum poteſt aliqua con-
21 iunctio conſiderari, † ut rectè ſcripſerunt Ca-
ſtrenſ. in d. l. & Proculo. 20. num. 2. ff. de leg. 2.
& in l. ſeruus communis 66. num. 1. ff. de acquir.
hæred. Duar. d. lib. 1. de Iur. accr. cap. 13. Cuiac.
in l. ſi duobus. 16. ff. de leg. primo, quia coniun-
ctionem, non ex perſonis eorum, ad quos res
peruenit, æſtimamus, ſed ex perſonis eorum,
22 quibus relinquitur, † ut ſcribit Duar. d. lib. 1.
cap. 13. Nam, ſi duobus eadem res ſit relicta,
licet

licet poſtea ad vnum perueniat, conſidera-
23 tur nihilominus in ea coniunctio, † *vt in l. ſi mihi, & tibi. 12. in princ. ff. de leg. primo, d. l. ſi duobus 41. ff. de leg. ſecundo, & declarat Duar. d. cap. 13.* Contra verò, ſi ſit relicta
vni, quamuis poſtea perueniat ad plures,
24 non tamen dicetur relicta coniunctim, † *vt ibi Duar. ait*, quia alioquin res vni legata,
& ob ſocietatem à legatario contractam
duobus acquiſita, dici poſſet relicta coniunctim, quod eſſet abſurdum, *vt ibidem Duar. animaduertit*. Denique non eſſe do-
25 minos coniunctos, perſpicuè ſcribit † Celſus *in d. l. & Proculo*, ibi, *Non enim coniunctim, ſed partes videri legatas*, vt proinde
malè videatur res in controuerſiam reuocari.

Nec eſt, quod aliquis reſpondeat, hæc
verba de coniunctione teſtamentaria, non
de legali eſſe accipienda, quaſi dicat Celſus, non eſſe condominos coniunctos ex di-
26 ſpoſitione teſtatoris, ſed ex lege, † *Quomodo declarant Bartol. in l. ſi duobus. 16. §. vlt. num. 1. ff. de leg. primo, & in d. l. & Proculo, & ibi Imol. & in l. ſeruus communis. 5. num. 6. ff. de ſtip. ſeru. Fabia. in Auth. nouiſſima, num. 220. C. de inoffic. teſtam. Anto. Fum. de con-*
27 *iunct. cap. 20. num. 1.* quia verius eſt, † eos
nulla ratione, nulloque iure dici poſſe coniunctos: nam, neque ex diſpoſitione teſtatoris coniuncti ſunt, vt rectè veteres fatentur, quia, cum ab eo non ſint vocati, nec
28 re, nec verbis dici poſſunt coniuncti, † *vt rectè ſcribit Alciat. in d. l. re coniuncti, num. 35. & 60. verſ. ſatis, Tametſi Cuiac. in d. l. ſi duobus. 16. ff. de leg. primo, & Ant. Fab. lib. 6. coniect. cap. 1. eos inconſultò verbis tantum coniunctos appellent*: Neque ſunt coniuncti
29 ex diſpoſitione legis, † quia non concurſu
partes habent, ſed initio: concurſus enim
30 tribuit æquas, & viriles partes, † *l. ſi finita 15. §. ſi ante ff. de damn. infect. Caius lib. 2. Inſtit. tit 5.* cum alioquin domini, non æquas
ſed dominicas partes conſequantur, *d. l. & Proculo, 20. ff. de leg. ſecundo, d. l. 1. §. 1. ff. de vſufruct. accreſcend.* Non ſunt igitur coniun-
31 cti. † *Ita explicant glo. in d. l. ſi duobus 41. in verb. legatum ff. de leg. ſecundo, Ant. Fum. de coniunct. cap. 21. num. 1. Alciat. in d. l. re coniuncti, num. 13. 35. & 60. verſ. ſatis, Donell. d. lib. 10. comm. cap. 23.* Quod ſignificat Celſus
in d. l & Proculo, dum ſcribit, *ſi alter dominorum omitteret, alteri non accreſcere: Non enim coniunctim, ſed partes videri legatas*: Si-
32 gnificat enim, † ideo non accreſcere, quia
non concurſu faciunt partes, ſed eas habent initio: Itaque coniunctim accipit pro
eo, quod eſt dicere per concurſum, vt probant hæc verba ſequentia: *nam, ſi ambo vindicarent, tam quemque legati partem habiturum, quam in ſeruo haberent*: Nam his verbis probat Celſus, eos non vocari coniunctim, idest, non facere partes concurſu,
quia, vt dictum eſt, concurſus tribuit
æquas partes, cum alioquin condomini,
non æquas, ſed dominicas partes conſequantur.

Nec eſt, quod quiſquam putet, condominos dici coniunctos eo, quod vocentur
ad eandem rem, tametſi factis initio partibus, quia verius eſt, identitatem rei non
ſufficere ad inducendam coniunctionem,
niſi vocati ſolidum habeant initio, vel ſaltem habeant partes ex oratione coniuncta,
vt diximus in hoc cap. quæſt. 1. num. 2. & patet ex eo, quia, ſi teſtator in ſeparatis orationibus vocet duos ad eiuſdem rei partes factas pro indiuiſo, non dicuntur vocati coniuncti, licet ad eandem rem vocentur, quia
diſtributio partium tollit realem coniunctionem, orationum verò diſtinctio verbalem, *vt diximus in eadem quæſt. 1. num. 6.* Ergo., & ſimili ratione, licet condomini vocentur ad eandem rem, quæ communi ſeruo, fuit relicta, non tamen dicentur coniuncti, ſcilicet, quia non vocantur ex diſpoſitione teſtatoris, & per conſequẽtias non ſunt
coniuncti ratione verborum, nec vocantur
ad ſolidum, ſed ad partes, & ſic non ſunt
coniuncti ratione rei.

Neque obſtat *l. 1. §. idem ait ff. de vſufruct. accreſcend.* quæ condominos coniunctos vo-
33 cat, quia reſpondeo † diſtinguendo: Aut loquimur de proprietate, Et tunc verius eſt,
condominos nulla ratione dici poſſe coniunctos, ſiue loquamur de legatis, ſiue etiam
de hæreditate, *per ea, quæ ſupra diximus*:
Nam, & ſi pars hæreditatis vacans condomino accreſcat *d. l. ſeruus communis ab extero. 66. ff. de acquir. hæred. & nos dicemus in hoc cap.*
34 *q. 40. nu. 4.* non tamen accreſcit † ex vi coniunctionis, &, vt coniuncto, ſed, vt omnimodo diſiuncto, quemcertum eſt, habere
ius accreſcendi in hæreditate, ne teſtator
decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, *vt dicemus in hoc ipſo cap. quæſtio. 41. num. 8. & 9. Et in ſpecie declarant Caſtr. in d. l. ſeruus communis ab extero 66. num. 1. ff. de acquirend. hæred. Alciat. in d. l. re coniuncti, num. 35.* Aut verò loquimur de vſufructu,
Et tunc fateor condominos dici coniunctos,
35 † *vt diſtinguendo reſpondent glo. in d. l. 1. §. idem ait, in verb. ex ſocijs ff. de vſufruct. accreſcend. Petr. de Beſu. in d. l. re coniuncti, num. 31.* Sed
hoc ita accipiendum eſt, vt dicantur coniuncti, non verè, & propriè, ſed fictè, &
impropriè, ſcilicet inſpecta perſona ſerui,
cui totus vſusfructus relictus eſt, & cuius
ratione pars vacans pertinet ad condominum, quaſi ad coniunctum, ideſt, perinde, ac,
36 ſi eſſet coniunctus † *vt declarant Angel. in d. l. communis ſeruus. 5. num. 1. ff. de ſtipu. ſeruo. Imol. in d. l. ſi duobus. 41. ff. de leg. 2. Duar. d. lib. 1. de Iur. accreſc. cap. 13. Donell. d. lib. 10. comm. cap. 23.* Nam, & hoc reſpectu dicuntur con-
37 iuncti re, &, verbis, † *a gloſſ. in d. l. 1. §. idem ait, in verb. ex ſocijs*, quia vicem obtinent re,
& verbis coniunctorum: Quemadmodum
enim re, & verbis coniuncti re tantum coniunctis præferuntur *d. l. re coniuncti. 87. ff. de leg. 3.* ita etiam condominus potior eſt re coniuncto in vſufructu communi ſeruo relicto *d. l. 1. §. idem ait ff. de vſufruct. accreſcend.* quoniam, & condomino ſolidum initio
videtur aſſignatum inſpecta perſona ſerui,
vt ait gloſſ. in dict. §. idem ait, in verb. ex ſocijs.

Verè igitur, & propriè loquendo con-
38 innctio legalis † non poteſt in teſtamen-
tarijs ſucceſſionibus conſiderari, ſed tantũ in
ijs, quæ deferuntur, vel contra teſtamen-
39 tum, vel ab inteſtato: Nam, quia † huiuſmodi
ſucceſſiones collectiuè plerumq, deferuntur,
puta filijs, vel agnatis. vel cognatis, *vt ſcri-
bunt Bartol. in dict. l. re coniuncti., num.* 18
Duar. d. libr. 1. de Iur. accreſcend. cap. 1. &
frequenter ſub appellatione vnius, vt in
xij. tab. vbi deferuntur his verbis, *Nec ſuus
extabit hæres, agnatus proximus familiam
habeto*, quæ retulimus *in ſecundo cap. quæſt.* 1.
num. 12. ideo fit, vt ita vocati conſtituant
vnum corpus, idemque ferant omnes, quod
vnus eſſet habiturus, *vt dicemus in hoc cap
quæſtio.* 35. *num.* 75. Quamobrem non im-
merito coniuncti nuncupantur. Sunt igitur
40 legali coniunctione iuncti † ſuccedentes
41 contra teſtamentum per querelam, † *vt ſcri-
bit Hoto. Illu. quæſt.* 44. vel per contratabu-
las bonorum poſſeſſionem, vel ſuccedden-
tes ab inteſtato, *vt cenſent omnes, quos retu-
limus ſupra num.* 13. ſiue iure ciuili, ſiue iure
42 prætorio, † *vt ſcribunt Bartol. in d. l. re con-
iuncti, num.* 17. *& ibi Iaſ. num.* 51. *Duar. d.
lib.* 1. *de Iur. accreſcend. cap.* 1. ſiue lege mu-
43 nicipali, † *vt ſcribunt Ruin. conſil.* 52. *num.* 2.
volum. 3. *Iaſ. in d. l. re coniuncti, num.* 51.
Craſi. in §. ius accreſcendi quæſt. 7. ſiue etiam
44 conſuetudine, † *ſecundum Iaſ. & Craſi. ibi*,
vt, quando feudum ab vno ſtipite deſcen-
45 dit in plures. † *Ita Bald. in d. l. vnic. §. his ita
definitis, in prin. C. de cad. toll. Iaſ. in d. l. re coniun
cti, num.* 51.

De ijs autem, qui verè, & propriè ſunt
coniuncti legali coniunctione, ſi quæra-
mus, an re tantum, an verbis tantum, an re,
& verbis dici poſſint coniuncti, conſtat,
non ſolere prudentes hoc vti dicendi gene-
46 re, † *vt animaduertit Bart. in d. l. re coniun-
cti, num.* 18. Sed, ſi res ita poſtularet, ma-
gis re, & verbis, quam re tantum, aut ver-
bis tantum coniunctis eſſent aſſimilandi,
47 † *vt rectiùs Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in
verb. & vxorem nomine Adelaſiam, num.* 100.
*& alij plerique, quam Bart. in d. l. re coniuncti,
num.* 18. *& 64. &, qui eum ſequuntur, tradi-
48 derunt.* Nam, cum † ad eandem rem plerun-
que vocentur collectiuè, *vt ſupra dictum
eſt*, & collectiuæ natura ſit, vt inducat mix-
tam coniunctionem, *vt diximus in hoc cap.
quæſt.* 25. *num.* 8. Conſequens eſt, vt vtroque
nexu cenſeantur eſſe coniuncti. Quamo-
brem & ipſi ſolidum habent initio partes
verò faciunt concurſu, *vt dicemus in hoc ipſo
cap. q.* 33. *num.* 2. *& ſeq.*

Planè in ſtatutarijs ſucceſſionibus verius
eſt, interdum verbalem, interdum realem,
& interdum mixtam coniunctionem con-
ſiderari poſſe: Nam, ſi ſeparatis orationi-
bus duo, vel plures ad eandem ſucceſſio-
nem vocentur, erunt re tantum coniuncti.
Si verò vocentur in eadem oratione factis
partibus, erunt verbis tantum coniuncti.
Denique ſi nulla partium diſtributione fa-
cta vocentur in eadem oratione, erunt con-
49 iuncti re, & verbis, † *vt rectè ſcripſerunt Crau.
conſil.* 927. *num.* 3. *Decia. conſil.* 61. *num.* 1.
verſic. ſecundo, volum. 2. *Menoch. conſil.* 50.
num. 7. *&* 11. *verſ. huic.* Quamobrem ea-
dem erunt de ijs dicenda, quæ diximus de
ijs, qui à teſtatore, vel re tantum, vel verbis
tantum, vel vtroque nexu iunguntur, *in quæſt.
præcedentibus*. Et hæc de legali coniunctio-
ne.

SVMMARIVM.

1 *Coniunctio ſimplex æſtimatur potiùs ex verbis, quam ex re.*
2 *Coniunctim inſtituere, aut legare dicitur teſtator, qui duos, aut plures verbis coniungit.*
3 *Coniuncti re an dicantur ſimpliciter coniuncti, & num.* 4.
5 *Declaratur l. re coniuncti.* 87. *ff. de leg.* 3. *& num.* 12. *&* 26.
6 *Declaratur l. triplici.* 14. *§. vlt. ff. de verb. ſign. & num.* 9. *&* 25.
7 *Declaratur l. coniunctim.* 78. *ff. de leg.* 3. *& num.* 16.
8 *Coniuncti re, & verbis dicuntur ſimpliciter coniuncti.*
10 *Coniunctim ſimpliciter relinqui vbi dicatur.*
11 *Coniuncti verbis tantum dicuntur ſimpliciter coniuncti, Sed contra num.* 14.
13 *Genus æqualiter de omnibus ſuis ſpeciebus prædicatur.*
15 *Coniunctim inſtitui, aut legari, qualiter in varijs locis accipiatur.*
17 *Declaratur l. pen ff. de vſufr. accreſcend. & num.* 18.
19 *Coniuncti ſimpliciter non dicuntur, qui non ſunt coniuncti, quantum ad ius accreſcende, & nu.* 21. *& cur num.* 20.
22 *Nomine carere debet, quod caret effectu.*
23 *Coniunctim legare, & dare partes opponuntur.*
24 *Declaratur §. ſi eadem Inſt. de legat.*
27 *Coniuncti re, aut verbis, qualiter dicantur coniuncti.*

Qui ſpecialiter dicantur coniuncti.

Quæſtio Vigeſimaoctaua.

Sed hi, de quibus hactenus locuti ſumus, generaliter quidem omnes coniuncti nuncupantur. Specialiter autem non omnes ſimplici coniunctorum appellatione continentur, nec omnibus ſimpliciter dicitur coniunctim relinqui: nam, qui rei tantum complexu iunguntur, non coniunctim dicuntur, ſed diſiunctim, & ſeparatim ad eandem rem vocari, *vt oſtendimus in hoc ipſo cap. in princ. num.* 3. *& ſeqq. & q.* 14. *num.* 2. *& ſeqq.* ſcilicet, quia ſpecialis, & ſimplex coniunctionis appellatio refertur ad

ver-

verbalem, & potiùs ex verbis, quam ex re
1 ſolet æſtimari, † vt declarāt Hoto. Ill. q. 44. &
Vueſemb. in d. §. ſi eadem, num. 1. Inſt. de legat.
Itaque coniunctim inſtituere, aut legare di-
citur teſtator, qui duos, aut plures in eadem
2 oratione vocat † l. vnic. § his ita definitis, verſ.
hæc ita tam variè. C. de cad. toll. & ſcribunt
Petr. de Beſut. in d. l. re coniuncti, num. 7. Don.
lib. 10. comment. cap. 23. Quo fit, vt ij, qui
ſolo rei complexu iunguntur, dicantur qui-
dem coniuncti re in d. l. re coniuncti 87. ff. de
leg. tertio, l. triplici. 142 ff. de verbor. ſignific.
& l. ſicut. 3. §. hæc autem ff. quib. mod. vſufr.
3 amit. ſed non coniuncti ſimpliciter, † vt ſen-
ſiſſe videntur Crott. in d. l. re coniuncti, num.
4. Baldui. in d. §. ſi eadem, num. 23. Inſt. de
legat. tametſi contrarium frequentiùs ſit re-
4 ceptum, † vti videre eſt apud glo. in l. coniun-
ctim. 78. in verb. concurſu fieri. ff. de leg. tertio,
Imol. in l. Iulianus 15. num. 8. ff. de hæred. inſt.
Polit. in d. l. re coniuncti, num. 34. verſ. ſed ad
hunc textum, Zaz. in d. l. triplici, in verb. con-
iunctim, Ant. Gou. in lib. animad. cap. 6. Menoc.
de praſ. lib. 4. praſ. 159. num. 8. Andr. Fach. lib. 5.
contro. cap. 50.

Hinc intelligimus, illa l. re coniuncti, ver-
5 ba † an coniunctus potior ſit, perperam à
quibuſdam ad re tantum coniunctum refer-
ri, vt oſtendemus in hoc cap. q. 46. num. 44. &
6 ſeqq. Quemadmodum, & illa, † & coniun-
ctim hæredes ſcriptos, quæ leguntur in d. l. tri-
plici. 142. §. vlt ff. de verbor. ſignific. vti demon-
ſtrauimus in hoc cap. q. 24. num. 2. & ſeq. Deni-
que intelligimus non rectè ad eundem re
7 coniunctum referri † l. coniunctim 78. ff. de leg.
tertio, vt oſtendemus in hoc ipſo cap. q. 32. num.
12. Coniunctim enim ſimpliciter loquendo
non dicitur relinqui, niſi, cum verbis iungun-
tur vocati.

Sed, cum in eadem oratione poſiti, vel re,
& verbis coniungantur, vel verbis tantum,
dubium non eſt, quin re, & verbis coniun-
cti ſimplici coniunctorum appellatione cō-
8 tineantur † d. l. coniunctim 78. ff. de leg. tertio,
§. ſi eadem Inſt. de legat. Vlp. tit. 24. Inſt. §. ſi
duobus, & ſcribunt glo. in d. l. coniunctim 78.
in verb. concurſu partes, Bart. in d. l. re coniun-
cti, num. 5. & ibi Polit. nu. 34. verſ. ſed ad hunc
textum, Imol. in d. l. planè 34. §. ſi coniunctim,
num. 1. ff. de leg. primo. Iaſ. in d. l. ſi pluribus 33.
num. 7. ff. eodem, Zaz. in d. l. triplici, in verb.
dubium, & in verb. coniūctim, & in ſing. cautell.
cap. ſi teſtator leget Titio, & Sempronio fun-
dum, Mynſ. in d. § ſi eadem, num. 2. & ibi
Balduin. num. 22. Hotom. Enun. 2. & Vue-
ſemb. num. 1. Ant. Gouea. in lib. animad. cap. 6.
Forcat. in Necyo. dial. 59. num. 2. & dial. 67.
num. 1. Cuiac. in l. ſi duobus 16. in prin. ff. de
leg. 1. & in l. vn. §. his ita definitis C. de cad.
toll. Donell. lib. 10. comm. cap. 23. Hoto. Ill. q.
44. Menoc de præſump. lib. 4. præſump. 159. num.
8. Andr. Fach. d. lib. 5. contro. cap. 50. Quod ſi-
9 gnificat Paulus † in d. l triplici 142. verſ. nec du-
bium ff. de verbor. ſignificat. dum, Nec dubium
eſt, inquit, quin coniuncti ſint, quos nominum,
& res complexus iungit.

Qui verò ſolis verbis coniuncti ſunt, an,
& ipſi ſpeciali, ſimplicique coniunctorum
appellatione contineantur, dubitari poteſt.
Et interpretes quidē frequentes cenſent con-
tineri, deque ijs pariter, vt, & de re, & ver-
bis coniunctis accipiendos eſſe locos omnes,
in quibus teſtator dicitur coniunctim hære-
10 des ſcribere, aut legare, † ut l. unic. §. his ita
definitis, & §. ubi autem legatarij C. de cad. toll.
l. ſi duobus. 16. in princ. l. ſi pluribus. 33 l. pla-
nè. 34 § 1. & §. ſi coniunctim ff. de leg. primo, l.
coniunctim. 78. ff de leg. tertio, l. Iulianus. 15.
l. hæredes ſine partibus 63. ff. de hær. inſt. l. 1. in
princ. & §. idem eſt, & §. fin. ff. de uſufr. accreſ.
§ ſi eadem Inſt. de legat. Ita enim cenſuerunt
11 † glo. in d. l. coniunctim 78. in uerb. concurſu
partes Bart. in d. l. re coniuncti num. 5. & ibi
Petr. de Beſu. num. 10. uerſ. ego dico, Iaſ. num.
2 & 148. uerſ. 2. Crott. num. 51. uerſ. ſolum obſtat,
Polit. num. 34. uerſ. ſed ad hunc textum,
& num. 63. uerſ. adduco ſecundo, Alciat. num. 3.
& 31. Imol. in d. l. planè 34. §. ſi coniunctim,
num. 1. & ibi Caſtr. num. 3. Caſt. in d. l. unic. §.
ubi autem legatarij num. 1. uerſ. item iſta, & in
l. Moeuio. 42. in prin. num. 2. uerſ. in text. ibi,
utrique ff. de leg. ſecundo, Iaſ. in l. ſi mihi, & ti-
bi 12. in prin. num. 2. & in d. l. ſi pluribus, 33.
num 7. ff. de leg. primo, Ant. Fum. de coniun.
cap. 10. num. 2. Zaz. in ſing. int. d. cap. ſi teſta-
tor leget Titio. & Sempronio fundum. Mynſ. in
d. §. ſi eadem, num. 2. & ibi Vueſemb. num. 1.
Inſt. de legat. Duar. lib. 1. de Iur. accreſcend. cap.
10. & 11. Donell. lib. 7. comm. cap. 13. & lib. 8. cap.
21. Menoch. d lib 4. præſ. 159. nu. 8. Quæ ſenten-
tia videtur probari.

Primo d l. re coniuncti. 87. ff de leg. tertio, vbi
12 Paulus, † Si uero uerbis quidem coniunctus ſit,
inquit, re autem non, quæſtionis eſt, an coniun-
ctus potior ſit, Et magis eſt, ut, & ipſe præfera-
tur: Nam ex his verbis apparet, etiam ver-
bis tantum coniunctum ſimpliciter coniun-
ctum appellari, ſcilicet, quia illa verba, quæ-
ſtionis eſt, an coniunctus potior ſit, non poſſunt
intelligi de coniuncto re, tum, quia dicitur
diſiunctus, tum etiam, quia nemini præfer-
tur, neque de re, & verbis coniuncto, quia
de eo iam ſupra fuerat locutus Paulus. Ne-
ceſſariò igitur ſunt accipienda de coniuncto
verbis tantum.

Secundo videtur probari, quia genus æqua-
liter de omnibus ſuis ſpeciebus prædicatur,
13 † l. 1. §. conuentionis, & §. adeo ff. de pact. Sed
coniunctio eſt genus, verborum autem con-
iunctio ſpecies d. l. triplici. Debet igitur ita
prędicari de coniunctione verbali, vt de mix-
ta.

Verùm his non obſtantibus contrariam
ſententiam diſputando veriorem arbitror,
verbis ſcilicet coniunctos ſpeciali, ſimpli-
cique coniunctorum appellatione non con-
tineri, nec de ijs eſſe accipiendos locos, in
quibus teſtator dicitur coniunctim legare,
14 aut hæredes inſtituere. † Quæ fuit ſententia
Forcat. in Necyo. dial. 59. num. 4. Cuiac. in
d. l. vnic. §. his ita definitis Cod. de cad. tollend.
Hoto. Ill. quæſt. 44. & lib. 6. obſ. cap. 12. Itaque
coniunctos in d. l. vnic. §. his ita definitis, &
15 §§. ſeqq. eos tantum accipere debemus, † qui
re, & verbis coniuncti ſunt, non etiam, qui
ſolis verbis, vt rectè cenſuerunt gloſſ. in d. l.
coniunctim 78. in verb. concurſu fieri, & in
d. l. triplici, in verb. duo, & ibi Zaz. in verb.
coniunctim, & Cuiac. in d. §. his ita definitis
l. vnic. C. de cad. toll. Quemadmodum, & in

*d. §. ſi eadem Inſt. de legat. vt Crott. in d. l.
re coniuncti, num. 15. & 19. verſic. non obſtat
text. Zaz. in d. l. triplici, in verb. coniunctim, &
alij rectè tradiderunt.* Veriorem autem hanc
dico ſententiam diſputando, & profitendo;
nam conſulendo, & iudicando nõ eſt a com-
muni recedendum. Probatur autem

Primo *l. coniunctim 78. ff. de leg. 3.* vbi Cel-
16 ſus, † *Coniunctim hæredes inſtitui, aut coniun-
ctim legari,* inquit, *hoc eſt, totam hæreditatem,
& tota legata eſſe ſingulis data, partes autem con-
curſu fieri.* Non datur autem tota hæredi-
tas, aut totum legatum ſingulis, cum verbis
tantum hæredes, aut legatarij iunguntur,
nec concurſu fiunt partes, ſed initio *d. l. re
coniuncti, & dicemus in hoc cap. q. 31. num. 3.*
Non eſt igitur hoc coniunctim hæredes in-
ſtitui, aut coniunctim legari.

Secundo probatur *l. pen. ff. de vſufr. accreſc.*
vbi Papinianus, *fructuarij ſeparati videntur,*
inquit, *non minus, quam, ſi æquis portionibus
duobus eiuſdem rei fructus legatus fuiſſet.* Non
ſunt igitur coniuncti.

Nec eſt, quod reſpondeas, eſſe ſeparatos
17 re, ſed non verbis, † *Quomodo declarat Ant.
Fum. de coniun. cap. 1. num. 1.* quia non tollit
hoc vim argumenti: Non enim quærimus, an
dicãtur coniũcti verbis, quia hoc certum eſt,
ſed, an ſimpliciter loquendo dicantur con-
iuncti, an verò ſeparati, & dicimus eſſe ſepa-
18 ratos, † *vt ait Hoto. in d. §. ſi eadẽ Enunt. 1. Inſt.
de legat. & d. lib. 6. obſ. cap. 52. & probat etiam l.
1. in prin. ff. de vſufr. accr.*

Tertio probatur; quia coniuncti ſimplici-
ter appellantur illi, qui coniunctionis effe-
ctum habent, ideſt, qui ſunt coniuncti,
19 quantum ad ius accreſcendi † *l. item, quod
Sabinus. 17. § 1. ff. de hær. inſt. & ſcribit Bartol.
in l. Lucius. 45. in prin. num. 21. verſic. ego dico
ff. de vulg.* Nam cœteri videntur ſtudio tan-
20 tum celeritatis in eadem oratione poſiti † *l.
ſi ita quis hæredes inſtituerit. 66. ff. de hæred. inſt.*
& ideo ſimplex coniunctorum nomen non
21 merentur, † *vt ſcribit Pont. in d. l. re coniuncti,
num. 3. Et eſt de mente omnium, quos retulimus
in hoc cap. q. 17. num. 2.* quia, quod caret effe-
22 ctu, debet etiam carere nomine † *l. vn. C. de
nud. iur. Quir. toll.* Sed hi, quibus teſtator æ-
quas dedit partes, non habent coniunctio-
nis effectum, ideſt, ius accreſcendi, *ſecundum
eam ſententiam, quam nos diſputando verio-
rem arbitramur, vt ex ijs patebit, quæ dicemus
in hoc cap. quæſt. 38. num. 26. & ſeqq.* Non de-
bent igitur ſimplici coniunctorum appella-
tione contineri

Quarto probatur; quia coniunctim lega-
23 re, & dare partes, opponuntur † *in l. & Procu-
lo. 20 ff. de leg. 2. l. 1. in prin ff. de vſufr. accreſcen.*
Ergo cum partes dantur, non legatur con-
24 iunctim. Quamobrem Iuſtinianus † *in §. ſi
eadem Inſt. de legat.* & Vlpianus *titu. 24. Inſt.*
coniunctim legatum tunc aiunt relinqui, cũ
teſtator ita ſcribit, Titio, & Seio hominem
Stichum do lego, quod eſt mixtæ coniun-
ctionis exemplum, Et *in l. triplici 142. ff. de
verb. ſign.* Paulus, *Nec dubium eſt,* inquit, *quin
coniuncti ſint, quos nominum, & rei complexus,*
25 *iungit,* ideſt, † quin ſimplici cõiunctorum ap-
pellatione intelligantur ij, qui re, & verbis
ſunt coniuncti: nam cœteri non ſimpliciter
coniuncti ſunt, ſed cum hac adiectione, re,
aut verbis, quia ſimpliciter loquendo, tam il-
li, quam hi ſeparati dicuntur, *vt de illis conſtat
ex locis allegatis in hoc cap q. 14. num. 2. & 3. De
his vero ex d. l. 1. in prin. & d. l. pen. ff. de vſufr.
accreſc.*

Neque obſtant contraria: nam ad primum
26 reſpondeo, fatendo, illa verba, † *an coniun-
ctus potior ſit,* ad verbis tantum coniunctum
eſſe referenda, ſed hoc ideo, quia in ſpecie
d. l. re coniuncti, verbalis coniunctio mixtæ
coniunctionis vim, & effectum habet, ſcili-
cet, quia adiectio tertij operatur, vt, qui in-
ſpecta prima diſpoſitione teſtatoris verbis
tantum erat coniunctus, incipiat eſſe con-
iunctus re, & verbis, *ſecundum ea, quæ dixi-
mus in hoc cap. q. 16 num. 40. & latiùs dicemus
in q. 38. numer. 76. & quæſt. 46. numer. 146.*
Cœterum, ſi tertius non ſit adiectus, verius
eſt, verbis tantum coniunctum, nec coniun-
ctionis habere effectum, nec ſimplici con-
iunctorum verbo contineri, *ſecundum ea, quæ
ſupra diximus.*

Ad ſecundum verò reſpondeo, nil inde
27 ſequi: nam fateor, † verbalem eſſe propriè
coniunctionem, quatenus ſcilicet coniun-
ctio generis nomen eſt, ſed nego, ſimplici,
ſpecialique coniunctionis verbo eam con-
tineri, quia, cum ſimpliciter dicimus, ali-
quos coniunctim vocari, eos tantum intelli-
gimus, qui re, & verbis coniuncti ſunt, cum
ij qui altero tantum nexu iunguntur, ſem-
per dicantur ſeparati, & nunquam coniun-
cti, niſi cum hac adiectione, re, aut verbis,
ſecundum ea, quæ ſupra diximus. Et hæc de
coniunctorum generibus.

Qui ſint coniunctionis effectus.

Quæſtio Vigeſimanona.

NVnc videamus, qui ſint coniunctio-
nis effectus. Conſtat autẽ omnes ef-
fectus in duo genera diſtribui: Qui-
dam enim ſupponunt omnium cõ-
iunctorum admiſſionem, quidam verò quo-
rundam ex ijs deficientiã. Prioris generis effe-
ctus ſunt, qui reſpiciunt partes, quas ſibi inui-
cem faciunt coniuncti, quæque tripliciter cõ-
ſiderari poſſunt: Aut enim conſiderantur re-
ſpectu temporis, aut reſpectu qualitatis, aut
denique reſpectu quantitatis: Reſpectu tẽpo-
ris, cum quærimus, an coniuncti faciant par-
tes initio, an verò concurſu. Reſpectu verò
qualitatis, cum quærimus, an faciant partes
æquales, an verò inæquales. Reſpectu demũ
quantitatis, cum quærimus, an ſinguli coniun
cti ſingulas faciãt partes, an verò quidam ex
ijs in vnam partem cogantur.

At poſterioris generis effectus in duplici
ſunt differentia, vel enim reſpiciunt accretio-
nem, vel prælationem. Accretionem reſpi-
ciunt, cum quærimus, an, & inter quos coniũ-
ctos locum habeat ius accreſcendi. Prælatio-
nem verò, cum quærimus, an ex coniunctis
vnus alteri in iure accreſcendi præferatur.

Hinc intelligimus, quinque in ſumma eſſe
iuris accreſcẽdi effectus, de quibus ſeparatim,

& per

Digitized by Google

& per ſingulas coniunctorum ſpecies nobis erit in hoc loco diſpiciendum.

SVMMARIVM.

1 *Coniuncti re tantum, non initio, ſed concurſu faciunt partes, Declara, vt nu. 5. & ſeqq. vſq; in fin.*

2 *Coniunctionis realis effectus eſt, vt partes concurſu fiant.*

3 *Initio fieri partes quotupliciter dicantur.*

4 *Concurſu fieri partes, quot modis dicantur, & num. 15. & ſeqq.*

6 *Coniuncti re initio habent ſolidum, partes verò faciunt concurſu.*

7 *Declaratur. §. ſi eadem Inſt. de legat.*

14 *Declaratur l. planè. 34. §. ſi coniunctim ff. de leg. 1.*

17 *Legatarius, & fideicommiſſarius poſt ceſſionem diei poteſt ſuam portionem repudiare.*

19 *Partes concurſu non fiunt, ſi relinquatur res indiuidua.*

20 *Indiuiduum ſui natura partes non recipit.*

An re tantum coniuncti faciant partes initio, an verò concurſu.

Quæſtio Trigeſima.

ET, vt à primo effectu ducamus initiũ, & de re tantum coniunctis primo loco diſpiciamus, quæri ſolet, an hi partes initio faciant, an verò concurſu. Generaliter autem dicere ſolemus, eos cõcur-
1 ſu, non initio facere partes † *l. 1. §. interdũ. ff. de vſufr. accr. l. ſi Portidianum. 7. & ibi Bald. Ang. Caſtr. & Alex. C. de legat. l. planè 34. §. ſi coniunctim, verſ. ſed ſi in pupillari, & ibi Caſtr. nu. 1. & 7. Imol. nu. 2. Alex. nu. 1. Iaſ. nu. 8. & 17. ff. de leg. 1. §. ſi eadem, & ibi Port. nu. 16. Baldui. nu. 10. & 16. Mynſ. nu. 6. Hoto. Enun. 1. Inſt. de legat. & ſcribunt Cin. in l. vn. §. his ita definitis, nu. 5. verſ. quid dicemus, & ibi Caſtr. n. 2. C. de cad. toll. Bart. in l. vn. §. vbi autem legatarij, in prin. C. de cad. tol. Bald. in l. ſi mihi, & tibi. 12. in prin. verſ. item dic, & ibi Caſtr. nu. 3. ff. de leg. 1. Bald. in l. huiuſmodi 86. §. quib. ff. eod. Caſtr. in d. l. vn. §. ſin autem disiunctim nu. 1. C. de cad. toll. & in l. ſi pluribus 33. nu. 2. ff. de leg. 1. & conſ. 262. nu. 1. vol. 2. Petr. de Beſu. in d. l. re coniuncti, n. 1. & 20. & ibi Iaſ. nu. 23. 60. 61. 62. & 143. verſ. 2. Polit. nu. 2. Alcia. nu. 30. Ant. Fum. de coniunct. cap. 1. nu. 2. cap. 3. nu. 7. cap. 7. nu. 1. cap. 17. nu. 2. Cagn. in l. vn. nu. 17. verſ. vlt. C. quand. non pet. par. Gomez tom. 1. var. reſol. c. 10. nu. 24. verſ. coniuncti re tantum, Ceph. conſ. 126. nu. 7. Mant. de con. ult. uol. lib. 9. tit. 8. n. 4. lib. 10. tit. 3. nu. 4. Craſſ. in §. ius accreſ. q. 5. n. 1. Pereg. de fidei c. art. 9. nu. 7. & 12. & art. 16. n. 78. Maſcard. de probat. concluſ. 1286. nu. 12. Cuiac. ad leg. triplici 142. ff. de uerbor. ſignificat. Did Spin. in ſuo ſpec. teſtam. glo. 9. num. 11. Ant. Fab. lib. 6. coniect. cap. 1.* Et hunc eſſe realis
2 coniunctionis effectum, † *ut declarat Polit. in d. l. re coniuncti, num. 20.* Sed, quoniam
3 initium dupliciter conſiderari poteſt, † vel reſpectu teſtamenti, vel reſpectu ceſſionis, & ſimiliter concurſus poteſt eſſe duplex,
4 † vel reuocabilis, vel irreuocabilis, ideo videndum erit, qualiter hoc ſit accipiendum.

Et, ſi quidem initium ad teſtamenti tempus referatur, dubium non eſt, quin verùm ſit, quod ſupra diximus, re coniunctos
6 initio non facere partes, † nam, cùm ſermo teſtatoris ſolidum ſingulis aſſignarit *d. l. vnic. §. vbi autem legatarij, verſ. ſin vero non omnes. C. de cad. toll. & nos diximus in hoc cap. quæſtio. 7. num. 6.* fieri non poteſt, vt dicantur facere partes initio, ideſt ex teſtamẽto, in quo nullæ partes expreſſę ſunt. Quamobrem dicimus eos initio habere ſolidum,
6 partes verò facere concurſu. † *l. idem Neratius. 4. in princ. ff. de vſufr. accreſcend. & ſcribunt glo. in d. l. re coniuncti, in verb. ſeparatim, & ibi Bart. num. 1. Iaſ. num. 8. Cin. in d. l. vnic. §. vbi autem legatarij, ante num. 1. C. de cad. toll. Angel. de Gamb. de teſta. glo. 41. num. 2. Caſtr. in l. Iulianus. 15. num. 2. ff. de hær. inſt. Papien. in form. lib. quo ag. ex ſubſt. in verb. breuiloce, num. 35. Duar. lib. 1. de iur. accreſcen. cap. 11. Forea. in Necyo dial. 67. num. 6. Cuiac. in l. ſi duobus. 16. quæſt. 6. ff. de leg. primo, in l. ſi Seiæ. 10. ff. de dot. præleg. & lib. 24. obſeruat. cap. 34. Hoto. lib. 6. obſer. cap. 12. Vueſ. in d. §. ſi eadem num. 4. Inſt. de legat. Et ſimpliciter eos habere ſolidum initio ſcribunt Alcia. in d. l. re coniuncti, num. 1. & Cuiac. in d. l. planè. 34. §. ſi duobus. ff. de leg. primo.* Quod ſignificat etiam Iuſtinianus *in d. §. ſi eadem, Inſt. de legat.* dum loquens etiam de disiunctis, ſeu, vt eodem ſenſu dicimus, re coniunctis, *ſi ambo perueniant ad legatum*, inquit, *ſcindi-*
7 *tur inter eos legatum*: Significat enim † non ſcindi legatum, & ſic non fieri partes, niſi ambo ad id perueniant, & ſic concurrant.

At, ſi initium ad ceſſionis tempus, quo ſcilicet dies legati, aut fideicommiſſi cedit, & ſic ad tempus mortis teſtatoris, aut euenientis conditionis referatur, *vt ſæpius referri ſolere oſtendemus in hoc cap. quæſt. 32. num. 29. & ſeqq.* Verius eſt, etiam re coniunctos
8 initio facere partes, † *vt declarat Polit. in d. l. re coniuncti, num. 38. verſ. atque ideo,* quoniam eas faciunt eo tempore, quo primum legatarij incipiunt habere ius aliquod in legato.

Hoc autem initium diſtinguunt veteres prudentes à ſuperiore, etiam in loquendi modo: nam eos, quibus in teſtamento partes expreſſim datæ ſunt, non dicunt initio facere
9 partes, ſed partes habere † *vt in d. l. re coniuncti 87. ff. de leg. 3.* eos verò, qui totum habent ex teſtamento, ſed tempore ceſſionis non, niſi partes conſequuntur, dicũt initio partes face-
10 re, † *vt in d. l. planè. 34. §. ſi coniunctim. ff. de leg. 1.* quia re vera non habent partes ex diſpoſitione teſtatoris, ſed ex vi concurſus. Itaque faciunt, non habẽt partes. Ex quo intelligimus effectu non diſtingui, facere partes concurſu,
11 & facere partes initio, † ſi id non ad teſtamenti, ſed ad ceſſionis tempus referatur.
12 Planè hoc ita demum verũ eſt, † ſi omnibus coniunctis eodẽ tempore dies legati cedat, puta, quia purè ſit omnibus legatum, aut ſub eadem conditione ſit omnibus relictum: nam, quia, quo tẽpore dies vni cedit, cedit & alijs, ideo fit, vt omnes, quaſi ad eandẽ rẽ, & eodẽ tẽpore concurrentes, ſibi inuicẽ faciant par-

tes initio, ideſt, quo primum tempore dies legari cedit.

Cœterùm, ſi vni purè, alteri verò ſub cōditione legatum ſit, &, quo tēpore moritur teſtator, nondū poſterioris legati conditio extiterit, verius erit, partes non fieri initio, † q̃a, quo
13 tempore dies cedit ei, cui purè legatum eſt, nemo eum eo concurrit, & ideo dies totius legati ei ſoli cedit, vſq; quo conditio extiterit poſterioris legati: nam tunc incipiet ſecundus legatarius facere partem primo, & ſic nō initio, ſed ex poſt facto. Et hoc eſt, quód ſignificat Vlpianus *in d. l. planè. 34. §. ſi coniunctim*
14 *verſ ſed, ſi in pupillari. ff. de leg.* 1. nam, † cū priùs dixiſſet, coniunctos facere partes initio, ſubijcit, *Sed, ſi in pupillari teſtamento alÿ legauerit eādem rem, quam mihi in ſuo teſtamento legauit, Iulianus ſcribit concurſu partes nos habere. Interim igitur partem habebit is, cui in ſuo teſtamento legauit*, quibus verbis ſupponit, aliud eſſe facere partes initio, aliud concurſu, cum tamen re vera dicantur initio facere partes, qui faciunt concurſu. Sed ideo partes, quæ concurſu fiūt, diſtinguit ab ijs, quæ fiunt initio, quia loquitur de concurſu, qui non eodem fit tempore, & ſic non initio, ſed ex poſt facto.

Concurſus autem legatariorum, aut fideicommiſſariorum dupliciter etiam conſiderari
15 poteſt; † Aut enim eum concurſum intelligimus, qui fit per ſolam diei ceſſionem, Et per hunc fiunt quidem partes, ſed reuocabiliter,
16 † ſcilicet, quia eo non obſtante poteſt vnus ex legatarijs, vel fideicommiſſarijs ſuam portio-
17 nem repudiare, † quo caſu perindè erit, ac, ſi initio non concurriſſet *l. Titio, & Seio 34. ff. ad l. Aquil.* Aut verò intelligimus eum concurſum, qui cum effectu fit, ſcilicet per agnitionem legati, aut fideicommiſſi. Et per hunc
18 fiunt partes irreuocabiliter † quia, quod acquiſitum eſt, amplius repudiari non poteſt *l* 1. §. *decretalis ff. de ſucc. edict.*

Interdum tamen ne concurſu quidem partes fiunt: nam, ſi diſiunctim legetur ſeruitus, aut quid aliud indiuiduum, ideo partes non
19 fiunt, † *vt ſcribit Petr. de Beſu. in d. l. re coniuncti, num. 19. circa fin.* quia nec poſſunt, ſcilicet,
20 quia res ſui natura diuiſionem non recipit † *l. 2. §. & harum l. ſtipulationes non diuiduntur 72. in prin. ff. de verbor. oblig.* Et hæc de re tantum coniunctis.

SVMMARIVM.

1 *Declaratur l. quidam 6. §. fin. cum 2. ll. ſeqq. ff. de reb. dub & num. 6. & ſeqq. vſque ad fin.*
2 *Coniuncti verbis tantum habent initio ſolidum, Sed contra num. 3. & cur, num. 5.*
4 *Declaratur l. re coniuncti, 87. ff. de leg. 3.*
6 *Coniuncti verbis tantum habent partes ex verbis teſtatoris, ſed ex mente ſolidum, Sed contra, num. 7.*
8 *Cōiuncti verbis habent ex mente teſtatoris ſolidum, ſi collegatarius non concurrat, Sed contra num. 9.*
10 *Pars virilis, ſi poſthumo legetur, incerta eſt priùs, quam poſthumus naſcatur, & nu. ſeqq. & cur, num. 12.*

An coniuncti verbis tantū dici poſſint habere ſolidum initio.

Quæſto Trigeſimaprima.

VErbis autem coniuncti, quibus certū eſt, teſtatorem expreſſim partes in teſtamento reliquiſſe, *vt oſtendimus in hoc cap. q. 19. n. 1.* an dici poſſint habere ſolidum initio, partes verò facere concurſu, non immeritò dubitari poteſt: Fecit enim dubitationem *l. quidam 6. §. vlt. cum 2. ll. ſeqq. ff. de reb. dub.* vbi, ſi quis ex parte te, & ex parte poſthumum hæredem inſtituerit, legatumvè ſimiliter, aut fideicommiſſum dede-
1 rit, ſcribit Caius, † cōmodiùs dici, ſi quidē natus non eſt poſthumus, minimè cum partem facere, ſed totum ad te pertinere, *quaſi ab initio tibi ſolido relicto*, & tamen verbis tantū eras cum poſthumo coniunctus, quia partes fuerant expreſſim à teſtatore datæ. Habēt igitur, & verbis tantum coniuncti initio ſolidum.
2 † *Quod etiam explicitè docuerunt gl. in l. coniunctim 78. in verb. concurſu fieri ff de leg. 3. Alcia. in d. l. re coniuncti num. 30. Duar lib. 1. de iur. accr. cap. 11. Forca. in Necyo. dial. 68. nu. 3. Menoc. de praeſ. lib. 4. praeſ. 159. n. 17.* Hoc autem, ſi verum eſt, neceſſariò ſequitur eos, non initio, ſed concurſu facere partes, quia hoc dicitur de omnibus, qui ſolidum habent ab initio, *vt ex ÿs. quę diximus in q. praeced. & dicemus in 2. ſeqq. facile erit intelligere.*

Sed hoc non obſtante verius, & receptius eſt, verbis tantū coniunctos, non cōcurſu, ſed initio, & ex ipſomet teſtamēto habere partes,
3 † *vt ſcribunt gl. in d. l. re coniuncti, in verb. habēt, & ibi Bart. nu. 1. Petr. de Beſut. nu. 1. Iaſ. nu. 8. & 88. verſ. tu ergo, Crott n. 15. Rip nu. 8. Alcia. nu. 30. Bal. in l. huiuſmodi. 86. § quib ff. de leg. primo, & in l. ſi plures 6 nu. 17. C. de cond. inſert. Caſt. in l. ſi plurib. 13. nu. 1. & ibi Iaſ. nu. 7 ff. eod. Caſtr. in l. planè 34 § ſi cōiunctim nu. 1. ff eod. Ant. Fum. de coniunct. cap. 3. nu 4. Port. in d. § ſi eadem nu. 12. & ibi Baldus. nu. 10. Mynſ. nu. 5. & 7. Inſt. de legat. Duar lib. 1. de Iur. acer. cap. 11. Ant. Gou. de Iur. acc. nu. 12. Forcat. in Necyom. dial. 67. nu. 3. Cuiac. in l. triplici. 142 ff. de verb. ſign. in l. 2. §. hęc autē ff. quib. mod. vſusfr. amitt. in 17. lib. q. Papin. & in l. vn. §. his ita definitis C. de cad. toll. in l. ſi duob. 16 ff. de leg. 1. & lib. 24. obſ. cap. 34. Hoto. lib. 6. obſer. cap. 12. & Illuſtr. q. 44. Andr. Facb. lib. 5. contro. iur. cap. 50.* Hoc enim eſt, quod ſentit Paulus *in d. l. re coniuncti*, dum ait, eos habere
4 partes ſemper, ideſt, † & à principio, & ex poſt facto. *ſecūdū ea, quæ dicemus in hoc c. q. 38. n. 59.*
5 Et verò, cum † ſermo teſtatoris partes expreſſim aſſignet legatarijs, *vt oſtendimus in hoc cap. q. 19. nu.* 1. qui fieri poteſt, vt initio ſolidum habere dicantur?

Nec res in controuerſiam fuiſſet ab aliquo deducta, niſi obſtarēt ſupra relata Cai verba, ad quæ tamen reſpondent pleriq; verbis tantum coniunctos habere initio partes ex verbis teſtatoris, ſed ex mente habere ſolidum,
6 & ita intelligenda verba Cai; † *Ita reſpondent Duar. d. lib. 1. de Iur. acer. cap. 11. & Men. de praeſ. lib. 4. praeſ. 159. num. 17.*

Verùm

Verùm hæc reſponſio mihi non probatur,
7 † quia, ſi partes habent ex verbis, conſequens
eſt, vt habeant etiam ex mente; nam mens
talis eſſe præſumitur, qualem verba demon-
ſtrant, nec cenſetur quis aliud dicere, quam,
quod vult *l. Labeo. 7. verſ. id Tubero ff. de ſupp.
leg.* Quinimo ſi re, & verbis coniuncti, qui ſo-
lidum habent ex verbis eo, quod partes a te-
ſtatore factæ non ſunt *l. coniunctim. 78. ff. de
leg. 3. & latius oſtendemus in q. ſeq. nu. 47. & ſeqq.*
dicuntur nihilominus habere partes ex men-
te *l. ſi duobus. 16. §. vlt. ff. de leg. primo*, quia teſta
tor enumerando perſonas cenſetur partes aſ
ſignare *l. cui fundus. 55. ff. de cond. & dem.* mul-
to magis cenſeri debent, eas habere ex mente
verbis tantum coniuncti; quippe, qui eas ha-
bent etiam ex verbis.

Nec eſt, quod reſpondeas, habere partes ex
mente, ſi collegatarius concurrat, aliàs habe-
8 re ſolidum, † *vt declarant Alciat. in d. l. re con-
iuncti, nu. 30. & Forcat. in Necyo. dial. 68. nu. 3.*
9 quia verius eſt, † eos habere partes ſemper
d. l. re coniuncti, ideſt, & initio, & ex poſt fa-
cto: Nec enim inter legatarios verbis tantū
coniunctos locum habet ius accreſcendi, ſe-
cundum eam ſententiam, quam nos veriorē
arbitramur, tametſi contraria ſit communi-
ter recepta, *vt demonſtrabimus in hoc cap. q. 38.
num. 26. & ſeqq.*

Quamobrem veriùs eſt, eos, quibus a teſta
tore partes aſſignatæ ſunt, regulariter nō poſ-
ſe dici habere ſolidum initio, ſed excipi caſū
d. l. quidam 6. §. vlt. cum 2. ll. ſeqq. ff. de reb. dub.
10 cum ſcilicet † viriles partes dantur Titio, &
poſthumo: nam tunc, ſi poſthumus non naſ-
catur, Titius cenſetur ab initio ſolidum ha-
buiſſe, quia pars data Titio non fuit certa:
11 † Potuit enim eſſe dimidia, vel tertia, vel quar
ta, cum vnus, duo, & verò etiam tres naſci po-
12 tuerint † *l. antiqui. 3. ff. ſi pars hæred. pet. l. vtrum.
8. in prin. ff. de reb. dub.* & ideo propter talem
incertitudinem non poſſumus ſcire partem
13 datam Titio, niſi poſthumus naſcatur † *l. il-
lud. 5. verſ. quod, ſi fortè ff. ſi pars hæred. pet.* Si
igitur non naſcatur, numquam dici poterit
Titius habere partem, quia paria ſunt, non
ſcribere in teſtamento partes, vel ſcribere ta-
les, quæ ſciri non poſſint. Quo fit, vt cenſeatur
Titius habere ſolidum initio, non partes. Et
14 hoc eſt, quod ſignificat Caius, † dum ait, *Ego
commodius dici puto*: Nec enim cōmodè poſt-
humus dici poteſt feciſſe partem, niſi naſca-
tur, propter incertitudinem numeri poſthu-
morum, qui naſci potuerunt. Nec alia ratio-
ne de hac re tractatur ſub titulo, De rebus
dubijs, quam quia dubia eſt pars Titio data.
Et hæc de verbis tantum coniunctis.

SVMMARIVM.

1 *Coniuncti re, & verbis faciunt partes initio, non concurſu, Sed contra, num. 9.*
2 *Declaratur l. planè. 34. §. ſi coniunctim ff. de leg. 1. & nu. ſeqq. & nu. 24. & ſeqq. vſque ad nu. 47.*
6 *Declaratur l. cui fundus. 55. ff. de condit. & dem. & num. 47.*
7 *Mixtum ſequitur naturam eius ſimplicis, cui magis aſſimilatur, Sed contra, num. 48.*
8 *Coniunctio mixta magis aſſimilatur verbali, quā reali, Sed contra, num. 49.*
10 *Declaratur l. coniunctim. 78. ff. de leg. 3. & nu. 12. 13. & 32.*
11 *Singulis legare, eſt legare diſiunctim.*
14 *Declaratur §. ſi eadem Inſt. de leg.*
15 *Declaratur l. ſi pluribus. 33. ff. de leg. 1.*
16 *Declaratur Vlpianus tit. 24. Inſt. §. ſi duobus.*
17 *Declaratur Caius lib. 2. Inſt. tit. 5. §. ſi per vindicationem.*
18 *Declaratur l. idem Neratius. 4. in prin. ff. de vſufruct. accr.*
19 *Declaratur l. quidam. 6. § fin. cum 2. ll. ſeqq. ff. de reb. dub. & num. 20. & 21.*
22 *Coniuncti re, & verbis capiunt partem vacantem quaſi ſuam, & ſibi relictam.*
23 *Mixtum non dicitur, niſi, quod participat de vtroque ſimplici.*
24 *Coniuncti faciebant olim partes initio in legatō damnationis. concurſu verò in legato vindicationis, & num. 25.*
29 *Partes initio fieri, quot modis dicantur.*
30 *Coniuncti re, & verbis qualiter dicantur habere ſolidum initio, & nu. 31. & 34.*
33 *Partes enumeratione perſonarum qualiter fieri dicantur.*
35 *Legatarij quando dicantur ad legatum peruenire, ſeu concurrere.*
36 *Declaratur l. ſi mihi, & tibi. 12. in prin. ff. de leg. primo, & nu. 45.*
43 *Legatarius repudians retrofingitur nunquam concurriſſe.*

An re, & verbis coniuncti initio faciant partes, an verò concurſu.

Quæſtio Trigeſimaſecunda.

RE demum, & verbis coniuncti initio-
ne faciant partes, an verò concurſu,
quæſtio eſt mirum in modum agita-
ta: Nā pleriq; cenſuerunt, facere partes initio.
1 † *Quæ fuit ſententia Alcia. in d. l. re coniuncte, nu.
32. verſ. quod puto verū, & nu. 58. verſ. Nec ob-
ſtat, Zaſ. in l. triplici. 142. in verb. cōiunctim ff. de
verb. ſign. & in ſingul. intellect. cap. ſi teſtator le-
get Titio, & Sempronio fundum, Mynſ. in d. § ſi
eadem, nu. 5. Inſt. de legat. Duar. lib. 1. de Iur. acc.
cap. 11.* Mouentur autem.

Primo *l. planè. 34 §. ſi coniunctim ff. de leg. pr.*
2 vbi Vlpianus, † *Si cōiunctim res legetur*, inquit,
conſtat partes ab initio fieri. Dicitur autem cō-
iunctim legati, cum teſtator ita ſcribit, lego
Titio, & Seio fundum Tuſculanū *d. §. ſi eadē,
verſ. coniunctim Inſtit. de legat.* quo caſu cenſe-
tur eos re, & verbis coniungere, *vt oſtendimus
in hoc cap. q. 25. nu. 21. & ſeqq.* Fiunt igitur etiā
a re, & verbis coniunctis initio partes.

Nec eſt, quod reſpōdeas, loqui Vlpianum
de verbis tantū coniunctis, ijs ſcilicet, quibus
teſtator expreſsè dedit partes, vt, cū ita ſcripſit,
lego fundum Tuſculanū Titio, & Seio, æquis
3 partibus, † *Quomodo cenſuerūt Caſtr. in d. l pla-
nè 34. §. ſi coniunctim, nu. 1. 3. & 4. Baldum. in d.
§ ſi eadem, nu. 10. Inſt. de legat. Hoto. Illu. q. 44.
Ant. Fab. d. lib. 6. coniect. cap. 1. And. Facb. lib. 4.
controu. cap. 94.* quia verius eſt, loqui eum de
legatarijs, quibus teſtator partes non dedit
expreſsè, & ſic de re, & verbis coniun-
4 ctis, † *vt ſcribunt Imol. in dict. §. ſi coniun-
ctim, num. 1. & ibi Iaſ. num. 4. Iaſ. in d. l. re
coniuncti, num. 96. & ibi Crott. num. 16. verſic.*

nec obſtat ſolutio, Iaſ. in d. l. ſi pluribus. 33. num. 7. verſ. tamen pro iſta ff. de leg. primo, Zaz. in ſing. intell. cap. ſi teſtator leget Titio, & Sempronio fundum, Forcat. in Necyo, dial. 67. num. 7. Nam hoc probat exemplum, quod ibi ſubiicitur, his verbis, *vtputa, ſi Titio, & ſeruo proprio*, nulla de expreſſa diſtributione partium mentione facta. Alioquin enim, quæ fuiſſet dubitandi cauſa, an cenſerentur initio factæ partes, ſi teſtator eas expreſſiſſet?
5 Denique probant † hoc ipſum illa verba, *ſi coniunctim res legetur*: Coniunctim enim tunc legari dicitur, cum teſtator non factis partibus ita ſcribit, lego Titio, & Seio fundum Tuſculanum §. *ſi eadem Inſtit. de legat. & diximus in hoc cap. q. 28. num. 15.*

Secundo mouentur *l. cui fundus. 55. ff. de condit. & demonſtr.* vbi Iabolenus, *Diſſimilis*, inquit, *eſt cauſa, cum duobus eadem res ſub conditione legata eſt; In hac enim quæſtione ſtatim a teſtamento, quo pluribus conditio adpoſita eſt, diuiſa quoque in ſingulas perſonas videri poteſt, & ideo ſinguli pro ſua parte, & conditioni parere, & legatum capere poſſunt: nam, quamuis ſumma vniuerſa conditionis ſit adſcripta, enumeratione tamen perſonarum poteſt videri eſ-*
6 *ſe diuiſa*: Ponderant enim ea verba, † *ſtatim a teſtamento*, & ex iis inferunt. Ergo diuiditur initio, non verò ex poſt facto, & ſic concurſu.

Tertio mouentur, quia mixtum ſequitur naturam eius ſimplici, cui magis aſſimilatur
7 † *l. quæritur. 10. ff. de ſtat. hom.* Sed coniunctio mixta magis aſſimilatur verbali, quam
8 reali. † Debet igitur ſequi naturam verbalis coniunctionis, vt ſcilicet, quemadmodum in verbali partes initio fiunt, ita etiam fieri cenſeantur in mixta. Minorem probat Zazius ea ratione, quia coniunctio verbalis ita coniungit, vt etiam à re non prorſus ſeparet. Sed coniunctio realis in re ita coniungit, vt oratione, & verbis omnino ſeparet. Cum igitur coniunctio mixta ſit complexus nominum, & rei, Conſequens eſt, vt cenſeatur magis ſimilis coniunctioni verbali, quæ rem à ſe non prorſus ſeparat, quam reali, quæ verborum nexum prorſus excludit.

Quarto mouentur, quia, ſi re, & verbis coniuncti ſolidum haberent initio, caperent vacantem portionem ſine onere *l. vn. §. ſin autem ad deficientis C. de cad. toll.* Atqui capiunt cum onere. *d. l. vn. §. vin autem legatarij*. Non habent igitur ſolidum initio.

Verùm hæc ſententia, vt eſt à veritate aliena, ita, & meritò fuit a frequentiori Doctorum ſchola reprobata: nam verius eſt, re, & verbis coniunctos habere ſolidum initio, par
9 tes vero facere concurſu. † *Ita enim cenſuerunt glo. in l. 1. §. vlt. in verb. ſeparatim. ff. de vſufr. accr. gl. in l. triplici. 142. in verb. duos, et ibi Cuiac. ff. de verb. ſignif. Azo in ſumm. C. de cad. toll. nu. 11. Bart. in d. l. re coniunctis, nu. 16. & 24. & ibi Petr. de Beſu. num. 25. Iaſ. num. 11. Polit. num. 32. Io. Gaud. num. 40. Alcia. num. 22. & 29. in fi. Ang. in l. vlt. verſ. ſed reſpō. C. de impub. et al. ſubſt. Ang. de Gamb. de teſta. glo. 41. num. 4. Port. in d. §. ſi eadem num. 12. & ibi Myſ. num. 8. Inſt. de legat. Alex. in l. ſi duobus. 16. in prin. verſ. & illud, & ibi Iaſ. num. 4. & in l. ſi plurib. 33. num. 7. ff. de leg. 1. Ruin. conſ. 39. n. 7. vol. 2. Soc. Iun. conſ. 150. nu. 6. vol. 2. Ant. Fum. de con. cap. 2. n. 1. cap. 3. nu. 4. & 7. cap. 7. nu. 1. & cap. 17. nu. 2. Cag. in d. l. vn. num. 17. verſ. verbis. C. quand. non pet. part. Ceph. conſ. 24. num. 5. & 10. Craſſ. in §. ius accreſcendi q. 6. num. 1. Pereg. de fideic. artic. 9. nu. 7. & 12. & artic. 18. nu. 79. Sard. conſ. 211. nu. 10. & 15. verſ. non obſtat. Viu. deciſ. 450. num. 6. Did. Spin. in ſuo ſpecu. teſtam. gl. 9. nu. 15. Cuiac. in d. l. ſi duob. 16. q. 6. ff. de leg. 1. & lib. 24. obſ. cap. 34. Hoto. lib. 6. obſ. cap. 12. Forca. in Necyo. dial. 67. num. 1. & dial. 68. nu. 3. Ant. Fab. lib. 6. coniect. cap. 1. Andr. Fach. lib. 4. contro. cap. 94. Et in ſpecie reprobando ſupradictam opinionem Ant. Fum. d. cap. 3. nu. 1. & ſeqq. Io. Gaud. in d. l. re cōiunctis, nu. 40. Forcat. d. dial. 67. nu. 1. & ſeqq. & nouiſſimè Andr. Fach. d. lib. 4. contro. cap. 94.* Probatur autem hæc ſententia.

Primo *l. cōiunctim 78. ff. de leg. 3.* vbi Celſus, *coniunctim hæredes inſtitui*, inquit, *aut coniunctim legari, hoc eſt, totam hæreditatem, & tota legata eſſe ſingulis data, partes autem concurſu fieri.*

Nec eſt, quod reſpondeas, loqui Celſum de re tantum, non etiam de re, & verbis coniun-
10 ctis, † *vt putarunt Polit. in d. l. re coniunctis. nu. 34. verſ. ſed ad hunc text. & ibi Æm. Ferr. num. 6. Zaz. in d. l. triplici, in verb. coniunctim*, Quod ēt videtur probari ex illo verbo, *ſingulis*: nam ſingulis legatur, cum diſiunctim legatum re-
11 linquitur, cum verò coniunctim, multis † *l. 2. § cum ſingulis. ff. quib. mod. vſufr. am. l. vel ſingulis 37. ff. de vulg. §. vel ſingulis Inſt. de pupil. Caius lib. 2. Inſt. tit. 5. Cuiac. in d. l. vn. §. his ita definitis, C. de cad. toll.* quia verius eſt, loqui de coniun-
12 ctis re, & verbis, † *vt Forca. d. dial. 67. num. 1. & Ant. Fab. d. lib. 6. cap. 1, rectè cenſuerunt*: Cōiunctim enim tūc dicitur legari, cum teſtator ita ſcribit, lego Titio, & Seio fundum, *vt diximus ſuprà num. 5. & in hoc cap. q. 28. num. 15.*

Nec obſtat, quod Celſus dicat, totū legatū eſſe datū ſingulis, quia reſpondeo, non dicere
13 † ſingulis eſſe legatum, ſed legatū cōiunctim relictum totum eſſe datū ſingulis, quæ verba multum inter ſe diſtāt: nam legare ſingulis ad ipſam diſpoſitionem refertur. Itaq; tunc dicitur ſingulis legari, cum ſeparatim eadem res duobus relinquitur, quo caſu ſinguli, vt ſinguli vocantur ad ſolidum. Contrà, cum legatur coniunctim, reſpectu ipſius diſpoſitionis non dicitur legari ſingulis, ſed multis. Et, licet etiam in hoc caſu dicatur totū legatum dari ſingulis, non tamē datur ſingulis, vt ſingulis, ſed, vt vniuerſis, *ſecundum ea, quę dicemus infra nu. 30. & ſeqq. & in q. 39. nu. 17. & ſeqq.*

Secūdo probatur *d. §. ſi eadē, Inſt. de legat.* vbi Iuſtinianus, *Si eadem res duobus legata ſit*, inqt, *ſiue cōiunctim, ſiue diſiunctim, ſi ambo perueniāt ad legatum, ſcinditur inter eos legatum*: Nam ex
14 his verbis, † dupliciter argumentum duci poteſt, & primo, dum dicitur, legatum ſcindi, ſi ambo perueniāt ad legatum: Significāt enim hæc verba, partes legati fieri, ſi legatarij concurrant. Ergo non initio. Secundo, dum dicitur, ſcindi legatū, ſiue cōiunctim, ſiue diſiunctim res eadem legata ſit. Nam cum illud verbum, ſcinditur, reſpiciat duo determinabilia, nempè legata relicta cōiunctim, & diſiunctim, Conſequēs eſt, vt debeat ea pari modo determinare *l. tam hoc iure. 4. ff. de vulga.* Cū igitur legatum relictū diſiunctim ita determinet, vt

partes nō initio fiāt, ſed concurſu, *vt diximus in hoc cap. q. 30. nu. 7.* Cōſequens eſt, vt eodem modo debeat determinare legatum relictum coniunctim.

Tertio probatur *l. ſi pluribus. 33. ff. de leg. primo*, vbi Paulus, *Si pluribus eadem res legata fuerit*, inquit, *ſi quidem coniunctim, etiamſi alter vindicet, alter ex teſtamento agat, non amplius, quam partem habebit is, qui ex teſtamento aget:*
15 Nam hæc verba ſignificant, † legatarios, quibus eadem res coniunctim fuit relicta, habere partes, ſi agant, ideſt, ſi petant legatum, & ſic, ſi concurrant, ſiue agant eodem actionis genere, ſiue diuerſo, puta, quia vnus proponat actionem perſonalem ex teſtamento, alter verò proponat rei vindicationem. Non habent igitur partes initio.

Quarto probatur ex Vlpiano *tit. 24. Inſt. §.*
16 *ſi duobus*, vbi, † *Si duobus*, inquit, *eadem res per vindicationem legata ſit coniunctim, veluti, Titio, & Seio hominem Stichum do lego, iure ciuili partes concurſu fiebant, non concurrente, altero pars eius alteri accreſcebat. Sed poſt legem Papiam Poppæam non capientis pars caduca fit.* Cum igitur hodie ſublata lege Papia res ſit ad ius antiquum redacta *l. vn. in prin. C. de cad. toll.* Conſequens eſt, vt partes concurſu fiant, & nō capientis pars capienti accreſcat.

Quinto probatur ex Caio *lib. 2. Inſtit. tit. 5.*
17 vbi, † *Si per vindicationem vna res multis legata ſit*, inquit, *& ſinguli hanc ipſam rem præſumere velint, æquales ſinguli de re legata capient portiones.* Itaque ſignificat, portiones capi, ſi ſinguli rem velint præſumere, & ſic, ſi concurrant. Non igitur initio.

Sexto probatur *l. idem Neratius. 4. in prin. ff.*
18 *de vſufr. accr.* vbi Vlpianus, † *Cuius ſententiæ*, inquit, *congruit ratio Celſi dicentis, toties ius accreſcendi eſſe, quoties in duobus, qui inſolidum habuerunt, concurſu diuiſus eſt.* Si igitur re, & verbis coniuncti non haberent ſolidum initio partesq; facerent concurſu, non eſſet inter eos ius accreſcendi. Atqui eſt *l. 1. in prin. & §. idem eſt ff. eod.* Habent igitur initio ſolidum.

Septimo probatur *l. quidam. 6. §. vlt. cum 2. ll. ſeqq. ff. de reb dub.* vbi Caius, *Si tibi, & poſthumo ſuo, vel alieno hæreditatem reſtituere quis rogauerit*, inquit, *vel ex parte te, & ex parte poſthumum hæredem inſtituiſſet, legatumue ſimiliter, vel fideicommiſſum dediſſet, vtrum ita poſthumus partem faciat, ſi natus ſit, an, & ſi natus non ſit, quæritur. Ego commodius dici puto, ſi quidem natus non eſt, minimè eum partem facere, ſed totum ad te pertinere, quaſi ab initio tibi ſolido relicto.*
19 Dupliciter autem hic locus † probat cōmunem ſententiam, primo, dum loquitur de re, & verbis coniuncto, in illis verbis, *Si tibi, & poſthumo ſuo, vel alieno hæreditatem reſtituere quis rogauerit*, & ſcribit ei ſolidum initio relictum. Secundo, dum idem ſubijcit procedere, & ſi partes datæ ſint, quod qualiter ſit accipiendum, oſtendimus *in q. præced. nu. 10. & ſeqq.* nam multo faciliùs id eſt admittendum in eo caſu, quo partes expreſſim datæ non ſunt.

Nec eſt, quod obijcias, non dicere Caium, ſolidum eſſe initio relictum, ſed, qua-
20 ſi relictum, quibus verbis † fictionem quandam, & improprietatem denotare videtur, quia reſpondeo primò, non ſemper dictionem, quaſi, fictionem, & improprietatem denotare, ſed plerumq; poni pro, vtpotè, & ſic cauſaliter, Et ita ſumi *in d. l. vtrum:*
21 Significat enim † totum pertinere ad coniunctum, vtpotè, cui ſolidum initio relictum eſt. *Et ita reſpondet Polit. in d. l. re coniuncti, num. 32. verſ. qui tamen.* Secundo reſpondeo, dato etiam, quod fictionem denotaret, re, & verbis coniunctos habere ſolidum non verè, ſed fictè, quia ſolidum habent ex vi corporis illius fictitij, quod referunt, qui in eadem oratione copulantur, *uti mox latiùs oſtendemus.*

Octauo probatur, quia, ſi re, & verbis coniuncti partes haberent initio, non ſolidum, non dicerentur capere vacantem partem, vti ſuam, & ſibi relictam, Nec enim pars mihi non data, mea dici poteſt. Atqui dicuntur capere partem, tamquam ſuam, & ſibi reli-
22 ctam † *l. Titio, & Seio. 34. iuncta l. nam, ſicut. 36. in prin. ff. ad l. Aquil. l. un. § his ita definitis, verſ. hæc ita tam varie C. de cad. toll. l. ſi mihi, & tibi. 12. in prin. ff. de leg. primo.* Habent igitur ſolidum initio, non partes.

Nono, & vltimo probatur, quia, ſi re, & verbis coniuncti dicuntur, quos nominum, & rei complexus iungit *l. triplici. 142. ff. de verb. ſign.* neceſſariò ſequitur, debere eos habere ſolidum initio; nam rei complexus non iungit eos, qui vocantur ad eiuſdem rei partes, ſed eos tantum, qui vocantur ad ſolidum, vt patet ex verbis tantum coniunctis, quos non rei, ſed nominum complexus iungit, ideo, quia, licet ad eandem rem vocentur, nō tamen vocantur inſolidum, ſed factis partibus. Et ſanè, niſi re, & verbis coniuncti haberent ſolidum initio, non poſſet eorum coniunctio dici mixta, quia mixtum non dicitur, niſi, quod participat de vtroque ſimplici
23 † *l. ult. ff. de mun. & hono. l. imperium. 3. ff. de iuriſd. §. ſequens Inſt. de actio. l. quæritur. 10. ff. de ſtat. hom. l. adeo. 7. §. voluntas ff. de acq. rer. dom.* & hæc non poſſet dici participare de reali, quia (*ut eleganter Ant. Fum. de coniun. cap. 3. nu. 7. Porcat. in Neeyo. d. [illegible] 67. num. 3. Andr. Fach. d. lib. 4. controu. cap. 94. animaduerterunt*) realis coniunctio non æſtimatur ex identitate rei, ſed ex eo, quod ſinguli vocantur ad ſolidum, vt patet ex verbis tantum coniunctis, *ſecundum ea, quæ ſupra dicta ſunt.* Itaq; participaret tantum de verbali, quia vocarentur hæredes, aut legatarij ad eiuſdem rei partes in eadem oratione, quod eſt proprium verbalis coniunctionis. Atqui hoc eſſet abſurdum, cum detur mixta coniunctio, *d. l. triplici.* Omnimodo igitur dicendum eſt, re, & verbis cōiunctos habere ſolidum initio, partes verò concurſu.

Neque huic ſententiæ aduerſantur contraria: nam ad primum, in quo tota vis contrariæ ſententiæ videtur contineri, variæ reſponſiones afferuntur: Etenim in primis reſpon-
24 dent nonnulli, † in hac re fuiſſe olim diſcrimen inter legatum vindicationis, & legatum damnationis: nam re duobus per vindicationem coniunctim legata, partes concurſu fiebant, & non capientis pars capienti accreſcebat; re verò per damnationem coniunctim relicta, partes fiebant initio, & non capientis

pars

Digitized by Google

pars in hæreditate remanebat. Igitur Vlpia-
num in d. §. ſi coniunctim, de legato damna-
tionis eſſe accipiendum, cum alioqui Celſus
in d. l. coniunctim, & alij ſupra relati pruden-
tes de legato vindicationis loquantur. Ita
reſpondet Cuiac. in not. ad Vlp. tit. 24. Inſt. &
in d. l. vn. §. his ita definitis C. de cad. toll. in l. ſi
duobus. 16. & in l. ſi pluribus. 33. ff. de leg. primo,
in l. ſi poſt mortē. 10. §. liberi ff. de bono. poſſ. cont.
tab. & ad l. 2. ff. de uſufr. accr. tract. 5. ad Afric.
& in l. huiuſmodi. 86. §. ſi Titio, & Moeuio ff. de
leg. primo, in 33. lib. Edict. Saluij Iuliani, & in l.
unum ex familia. 69. §. rogo ff. de leg. 2. in 19. lib.
quæſtio. Papin.
Verùm hæc reſponſio non eſt admitten-
da, quia, licet verum ſit, olim fuiſſe in hac re
diſcrimen inter legatum vindicationis, & le-
25 gatum damnationis, † uti conſtat ex Vlp. d. tit.
24. Inſt. & Caio lib. 2. Inſt. tit. 5. & in hoc cum
eo potiùs, & Hoto. lib. 6. obſer. cap. 12. & in Epit.
tit. ff. de uſufr. accr. num. 10. & 11. & Vueſemb.
in d. §. ſi eadem. num. 1. Inſt. de legat. quam, cum
eodem Hoto. Ill. q. 44. Ant. Fab. lib. 6. coniect. cap.
1. & alijs contrarium aſſerentibus conſentiā,
26 verius tamen eſt, Vlpianum † in d. §. ſi coniun-
ctim, non loqui de legato damnationis: nam
ſubijcit, Sed, ſi in pupillari teſtamento alij legaue-
rit eandem rem, quam mihi in ſuo teſtamento le-
gauit, Iulianus ſcribit, concurſu partes nos habi-
turos, ex quibus verbis intelligimus, non lo-
qui eum de legato damnationis, quia alio-
quin non feciſſent legatarij partes concurſu,
ſed vnus rem, alter verò æſtimationem eſſet
conſecutus, vt ſeruabatur, cum duobus eadē
res per damnationem diſiunctim legabatur,
ſicut oſtendimus in hoc cap. q. 12. nu. 37. Nec eſt
facienda reſponſio eiuſdem Cuiacij exiſti-
27 mantis, Vlpianum † initio loqui de legato
damnationis, poſtea verò in uerſ. ſed, ſi in pu-
pillari, de legato vindicationis, quia non eſt
hoc veriſimile.
Quamobrem alij frequentiùs reſpondent,
ita Vlpianum eſſe accipiendum, vt dicat ini-
tio partes fieri, quæ fiunt concurſu, hoc ſen-
ſu, fiunt partes initio, hoc eſt, cum primum
28 incipiunt legatarij concurrere. † Ita reſpondet
Petr. de Beſut. in d. l. re coniuncti, num 26. & ibi
Polit. num 32. uerſ. qui tamen, Port. in d. §. ſi ea-
dem, num. 13. Inſt de legat. Iaſ. in d. l. planè. 34. §.
ſi coniunctim, num. 2. uerſ. 3. Ant. Gou. de Iur.
accr. num 7. & in lib. animad. cap. 6. Ant. Fab.
lib. 6. coniect. cap. 1. Nam (ut & in q. 30. num. 3.
diximus) cum teſtator ita ſcribit, lego Titio,
& Seio fundum, & quærimus, an legatarij to-
tum habeant initio, an verò partes, duplici-
29 ter † hoc initium conſiderari poteſt: Aut
enim ſpectamus initium reſpectu diſpoſitio-
nis teſtatoris, & ſic reſpectu teſtamenti, Et
tunc, ſi quidem conſideremus legatarios, vt
vniuerſos, ideſt, vt omnes ſimul vnum cor-
pus efficientes, & ad vnam rem coniunctim,
30 ac velut collectiuè vocatos, † ut dicitur in l.
planè. 34. §. 1. ff. de leg. primo, & in l. un. §. his ita
definitis, uerſ. hæc ita tam uariè C. de cad. toll. &
declarat Zaz. in ſing. intell. cap. ſi teſtator leget Ti-
tio, & Sempronio fundum, veriſſimum eſt, eos
31 habere ſolidum initio, † ut ſcribunt Petr. de
Beſu. in d. l. re coniuncti, num. 15. uerſ. ſed idem,
& ibi Polit. num. 34. Port. in d. §. ſi eadem num.
13. Inſt. de legat. Nam, quemadmodum, ſi quis
legaret corpori, puta collegio mille, ratione
totius vniuerſitatis nullæ dicerentur factæ
partes, ita etiam, ſi quis leget Titio, & Seio,
aut filijs, vel agnatis, quo caſu dicuntur vo-
cati conſtituere quoddam corpus fictitium,
& imaginarium a ſingulis ſeparatum, atque
diſtinctum, nullæ reſpectu eius corporis dicē-
tur factæ partes, ſed legatarij dicentur ſinguli
habere ſolidum, ſinguli, non, vt ſinguli, ſed,
vt vniuerſi. Et ita accipio Celſum in l. coniun-
32 ctim 78. ff. de leg. 3. Nam, dum ait, † totum le-
gatum dari ſingulis, intelligo ſingulis, non,
vt ſingulis, ſed, vt vniuerſis, quia, ſi legatarij
conſiderentur, vt ſinguli, verius eſt, eos etiam
initio habere partes, non quidem ex verbis,
ſed ex mente: Nam teſtator, qui duobus ean-
dem rem legat coniunctim, non totum ſin-
gulis, vt ſingulis dare vult, ſed partes d. l. ſi
duobus. 16. §. ult. ff. de leg. primo, Et hoc eſt,
quod dicimus enumeratione perſonarum ſta-
tim ex ipſo teſtamento rem videri diuiſam
33 † d. l. cui fund. 55. ff. de cond. & dem. Intelligi-
tur enim hoc, ſi perſonæ conſiderentur, vt
ſingulæ, non vt vniuerſæ. Hinc intelligimus,
re & verbis coniunctos habere ſolidum ini-
34 tio, non verè, ſed fictè, † ut declarant Polit. in
d. l. re coniuncti, num. 32. & Forcat. in Necy. dial.
67. nu. 8. quia verè teſtator ſingulis dedit par-
tes, ſed dicuntur habere ſolidū ratione illius
corporis fictitij, quod ex pluribus ſimul vocatis
efficitur, ut explicat ibi Polit. num. 34. Quamo-
brem dicuntur capere totum, quaſi ſuum
in d. §. his ita definitis, uerſ. hæc ita tam uariè, &
ſibi relictum l. Titio. 34. l. nam, ſicut. 36. in prin.
ff. ad l. Aquil. ſibi, inquam, vt corpus illud con-
ſtituenti, non, vt ab illo ſeparato, & ſic fictè,
non verè, vt apertè probant illa d. §. his ita de-
finitis, uerſ. hæc ita tam uariè, verba, qui a coniu-
cti, propter unitatem ſermonis, quaſi in unū cor-
pus redacti ſunt, ex partem coniunctorum ſibi
hæredum, quaſi ſuum præoccupant. Aut verò
conſideramus initium, non reſpectu teſta-
menti, ſed reſpectu ceſſionis diei, & ſic inſpe-
cto tempore mortis teſtatoris, ſi legatum ſit
purum, aut euenientis conditionis, ſi condi-
tionale, Et tunc verius eſt, partes initio fieri,
quod probatur hac ratione: nam tunc fiunt
partes legati, cum ad id perueniunt legatarij
d. §. ſi eadem Inſt de legat. & peruenire dicun-
35 tur, † non quando aditur hæreditas; nec enim
hæredis aditio moram ceſſioni, ſed tantum
petitioni facit l. hæredis aditio. 7. in prin. ff.
quand. dies leg. ced. nec, quando agnoſcitur, pe-
titurue legatum, quia, & ignorāti acquiritur
l. cum pater. 79. § ſurdo ff. de leg. 2. l. filius f. 16. in
fi. ff. de teſt. ſed, quādo dies eius cedit: Cedit au-
tē a morte teſtatoris aut ab euentu conditio-
nis. Ergo, & ab hoc tempore partes fiunt.
Quod ſignificare videtur Pomponius in l. ſi
mihi, & tibi 12. in prin. ff. de leg. primo, dum, Si
mihi, & tibi eadem res legata fuerit, inquit, deinde
die legati cedente hæres tibi extitero, liberum mi-
hi eſſe Labeo ait, ex meo legato, an ex eo, quod tibi
hæres ſim acquiram legatum, & ſi noluero, eam
rem ex meo legato ad me pertinere, ut tota mea ſit,
ex hæreditario legato petere eam me non poſſe.
Requirit enim coniuncti hæreditatem ad me
perueniſſe poſt diem legati cedentem, ut &
Caius in l. ſi mihi, & Titio. 57. in prin. ff. de leg. 2.
ad hoc, vt coniunctus iam intelligatur con-
curriſſe,

currïſſe, & partem ad me tranſmiſiſſe, quam
feeit initio, ideſt a morte teſtatoris. Nam hoc
tempus dicitur initium, & ratione effectus,
quia tunc potiſſimum incipit teſtamentum
vim ſuam obtinere *l. 1. ff. de teſta. cap. cum Mar-
tha De celeb. miſſar.* & ratione eorum, quæ ſe-
quuntur, ideſt, ratione aditionis hæreditatis,
& agnitionis legati. Hinc intelligimus ab Vl-
37 piano † *in d. §. ſi coniunctim*, eas dici fieri par-
tes initio, quæ fiunt concurſu, ſed hunc con-
curſum, non ex die petitionis, ſiue agnitionis
38 æſtimandum, † *Quomodo putarunt Ant. Gou.
de Iur. accr. nu. 7. & in lib. animad. cap. 6. & Si-
char. conſ. teſtam. 8. num. 7.* quia ad concurſum,
nec petitione legati opus eſt, nec agnitione,
ſed ex die ceſſionis, & ſic mortis teſtatoris, ſi
vtriq; purè ſit legatum, vel euenientis condi-
tionis, ſi ſub conditione, Quod, vel ex eo in-
39 telligimus, † quia, ſi vni res purè legata ſit,
alteri verò ſub conditione, quoniam condi-
tione pendente non cedit dies poſterioris le-
gati, partes non dicuntur factę initio, ideſt
tempore mortis teſtatoris, quia tunc tempo-
ris dies legati non ceſſit vtriq; legatario, ſed
vni tantum, ſed dicuntur fieri concurſu, quia
expectandus eſt conditionis euentus, quo tē-
pore concurret ſecundus legatarius cum pri-
40 mo, & ei partem faciet. Hinc Vlpianus † *in d.
§. ſi coniunctim*, diſtinguit, facere partes initio,
vel concurſu, non, quia partes, quæ initio fiūt,
non fiant concurſu, ſed, quia contra, quæ
fiunt concurſu non ſemper fiunt initio; nam,
cum vtriq; purè legatum eſt, partes, & con-
curſu fiunt, & initio, concurſu, quia ambo
perueniunt ad legatum, & vtriq; dies legati
cedit, initio verò, quia fiunt tempore mor-
tis teſtatoris, quo dies cedit. Cum verò lega-
tum eſt, vni purè, alteri verò ſub conditione,
fiunt quidem partes concurſu, quia aduenien-
te conditione ſecundus legatarius ad legatū
perueniens partem primo facit, ſed non fiunt
initio, quia non concurrunt tempore mortis
teſtatoris. Hic, meo iudicio, verus eſt Vlpia-
ni ſenſus, cui contrarium non eſt, quod *ab
Ant. Fab. d. lib. 6. coniect. cap. 1.* obijcitur, partes
quæ dicuntur fieri initio *in d. §. ſi coniunctim*,
non poſſe dici fieri concurſu, eo, quod Vlpia-
41 nus ibi † proponit exemplum, in quo vnus
ex legatarijs non concurrit, & ideo non poſ-
ſunt dici partes factę initio, ideſt concurſu:
Ait enim Vlpianus, *Si coniunctim res legetur,
conſtat partes ab initio fieri, nec ſolum ij partem
faciunt, in quorum perſona conſtitit legatum, ve-
rum ij quoque, in quorum perſona non conſtitit
legatum, vtputa, ſi Titio, & ſeruo proprio ſine li-
bertate*, quia, vt obitet hanc difficultatem, quę
ſola tenebras propoſitæ declarationi obdu-
cere videtur, diſſoluam, latiùs eam *ſub 7. cap.
q. 32. num. 1. & ſeqq.* explicaturus, reſpondeo,
legatum relictum Titio, & ſeruo proprio ſi-
42 ne libertate non eſſe ex parte ſerui adeo inu-
tile, quin idem ſeruus qualiter qualiter dici
poſſit concurriſſe, & Titio partem feciſſe:
Nam, licet huius legati petitio non detur,
quod inutile ſit relictum *l. ſeruus. 4. C. de legat.
l. ſtatu liberum 11. in prin. ff. de leg. 2.* non tamē
impij hæredes debent exiſtere, vt liberalitatē
teſtatoris, & ſeruiles labores debita remune-
ratione defraudare conentur, & non dereli-
ctum, licet adhuc ſeruus conſtitutis donent,

*vt ait Iuſtinianus in l. quidam. 5. § illo C. de nec.
ſern. hæred. inſtit* Quamobrem non eſt omni-
no inutile legatum, *vt declarant poſt gloſſ. in d.
§. ſi coniunctim, in verb proprio, omnes, quos re-
feremus in eodem 7. cap. q. 32. num. 1.*

Planè, ſi legatarius, qui tempore mortis
concurrit, & initio fecit partes, legatum a ſe
repulerit, quia retrofingitur nunquam con-
43 curriſſe † *l. Legatarius. 38. § vlt. l. ſeruum filij. 46.
§. 1. ff. de leg. primo, l. proinde. 8. ff. ſi cert. pet.*
ideo, & coniunctus retrofingitur habuiſſe ſo-
44 lidum ab initio † *l. ſi dominus. 17 l. Titio, & Se-
io. 34 cum 2. ll. ſeqq. ff. ad l. Aquil. & ſcribunt
Ang. conſil 295. num. 4. verſic. non obſtat, Ant.
Fum. de coniun. cap. 3 num. 2. Alcia. in d. l. re
coniuncti, num. 30. Mynſ. in d. §. ſi eadem, num.
8. Inſt. de legat.* Quamobrem partem coniun-
cti, tamquam ſuam *d. l. vnic. §. his ita definitis,
verſic. hæc ita tam varie C. de cad. toll.* & ſibi re-
lictam præoccupat *d. l. Titio, & Seio. 34. & l. nā,
ſicut. 36. in prin. ff. ad l. Aquil.* Nec alia ratione
permittitur coniuncto, qui poſt diem legati
cedentem alterius collegatarij hæreditatem
adiuit, vel totam rem habere ex ſuo legato,
vel totam ex legato hæreditario, vel partem
iure ſuo, partem verò iure hæreditario *in d. l.
ſi mihi, & tibi 12. in prin. ff. de leg. primo*, quam,
45 quia, † collegatarius, qui poſt diem legati ce-
dentem deceſſit, vt ipſe repudiando poterat
efficere, ne videretur vnquam concurriſſe, &
partem coniuncto feciſſe, ita etiam hanc
poteſtatem cenſetur in hæredem ſuum trāſ-
miſiſſe. Quo fit, vt is, qui poterat habere par-
tem, vel ſuo, vel alieno iure, repudiando ex
iure defuncti, retrofingatur totam rem ex ſuo
legato, & quaſi ſibi relictam habuiſſe, *ſecun-
dum ea, quæ ſupra diximus.*

Ex quibus (vt tandem hanc rem conclu-
dam) intelligimus, re, & verbis coniunctos
45 † habere ex teſtamento ſolidum *l. idem Nera-
tius. 4. in prin. ff. de vſufr. accr.* non, vt ſingulos,
ſed, vt vniuerſos, partes verò facere concurſu,
& initio, ideſt a morte teſtatoris, quo tempo-
re dies legati cedit, niſi poſtea legatum ab al-
tero repudietur: nam tunc retrofingūtur par-
tes nunquam initio factæ, quemadmodum
nec fiunt initio, ſi quis ex coniunctis deceſſe-
rit viuo teſtatore, quia nunquam ei dies lega-
ti ceſſit, & ſic nunquam dici poteſt concurriſ-
ſe. Et hoc modo tollitur *§. ſi coniunctim*, in
quo potiſſimum fundatur contraria ſenten-
tia.

Secundo non obſtat *l. cui fundus. 55. ff. de
cond. & dem.* quia, *vt Iaſ. in d. l. re coniuncti nu.
96. & ibi Polit. num. 33. Ant. Fum. de coniun.
cap. 3. nu. 3. aliorūq; ſolutiones omittam*, reſpō-
47 deo † primo, partes a teſtatore fieri tacitè, nō
expreſsè, & ex mente potiùs, quam ex verbis,
ſecundum ea, quæ diximus in hoc cap. q. 25. n. 44.
ſed fieri ſub conditione, ſi legatarij concur-
rant, ideoq; priùs, quam concurrant, non poſ-
ſe dici partes in teſtamento factas.

Secundo reſpondeo, quod dicitur, enume-
ratione perſonarum ſtatim a teſtamento rē
cenſeri diuiſam, procedere, ſi perſonæ conſi-
derentur, vt ſingulæ, non, vt vniuerſæ, ſecun-
dum ea, quæ ſupra diximus, quæq; non eſt
neceſſe hic iterum repetere.

Tertio non obſtat ratio Zazij, quia reſpō-
deo negando, & maiorem, & minorem:

Nec

48 Nec enim primo verum eſt, † mixtum debe-
re regulari ſecundum naturam alterius ſim-
plicis, quia, ſi mixtum eſt, debet neceſſariò
participare de vtroq; ſimplici, *vt diximus ſu-
pra num. 23.* Deinde verò falſum eſt, mixtam
coniũctionem eſſe magis verbali, quam rea-
49 li ſimilem, † quia verius eſt, eam, tam reali,
quam verbali aſſimilari, verbali, quoad com-
plexum nominis, reali verò, quoad comple-
xum rei, *vt explicat Ant. Fum. de coniũct. d. cap.
3. nu. 6.* Et, quoniam hic complexus non con-
ſideratur, niſi ratione ſolidi, &, quod ad ſoli-
dum vocentur legatarij, *vt demonſtrauimus ſu-
pra nu. 23.* ideo fit, vt in hac parte mixta con-
iunctio debeat ſecundum naturam realis cõ-
iunctionis regulari.

Nec obſtat, quod coniunctio realis in re
ita coniungat, vt oratione, & verbis omnino
ſeparet, quod, & verum eſt, verbalis verò ita
coniungat, vt etiam a re non omnino ſepa-
ret, quia reſpondeo, imo reſpectu totius, ex
quo realis coniunctio ęſtimatur, omnino ſe-
parare. Nec ad rem pertinere, quod non ſe-
paret ratione rei, quia realis coniunctio non
æſtimatur ex identitate rei, ſed ex aſſignatio-
ne ſolidi *vt diximus ſupra nu. 23.*

Quarto, & vltimo non obſtat, quod re, &
verbis coniuncti teneantur præſtare onus in-
iunctum deficienti, quia non fit hoc ea ratio-
ne, quod initio ſolidum nõ habeant, ſed, quia
coniuncti, vt vindicẽt partem vacantem, tã-
quam ſuam, ita, & onus, tamquam proprium
debent agnoſcere, *ſecundum ea, quæ latiùs di-
cemus in 8. cap. q. 16. num. 28.* Et hæc de re, &
verbis coniunctis.

S V M M A R I V M.

1 *Partes non concurſu faciunt ſed habent initio cõ-
dominii eius ſerui, qui fuit inſtitutus, aut lega-
tum accepit, vt, & tranſmiſſarij.*
2 *Coniuncti coniunctione legali ſolidum habent
initio.*
3 *Coniuncti coniunctione legali partes faciunt con-
curſu, Fallit, vt num. 4.*

An coniuncti coniunctione legali faciant partes initio, an verò concurſu.

Quæſtio Trigeſimatertia.

SVpereſt, vt videamus de coniunctis cõ-
iunctione legali, an partes initio faciãt,
an verò concurſu. Vtiq; autem nõ de
ijs loquimur, qui veniunt ex perſona vocati
in teſtamento, vt ſunt condomini, aut tranſ-
miſſarij, quos noſtri (licet abuſiuè) vocant
coniunctos legali coniunctione, *vt diximus
in hoc cap. q. 27. num. 8.* nam hos certum eſt,
non facere partes concurſu, ſed habere initio
1 † *l. & Proculo 20 ff. de leg. 2. et diximus ibi nu. 29.*
ſed loquimur de ijs, qui verè, & propriè ſunt
lege coniuncti, vt ſunt ij, qui collectiuè, &
plerumq; ſub vnius appellatione vocantur
ad ſucceſſionem, *ſecundum ea, quæ diximus in
3. cap. q. 2. num. 14.* Et hi quia re, & verbis con-
iunctis aſſimilantur, *vt oſtendimus in hoc ipſo
cap. q. 27. num. 47.* ideo dicuntur, & ipſi habere
2 ſolidum initio, † *vt ait Alciat. lib. 4. Paradox.
cap. 8. num. 3.* partes verò facere concurſu,
3 † *vt ſcribit Duar. lib. 1. de Iur. accr. cap. 1.*

Planè, ſi duorum, aut plurium vocatio nõ
collectiuè, ſed nominatim facta ſit, vt ple-
rumq; in ſtatutarijs diſpoſitionibus euenit,
magis eſt, vt partes interdum fiant initio, in-
4 terdum verò concurſu: † nam, ſi vocati ver-
bis tantum ſint coniuncti, partes habebunt
initio, ſi verò re tantum, aut re, & verbis, ini-
tio habebunt ſolidum, partes verò facient
concurſu, ſecundum ea, quæ de coniunctis
coniunctione teſtamentaria diximus *in qq.
præced.* Nam coniunctio ſtatutaria eodem,
quo teſtamentaria cenſetur iure, iiſdemque
quibus illa, modis regulatur, *vt diximus in d. q.
27. num. 49.* Et hæc de primo effectu.

S V M M A R I V M.

1 *Coniuncti faciunt partes æquales.*
2 *Coniunctim relinquere, & dare partes inæquales
opponuntur.*
3 *Coniuncti re faciunt partes æquales, & cur,
num. 4.*
5 *Concurſus tribuit partes æquas, & viriles.*
6 *Concurſu partes non faciunt, qui inæqualiter ad-
mittuntur.*
7 *Coniuncti re & verbis faciunt partes æquales, &
cur, nu. 8. Limita, vt num. 15.*
9 *Collectiuè vocati portionem, in quam coguntur,
æqualiter inter ſe diuidunt.*
10 *Collectiuè vocati faciunt partes æquales.*
11 *Coniuncti verbis tantum regulariter habẽt par-
tes æquales.*
12 *Coniunctis verbis tantum poſſunt dari partes,
etiam inæquales, & nu. 14. licet aliqui contra
ſenſerint, num. 13.*
16 *Condomini ſerui vocati non æquales, ſed domini
eas partes conſequuntur, vt, & tranſmiſſarij
hereditarias.*
17 *Coniuncti coniũctione legali faciunt partes ęqua-
les. & cur, num. 18. Declara, vt num. 19.*

An, & Quando coniuncti faciant partes æquales, vel inæquales.

Quæſtio Trigeſimaquarta.

SEcundus coniunctionis effectus reſpi-
ciens earundem partium qualitatem,
eſt, vt coniuncti regulariter faciant par-
1 tes æquales, non inæquales. † Quamobrem
opponuntur hæc, coniunctim relinquere, &
2 dare partes inæquales † *in l. & Proculo 20. ff.
de leg. 2.*

De quibus autem coniunctorum generi-
bus ſit hoc accipiendum, ſi quæramus, con-
ſtat, haud dubiè de re tantum coniunctis ac-
3 cipi: nam hi faciunt partes æquales † *l. ſi plu-
ribus. 33. verſ. ſin autem ff. de leg. primo, l. vn. §.
vbi autem legatarij, verſ. ſin autem disiunctim C.
4 de cad. toll.* quia, † faciunt eas concurſu, *vt di-
ximus in hoc cap. q. 30. nu. 1.* qui nõ, niſi æquas,
5 & viriles tribuit partes, † *l. legata inutiliter. 19.
§. vlt. ff. de leg. primo, l. ſi finita 15. § ſi ante ff. de
damn. infect. & diximus in hoc cap. q. 27. nu. 30.*

Qua-

Quamobrem ij, qui partes habent inæqua-
6 les, dicuntur eas non facere concurſu † *in l.2.ff.de vſufr. accr.* Idem eſt, & in coniunctis
ſe, & verbis: nam & hi partes æquales, & vi-
7 riles conſequuntur, † *vt conſtat ex Caio lib. 2.*
8 *Iuſt. tit.* 5. quoniam, † & ipſi eas faciunt con-
curſu, *vt diximus in hoc cap. q. 32. num. 9.*

Planè, ſi ex pluribus re, & verbis coniunctis
quidã collectiuè, quidã verò copulatiuè vo-
centur, vt, ſi teſtator dicat, lego Titio, Caio,
Seio, & fratris mei filijs fundum Tuſcula-
num, facient quidem omnes partes æquales,
ſed ita, vt collectiuè vocati pro vna tantum
perſona numerentur, *ſecundum ea quæ diximus in hoc cap. q. 35. num. 6. & ſeqq.* & partem con-
tingentem rurſus inter ſe concurſu diniden-
tes ſinguli viriles, & æquas eius partes con-
9 ſequentur, † quia collectiuè vocati, tamquã
re, & verbis coniuncti concurſu faciunt par-
tes, *vt diximus in hoc ipſo cap. q. 9. num. 32.* &
10 per conſequentias æquales, † *ſecundum ea, quæ ſupra diximus.*

Sanè de verbis tantum coniunctis dubita-
ri poteſt, an æquas ſemper partes conſequã-
tur: Nam, & ſi regulariter ad æquales partes
11 vocentur, † cum teſtatores, vt plurimum ita
loquantur, cum verbis tantum coniungunt,
lego Titio, & Seio fundum æquis partibus,
vel relinquo partes viriles, vel voco in capi-
ta, *ſecundum ea, quæ diximus in hoc cap. q. 18. num. 6. & ſeqq.* ambiguum tamen eſt, an hoc
perpetuò verum ſit, ita, vt nullo caſu poſſint
eſſe verbis coniuncti, qui ad partes inæquales
vocantur. Et apud eos quidem, qui commu-
nem, & in foro probatam opinionem am-
plectuntur, exiſtimantes, verbis coniunctos
eſſe, quibus eadem res factis partibus relin-
quitur in duabus clanſulis, quæ ab vno verbo
ſemel tantum expreſſo reguntur, vt, cum te-
ſtator ait, Moeuio fundi partem dimidiam,
Caio dimidiam do lego, *ſecundum ea, quæ ex eorum ſententia retulimus in hoc ipſo cap. q. 16. num. 26.* in confeſſo eſt, poſſe etiam verbis tã-
12 tum coniũctis dari partes inæquales, † Quod
dubio caret, quia, ſi verbis coniuncti ſunt in
ſuperiore ſpecie, debent etiam in hac eſſe cõ-
iuncti, Moeulo trientem fundi Tuſculani, Se-
io beſſem do lego. Et ita cenſuerunt *Curt. Iun. conſil. 83. in prin. iuncto num. 13. Pereg. de fideic. artic. 9. nu. 8. & alij paſſim,* qui verbis con-
iunctos eſſe fatentur in ijs ſpeciebus, in qui-
bus teſtator dederat partes inæquales. At, qui
contrariam ſequuntur opinionem, quam
diſputando diximus eſſe veriorem, vt ſcilicet
verbis coniuncti non ſint, niſi, quos nomi-
num complexus iungit, *ſecundum ea, quæ diximus in eadem q. 16. num. 29. & ſeqq,*
negant verbis coniunctos poſſe habere par-
tes inæquales, quod fieri non poſſit, vt teſta-
tor inæqualem faciat diuiſionem, & verbis
13 coniungat hæredes, aut legatarios, † *vti videre eſt apud Io. Gaud. in d. l. re coniuncti. num. 43. Ant. Gou in lib. animad. cap. 6. & Anto. Fab. lib. 6. coniect. cap. 1.* Nam, ſi teſtator ita ſcribat, Fũ-
di Tuſculani dodrantem Primo, quadrantẽ
Secundo lego, non ſunt (vt ipſi profitendo
verius arbitramur) legatarij coniuncti ver-
bis, quia non ſunt poſiti in eadem oratione,
tametſi verbum lego ſemel fuerit a teſtato-
re expreſſum, *vt oſtendimus in eadem quæſt. 16. num. 29. & ſeqq.*

Sed, quamuis in propoſita ſpeciæ non ne-
gem, quin ſeparatim ſint vocati legatarij, &
cum ijs potiùs, quam cum vulgari, & recepta
cæterorum ſententia conſentiam, verius ta-
men eſſe puto, poſſe duos, aut plures coniun-
gi verbis, etiamſi partes inæquales aſſignen-
14 tur; † Quid enim, ſi teſtator hæredes ex diſ-
paribus partibus inſtitutos alicui ſubſtituat,
aut ad aliud vocet emolumentum hoc mo-
do, ſubſtituo hæredes meos pro portione hę-
reditaria, *vt in ſpecie l. qui complures 32. ff. de vulg.* nonne dicentur hæredes verbis coniun-
cti, vtpote collectiuè, & ſic coniunctim vo-
cati ad eiuſdem rei partes a teſtatore expreſ-
ſas? Et tamen vocantur ad partes inæquales.
Verius igitur eſt, poſſe ĕtiam verbis tantum
coniunctis dari partes inæquales. Quod, ſi
verum eſt, vt veriſſimum arbitramur, conſe-
quens erit, vt etiam re, & verbis coniũcti poſ-
ſint in ſimili ſpecie partes conſequi inæqua-
15 les: † Nam, ſi teſtator hæredes ex diſparibus
partibus inſtitutos alicui ſubſtituat, aut ad
aliud vocet emolumentum nõ expreſſo pro-
prio nomine, ſed ſimpliciter ſub nomine hę-
redum, nec partes exprimat, *vt in ſpecie l. plane. 34. §. inde dicitur ff. de leg. primo, & l. ſi quis Attio. 8. ff. de vſufr. accr.* erunt hæredes, tamquam
collectiuè vocati, re, & verbis coniuncti, &
tamen non æquales, ſed hæreditarias partes
conſequentur, *l. qui pecuniam. 22. §. ſi hęredibus ff de ſtatulib. & dicemus in 8. cap. q. 10. nu. 9. & ſeqq.*

Legali demum coniunctione iuncti, an
partes faciant æquales, an verò inæquales, ſi
quæramus, refert, vtrum de ea loquamur cõ-
iunctione legali, quam noſtri (licet abuſiuè)
conſiderant in teſtamento, quod tunc demũ
aiũt euenire, cum a perſona vnius a teſtatore
vocati peruenitur ad plures, puta a perſona
ſerui ad plures dominos, vel a perſona hære-
dis, aut legatarij ad plures tranſmiſſarios, *ſecundum ea, quæ diximus in hoc cap. q. 27. num. 6. & ſeqq.* an verò de ea, quæ conſideratur con-
tra teſtamentum, vel ab inteſtato: Nam, ſi de
illa, certi iuris eſt, huiuſmodi coniunctione
iunctos, non æquales, & viriles, ſed inæquales
16 partes conſequi, † id eſt dominicas, ſi ſeruus
vocatus ſit *d. l. & Proculo. 20. ff. de leg. 2. & l. 1. §. 1. ff. de vſufr. accreſc.* vel hæreditarias, ſi vo-
catus ad hæredes tranſmiſerit hæreditatem,
aut legatum, Coeterùm, ſi loquamur de ea le-
gali coniunctione, quæ conſideratur ab inte-
ſtato, vel contra teſtamentum, verius eſt, con-
17 iunctos facere partes æquales, † *l. 2. §. hęreditas ff. ſuis, & legit.* quia, † cum eas faciant con-
18 curſu, *vt diximus in q. pręced. nu.* 3. Conſequens
eſt, vt faciant aquales, *ſecundum ea, quę ſupra diximus.* Comparantur enim in hoc re & ver-
bis cõiunctis, *vt diximus in hoc ipſo c. q. 27. n. 46*
tamquam ij, qui vt plurimum collectiuè vo-
cãtur. Planè, ſi ex ijs quidam vocentur re pre-
ſentatiuè, facient quidem partes æquales, ſed
repreſentatiuè, vocati vnam tantum ferent
portionem, tamquam in ſtirpem ſuccedẽtes,
19 † *ſecundum ea, quæ dicemus in quęſt. ſeq. num. 78.*
Et hæc de ſecundo effectu.

SVMMARIVM.

1 *Coniuncti conſtituunt vnum corpus, & pro vno reputantur, Declara, vt num. 3. & ſeqq.*
2 *Coniuncti re, & verbis conſtituunt vnum corpus, & cur, num 73. Declara, vt nu. 3. & ſeqq.*
4 *Coniuncti vocantur in vnam portionem, Declara, vt num. 5. & 6.*
7 *Collectiuè vocati conſtituunt vnum corpus, & pro vno reputantur, Fallit, vt num. 11. & ſeqq.*
8 *Collectiuè vocati magis ſunt coniuncti, quam vocati per copulam.*
9 *Collectiuè vocati veniunt in vnam portionem. Et, ſi duplex ſit collectiua, in duas, nu. 10. Fallit, vt num. 11. & ſeqq.*
12 *Declaratur l. Lucius. 90. §. Lucius ff. de leg. 2. & num. ſeqq. vſque ad num. 29.*
14 *Prohibitio alienationis inducit fideicommiſſum.*
29 *Collectiuè vocati viriliter admittuntur, ſi ſpecialiter nominentur, Declara, vt num. 30. & ſeqq.*
34 *Collectiuè vocati viriliter admittuntur, addita dictione diſtributiua, Declara, vt num. 35. & ſeqq.*
38 *Declaratur l. quidam. 6. §. vlt. cum 2. ll. ſeqq. ff. de reb. dub. & num. ſeqq.*
39 *Collectiuè vocati viriliter admittuntur, ſi diſpoſitio referatur ad naſciturum, & cur, num. 40. & 43. & ſeqq. limita, vt num. 46.*
42 *Collectiua dictio, quæ dicatur.*
44 *Oratio indefinita æquipollet vniuerſali diſtributiuæ, non collectiuæ.*
49 *Declaratur l. ſi duobus. 16. §. vlt. ff. de leg. primo.*
50 *Collectiuè vocati viriliter admittuntur, addita dictione, æquè, aut alia ſimili, Declara, vt nu. 53. & ſeqq.*
51 *Collectiuè vocati viriliter admittuntur, ex coniecturata mente defuncti, & num. 52.*
58 *Collectiuè vocati veniunt in vnam portionem cũ eo, cuius perſonam repreſentant.*
59 *Pater, & filij ſimul vocati cum tertio veniunt in vnam portionem.*
60 *Hæredes cum defuncto vocati veniunt in vnam portionem.*
61 *Declaratur l. ſi quis Attio. 8. ff. de vſufr. accr.*
62 *Declaratur l. qui complures. 32. ff. de vulg. & nu. ſeqq.*
65 *Adiectio cohæredis intelligitur facta pro portione virili.*
66 *Coniuncti verbis tantum cenſentur in vnum corpus redacti, & vnius perſona vice funguntur, Declara, vt num. 67. & ſeqq.*
70 *Coniuncti re tantum non conſtituunt vnum corpus, & cur, num. 71. Declara, vt num. 74.*
72 *Declaratur l. planè. 34. §. 1. ff. de leg. primo.*
75 *Coniuncti coniunctione legali qualiter dicantur vnum corpus conſtituere, & num. ſeqq.*
78 *Succedentes in ſtirpem ſunt inter ſe magis coniuncti, quam alij.*

An, & quando, & qui coniuncti conſtituant vnum corpus, ſiue pro vna perſona reputentur.

Quæſtio Trigeſimaquinta.

TErtius coniunctionis effectus reſpiciens earumdem partium quantitatem eſt, vt, coniuncti conſtituant vnum corpus, vniuſq; perſonæ vice fungan-
1 tur † *l. planè. 34. §. 1. ff. de leg. primo, l. vn. §. his ita definitis, verſ. hæc ita tam variè, & ibi Caſtr. nu. 3. & Cuiac. C. de cad. toll. & ſcribunt Bart. in l. hæredes mei. 57. §. cum ita, num. 4. verſ. videntur ff. ad Treb. Bald. in l. vlt. num. 2. & 6. C. de impub. & al. ſubſt. Imol. in l. Titius. 11. num. 1. ff. de hæred. inſt. Ang. conſ. 91. num. 3. Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 101. & ibi Io. Gaud. num. 41. & 76. Iaſ. in l. huiuſmodi. 86. §. ſi Titio, & Mæuio, num. 8. ff. de leg. primo, Ruin. conſil. 154. num. 5. vol. 1. & conſ. 97. num. 11. verſ. ſed iſtis, volu. 2. Curt. Iun. conſil. 22. num. 8. & conſil. 161. num. 4. verſic. confirmatur, Decia. conſ. 61. num. 3. vol. 2. Mantic. de con. vlt. vol. lib. 10. tit. 3. num. 8. Craſſ. in d. §. Ius accreſcendi q. 8. num. 1. Men. conſ. 124. num. 108. & conſil. 198. num. 10. verſic. 2. Donell. lib. 7. comm. cap. 13. lib. 8. cap. 21. & lib. 10. cap. 23.* Quod de quibus coniunctorum generibus, qualiterq; ſit accipiendum, ſi quæramus, conſtat haud dubiè de re, & verbis cõ-
2 iunctis accipi † *d. l. triplici. 142. verſic. videamus ff. de verb. ſign. & ſcribunt Bald. in d. l. vlt. num. 2. & ibi Ang. in prin. verſic. ſed reſpondeo, Alex. num. 3. verſ. item adde, C. de impub. & al. ſubſt. Iaſ. in d. l. re coniunctis, num. 88. verſic. 4. & ibi Polit. num. 34. verſ. quod ſatis, Port. in d. §. ſi eadem num. 12. in fin. & ibi Hoto. Enun. 1. Inſt. de legat. Pariſ. conſ. 18. num. 84. vol. 2. conſil. 44. num. 10. vol 3. Men. d. conſ. 198. num. 19. verſic. vndecimo, & conſil. 797. num. 31. Ant. Gou. de Iur. accr. num. 6. Cuiac. in d. l. triplici. 142. ff. de verb. ſign. & in d. l. ſi duobus. 16. ff. de leg. primo, Hoto. Ill. q. 44. Donell. d. lib. 7. comm. cap. 13. &*
3 *lib. 8. cap. 21.* Et quidem duplici reſpectu, † vel ſcilicet reſpectu ſui, ſiue ipſorummet coniũctorum, vel reſpectu tertij, ideſt diſiuncti, quem teſtator adiecit: Nam reſpectu ſui dicuntur vnum corpus conſtituere, quia ſimul omnes ad ſolidum vocantur, perinde, ac, ſi res vni tantum fuiſſet relicta, *ſecundum ea, quæ diximus in hoc cap. q. 32. num. 29. & ſeqq. Et in ſpecie declarant Hoto. in d. §. ſi eadem Enun. 1. Inſt. de legat. Gratia. tom. 1. diſcept. foren. cap. 70. nu. 54.* Reſpectu verò tertij, quem teſtator ad eandem rem ſeparatim vocauit, ideo dicuntur vnum corpus cõſtituere, quia
4 coniuncti vocantur in vnam portionem † *l. Titius. 11. l. liber homo. 59. §. Titius ff. de hæred. inſt. & ſcribunt Bart. in d. l. re coniuncti, num. 19. & ibi Iaſ. num. 101. Ruin. conſil. 97. nu. 11. verſ. ſed iſtis, volu. 2. Craſſ. in d. § ius accreſcendi q. 8. num. 1. Mantic. de con vlt. vol. lib. 4. tit. 10. num. 7. Hoto. lib. 8. obſ. cap. 5. & d. Ill. q. 44.* ideſt, capiunt omnes id tantum, quod caperet vnus,
5 ſi ſolus in ea clauſula vocatus eſſet, † *vt declarant Bald. in d. l. vlt. num. 2. & ibi Ang. verſ.*

ſed,

ſed reſponde, *Donell. num.* 1. *C. de impub. Ang. in
d. l. liber homo*. 59. §. *Titius*, *& ibi Imol. ff. de ha-
red. inſt. Iaſ. in d. l. re coniuncti*, *num.* 89. *Corn.
conſ.* 106. *num.* 9. *verſ. quia omnes. vol.* 2. Itaque,
ſi teſtator ita ſcripſerit, lego Titio, & Seio fū-
dum Tuſculanum, eundem fundum lego Sē-
pronio, Titius, & Seius, qui re, & verbis con-
iuncti ſunt, vocantur ad vnam portionem,
ideſt ad vnam dimidiam, Sempronius verò
ad aliam dimidiam *d. l. Titius*. 11. *& d. l. liber
homo*. 59. §. *Titius ff. de hared. inſt. & ſcribunt
omnes, quos retulimus ſupra num.* 4.

Interdum tamen dicuntur vnum conſti-
tuere corpus etiam reſpectu eorum, cum qui-
bus re, & verbis coniunguntur: nam, ſi teſta-
tor ita ſcripſerit, lego Titio, Seio, & meis ne-
potibus fundum Tuſculanum, licet omnes
inter ſe coniungantur re, & verbis, tamen ne-
potes, qui collectiuè vocantur, dicuntur vnū
corpus conſtituere, & pro vna perſona repu-
tari reſpectu Titij, & Sei, ſcilicet, quia in vnā
portionem, ideſt, in vnum trientem, vocantur
cum alioquin Titius, & Seius, ſinguli ſingu-
6 los trientes conſequantur † *l. interdum*. 13. *in
prin. ff. de hared. inſtit. l. ſi quis Attio*. 8. *ff. de vſu-
fr. accr. l. ſi pater* 9. *ff. de vulg.* Et hoc eſt, quod
dicimus, collectiuè vocatos vnum corpus
conſtituere, & pro vna perſona reputari,
7 † *vti cōſtat ex l. ſi nepotes*. 7 *ff. de coll. bon. & vide-
re eſt apud Bart. in d. l. interdum*. 13. *in prin. nu.*
2. *& ibi Imol. num.* 1. *Caſtr. num.* 3. *in fin. ff. de
hared. inſt. Bald. in d. l. vlt. nu.* 1. *&* 2. *& ibi Ang.
in prin. Caſtr. num.* 2. *Iaſ. in prin. & num.* 3. *verſ.
gloſſ in verb. & num.* 4. *&* 5. *Dec. num.* 1. *&* 4. *in
prin. & verſ. in fin. gloſſ. & num.* 5. *Donell. num.*
1. *C. de impub. & al. ſubſt. Bald. in l. vn. §. vbi au-
tem legatarij num.* 1. *C. de cad. toll. Roma. conſil.*
405. *num.* 7. *Corn. d. conſil.* 231. *num.* 3. *vol.* 1. *&
conſil* 47. *num.* 1. *vol.* 4. *Alex. conſil.* 56. *nu.* 2. *volu.*
3. *Dec. conſ.* 319. *num.* 6. *Crott. in d. l. re coniun
cti*, *num.* 50. *& ibi Polit. num.* 40. *verſic. hoc etiam
apparet*, *& num.* 63. *verſ. pro qua concluſione*,
Pic. in l. Titia 35. §. *Titia nu.* 35 *ff. de leg* 2. *Rum.
conſil.* 154. *num* 5. *vol.* 1. *Pariſ. conſil.* 49 *num.* 1.
vol 2. *Nat. conſil.* 297. *num.* 1. *Gomez tom.* 1. *var.
reſol cap.* 2. *num.* 3. *Clar. in §. teſtamentum*, *q.* 80.
num. 7. *Mantic. d. lib.* 4. *tit.* 10. *num.* 9. *Craſſ. in
§. inſtitutio q.* 20. *nu.* 11. *&* 15. *& in §. Ius accreſ-
cendi q.* 13. *num.* 3. *Men. conſil.* 123. *num.* 1. *& de
præſ. d. lib* 4. *præſ.* 18. *num.* 11. *Surd. conſil.* 439.
num. 39. *Cuiac. in d. l. ſi duobus*. 16. *ff de leg. pri-
mo*, *Duar. lib.* 2. *de Iur. accr. cap.* 9. *Gratia. tom.* 1.
diſcept. for. cap. 70. *num.* 15. 19 *&* 50. magiſque,
8 quam alios cenſeri coniunctos † *vt ſcribunt
Bart. in d. l. re coniuncti*, *num.* 29 *& ibi Petr. de
Beſu. num.* 35. *verſ. dicit tamen*, *Iaſ. nu.* 15. *Crott.
num.* 50. *Polit. num.* 28. *&* 61. *Alcia. nu.* 5. *Bart.
in d. l. interdum*. 13. *in prin. num.* 2. *& ibi Imol.
num.* 1. *ff. de hared. inſt. Iaſ. conſil.* 143. *num.* 6.
vol. 4. *Rum. conſ.* 16. *num* 9. *& conſil.* 154. *num.*
5. *&* 6. *vol.* 1. *& conſil.* 168. *num.* 9. *in fin. & num.*
18. *vol.* 2. *Gozad in l. vnic. n.* 2. *verſ. Itē aſſigna-
tur*, *C quand. non pet. part. Gomez. tom.* 1. *varia.
reſo. cap.* 10. *nu.* 31. *verſic. ex quo infertur*, *Craſſ.
in d. §. Ius accreſcendi q.* 13. *num.* 8. *Men. d. cōſ.*
123 *num.* 6. *Pereg. conſ.* 32. *num.* 1. *vol.* 1. *Duar.
d. lib.* 2. *de Iur. accr. cap.* 9. *& nos latius dicemus in
hoc ipſo cap. q.* 45. *nu.* 6. Hoc enim ideo dicitur,
9 quia vocantur in vnam portionem, † *d. l. in-
terdum*. 13. *in prin. ff. de hered. inſt. d. l. ſi quis
Attio* 8. *ff. de vſufr. accr. & ſcribunt Bart. in d. l.
re coniuncti*, *num.* 13. *&* 29. *& ibi Crott. num.* 32.
& 50. *Io. Gaud. num* 75. *Bart. in d. l. interdum*,
num. 2. *& ibi Caſtr. nu.* 3. *verſ. in textu ibi*, *Bald.
in d. l. vlt. num.* 1. *&* 7. *& ibi Ang. in prin. Caſtr.
num.* 2. *Iaſ. in prin. & num.* 3. *verſ. gl. in verb. &
num.* 4. *Donell. nu.* 1. *verſ. vt autem C. de impub.
& al. ſubſt. Roma. conſil.* 99. *num.* 1. *& conſ.* 405.
num. 7. *Corn. conſ.* 231. *num.* 3. *vol.* 1. *Alex. conſil.*
56. *num.* 2. *vol.* 3. *Pic. in d. l. Titia*. 35. §. *Titia
num.* 35. *ff. de leg.* 2. *Pariſ. conſil.* 4. *num.* 19. *volu.*
3. *Gomez. d. tom.* 1. *varia. reſol. cap.* 2. *num.* 3. *&
cap.* 10. *nu.* 31. *verſ. ex quo primo infertur*, *Nat.
conſ.* 297. *nu.* 1. *Clar. in § teſtamentum*, *q.* 80. *nu.*
7. *Mantic. de con. vlt. vol lib.* 4. *tit.* 10 *num.* 6. *&* 9.
Craſſ. in §. *Inſtitutio q.* 20. *num.* 15. *Men. de
præſ. lib.* 4. *præſ.* 18. *num.* 10. *Pereg. d. conſil.* 32.
num. 3. *verſ. primo*, *vol.* 1. *Gratia. d. tom.* 1. *diſcep.
for. cap.* 70. *num.* 14. 17. 19. 50 *&* 60. *Cuiac. in d.
l. ſi duobus*. 16. *ff. de leg. primo*. Qua ratione fit,
vt, ſi teſtator ita ſcribat lego filijs Titij. & fi-
lijs Sempronij fundum, dimidiam habeant
filij Titij, dimidiam verò filij Sempronij, ta-
metſi fortaſſis diſpares ſint numero: nam, cū
duo ſint collectiua, conſequens eſt, vt duo
quoque corpora cenſeantur, ita, vt ſub quaq;
collectiua vocati veniant in vnam portionē,
10 † *vt ſcribunt Ang. in l. ſi communis ſeruus* 37. *nu.*
3. *& ibi Imol. nu.* 2. *verſ. quid autem ff de ſtipul.
ſeruo. Crott. in d. l. re coniuncti*, *nu.* 36. *verſ. Iuxta
hunc*, *& ibi Alcia. num.* 39.

Planè interdum collectiuè vocati viriles
cum alijs partes conſequuntur, idque certis
11 caſibus, † &

Primo in ſpecie *l. Lucius*. 90. §. *Lucius ff. de
leg.* 2. vbi Scæuola, *Lucius Titius teſtamento
ita cauit*, inquit, *Prædiolium meum dari uolo li-
bertis*, *libertabuſq; meis*, *&*, *quos hoc teſtamento
manumiſi*, *& Seiæ alumnæ meæ ita*, *ne de nomine
familiæ meę exeat*, *donec ad unum proprietas per-
ueniat. Quæro*, *an Seia in communione cum liber-
tis habeat portionem*, *an uero ſibi partem dimidiā
eius prædioli uindicare poſſit*, *Reſpondi*, *perſpi-
cuam eſſe teſtantis uoluntatem*, *omnes ad uiriles
12 partes uocantis*. Itaque in hac ſpecie † liberti,
tametſi collectiuè vocati non veniunt in
vnam portionem, ſed cum Seia viriliter ad-
mittuntur ex defuncti voluntate, quam no-
ſtri frequentiùs deducunt ex illis verbis, *ita*,
ne de nomine familiæ meæ exeat: nam ex hu-
juſmodi prohibitione alienationis colligūt,
teſtatorem voluiſſe proſpicere familiæ, & cū
alijs etiam Seiam, tamquam vnam de fami-
lia vocare. Nec obeſſe ſpecialem eius no-
minationem, quia non fuit nominata, tam-
quam magis dilecta, ſed, tamquam vna per-
ſona de familia, cui teſtator æqualiter pro-
13 ſpicere voluit. † *Ita ſcribunt gl. in d. l. Lucius*
90. §. *Lucius*, *in uerb. ad uiriles ff. de leg.* 2. *Bart.
in d. l. ult. num.* 3. *& ibi Bald. num.* 3. *Caſtr. num.*
3. *uerſic. ſed contra*, *& num.* 4. *uerſic. tertius*, *&
Dec. num.* 5. *C. de impub. & al. ſub. Bart. in d. l. re
coniuncti*, *num.* 30. *& ibi Petr. de Beſut. num.* 35.
uerſ ſed contra, *Alcia. num.* 39. *Bald. in d. l. un.
§. ubi autem legatarij num.* 5. *C. de cad. toll. Rub.
in l. Gallus*. 29. §. *quidam rectè*, *num.* 50. *ff. de lib.
& poſth. Pariſ conſil.* 4. *num.* 22. *uol.* 3. *Craſſ. in
d. §. ius accreſcendi q.* 13. *num.* 5. *Cuiac. in d. l. ſi
duobus*. 16 *ff. de leg. primo*, Quam ſententiam
ſubjicit Crottus *in d. l. re coniuncti*, *num.* 33. *poſt
Bald.*

*Bald.in d.§.ubi autem legatarij, num.*5.ea poſſe
ratione confirmati, quia per talem prohibi-
tionem alienationis inducentem fideicom-
14 miſſum † *l.filiusfa.*117.*§.Diui.*2.*ff. de leg. pri-*
*mo,l.peto.*71.*§.fratre ff.de leg.*2. & conſequen-
ter onus *l. cohæredi.* 41. *§. cum filio ff. de vulg.*
cenſentur omnes de familia pariter grauati.
Ergo,& pariter vocati; nam ex oneris quali-
tate colligimus datarum partium quantitatẽ
*l.quoties.*23.*ff. ad Treb.*

Verùm, & ſi putem veteres in hoc rectè
ſenſiſſe, quod exiſtimarunt, Seiam, & ipſam
fuiſſe de familia teſtatoris, *uti poſtea demõſtra-*
bo, non tamen cum ijs conſentio in eo, quod
cauſam, cur omnes viriliter admittantur, ex
ſubſequenti eliciunt prohibitione alienatio-
15 nis: † nam, quoties verba teſtatoris vi ſua par-
tes tribuunt inæquales, licet poſtea ſubijcia-
tur alienationis prohibitio, quæ toti proſpi-
ciat familiæ, non tamen ex ea poſſumus in-
ferre, viriliter omnes cenſeri grauatos, & cõ-
ſequenter vocatos, quia imo potiùs ex inæ-
qualitate vocationis debemus ad inæquali-
tatem grauaminis inferre, quia, quoties inæ-
quale eſt emolumentum, non poteſt onus
ſimpliciter adiectum cenſeri ęquale. Et ideo,
cum vis collectiuæ ſit, vt per eam vocati ve-
niant in vnam portionem, licet alienationis
ſubijciatur prohibitio, non tamen ex ea na-
ſcitur aliqua neceſſitas, quæ operetur, vt col-
lectiua vim ſuam amittat, quia, ſi collectiuè
vocati in vnam portionem veniunt reſpectu
emolumenti, venient etiam reſpectu graua-
minis. Quamobrem non immeritò rationem
16 hanc † *Iaſ. in d. l. ultim. num* 4. *verſ. ſed dicant*
C.de impub.Crott.in d.l.re coniunctis,num. 33.*&*
*ibi Polit.nu.*40.*alijq;* pleriq; reprobarunt.

Hinc igitur alij cenſent ideo in ſpecie pro-
poſita viriliter omnes admitti, quia teſtator
relinquendo prędium ijs libertis, quos teſta-
mento manumiſerat, videbatur a legato ex-
cludere Seiã, quę libertatem non fuerat ex
teſtamento conſecuta, vnde, quia hoc eius
voluntati repugnabat, quippe, cum mens
eius eſſet, vt etiam Seia cum libertis admit-
teretur, ideo neceſſitate coactus eam nomi-
nauit, non, vt veniret in dimidiam, ſed, vt ſi-
17 mul cum alijs vocata intelligeretur. † *Ita ſcri-*
bit Crott. in d.l. re coniunctis, num. 34 *verſ. ideo*
credo, ſubijciens, hanc rationem ſe quondam ab
auditore ſuo adoleſcente acutiſſimi ingenij didi-
ciſſe.

Verùm hanc Crotti ſententiam non im-
18 meritò † *Polit.in d.l.re coniunctis,num.* 40. *verſ.*
vnum hoc etiam,et alij pleriq; reprobarunt, non
ſolum, quia falſum eſt, legatum fuiſſe ad eos
conſtrictum, quos paterfa. teſtamento manu-
miſerat, *vt, poſtea demonſtrabo*, ſed etiã, quia ſe-
queretur, quoties teſtator poſt plures collecti
uè vocatos aliũ non comprehenſum nomi-
nat ſpecialiter, non cenſeri eum nominaſſe,
vt veniret in dimidiam, ſed, vt cum alijs col-
lectiuè vocatis admitteretur, quod perſpicuè
falſum eſt, *vti conſtat ex l.ſi pater* 9.*ff de vulg.&*
*animaduertit Polit.in d.l.re coniunctis,num.*40.
19 *verſ.verum hoc etiã.* Quamobrem, † *vt omiſſis*
gl in d.l. Lucius 90. *§. Lucius, in verb. ad viriles*
ff.de leg 2. *Bald.in d.§. vbi autem legatarij,num.*
5.*Roma.conſ.*99.*num.* 1. *Polit.in d. l.re coniun-*
*ctis,num.*40.*verſ.idcoq; & ibi Alcia,num,* 39. *&*
aliorum ſolutionibus, dicam quod ipſe ſentio, pu-
to veriſſimam eſſe ſententiam *Raph.Cum.in*
*d.§.Lucius,Duar.lib.*2.*de Iur.accr.cap.*9.*Men.*
*d.lib.*4.*pręſ.*18.*num.*21.*&* 22. *& aliorum* exi-
20 ſtimantium, † ideo in ſpecie, quam Scęuola
proponit, omnes viriliter eſſe vocatos, quia
ſub illis verbis *libertis, libertabuſq. meis*, & ſic
ſub collectiua cõtinebatur etiam Seia, vtpo-
te, quę & ipſa erat liberta teſtatoris. Vnde,
cum vocati collectiuè viriles inter ſe partes
faciant, nil mirum, ſi & Seia cenſeatur ad vi-
rilem portionem, non ad dimidiam vocata.
Quam eſſe veram eius loci rationem (*quic-*
*quid Iaſ.in d.l.vlt.num.*4. *verſ. tamen non ſatis-*
facit C.de impub. & al.ſubſt. Crott.in d.l.re con-
*iunctis,num.*33. *verſ.iſte intellectus, & ibi Polit.*
*num.*40. *verſ., ſed, licet, opinentur*) vt liquidò
21 demonſtrem, duo ſuppono, † primo, teſtato-
rem, non ita locutum eſſe, *Prędiolum meum*
dari volo libertis,libertabuſq; meis,quos hoc teſta-
mento manumiſi, quomodo legitur in vulga-
tis codicibus.*& legendum Polit.in d.l re cõiun-*
ctis,nu. 40.*verſ.tamen conſiderandum,& alij exi-*
ſtimarunt. ſed,*& quos hoc teſtamento manumiſi*,
vt legitur in Pandectis Florentinis; Secundo
ſuppono Seiam, de qua teſtator ſpecialem
poſtea mentionem fecit in illis verbis,*et Seię*
alumnę meę, fuiſſe & ipſam libertam teſtato-
22 ris, † *vt rectè cenſuerunt Raph. Cuman. in d.*
§.Lucius,Crott.in d. l.re coniunctis, num. 34. *&*
*ibi Alcia.num.*39.*Dec in d.l.vlt.num.*5.*C.de im-*
*pub & al.ſub.Duar.d.lib.*2.*de Iur. accr. cap.* 9.
23 tametſi † *Iaſ.in d.l. vlt. num* 4. *verſ. tamen non*
ſatis facit,Polit.in d.l.re coniunctis,num. 40.*verſ.*
verũ,hoc ẽt,& alij pleriq; dubitent, quod ex eo
colligitur, quia, niſi Seia fuiſſet liberta, & ſic
de familia perperam teſtator adiecisſet illa
verba, *ita, ne de nomine familię meæ, exeat, do nec*
ad vnum proprietas perueniat: nam vocando
Seiam feciſſet diſpoſitionem contrariam
verbis, & finali ſuę intentioni, quia intentio
erat, vt prędium non exiret de nomine fami-
lię, & per vocationẽ Seię effeciſſet, vt ſtatim
exiret de nomine familię. Nec obſtant illa
verba Scęuolę, *quæro, an Seia in communione*
cum libertis, quę videntur innuere, Seiam non
fuiſſe libertam, quia alioquin dixiſſet I. C.
cum alijs, aut, cum reliquis libertis, non verò
24 ſimpliciter, cum libertis, † *vt obijcit Polit. in d.*
l.re coniunctis, num. 40. *verſ verùm hoc etiam*,
quia reſpondeo, imo Scęuolam rectè dixiſ-
ſe, cum libertis, ſimpliciter, non verò, cum
25 alijs libertis: nã † cum ibi appellatione liber-
torum non contineantur libertę, vtpote de
quibus ſpecialiter locutus erat teſtator. ideo
loquens Scœuola de fęmina rectè quęſiuit,
an ea in cõmunione cum libertis, idest cum
maſculis portionem haberet. His autem ita
ſuppoſitis dico rationem, cur omnes ibi viri-
26 liter admittantur, illam eſſe, quia † omnes
ſunt vocati collectiuè, et verò etiam Seia;
nã, cũ teſtator ita priùs ſcripſiſſet, *prędiolum*
meum dari volo libertis, libertabuſq; meis, ſine
dubio his verbis cenſetur omnes libertos, tã
extra teſtamentũ, quam in teſtamento manu
miſſos, et, tam maſculos, quam fęminas ad
relictum vocaſſe. Itaq; licet poſtea ſubiecerit
&, quos hoc teſtamento manumiſi, & Seiæ alum-
nę meę, non tamen pręcedentis diſpoſitionis,
quę reſpectu perſonarum generalis eſt, mu-
tandę,

ſtandę, ſed declarandę gratia cēſetur hęc ver-
ba adieciſſe, quia, cum neminem adiunxerit,
ſed ex ijs perſonis, quæ iam ex diſpoſitione
pręcedenti vocabantur, quaſdam enumera-
uerit, non poteſt prior diſpoſitio cenſeri ex
poſterioribus verbis mutationem accepiſſe
l. quęſitum 12. §. ſi quis fundum ff. de fund. inſtr.
Alioquin enim cenſeretur eam accepiſſe,
etiam ex illis verbis, *& quos hoc teſtamento ma-
numiſi*, quia, vt Seia, ita & manumiſſi teſta-
mento iam erant in præcedentibus verbis
cōprehenſi, & ideo, ſi ſpecialis expreſſio Seię
cenſeretur pręcedentē diſpoſitione reſpectu
partium mutaſſe, vtiq, etiam eam mutaſſe
cenſeretur expreſſio manumiſſorum in teſta
mento ob rationis paritatem. Quamobrem
non debuiſſet Seia dimidiam vindicare, ſed
tantum tertiam, quia extra teſtamentum
manumiſſi, tamquam ex prima diſpoſitione
collectiuè vocati venirent in vnum trien-
tem, in alterū verò manumiſſi in teſtamēto,
de quibus teſtator poſtea locutus eſt, in tertiū
deniq; Seia, tamquam ſpecialiter nominata.
Cum igitur in confeſſo ſit, non cēſeri mutatā
præcedentem diſpoſitionem ex illis verbis,
&, quos hoc teſtamento manumiſi, vt patet ex eo,
quia quærit Scæuola, an Seia dimidiam ſibi
vindicare poſſit. Conſequens eſt, vt nec etiā
ab ijs, quę ſubijciuntur, *& Seiæ alumna mea*,
cenſeri debeat mutationem accepiſſe. Quo
fit, vt omnes liberti, & verò etiā Seia liberta
tamquam collectiuè, & ex prima diſpoſitio-
ne vocati viriles partes conſequantur.

Nec eſt, quod aliquis obijciat, non poſſe
Seiam cum alijs cenſeri collectiuè vocatam
dato etiam, quod eſſet liberta, quoniam de
27 ea ſpecialis mentio facta eſt, † *Qua ratione
moti Iaſ. in d. l. ult. num. 4. uerſ. item dato C. de
impub. Crott. in d. l. re coniuncti, num. 34. & ibi
Polit. num. 40. uerſ. ſed licet prædicta, ſuperiorē
Cumani ſententiam improbarunt*, quia reſpon-
deo, imo ſpecialem enumerationem quarū-
dam rerum, vel perſonarum ex ijs, quæ ſub
præcedentibus verbis generalibus contine-
bantur, nihil operari, quia cenſetur potiùs
ex abundanti, & maioris declarationis cauſa
facta, quam animo mutandæ præcedentis
28 diſpoſitionis, † *ut ait text. in d. l. quæſitum. 12.
§. ſi quis fundum ff. de fund. inſtr. quem incon-
ſulto Crott. & Polit. ſupra relati uidentur ad cō-
firmandam ſuam obiectionem adduxiſſe*.

Secundus verò caſus, in quo vocati colle-
ctiuè pro vno non reputantur, eſt, cum ſpe-
cialiter omnes nominantur, vt, cum teſtator
ita ſcribit, Lego, Titio, Caio, & Seio filijs meis,
& Sēpronio fundum; nam propter ſpecialem
filiorum nominationem omnes viriliter ad-
29 mittuntur. † *Ita ſcribit Ang. in d. l. ult. in prin.
uerſ. ſed, quando C. de impub. & al. ſub.* Sed hoc
30 accipiendum eſt, † duobus interuenientibus,
primo, vt priùs nominentur, quam collectiuè
vocentur. Coeterùm, ſi priùs vocentur colle-
ctiuè, deinde nominentur, vt, ſi teſtator dicat,
Lego Sempronio, & filijs meis Titio, & Caio
fundum, verius eſt, collectiuam vim ſuam re-
31 tinere. † *Ita explicant Iaſ. in d. l. ult. num. 9. uerſ.
7. & ibi Dec. num. 4. uerſic. in fi. gl. C. de impub.
Dec. conſil. 319. num. 6. & conſil. 380. num. 5.*
quia, quoties plures, & nominatim, & colle-
ctiuè vocantur, poſterior expreſſio declara-
tionis tantum gratia cenſetur adiecta, & ideo
32 prior attenditur † *l. ſi communis ſeruus ita. 37.
& ibi Bart. & Imol in prin. ff. de ſtip. ſeruo. gloſſ.
in l. eum ita datur 93. in uerb. hæredi Titio ff. de
cond. & demo. & in l. ita liber. 8. in uerb. nomina
ff. de ſtatulib. Bart. in l. more. 5. num. 19. ff. de
Iuriſd.*

Secundo requiritur, vt vocentur in eadem
oratione, & quidem iuxta terminos, quos ex-
poſuimus *in hoc cap. q. 16. nu. 29. & ſeqq.* Coe-
terùm, ſi teſtator ita diceret, Lego Titio, &
Sempronio filijs meis fundum Tuſculanum,
eundem fundum lego Caio, venirent Titius,
& Sempronius in vnam dimidiam, non qui-
dem ex vi collectiuę, ſed ex vi mixtæ coniun-
ctionis, *ſecundum ea, quæ diximus ſupra nu. 4.*
Caius verò veniret in alteram dimidiam,
33 † *uti declarat Caſt. in d. l. ult. num. 3. uerſ. item ad-
hue C. de impub & al. ſubſt.*

Tertius caſus eſt, quando collectiuæ adij-
citur diſtributiua, vt, cum teſtator ait, Quiſ-
quis mihi hæres erit, & Titius impuberi filio
meo hæredes ſunto: nam tunc perinde habe-
tur, ac, ſi ſpecialiter omnes eſſent nominati.
Quo fit, vt omnes cenſeantur ad viriles par-
34 tes vocati, † *ut eſt text. in d. l. ult. C. de impub. &
al. ſubſt. & ibi tradunt Bart. in prin. & num. 1.
& 3. uerſ. opp. Bald. num. 1. & 2. Ang. in prin. &
uerſ. idem ſi dixerit, Caſtr. num. 1. 3. & 4. uerſic.
ſecundus, Alex. num. 1. & 2. in fin. Iaſ. in prin. &
num. 3. uerſ. gloſſ. in uerb. & num. 4 & 9. uerſicu.
iſtam regulam, Dec. num. 1. & 3. Donell. num. 1.
uerſic. ut autem, Bart. in l. qui complures. 32. uerſ.
item opp. ff. de uulg. & in d. l. re coniuncti, nu. 13.
& 29 & ibi Polit. num. 42. uerſ. 4. Alcia. nu. 39.
Caſtr. conſil. 275. num. 3. uol. 1. Ruin. conſil 97.
num. 11. uerſ. ſed iſtis uol. 2. Dec. conſil. 380. num.
3. Pariſ. conſil. 49. num. 3. uol. 2. Gomez. d. tom. 1.
uaria. reſol. cap. 2. num. 4. uerſ. 2. limita, Craſſ. in
§. Ius accreſcendi q. 13. num. 5. & in d. §. inſtitu-
tio. q. 20. num. 16. Mantic. d. lib. 4. tit. 10. nu. 9.
Men. d. lib. 4 præſ. 18. num. 16. Duar. d. lib. 2. de
Iur. acer. cap. 9. Cuiac. in d. l. ſi duobus 16. ff. de
leg. primo, Gratia. d. tom. 1. diſcept. for. cap. 70. nu.
19. & 60.* Planè hoc ita demum verum eſt, ſi
tertius, & vocati collectiuè circumſcripta
diſtributiua ſint poſiti in eadem oratione.
Coeterùm, ſi ſeparatim vocentur, vt, quia te-
ſtator ita ſcribat, lego cuilibet ex filijs meis
fundum Tuſculanum, eundem fundum le-
go Sempronio, verius eſt, collectiuè vocatos
non obſtāte diſtributiua in vnam venire por-
35 tionem, † *ut ſcribunt Ang. in d. l. ult. in prin.
uerſ. ſed reſponde, & ibi Dec. (licet ſub dubio) nu.
1. C. de impub. Polit. in d. l. re coniuncti, num 42.
uerſ. quod uidendum, & ibi Alcia. num. 39.* Ex
quo inferunt *Dec. ibi num. 1. & alij* pleriq, duo
requiri ad hoc, vt collectiuè vocati veniant
in viriles, primo, vt adijciatur dictio diſtribu-
tiua. Secundo, vt vocentur in eadem oratio-
ne. Sed hoc poſterius requiſitum nō eſt pro-
prium collectiuæ, ſed eſt commune cuilibet
coniunctioni mixtæ, quippe quæ reſpectu di-
ſiunctorum operatur, vt vtroque nexu con-
iuncti veniant in vnam portionem, & pro
vno reputentur, *ſecundum ea, quæ diximus ſu-
pra num. 4. & 5.* Aliud planè requiſitum ne-
ceſſarium eſt ad hoc, vt collectiuè vocati cū
diſtributiua viriliter admittantur, vt ſcili-
36 cet † vocentur ad rem, quæ ſui natura mul-

tiplicationem non admittat, puta ad hæreditatem, vel fundum. Coeterùm, ſi vocarentur ad quantitatem, vt, ſi teſtator ita diceret, lego cuilibet ex filiabus meis, & Sempronio mille, verius eſt, non ad viriles, ſed ad diuerſas, & ſeparatas ſummas ſingulos inſolidum vocari, quia diſtributiui natura eſt, vt cuilibet rem tribuat inſolidum, ideoq; ſolidum vnicuique dandum eſt, ſi res multiplicationem
37 recipiat † *l. qui filiabus. 17. §. 1. ff. de leg. primo, & nos latè diximus in hoc cap. q. 17. num. 5.*

Quartus caſus, in quo vocati collectiuè non veniunt in vnam portionem, ſed viriliter admittuntur, ſolet conſiderari in ſpecie
38 † *l. quidam. 6. §. vlt. & l. vtrum. 8. in prin. ff. de reb. dub.* vbi, *ſi tibi, & poſthumo ſuo, vel alieno hæreditatem reſtituere quis rogauerit,* ſcribit Caius, ſi poſthumus *natus fuerit, vtroſq; accipere, quantum cuique relictum eſt, vt vno nato pars tibi dimidia debeatur, duobus natis tertia tibi debeatur, tribus natis (quia tergemini quoque naſcuntur) quarta:* Colligunt enim inde noſtri, quoties diſpoſitio refertur ad naſciturum, ceſ-
39 ſare vim collectiuæ. † *Ita Bart. in d. l. re coniunctis num. 30. & ibi Polit. num. 42. Bart. in d. l. quidam. 6. §. vlt. ff. de reb. dub. Caſtr. in d. l. vlt. num. 4. verſ. adde quintum, & ibi Alex. num. 3. verſ. item adde, Iaſ. num. 4. verſ. 2. & num. 9. verſ. 5. Dec. num. 4. C. de impub. Men. d. lib. 4. præſ. 18. nu. 23. Cuiac. in l. vel ex parte. 7. ff. de reb. dub.*
40 Et hoc ideo, quia, † ſi teſtator plures naſcituros exiſtimaſſet, veriſimile eſt, viriles cuique partes daturum *ſecundum Bart. in d. l. re coniunctis, num. 30. & ibi Polit. nu. 42. Alcia. nu. 39. Bart. in d. l. quidam 6. §. vlt. Caſtr. in d. l. vlt. num. 4. verſ. adde quintum, & ibi Dec. num. 4. C. de impub.*

Verùm, (vt *Petr. de Beſu. in d. l. re coniuncti, num. 35. verſ. alio modo, & ibi Alcia. num. 39. alijq;* plerîq; animaduerterunt) non pertinent hæc ad materiam collectiuæ, de qua loqui-
41 mur, quia in ſpecie † *d. l. quidam. 6. §. vlt.* teſtator non fuerat vſus dictione collectiua: Nec enim dixerat, lego Titio, & poſthumis, ſed, lego Titio, & poſthumo, quæ dictio ſingulari numero prolata non poteſt vi ſua dici col-
42 lectiua, quia collectiua dicitur. † quæ ſecundum vim verbi plures continet perſonas aut ſingulari numero, vt populus, ciuitas, collegium, *l. proponebatur. 76. ff. de iudic. l. mortuo. 23. ff. de fideiuſſ. l. rerum mixtura. 30. verſ. tertium ff. de vſucap.* aut plurali, vt filij, agnati, cognati, hæredes *l. ſi cognatis. 20. ff. de reb. dub. & explicant Bald. in d. l. vlt num. 1. C. de impub. Petr. de Beſu in d. l. re coniunctis, num. 35. verſ. ideo aliter dicerem, Soc. Iun. in l. hæredes mei. 57. §. cum ita, num. 1. ff. ad Treb. Alcia. in l. Gallus. 29. §. quidā recte, num. 55. ff. de lib. & poſth.* cum alioquin appellatione poſthumi in ſingulari numero non continentur plures ex vi verbi, ſed alia
43 ratione, nempe, quia † oratio indefinita æquipollet vniuerſali *l. ſi pluribus. 45. ff. de leg. 2. l. ſi plures. 96. ff. de leg. 3.* non collectiuæ, ſed diſtri-
44 butiuæ; † *vt eſt doctr. Bart. in d. l. ſi pluribus. 45. num. 1. ff. de leg. 2.* & ideo, qui legat Titio, & poſthumo, perinde eſt accipiendus, ac, ſi dixiſſet, lego Titio, & cuilibet poſthumo. Vnde, quemadmodum, ſi ita locutus eſſet, viriliter omnes, tamquam ſpecialiter nominati vocarentur *d. l. vlt. C. de impub.* cum diſtributiuæ natura ſit, vt actum cuilibet inſolidum diſtribuat *d. l. qui filiabus. 17. §. 1. ff. de leg. primo*, ita etiam viriliter debent cenſeri vocati,
45 quando teſtator indefinitè locutus eſt. † *Ita eleganter declarant Raph. Cum. in d. l. vtrum. 8. ff. de reb. dub. Dec. in d. l. vlt. num. 4. C. de impub. Crott. in d. l. re cōiūcti n. 35. verſ. ideo ad illū text.*

Hinc intelligimus, ſi collectiuè poſthumi, ideſt, plurali numero vocarentur, in vnā cō-
46 venire portionem ex natura collectiuæ, † *vt ſcribit Dec. in d. l. vlt. num. 4. C. de impub. Et eſt de mente omnium, quos retulimus ſupra num. 40. dum aiunt, teſtatorem non cogitaſſe de pluribus. Sentiunt enim, ſi cogitauerit (quomodo cogitaſſe cenſetur, cum plurali numero loquitur de poſthumis) aliud eſſe dicendum.* Et, quamquam *Caſtr. in d. l. interdum, 13. in prin. num. 3. verſ. ſed adhuc ff. de hæred. inſt. Men. d. lib. 4. præſ. 18. num. 23. &*
47 *alij* plerîq; † contrarium ſentire videantur, verius tamen eſt, quod ſupra diximus.

Planè, ſi conſtet ex coniecturis, aliud voluiſſe teſtatorem, magis eſt, vt, etiāſi de poſthumis loquatur, omnes ſint viriliter admittē-
48 di. † Et ita accipio *l. ſi duobus. 16. § vlt. ff. de leg primo*, vbi Pomponius. *Si Titio, & poſthumis legatum ſit*, inquit, *non nato poſthumo totū Titius vindicabit. Sed, & ſi teſtator Titio, & poſthumis viriles partes dari voluerit, vel etiam id expreſſerit, totum legatum Titio debetur non nato*
49 *poſthumo*: Non enim † in prima ſpecie loquitur de disiunctis, *vt ibi gl. in verb. ſi Titio, Bart. verſ. primo, Caſtr. num. 1. Alex. num. 1. Iaſ. num. 1. & alij paſſim interpretantur*, ſed loquitur de poſthumis coniunctim quidem cum Titio, ſed inter ſe collectiuè vocatis, ideſt, non in viriles, ſed in vnam portionem, quod indicāt verba ſequentia, quæ præcedentem diſpoſitionem ampliant, etiamſi teſtator viriles partes dari voluerit, vel etiam id expreſſerit: Significant enim in prima ſpecie nō eſſe datas viriles partes. Viriles autem partes tunc poſthumis dediſſe cēſetur, cum, vel id expreſſit, vt ibi dicitur in tertia ſpecie, vel etiam, cū id voluit, ideſt. vt ipſe interpretor, cum apparet ex aliqua coniectura, talem fuiſſe eius volūtatem: Nam in dubio non puto a natura collectiuæ recedendum, quia ceſſat ratio præſūptæ voluntatis, cum appareat, cum de pluribus cogitaſſe, plurali numero loquendo, *vt ſupra dictum eſt*

Quintus caſus, in quo vis collectiuę ceſſat, eſt, cum adijcitur dictio, æquè, aut alia ſimilis: nam tunc collectiuè vocati non veniunt in vnā portionem, ſed viriliter omnes admittū-
50 tur † *l. interdum 13. in prin. ff. de hæred. inſt. d. l. ſi duobus 16. §. vlt. ff. de leg. primo, & ſcribūt Bart. in d. l. interdum, in prin. num. 2. & ibi Imol. nu. 1. Caſtr. nu. 1. Caſtr. in d. l. vlt. num. 2. & 4. verſ. primus, & ibi Iaſ. in prin & nu. 4. C. de impub. Alex. conſ. 55. nu. 3. vol 4. Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 43. & ibi Crott. num. 36. verſ. fallit 3. Polit. nu. 41. Alcia. num. 39. Io. Gaud. num. 75. Iaſ. conſil. 143. num. 6. & 7. verſ. item illa verba, volum. 4. Ruin. conſ. 97. num. 11. verſ. ſed iſtis. vol. 2. Corn. conſil. 231. nu. 3. vol. 1. Pariſ. d. conſ. 4 nu. 21. vol. 3. Dec. conſil. 380. nu. 2. Gabr. conſil. 130. nu. 18. vol. 1. Gomez. d. tom. 1. varia. reſol. cap. 2. num. 4. Mant. de con. vlt. vol d. lib. 4. tit. 10. num. 6. & 9. Craſſ. in d. §. Inſtitutio, q. 20. num. 15. Menoch. de præſ. d. lib. 4 præſ. 18. nu. 16. Duar. lib. 2. de Iur. accr.*

betr.cap.9.Gratia.cap.70.diſc.for.n.17.19.& 60.
Quinimò, licet teſtator non expreſſerit eam
dictionē, ſi tamē ex coniecturis colligere poſ-
ſimus, talem eius fuiſſe voluntatem, idem di-
51 cendum eſt † *d.l.ſi duobus.16.§.vlt.ff. de leg.pri.*
ſecundum ea, quæ diximus ſupra num. 48. Nam
ex coniecturata mente defuncti recedimus a
52 natura collectiuæ. † *vt ſcribunt Bart.in d.l.qui*
complures.32.ff. de vulg.Iaſ.in d.l.vltim.num.9.
verſ.2.limita, & verſ.3.limita, & ibi Dec.num.5.
C.de impub.Mantic.de con. vlt vol.d.lib.4.titu.
10.num.9.Craſſ.in d.§ Ius accreſcendi q.13.nu.
5.Gratia.d.cap.70.diſc.for.num. 19.
Planè, quod diximus, hanc dictionē, æquè,
tollere vim collectiuæ, ita demum verū eſt,
53 † ſi apponatur pluribus in eadem oratione
vocatis. Cœterùm, ſi quis ita ſcribat, Lego
Titio fundum, eundem fundum lego filijs
Sempronij æquis portionibus, verius eſt, hāc
54 adiectionem non tollere vim collectiuæ, † *vt*
rectè Caſtrenſ.in d.l. interdum, num.3. Iaſ. in
d.l.re coniuncti, num.43.& 146. verſic. potes, &
ibi Polit.num.41.& 166.verſic. ſed hoc falſum
Alciat. num.5. & lib.6. Parado. cap. 7. num. 3.
Mantic.d.lib.4 titu. 10. num. 6. verſicu. & hoc
ſanè, Menoch. d. lib. 4. præſumpt. 18 num. 17.
verſicu. hæc tamen declaratio, alijque paſſim
55 *cenſuerunt*, quia, † non refertur ad omnes
vocatos, ſed tantum ad eos, qui coniunctim,
& proximè vocati ſunt, *vti conſtat ex l.ſi ita*
quis hæredes inſtituerit. 66.ff. de hæred. inſt. &
nos latius oſtendemus in hoc cap.quæſt. 46.nu.94.
Et, quamquam *Imol. in d.l. interdum, num. 1.*
Alexand. d.conſil. 55.num. 3. volum. 4. Petr.de
Beſu.in d.l.re coniuncti, num. 15. verſic. ſed alio
modo, & ibi Polit.ſibi contrarius, num.68. verſ.
56 *mihi certè, & alij* plerique † contrarium cen-
ſuerint, verior tamen eſt ſuperior ſententia,
quia ratio, qua mouentur, parum vrget:
57 Nec enim verum eſt, † inutilem futuram il-
lorum verborum, æquis partibus, adiectio-
nem, ſi non ad omnes vocatos referātur,
quia verius eſt, id operari, vt in eadem oratio-
ne poſiti, qui alioquin fuiſſent re, & verbis
coniuncti, non ſint amplius coniuncti, niſi
verbis *d.l.re coniuncti 87. verſ. item verbis ff. de*
leg.3.& nos diximus in hoc cap. q. 19.nu. 1. & q.
25.num.1.
Sextus caſus eſt, cum ij, qui collectiuè vo-
cantur, reputantur pro vna perſona cum vno
ex ijs, qui fuerunt a teſtatore nominati: nam
tunc illi, nec in virilem nec in aliam portio-
nem ſeparatam vocati intelliguntur, ſed in
partem datam ei, cuius perſonam ſuſtinent.
58 † Exemplum ſit *in ſpecie l. vlt. C. de impub. &*
al.ſubſtit. cum ſcilicet teſtator ita ſcribit, Ti-
tius vnà cum filijs ſuis, & Caius, & Seius hæ-
edes ſunto: nam, quia pater, & filius vna,
& eadem perſona cenſentur, ideo fit, vt Ti-
tius, & omnes eius filij in vnam portionem
59 vocati cenſeantur. † *Ita ſcribunt Bart. in d. l.*
vltim. in prin. & ibi Caſtrenſ. num. 1. Alexand.
num. 1.& 3 verſicu. in ea, ibi, Iaſ. in prin. &
num.9.verſicul.in 3.gloſſ.Dec. num.2. verſic.non
obſtat, quod text. Donell. num. 1. verſicu. hinc
altera C. de impub. Bald. in d. l. vnic. §. vbi au-
tem legatarij, num.4.verſicu ſed contra C.de cad.
tollend. Polit.in d.l.re coniuncti, num.44 Ruin.
conſil.97. num. 11. verſicu. ſed iſtis, volum. 2.
Dec.conſil.319.num.6. verſic. videndum eſt ergo,
& conſil. 380.in prin. Mantic de coniect. vltim.
vol.d.lib 4.titu. 10.num.8. Menoch. de præſump.
d.lib. 4.præſumpt. 18. num. 26. & ſeqq. Gratia.
d.cap.70.diſcep for.nu.35. Idem eſt, ſi teſtator
dicat, Lego Titio, & hæredibus eius, & Caio
fundum: nam, cum hæres, & defunctus vna,
atque eadem perſona cenſeantur *§. 1. Auth.*
de iureiur. a mor. præſt. coll. 5. ideo Titius, &
hæredes eius in vnam veniunt portionem,
60 † *vt ſcribunt gloſſ. in l. ſi quis Attio. 8. in verb.*
tres partes ff. de vſufruct. accreſcend. & in d. l.
vltim. in verb. filijs, verſic. vel ibi dixit, & ibi
Bart num. 3. verſic. procedo, Caſtrenſ. num. 4.
verſic.tertium contrarium, Alexand nu. 3. verſ.
in ea ibi, Cod.de impub. & al. ſubſtit. Nec obſtat
l. ſi quis Attio.8 ff. de vſufruct. accreſcend. quia
non loquitur de legato relicto hæredibus
vnius ex legatarijs, ſed de relicto hæredibus
61 teſtatoris, † *vt rectè docuerunt gloſ. ibi, in verb.*
tres partes.& in d.l ult.in uerb.filijs, uerſic.tu dic,
& ibi Bart.num.3.uerſic.opp & uerſic. opp de le-
ge, Bald.num.8.Caſtrenſ.num.4.uerſic. præterea,
Alexand.num.3.uerſic.in ea ibi, & num. 4. uerſ.
item in caſu Iaſ.num.3 uerſ.in 3.parte, & num.
9.uerſic.in 2.gloſſ. Dec. num. 4. in prin.& uerſic.
in gloſſ fin.& Donell. num. 1. uerſ. hinc altera
C.de impub Bart.in l.huiuſmodi 86.§ ſi Titio, &
Mœuio, num. 1.uerſ ex hoc apparet, & ibi Angel.
uerſic & propterea, Iaſ.num. 15. ff. de leg. primo,
Dec.d.conſil.319.num.7. uerſic. ſed certè, ubi te-
ſtatur hanc eſſe communem, & nos oſtendemus in
7.cap.q. 29 ubi plenius locum illum interpretabi-
mur.
Septimus, & vltimus caſus eſt, in ſpecie
l. qui complures. 32 ff. de uulg. vbi Iulianus,
Qui complures hæredes ex diſparibus partibus in-
ſtituerat, inquit, *& in his Attium, ſi Attius non*
adiret, cœteros ex ijſdem partibus, quibus inſtituit
hæredes, ei ſubſtituerat. Deinde, ſi Attius non
adijſſet, Titium cohæredem ijs, qui ſubſtituti ſunt,
adiecit, quæſitum eſt, quam partem ii, & quam
cœteri habituri eſſent. Reſpondi, Titium uirilem,
cœteros hæreditarias, Quod ideo factum eſt,
62 † *ſecundum Bart.ibi, & Bald.in d.l ultim. num.*
6.& ibi Caſtrenſ.num.3.uerſic.2.& num. 4.uerſ.
quartus, Alexand. num. 3. Iaſ. num.9.uerſ. 2. li-
mita, Dec.num.3.in fin. C. de impub. Crott.in
d.l.re coniuncti, num. 36. uerſ. 4. fallit, quia te-
ſtator ibi expreſsè ſubſtituerat hæredes pro
portionibus hæreditarijs, vt apparet ex illis
verbis, *ex ijſdem partibus*, & ideo per illa ver-
ba cenſetur vim collectiuæ ſuſtuliſſe, quem-
admodum, & per illa, æquis partibus *d.l.inter-*
dum 13.in prin. ff. de hæred. inſt.
Verùm hæc (meo iudicio) non eſt vera de-
63 ciſionis illius ratio, † quia, quod dicimus adie-
ctionē partium vim tollere collectiuæ, pro-
cedit, ſi vocati collectiuè poſiti ſint in eadē
oratione cum tertio. Cœterùm, ſi in diuer-
ſa, verius eſt, eos non obſtante expreſſa diſtri-
butione partium in vnā venire portionem, *ut*
diximus ſupra nu. 54. & ſeqq. Cum igitur ibi
Titius non fuerit in eadem cum hæredibus
oratione vocatus, vt apparet ex illa dictione,
deinde, quæ ſeparatam ſupponit orationem,
Conſequens eſt, vt non obſtantibus illis ver-
bis, *ex ijſdem partibus*, debuerint hæredes in
vnam portionem venire.
Quamobrem verius eſt, quod *Bald. in d.l.*
ult.num.6.uerſic.item ibi, C.de impub. Polit.in

d. l. re coniuncti, num. 43. & ibi Alciat. num. 39.
64 *& alij* plerique tradiderunt † ideo *in d. l. qui complures*, ceſſare vim collectiuæ, quia nõ fuit Titius a teſtatore vocatus, vt diſiunctus: nec enim ei ſolidum prima facie fuit aſſignatum, vt eſt ad realem coniunctionem inducendã neceſſarium, *ſecundum ea, quæ diximus in hoc cap. q. 7. num.* 1. ſed fuit alijs ſubſtitutis adiunctus, vt cohæres, vt apparet ex illis verbis, *Titium cohæredem ijs, qui ſubſtituti ſunt, adiecit;* Quo fit, vt cum alijs cohæredibus ſubſtitutis cenſeatur vocatus in virilem, quoniam hæc eſt natura adiectionis cohæredis, vt in virilẽ
65 cum alijs partem facta cenſeatur † *l. qui pecuniam. 22. §. ſi hæredibus ff. de ſtatulib. l. ſi in teſtamento. 22. ff. ſi quis om. cauſ. teſt. l. 3. §. ſi quis ita ſcripſerit l. ſi quis ſoluendo. 88. ff. de hæred. inſt. §. vlt. Inſt. de legat.* Ex quo intelligimus, ſi non, vt adiunctus, ſed, vt diſiunctus Titius vocaretur, in dimidiam eum venturum, coeteros verò coniunctim vocatos in alteram dimidiam, *ſecundum ea, quæ diximus ſupra num. 4. & 54.*

Non ſolum autem re, & verbis coniunctos tradunt noſtri frequentius vnum corpus conſtituere, ſed etiam coniũctos verbis: nam, & hos aiunt propter ſermonis vnitatem quaſi in vnum redigi corpus, vniuſq; perſonę poteſta-
66 te fungi, † *vti videre eſt apud Bart. in d. l. re coniuncti, nu. 32. verſ. præterea, & ibi Petr. de Beſu. nu. 10. verſ. 2. & nu. 22. Iaſ. nu. 89. & 148. verſ. 2. Polit. nu. 40. & 63. verſ. pro qua concluſione, Alcia. nu. 4. & 5. Caſtr. in l. Mœuio. 42. in prin. nu. 1. verſ. debet, & ibi Peralt. nu. 2. ff. de leg. 2. Caſtrenſ. in l. Titia textores. 36. §. nihil differt, num. 1. ff. de leg. primo, Port. in d. §. ſi eadẽ, nu. 20. verſ. 4. Inſt. de legat. Alcia. in d. l. triplici. 142. nu. 6. & ibi Cuiac. ff. de verb. ſign. Mantic. de con. vlt. vol. lib. 10. tit. 3. nu. 8. Duar. lib. 1. de Iur. accr. cap. 10. & lib. 2 cap. 7. & 11. Men. de præſ. lib. 4. præſ. 159. nu. 1. Cuiac. in d. l. ſi duobus. 16. ff. de leg. primo, Gratia tom. 3. diſcep. for. cap. 553. nu. 13. in fi. &*
67 *nu.* 14. Sed hoc † reſpectu tertij, qui ſeparatim ad eandem rem vocatur, verum eſt. Coeterũ reſpectu ſui nulla poteſt ratione ſuſtineri: nã, ſi teſtator ita ſcribat, Lego fundum Tuſculanum Primo, & Secundo æquis partibus, eundem fundum lego Tertio, quoniam adiectio tertij operatur, vt primus, & ſecundus in vnã cogantur portionem, id eſt, in vnam dimidiã, *vt ſcribit Men. d. lib. 4. præſ. 159. nu. 17. & nos diximus in hoc cap. q. 16. nu. 40. & latius dicemus in q. 46. num. 146.* ideo rectè dicimus eos, quaſi in vnũ corpus redactos eſſe, quia, quo ad tertium, qui fuit adiectus, primus, & ſecundus pro vna perſona reputãtur: Capiũt enim vnam dimidiam, quam caperet vnus, ſi ſolus in ea clauſula vocatus eſſet. Coeterum, ſi tertius non adijciatur, verius eſt, verbis tantum coniunctos non cenſeri in vnum corpus re-
68 dactos nec pro vna perſona reputari, † *vt ſcribit Ant. Gou. de Iur. accr. num. 15. in fin.* quia,
69 nec ad vnam vocantur portionem, ſed ad diuerſas, *vt ait Petr. de Beſut. in d. l. re coniuncti, num. 27. verſ. his ſpeciebus.* Nec ſimul dici poſſunt vocari ad ſolidum, cum ſemper habeant partes, *vt diximus in hoc cap. q. 31. num. 4.*

Qui autem re tantum coniuncti ſunt, an & ipſi dici poſſint vnum corpus conſtituere, vniuſque perſonę poteſtate fungi, ſi quæra-
70 mus, conſtat reſpectu tertij non poſſe, † *vt ſcribit Bald. in d. l. vlt. num. 6. C. de impub. & in d. l. vn. §. his ita definitis nu. 3. in fin. C. de cad. toll.*
71 quia † teſtator ſolidum aſſignando ſingulis non poteſt dici in vnam eos cogere portionem. Quamobrem *in l. planè. 34. §. 1. ff. de leg. primo*, Vlpianus, *Si coniuncti, diſiunctique commixti ſint*, inquit, *coniuncti vnius perſonæ poteſtate funguntur*, quibus verbis ſignificat,
72 † non idem dici de diſiunctis, quia coniũctos includendo diſiunctos excludit *l. cum Prætor. 12. in prin. ff. de iudic.* Et ſanè, ſi vnitas orationis eſt, quæ operatur, vt vocati loco vnius ha-
73 beantur, † *d. l. vn. §. his ita definitis, verſ. hæc ita tam varie C. de cad. toll. & ſcribunt Bald. in d. l. vlt. num. 2. C. de impub. & in d. l. vn. §. his ita definitis num. 3. in fi. & num. 7. verſ. deinde nota C. de cad. toll. Imol. in l. item, quod Sabinus. 17. num. 3. ff. de hæred. inſt. Iaſ. in d. l. re coniuncti, nu. 75. & ibi Io. Gaud. nu. 34.* Conſequens eſt, vt ea ceſſante (quomodo ceſſat in diſiunctis) pro vno vocati non reputentur.

Planè reſpectu ſolidi, ad quod ſinguli vocantur, magis eſt, vt etiam re coniuncti dici
74 poſſint vnum corpus conſtituere, † quia, cum idem capiant omnes, quod caperet vnus, cõſequens eſt, vt omnes ſimul pro vna, eademq; perſona reputẽtur, *ſecundum ea, quæ diximus de re, & verbis coniunctis.*

Deniq; legali coniunctione iuncti poſſunt & ipſi exemplo re, & verbis coniunctorum
75 duplici reſpectu † dici vnum corpus conſtituere, & vnius perſonæ poteſtate fungi, vel ſcilicet reſpectu omnium coniunctorum, vel reſpectu eorum tantum qui viriles partes cõſequuntur: nam, ſi ſucceſſio ſit in capita diuidenda, ideo dicuntur vnum corpus conſtituere, quia ſimul omnes idem conſequuntur,
76 quod caperet vnus † *§. ſi plures Inſt. de leg. agn. ſucc. & ſcribit Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelaſiam, num.* 112. Quamobrem ſub vnius appellatione plerũque vocantur, *vt diximus in 2. cap. q. 1. num. 12. & in cap. 3 q. 2. nu.* 14. Quod, ſi ex pluribus ab inteſtato vocatis aliqui ſuccedant in ſtirpem, quoniam in vnam portionem coguntur, cũ alioquin alij viriles partes conſequãtur, ideo dicuntur illi conſtituere vnum corpus reſpe-
77 ctu coeterorum, qui vocantur in capita, † *vt declarant Polit. in d. l. re coniuncti num. 94. & ibi Alcia. num. 64. Donell. lib. 7. comm. cap.* 13. Quo fit, vt magis, quam alij cenſeantur con-
78 iuncti † *l. ſi duobus. 12. in prin. ff. de bon. poſſ. cõt. tab. l. 1. §. ſi quis ex nepotibus ff. de coniung. cum em. lib. & ſcribunt Bart. in d. l. re coniunctis, num. 17. & 61. & ibi Polit. num. 37. & 94. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelaſiam, num. 118. & decij. 5. num. 67. Cagn. in l. vn. num. 65. C. quand. non pet. part. Gomez tom. 1. variar. reſol. cap. 10. num. 31. verſ. 2. principaliter.* Et hæc de tertio effectu.

SVMMARIVM.

1 *Coniunctio parit ſiue induxit ius accreſcendi, & cur, num. 7.*
2 *Ius accreſcendi eſt ius coniunctionis.*
3 *Ius accreſcendi naſcitur, ſiue procedit ex coniunctione.*
4 *Ius accreſcendi eſt effectus coniunctionis.*

5 Ius

5 *Ius accreſcendi locum habet inter coniunctos.*
6 *Ius accreſcendi regulariter non habet locum inter eos, qui non ſunt coniuncti.*
8 *Ius non decreſcendi naſcitur ex coniunctione, licet aliqui contra ſenſerint, num. 9. Declara, vt num. 10.*
11 *Ius accreſcendi locum habet inter coniunctos coniunctione teſtamentaria.*

An coniunctio pariat ius accreſcendi.

Quæſtio Trigeſimaſexta.

QVartus coniunctionis effectus eſt, vt pariat, ſiue inducat ius accreſcendi,
1 † *vt ſcribunt Caſtr. in l. vn. § his ita definitis, num. 3. C. de cad. toll. Ruin. conſil. 152. in fin. volum. 3. Cagn. in rub. C. quãd. non pet. part. num 54 verſic. maior, Rip. in d. l. re coniuncti, nu. 179. Mantic. de con. vlt. vol. lib. 10. tit. 3. num. 3. Ruſtic. ad l. cum auus 101. in proem. cap. 2. num. 89. Et eſt de mente eorum, qui dixerunt, coniunctionem eſſe cauſam iuris accreſcendi, quos retulimus in 3. cap. quæſt. 1. num. 16.* Quamobrem
2 hoc ius coniunctionis appellatur † *in l. ſi ſub conditione. 16. in fin. ff. quib. mod. vſusfru. am.*
3 ſcilicet, quia naſcitur ex coniunctione † *vt ſcribunt Ang. in l. 1. § ſi ex fundo, nu. 1. & ibi Imol. num. 10 ff. de hered. inſtit. Ang. in l. ſi Titio. 39. § 1. ff. de vſufr. & in l. huiuſmodi. 86. § ſi Titio, in prin. ff. de leg. primo, & conſil 358. nu. 2. Alex. in l. cohæredi. 41. §. qui diſcretas num. 2. verſic. 3. & ibi Iaſ. num. 4. verſ. tu potes ff de vulg. Dec. in d. rub. Cod. quand. non pet. part. in 2. lect. num. 4. & in 3. num. 23. Craſſ. in §. ius accreſcendi q. 4. in prin. Viu. deciſ. 406. num. 17. Duar. lib. 1. de Iur. accreſc. cap. 10. Hoto. in Epit. tit. ff. de vſufr. accr. num. 2 & in § ſi eadem. Enun. 1. Inſt. de legat.* Coniunctionis effectus eſt,
4 † *vt docent Bart. in d. l. re coniuncti, num. 2. verſic. alij dicũt, & num. 19. verſic. habet, & tertium, & ibi Petr. de Beſu. num. 28. Iaſ. num. 101. verſ. item, & tertio. Polit num. 3. Io. Gand. num 44. Bald. in l. huiuſmodi 86. §. quibus, in fi. ff. de leg primo, Caſtr. conſ. 406. num. 1. verſic. contrarium, vol. 2. Cagn. in d. rub. C. quand. non pet. part. num. 20. & in l. vn. num. 61. verſ. ſed a præcedenti C. eod. Craſſ. in d. §. ius accreſcendi q. 8. num. 3. Cuiac. in l. ſi duobus. 16. ff de leg. primo,* & quatenus ei locus ſit, ex coniunctione æſtimatur: Inter coniun-
5 ctos enim locum habet † *l. 1. in prin. & §. idẽ eſt ff. de vſufr. accr. l. vnic. §. vbi autem legatarij C. de cad. toll. § ſi eadem Inſt. de legat. Vlp. tit. 24. Inſt. § ſi duobus, & ſcribunt gloſſ in l. mulieri. 73. in verb. proderit ff. de cond. & dem. Bart. in l. 1. in prin. & ibi Ang. num. 1. ff. de vſufr. accr. Corn. conſil. 324 num. 4 verſ ſi ergo, vol. 4. Ruin. conſil. 91. num. 14. vol. 2. Rip. in d. l. re coniuncti, num. 62. Alcia. in l. ſi mihi, & Titio. 110. in prin. num. 12. ff. de verb. oblig. Men. de præſ. lib. 4 præſ. 159. num. 8. Peral. in l. & Proculo. 20. num. 16. ff. de leg. 2. Duar. lib. 1. de Iur. accr. cap. 10. Hot. in comm. verb. iuris, in verb. Ius accreſcendi:* Inter eos verò, qui nullo coniunctionis nexu iunguntur, regulariter ſibi locum non vin-
6 dicat † *d. l. 1. in prin. ff. de vſufr. accreſcend. d. l. & Proculo. 20. ff. de leg. 2. & ſcribunt Imol. in l. hæredes ſine partibus 63. num. 2. ff. de hær. inſt. Ang. d. conſil. 358 num. 2. Alcia. conſil. 31. num. 54. lib. 9. Hot. lib 8. obſ. cap. 5. & nos latius dicemus in hoc cap. q. 41. num. 1. & ſeqq.* &, ſi quando ſine coniunctione procedit, dicitur id improprium, & irregulare, *vt oſtendimus in 4.*
7 *cap. q. 4 num. 13.* Et ſanè † colligimus ex coniunctione voluntatem defuncti, ex qua ius accreſcendi proficiſcitur, *vt diximus in 2. cap. q. 2. num. 48. Et in his terminis conſiderant Dec. in d. rub. C. quand non pet. part in 2. lect. num. 4. & in 3. num. 23. & Mantic. de con. vlt. voln. d. lib. 10. titu. 3. num. 3.* Nam teſtator, qui duos, aut plures in eadem re coniungit, cenſetur ſingulos ad totum vocare *l. coniunctim. 78. ff. de leg. 3.* & velle, vt quilibet, partem coniuncti, quaſi ſuam, & ſibi relictam vindicet, ſi is deficiat *d. l. vn. §. his ita definitis, verſic. hæc ita tam variè C. de cad. toll.* Quamobrem dicimus, coniunctum non minus cenſeri prædilectũ in parte coniuncti, quam in parte propria, *vt patet ex ijs, quæ dicemus in 9. cap. q. 8. nu. 30.*

Iuris autem accreſcendi verbo, vtiq; & ius non decreſcendi complectamur, & hoc ex
8 coniunctione naſcitur † *vt ſcribit Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 100. verſ. item, & tertio.* Nec eſt contrarium; quod imo naſcatur ex disiunctione *d. l. vn. § vbi autem legatarij, verſic. ſin vero nemo alius C. de cad. toll.* ideoque non rectè videatur inter coniunctionis effectus recen-
9 ſeri, † *vt cenſuit Rip. in d. l. re coniuncti, num. 62. verſic. ſed poteſt dici*, quia coniunctionem in
10 in hoc loco † non ſpecialiter accipimus, ſed generaliter, quatenus ſcilicet omnes complectitur, qui ad eandem rem concurrunt, *ſecundum ea, quæ diximus in hoc cap. q. 1. num. 2.* Itaq; etiam realis coniunctionis verbo continetur, tamquam ſpecies cõiunctionis, *l. triplici. 142. ff. de verb. ſign.*

Hinc de illo videndum eſt, an ex omni cõiunctionis genere naſcatur ius accreſcendi, Et, ſi quidem coniunctio ſit teſtamentaria, generaliter quidam definiunt, naſci ex ea ius accreſcendi, quod regulariter inter coniunctos huiuſmodi coniunctione locum habeat
11 ius accreſcendi, † *vti videre eſt apud Bart. in d. l. re coniuncti, num. 6. verſic. 2. opp. & Port. in d. § ſi eadem, num. 6. Inſt. de legat.* Sed, quia nonnulli ſunt, de quibus dubitari ſolet, ideo totius quæſtionis explicandæ gratia ſeparatim nobis erit de ſingulis coniunctorum generibus diſpiciendum, & videndum, an, & inter quos locum habeat ius accreſcendi.

SVMMARIVM.

1 *Portio vacans pertinet ad re tantum coniunctos.*
2 *Coniunctis re tantum portio dicitur accreſcere, & nu. 3. Declara, vt num. 8. & ſeqq.*
4 *Portio vacans ante acquiſitionem pertinet ad re tantum coniunctos per ius non decreſcendi, etiam in vſufructu, num. 6. & cur, num. 7.*
5 *Ius non decreſcendi locum habet inter re tantum coniunctos.*
10 *Lucrum videtur etiam id, quod non adimitur, cum adimi potuerit.*
11 *Dari videtur, quod non adimitur, cum potuerit adimi.*
12 *Portio vſusfructus deficiens poſt acquiſitionẽ pertinet ad re tantum coniunctos per ius accreſcẽ-*

di,& cur,nu.13. Sed contra n.15.& cur,n.16.
14 *Regreſſus non datur a priuatione ad habitum.*
17 *Portio proprietatis deficiens poſt acquiſitionem, & accreſcens pertinet ad re tantum coniunctos per ius accreſcendi, Sed contra num. 18.*
19 *Fictio idem operatur in caſu ficto, quod veritas in caſu vero,*

An inter re tantum coniunctos locum habeat ius accreſcendi, an verò ius non decreſcendi,

Quæſtio Trigeſimaſeptima,

ET, vt de re tantum coniunctis, ſiue, vt frequentiùs dicimus, diſiunctis primo loco diſpiciamus, quæritur, an inter eos locum habeat ius accreſcendi. Quęſtio autem non in eo vertitur, an portio vacans ad eos pertineat, quia certi iuris eſt, pertinere
1 † *l. vn.§.his ita definitis,& §. vbi autem legatarij, verſ.ſin vero nemo alius C.de cad.toll.l.1.§.interdum ff. de vſufru. accr. §. ſi eadem Inſt. de legat,* Et ita videntur accipiendi, qui ſimpliciter di-
2 xerunt, re coniunctis partem accreſcere, † *vt Bart.in d.l.1.§.interdum ff.de vſufr. accr. Ang. in l. qui patris. 59.num.5.& ibi Imol.num. 1.ff. de acquir. hered. Caſtrenſ. in l.ſi duobus. 16. §. vlt.num.1. ff. de leg.primo,Crott.in d.l. re coniũcti, num.29.& ibi Polit. nu. 47. Petr. de Vbald. de Canon. Epiſco. cap. 3.num. 4.Curt.Iun.conſ. 83.num.13.Mantic. de coni. vltim. vol. lib. 10. titu.3.num.4.Peralt. in l. & Proculo. 20. num. 16.ff. de leg.2. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſ. 159. num.9.verſic.porro,Surd. conſil. 439. num. 13.in fi. Ant.Gou de Iur.accreſcend. num.10.& 26.Duar.lib.1.de Iur.accreſ.cap. 10.& lib. 2 cap. 15.Balduin. in d §.ſi eadem.num. 7 & ibi Hoto. Enun. 1. Inſt. de legat. Cuiac. in l. triplici. 142. ff. de verb.ſign. & in l. 2. §. hæc autem ff. quib. mod. vſusfruct. am. in 17. lib. quæſtio. Papin. & lib. 24. obſ. cap. 34. Hoto. in Epito. titul. ff. de vſufruct.accreſcend.num. 9. & in comm. verbor. iuris, in verb. Ius accreſcendi, & lib. 6. obſ. cap. 12. Did. Spin. in ſuo Specu. teſta. gloſſ. 9. num.9. & 19.* Sed vertitur in eo, nunquid pertineat per ius accreſcendi, an verò per ius non decreſcendi. Conſtat autem in hoc tres caſus eſſe diſtinguendos, quorum

Primus eſt, quando portio deficit ante acquiſitionem, Et tunc, licet *in l. hæc ſcriptura, 26. §. vltim. l. ſi ſeparatim. 30. ff. de condit. & dem. l. 1. §. interdum ff. de vſufruct.accreſc, & a Dd. relatis ſupra num. 2.* dicatur accreſ-
3 cere, † verius tamen, & receptius eſt, per ius
4 non decreſcendi pertinere: † Nam in his terminis accipiendum eſt, quod generaliter dicimus, inter re tantum coniunctos locum
5 habere ius non decreſcendi, † *d.l.vnic. §. vbi autem legatarij, verſic. ſin uero nemo alius, & ibi Cin. ante num. 1. Bartol. in princ. & num. 2. & 4. Caſtrenſ. num. 1. & Cuiac. C.de cad. tollend. & ſcribunt gloſſ. in l. ſi mihi, & tibi. 12. in prin. in verb. legata fuerit, & ibi Caſtrenſ. num. 3. Iaſ. nu.3.11.& 24.ff.de leg.primo,Bart.in d.l. ſi duobus 16. §. ultim. & ibi Caſtrenſ. num. 1. ff. eod. Bart.in d.l.re coniuncti, num.22.31. & 55.& ibi Petr.de Beſu.num.4.uerſic.quarta. & num. 15. & 28.Iaſ.num.4.23.61.62. 102. & 111. Polit. num.75.uerſ.itaq; in hac dubitatione, Crott. nu. 3.Rip.num. 8. 20. 63. & 147. Alciat. num. 1.& 36. Io. Gaud num. 11.& 42. Bartol. in l. planè. 34. §. ſi duobus, uerſic. aduerte. ff. de leg.primo, Ang de Gamb. de teſtam.gloſſ.42.num.7.uerſic. 3.& uerſic.quæro, Imol. in l. communis ſeruus. 5. nu.6.ff.de ſtip ſeru.in l. ſtipulatio iſta. 38. §.eum, qui ff. de verbor.obligat Caſtrenſ. in d.l. unic. §.his ita definitis,num.2.Cod.de cad tollend.in l.ſi pluribus. 33.num.2.ff.de leg.primo,in l.Iulianus. 15.num. 2.ff.de hered inſtit.& conſil. 262. num.1.& 3.uolum.2.Iaſ.in l. huiuſmodi.86.§.ſi Titio.& Mæuio,num.15.ff.de leg.primo, Curt. Iun.conſil.331. num.66. Hyer. Verr.in l. ex facto.43.in prin.num.496.ff.de uulg. Dec. in rub. C.quand.non pet.part.in 3.lect.nu.5.Ant. Fum. de coniunct.cap.5. num.1.& 2.cap. 7. num. 1.et cap.11.Zaz.in ſing.intell. cap. qui coniuncti iure ff.vel fac.part.vel non faciant, Nico. Bello.in §.ſi plures num.18.Inſt.de fideiuſſ. Port.in d.§.ſi eadem, num. 11. et 22.et ibi Baldui. num. 9.et 23. Mynſ.num.11.et 18.Vueſ. num. 4. Inſt. de legat. Duar.lib.1.de Iur.accr.cap.11. Ant.Gou. de Iur. accr.num.2. Mantic.de con.ult.uol.lib.10. titu.3. num.10.Pereg.de fideic.artic.9.num.7. et artic. 16.num.77.Peralt in d.l.et Proculo.20.num.35. ff.de leg.2 Craſſ.in § Ius accreſcendi q.9. num.1. Cuiac. in l.ſi duobus. 16. ff. de leg. primo, et in Parat.ff.de vſufruct. accreſcend. Hoto.Ill. q. 44. Viu.deciſ.406.num.9.et 10.* Quod procedit nõ ſolum in proprietate, ſed etiam in vſufructu,
6 † *vt ſcribunt Bart.in d. l. re coniuncti, num. 21. et ibi Iaſ.num.102.et 196.Crott. num. 43.et 45. Men.de præſumpt.lib 4.præſumpt. 159. num. 5. Craſſ.in d.§. Ius accreſcendi quęſt.9.num.2.Did. Spin. d. gloſſ. 9. nu. 11. Et de vtroque Papien. in form. lib.quo ag.ex ſubſt.in verb. breuiloce, num. 35.et Craſſ.in d.§. Ius accreſcendi quæſt. 22. num.*
7 *2.* Et ratio eſt, quia † re coniunctus deficiente ſocio non acquirit aliquid, ſed retinet, quod ſibi a teſtatore relictum eſt, integrum, nulliuſque concurſu diminutum, ideoque non poteſt quicquam ei dici accreſcere, ſed potiùs non decreſcere, *d. l. vnic. §. vbi autem legatarij, verſic. ſin vero nemo alius Cod. de cad, tollend. et nos latè expoſuimus in 4. cap. quæſt. 2. num. 6.*

Nec obſtat, quod in pleriſque locis, *quos retulimus ſupra num.* 3. portio dicatur, etiam re coniuncto accreſcere; quia reſpondeo pri-
8 mo, id dici † a prudentibus, quibus erat incognita iuris accreſcendi, & non decreſcendi diſtinctio, quippe, quam primus omnium Iuſtinianus obſeruauit *in dict. §. vbi autem legatarij, vt nos oſtendimus in d. cap.4. quæſt. 2. num. 8.* Itaque prudentes paſſim dicunt accreſcere, quod nos dicimus non decreſcere.

Secundo reſpondeo, ius accreſcendi, & generis nomen eſſe, & ſpeciei, ideoq; etiam id, quod non decreſcit, poſſe dici accreſcere,
9 † quia poſita ſpecie ponitur genus, *vt oſtendimus in d.cap.4.q.2.num.1. et ſeqq.*

Tertio reſpondeo, poſſe dici accreſcere inſpecto eo, quod eſſe poterat: Nam, quia pars illa per ſocij concurſum poterat auferri, & ceſſante concurſu non fuit ablata, ideo hoc reſpectu videtur ei, quaſi lucrum obuenire: Lucrum enim quodammodo cenſetur, quod non adimitur, cum potuerit adimi,

† vt

10 † *vt ait Cuiac. in l. ſi Seia.* 10 *ff. de dot. pral & lib. 24. obſ cap.* 34. vt dari videtur, quod, cum
11 poſſit adimi, non adimitur † *l. 3. in prin. l. conſiciuntur. 8 in prin. ff. de iur. codic.*

Secundus vero caſus eſt, quãdo portio deficit poſt acquiſitionem, & tractamus de vſufructu, Et tunc fatentur omnes, partem vacãtem ad re tantum coniunctum pertinere, nõ per ius nõ decreſcẽdi, ſed per ius accreſcendi;
12 † *Ita enim cenſuerunt Bart. in d. l. re coniuncti, num. 21. & ibi Iaſ. num. 102 Petr. de Beſu num. 28. Crott. num 43 Aug. de Gamb. de teſta d. gloſſ. 42. num. 7. verſ. quaro. Caſtr. d. conſil. 262 num. 1. vol. 2. Ant. Fum. de con cap 6. num. 2. Papin. in d. form. lib quo ag. ex ſubſt. in verb. breuiloq. num. 35. Men. de praſ. d. lib. 4. praſ. 159. num. 6. Craſſ. in d. §. Ius accreſcendi q. 9. num. 2 Cuiac. in l. 2 ff. de vſufr. accr tract. 5. ad Afric. Hoto. Illu.*
13 *q.* 44. quia, † cum vſuſfructus per concurſum ſemel decreuerit, iam non poteſt amplius dici non decreſcere, cum a priuatione ad habi-
14 tum non detur regreſſus † *l. Moenius. 68 §. duorum ff. de leg. 2. l. qui res 98. §. aream ff. de ſolut.*

Verùm, vt liberè dicam, quod ſentio, puto ſententiam hanc non eſſe veram, quia veriùs eſt, etiam poſt acquiſitionem locum habere ius non decreſcendi in vſufructu diſiunctim
15 relicto. † *vt rectè animaduerterunt Rip. in d. l re coniuncti n. 8. & 64. Ceph conſ 126. n. 7. & Cuiac. in Parat. ff. de vſuf. acc.* Nam † quoties legatur
16 vſuſfructus, tot reſpectu acquiſitionis cẽſetur legata, quot anni, menſes, dies: Vſuſfructus enim quotidie legatur, conſtituitur, & acquiritur *l. 1. §. interdum ff de vſufr. accr. & nos latè dicemus in 7 cap. q. 59 num.* 110. *& ſeqq.* Quo poſito, ſi duobus ſit diſiunctim legatus eiuſdem fundi vſuſfructus, non eſt dubium, quin ex verbis teſtatoris quilibet ex legatarijs habere debeat totum vſumfructum, quandiu vixerit, & ſic reſpectu omnium annorum, omniumq; legatorum. Si igitur ambo concurrerint per biennium, licet concurſu decreuerint legata præterita, non tamen dici poſſunt, etiam futura decreuiſſe, quippe, quæ nondum fuerant conſtituta, & acquiſita. Quo fit, vt, ſi ex ijs alter deficiat, reſpectu ſequentium annorum non dicatur ſuperſtes toto potiri vſufructu per ius accreſcendi, ſed per ius non decreſcendi, quia verè reſpectu ſequẽtium annorum nõ poteſt ſuperſtitis legatum dici vnquam decreuiſſe. Nec eſt cõtrarium, quod ſemel decreuerit, quia decreuit reſpectu præteritorũ legatorum, in quibus, nec iuri accreſcendi, nec iuri non decreſcendi poteſt eſſe locus, ſed non reſpectu futurorum, de quibus loquimur.

Tertius deniq; caſus eſt, quando portio deficit poſt acquiſitionem, & tractamus de proprietate, in qua, licet regulariter poſt concurſum ius accreſcendi ceſſet, ceteris tamen caſibus id locum habere poteſt, *vt dicemus in 7. cap. q. 59 n. 28. & ſeqq.* Et tunc pariter fatentur omnes, nõ habere locum ius non decreſcendi, ſed ius accreſcendi, quia, cum ſemel portio decreuerit, non poteſt ampliùs dici
17 non decreſcere. † *Ita enim cenſuerunt Bart. in d. l. re coniuncti, num. 22. & ibi Rip. num. 64. Caſtr. d. conſ. 262 n. 1. verſ. breuiter, vol. 2. Craſſ. in d. §. Ius accreſcendi q. 9. num.* 2. Quæ ſententia ſine dubio probabilior eſt in hoc, quam in ſuperiore caſu, quia, cum proprietatis vna ſit, & momentanea, non multiplex, & ſucceſſiua acquiſitio *d. l. 1. §. interdum. ff de vſufru. accr.* non poteſt in ea ratio vſusfructus conſiderari. Sed tamen diſputando faciliùs con-
18 trarium ſuſtineri poteſt: † Nam, cum in proprietate non poſſit eſſe locus iuri accreſcendi poſt acquiſitionem, niſi ob aliquã fictionem, quæ operetur, vt perinde ſit, ac, ſi res nõ fuiſſet acquiſita, puta ob reſtitutionem in integrum, vel abſtenſionem ſui hæredis, aut ſimiles cauſas *de quibus dicemus in eodem 7. cap. q. 59. num. 28. & ſeqq.* non video, cur (ſuppoſita illa fictione) dici non poſſit ius non decreſcendi, etiam poſt veram acquiſitionem, cum fictio idem operetur in caſu ficto, quod
19 veritas in caſu verò † *l ſi filiusfa.* 14. *ff. ſi cert. pet. l lex Cornelia 28. ff. de vulg. l. bona. 22. ff. de capit & poſtlim. reu.* Sed hoc diſputando dicitur: nam conſulendo, & iudicando, non eſt a communi ſententia recedendum.

SVMMARIVM.

1 *Coniuncti verbis non habent ius non decreſcendi, ſed ius accreſcendi, & cur, nu. 2.*
3 *Ius accreſcendi non habet locum inter verbis tantum coniunctos, qui vocantur ad res diuerſas.*
4 *Ius accreſcendi locum non habet inter filias, quibus ſingulis teſtator legauit mille.*
5 *Ius accreſcendi non habet locum inter eos, quibus alternis annis legatus eſt eiuſdem fundi vſusfructus.*
6 *Ius accreſcendi non habet locum inter verbis tantum coniunctos, quibus data ſunt partes corporales, & ad oculum demonſtrabiles.*
7 *Ius accreſcendi locum habet inter verbis tantum coniunctos in hæreditate, & cur, num. 67.*
8 *Ius accreſcendi locum habet inter verbis tantum coniũctos legatarios, ſiue tractetur de proprietate ſiue de vſufructu, & num. 12. & 13. Sed contra, num 26.*
9 *Ius accreſcendi locum habet inter verbis tantum coniunctos in legatis, & fideicommiſſis particularibus.*
10 *Ius accreſcẽdi locum habet in fideicommiſſis vniuerſalibus inter verbis tantum coniunctos.*
11 *Ius accreſcendi locum habet inter verbis tantum coniunctos in donationibus cauſa mortis.*
14 *Cauſa poſita ponitur effectus.*
15 *Coniuncti verbis non ſunt in re prorſus diſiuncti.*
16 *Declaratur l ſi duobus. 16. §. vlt. ff. de leg. primo, & num. 74. & ſeq.*
17 *Declaratur l quidam 6. §. vlt. cum 2. ll. ſeqq. ff. de reb. dub & num. 74 & ſeqq.*
18 *Declaratur l. Moenio 41. in prin. ff. de leg. 2. & num. 76.*
19 *Declaratur l. re coniuncti. 87. ff. de leg. 3. & num. 59. & 77.*
20 *Ius accreſcendi locum habet inter eos, qui ſolidum habent initio.*
21 *Coniuncti verbis tantum, an vindicent partem coniuncti, quaſi ſuam, & num. 78.*
22 *Argumentum a minori ad maius valet affirmatiue.*
23 *Coniunctio realis eſt minor coniunctione verbali, Declara, vt num. 79.*
24 *Ius accreſcendi locum habet inter verbis tantum,*

coniunctos in proprietate, non etiam in vſufructu, & cur, num. 25. Sed contra num. 26. & 83.

27 *Declaratur l. pen. ff. de vſufr. accr. & num. ſeqq. vſq; ad num. 36.*

36 *Iuris accreſcendi cauſa eſt concurſus.*

37 *Declaratur l. 1. §. interdum ff. de vſufr. accreſ. & num. 48.*

38 *Declaratur l. 2. ff. de vſufr. accr. & num. ſeqq. vſq; ad num. 42.*

42 *Ius accreſcendi toties locum habet, quoties partes concurſu fiunt, Declara, vt num. 49. & ſeq.*

43 *Iuris accreſcendi cauſam eſſe coniunctionem, vel concurſum, dicere, paria ſunt.*

44 *Coniuncti dicuntur, qui ad eandem rem concurrunt.*

45 *Coniuncti verbis tantum qualiter dicantur coniuncti.*

46 *Ius accreſcendi non habet locum inter verbis tantum coniunctos in vſufructu poſt acquiſitionem, ſecus ante, Sed contra, num. 47.*

49 *Declaratur l. idem Neratius. 4. in prin. ff. de vſufru. accr. & num. ſeqq.*

51 *Ius accreſcendi non habet locum inter eos, qui partes habent initio.*

52 *Declaratur l. 1. in prin. ff. de vſufr. accr. & num. ſeqq vſq; ad num. 57.*

56 *Partis appellatione frequentius indiuiſa, quam diuiſa continetur.*

57 *Declaratur l. & Proculo. 20. ff. de leg. 2.*

58 *Ius accreſcendi cur olim non haberet locum in legato damnationis inter coniunctos.*

60 *Abſurdum eſt plus cuiquam tribui, quam teſtator voluerit.*

61 *Coniunctio verbalis inutilis eſt ad inducendum ius accreſcendi, & cur, num. 62. Declara, vt num. 63. & ſeqq. vſque ad num. 67.*

65 *Coniuncti verbis tantum non multum diſtant ab ijs, qui vocantur ad res diuerſas.*

68 *Declaratur §. ſi eadem Inſt. de legat. & nu. ſeqq.*

71 *Ius accreſcendi inter quos coniunctos locum habeat.*

72 *Ius accreſcendi qualiter dicatur ius coniunctionis.*

73 *Ius accreſcendi naſcitur ex coniunctione rei, non verborum.*

80 *Iuri accreſcendi nunquam locus eſt in legatis, niſi in vſufructu poſt acquiſitionem, Sed contra num. 81.*

82 *Vſusfructus non tranſit ad heredes.*

84 *Ius accreſcendi facilius in vſufructu, quam in proprietate locum habet.*

An, & quando ius accreſcendi locum habeat inter verbis tantum coniunctos.

Quæſtio Trigeſimaoctaua.

SEcundo de verbis tantum coniunctis nobis eſt diſpiciendum, nunquid inter eos iuri ſit accreſcendi locus. Vtiq; autem non quærimus, an ſit locus iuri non decreſcendi, quia certi iuris eſt, vacantem portionem, ſi pertinet ad verbis tantum coniunctum, non pertinere per ius non decreſcen-
1 di, ſed per ius accreſcendi, † *vt declarant Cin in l. vn. §. vbi autem legatarij, num. 1. & ibi Bart. num. 3. Caſtr. num. 1. verſ. item iſta C. de cad. toll. Bart. in d. l. re coniuncti num. 32. & ibi Iaſ. num. 2. 103. 111. & 196. in fi. Alcia. num. 32. Rip. num. 147. & 152. Io. Gaud. num. 43. Bart. in l. ſi duobus 16. §. vlt. & ibi Caſtr num. 1. ff. de leg. 1. Imol. in l. ſtipulatio iſta 38. §. eum, qui ff. de verb. obliga. Caſtr. in d. l. vn. §. his ita definitis, num. 1. & in § ſin autem diſiunctim, in fi C. de cad. toll. & in l ſi pluribus. 33. num. 1. in l. plane. 34. §. ſi coniunctim. num. 4. ff. de leg. primo, & conſ 406. num. 1. vol. 2. Port. in §. ſi eadem, num. 11. & ibi Iaſ. in add. poſt num. 20. Balдui. num. 8. Mynſ. num. 12. & 18. Inſt. de legat. Iaſ. in l. ſi mihi, & tibi 12. in prin. nu. 3. & in d. l. plane. 34. §. ſi duobus num. 2. ff. de leg. primo, Ruin. conſ. 28. num. 1. vol. 2. Ant. Fum. de coniunct. cap. 4. num. 1. cap 11. & cap. 12. num. 1. Mantic. de con. vlt. vol. lib. 10. tit. 3. num 9. Ceph. conſ. 126. num. 8. in fi. Burſa. conſ 381. num. 13. & 38. Men. de præſ. lib. 4. præſ. 86. num. 2. Viu. deciſ 406. num. 9.*
2 *Duar. lib. 1. de Iur. acc. cap. 11.* quia, † cum teſtator eis non ſolidum dederit, ſed partes, non poteſt per conſequentias dici nõ decreſcere, quod datum non eſt, ſed hoc quærimus, an portio vacans pertineat ad verbis tantum coniunctum per ius accreſcendi. In hac autem quæſtione tradunt noſtri paſſim, tres caſus eſſe diſtinguendos, quorum

Primus eſt, quando ſubeſt omnimoda rei diſiunctio, puta, quando duo, vel plures vocantur ad res diuerſas. Et tunc fatentur omnes, verbalem coniunctionem non inducere
3 ius accreſcendi, † *vt videre eſt apud eos, quos retulimus in hoc cap. q. 17. num 3. & ſeqq.* Vnde inferunt

Primo, ſi teſtator ita ſcripſerit, lego cuilibet ex filiabus meis mille pro dote, non habiturum inter eas locum ius accreſcendi, licet filiæ ſint coniunctæ verbis, quia nõ vocan-
4 tur ad eadem ſummam, ſed ad diuerſas, † *vt ſcribunt omnes quos ibi retulimus num. 5.*

Secũdo inferunt, ceſſare ius accreſcẽdi inter eos verbis cõiũctos, quibus alternis annis legatus eſt eiuſdem fundi vſusfructus, quo-
5 niam, & ipſi ad res diuerſas vocantur, † *l. 2. ff. quib. mod. vſusf. amitt. & ibi retulimus, num 6.*

Tertio inferunt, ſi partes ita factæ ſint, vt ad oculum demonſtrari poſſint, non habere locũ ius accreſcendi inter verbis tantum cõ-
6 iunctos, † quia partes diuiſæ, & corporales res diuerſas, totumq; conſtituunt *l. rectè dicimus 25. §. vlt ff. de verb ſig l. ſi quis duas 6. §. ſi quis partem ff. comm. præd. Ita inquirunt omnes, quos ibi retulimus num. 8.*

Verùm, cum ij, qui vocãtur ad res diuerſas, vel ad eiuſdem rei partes factas pro diuiſo, non poſſint vllo modo dici verbis coniuncti, *vt ibi latè oſtendimus num. 9.* facile eſt intelligere, non pertinere eos ad quæſtionem propoſitam, in qua loquimur de verbis tantum coniunctis, & quærimus, an inter eos locum habeat ius accreſcendi.

Secundus verò caſus eſt, quando nõ adeſt omnimoda rei diſiunctio, vt, quando partes factæ ſunt pro indiuiſo, & iuris tantum intellectu, ſed tractatur de hæreditate, Et tunc certi iuris eſt, inter verbis tantum coniunctos
7 habere locũ ius accreſcendi, † quippe, quod etiam inter omnimodo diſiũctos locum habet, ne teſtator decedat pro parte teſtatus, &

pro

pro parte inteſtatus *l. ſi ita quis heredes inſti-
tuerit. 66 ff. de hered inſt. l. vel ex parte. 7. cum
l ſeq. in prin ff. de reb. dub. Ita ſcribunt Bertr. cōſ.
28. nu. 3. vol. 7. Crau. conſ. 61. num. 4. Ant. Gou.
de Iur. accr. num. 16. Hoto. in Epit. tit. ff. de vſufr.
accr. num. 12. & in d. §. ſi eadem, Enunt. 1. Inſt.
de legat.*

Tertius denique caſus eſt, quando partes
iuris tantum intellectu factæ ſunt, & tracta-
tur de legatis, & fideicommiſſis, ac ſimilibus
cauſis, Et tunc quæſtio eſt mirum in modum
agitata, nunquid inter verbis tantum coniun-
ctos iuri ſit accreſcendi locus. Fuerunt au-
tem de hac re tres potiſſimum noſtrorum in-
terpretum ſententiæ, Prima exiſtimantium
eſſe locum, ſiue tractetur de proprietate ſiue
8 de vſufructu: † Ita enim cenſuerunt, qui ſim-
pliciter tradiderunt, inter verbis tantum con-
iunctos habere locum ius accreſcendi in le-
9 gatis, & fideicommiſſis particularibus, † *vt
gloſſ. in l. triplici. 142. in verb. duos ff. de verb ſig.
gl. in l ſi duobus. 16. §. vlt. in verb. expreſſerit, &
ibi Bart. Bald. in prin. Imol. & Caſtr. num. 1. ff.
de leg primo, gl. in l. Mœuio. 42. in prin. in uerb.
Mœuio, & ibi Peralt. num. 1 ff de leg. 2. Bart. in
l. un. §. ubi autem legatarij. num. 3. & ibi Caſtren.
num. 1. C. de cad. toll Bart. in d. l. re coniuncti, nu.
23. & ibi Iaſ. num. 103. Ang. in l. qui patris 59.
num. 5. & ibi Imol num. 1. ff. de acq. hered. Ang.
in l. huiuſmodi. 86. §. quibus, num. 2. ff. de leg. pri.
Ang. de Gamb de teſta. gl. 42. num 8. Caſtr. in l. ſi
mihi, & tibi. 12. in prin. num. 4. & in l. Titia tex-
tores. 36. §. nihil differt, num. 1. ff. de leg. primo,
Papien. in form. lib. quo ag. ex ſubſtit. in uerb.
breuiloce, num. 35 Soc. Sen. conſil. 94. in fi. uol. 4.
Ruin. conſil. 28 num. 1. uol. 2. Curt. Iun. conſ. 83.
num. 13. Ant. Fum. de coniunct. cap. 6. num. 1.
Soc. Iun. conſil. 139. num. 21. uolu. 1. ubi ait hanc
eſſe claram, & communem omnium concluſionem,
& procedere nemine contradicente. Idem ſcribit
conſ. 150 num. 7 uol 2. & conſil. 43. num. 6. uol.
4. Alcia. conſil. 40. num. 1. lib. 9. Crau. conſil. 709.
num. 1. & conſil 907 num. 1. Ceph conſil. 123. nu.
2. & conſ 124. num 5. Mantic. de con. ult. uol lib.
10. tit. 3. num. 7. ubi ait, id procedere ſine dubita
tione, Ben. de Plumb. inter conſ. ult. uolun. Zilet.
conſil. 62. num 9 uol. 1. Craſſ. in §. ius accreſcendi
q. 8. num. 4 Surd conſil 31. num 4. Pereg. conſil.
77. num. 21. uol. 5. Gratia. cap. 533. diſcep. foren.
num. 13. Balduin. in §. ſi eadem, num. 7. & ibi
Mynſ. num. 12. & 18. Inſt. de legat. Foreat. in
Neeyo. dial. 59. num. 6. Donell. lib. 7. comm. cap.
13. & lib. 8. cap. 21.* Quemadmodum. & in fi-
10 deicommiſſis vniuerſalibus † *ut Bart. conſil.
53. in prin. iuncto num. 1. lib. 1. Caſtr. conſil. 406.
num. 1. uerſic. contrarium uol. 2. Alex. conſ. 109.
num. 2. uolum. 2. Pariſ conſil. 131. num. 28. uolu.
4. Curt. Iun. conſil. 83. num. 13. conſil. 262. nu-
mer 6 & conſil. 259. num. 13. Bertr. conſil. 128.
num. 2. & conſil. 314. num. 1. uol. 2. part. 1. conſil.
14. num. 2. uol. 2. part. 2. conſil 329. num 6. uolu.
3 part. 1. conſil. 318. num. 5. uol. 4. conſil. 83. num.
3. uol. 5. conſil. 28. num. 3. & 4. & conſil. 121. num.
3. uol. 7. Soc. Sen d. conſ. 94 in fi. uol. 4. Sib. Sap. in
l. teſtamento. 6. num. 5. C. de impub. & al. ſubſtit.
Guido p. q. 335. Peralt. in d. l. & Proculo. 20. nu.
24. ff de leg. 2. Ben. de Plumb. inter conſil. ultim.
uol. Zilet. conſil. 62. num. 2. & 6. uerſi. & breuiter,
uol. 1. Purp. conſil. 180. num. 2. & 3. Crau. conſil.
316. num. 1. Nat. conſil. 323. num. 3 Mozo. deciſ.
Flor. 52. num. 14. Pereg. de fideic. art. 9 num. 8
Men. conſil. 209. num. 12. conſil. 528. num. 20. &
21. conſil. 661. num. 5. & conſil. 10 9. num. 23.
Gratia. cap. 533. diſcept for. num. 1. & 9. & cap.
741. num. 15.* & in donationibus cauſa mortis
11 † *ſecundum Ruin. d. conſil. 28. num. 1. volum. 2.*
12 Et in ſpecie de vſufructu ita cēſuerunt † *Ceph.
conſil. 126. num. 9. Craſſ in d § ius accreſcendi q.
9. num. 2. in fin. vbi teſtatur, hanc eſſe communē,
& q. 22. num. 3. Men. de præſ. lib. 4 præſ. 159. nu.
7. Surd. conſil 439. num. 14.* De proprietate ve-
13 rò, & vſufructu † *glo. in l. 1. in prin in verb. par-
tis rei ff. de vſufr. accr. Ant. Fum. de con. cap. 6. nu.
2. Peralt. in d. l. & Proculo 20. num. 16. ff de
leg. 2. Men. d. præſ. 159. num. 11.* Nititur autem
hæc ſententia, a qua, tamquam receptiore
non eſt conſulendo, & iudicando receden-
dum, hiſce fundamentis, &

Primo, quia inter coniunctos locum habet
ius accreſcendi, *vt diximus in hoc cap q. 36. nu.
5.* ſiue loquamur de vſufructu, ſiue de pro-
prietate, *vt de vſufructu conſtat ex l. 1. in prin.
& § idem eſt, & §. interdum ff. de vſufr. accr. De
proprietate verò ex l. vn. §. vbi autem legatarij C.
de cad. toll.* Sed verbis tantum coniuncti lega-
tarij vtiq; coniuncti ſunt *d. l. re coniunctis. 87. ff.
de leg. 3. d. l. triplici. 142. ff. de verb. ſign.* Ergo in-
ter eos locum habere debet ius accreſcendi.

Secundo videtur ex eo confirmari, quia
14 poſita cauſa ponitur effectus † *l. licet 42. §. ea
obligatio ff. de procur. l. ex placito. 3 Cod. de rer.
permu.* Sed in verbis tantum coniunctis po-
nitur coniunctio, quæ eſt cauſa iuris accreſ-
cendi, *vt oſtendimus in 3. cap. q. 1. num. 16. & in
hoc ipſo cap. q. 36. num. 1. & ſeqq.* Debet igitur,
& ipſum ius accreſcendi poni.

Et, ſi quis reſpondeat, hæc procedere, ſi
rei quoq; complexus adſit, videtur poſſe re-
plicari, imo, & hunc in verbis tantum coniū-
ctis adeſſe, non quidem reſpectu ſolidi, ſed
reſpectu identitatis rei: nam, licet partes a te-
ſtatore factæ ſint, & hac ratione legatarij di-
cantur re diſiuncti, quia non vocantur ad ſo-
lidum, non tamen ita factæ ſunt, vt ad oculū
demonſtrari poſſint, & ideo non conſtituunt
res diuerſas, nec impediunt, quominus lega-
tarij cenſeantur aliquo modo re coniuncti,
quia, licet non vocentur ad ſolidum, vocan-
15 tur tamen ad eandem rem, † *vt explicant Petr.
de Biſu. in d. l. re coniunctis, num. 7. & ibi Iaſ. nu.
148. verſ 2. Crott num. 4. Polit. num. 69. verſic.
& ſi dixerit, & verſ. & ita forſan, Soc. Iun. conſil.
139. num. 20. vol. 1. Anto. Fum. de coniūct. cap.
10. num. 2. Duar. lib. 1. de Iur. accr. cap. 10. & lib.
2. cap. 7. Donell. lib. 7. comm. cap. 13. Gratia. cap.
533. diſcep. for. num. 2.*

Tertio videtur hęc ſententia apertè cōpro-
bari *l. ſi duobus. 16. §. vlt. ff de leg. primo,* vbi
Pomponius, *Si teſtator,* inquit, *Titio, & poſt-
humis, viriles partes dari voluerit, vel etiam id
expreſſerit, totum legatum Titio debetur, non na-
16 to poſthumo:* nam ex his verbis † ita ducunt ar-
gumentū: Titius, & poſthumi, quibus teſta-
tor expreſsè dedit viriles partes, ſunt verbis
tantum coniuncti, *vt oſtendimus in hoc cap. q.
19. num. 7.* Et tamen habent ius accreſcendi.
Eſt igitur & inter verbis tantum coniunctos
iuri accreſcendi locus.

Quarto videtur hoc ipſum confirmari *l.
quidā 6. §. vl. cū 2. ll. ſeqq. ff. de reb. dub.* vbi Caius,
Si

Si tibi, & poſthumo ſuo vel alieno hæreditatem reſtituere quis rogauerit, vel ex parte te, & ex parte poſthumum hæredem inſtituerit, legatumuè ſimiliter, aut fideicommiſſum dederit, ego commodius dici puto, inquit, ſi quidem natus non eſt, minimè eum partem facere, ſed totum ad te pertinere, quaſi ab initio tibi
17 ſolido relicto: nam, & hic † verbis tantum erant coniuncti legatarij, ſcilicet, quia teſtator expreſſe dederat partes, & tamen poſthumus nõ natus non facit partem, id eſt, non impedit ius accreſcendi. Habet igitur, & inter verbis tantum coniunctos ius accreſcendi locum.

Quinto videtur eadem ſententia probari l. Moeuio 42. in prin. ff. de leg. 2. vbi Iabolenus, Moeuio fundi partem dimidiam, Seio partem dimidiam lego, inquit, eundem fundum Titio lego ſi Seius deceſſerit, pars eius vtriq; accreſcet, Et tamen Moeuius, & Seius verbis tantũ
18 coniuncti ſunt, quia † vocantur ad eiuſdem rei partes factas in eadem oratione, propter verbum, lego, quod ſemel prolatum eſt, ſecundum communem interpretationem, de qua diximus in hoc cap. q. 16. num. 26. Eſt igitur & inter verbis tantum coniunctos legatarios ius accreſcendi.

Sexto fortiſſimum huius opinionis argumentũ ſumitur ex l. re coniuncti. 87. ff. de leg. 3. vbi Paulus, Si verò verbis quidem coniunctus ſit inquit, re autẽ non, quæſtionis eſt, an coniũctus potior ſit Et magis eſt, vt, & ipſe præferatur: nam
19 † ſiue dicamus, hoc velle Paulum, verbis tantum coniunctum eſſe potiorem coniuncto re, vt eſt cõmunis, & verus intellectus, de quo dicemus in hoc q. 46. num. 50. & ſeqq. ſine dubio ſupponit, eum habere ius accreſcendi, quia, ſi id non haberet, nec in eo dici poſſet alteri præferri, cum non entis nullæ ſint qualitates l. eius, qui in prouincia 41. ff. ſi cert. pet. ſiue dicamus hoc ſimpliciter velle, re, & verbis coniunctum eſſe potiorem coniuncto verbis, ſecundum aliorum intellectum, quem ibi referemus num. 45. adhuc ſupponit, vtrumq; habere ius accreſcendi, quia prælationis quæſtio non, niſi inter habentes ius ſimile naſci poteſt: Alioquin enim ineptè Paulus quæſiuiſſet, an re, & verbis coniunctus præferatur verbis tantum coniuncto, ſi [illegible] hic ius accreſcendi haberet, non minus, quam, ſi quæreret aliquis, an mulier, quæ tacitã habet hypothecam habenti ſolam actionem perſonalẽ preferatur. Omnimodo igitur probat hic locus, etiam verbis tantum coniunctum legatarium habere ius accreſcendi.

Septimo facit, quia ius accreſcendi locum habet inter eos, quis ſolidum habent initio
20 † l. idem Neratius. 4 in prin. ff. de vſufr. accr. Sed etiam verbis tantum coniuncti legatarij ſolidũ habent initio l. vtrũ 8. in prin. ff. de reb. dub. & ſcribunt ij, quos retulimus in hoc cap. q. 31. num. 2. Ergo etiam inter eos locum habere debet ius accreſcendi

Octauo confert, quia in verbis tantum coniunctis locum habet ratio, propter quam dicimus, coniunctum vacantem coniuncti
21 partem, quaſi ſuam occupare: † nam hoc ideo fit, quia coniuncti propter ſermonis vnitatem videntur in vnum quaſi corpus redacti l. vn. § his ita definitis, verſ. hæc ita tã variè C. de cad. toll. Sed hæc ratio ita locum habet in verbis tantum coniunctis, vt in iis, quos nominum, & rei complexus iungit, quoniam & in eis adeſt ſermonis vnitas. Ergo etiam verbis tantum coniuncti, tanquam eandem rationem habentes debent vacantem coniũcti partem, quaſi ſuam occupare.

Nono poteſt afferri, quia valet argumen-
22 tum a minori ad maius affirmatiuè † Auth. multo magis C. de ſacr. Eccl. Sed realis coniunctio minor eſt, minoriſq; poteſtatis, quam
23 coniunctio verbalis, † vt ſcribit Men. d. præſ. 159. num. 9. quoniam ab hac illa ſuperatur, vt oſtendemus in hoc cap q. 46. num. 50. & ſeqq. Ergo, cum illa pariat in legatis ius accreſcendi, vt oſtendimus in q. præced. num. 1. & ſeqq. Conſequens eſt, vt id multo magis hæc parere debeat

Decimo, & vltimo videtur hæc ſententia ea potiſſimum ratione cõprobari, quia, ſi nõ eſſet inter verbis tantum coniunctos legatarios ius accreſcendi, nunquam ei locus eſſet in legatis: nam inter re tantum coniunctos locum habet ius non decreſcendi, vt diximus, in q. præced. num. 6. quemadmodum & inter coniunctos re, & verbis, ſecundum receptiorem ſententiam, de qua dicemus in q. ſeq. num. 3. Et tamen certi iuris eſt, inter legatarios interdum habere locum ius non decreſcendi, interdum verò ius accreſcendi, d. l. vn. §. vbi autem legatarij C. de cad. toll. Omnimodo igitur fatendum videtur inter verbis tantum coniunctos legatarios id habere locum.

Secunda verò fuit opinio exiſtimantium in hoc differre proprietatem ab vſufructu, quod in illa ſit inter verbis tantum coniunctos iuri
24 accreſcẽdi locus, in hoc verò non item † Fuit hæc ſententia quorundam antiquorum, quos refert gl. in l. 1. in prin. in verb partis rei, vers. quidam tamen, ff. de vſufr. accreſc. & ſequuntur Petr. de Beſu. in d. l. re coniuncti, num 30. vers. unde, & num. ſeqq. & ibi Crott. num. 44. & 45. Polet. num. 3. uerſ. 3. & num. 45. 46. & 63. uerſ. hoc autem, Port. in d. §. ſi eadem. num. 21. Inſt. de legat. Duar. lib. 1. de Iur. accr. cap. 10. Did. Spin. in ſuo ſpecul teſt. gl. 9. num. 8. & 10. Eiuſdẽ opinionis uidentur fuiſſe Men. ſibi contrarius in conſ. 141. num. 6. & Andr. Fach. lib. 5. contro. cap. 50. dum aiunt ſimpliciter, in uſufructu non eſſe inter uerbis tantum coniunctos iuri accreſcendi locum.

Mouentur autem non ſolum varis locis, & argumentis, quæ referemus in tertia ſententia, ſed etiam hac diuerſitatis ratione, quia,
25 † aut verbis tantum coniunctus in vſufructu vult vindicare partem ſocij deficientis, quaſi ſuam, vt vindicant re tantum, & re, & verbis coniuncti, & non poteſt, quia cum partes ſingulis datæ ſint, nemo poteſt intendere partem ſocij fuiſſe ſibi relictam. Aut verò vult eam vindicare, quaſi alienam, & relictã alteri, & nec etiam poteſt, quia pars vſusfructus ita cohæret perſonæ illius, cui relinquitur, vt ab ea ſine ſui interitu ſeparari nõ poſſit l. uel, ſi ſeruo. 15. ff. fam. ercis. At in proprietate lõgè alia eſt ratio; nam proprietatis pars, tamquam realis non cohæret perſonæ, nec extinguitur, licet deficiat is, cui fuit relicta, ſed tranſit ad eum, qui aliam portionem habet, quoniam portio proprietatis, velut alluuio

ulo portioni accreſcit *l. ſi Titio 39. in fin ff. de*
uſufr. Ita inquiunt Petr. de Beſut. in d. l. re con-
iunctis, num. 31. & ibi Croti. num. 45. Polit. num.
47. Port. in d. §. ſi eadem num. 22. Inſt. de legat.
Duar. d. lib. 1. de Iur. accr. cap. 10. Craſſ. in d. §.
Ius accreſcendi q. 22. num. 3. And. Fach. d. lib. 5.
Contro. cap. 50.

Prędictis tamen non obſtantibus mihi diſ-
putando, & profitendo uerior ſemper, & pro-
babilior viſa fuit contra ſententia exiſtiman-
tium, inter verbis tantum coniunctos lega-
tarios, & fideicommiſſarios non eſſe ius accre-
ſcendi, ſiue de vſufructu loquamur, ſiue de
26 proprietate. † *Fuit hęc ſententia Ant. Gou. de*
Iur. accr. num. 12. & 25. & in lib. animad. cap. 6.
Cuiac. in not. ad Vlpia. tit. 24. Inſt. & lib. 24. obſ.
cap. 34 & in l. ſi duobus. 16. ff. de legat. primo,
in l. triplici. 142. ff. de uerb. ſignifi. in l. unic.
§. his ita definitis C. de cadu. tollen. in l. uel ex
parte. 7. ff. de reb. dub. & ad l. 2. ff. de uſufr. accr.
tract. 5. ad. Afric. ad l. 2. §. hęc autē ff. quib. mod.
uſufr. am. in 17. lib. quęſtio. Papin. Hoto. lib. 6.
obſ. cap. 12. in epit. tit. ff. de uſufr. accr. num. 12. In
comm. uerb. iuris, in verb. Ius accreſcendi, in d. §.
ſi eadem, Enun. 1. Inſt. de legat. & conſ. 37. num.
11. Ant. Fab. lib. 6. coniect. cap. 1. Moueor autē
Primo *l. pen. ff. de uſufr. accr.* vbi Papinia-
nus, *Cum ſingulis ab hęredibus ſingulis eiuſdem*
rei uſusfructus legatur, inquit, *fructuarij ſepara-*
ti uidentur, non minus, quam, ſi ęquis portioni-
bus duobus eiuſdem rei fructus legatus fuiſſet.
Vnde fit, ut inter eos ius accreſcendi non ſit. Ex
27 quibus verbis intelligimus, † inter eos, qui-
bus, ęquis partibus legatur eiuſdem fundi
vſusfructus, & ſic inter verbis tantum coniun-
ctos non habere locum ius accreſcendi.

Nec eſt, quod aliquis reſpondeat, hanc le-
28 gem eſſe accipiendam † de ijs verbis con-
iunctis, quibus a ſingulis hęredibus eiuſdem
rei fructus æquis partibus legatus eſt, non
etiam de ijs, quibus ab eodem hęrede, idq;
videri *l. ſeq.* comprobari, vbi poſtea quā Papi-
nianus ſcripſit ea, quę ſupra dicta sūt, ſubijcit
Vlpianus, *cum alius ab alio hęrede uſumfru-*
29 *ctum uindicat*, quibus verbis declarat † pręce-
dentem Papiniani deciſionem tunc habere
locum, cum ex duobus legatarijs vnus vindi-
cat vſufructum ab vno hęrede, alius verò ab
alio, & ſic, cum vſusfructus a diuerſis hęredi-
bus relictus eſt, non etiam, cum ab eodem
hęrede, *Quomodo intelligūt gl. ibi, in uerb. æquis*
portionibus, Bart. in d. l. ſi duobus. 16. §. ult. ff.
de leg. primo Bened. de Plumb. inter. conſ. ult. uol.
conſ. 62. num. 11. uol. 1. Men. d. lib. 4 pręſ. 159.
num. 15. uerſ. caeterum, Donell. d. lib. 7. comm. cap.
13. quoniam hęc reſponſio nullo modo ſu-
ſtineri poteſt, eamq; proinde meritò *Petr. de*
Beſu. in d. l. re coniunctis, num. 30. & alij pleriq;
30 reprobarunt: † nā *in d. l. pen.* duo caſus continē-
31 tur, vnus, cū † ſingulis ab hæredibus ſingulis
eiuſdē rei vſusfructus legatur, alter verò, cum
ęquis portionibus duobus legatur vſusfructus
eiuſdē rei, & Papinianus arguit a ſecundo ca-
ſu ad primū: Ait enim, in primo caſu fructua-
rios eſſe ſeparatos non minus, quā in ſecūdo,
deinde ſubijcit, & ideo inter eos non eſſe ius
accreſcendi. Quod igitur de ſingulis ſcribit
hęredibus, non ad ſecundum, ſed ad primum
caſum referendum eſt, *ut recte Men. ſibi in eo-*
dem loco contrarius ſcripſit in d. pręſ. 159. num.
15. uerſ. hęc enim: Alioquin enim, ſi etiam in
ſecundo caſu vſusfructus eſſet a diuerſis hęre-
dibus relictus, argumentum a Papiniano
ductum a ſecūdo caſu ad primum non eſſet
probabile, quia cēſeretur ductum ab eodem
ad idem, *ut animaduertit Petr. de Beſut. in d. l.*
re coniunctis, num. 30. quod iuris ratio non pa-
titur.

Nec eſt, quod reſpondeas, imo non duci
argumentum ab eodem ab idem, quia pro-
32 pter diſtributionem partium † maior eſt vis
in ſecundo, quam in primo caſu, quoniam
33 hoc perſpicuè falſum eſt: † nam, ſi partium
diſtributio non impedit ius accreſcendi, vt
profitentur veteres Interpretes, ſequitur to-
tam vim impedimenti ex eo prouenire,
quod a ſingulis hęredibus, non etiam, quod
æquis partibus relictus ſit vſusfructus. Quo
fit, vt argumentum non poſſit non cenſeri
ductum ab eodem ad idem contra certiſſi-
mas ratiocinandi regulas.

Nec obſtant hęc, quę ſubijciuntur Vlpiani
verba, *cum alius ab alio hęrede uſumfructum*
34 *uindicat*, quoniam ea † non ad ſecundum,
ſed ad primum caſum referenda ſunt: nam
Papinianus volens hanc decidere quęſtio-
nem, an inter eos, quibus a ſingulis hęredi-
bus legatus eſt eiuſdem fundi vſusfructus,
ſit ius accreſcendi, ſcribit primùm, eos eſſe
ſeparatos, non minus, quam ſint legatarij,
quibus æquis partibus relictus eſt eiuſdem
rei vſusfructus. Deinde infert ad deciſionem
propoſitę quęſtionis, & ait, *unde fit, vt inter eos*
(quibus ſcilicet a ſingulis hęredibus legatus
eſt vſusfructus) *ius accreſcendi non ſit.* Hæc igi-
tur quę ſequuntur Vlpiani verba, *cum alius*
ab alio hærede uſumfructum uindicat, non ſunt
ad eos referenda, quibus legatus eſt vſusfru-
ctus æquis partibus, vtpote de quibus non eſt
locutus Papinianus, niſi in comparatione
facta reſpectu ſeparationis, ſed ſunt referen-
da ad eos, de quibus Papinianus proximè lo-
cutus eſt, nempe ad eos, quibus a ſingulis hę-
redibus relictus eſt vſusfructus: Significant
enim inter eos nō eſſe ius accreſcendi, cum
vindicent vſumfructum a diuerſis hęredibus.

At, dices, ſi ea verba, *unde fit, ut inter eos ius*
accreſcendi non ſit, non referuntur ad verbis
tantum coniunctos, non probat igitur *l. pen.*
inter eos non eſſe locum iuri accreſcēdi. Ve-
rum reſpondeo, licet hoc non probetur illis
35 verbis, † probari tamen ex eo, quod dicuntur
ſeparati, quoniam inter ſeparatos non eſt ius
accreſcendi, *ut dicemus in hoc cap. q. 41. num. 1.*
& ex ęquiparatione facta, cum illatione ſub-
ſequente: quia, niſi ſeparatio, quę conſidera-
tur in uerbis tantum coniunctis talis eſſet,
quę excluderet ius accreſcendi, vel non eſſet
probabilis illatio Papiniani, qui ex eo, quod
ſunt ſeparati, infert ad excluſionem iuris ac-
creſcendi, vel saltē non eſſet probabilis com-
paratio facta inter legatarios, quibus relin-
quitur a ſingulis hæredibus, & eos, quibus re-
linquitur æquis partibus; nam ſeparatio, quæ
in illis conſideratur, excluderet ius accreſcē-
di, quod non excluderet illa, quæ conſide-
ratur in verbis tantum coniunctis, & ideo
malè dixiſſet, illos eſſe ſeparatos non mi-
nus, quam, ſi æquis partibus duobus relictus
eſſet vſusfructus. Magis igitur eſt, vt ſentiat

Papi-

Digitized by Google

Papinianus parem vtrinſque ſeparationis eſ-
ſe vim in excludendo iure accreſcendi.

Secundo verò me maximè mouet illud,
quia ceſſante cauſa iuris accreſcendi, vtique,
& ipſum ius ceſſare debet l. adigere. 6. §. quam-
uis. ff. de Iur. patro. Sed concurſus, qui eſt cau-
ſa iuris accreſcendi ceſſat in verbis tantum
coniunctis, quippe, qui non concurſu, ſed ini-
tio partes habent d. l. re coniuncti. 87. ff. de leg.
3. & nos diximus in hoc cap. q. 31. num. 3. Ergo
& inter eos ceſſare debet ipſum ius accreſcē-
di. Concurſum autem, & quod partes con-
curſu fiant, eſſe cauſam iuris accreſcendi,
36 † probat

In primis l. 1. §. interdum ff. de vſufr. accr. vbi
Vlpianus interdum tamen, inquit, & ſi non
ſint coniuncti, tamen vſusfructus legatus alteri
accreſcit, vtputa, ſi mihi fundi ſeparatim totius,
& tibi ſimiliter fuerit vſusfructus relictus, qui-
37 bus verbis ſignificat, † inter fructuarios re rā-
tum coniunctos habere locum ius accreſcē-
di, deinde ſubijcit hanc rationem: nam, vt
Celſus libro xviij. Digeſtorum, & Iulianus libro
xxxv. ſcribunt, concurſu partes habemus. Ideo
igitur inter re coniunctos locum habet ius
accreſcendi, quia partes habent concurſu;
Ergo habere partes concurſu eſt cauſa iuris
accreſcendi.

Secundo probat hoc ipſum l. 2. ff. eod. vbi
idem Vlpianus ex Iuliani ſententia ſcribit,
ſi duobus hæredibus inſtitutis deducto vſufructu
proprietas legatur, ius accreſcendi hæredes non ha-
bere, Deinde ſubijcit hanc rationem: nam
videri vſumfructum conſtitutum non per con-
curſum diuiſum: Si igitur ideo ceſſat ibi ius ac-
38 creſcendi, quia † non diuiditur vſusfructus
per concurſum, conſequens eſt, vt cauſa iuris
accreſcendi ſit hoc ipſum, quod vſusfructus
per concurſum diuidatur.

Nec eſt, quod reſpondeas; ideo hic ceſſare
39 ius accreſcendi, quoniam † hæredes non etiā
verbis coniuncti, cum fuerint quidem con-
iuncti in inſtitutione, ſed non in retentione
40 vſusfructus, † quia (vt eleganter Petr. de Beſut.
in d. l. re coniuncti, num. 30. verſ. ſed, licet, & ibi
Crott. num. 44. Polit. num. 45. Port. in d. §. ſi ea-
dem, num. 21. Inſt. de legat. & alij animaduerte-
runt) non tollit hæc reſponſio vim argumē-
ti: Vis enim in ratione conſiſtit, quoniam
41 ideo † non eſt inter hæredes, qui retinent vſū-
fructum ius accreſcendi, quia non faciunt
partes per concurſum, & ex hoc infertur cau-
ſam iuris accreſcendi ex eo prouenire, quod
partes per concurſum fiant.

Tertio probat hoc apertè l. idē Neratius. 4. in
prin. ff. eod. vbi idem Vlpianus, Cuius ſententiæ,
inquit, congruit ratio Celſi dicentis, toties ius ac-
creſcendi eſſe, quoties in duobus, qui inſolidum
habuerunt, concurſu diuiſus eſt. Ergo, quo-
ties concurſu non diuiditur, non habet locū
42 ius accreſcendi, † vt rectè ſcribunt Cuiac. in
d. l. vn. §. his ita definitis C. de cad. toll. in d. l. idem
Neratius 4. ff. de vſufr. accr. in 1. lib. reſponſ. Ne-
ratij, in l. ſi duobus. 16. ff. de leg. primo, & in l. 2. ff.
de vſufr. accr. tract. 5. ad Afric. Hoto. lib. 6. obſer.
cap. 12. & Ill. q. 20. & in Epit. tit. ff. de vſufruct.
accr. num. 9 & conſequēter, hoc vnum, quod
concurſu diuidatur, vel non diuidatur vſus-
fructus, cauſa eſt, cur habeat, vel non habeat
locum ius accreſcendi.

Nec eſt, quod aliquis obijciat, imò iuris
accreſcendi cauſam eſſe coniunctionem, vt
latè oſtendimus in 3. cap. q. 1. num. 17. & in hoc ip-
ſo cap. q. 36. n. 1. & ſeqq. Non igitur concurſum,
quia reſpondeo, paria eſſe dicere iuris accre-
ſcendi cauſam eſſe coniunctionem, vel con-
43 curſum, † vt ait Hoto. in Epito. tit. ff. de vſufru.
accr. num. 2. Coniuncti enim dicuntur, qui ad
eandem rem concurrunt, faciuntq; concur-
44 ſu partes † l. coniunctim. 78. ff. de leg. 3. & nos di-
ximus in hoc cap. q. 28. num. 14. & ſeqq. Quamo-
brem Celſus in l. & Proculo. 20. ff. de leg. 2. ſcri-
bit inter condominos eius ſerui, cui legatum
eſt, ideo non eſſe ius accreſcendi, quia non
coniunctim, ſed partes videntur legatæ idest,
quia condomini non concurſu, ſed initio
partes habent, vt oſtendimus in hoc ipſo cap. q.
27. num. 25.

Nec eſt contrarium, quod verbis tantum
coniuncti partes habeant initio, non cōcur-
ſu d. l. re coniuncti, & tamen dicuntur coniū-
cti d. l. triplici. 142. ff. de verb. ſign. & d. l. re con-
iuncti, quia reſpondeo, eos dici coniunctos
45 † non ſimpliciter, ſed cum hac adiectione
verbis tantum, vt latè demonſtrauimus in hoc
eodem cap. q. 28. num. 25. Dicuntur enim con-
iuncti reſpectu verborum, quia poſiti ſunt
in eadem oratione, ſed non ſimpliciter, quia
quantum ad ius accreſcendi non habentur
pro coniunctis l. item, quod Sabinus. 17. §. 1. l. ſi
ita quis hæredes inſtituerit. 66. ff. de hæred. inſt.

Minus eſt, quod quiſquam cauſetur, ſupe-
riores locos, in quibus ſcribitur, inter fructua-
rios ita demum eſſe ius accreſcendi, ſi partes
concurſu faciant, non etiam, ſi eas habeant
initio, eſſe accipiendos de iure accreſcendi,
quod habet locum poſt acquiſitionem, & de
quo loquuntur, vt apparet ex d. l. 2. iuncta
l. ſeq ibi, amiſſa pars, & ex d. l. idem Neratius. 4.
ibi diuiſus eſt, non etiam de eo, quod ante,
46 † Quomodo Ceph. conſ. 126. num 9. & alij plerīq;
ſunt arbitrati, quia verius eſt, imo generaliter
47 eſſe accipiendos, † Quomodo accipiunt ij, quos
retulimus ſupra num. 42. & probatur,

Primo & d. l. 1. §. interdū ff. uſufr. acc. vbi Vl
pianus illam affert iuris accreſcendi cauſam,
quia concurſu partes habent legatarij, ſecun-
dum ea, quę diximus ſupra num. 37. & tamen
48 loquitur † de iure accreſcendi, quod habet lo-
cum ante acquiſitionem, vt conſtat ex illis
verbis, quod, & in proprietate contingeret: nam
altero repudiante, alter totum fundum haberet:
nam ex ijs intelligimus loqui Vlpianum de
iure accreſcendi, quod ante acquiſitionem
locum habet, quia alioquin non rectè ſubie-
ciſſet, id etiam in proprietate contingere,
cum in ea regulariter non habeat locum ius
accreſcendi poſt acquiſitionem, ut dicemus in
7. cap. q. 59. num. 13. Quinimo conſtat hoc
apertiùs ex illis verbis ſequentibus. ſed in uſu-
fructu hoc plus eſt, quia & conſtitutus, & poſtea
amiſſus ius accreſcendi admittit: Significant
enim Vlpianum ſuperius non tractaſſe de
vſufructu acquiſito, & amiſſo, ſed de omiſſo,
& ſic dixiſſe, ideo ei locum eſſe, quia legata-
rij concurſu partes habent, non initio.

Secundo verò in vſufructu eadem eſt ra-
tio poſt acquiſitionem, quę & ante: nam,
cum vſusfructus quotidie legetur, & acqui-
ratur, licet vterq; legatarius per aliquod tem-
poris

poris interuallum ſuam partem acquiſierit, non tamen dicetur vſusfructus acquiſitus reſpectu ſequentium annorum, & ſic reſpectu legatorum, quæ poſtea fieri intelliguntur, *vt latè oſtendimus in q. præced. num. 16.* & ideo, ſi ius accreſcendi haberet locum inter eos, qui initio partes habēt, ante acquiſitionem, vtiq; etiam poſt eam locum haberet, quia diceretur quidem poſt acquiſitionem reſpectu præteritorum legatorum, ſed ante reſpectu futurorum. Cum igitur vtriuſq; caſus par ſit ratio, conſequens eſt, vt par quoq; debeat eſſe iuris diſpoſitio.

Deniq; non eſt, quod reſpondeas, regulam Celſi *in d. l. idem Neratius* ita eſſe accipiendā,
49 † vt toties inter eos, qui ſolidum habent initio, ſit ius accreſcendi, quoties concurſu diuiſus eſt vſus fructus, quia, ſi non eſſet diuiſus, non ius accreſcendi, ſed ius non decreſcendi inter eos haberet locum, *Quomodo reſpondet Aut. Fum. de coniunct. cap. 6. num.* 2. quia ve-
50 rius eſt, Celſum † non ad ius non decreſcendi reſpexiſſe, quippe, cuius diſtinctio non fuerat a prudentibus obſeruata, *vt oſtendimus in 4. cap q. 2. num.* 8 ſed ad ipſam acceſſionem, & ſignificare, toties vacantem partem ad collegatarium pertinere, quoties concurſu diuiditur vſusfructus, vt apparet *ex l. ideoq; 3. ff. eod. in* illis verbis *ideoq: amiſſa pars vſusfructus ad legatarium, eundemq; proprietarium redibit*, quę non modum, ſed ipſummet effectum acceſſionis reſpiciunt.

Tertio moueor principaliter, quia inter eos, qui partes habent initio, non eſt locus iuri accreſcendi. Sed verbis tantum coniuncti legatarij partes habent initio *d. l. re coniuncti, & nos diximus in hoc cap. q. 31. num.* 3. Ergo inter eos non erit locus iuri accreſcend. Maior
51 autē illa † *quā paſſim tradiderūt Cuiac. in d. l. vn. §. his ita definitis C. de cad. tollen & in d. l. 2. ff. de vſufr. acc. tract. 5. ad Africa. & ad l. vnum ex familia 69 §. rogo ff de leg. 2. in 19. lib. quęſtio. Papin. & Hoto. d. li. quęſt.* 20. probatur multipliciter, &

Primo *l. 1. in prin. ff. de vſufr. accr.* vbi Vlpianus, *Cæterum* inquit, *ſi ſeparatim vnicuiq: partis rei vſusfructus ſit relictus, ſine dubio ius accreſcendi ceſſat.*

Nec eſt, quod reſpōdeas, loqui Vlpianum de partibus relictis in diuerſis orationibus,
52 † *vt declarant gl. ibi, in verb. partis rei, & Ang. num. 1. gl. in l. ſi duobus. 16. §. vlt in verb. expreſſerit, ff. de leg. primo, & Men. d. lib. 4. præſ. 159. num. 13.* & videtur probari ex illo verbo, *ſeparatim*, quod ad orationum diuerſitatem ſolet referri, *ut diximus in hoc cap. q. 14. num. 2.* & ex illis, *ſine dubio*, quæ, *ſecūdum Men. ibi*, non poſſunt ad verbis coniunctos referri, quoniam in ijs propter coniunctionem ſubeſſet aliqua dubitatio, quia verius eſt, imo loqui Vlpianū
53 de partibus in eadem oratione relictis, † *vt rectè is Petr. de Beſu. in d. l. re coniuncti, num. 30. Cuiac. d. lib. 24. obſer. cap. 34. & alij cenſuerunt:* Nam dicto, *ſeparatim*, non ſemper ad orationum diuerſitatem refertur, ſed interdum ad diuerſitatem partium, etiam in eadem oratione relictarum, *vt in d. l. pen. ff. de vſufru. accreſc.* Verba verò illa, *ſine dubio*, ideo non excludunt verbalem cōiunctionem, quia apud Iuris prudentes in confeſſo eſt, vtpote pro regula traditum, toties eſſe ius accreſcendi, quoties partes concurſu fiunt, non initio, *d. l. 2. d. l. Idem Neratius. 4. in prin. ff. de vſufr. accr. & nos diximus etiam ſupra num. 42.*

Deniq; non eſt, ꝙ reſpondeas, loqui Vlpia-
54 num de partibus factis pro diuiſo, † *Quomodo Bart. in d. l. re coniunctis, num. 23. Men. d. præſ. 159. num 13. & alij paſſim cenſuerunt*, quia ve-
rius eſt, loqui eum de partibus incertis, & iu-
55 ris tantum intellectu factis † *vt rectè cenſuit Petr. de Beſ. in d. l. re coniunctis, num 30.* Nam
56 partis appellatione † frequentiùs indiuiſam, quam diuiſam intelligimus, quia pars diuiſa totum eſt, non pars *l. ſi quis duas. 6 §. ſi quis partem ff. comm. prędio.*

Secundo probatur maior *l. & Proculo. 20. ff. de leg. 2.* vbi Celſus ſcribit, inter condominos eius ſerui, cui legatum eſt, non eſſe ius accreſcendi, deinde ſubijcit rationē his verbis, *Non enim coniunctim, ſed partes videri legatas*, ex quibus † infertur, quoties partes cenſē-
57 tur legatę non eſſe inter legatarios ius accreſcendi, quia alioquin non eſſet probabilis Iuris conſulti ratio, ſi etiam inter eos, quibus partes legantur, haberet locum ius accreſcendi.

Tertio probatur *ex Vlp. tit. 24. Inſt.* vbi, *Si per damnationem eadem res duobus legata ſit*, inquit *ſi quidem coniunctim, ſinguli partes debentur, & non capientis pars in hęreditate remanebat*:
58 ex quibus verbis apparet, † ideo in legato damnationis non fuiſſe ius accreſcendi, quia legatarij habebant partes initio, *quod etiam ſcripſerunt Caius lib. 2. Inſt. tit. 5. Cuiac. in not. ad Vlp. d. tit. 24. Inſt. in d. l. vn. §. his ita definitis C. de cad toll. in d. l. ſi duobus. 16. in l. ſi quando. 112 §. heres ff. de leg. primo, in l. 2. ff de vſufr. accr. tract 5. ad Afric. & ad l. vnum ex familia 69. §. rogo ff. de leg. 2. in 19 lib. quęſtio. Papin & d. lib. 24. obſ cap. 34. Hoto. lib. 6 obſ. cap. 12. Vuiſemb. in d. §. ſi eadem num. 1. Inſt. de legat. & nos etiam diximus in hoc cap. q. 32. num. 24.* Ergo hoc ipſum, quod legatarij initio partes habeant, eſt in cauſa, ne ſit inter eos ius accreſcendi.

Quarto principaliter moueor *l. re coniuncti 87. verſ. quoniam ff. de leg. 3.* vbi Paulus de verbis tantum coniunctis loquens, *quoniam*, Inquit, *ſemper partes habent legatarij*: Nunquā
59 † igitur totum. Nec igitur, & ſi deficiat coniunctus: nam illa dictio, ſemper, omnem omnino caſum comprehendit *l. 1. ff. ſolu. matr.*

Quinto moueor, quia abſurdum eſt, plus
60 cuiquam tribui, quam voluerit teſtator † *l. facta 63. §. ſi ſub conditione ff. ad Treb. & in his terminis cōſiderant Aut. Gou. cap. 6. animad. Ant. Fab. lib. 6. con. cap. 1.* Sed teſtator voluit cōiunctos verbis tantum habere partes *d. l. ſi duobus 16. §. vlt. ff. de leg. primo.* Non eſt igitur eis dandum totum.

Sexto me maxime monet illud, quia verborum coniunctio per ſe, & ſola inutilis proror-
61 ſus eſt ad inducendum ius accreſcendi † *l. item, quod Sabinus. 17. §. 1. l. ſi ita quis hęredes inſtituerit. 66 ff. de hęred. inſt. & ſcribit Cuiac. in d. l. vn. §. his ita definitis C. de cad. toll. & in l. 2. §. hęc autem ff. quib. mod. vſuf. amitt. in 17. lib.*
62 *quæſt. Papin.* quia † teſtator, qui verbis tantū coniungit, cenſetur id potiùs celeritatis ſtudio, quam animo coniungendi feciſſe *d. l. ſi ita quis hęredes inſtituerit, & in his terminis* ſcribunt

Digitized by Google

*ſcribunt Ant. Gou. de Iur. accr. num. 14. Forcat.
in Necyo. dial. 59. num. 5. Cuiac. in d. l. 2. §. hęc
autem ff. quib. mod. vſuſf. amitt. in 17. lib. quęſt.
Papin. in d. l. ſi duobus. 16. ff. de leg. primo, & d.
lib. 24. obſ. cap. 34.*

Nec eſt, quod reſpondeas, id procedere,
63 † ſi verbalis coniunctio omnimodam ha-
beat rei diſiunctionem, puta, ſi duo vocentur
in eadem oratione ad res diuerſas; vel ad
einſdem rei, partes factas pro diuiſo, quæ
effectu rem diuerſam conſtituunt, nos verò
loqui de verbali coniunctione, in qua non
adeſt omnimoda rei diſiunctio, quia, licet
partes factę ſint, ita tamen ſunt incertę, &
per totam rem diffuſę, vt oculorum ſenſu
percipi nequeant, ideoq; non conſtituunt
rem diuerſam, nec efficiunt, vt legatarij di-
cãtur in re prorſus diſiuncti, *Quomodo paſſim
reſpondent ij quos retulimus ſupra num. 15. et alij*
64 *frequentius*, quoniam hęc reſponſio † multis
de cauſis improbatur, &

Primo, quia pręter id, quod vocati ad par-
tes non multum diſtant ab ijs, qui vocantur
65 ad res diuerſas, † *vt ſcribunt Cuiac. in l. triplici.
142. ff. de verb. ſign. & in d. l. ſi duobus 16. ff. de
leg. primo, Hoto. lib 6. obſ. cap. 12. & in d. §. ſi
eadem, Enunt. 1. Inſt. de legat.* falſum etiam eſt,
verbalem coniunctionem in ijs poſſe conſi-
derari, qui ad res diuerſas vocantur, *vt oſten-
dimus in hoc cap. q. 17. num. 9. & 10.*

Secundo, quia verius eſt, coniunctionem
verbalem nihil operari, quoad ius accreſcen-
di, etiã ſi non adſit omnimoda rei diſiunctio,
66 † vt apparet ex hęredibus ſine parte ſcriptis,
in quibus non adeſt omnimoda diſiunctio
rei, quia vocantur ad eãdem rem, nempe ad
eandem hęreditatem, & tamen dicuntur nõ
eſſe coniuncti, quantum ad ius accreſcendi,
tametſi vocẽtur in eadem oratione *l. Item,
quod Sabinus. 17. §. 1. ff. de hered. inſt.* quia, non
ſunt coniuncti re, ſed ſolis verbis, *ſecundum
ea, quæ diximus in hoc ipſo cap. q. 22. num. 5. &
ſeqq.* Et, quamuis habeant ius accreſcendi, nõ
tamen id habent ex vi coniunctionis, &, vt
cõiuncti, ſed, vt omnimodo diſiuncti, *vt dixi-
mus in q. 6. num. 24.* inter quos certum eſt,
ius accreſcendi habere locum in hęreditate,
vt dicemus in hoc cap. q. 41. num. 8. Simili igitur
ratione, qui factis partibus ad eandem rem
vocantur in eadem oratione, dicentur quidẽ
coniuncti, quo ad figuram verborum, ſed
non, quoad ius accreſcendi *d. l. ſi ita quis hęre-
des inſtituerit. 66. ff. de hered. inſt.* quippe quod
inter eos locum non habet, adeo, vt ne in
hęreditate quidem dicantur id habere ex vi
coniunctionis, ſed, ne teſtator decedat pro
67 parte teſtatus, & pro parte inteſtatus † *vt ex-
plicat Ant. Gou. de Iur. accreſc. num. 16. & 26.*

Septimo, & vltimo principaliter moueor
*§. ſi eadem Inſt. de legat. l. vn. §. vbi autem legata-
rij C. de cad. toll. & Vlp. tit. 24. Inſt.* vbi in mate-
ria iuris accreſcendi, quod inter legatarios
locum habet, duo tantum referuntur caſus,
68 † ſub quibus coniunctio verbalis nullo mo-
do contineri poteſt, *vt animaduerterunt Ant.
Gou. de Iur. accreſcendi num. 14. & Cuiac. in d. l.
vn. §. bis ita definitis C. de cadu. toll. & ad l. 2. §.
hęc autem ff. quib. mod. vſuſfr. amit. in 17. lib.
quæſt. Papin.* nam, vel coniunctim legatur,
vel diſiunctim, coniunctim, ideſt, re, & ver-
bis, diſiunctim verò, ideſt, re tantum, *vt oſten-
dimus in hoc cap. q. 28. num.* 15. Non prodeſt
igitur verbalis coniunctio ad ius accreſcen-
di, quia alioquin non fuiſſet omiſſa.

Nec eſt, quod reſpondeas, imo verbalem
contineri, quia, licet *in d. § ſi eadem*, mixtæ tã-
tum coniunctionis exemplum afferatur, non
tamen regula conſtringitur, quæ de legato
69 coniunctim relicto loquitur, † *Quomodo reſ-
pondent Duar. d. lib. 1. de Iur. accreſc. cap. 10. &
Donell. d. lib. 7. comm. cap.* 13. quia verius eſt,
70 non contineri; † nam præter id, quod ſimpli-
citer tunc dicitur coniunctim legari, cum to-
ta res datur ſingulis initio, partes verò cõcur-
ſu fiunt, *l. coniunctim. 78 ff. de leg. 3. & nos dixi-
mus in eadem q. 28. num. 16.* conſtat etiam re-
gulam ibi poſitam ad verbis tantum coniũ-
ctos non pertinere, quia regula loquitur de
ijs coniunctis, qui partes faciunt concurſu, vt
apparet ex illis verbis, *ſi ambo perueniant ad
legatum, ſcinditur inter eos legatum*, cum alio-
quin verbis tantum coniuncti, non concur-
ſu, ſed initio partes habeant, *vt oſtendimus in
hoc cap. q. 31. num. 3.*

Neq; huic ſententiæ aduerſantur contra-
ria: nam ad primum reſpondeo, non inter
omnes coniunctos eſſe ius accreſcendi, ſed
71 inter eos tantum, † qui concurſu partes ha-
bent ex regula Celſi, *de qua in d. l. idem Nera-
tius. 4. in prin. ff. de vſufr. accre.*

Nec obſtant leges adductæ, in quibus ſim-
pliciter ſcribitur, inter coniunctos habere lo-
cum ius accreſcendi, quia reſpondeo, coniun-
ctos ibi ſpecialiter accipi pro ijs, qui re, &
verbis coniuncti ſunt, *vt oſtendimus in hoc ipſo
cap. q. 28. num. 15. & ſeqq.*

Secundo non obſtat, quod ius accreſcendi
ſit ius, & effectus coniunctionis, quia hoc ita
72 demum verum eſt, † ſi coniunctio accipiatur
pro concurſu, *vt diximus ſupra num.* 43. non
etiam, ſi pro alio complexu, vt pro comple-
xu verborum: nam, *vt diximus ſupra num.* 61.
verborum nuda coniunctio nihil (quantum
ad ius accreſcendi) operatur. Et, ſi dixeris,
quid igitur operatur? reſpondeo, operari pręe-
lationem, *eo ſcilicet caſu, quem referemus infra
num.* 77. non etiam ius accreſcendi: nam hoc
a rei coniunctione, & concurſu, non etiam a
73 complexu verborum proficiſcitur † *vt ſcribit
Cuiac. in d. l. 2. §. hac autem ff. quib. mod. vſuſfr.
am. in 17. lib. quæſt. Papin.*

74 Ad tertium verò, & quartum †, *vt omiſſis
Anto. Gou. de Iur. accr. num. 15. Cuiac. lib. 24. obſ.
cap. 34. & in l. vn. §. bis ita definitis C. de cad. toll.
in l. vel ex parte. 7. ff. de reb. dub. in l. ſi duobus. 16.
ff. de leg. primo, & in l. triplici. 142. ff. de verbor.
ſign. Hoto. in Epit. tit. ff. vſufr. accreſc. num. 9. &
aliorum ſolutionibus*, dicam, quod ipſe ſentio,
reſpondeo in ſpecie illarum legum, ideo etiã
ei, qui viriles partes habet ex teſtamento, ius
75 accreſcendi competere, † quia partes illæ in-
certę ſunt ob incertum numerum poſthumo-
rum, qui naſci poſſunt: nam vno nato pars
virilis erit ſemis, duobus natis triens, tribus
verò quadrãs *d. l. vtrum. 8. in prin. ff. de reb. dub.*
& ideo propter hanc incertitudinẽ non poſ-
ſunt cenſeri partes in teſtamento factæ. Quo
fit, vt coniunctus, quaſi ſolidum habens ex
teſtamento totam rem vindicare poſſit non
nato poſthumo, *vt latè oſtendimus in hoc ipſo
cap.*

Digitized by Google

cap. quæſt. 31. num. 10. & ſeqq.
Ad quintum reſponſio patet ex ijs quæ di-
ximus *in hoc eodem cap. q. 16. num. 40.* vbi de-
76 monſtrauimus, in ſpecie † *l. Moruio*, legata-
rios omnes eſſe, non verbis, ſed re coniunctos
ob adiectionem tertij, quę operatur, vt, qui
priùs erant omnimodo diſiuncti, incipiant re
coniungi, & per conſequentias habeant ius
accreſcēdi vſq; ad portionem illis a teſtatore
relictam, vt proinde non ſit neceſſe hic iterū
referre, quę latiùs ibi commemorauimus.
Ad ſextum, *vt Ant. Gou. de Iur. accreſcendi
n. 15. Cuiac. in d. l. ſi duobus. 16. ff. de leg. prim. &
in d. l. 2. § hęc autem ff. quib. mod. vſusf. am. in 17.
lib. quæſt. Papin. & aliorum ſolutiones omittam,*
77 reſpondeo † verbis tantum coniunctos lega
tarios nō habere ius accreſcendi, niſi verbo
rum coniunctio pro duplici coniunctione
accipiatur, quod tunc demum euenit, cum
adijcitur tertius: Nam ſi, verbi gratia, teſta-
tor ita ſcribat, lego Titio, & Seio fundum
Tuſculanum æquis partibus, nec reſpectu
eiuſdem fundi progediatur ad aliam diſpo-
ſitionem, non erit inter Titium, & Seium ius
accreſcendi, quia, cum verbis tantum coniun
cti ſint, debent ſemper habere partes, vt ait
Paulus *in d. l. re coniuncti.* Coeterùm, ſi progre
diatur ad aliam diſpoſitionem, & eundem
fundum leget tertio, quoniam huius adiectio
operatur, vt illi duo cogantur in vnam partē,
id eſt, in vnam dimidiam, & ſic, vt loco dimi-
dię, quę ſingulis fuerat a teſtatore relicta nō
conſequatur quiſq; niſi quartam, ideo fit,
vt in hoc caſu verbalis coniunctio pro dupli-
ci coniunctione ſumatur, & legatarij, qui ver
bis tantum erāt coniuncti, effectu incipiant
etiam re coniungi, & conſequenter habeant
ius accreſcendi vſq; quo partem ſibi a teſta-
tore datam conſequantur. Et ſanè, ſi propter
adiectionem tertij re coniunguntur ij, qui ſe-
paratim erant ad partes vocati *in ſpecie d. l.
Moruio 42. in prin ff. de leg. 2.* conſequens eſt,
vt ob eādem adiectionem incipiāt coniungi
re, & verbis, qui fuerant ad eiuſdem rei partes
in eadem oratione vocati. De his igitur agit
Paulus *in d. l. re coniuncti, verſ. ſi verò verbis,*
dum quęrit, an verbis tantum coniunctus re
tantum coniuncto preferatur; Numquam
enim quęſtio prælationis eſſe poteſt, niſi ter-
tius adiectus ſupponatur, cum quo dē vacan-
te ſocij parte diſputet verbis tantum coniun-
ctus quod cum ſit, ſemper verborum coniun
ctio pro duplici cōiunctione ſumitur, *vti ſu-
pra dictum eſt.* Nec eſt contrarium, quod eos
Paulus verbis tantum coniunctos appellet,
cum alioquin nos ſupponamus, eos effectu
eſſe coniunctos re, & verbis, quia reſpondeo,
dici coniunctos verbis tantum inſpecta pri-
ma diſpoſitione teſtatoris, & verborum figu-
ra. Coeterùm inſpecto exitu, & effectu, qui
ex adectione tertij reſultat, verè pro vtroq;
nexu coniunctis accipi. Hinc intelligimus,
ſi teſtator ita ſcripſerit, Lego Titio, & Seio
fundum æquis partibus, eundem fundum le-
go Caio, ſi Seius deficiat, eius portionem Ti-
tio accreſcere. Coeterùm, ſi deficiat etiam
Caius, nihil amplius Titium habiturū, quia,
cum ex defectu Sei conſecutus ſit integram
dimidiam, quam ei teſtator reliquerat, non
debet ex alterius defectu quicquam obtine-
re, ne plus ei tribuatur, quam teſtator dari vo-
luerit, *vt ſcribit Ant. Gou. d. cap. 6. animad.*
Manebit igitur alia dimidia in hæreditate.
Ad ſeptimum reſpondeo, imo verbis tan-
tum coniunctos initio habere partes non ſo-
lidum, *vti demōſtrauimus in hoc cap q. 31 nu. 3.*
niſi, cum Titio, & poſthumis viriles partes
datæ ſunt, *ſecundum ea, quæ diximus ibi num.
10. & ſeqq.*
Ad octauum reſpondeo, verbis coniūctos
regulariter non conſtituere vnum corpus,
nec pro vno reputari, niſi, cum tertius adijci-
78 tur, † *vt oſtendimus in hoc ipſo cap. q. 35. num. 67.*
quo caſu fatemur, inter eos locum habere ius
accreſcendi, quoniam verbalis coniunctio
pro duplici coniunctione reputatur, *vt dixi-
mus ſupra num. 77.*
Ad nonum reſpondeo, ſi realis coniūctio
79 ſola ſit, aut ſola verbalis, † maiorem vim il-
lius, quam huius eſſe, quoniam illa ius ac-
creſcendi parit, hęc verò non item. At, ſi cu-
mulentur, & concurrant, ideo maiorem eſſe
verbalis, quam realis vim, quia verbis con-
iunctus ob adiectionem tertij pro vtroque
modo coniuncto reputatur, & ideo non ſo-
lum habet ius accreſcendi, ſed etiam ius prę-
lationis, *vt ex ijs, quæ diximus ſupra num. 77.
facilè eſt intelligere.*
Ad decimum denique, & vltimū reſpon-
dent nonnulli fatendo, iuri accreſcendi nū-
quam eſſe locum, niſi in vſufructu poſt ac-
80 quiſitionē vacante; † *Ita enim cenſuerūt Cuiac.
ad l. 2. ff. de vſufr. accr. tract. 5. ad Afric. & Hoto.
in Epit. tit. ff. de vſufruct. accre. num. 15. & Ill.
quæſt. 44.*
Sed horum ſententia ideo non eſt ample-
81 ctenda, † quia dubium non eſt, quin iuris ac-
creſcendi, & non decreſcendi diſtinctio *pro-
poſita in d. l. vn. § vbi autē legatarij C. de cad toll.*
ita ſit generalis, vt, tam ad proprietatis, quam
ad vſusfructus legatum ſit referenda, imò
potiùs ad illud, quam ad hoc, cum in ſuperio-
ribus tractetur de legatis ad hæredes tranſ-
mittendis, quæ res non poteſt vllo modo re-
ferri ad vſumfructum, quippe, qui non ſolet
82 ad hæredes tranſire † *l. vſufructu. 58 ff. ſolut.
matr. l. Sempronius Attalus. 26. in prin. ff. de vſu-
fruct. leg. l. 2. l. 3. ff. quand. dies leg. ced. l. 3 § vltim.
ff. quib. mod. vſusfruct. am. l. 3. C. de vſufruct.*
At qui cōſtat in legatis interdum habere lo-
cum ius accreſcendi, interdum verò ius non
decreſcendi *d. §. vbi autem legatarij*; Omni-
modo igitur etiam in proprietatibus poteſt
habere locum ius accreſcendi. Deinde ve-
rò (quod diligenter annotandum eſt) ſi nun-
quam in legatis eſſet ius accreſcendi ante
acquiſitionem, ſequeretur, nunquam ei locū
eſſe, quia, etiam in vſufructu acquiſito por-
tio ſequentium annorum dicitur vacare an-
te acquiſitionem, licet coniunctus pro lega-
tis annorum præcedentium videatur con-
curriſſe *l. 1. § interdum ff. de vſufr. accreſc. & nos
latè oſtendimus in q. præced. num. 16.* Et tamen
certum eſt, interdum in legatis habere locū
ius non decreſcendi, interdum verò ius ac-
creſcendi *d. § vbi autem legatarij*. Omni-
modo igitur refellēda eſt, ſuperior ſententia.
Quamobrem verius eſt, non ſequi, in legatis
nunquam futurum iuri accreſcendi locum,
etiamſi dicamus, id ceſſare inter verbis tan-
tum

tum coniunctos, quoniam ei locus eſt in con
iunctis re, & verbis, *ſecundum veriorem ſenten-
tiam, quam defendemus in q. ſeq. num. 8. & ſeqq.*

Diſtinctio verò quę fit inter proprieta-
tem, & vſumfructum ab ijs, qui ſecundam
ſunt amplexi ſententiam, ideo probabilis
83 non eſt, † quia Vlpianus *in d. l. 1. §. interdū ff. de
vſuf. acc.* conſiderat rationē concurſus in vſu-
fructu ad exemplum proprietatis, vt appa-
ret ex illis verbis, *concurſu partes habemus,
quod & in proprietate contingeret.* Quo fit, vt,
quemadmodum in vſufructu non eſt ius ac-
creſcendi inter verbis tantum coniunctos,
quia non faciunt partes per concurſum, ita
nec inter eos eſſe debeat in proprietate, quo-
niam, & in ea ratio concurſus haberi ſolet.
Quinimo, ſi qua differentia deberet in hac re
conſtitui inter proprietatem, & vſumfructū,
eſſet potiùs in hoc, quam in illa ius accreſcē-
di inter verbis tantum coiunctos admitten-
dum, quoniā id faciliùs recipit vſusfructus,
84 quam proprietas, † vt *ſcribunt Ang. in l. teſta-
mento. 6. num. 2. C. de impub. & al. ſubſt. & in l.
communis ſeruus. 5. & ibi Imol. num. 6. ff. de ſtip.
ſeruo. Alcia. in l. ſi mihi, & Titio. 110. in prin.
num. 17. ff. de verb. oblig. Io. Gaud. in d. l. re con-
iunctis, num. 2. Men. d. lib. 4. pręſ. 159. num. 10.*
& conſtat ex his Vlpiani *in d. l. 1. §. interdum
ff. de vſufr. accreſ.* verbis, *ſed in vſufructu hoc
plus eſt.* Sed magis eſt, vt neutro caſu locum
habeat, prout diſputando verius eſſe profite-
mur.

S V M M A R I V M.

1 *Coniuncti re, & verbis vindicant portionem va-
cantem*

2 *Portio vacans accreſcit re, & verbis coniunctis,
Fallit, vt num. 27.*

3 *Portio deficiens ante acquiſitionem pertinet ad
re, & verbis coniunctos per ius non decreſcen-
di, non vero per ius accreſcendi, Sed contra
num. 8.*

4 *Ius non decreſcendi locum habet inter eos, qui ſo-
lidum habent initio, Declara, vt num. 21.*

5 *Coniuncti re, & verbis ſolidum habent initio,
Declara, vt num. 16. & ſeqq.*

6 *Ius non decreſcendi competit ijs, qui veniunt
iure proprio, Declara, vt num. 22.*

7 *Coniuncti re, & verbis veniunt iure proprio, De-
clara, vt num. 19.*

9 *Declaratur l. vn. §. vbi autem legatarij C. de cad.
toll. & num. 10. 11. & 15.*

12 *Portio per ius accreſcendi pertinet cum onere,
per ius vero non decreſcendi ſine*

13 *Coniuncti re, & verbis tenentur ad onus, &
cur, num 14.*

19 *Declaratur l. vn. §. his ita definitis C. de cad. toll.*

23 *Portio vſusfructus deficiens poſt acquiſitionem
pertinet ad re, & verbis coniunctos per ius ac-
creſcendi, non verò per ius non decreſcendi,
Declara, vt num. 24.*

25 *Portio proprietatis deficiens poſt acquiſitionem
pertinet ad re, & verbis coniunctos per ius ac-
creſcendi, non per ius non decreſcendi, Decla-
ra, vt num. 26.*

An inter re, & verbis coniunctos locum habeat ius accreſcendi, an verò ius non decreſcendi.

Quæſtio Trigeſimanona.

TErtio de re, & verbis coniunctis diſ-
piciendum eſt, nunquid inter eos
ſit iuri accreſcendi locus. Et certi
quidem iuris eſt, vacantē hęredita-
1 tis, aut legati partem ad eos pertinere † *l. ſi
Titio. 34. cum 2. ll. ſeqq. ff. ad l. Aqu. l. qui quar-
tam. 15. §. vlt. l. ſi duobus. 16. §. vlt. ff. de leg. pri-
mo, l. ſi duobus. 41. ff. de leg. 2. l. 1. in prin. ff. de
vſufr. accr. l. ſi ſeruo. 31. verſ. Iulianus ff. de ſtatul.
l. vn. §. his ita definitis. & § vbi autē legatarij C.
de cad. toll. §. ſi eadem Inſt. de legat. Vlp. tit. 24.
Iuſt.* Et ita videri accipiendos, qui ſimplici-
2 ter aiunt, eis partem accreſcere, † *vt Ang. in
l. qui patris. 59. in prin. num. 5. & ibi Imol. num.
1. ff. de acq. hered. Ang. conſ. 153. num. 2. Roma.
conſ. 308 in fi. Caſtr. in d. l. ſi duobus. 16. §. vlt.
num 1. ff. de leg. primo, & conſ. 218. num. 1. verſ.
2. vol. 2. Guidop. q. 335. Papien. in form. lib. quo
ag. ex ſubſt. in verb. breuiloré num. 35. Iaſ. in l. ſi
mihi, & Titio 110. in prin. num. 1. ff. de verb.
oblig. Dec. conſ. 662. num. 1. Io. Gaud. in d. l. re
coniuncti, num. 46. Pariſ. conſil. 18. num. 70. &
84. conſ. 25. num. 11. vol. 2. conſil. 44. num. 10. vol.
3. Curt. Iun. conſil. 83. num. 13. Alcia. conſil. 21.
num. 1. lib. 9 Soc. Iun. conſil. 72. num. 5. volum. 3.
Gabr. conſil. 104. num. 5. volu. 2. Alb. conſ. 506.
num. 4. Crau. conſil. 927. num. 3. Oſaſ. conſil. 20.
num. 19. Peral. in d. l. & Proculo. 20. num. 16. ff.
de leg. 2. Ceph. conſil. 243. num. 6. Burſa. conſil. 71.
num. 11. in fin. & num. 12. Menoch. conſil. 514.
num. 2. & conſil. 797. nu. 22. 26. 28. & 31. Pereg.
conſ. 77. num. 20. vol. 5. Surd. conſ. 439. num. 13.
in fi. & num. 14. 39. & 41. Seben. conſ. 1. num 6.
vol. 1. Duar. lib. 1. de Iur. accr. cap. 10. Ant. Gou.
de Iur. accr. num. 26. Cuiac. in l. 2. §. hac autem
ff. quib. mod. vſuſf. amitt. in 17. lib. quæſt. Papin.
& lib. 24. obſ. cap. 34. Hoto. lib. 6. obſ. cap. 12. &
in comm. verb. iuris, in verb. Ius accreſcendi. &
in d. § ſi eadem, Enun. 1. Inſt. de legat. Dida. Spin.
in ſuo ſpecul. teſt. gloſſ. 9. nu. 19. Gratia. cap. 178.
diſcep. for. num. 7.* Sed dubitatio vertitur in eo,
nunquid dicatur pertinere per ius accreſcen-
di, an verò per ius non decreſcendi. Et noſtri
quidem frequentiùs tres hic, vt, & in re tan-
tum coniunctis diſtinguunt caſus, quorum

Primus eſt, quando portio deficit ante ac-
quiſitionem, Et tunc cenſent eſſe propriè ius
non decreſcendi, ſiue loquamur de proprie-
3 tate ſiue de vſufructu: † ita enim cenſuerunt
omnes, qui ſimpliciter dixerunt inter re, &
verbis coniunctos habere locum ius non de-
creſcendi, *vt gloſſ. in l. ſi dominus. 17. §. 1. in
verb. accreuiſſe, & in l. quia retro. 35. ff. ad l.
Aquil. Cin. in d. l. vnic. §. vbi autem legatarij, nu.
1. & ibi Bart & Caſtrenſ. num. 1. verſ. Item iſta
C. de cad toll. Bart. in d. l. re coniunctis, num. 24.
& 55. & ibi Petr. de Beſu. num. 34. Iaſ. nu. 2. &
97. verſ. 4. & num. 106. vbi teſtatur, hanc eſſe
communem, & num. 111. & 196. Crott. num. 18.
45. & 109. Polit. num. 34. verſ. ex quibus, Rip.
num. 8. & 74. Io. Gaud. num. 45. Bart. in
l. planè.*

l. planè. 34. §. ſi duobus, verſic. aduerte ff. de legat.
primo, Bald. in d. l. vn. §. his ita deſinitis num. 3.
& ibi Caſtrenſ. num. 3. C. de cad. tollend. Bald in
d. l. vnic. §. cum autem num. 1. C. de cadu. toll. &
in l. ſi plures. 6. num. 17. Cod. de cond. inſert. Ang.
conſil. 295. num. 4. Ang. de Gamb. de teſta. glo. 42.
num. 8. Caſtrenſ. in l. ſi duobus. 16. §. fin. num. 1.
& in l. planè 34. §. ſi coniunctim, num. 4. & ibi
Alex. num. 1. verſic. & pro dicta, Iaſ. num. 3. ff. de
leg. primo, Caſtrenſ. conſ. 262. num. 3. vol. 2. Imol.
in l. communis ſeruus. 5. num. 6. ff. de ſtip. ſeruo.
Petr. de Peru. inter conſ. vlt. volu. Ziliet. conſil. 30.
num. 24. volum. 1. Alex. in l. ſi mihi, & tibi 12. in
prin. num. 4. ff. de leg. primo, in l. ſtipulatio iſta
38. §. in ſtipulationibus, num. 7. ff. de verb. oblig.
Port. in d. § ſi eadem num. 11. & 22. & ibi Myns.
num. 18. Inſt. de legat. Iaſ. in l. planè. 34. §. ſi duo-
bus num. 2. & in l. huiuſmodi 86. §. ſi Titio, &
Moeuio. num. 1. ff. de leg. primo, Cepoll. de ſeru.
vrb. prædio. cap. 50. num. 4. Soc. Sen. conſil. 16. nu.
58. in fin. volum 4. Ruin. conſ. 28. num. 1. volum.
2. Curt. Iun. conſil. 331. num. 66. Ant. Fum. de
coniunct. cap. 3. num. 3. cap. 7. num. 1. & cap. 11.
Soc. Iun. conſil. 150. num. 5. & 6. volu. 2. & conſ.
107. num. 12. volum. 3. Gabr. conſil. 59. num. 9.
vol. 1. Alcia. in d. l. triplici 142. num. 4. ff. verbor.
ſign. lib. 6. Parad. cap. 8. num. 2. & conſil. 40. num.
1. lib. 9. Hug. Celſ. conſil. 69. nu. 3. Pereg. de fideic.
artic. 9. num. 7. & artic. 16 num. 79. Hond. conſil.
49. num. 73. volum. 2. Menoch. de præſ. lib. 4. præſ.
86. num. 1. & præſ 149 num. 4. conſil. 198 nu. 10.
& 20. conſ. 378. num. 59 conſil. 797. num. 8. & 32.
& conſ. 1069. num. 14 & 16. Surd. conſ. 211. nu.
11. & 15. verſ. Non obſtat, Craſſ. in d. §. ius ac-
creſcendi q. 10 Vin. deciſ 406. nu. 8. & deciſ. 450.
num. 26. Forcat. in Necyo. dial. 68. num. 4. Hoto.
Ill. quæſt. 44. Et in ſpecie de vſufructu, Crott. in
d. l. re coniuncti, num. 45. Menoch. de præſ. lib. 4.
præſ. 159. num. 3. Hoto. in Epit. tit. ff. de vſufru.
accr. num. 9. De vicoque demum, Papien. in
form. lib. quo ag. ex ſubſt. in verb. breuiloce, num.
35. Craſſ. in d. §. ius accreſcendi q. 22. numer. 2.
Mouentur autem, vt ita ſentiant.

Primo, quia inter eos, qui ſolidum habent
initio, parteſq; concurſu faciunt, locum ha-
4 bet ius non decreſcendi † l. vn. §. vbi autem le-
gatarij, verſic ſin verò nemo alius C. de cadu. toll.
& ſcribunt Ang. in d. l. planè. 34. §. ſi duobus,
num. 1. ff. de leg. primo, Iaſ. in d. l. re coniuncti, nu.
111. Gul. Bened. in d. cap. Raynutius, in verb. &
vxo. nom. Adela. nu. 143. Ant. Fum. de coniunct.
cap. 4. num. 1. Ceph. conſil. 126. num. 7. Decia conſ.
61. num. 5. vol. 2. Mynſ in d. §. ſi eadem, num. 18.
Inſt. de legat. Sed re, & verbis coniuncti ſoli-
dum habent initio, parteſq; faciunt cõcurſu,
5 † vt latè oſtendimus in hoc cap. q. 32. nu. 9. & ſeqq.
Ergo inter eos debet eſſe locus iuri non de-
creſcendi.

Secundo mouentur, qui, qui partem capit
iure proprio, venit per ius non decreſcendi
6 † l. ſi mihi, & tibi. 12. in prin. & ibi not. ff. de leg.
primo, Sed re, & verbis coniuncti capiunt va-
cãtem portionem iure proprio, & tamquam
7 propriam † d. l. vn. § his ita definitis, verſ. hæc ita
tam variè C. de cad. toll. Veniunt igitur per ius
non decreſcendi.

Verùm his non obſtantibus mihi profitẽti
verior ſemper viſa fuit contraria ſententia,
ſcilicet, inter re, & verbis coniunctos eſſe pro-
priè ius accreſcendi, & in diſiunctis ſolis ius
8 non decreſcendi conſiderari. † Fuit hæc ſen-
tentia Imol. in l. ſtipulatio iſta. 38. §. eum, qui,
verſ. ſed potes dicere ff. de verb. oblig. Polit. in d. l.
re coniuncti, num. 75. verſ. Itaque in hac dubita-
tione, & num. 86. verſ & propterea, & ibi Alcia.
num. 36. 51. & 59. verſic. nec me mouet, Duar. lib.
1 de Iur. accr. cap. 11. Ant. Gon. de Iur. accr. num.
2. Cuiac in d. l. vn. §. his ita definitis, & §. vbi au-
tem legatarij. C. de cad. toll. Vueſemb. in d. §. ſi ea-
dem, num. 4. Inſt. de legat. quæ probatur.

Primo d. l. vn. §. vbi autem legatarij C. de cad.
toll vbi Iuſtinianus, qui primus omnium hoc
iuris accreſcendi, & non decreſcẽdi diſcrimẽ
obſeruauit, manifeſtè ius accreſcendi refert
ad coniunctos, ius verò non decreſcendi ad
9 diſiunctos: † nam ita loquitur, ſi quidem hoc
coniunctim relinquatur, & omnes veniant ad le-
gatum, pro ſua portione quiſq; hoc habeat, ſi verò
pars quædam ex his deficiat, ſancimus eam omni-
bus ſi habere maluerint pro virili portione cum
omni ſuo onere accreſcere; Coniunctos autem
ibi non intelligit Iuſtinianus eos, qui verbis
tantũ coniuncti ſunt, quippe, qui non habẽt
ius accreſcendi in legatis, vti verius eſſe demõ-
ſtrauimus in præced. q. nu. 26. & ſeqq. ſed intelli-
git eos, qui re, & verbis coniuncti ſunt, vt diximus
in hoc cap. q. 28. nu. 15. Quinimo, dato etiã,
quod inter verbis tantum coniunctos locum
haberet ius accreſcendi, vt eſt receptior opi-
nio, cũ tamen ille locus ſimpliciter loquatur
de coniunctis, non eſſet intelligẽdus de ſolis
verbis coniunctis, ſed de coniunctis etiam re,
10 & verbis, † vt ait Polit. in d. l. re coniuncti, nu. 86.
verſ. & propterea, quippe, qui, & ipſi coniuncti
ſunt, imo magis coniuncti, quam alij d. l. tri-
plici 142. verſ. nec dubium ff. de verb. ſign. Qua-
mobrem idem Iuſtinianus in d. § ſi eadẽ Inſt.
de legat. vbi explicat, quid ſit coniunctim le-
gare, affert exemplum coniunctorum re, &
verbis: Alioquin, ſi diceremus re, & verbis cõ-
iunctos ibi non contineri, definitionem im-
perfectam ibi poſuiſſet Iuſtinianus, nec de re,
& verbis coniunctis locutus eſſet, quod vtiq;
eſſet abſurdum. Omnimodo igitur, dum ait,
cõiunctis portionem accreſcere, loquitur de
re, & verbis coniunctis. Nec dicas, verbum,
accreſcere, quatenus ad re, & verbis coniun-
ctos refertur, ſumi impropriè, pro non decre-
ſcere, vt & alibi ſæpiùs, ſicuti demonſtrauimus
in 4 cap. q. 2. nu. 2. & in hoc cap. q. 37. nu. 2. quia,
11 cum, (ſecundum eos) propriè ſumatur † in
coniunctis verbis tantum, conſequens eſt, vt
etiam propriè ſumi debeat in coniunctis re,
& verbis, ne verbum illud reſpiciens duo de-
terminabilia difformiter illa determinet, cõ-
tra regula in l. iam hoc iure. 4. ff. de vulg. vt conſi-
derat Polit. in d. l. re coniuncti, nu. 86. verſ. & pro-
pterea. At, vbi Iuſtinianus ait, portionem non
decreſcere, manifeſtè ſe reſtringit ad diſiun-
ctos, vt apparet ex illis verbis, ſin autem diſiun-
ctim fuerit relictum, & paulo poſt, ſin vero non
omnes legatarij, quibus ſeparatim relicta ſit, &
poſtremo, ſin vero nemo alius veniat, vel venire
potuerit, tunc non vacuatur pars, quæ deficit,
nec alij accreſcit, vt eius, qui primus accepit, lega-
tum augere videatur, ſed apud ipſum, qui habet,
ſolida remaneat, nullius concurſu diminuta. Cur
igitur, quod Iuſtinianus in ipſis diſtinctionis
initijs conſtringit ad diſiunctos extendis ad
coniunctos?

Secundo verò probat hoc ipſum oneris
12 diſtinctio: nam portio † cum onere pertinet
per ius accreſcendi *d. l. vn. §. vbi autem legata-
rij, verſ. ſi verò pars*, ſine onere verò per ius
non decreſcendi *d. §. vbi autem legatarij, verſ.
ſin autem ad deficientis*, Sed ad re, & verbis con
iunctos pertinet cum onere *d. verſ. ſi verò pars.*
Ergo per ius accreſcendi.
Nec eſt, quod aliquis cauſetur, oneris pręſtationem non ideo re, & verbis coniunctis
iniungi, quod veniant per ius accreſcendi,
ſed alia ratione, nempe, quia propter ſer-
monis vnitatem onus vni adiectum cenſetur
13 etiam in alterius perſona repetitũ † *quomodo
reſpondent Bart. in d. l. re coniunctis, num. 24. &
ibi Petr. de Bel. num. 34. Iaſ. num. 111. Rip. num.
74. Bart. in l. quę conditio. 39. in prin. num. 3. ff.*
14 *de cond. & dem.* quia verius eſt, † imo cauſam
eſſe, quia non veniunt per ius non decreſcē-
di: nam oneris exemptio eſt quędam conſe-
quentia, & ſequela iuris non decreſcendi, vt
apparet *ex d. l. vn. §. vbi autem legatarij. verſ. ſin*
15 *vero nemo alius*, vbi † poſtea, quam dixit Impe-
rator, partem, quę deficit, nõ vacuari, nec di-
ſiuncto accreſcere, vt eius legatum augere
videatur, ſed apud ipſum, qui habet, ſolidam
remanere, nullius concurſu diminutam, ſu-
bijcit, *& ideo, ſi onus fuerit in perſona eius, apud
quem remanet legatum, adſcriptũ, hoc omnimo-
do impleat, vt volũtati teſtatoris pareatur, Sin au-
tẽ ad deficientis perſonam hoc onus fuerit collatũ,
hoc non ſentiat etc.* quę verba, quia ſunt illa-
tiua, denotant oneris exemptionem deduci,
& habere cauſam a iure non decreſcendi, &
ideo diſiunctos, ſic nõ debere pręſtare onus,
quia non acquirunt, ſed retinent, quod ipſum
apertiùs ſignificant illa verba ſequentia, *hoc
non ſentiat is, qui non alienum, ſed ſuum legatum
imminutum habet*: nam ex ijs, ſequitur, ſi etiã
re, & verbis coniunctus haberet non alienũ
ſed ſuum legatum imminutum, & ſic habe-
ret ius non decreſcendi, non debere eum
ſentire onus ad deficientis perſonam colla-
tum. Cum igitur ſentiat, & id pręſtare debeat,
vt latè oſtendemus in 8. cap. q. 16. num. 4. Conſe-
quens eſt, vt non habeat ius non decreſcendi
Quamobrem non immerito Politus *in d. l.
re coniunctis, nu. 86. verſ. & propterea*, ſcripſit,
hoc euitari non poſſe niſi poſita vera opinio-
ne, quod inter re, & verbis coniunctos, non
ius non decreſcendi, ſed ius accreſcendi lo-
cum habeat.
Tertio probatur hęc ſententia, quia ceſſat
in re, & verbis cõiunctis ratio propter quam
Iuſtinianus ait, diſiunctis portionem non de-
creſcere: nam hanc *in d. l. vn. §. vbi autem lega-
tarij, verſ. ſin vero non omnes, C. de cad.* rationẽ
affert, *quia ſermo teſtatoris omnibus prima facie
ſolidum aſſignare videtur, alijs ſuperuenientibus
partes a priore abſtrahentibus, vt ex aliorum
quidem concurſu prioris legatum minuatur.*
Quo fit, vt, ſi non concurrant, non augeatur
quidem, ſed nec minuatur. Hæc autem ra-
tio non procedit in re, & verbis coniun-
ctis, non, quia ſolidum initio non habeant,
*vt cenſuerunt ij, quos retulimus in hoc cap.
quaſt. 32. num. 1. Et in his terminis arguunt
Polit. in d. l. re coniunctis, num. 75. verſicul. Ita-
que in hac dubitatione, & ibi Alciat. numer. 51.*
quia contrarium eſſe verius oſtendimus *ibi*
16 *numer. 9. & ſeqq.* ſed, quia † non ſermo te-
ſtatoris prima facie ijs ſolidum aſſignat, ſed
prudentum interpretatio: nam, ſi teſtator
ita ſcripſerit, lego Titio, & Seio fundum,
Tuſculanum, nemo rectè dixerit, eum pri-
ma facie, ideſt palam, & apertè ſolidum
17 ſingulis aſſignaſſe, † *vt ſcribit Cuiac. in d. l.
vnic. §. his ita definitis, & §. vbi autem legatarij
Cod. de cad. tollend. & in l. ſi duobus. 16. quaſt. 6.
ff. de leg primo. & rectè, quicquid Anto. Fum. de
coniunct. cap. 3. num. 7. & alij cauſentur*, quia
perſonas enumerando cenſetur vnicuique
partem, non totum dediſſe *l. cui fundus. 55.
ff. de cond. & demonſtr.* Quamobrem *in l. 2. §.
cum ſingulis ff. quib. mod. vſusfruct. amitt. &
apud Caium lib. 2. Inſt. titu. 5.* aliud eſt legare
ſingulis, aliud verò coniunctim, *vt decla-
rat Cuia. in d. l. vnic. §. his ita definitis, & nos
diximus in hoc cap. quaſt. 32. numer. 11.* Sed,
quia ſanè partes non ſunt a teſtatore nomi-
natim factæ, & legatarij ſunt ab eo ſub vna
verborum conceptione vocati ad totum,
ideo prudentes ita ſunt hanc diſpoſitionem
interpretati, vt, qui poſiti ſunt in eadem
oratione, cenſeantur conſtituere vnum cor-
pus a ſingulis ſeparatum, atque diſtinctum,
quaſique corpus collectiuum, & ea ratio-
ne, quatenus conſiderantur, vt illud cor-
pus efficientes dicantur habere totum, non
partes, quia verè totum illi corpori datum
eſt, *vt latè diximus in ead. quaſt. 32. num. 32.*
Hinc fit, vt, ſi vnus deficiat, reliqui di-
cantur conſequi partem, quaſi ſuam, ſcili-
cet vniuerſaliter intelligendo, quia, ſi con-
ſiderentur, vt ſinguli, & ab illo corpore
ſeparati, atque diſtincti, non totum habent,
18 ſed partes, † *vt ſcribit Polit. in d. l. re con-
iunctis, num. 33. verſicul. reſtat, & nos dixi-
mus in d. quaſt. 32. num. 33.* &, ſi vnus deficiat,
reliqui non dicentur eius partem capere,
quaſi ſuam, ſed, quaſi alienam, & alij
relictam. Non igitur ex apertis teſtatoris
verbis, ſed ex interpretatione prudentum,
& quadam fictione totum habent, vt *dixi-
mus in eadem quaſt. 32. nu. 34. &* probant illa
*d. §. his ita definitis, verſicul. hac ita tam va-
riè*, verba, *quaſi in vnum corpus reducti
ſunt, & partem coniunctorum ſibi haredum,*
19 *quaſi ſuam praoccupant*: nam † illa dictio,
quaſi, denotat quandam fictionem, & im-
proprietatem. At verò diſiuncti non di-
cuntur habere ſolidum per interpretatio-
nem, & fictionem, ſiue vniuerſaliter, ſed
verè, & particulariter, ac, tamquam ſingu-
li, quia teſtator verbis ſuis apertè, & pa-
lam, ac, vt ait Iuſtinianus, prima facie, pri-
mo aſpectu totum ſingulis, vt ſingulis aſ-
20 ſignat, † *vt declarant Duar. d. lib. 1. de Iur.
accreſcend. cap. 11. & Cuiac. in d. l. vnic. §. his ita
definitis, & §. vbi autem legatarij Cod. de cadu.
tollend.* Qua ratione fit, vt, ſi collegatarius
deficiat, dicatur alter retinere ſuum, non,
quaſi ſuum legatum *in d. §. vbi autẽ legatarij,
verſicul. ſin autem ad deficientis.* Quod igitur
Iuſtinianus ait, illis, qui verbis teſtatoris
ſolidum habent, non dici portionem accre-
ſcere, ſed non decreſcere, non eſt accipien-
dum de ijs, qui habent ſolidum, vt vni-
uerſi, ſed de ijs, qui habent, vt ſinguli, ideſt de
diſiunctis.

Quarto,

Quarto, vel eo magis hanc diſputando debemus amplecti ſententiam, quia alioquin, ſi communem ſequeremur, in manifeſtas cum illis incideremus repugnantias, eaſque inexcuſabiles: Primum enim *in 7. cap. quæſt.* 61. ſuſtinemus cum communi, eos, qui veniunt per ius non decreſcendi, non excludi etiamſi de iure ſpeciali, & contra teſtatoris voluntatem ad ſuam portionem admittantur, contra verò excludi, ſi veniant per ius accreſcendi, *vt ibidem oſtendemus*, Et tamen certum eſt, excludi, ſi ſint re, & verbis coniuncti, vt probat *l. mulieri, & Titio 73. ff. de cond. & demonſt.* quæ de huiuſmodi coniunctis loquitur, cum ita oportuerit locutum eſſe teſtatorem in eius legis ſpecie, lego mulieri, & Titio vſumfructum fundi Tuſculani, ſi non nupſerit mulier, quo caſu legatarij ſunt re, & verbis coniuncti, *vt oſtendimus in hoc cap. quæſt. 25. num. 21. & ſeqq.* Ergo etiam re, & verbis coniuncti veniunt per ius accreſcendi, non verò per ius non decreſcendi. Secundo ſuſtinemus cum communi, legatorum contributionem indiſtinctè fieri, quoties pars obuenit hæredi per ius non decreſcendi, cum diſtinctione verò, quoties per ius accreſcendi, *vt dicemus in 9. cap. quæſt. 45. num. 21. & ſeqq* Et tamen ex eadem communi opinione conſtat in re, & verbis coniunctis non fieri contributionem, niſi portio non grauata accedat grauatæ, *vt oſtendemus ibi num. 21. & ſeqq.* quod eis pars accedat cum onere, *vt dicemus in 8. cap. quæſt. 16. num. 4.* Ergo etiam ſecundum communem opinionem re, & verbis coniuncti non conſequuntur partem vacantem per ius non decreſcendi, ſed per ius accreſcendi: Tertio cenſent communiter, in contractibus, licet non habeat locum ius accreſcendi, habere tamen locum ius non decreſcendi, *vt referemus in 6. cap. quæſt. 32.* Et tamen in hac ſpecie, mihi, & Titio decem, quo caſu tractatur de re, & verbis coniunctis, cum vna ſumma communiter ſit duobus promiſſa, non factis partibus, *vt patet ex ijs, quæ diximus in hoc cap. quæſt. 25. num. 21.* fatentur, Titium mihi facere partem, & conſequenter impedire, ne totum conſequar, quod, & Pomponius diſertis verbis ait *in d. l. ſi mihi, & Titio. 110. ff. de verbor. obligat.* Ergo etiam ſecundum eos inter re, & verbis coniunctos non habet locum ius non decreſcendi.

Quinto me maximè mouet illud, quia, niſi inter re, & verbis coniunctos ius accreſcendi verſaretur, nunquam ei locus eſſe poſſet in legatis. Atqui hoc falſum eſt, quia Iuſtinianus *in d. l. vnic. §. vbi autem legatarij Cod. de cadu. tollend.* perſpicuè vult, in legatis interdum eſſe ius accreſcendi, interdum ius non decreſcendi. Ergo falſum eſt, & antecedens. Maior illa probatur, quia triplex tantum eſt teſtamentaria coniunctio, realis, verbalis, & mixta, *d. l. triplici. 142. ff. de verbor. ſignif.* Realis non parit ius accreſcendi, ſed ius non decreſcendi *d. l. vn. §. vbi autem legatarij, verſicul. ſin vero nemo alius Cod. de cadu. tollend. & diximus in hoc cap. quæſt. 37. num. 5.* Verbalis autem ſecundum veriorem ſententiam, quam nos diſputando, & profitendo amplexi ſumus, nec ius accreſcendi parit, nec ius non decreſcendi, *vt oſtendimus in quæſt. præced. num. 26 & ſeqq.* Ergo, ſi inter re, & verbis coniunctos non eſt propriè ius accreſcendi, nullo id caſu ſibi locum vindicabit, quod abſurdum eſt, *vt ſupra diximus*. Magis igitur eſt, vt ſecundum Iuſtiniani diſtinctionem ius accreſcendi locum habeat inter coniunctos, ideſt eos, qui re, & verbis coniunguntur, ius verò non decreſcendi inter diſiunctos, ſiue coniunctos re. Et ita diſputando verius eſſe profitemur.

Cui ſententiæ non obſtant contraria: Ad primum enim reſpondeo, non ad omnes, qui ſolidum habent initio, parteſque faciunt concurſu, ius non decreſcendi pertinere, ſed
21 ad eos tantum, † qui ſolidum habent ex apertis verbis teſtatoris, ideſt, quibus, vt ſingulis teſtator ſolidum reliquit; Re autem, & verbis coniunctos non habere ſolidum ex apertis verbis teſtatoris, ſed per quandam interpretationem, quia totum habent, non vt ſinguli, ſed, vt vniuerſi, & coniuncti, *vt oſtendimus in 3. fundamento*, ideoque ad eos ius non decreſcendi non pertinere.

Ad ſecundum verò ſimili modo reſpondeo, eos tantum habere ius non decreſcen-
22 di, † qui verè totum habent proprio iure, ideſt, quibus, vt ſingulis teſtator ſolidum aſſignauit; Re autem, & verbis coniunctos, non verè, ſed per quandam fictionem habere ſolidum, *vt ibi demonſtrauimus*, ideoque non habere ius non decreſcendi.

Secundus caſus eſt, quando portio deficit poſt acquiſitionem, & tractamus de vſufructu, Et tunc fatentur omnes habere lo-
23 cum ius accreſcendi, † *vt Bartol. in d. l. re coniuncti, num. 24 & ibi Petr. de Beſu. numer. 34. Papien. in form. lib qu. ag. ex ſubſt in verb. breuiloci, num. 35. Ant. Fum. de coniunct. cap. 6. nu. 2.*
24 idque dubio caret, † ſecundum eam ſententiam, quam nos amplexi ſumus. Cœterùm poſita communi, quæ vult, in vſufructu coniunctim relicto locum eſſe iuri non decreſcendi ante acquiſitionem, verius eſt, idem, & poſt acquiſitionem eſſe dicendum, quia, licet decreuerint legata præterita, non tamen cenſeri poſſunt decreuiſſe futura, *ſecundum ea, quæ diximus in hoc cap. quæſt. 37. num. 16.*

Tertius denique caſus eſt, quando portio deficit poſt acquiſitionem, & tractamus de proprietate, Et tunc ſimiliter fatentur omnes, ſi portio accreſcat, quod certis dumtaxat caſibus admittitur, locum habere ius accreſcendi, non verò ius non decreſcendi, Et hoc ad exemplum coniunctorum re tãtum, inter quos, & coniunctos re, & verbis nihil
25 in hac re ſtatuunt eſſe diſcriminis, † *vti videre eſt apud Bartol. in d. l. re coniunctis, numer. 24 & ibi Petr. de Beſu. num. 34. Bald. in d. l. vnic. §. cum autem num. 1. Cod. de cadu. tollend. Bartol. Cepoll. in tracta. de ſeruit. vrb. prædio. cap. 50. num. 4.* Sed, & hic idem eſt dicendum, quod
26 & in præcedenti caſu, nam † poſita noſtra ſententia res caret dubio, poſita verò communi repetenda ſunt omnia, quæ de re tantum coniunctis diximus, *in eadem q. 37. nu. 17, & ſeqq.*

& ſeqq. nam omnia poſſunt ad re, & verbis coniunctos accommodari.

Sanè olim non erat locus iuri accreſcendi inter re, & verbis coniunctos, quibus aliquid
27 per damnationem legabatur, † ſcilicet, quia non concurſu, ſed initio partes habebant, *vt diximus in hoc cap. quæſt. 32. num. 24. & in q. præced. num. 58. & latius dicemus in 6. cap. q. 20. num. 25. & ſeqq.* Sed hodie ſublato Iuſtiniaſi conſtitutione legatorum diſcrimine, magis eſt, vt, etiam ſi per damnationem res coniunctim legetur, ſit inter legatarios ius accreſcendi *d. l. vnic. §. vbi autem legatarij, verſ. nos autem Cod. de cad. toll. & nos dicemus in eodem 6. cap. quæſt. 20. nu. 28.* Et hęc de coniunctis re, & verbis.

SVMMARIVM.

1 *Ius accreſcendi non habet locum inter coniunctos coniunctione legali, niſi in hæreditate, & vſufructu, & num. 2. & 3.*
4 *Ius accreſcendi locum habet inter condominos, ſiue coniunctos coniunctione legali in hæreditate, Fallit, vt num. 5.*
6 *Ius accreſcendi locum habet inter hæredes, in quos tranſmiſſa eſt hæreditas beneficio iuris deliberandi.*
7 *Aditio intra annum facta ab vno ex hæredibus, in quos tranſmiſſum eſt ius deliberandi, an, & quando proſit alijs.*
8 *Legatum communi ſeruo adſcriptum ab vno ex condominis in extranei teſtamento neutri debetur.*
9 *Legatum ſibi, & Titio, ſi quis adſcripſerit, totum Titio debetur, & cur, num. 10.*
11 *Legatum relictum ſeruo communi, ſi alter ex condominis ſit incapax, totum alteri debetur, & cur, num 14. Declara, vt num. 12. & 13.*
14 *Seruus communis totum acquirit domino capaci perinde, atq; ſi eius ſolius ſeruus eſſet.*
15 *Ius non decreſcendi locum habet inter condominos, Sed contra num. 16.*
17 *Declaratur l. & Proculo. 20. ff. de leg. 2. & num. ſeqq.*
18 *Declaratur l. 1. §. 1. ff. de vſufruct. accr. & num. ſeqq.*
20 *Antinomia an dentur in iure ciuili, & numer. ſeqq.*
23 *Proculianorum, & Sabinianorum ſectę, & diſſidia, & num. 49.*
27 *Ius accreſcendi locum habet inter condominos in legato vſusfructus, non etiam in legato proprietatis, & cur, num. 30. & ſeqq. vſque ad num. 50.*
28 *Ius accreſcendi non habet locum inter coniunctos coniunctione legali in legatis, ſiue ſucceſſionibus particularibus.*
29 *Ius accreſcendi non habet locum inter coniunctos coniunctione legali.*
33 *Acquiſitio per ſeruos ita fit, vt, ne momento quidem res maneat in perſona ſerui.*
34 *Seruus eſt incapax eorum, quæ ſunt iuris.*
35 *Facti, quæ ſunt, non tranſeunt ad dominum.*
36 *Facti, quæ ſunt, manent in perſona ſerui, & num. 44.*
37 *Seruus eſt capax eorum, quæ ſunt facti.*
38 *Seruus eſt capax naturalis obligationis.*
39 *Obligatio naturalis eſt facti.*
40 *Seruus eſt capax detentionis, ſiue poſſeſſionis corporalis.*
41 *Poſſeſſio corporalis eſt facti.*
42 *Seruus eſt capax annui legati.*
43 *Legatum annuum facti magis, quam iuris eſt.*
45 *Dominium eſt ius.*
46 *Vſusfructus eſt ius.*
47 *Vſusfructus conſiſtit in facto, id eſt, vtendo fruendo.*
50 *Declaratur l. inter omnes. 47. ff. de furt.*
51 *Hæres grauatus ſeruo communi duorum hæreditatem reſtituere, non poteſt ab vno cogi, niſi in totum cogatur, & cur, num. 52.*
53 *Hæres grauatus hæreditatem duobus reſtituere, non poteſt ab vno cogi, niſi paratus ſit totam hæreditatem recipere.*
54 *Ius accreſcendi locum habet inter condominos in legato proprietatis, ſi teſtator hoc voluerit.*
55 *Ius accreſcendi locum habet inter condominos, ſi fuerint a teſtatore nominati, Declara, vt num. 56. & ſeqq.*
58 *Ius accreſcendi non habet locum inter hæredes legatarij, & cur, num. 59. & ſeqq.*
60 *Declaratur l. legatarius. 78. in prin. ff. de leg. pri.*
62 *Ius accreſcendi non habet locum inter hæredes, qui retinent vſumfructum fundi, cuius nuda proprietas alteri legata fuit.*
63 *Ius accreſcendi locum habet inter coniunctos coniunctione legali venientes contra teſtamentum.*
64 *Ius accreſcendi locum habet inter coniunctos coniunctione legali venientes ab inteſtato.*
65 *Ius accreſcendi locum habet inter ſucceſſores ſtatutarios.*
66 *Coniuncti coniunctione legali in ſucceſſionibus legitimis veniunt per ius non decreſcendi, Sed contra, num. 67.*

An, & quando ius accreſcendi locum habeat inter coniunctos coniunctione legali.

Quæſtio Quadrageſima.

QVarto de coniunctis coniunctione legali videndum eſt, nunquid inter eos iuri ſit accreſcendi locus. Et noſtri quidem paſſim, & communiter tradiderunt, regulariter non eſſe, niſi in hęreditate,
1 & vſufructu. † *Ita enim per l. & Proculo. 20. ff. de leg. 2. l. ſeruus communis ab extero. 66. ff. de acq. hęred. & l. 1. §. 1. ff. de vſufr. accr. ſcripſerunt gloſſ. in d. l. ſeruus communis, in verb. accreſcunt, & ibi Bart. ff. de acq. hæred. Bart. in d. l. re coniuncti, num. 59. & ibi Crott. num. 123. & ſeqq. Polit. num. 91. & 94. Io Gaud. num. 2. Alcia. num. 35. & 61. Bart. in d. l. & Proculo, Bald. in l. vn. num. 20. C. quand. non pet. part. Ang. in l. teſtamento. 6. num. 2. C. de impub. & al. ſub. & in l. communis ſeruus. 5. ff. de ſtip. ſeru. Ang. de Gamb. de teſtam. gloſſ. 42. num. 2. Ant. Fum. de coniun. cap. 21. nu. 1. Duar. lib. 1. de Iur. accr. cap. 13. Did. Spin. in ſuo Specul. teſta. gl. 9. num. 25.* Et ita etiam ſenſiſſe videntur, qui dixerunt, legalem coniunctionem non parere ius accreſcendi alterutram exceptionem ſubijcientes, id eſt, niſi in hęreditate, ſiue ſucceſſione vniuerſali,
2 † *vt Iaſ. conſil. 61. in prin. volum. 3. Corn. conſil. 324. num. 3. volum. 4. Franch. deciſ. 63. num. 5.*

Neco.

Nico. Bello. conſil. 83. num. 16. vel, niſi in vſu-
3 fructu, † Sed, quoniam hęc traditio ma-
gnam in ſe continet ambiguitatem, propte-
rea quòd valde dubitatur, an ſit vera, ideo
pro eius excuſſione ſeparatim nobis erit diſ-
piciendum, Primo de ea coniunctione, quam
noſtri (tametſi non propriè) conſiderant in
teſtamento. Secundo de ea, quam conſide-
rant contra teſtamentum. Tertio demum de
ea, quam ab inteſtato.

Et in prima quidem coniunctionis ſpecie
conſtat varios ſolere diſtingui caſus, quo-
rum.

Primus, eſt, quando tractatur de hæredita-
te, Et tunc certi iuris eſt, inter condominos
hęredis inſtituti, ſiue, vt aiunt noſtri, inter
coniunctos legali coniunctione locum ha-
bere ius accreſcendi, ne teſtator decedat pro
4 parte teſtatus, & pro parte inteſtatus. † *Ita
enim per l. ſeruus communis ab extero. 66. ff. de
acquir. hæred. ſcripſerunt omnes, quos retulimus
ſupra num. 1. & 2. Et ſimpliciter de hæreditate
loquentes, Bald. ibi, num. 1. & Caſtrenſ. num.
1. Bartol. in l. pater filium. 14. num. 9. & ibi Rub.
num. 123. ff. de inoff. Bart. in l. 3. §. vltim. num.
1. ff. de bon. poſſ. Bald. in l. hac edictali. 6. in prin.
num. 25. Cod. de ſecun. nupt. Imol. in l. commu-
nis ſeruus. 5. num. 6. ff. de ſtip. ſeru. Port. in d. §. ſi
eadem nu. 1. Inſt. de legat. Seb. Sap. in l. teſtamen-
to. 6. num 6. C. de impub. & al. ſubſt. Dec. in l. vn.
in prima lect. num. 4. & in 2. num. 24 C. quand.
non pet. part. Crau. conſil. 927. num. 4. Gomez.
tom. 1. var. reſol. cap. 10. num. 28. Menoch. conſil.
50. num.* 10. Vnde, ſi ſimus in caſibus, in
quibus non eſt abſurdum, quem decedere
pro parte teſtatum, & pro parte inteſtatum,
*quos referemus in hoc cap. quæſt. 41. num. 10. &
ſeqq. & in cap. 10. quæſt. 16. num. 15. & ſeqq.*
non habebit inter condominos locum ius
5 accreſcendi, † quia ceſſat tunc ratio, quæ
in hæreditate facit inter eos iuri accreſcendi
locum. Hæc autem, quæ de condominis di-
cuntur, ſolent a noſtris trahi ad tranſmiſſa-
rias: nam, ſi hæres inſtitutus tranſmiſerit ius
deliberandi in plures hęredes *ex l. cum in
antiquioribus. 19. Cod. de iur. delib.* & ex ijs
vnus intra annum adierit partem ſuam, alij
verò non adierint, horum portiones adeun-
ti accreſcent, quia, licet huiuſmodi hæredes
ſint coniuncti coniunctione legali, eo, quod
a perſona vnius a teſtatore inſtituti peruenit-
tur ad plures, eo tamen ipſo, quod tractatur
de hęreditate, ſequitur inter eos locum ha-
6 bere debere ius accreſcendi, † *ſecundum ea,
quæ ſupra diximus. Ita ſcribit Bartol. in l. qui
duos. 10. in prin. num. 14. ff. de reb. dub. & in
l. cum ſolus. 67. in fin. ff. de acquir. hæred.* Planè,
ſi poſt annũ alij cohęredes adierint, vel adi-
re voluerint principalis hęreditatis partes ſi-
bi delatas, & quæramus, an ita adeundo con-
ſequi poſſint etiam partes hæreditatis tranſ-
miſſæ, receptum eſt, multum referre, vtrum
is, qui intra annum adiuit virtute iuris deli-
berandi, adierit totam hęreditatem, an verò
ſolum partem ſuam: nam, ſi totam, proderit
talis aditio etiam cohęredibus ſuas portio-
nes etiam poſt annum adeuntibus. Cæte-
rùm, ſi ſuam tantummodo portionem adi-
uit, magis eſt, vt alij repellantur a portioni-
bus tranſmiſſis, & illæ cenſeantur cohęredi,
7 qui adiuit, accreuiſſe. † *Ita diſtinguit Bartol.
in d. l. qui duos. 10. in prin. num. 15. ff. de reb. dub.
& in d. l. cum ſolus 67. in fi. ff. de acquir. hæred. &
poſt eum Crott. in d. l. re coniuncti, num. 155.
verſic. Nono.*

Secundus caſus eſt, quando tractatur de le-
gatis, & fideicommiſſis, & ſumus in caſibus,
in quibus ob delictum vnius ex condominis
legatum communi ſeruo relictum habetur
pro non ſcripto, vt, cum alter ex dominis
adſcripſit communi ſeruo legatum in ex-
tranei teſtamento, Et tunc, quia Senatuſ-
conſulto Claudiano ſerui nomen, quaſi fal-
ſum ſubducitur, ideo nihil condomino debe-
8 tur † *l. filius emancipatus. 14. verſicul. ſequens ff.
ad l. Corn. de falſ. & ſcribunt Bartol. in d. l. re
coniuncti, num. 59. & ibi Crott. num. 124. verſ.
3. Alciat. nu 61. Cuiac. in l. ſi duobus. 16. ff. de
leg. primo, & in d. l. filius emancipatus. in 22.
lib. quæſt. Paul. & in not. ad Paul. lib. 3. ſent.
titul. 6. §. ſi quis ſibi.* Nec eſt contrarium,
quod, ſi quis ſibi, & Titio legatum adſcribat,
9 totum Titio debetur † *d. l. filius emancipatus
14. verſic. ſequens ff. ad l. Corn. de falſ. Paul. d.
lib. 3. ſent. titul. 6. §. ſi quis ſibi, & ibi Cuiac.
in not. Baldui. in d. §. ſi eadem num. 18. Inſt. de
legat.* quia longè alia eſt huius, alia illius
10 ſpeciei ratio: nam † in ſuperiore ſpecie le-
gatum vni adſcriptum eſt, nempè ſeruo,
quo ſubducto, nulla perſona ſupereſt, cui
cenſeri poſſit relictum. Vnde fit, vt domi-
nus ad id venire nequeat, quippe, qui non
vocatur ad legatum, quaſi ad ſibi relictum,
ſed, quaſi ad relictum ſeruo. At in poſterio-
re caſu legatum duobus adſcriptum eſt, &
vnus tantum ſubducitur, nempè is, qui le-
gatum adſcripſit, & ideo, quia ſupereſt le-
gatarius, nempè Titius, cui legatum in te-
ſtamento fuit vtiliter relictum, vocatur is,
non ſolum ad partem ſibi relictam, ſed etiam
ad partem ſocij non capientis, quippe, quę
communi iure capienti accreſcit. *Ita Cuiac.
in not. ad Paul. d. lib. 3. ſent. tit. 6. §. ſi quis ſibi, &
ad d. l. filius. 14. in prin. ff. ad l. Corn. de falſ. in
22. lib. quæſtio. Paul.*

Tertius caſus eſt, quando legatum com-
muni ſeruo relictum ab initio non conſtitit
in perſona vnius ex condominis, non ob
eius delictum, ſed propter aliam cauſam, pu-
ta, quia fuit relictum ſeruo teſtatoris, & Ti-
tij, vel ſeruo Titij, & hæredis, Et tunc verius
eſt, quod alteri ex dominis acquiri non po-
11 teſt, totum ad alterum pertinere. † *l. Plau-
tius 49. in prin. ff. ad l. Falcid. l. verum. 64. §. ſi
ſeruo ff. pro ſoc. l. ſi eroſ. 11. verſicul. nam, &,
cum ſeruo ff. de opt. leg. & ſcribunt Bartol.
in l. proinde. 7. §. 1. ff. de ſtip. ſeru. Caſtrenſ. in d.
l. & Proculo. 20. num. 2. ff. de leg. 2. Ant. Fum.
de coniunct. cap. 21. num. 1.* non per ius accre-
12 ſcendi, † *vt putarunt Bartol. in d. l. re coniun-
ctis, num. 59. & ibi Crott. num. 124. verſicul. 3.
Alciat. num. 61. Rub. in d. l. pater filium. 14.
num 185. ff. de inoff. teſt. Perall. in d. l. & Pro-
culo. 20. numer. 12. ff. de legat. 2.* ſed iure pote-
13 ſtatis, & ex natura acquiſitionis, † *vt re-
ctius cenſuerunt Polit. in d. l. re coniuncti,*

 num.

numer. 91. *& Donell. lib.* 10. *comm. cap.* 23.
14 Nam † ſeruus communis duorum perſonam
ſuſtinet, eiuſque conditionis eſt, vt in eo,
quod vni ex dominis acquirere poteſt, alteri
verò non poteſt, perinde habeatur, ac, ſi eius
ſolius eſſet, cui poteſt acquirere *l.* 1. *§. communis
ſeruus ff. de ſtip. ſeru.* Quo fit, vt ei, quaſi ſoli
domino totum acquirat *l. proinde.* 7. *§. vltim.
cum.* 2. *ll. ſeqq. ff. de ſtip. ſeru. §. vltim. Inſt. eod.
& ſcribunt Ang. in l. communis ſeruus.* 5. *& ibi
Imol. num.* 7. *ff. eod. Rub. in d. l. pater filium.* 14.
nu. 188. *ff. de inoff. Duar. lib.* 1. *de Iur. accreſcend.
cap.* 13. *Peralt. in d. l. & Proculo.* 20. *num.* 11.
ff. de leg. 2. *Donell. d. lib.* 10. *comm. cap.* 23.

Hinc inferunt plerique, licet inter condominos,
ſiue, vt noſtri loquuntur, inter coniunctos
coniunctione legali non habeat locum
ius accreſcendi in legato proprietatis,
vt dicemus infra num. 27. habere tamen lo-
15 cum ius non decreſcendi, † *vti videre eſt apud
Ang. in d. l. communis ſeruus.* 5. *ff. de ſtip. ſeru.
Alcia. in d. l. re coniunctis, num.* 92. *verſicul.
certior, Peralt. in d. l. & Proculo, num.* 35.
16 Sed eſt verius, † totum ad condominum pertinere,
non per ius accreſcendi, nec per
jus non decreſcendi, ſed iure poteſtatis, &
ex acquiſitionis natura, *vt diximus ſupra
numer.* 13. nam, quia ſeruus communis,
qui mihi ſoli acquirere poteſt, perinde habetur,
ac, ſi meus tantum eſſet, ideo fit,
vt totum mihi, quaſi ſoli domino iure poteſtatis
acquirat. Planè in contractibus, an
idem iuris ſit, ſi communis ſeruus ab vno
ex dominis ſtipuletur, vel acquirat dicemus
in 6. *cap. q.* 34. vbi latè totam hanc tractationem
proſequemur.

Quartus caſus eſt, quando legatum communi
ſeruo relictum ab initio conſtitit in
vtriuſque domini perſona, ſed poſtea, vel
repudiatione, vel alia de cauſa pars vnius
vacare cœpit, Et tunc, an ea pertineat ad
condominum, magna ſolet eſſe dubitatio,
propterea, quod in hac re videntur inter ſe
17 veteres Iuriſprudentes diſſenſiſſe: Nam † *in
l. & Proculo.* 20. *ff. de legat.* 2. Celſus, *Et
Proculo placebat*, inquit, *& a patre ſic accepi,
quod ſeruo communi legatum ſit, ſi alter
dominorum omitteret, alteri non accreſcere: Non
enim coniunctim, ſed partes videri legatas: nam,
ſi ambo vindicarent, eam quemq; legati partem
habiturum, quam in ſeruo haberent.* Contra
18 verò Iulianus, † quem *in l.* 1. *§.* 1. *ff. de vſufr.
accreſcend.* refert Vlpianus, *Quæritur*, inquit,
*ſi communi ſeruo vſusfructus ſit relictus,
& vtriq; domino acquiſitus, an altero repudiante,
vel amittente vſumfructum, alter totum habeat,
Et putat, ad alterum pertinere, &, licet dominis,
non æquis partibus, ſed pro dominicis acquiratur,
tamen perſona eius, non dominorum
inſpecta, ad alterum ex dominis pertinere,
non proprietati accedere.* Itaque videntur manifeſtè
diſſenſiſſe, adeo, vt Cuiacius *in
Parat. ff. de vſufruct. accreſc. & ad l.* 2. *ff. eod.
tract.* 5. *ad Apbr. & in l. ſi duobus* 16. *ff.*
19 *de legat. primo*, arbitratus ſit, † non eſſe laborandum
in inuenienda conciliatione, quod
in hac re Celſus cum Iuliano non conſenſerit.
Et ſanè, quamuis Iuſtinianus *in l.* 1.
§. nulla & l. 2. *§. contrariam C. de vet. iur. enucl.*
profeſſus ſit, nullam in iure noſtro legum
diſſonantiam, & contrarietatem reperiri,
20 † fortaſſis ita perſuaſus a Triboniano, qui
nimium ſuæ memoriæ, ſuæque prudentiæ
confidebat, longo tamen vſu, iugique ſtudio,
& aſſidua totius corporis ciuilis relectione
fuit a pleriſque grauiſſimis viris obſeruatum,
adhuc hodie ſupereſſe veterum prudentium
contrarias ſententias, & antino-
21 mias, † *vti videre eſt apud Buda. in annot. ad
Pand. in l. vltim. ff. AEdedil. ed. Copum Pariſien.
in tract. de fructib. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 4. *&* 5.
Conna. lib. 7. *comm. iur. ciu. cap.* 15. *num.* 15.
Cuiac. in l. ſi a patre. 5. *Cod. de cond. indeb. &
alios paſſim*, quod vix ſit, vt aliter euenire
22 potuerit: nam, † cum Romæ Proculiani,
& Sabiniani veluti duas in ſectas diuiſi mi-
23 rum in modum inter ſe diſſiderent, † *vt apparet
ex l.* 2. *§. poſt hunc ff. de orig. iur. l.* 1. *ff. de
contr. empt. l. adeo.* 7. *§. cum quis ff. de acquir. rer.
dom. l. illud.* 43. *ff. de pet. hæred. l.* 3. *§. Neratius
ff. de acquir. poſſ. l.* 2. *ff. pro derel. & alijs innumeris
locis*, & ex eorum commentarijs, ac voluminibus
collecti ſint a compilatoribus 50.
Digeſtorum libri, vix fieri potuit, quin, cum
ſub vno titulo Proculi puta ſententiam retuliſſent,
ſub alio poſtea remotiore collocarint
illi contrariam alicuius Sabiniani opinionem,
vel obliti eius, quam ſupra poſuerant,
vel, quod a diuerſis compilatoribus excerpta
ſint capita Digeſtorum. Cuius rei
multa cernuntur in Pandectis veſtigia, quæ
a varijs Anteceſſoribus obſeruata ſunt, &
inter ea putat Cuiacius referendam eſſe ſpe-
24 ciem, de qua loquimur, quia Celſus, † qui
Proculianus erat *l.* 2. *§. vltim. ff. de orig. iur.*
Proculi ſententiam refert a patre ſuo probatam.
Itaque, dum ait, *Et Proculo placebat,
& a patre ſic accepi*, tacitè videtur innuere,
contrarium placuiſſe Sabinianis. Quamo-
25 brem Iulianus, † qui Sabinianus erat *d. l.* 2.
§. vltim. ff. de orig. iur. contrarium aperte probat
in d. l. 1. *§.* 1. *ff. de vſufruct. accreſcend.* reſpondendo
rationi, qua mouetur Proculus:
nam ideo Proculus negat, inter condominos
eſſe ius accreſcendi, quia non coniunctim,
ſed partes videntur legatæ, ideſt, quia condomini
non faciunt partes concurſu, ſed eas
habent initio: nam, ſi facerent concurſu, haberent
æquas, cum alioquin dominicas tantum
conſequantur, *vt expoſuimus in hoc cap.
quæſt.* 17. *num.* 29. *& ſeqq.* Huic autem rationi
reſpondet Iulianus, *licet dominis non æquis partibus,
ſed pro dominicis acquiratur, tamen perſona
eius, non dominorum inſpecta ad alterum
ex dominis pertinere, non proprietati accedere*,
quaſi dicat, licet non ſint coniuncti, cum
legatum eis, non æquis partibus, ſed pro dominicis
acquiratur, debent tamen habere ius
accreſcendi, non inſpecta perſona propria,
ſed inſpecta perſona ſerui. Nec obeſſe
videtur, quod Iulianus loquatur de vſufructu,
quia, cum Celſus loquatur generaliter,
ſiue indefinitè, de legato, vt apparet ex illis
verbis, *quod communi ſeruo legatum ſit*, videtur
eius dictum etiam ad legatum vſusfructus
pertinere.

Sed

Sed, quicquid ſit in alijs iuris articulis, in
hac parte nulla ſubeſt neceſſitas, quæ nos co-
26 gat fateri antinomiam; † Species enim ſunt
diuerſæ: nam Celſus ſimpliciter de legato
loquitur, Iulianus verò de legato vſusfru-
ctus, ex qua diuerſitate colligere poſſumus,
aliquid ſubeſſe, quod diſſonantiæ querelam
diſſoluit, & aliam naturam induerit diſcor-
diæ fines effugientem, vt ait Iuſtinianus *in d.
l. 2. §. contrarium C de vet. iur. enucl.* Cum igitur
Celſus generaliter loquatur de legato, Iulia-
nus verò ſpecialiter de legato vſusfructus, &
generi per ſpeciem in toto iure derogetur *l. in
toto 80. ff. de reg. iur. l. ſeruis. 97. §. vlt. ff de leg. 3.*
Conſequens eſt, vt Celſus non ſit accipien-
dus de legato vſusfructus, ſed de alijs legatis,
nempè de legato proprietatis, vel nudæ, vel
plenæ: Differt enim (*quicquid ſenſuerit Do-
nell. d. lib. 10. comm. cap. 23.*) in hoc proprietas
ab vſufructu, quod in illa non eſt inter con-
dominos ius accreſcendi, in hoc verò contra,
27 † *vt de proprietate ſcripſerunt Bart. in l. 3. §. vlt.
num. 1. ff. de bon. poſſ. & in l. pater filium. 14 num.
9 ff. de inoff. Caſtr. in d. l. & Proculo, num. 1. Iaſ.
in l. ſi fundum ſub conditione. 83. §. ſi ſeruo, in
prin. ff. de leg. primo, & in d. l. re coniuncti, num.
51. & ibi Io: Gaud. nu. 52. verſ. licet, Gomez. tom.
1. varia. reſo. cap. 10. num. 39. De vſufructu ve-
rò Hoto. in Epit. tit. ff. de vſufr. accr. num. 15. in
fi. De vtroq; demum gl. in d. l. 1. §. 1. in verb. pro-
prietati, & ibi Ang. ff. de vſufr. accr. gloſſ. in d. l. &
Proculo, in verb. non accreſcere, & ibi Bald. &
Imol. Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 51. & ibi Rip.
num. 204. Alcia. num. 13. & 60. verſ. ſatis, Rub.
in d. l. pater filium. 14. num. 188. ff. de inoff. Ant.
Gou. de Iur. accr. num. 27. & in l. ſeruum 48. in
prin. num. 3. ff. de vulg. Henr. à Suer. in tracta de
vſufr. accr. Gomez. d. cap. 10. num. 40. & omnes,
quos retulimus ſupra num. 1.* Et ita accipiendi
ſunt, qui ſimpliciter ſcribunt, in legatis, ſiue
ſucceſſionibus particularibus non habere lo-
cum ius accreſcendi inter coniunctos con-
28 iunctione legali, † *vt Bart in d l. ſi duobus. 16.
§. vlt. num. 1. ff. de leg. primo, Bald. in d. l. hac edi-
ctali. 6. in prin. num. 25. verſ. ſed pone Cod. de ſec.
nup. Caſtr. in l. ſi duo patroni. 13. in prin. num. 5.
ff. de iureiur. Alex. in l. legatarius. 38. in prin.
num. 1. ff. de leg. primo, Port. in d. §. ſi eadem, nu.
4. & ibi Iaſ. in add. poſt nu. 20. Inſt. de lega. Rub.
in d. l. pater filium. 14. num. 113. & 185. ff. de
inoff. Fabia. de Pep. in Auth. præterea num. 102.
C. vnd. vir. & vx. Crau. conſil. 927. num. 4. Go-
mez. d. tom. 1. varia. reſol. cap. 10, num. 39. Men.
conſil. 50. num. 10. Did. Spin. in ſuo ſpec. teſt. gloſſ.
9. num. 12. Gratia. cap. 178. diſcep. forenſ. num. 5.*
vel, non habere locum ius accreſcendi inter
29 coniunctos coniunctione legali, † *vt Bartol.
in d l. re coniuncti, num. 6. Bald. in d. l. hac edi-
ctali. 6. in prin. nu. 25. Ang. in d. l. vn. §. his ita de-
finitis, num. 4. & ibi Caſtr. num. 3. in fi. C. de cad.
toll. Ang. in d. l teſtamento. 6. num. 2. C. de impub.
Imol. in l. communis ſeruus. 5. nu. 7. ff. de ſtip ſeru.
Petr. de Vbald. in tract. de Canon. Epiſco. cap. 3.
num. 6. Iaſ. in d. l legatarius. 38. num. 3. ff. de leg.
primo, Corn. conſil. 324. num. 3. vol. 4. Mareh. de-
ciſ. 677. num. 5. part. 2. Gomez. d. tom. 1. var. reſ.
cap. 10. num. 42. verſ. 2. limita, Hond. conſil. 8. nu.
50. vol. 1.* Loquuntur enim de legato proprie-
tatis, non verò de legato vſusfructus, aut de
hæreditate.

Hinc quæri ſolet, quæ ſit inter proprietatis,
& vſusfructus legatum diuerſitatis ratio. Et
quamquam variæ ſoleant rationes afferri,
30 † *vti videre eſt apud Bald in l. 1. ff. de vſufr. accr.
Ang. in d. l. teſtamento. 6. num. 2. C. de impub in d.
l. 1. §. denique ff de vſufr. accr. & in d. l. communis
ſeruus. 5. num. 1. ff. de ſtip ſeruo. Rub. in d. l. pa-
ter filium. 14. num. 188. ff. de inoff. teſta. Peralt.
in d. l. & Proculo. 30. num. 2. & ſeqq. ff. de leg. 2.
Gomez. d. tom. 1. var. reſol. cap. 10. num. 40.* non
eſt tamen ab ea recedendum, quæ colligitur
ex his Iuliani *in d. l. 1. §. 1. ff. de vſufr. accr.* ver-
bis, *tamen perſona eius non dominorum inſpecta:*
nam ex ijs intelligimus ideo inter condomi-
nos eſſe ius accreſcendi in legato vſusfructus,
quoniam in eo ſpectatur perſona ſerui, quæ
alioquin in proprietate cõſiderari nullo mo-
31 do poteſt, † *vt etiam ſimpliciter tradiderunt,
Bart. in d. l. re coniuncti, num. 59. & ibi Crott. nu.
123. Polit. num. 92. Alcia. num. 62. Imol. in d. l.
& Proculo, Rub. in d. l. pater filium. 14. nu. 188.
Ant. Gou. de Iur. accreſc. num. 27.* ſed, quoniam
hęc ratio, tamquam obſcurior, varias recipit
32 interpretationes, † *vti videre eſt apud Bald. in
d. l. 1. ff. de vſufr. accr. Polit. in d. l. re coniuncti,
num. 92. & 93. & ibi Alcia. num. 62. Ant. Fum.
de coniun. cap. 21. nu. 1. Rub. in d. l. pater filium.
14. num. 188. Ant. Gou. de Iur. accreſc. num. 27.
Duar. lib. 1. de Iur. accr. cap. 13. Cuiac. in d. l. ſi
duobus 16 ff. de leg. primo*, ideo pro eius expli-
catione de duobus nobis erit diſpiciendum,
& primo, cur non, vt in legato vſusfructus, ita
& in legato proprietatis ſerui perſona conſi-
derari poſſit. Secundo verò, cur ex eo, quod
ſerui perſona ſpectatur in vſufructu, locus in
eo ſit iuri accreſcendi, in proprietate verò
non item.

Quod igitur ad primam quęſtionem atti-
net, puto rationem eſſe ab eorum diuerſitate
ducendam, quæ ſunt iuris, aut facti, quęue
realia, vel perſonalia: nam ea, quæ ſunt iuris,
& realia, ita domino per ſeruum acquiruntur,
vt, ne momento quidem maneant in perſo-
33 na ſerui, † *l. placet. 78. ff. de acq. hæred.* quippe,
34 qui ex ſua perſona eorum incapax eſt, † *l. ac-
quiritur. 10. ff. de acq. rer. dom. §. item vobis, Inſt.
per quas perſo. nob. acq.* At verò ea, quæ ſunt fa-
35 cti, non tranſeunt ad dominum † *l. qui hæredi.
44. in prin. ff. de cond. & dem.* ſed manent in per-
36 ſona ſerui † *§. ſed, cum factum Inſt. de ſtip. ſeruo.*
quemadmodum, & ea, quę ſunt perſonalia
l. ſi ſtipulatus fuerim. 76. in prin ff. de verb. oblig.
Quamobrem dicimus, ſeruum eſſe capacem
37 eorum, quę ſunt facti, † *vti videre eſt apud
Conna. lib. 2. comm. cap. 3. num. 10. Cuiac. in l.
filiof. 18. ff. de vſu, & hab. tract. 5. ad Afr. Ant.
Fab. lib. 7. coniect. cap. 11.* puta obligationis na-
38 turalis † *l. naturaliter. 13. in prin. l. ſi, quod domi-
nus. 64. ff. de cond. indeb. l. ſerui. 13. ff. de act. &
oblig. l. hoc iure. 19. §. ſi quis ſeruo ff. de donat.*
39 quę facti eſt † *l. nec ſeruus. 42 ff. de pecul. l ſi vnus.
28. § pactus ff. de pact.* poſſeſſionis corporalis,
40 ſiue detentionis, † *l. quod ſeruus 24. ff. de acq.
41 poſſ.* quę, & ipſa facti eſt † *l. 1. §. adipiſcimur ff.
42 eod.* annui legati, ſiue alimentorum † *l. is, cui.
11. l. ſeruos 17. ff. de alim. leg. l ſeruus. 16. ff de ann.
leg. l 3. ff. de his, quæ pro non ſcrip. hab. l. ſeruo alie-
no 116. §. 1. ff. de leg. primo, l. ex parte 40. §. Sticho
ff fam. erciſ.* quippe, quod, & ipſum facti ma-
43 gis eſt, quam iuris † *l legatum, 10. ff. de cap. min.*

& generaliter, cum factum in obligatione,
vel diſpoſitione verſatur, dicimus omnimo-
44 do perſonam ſerui contineri † *d. §. ſed, cum
factum, Inſt. de ſtip. ſeruo*. Itaque ſeruum ire
debere *d. §. ſed, cum factum*, in ſeruo debere
impleri conditionem *d. l. qui hæredi. 44. in
prin. ff. de cond. & dem.* & a ſeruo debere hære-
ditatem adiri *l. 3. Cod. de hæred. inſt.* quoniam
hęc omnia facti ſunt, & merè perſonalia
ideoque non tranſeunt ad dominum, ſed
manent in perſona ſerui. Cum igitur lega-
tum proprietatis iuris ſit: continet enim do-
minium, quod eſt ius. Quamobrem ius defi-
45 nitur † *a Bart. in l. ſi quis vi. 17. §. differentia
num. 4. ff. de acq. poſſ. Alcia. in l. traditionibus. 20.
num. 24. C. de pact. Mynſ. in rub. Inſt. de rer. di-
uiſ. num. 5.* Conſequens eſt, vt illud in perſo-
na ſerui conſiſtere nullo modo poſſit, & hac
ratione non poſſit ſerui perſona in tali lega-
to conſiderari. At verò legatum vſusfructus,
46 licet ſit iuris, cum vſusfructus ſit ius † *l. 1. ff. de
vſufr. & tit. Inſt. eod. in prin.* conſiſtit tamen etiã
47 in facto, ideſt, in vtendo fruendo † *l. vn. in
prin. ff. quand. dies vſuſf. leg. ced. & ſcribit Cuiac.
in d. l. filiof. 18. ff. de vſu, & hab. tract. 5. ad Afric.*
& ideo manet etiam in perſona ſerui, qui ſi-
mul cum domino vtitur, fruitur *d. l. filiof. 18.
ff. de vſu, & hab.* Nil mirum igitur, ſi in eo per-
ſona ſerui conſiderari poſſit.

Quod verò attinet ad ſecundam, puto
48 vim rationis hãc eſſe, † quia, cum vſusfructus
non ſolum tranſeat ad dominos, ſed etiam
maneat in perſona ſerui, *vt dictum eſt*, num-
quam eius reſpectu cenſeri poteſt diuiſus, &
ideo ſeruus, in cuius perſona totus creditur
vſusfructus permanſiſſe, poteſt eum quotidie
dominis ſuis acquirere: nã vſusfructus quo-
tidie legatur, & acquiritur *l. 1. §. interdum ff. de
vſufr. accr.* Sed, cum ex dominis, in quorum
perſona dies legati ceſſit, alter deceſſerit,
& conſequenter factus ſit ratione futurorum
annorũ incapax vſusfructus, & ſeruus com-
munis duorum perſonam ſuſtineat, eiq; to-
tum acquirere ſoleat, qui capax eſt, perinde,
ac, ſi eius ſolius ſeruus eſſet *l. 1. §. communis
ſeruus ff. de ſtip ſeru.* ideo fit, vt, cum eo tempo
re, quo ſequentium annorum vſusfructus ac-
quiritur, vnicum habeat dominum ſuperſti-
tem, & capacem, ei ſoli totum vſumfructum
acquirat, & ſic, vt portio vſusfructus, quę ſpe-
ctabat ad defunctum, pertineat ad ſuperſtitẽ
inſpecta perſona ſerui. At in legato proprie-
tatis non poteſt pars vacans ad condominũ
pertinere, quoniam in eo non ſpectatur per-
ſona ſerui, ſed inſpicitur perſona dominorũ,
vt dictum eſt, & ideo, quoniam hi non ſunt
coniuncti, cum partes non habeant per con-
curſum, ideſt, æquas, ſed initio, & dominicas,
vt oſtendimus in hoc cap. q. 27. num. 29. & ſeqq.
fit, vt inter eos, tamquam omnino ſeparatos
locum non habeat ius accreſcendi. Hic, ni
fallor, verus eſt Celſi, atq; Iuliani ſenſus, &
vera eorum inter ſe conciliandorum ratio.
Nec ex eo, quod alter eſſet Proculianus, al-
ter Sabinianus, protinus ad diſſidium faten-
dum debemus proſilire, quia non ſemper in-
ter ſe diſſidebant Sabiniani, & Proculiani:
49 † nam & *in l. inter omnes. 47. in prin. ff. de furt.*
Vlpianus, *Inter omnes*, inquit, *conſtat*. inter
omnes, ideſt, tam Proculianos, quam Sabinia-
50 nos. † *vt rectè declarat Hoto. Illu. quaeſt. 30.* Nec
me mouet, quod Iulianus reſpondeat ratio-
ni Celſi, quia reſponſio non eſt generalis, ſed
conſtricta ad vſumfructum, in quo ſpectatur
perſona ſerui. Deniq; licet Celſus generaliter
loquatur, non tamen ſequitur, eum in ſpecie
vſusfructus a Iuliano diſſentire, quia, *vt ſupra
diximus*, generi per ſpeciem derogatur.

Planè interdum etiam inter condominos,
ſiue, vt alij loquuntur, inter coniunctos con-
iunctione legali locum habet ius accreſcen-
di: Primum enim, ſi quis fuerit rogatus hęre-
ditatem ſeruo communi duorum reſtituere,
& vnus ex dominis velit cogere hęredem,
vt adeat, & reſtituat, alter verò nolit, non
audietur cogere volens, niſi in totum cogat,
51 † & ſic effectu portio non cogentis accreſcet
52 cogenti, quia † idem dicitur de duobus
dominis, quod diceretur de duobus fideicõ-
miſſarijs *l. cogi 16. §. ſi ſeruo ff. ad Treb.* Cum
igitur ex duobus fideicõmiſſarijs vnus non
poſſit cogere hęredem, vt adeat, & reſtituat,
niſi totã hęreditatem recipere ſit paratus, ne
53 hęres damnum ſentiat † *l. 1. § ſed & quoties &
d. l. cogi, 16. §. ſi quis hęres inſtitutus, §. ſed, & ſi
quis, §. Mæcianus, & §. idem Mæcianus ff. ad
Trebell.* Conſequens eſt, vt idem ſit in duobus
dominis dicendum.

Secundo locum habet ius accreſcendi
inter condominos, ſi teſtator hoc voluerit,
54 † *vt ſcribit Ang. in d. l. vn. §. his ita definitis,
num. 4. C. de cad. toll.* nec ſolum, ſi expreſsè,
ſed etiam, ſi tacitè: nam, ſi duorum ſeruo le-
getur, & teſtator nomina dominorum expri-
mat in teſtamento, puta dicat, lego Titij, &
Sempronij ſeruo fundum Tuſculanum, quia
propter talem expreſſionem domini pro
æquis, non pro dominicis partibus ad legatũ
vocantur *l. ſi cõmunis ſeruus. 37. ff. de ſtip. ſeruo.*
ceſſatq; proinde ratio, propter quam negat
Proculus, inter eos eſſe ius accreſcendi *in d. l.
& Proculo*, ideo tũc etiã, inter eos licet legali
coniunctione iunctos id erit admittendum
55 † *ſecundum Crott. in d. l. re coniuncti, num. 126.*
Sed eſt, verius, in propoſita ſpecie condomi-
nos eſſe, non legali, ſed teſtamentaria con-
56 iunctione iunctos, † *vt animaduertit Alcia. in
d. l. re coniuncti num. 62.* nã teſtator dominorũ
exprimendo nomina declarat ſe eorum con-
templatione relinquere legatum. Quo fit, vt
perinde ſit, ac, ſi eis nominatim legatum
eſſet relictum. Erit igitur (*quicquid Polit. in
d. l. re coniuncti, num. 93. & Rub. in d. l. pater fi-
lium, num. 187. cenſuerint*) inter eos ius accre-
57 ſcendi, † non, tamquam inter coniunctos le-
gali coniunctione, ſed, tamquam inter eos,
qui a teſtatore iuncti ſunt

Ex ijs autem, quę de coniunctis coniun-
ctione legali diximus, inferunt noſtri paſſim,
inter hęredes legatarij, qui poſt diem legati
cedentem deceſſit, locum non habere ius
58 accreſcendi. † *Ita ſcribunt Bart. in d. l. re con-
iuncti, num. 60. & ibi Alcia. num. 64. Bald. in l.
legatarius. 38. & ibi Caſtr. num. 2. Imol. num. 3.
Alex. num. 1. Iaſ. num. 9 ff. de leg. primo, Gomez.
d. tom. 1. var. reſol. cap. 10. num. 39. & 42. verſ.
2. limita, Cuiac. in d. l. ſi duobus. 16. q. 6. ff. de leg. 1.*
59 Quod puto verum, non, quia, † ius accreſcen-
di ceſſet inter coniunctos coniunctione le-
gali, *vt in propoſito Iaſ. in d. l. legatarius. 38.*

num.

num. 3. *& alij ſupra relati exiſtimarunt* : nam
verius eſt, hos hęredes non eſſe aliquo modo
coniunctos, *uti demonſtrauimus in hoc cap. q.*
27. *num.* 16. *& ſeqq.* nec quia probetur *d. l. lega-*
tarius. 38. *in prin. ff. de leg. primo* : nam ex his
60 † Pomponij verbis, *Legatarius pro parte acqui-*
rere , & pro parte repudiare legatum non poteſt,
heredes eius poſſunt, vt alter eorum partem ſuam
acquirat, alter repudiet, non ſatis probabiliter
inferri poteſt, inter eos iuri accreſcendi locũ
non eſſe, quia longè aliud eſt dicere, legatum
ab ijs pro parte acquiri , & pro parte repudia-
ri poſſe, aliud verò negare, partem repudian-
tis ad alterum agnoſcentem pertinere : nam,
& coniunctus, qui propriam legati partem
agnouit, poteſt vacantem coniuncti partem
repudiare, quam tamẽ conſequi, ſi vellet, per
ius accreſcendi poſſet *l. vn. §. vbi autem legata-*
61 *rij C. de cad. toll.* ſed , quia † ius accreſcendi in-
ter eos tantum locum habet, qui faciunt par-
tes per concurſum , *vt oſtendimus in hoc ipſo*
cap. q. 38. *num.* 36. *& ſeqq.* Hęredes autem lega-
tarij non faciunt partes per concurſum, quia
non æquas , & viriles, ſed hęreditarias partes
conſequũtur. Non poteſt igitur inter eos ha-
bere locum ius accreſcendi . Qua ratione fit,
vt etiam inter hęredes, apud quos remanet
vſusfructus fundi , cuius proprietas alteri le-
gata fuit, non ſit ius accreſcendi, ſcilicet, quia
nec hi partes vſusfructus ęquas, ſed hęredita-
62 rias conſequuntur † *l. 2. l. 3. ff. de vſufr. accr. &*
ſcribunt Ang. in l. 1. in prin. verſ. ſexta, & in §. 1.
ff. eod. Io. Gaud. in d. l. re coniunctis, nu. 15. *Pereg.*
conſil. 59. *num.* 3. *vol.* 1. *Men. de praſ. lib.* 4. *praſ.*
159. *num.* 14. *Cuiac. in l. idem Neratius.* 4. *ff. de*
vſufr. accr. in 1. *libr. reſpon. Nerat. & nos etiam*
diximus in hoc cap. q 6. *num.* 13. Et hęc quidẽ
de ea legali coniunctione dicũtur, quam no-
ſtri conſiderant in teſtamento.

Quod, ſi tractemus de ea , quę locum ha-
bet contra teſtamentum, certi iuris eſt , inter
huiuſmodi coniunctione iunctos habere lo-
63 cum ius accreſcendi, † *vt ſcribunt Bart. in l.* 3.
§. vlt. num. 1. *ff. de bon. poſſ. & alij paſſim.* Itaque
locum habet inter eos , qui vocantur ad que-
relam *l. ſi ponat* 23. *§. vlt. ff. de inoff. & dicemus*
in 6. *cap. q.* 30. vel ad bonorum poſſeſſionem
contra tabulas *l. ſi duobus.* 12. *ff. de bono. poſſ.*
contr. tab. & dicemus in eodem 6. *cap. q.* 2. *num.* 3.
vel ad ſimiles cauſas, in quibus nulla, niſi le-
galis coniunctio conſiderari poteſt .

Denique, ſi tractemus de ea coniunctione
legali, quę conſideratur ab inteſtato , certi
quoq; iuris eſt , inter coniunctos huiuſmodi
coniunctione locum habere ius accreſcendi,
64 † *vt ſcribunt Bart. in d. l.* 3. *§. vlt. num.* 1. *ff. de bon.*
poſſ. & in d. l. re coniunctis, num. 61. *& ibi Alcia.*
num. 64. *Ioan. Gaud. num.* 3. *Gul. Ben. in d. cap.*
Raynutius , in verb. & vxorem nomine Adela-
ſiam, num. 113. *Craſſ. in d. §. ius accreſcendi q.* 32.
num. 1. *Men. conſ.* 50. *num.* 9 ſiue ſuccedatur de
iure ciuili *l. ſi ex pluribus.* 9. *ff. de ſuis, & legit. l.* 1.
§. ſi nemo ff. ad Tertul. §. vlt. Inſt. de Orſic. & nos
dicemus in eodem 6. *cap. q.* 1. *num.* 3. ſiue de iure
prętorio *l. vn. C. quand. non pet. part. & dicemus*
in eodem cap. q. 2. *nu.* 5. & de iure ciuili , ſiue le-
65 ge , ſiue ſtatuto , † *vt ſcribunt Crau. conſ.* 927.
num. 4. *Hond. conſil.* 2. *nu.* 31. *& conſil.* 8. *num.* 8.
vol. 1. *Menoch. d. conſil.* 50. *num.* 7. *Quicquid cen-*
ſuerit Hond. d. conſ. 8. *nu.* 60. *& ſeqq. volu.* 1. ſiue
conſuetudine, *ſecundum ea, quæ dicemus in eo-*
dem 6. *cap. q.* 1. *num.* 5.

Planè de illo dubitari poteſt, an , quod in-
ter legali coniunctione iunctos locum habet
in legitimis ſucceſſionibus , ſit ius accreſcen-
di, an verò ius non decreſcendi. Et frequen-
tiùs quidem traditur eſſe ius non decreſcẽdi,
66 † *vti videre eſt apud Alcia. lib.* 4. *Parad. cap.* 8.
num. 3. quippe, cui locus eſt inter eos, qui ſoli-
dum habent initio, *vt tradunt omnes , quos re-*
tulimus in q. praced. num. 4. quales ſunt legiti-
mi ſucceſſores, *vt diximus in hoc cap. quaſt.* 33.
num. 2.

Sed ex ijs, quę diximus *in q. pręced. num.* 8.
& ſeqq. facilè eſt intelligere , contrarium eſſe
67 verius : † nam , quia legitimi ſucceſſores ma-
gis re, & verbis , quam re tantum coniunctis
aſſimilantur, *vt oſtendimus in q.* 27. *num.* 46. *&*
ſeqq. & inter re, & verbis coniunctos non , niſi
ius accreſcendi locum habet, *ſecundum verio-*
rem ſententiam , quam diſputando ſuſtinuimus
in q. praced. num. 8. *& ſeqq.* ideo fit, vt etiam in-
ter eos , qui ab inteſtato vocantur ad ſucceſ-
ſionem ſolum ius accreſcendi locum habe-
re poſſit .

Nec eſt contrarium , quod habeant initio
ſolidum, quia non habent id , vt ſinguli, ſed,
vt vniuerſi, cum alioquin ius non decreſcen-
di non, niſi inter eos locum habeat , qui ſoli-
dum habent, vt ſinguli , & ex manifeſtis ver-
bis teſtatoris, *vt oſtendimus in d. q. pręc. num.* 17.
& ſeqq. Et hęc de coniunctis legali coniun-
ctione.

SVMMARIVM.

1 *Ius accreſcendi non habet locum inter omnimodo diſiunctos in legatis, & fideicommiſſis , & cur, num.* 4.

2 *Ius accreſcendi non habet locum inter omnimodo diſiunctos .*

3 *Ius accreſcendi non habet locum , niſi inter coniunctos.*

5 *Ius accreſcendi non habet locum inter omnimodo diſiunctos, etiam in vſufructu .*

6 *Ius accreſcendi non habet locum inter omnimodo diſiunctos etiam in fideicommiſſis vniuerſalibus, & cur. num* 7.

8 *Ius accreſcendi in hæreditatibus habet locum etiam inter omnimodo diſiunctos, & cur, nu.* 9.

10 *Ius accreſcendi non habet locum inter omnimodo diſiunctos, etiam in hæreditate, ſi non ſit abſurdũ, quem decedere pro parte teſtatum, & pro parte inteſtatum, Amplia vt num.* 11.

12 *Ius accreſcendi non habet locum in teſtamento militis inter omnimodo diſiunctos .*

13 *Teſtatus pro parte , & pro parte inteſtatus poteſt quis decedere inter liberos.*

14 *Teſtatus pro parte , & pro parte inteſtatus poteſt quis decedere ad pias cauſas .*

15 *Lege , vel ſtatuto fieri poteſt , vt quis decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus .*

16 *Ius accreſcendi non habet locum inter omnimodo diſiunctos, etiam in hæreditatibus , ſi lege , vel ſtatuto cautũ ſit, vt poſſit quis decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus .*

An,

An, & quando ius accreſcendi locum habeat inter omnimodo diſiunctos, qui vocantur ad eãdem rem, & eodem iure.

Quæſtio Quadrageſimaprima.

POST eos, qui aliquo genere coniunctionis iunguntur ſupereſt, vt videamus de omnimodo diſiunctis, & diſpiciamus, an, & quãdo inter eos locum habeat ius accreſcendi. Sed, quoniam eorum duo ſunt genera: quidam enim vocantur eodem iure, quidam verò diuerſo, &, qui eodem, vel vocantur ad eandem rem, vel ad diuerſas, ideo de ſingulis ſeparatim tractaturi videamus primo de ijs, qui vocantur ad eandem rem, & eodem iure, cuiuſmodi ſunt ij, quibus eiuſdem rei partes ſeparatis orationibus relictę ſunt, quippe, qui, licet ad eandem rem vocentur, puta ad eãdem hęreditatem, vel fundum, & vocentur eodem iure nempe iure inſtitutionis, vel legati, vel alio ſimili, ſunt tamen omnimodo diſiuncti, quia partium diſtinctio tollit realem cõiunctionem, orationum verò diuerſitas verbalem, *vt diximus in hoc cap. q. 1. num. 6.* Inter hos autem an locum habeat ius accreſcendi, ſi quęramus, conſtat eſſe diſtinguendos duos caſus quorum

Primus eſt, quando tractamus de legatis, & fideicommiſſis, Et tunc certi iuris eſt, inter omnimodo diſiunctos non habere locum
1 ius accreſcendi. † *Ita enim tradiderunt gl. in l. Mæuio. 42. in prin. in verb. Mæuio. & ibi Bart. num. 1. Imol. num. 2. verſ. ſed iſta opinio ff. de leg. 2. Bart. in d. l. re coniuncti, num. 25. & ibi Iaſ. num. 112. & 117. Crott. num. 2. Poſit. num. 50. & 84. verſ. igitur latiùs, Alcia. num. 40. Rip. nu. 75. Io. Gaud. num. 43. Bart. in l. 1. in prin. ff. de vſufr. accreſ. Ang. in l. qui patris 59. num. 5. & ibi Imol. num. 1. Alex. num. 4. ff. de acq. hęred. Ang. in l. dominus 63. §. 1. num. 2. ff. de vſufr. & in l. 1. §. 1. ff. de vſufruct. accreſc. Imol. in l. item, quod Sabinus, 17. num. 3 verſ. Nec obſtat prędictis ff. de hęred. inſt. Roma. conſil. 185. num. 10. & 11. Caſtr. in l. cum quæſtio 23. in prin. nu. 3. verſ. in text. ibi, & ibi Alex. num. 3. C. de legat. Caſtr. in l. cum ex filio. 39. §. vlt. num. 3. & ibi Imol. ff. de vulg. Caſtr. in l. vn. §. his ita definitis, num. 3. & 4. & in §. vbi autem legatarij, & ibi Cuiac. C. de cad. toll. Caſtr. in l. ſi duobus. 16. §. fin. num. 2. ff. de leg. primo, & in l. & Proculo. 20. nu. 2. & ibi Perali. num. 3. & 16. ff. de leg. 2. Imol. in l. hæredes ſine partibus. 63. num. 2. ff. de hær. inſt. Alex. in l. ſi mihi, & tibi. 12. in prin. num. 4. ff. de leg. primo, Ang. de Gamb. dict. iſta gloſſ. 42. nu. 3. & 8. Ant. Fum. de coniunct. cap. 8. num. 1. Cagn. in rub. C. quand. non pet. part. num. 55. verſ. ad primum. Seb. Sap. in l. vn. num. 12. & ibi Pic. in euident. num. 3. Io. Guter. num. 26. Cod. eod. titu. Corn. conſ. 319 num. 3. vol. 4. Duran. de art. teſt. tit. 6. caut. 15. nu. 1. verſ. ſed, ſi teſtator, Curt. Iun. conſil. 83. num. 13. & conſil. 259. num. 13. Alcia. conſil. 31. num. 53. lib 9. Crau. conſil. 972. num. 25. Cepb. conſil. 243 num. 9. Gomez. tom. 1. varia. reſo. cap. 10. num. 38. Craſſ. in §. ius accreſcendi q. 11. Menoch. conſil. 141. num. 6. & conſ. 993. nu. 33. vbi loquitur de maioratu, Pereg. de fideic. artic. 9. num. 2. & conſil. 32. num. 1. & 2. vol. 3. Surd. conſ. 31. num. 39. Balduin. in d. §. ſi eadem, nu. 25. & ibi Mynſ. num. 24. Inſt. de legat. Duar. lib. 1. de Iur. accr. cap. 12 Ant. Gou. de Iur accr. num. 25. Forcat. in Necio. dial. 59. num. 6. Cuiac. ad l. 2. ff. de vſufr. accr. tract. 5. ad Afric. Hoto. in Epit. tit. ff. de vſufr. accr. num. 12. Donell. lib. 8. comm. cap. 21. & lib. 10. cap. 23. tametſi contrarium, & male cenſuerit Beſu. in d. l. re coniuncti num 8.* Et de his videntur accipiendi, qui ſimpliciter ſcripſerunt, ius accreſcendi non habere locum inter omnimodo diſiunctos,
2 † *vt Forca. in Necyo. dial. 30. num. 6. verſic. pręterea,* aut (quod idem eſt) non habere locũ,
3 niſi inter coniunctos, † *vt Corn. conſ. 324.*
4 *num. 4. verſ. ſi ergo, vol. 4* quia† ceſſat vtraq; ratio, quę ſolet in teſtamentis inducere ius accreſcendi, *vt diximus in 3. cap. q. 1. num. 6.* Ceſſat enim abſurditas, quod teſtator decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, quippe, quæ in huiuſmodi diſpoſitionibus conſiderari nequit, *vt ibi diximus,* & pręterea ceſſat coniunctio, quę ſola eſt cauſa iuris accreſcendi in legatis, & fideicõmiſſis, *vt diximus in eodem 3. cap. q. 2. num. 2. & in hoc cap. q. 36. num. 1.* Hoc autem adeo verum eſt, vt procedat.

Primo, non ſolum in proprietatibus, ſed
5 etiam in vſufructu, † *l. 1. in prin. & ibi Angel. ff. de vſufr. accr. Bart. in l. & Proculo. 20. & ibi Imol. & Perali. num. 16. ff. de leg. 2. Ang. in l. dominus. 63. §. 1. num. 2. ff. de vſufr. Caſt. conſ. 215. num. 1. verſ. 2. vol. 2. Alcia. in d. l. re coniuncti num. 40. Gomez. d. tom. 1. varia. reſol. cap. 10 num. 40. in fi. Craſſ. in d. §. Ius accreſcendi q. 22. num. 1. Men. conſ. 141. num. 6. & de prę́ſ. lib. 4. prę́ſ. 159. num. 13. Baldui. in §. finitur, num. 5. Inſt. de vſufr. Donel. lib. 10. comm. cap. 23. quicquid in contrarium ſcripſerit Ant. Fum. de coniunct. cap. 21. num. 1.*

Secundo procedit, non ſolum, ſi legatum ſit relictum ad cauſas profanas, ſed etiam, ſi ad cauſam piam: adhuc enim in eo ceſſabit ius accreſcendi, ſi legatarij ſint omnimodo diſiuncti, *vt ſcribit Corn. conſ. 319 num. 7. vol. 4.*

Tertio procedit, non ſolũ in legatis, & fideicõmiſſis particularibus, ſed etiã in vniuerſalibus: nam, ſi fideicõmiſſarij ſint omnimodo diſiuncti, non habebit inter eos locum ius
6 accreſcendi. † *l. Lucius. 78. §. quę habebat, & ibi Caſtr. verſ. ad ſecundum ff. ad Treb. Imol. in l. hęredes ſine partibus. 63. num. 2. ff. de hęr. inſt. Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 206. & ibi Alcia. num. 49. Rip. num. 179. Curt. Iun. d. conſ. 83. num. 13. & d. conſ. 259. num. 7. 10. & 13. Bertr. conſ. 157. num. 27. vol. 5. & conſ. 121. nu. 2. vol. 7. Seb. Sap. in d. l. vn. num. 48. & ibi Pic. in euiden. num. 2. C. quand. non pet. part. Seb. Sap. in l. teſtamento. 6. num. 5. C. de impub. & al. ſub. Alcia. conſ. 31. num. 53. lib. 9 Beret. conſ. 104. num. 8. Cagn. in rub. C. quand. non pet. part. num. 54. verſ. maior, Bened. de Plumb inter conſ. vlt. volun. Zilet. conſ. 62. num. 3. vol. 1. Peral. in d. l. & Proculo. 20. num. 24. & 26. ff. de leg. 2. Mantic. de con. vlt. lib. 10 tit. 3. nu. 2. verſ. fatendum, Pereg. de fideic. d. artic. 9 nu. 2. & 8. verſ. ex prędictis, & d. conſ. 32. num. 2 conſ. 69 nu. 12. vol. 3. Men. conſ. 528. num. 21. Viu. deciſ. 406. nu. 7. Peguer. deciſ. 109. num.*

7 *num.* 2. quia † etiam in his ceſſat non ſolum coniunctio, ſed etiam prędicta abſurditas: nam, licet portio fideicommiſſi vniuerſalis non accreſcat alteri, non tamen decedet teſtator pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, ſcilicet, quia remanebit apud grauatum, qui ſuſtinet cauſam teſtamenti, *vt declarant Caſtr. in d. l. Lucius. 78. §. quę habebat, verſ. ad ſecundum ff. ad Treb. Imol. in d. l. hęredes ſine partibus 63. nu. 2. ff. de hęr. inſt. Papien. in form. lib. quo ag. ex ſubſt. gl. vlt. num. 1. Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 206. & ibi Crott. num. 56. Alcia. num. 49. Rip. nu. 133. & 179. Curt. Iun. d. conſ. 83. num. 13. & d. conſ. 259. num. 10. Bertr. d. conſ. 121. num. 2. vol. 7. Purp. in d. l. vn. num. 37. & ibi Seb. Sap. num. 48. C. quand. non pet. part. Cagn. in rub. C. eod. num. 11. & 54. verſ. maior, Seb. Sap. in d. l. teſtamento. 6. nu. 5. C. de impub. & al. ſub. Peral. in d. l. & Proculo. 20. num. 24. & 25. Deciꝫ. conſ. 40. num. 1. in fi. vol. 1. Mantic. d. lib. 10. tit. 3. num. 2. Pereg. d. artic. 9. num. 1. & 2. Peguer. d. deciſ. 109. num. 2. Gratia. cap. 533. diſcep. for. num. 4.*

Planè, ſi hęres, qui grauatus eſt duobus, aut pluribus hęreditatem reſtituere, adire nolit, & vnus tantum deſideret ſuo periculo adiri, & reſtitui, magis eſt, vt etiam ſi ſit omnimodo diſiunctus debeat aliorum portiones ſuſcipere, ne grauatus, qui adire cogitur, damnum ex aditione ſentiat, *l. cogi. 16. § ſi quis hęres, §. ſed, & ſi quis & §. cum quidam ff. ad Treb.*

Secundus caſus eſt, quando tractamus de hęreditatibus directis, Et tunc certi iuris eſt, etiam inter omnimodo diſiunctos locum
8 habere ius accreſcendi † *l. item, quod Sabinus 17. §. 1. ff. de hęr. inſt. & ſcribunt Bart. in l. cum ex filio 39. §. vlt. & ibi Imol. & Caſtr. num. 2. Alex. num. 4. ff. de vulg. Bart. in d. l. re coniuncti num. 25 & ibi Petr. de Beſu. num. 34. Iaſ. num. 44. verſ. 2. & num. 112. & 206. Crott. num. 2. & 45 Polit. nu. 5. 50. & 84 verſ. igitur latius, Alcia. num. 6. 40 & 61. Rip num. 76. Bald. in d. l. vn. §. his ita definitis, num. 4 & ibi Caſtr. num. 3. & 4. verſ. & recollige C. de cad. toll. Ang. in l. qui patris. 59. num. 5. & ibi Imol. num. 1. Alex. num. 4 ff de acq hęred. Ang. de Gamb. de teſta. gl. 42. num. 8. Imol. in l. 1. §. ſi ex fundo num. 11. & 77. verſ. ſed aduerte, & in d. l. item, quod Sabinus. 17. num. 3. verſ. Nec obſtat prędictis & in d. l. hęredes ſine partibus. 63. num. 2. ff. de hęred. inſt. Roma d. conſ. 81. in prin. & num. 1. verſ. item quia, Caſtr. in d. l Lucius. 78. §. quę habebat, verſ. ad ſecundum ff. Treb. in l. ſeruus communis ab extero. 66. num. 2. ff de acq. hęr. in l. ſi duobus. 16. §. vlt. num. 2. ff. de leg. primo, & in d. l. & Proculo. 20. num. 2. & ibi Peralt. num. 25. & 26. ff. de leg. 2. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. in eodem teſtamento relinquens primo, num. 270. verſ. minus obſtat ſecunda ratio, Seb. Sap. in d. l. teſtamento. 6. num. 5. & 6. C. de impub. & al. ſubſt. Goꝫad. in d. l. vn. num. 2. verſ. 3. & ibi Seb. Sap. num. 12. C. quand. non pet. part. Curt. Iun. d. conſ. 83. nu. 13. & d. conſ. 259 num. 7. Bert. d. conſ. 121. num. 2. vol. 7. Alcia. in l. Lucius. 45. in prin. num. 43 ff. de vulg. Ant. Fum. de con. cap. 8. num. 1. Soc. Iun. conſ. 152. num. 8. vol. 2. Gomeꝫ. d. tom. 1. var. reſ. cap. 10. num. 23. verſ. quod primo extende, & num. 27. verſ. prima, Craſſ. in d. §. Ius accreſcendi q. 11. Men. conſ. 209. num. 13. Pereg. de fideic. d. artic. 9. nu. 1. Pegue. d. deciſ. 109. num. 2. Duar. lib. 1. de Iur. accr. cap. 12. & 13. Ant. Gou. cap. 6. animad. Cuiac. in d. l. vn. §. vbi autē legatarij Cod. de cad. toll. & in d. l. 2. ff. de vſuf. accr. tract. 5. ad Afric. Hoto. in Epito. tit. ff. de vſufr. accr. num. 12. Baldus. in d. §. ſi eadem. num. 25. Inſt. de legat.* ius dico accreſcendi, non etiam ius non decreſcendi, *vt inconſultò ſcripſit Men. de prę. lib. 4 prę. 86 num. 3.* Et ratio eſt, quia alioquin teſtator decederet pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, quod eſſet ab-
9 ſurdum, † *vt in his terminis conſiderant Bart. in d. l. re coniuncti, num. 25. & ibi Iaſ. num. 44. verſ. 2. Crott. num. 2. & 45. Polit. num. 48. verſ. tu verò, & num. 50. & 51. Alcia. num. 40. & 61. Ang. in d. l. qui patris. 59. nu. 5. & ibi Imol. num. 1. Alex. num. 4. ff. de acq. hęred. Ang. de Gamb. de teſtam. gloſſ. 42. num. 8. Imol. in d. l. 1. §. ſi ex fundo num. 11. & in d. l. item, quod Sabinus. 17. numer. 3. verſic. Nec obſtat prędictis, & in d. l. hęredes ſine partibus 63. num. 2. ff. de hęr. inſt. & in d. l. cum ex filio 39. §. vlt. & ibi Caſtr. num. 2. Alex. num. 4. ff. de vulg. Caſtr. in d. l. Lucius. 78. §. quę habebat. verſ. ad ſecundum ff. ad Treb. in d. l. ſeruus communis ab extero 66. num. 2. ff. de acquir. hęred. in d. l. vn. § his ita definitis num. 3. Cod. de cad. toll. & in d. l. ſi duobus. 16. §. vlt. num. 2. ff. de leg primo, Curt. Iun. d. conſil. 83. num. 13. & d. conſil. 259. num. 9. Bertr. d. conſil. 121. num. 2. vol. 7. Seb. Sap. in d. l. teſtamento 6. nu 5. C. de impub. & al ſubſt. Ant. Fum. de coniun. d. cap. 8. nu. 2. Soc. Iun d. conſ. 152. num. 8. vol. 2. Gomez. d. cap. 10. num. 27. verſ. prima, Craſſ. in d. §. Ius accreſcendi q. 11. Pereg. d. artic. 9. num. 1. Peguer. d. deciſ. 109. num. 2. Ant. Gou. d. cap. 6. animad. Baldus. in d. §. ſi eadem, num. 25. Inſt. de legat. Hoto. in Epit. d. tit. ff de vſufr. accr. num. 12.* quæ vera eſt in hoc caſu ratio, quicquid *Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 112. Peralt. in d. l. & Proculo. 20. num. 25. & alij* pleriq; cenſuerint.

Hinc fit, vt, ſi ceſſet abſurditas prędicta, puta, quia de iure teſtator poſſit decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, non habeat inter omnimodo diſiunctos cohęredes locum ius accreſcendi, quod ceſſet tunc ratio
10 illius iuris inductiua, † *vt in ſpecie declarat Cagnol. in rub. C. quand. non pet. part. num. 13.* Nec eo caſu probanda erit voluntas teſtatoris in excludendo iure accreſcendi, quia ſufficiet, eum diſiunxiſſe inſtitutos, & potuiſſe decedere pro parte teſtatum, vt cenſeatur voluiſ-
11 ſe ius accreſcendi excludere, † *vt declarat Cagnol. ibi num. 13.* Exempla ſint.

Primum in teſtamento militis: nam, quia miles poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, ideo fit, vt in eius teſtamento non habeat locum ius accreſcendi in-
12 ter omnimodo diſiunctos cohęredes † *l. ſi duobus. 38. ff. de mil. teſtam. & nos latius oſtendemus in 10. cap. q. 24. num. 98. & ſeqq.*

Secundum ſit exemplum in teſtamento inter liberos, vel ad pias cauſas: nam, quia etiam in huiuſmodi teſtamentis receptum eſt, poſſe quem decedere pro parte teſtatum, & pro parte inteſtatum, vt de teſtamento in-
13 ter liberos † *ſcribunt Dec. in l. ius noſtrum 7. nu. 8. ff. de reg. iur. Cagn. in d. rub. C. quand. non pet. part. num. 12. Beret. conſ. 84. num. 9. tametſi Iaſ. contrarium (licet ſub dubio) cenſuerit in l. hac conſultiſſima 21. §. ex imperfecto num. 10. verſ. & te-*

nendo

Digitized by Google

Secundo verò probat hoc ipſum oneris
12 diſtinctio: nam portio † cum onere pertinet
per ius accreſcendi *d.l. vn. §. vbi autem legata-
rij, verſ. ſi vero pars*, ſine onere verò per ius
non decreſcendi *d.§. vbi autem legatarij, verſ.
ſin autem ad deficientis*, Sed ad re, & verbis con
iunctos pertinet cum onere *d. verſ. ſi vero pars*.
Ergo per ius accreſcendi.

Nec eſt, quod aliquis cauſetur, oneris præ-
ſtationem non ideo re, & verbis coniunctis
iniungi, quod veniant per ius accreſcendi,
ſed alia ratione, nempe, quia propter ſer-
monis vnitatem onus vni adiectum cenſetur
13 etiam in alterius perſona repetitũ † *quomodo
reſpondent Bart. in d. l. re coniuncti, num. 24. &
ibi Petr. de Bel. num. 34. Iaſ. num. 111. Rip. num.
74. Bart. in l. quę conditio. 39. in prin. num. 3. ff.
14 de cond. & dem.* quia verius eſt, † imo cauſam
eſſe, quia non veniunt per ius non decreſcē-
di: nam oneris exemptio eſt quędam conſe-
quentia, & ſequela iuris non decreſcendi, vt
apparet *ex d. l. vn. §. vbi autem legatarij verſ. ſin
15 vero nemo alius*, vbi † poſtea, quam dixit Impe-
rator, partem, quę deficit, nõ vacuari, nec di-
ſiuncto accreſcere, vt eius legatum augere
videatur, ſed apud ipſum, qui habet, ſolidam
remanere, nullius concurſu diminutam, ſu-
bijcit, *& ideo, ſi onus fuerit in perſona eius, apud
quem remanet legatum, adſcriptũ, hoc omnimo-
do impleat, vt volũtati teſtatoris pareatur, Sin au
tẽ ad deficientis perſonam hoc onus fuerit collatũ,
hoc non ſentiat etc.* quę verba, quia ſunt illa-
tiua, denotant oneris exemptionem deduci,
& habere cauſam a iure non decreſcendi, &
ideo diſiunctos, ſic nõ debere pręſtare onus,
quia non acquirunt, ſed retinent, quod ipſum
apertiùs ſignificant illa verba ſequentia, *hoc
non ſentiat is, qui non alienum, ſed ſuum legatum
imminutum habet*: nam ex ijs, ſequitur, ſi etiã
re, & verbis coniunctus haberet non aliennũ
ſed ſuum legatum imminutum, & ſic habe-
ret ius non decreſcendi, non debere eum
ſentire onus ad deficientis perſonam colla-
tum. Cum igitur ſentiat, & id pręſtare debeat,
vt latè oſtendemus in 8. cap. q. 16. num. 4. Conſe-
quens eſt, vt non habeat ius non decreſcendi
Quamobrem non immerito Politus *in d. l.
re coniuncti, nu. 86. verſ. & propterea*, ſcripſit,
hoc euitari non poſſe niſi poſita vera opinio-
ne, quod inter re, & verbis coniunctos, non
ius non decreſcendi, ſed ius accreſcendi lo-
cum habeat.

Tertio probatur hęc ſententia, quia ceſſat
in re, & verbis cõiunctis ratio propter quam
Iuſtinianus ait, diſiunctis portionem non de-
creſcere: nam hanc *in d. l. vn. §. vbi autem lega-
tarij, verſ. ſin vero non omnes, C. de cad.* rationẽ
affert, *quia ſermo teſtatoris omnibus prima facie
ſolidum aſſignare videtur, alijs ſuperuenientibus
partes a priore abſtrahentibus, vt ex aliorum
quidem concurſu prioris legatum minuatur*.
Quo fit, vt, ſi non concurrant, non augeatur
quidem, ſed nec minuatur. Hæc autem ra-
tio non procedit in re, & verbis coniun-
ctis, non, quia ſolidum initio non habeant,
*vt cenſuerunt ij, quos retulimus in hoc cap.
quæſt. 32. num. 1. Et in his terminis arguunt
Polit. in d. l. re coniuncti, num. 75. verſicul. Ita-
que in hac dubitatione, & ibi Alciat. numer. 51.*
quia contrarium eſſe verius oſtendimus *ibi
16 numer. 9. & ſeqq.* ſed, quia † non ſermo te-
ſtatoris prima facie ijs ſolidum aſſignat, ſed
prudentum interpretatio: nam, ſi teſtator
ita ſcripſerit, lego Titio, & Seio fundum
Tuſculanum, nemo rectè dixerit, eum pri-
ma facie, ideſt palam, & apertè ſolidum
17 ſingulis aſſignaſſe, † *vt ſcribit Cuiac. in d. l.
vnic. §. his ita definitis, & §. vbi autem legatarij
Cod. de cad. tollend. & in l. ſi duobus. 16. quæſt. 6.
ff. de leg primo. & rectè, quicquid Anto. Fum. de
coniunct. cap. 3. num. 7. & alij cauſentur*, quia
perſonas enumerando cenſetur vnicuique
partem, non totum dediſſe *l. cui fundus. 55.
ff. de cond. & demonſtr.* Quamobrem *in l. 2. §.
cum ſingulis ff. quib. mod. vſusfruct. amitt. &
apud Caium lib. 2. Inſt. titu. 5.* aliud eſt legare
ſingulis, aliud verò coniunctim, *vt decla-
rat Cuia. in d. l. vnic. §. his ita definitis, & nos
diximus in hoc cap. quæſt. 32. numer. 11.* Sed,
quia ſanè partes non ſunt a teſtatore nomi-
natim factæ, & legatarij ſunt ab eo ſub vna
verborum conceptione vocati ad totum,
ideo prudentes ita ſunt hanc diſpoſitionem
interpretati, vt, qui poſiti ſunt in eadem
oratione, cenſeantur conſtituere vnum cor-
pus a ſingulis ſeparatum, atque diſtinctum,
quaſique corpus collectiuum, & ea ratio-
ne, quatenus conſiderantur, vt illud cor-
pus efficientes dicantur habere totum, non
partes, quia verè totum illi corpori datum
eſt, *vt latè diximus in ead. quæſt. 32. num. 32.*
Hinc fit, vt, ſi vnus deficiat, reliqui di-
cantur conſequi partem, quaſi ſuam, ſcili-
cet vniuerſaliter intelligendo, quia, ſi con-
ſiderentur, vt ſinguli, & ab illo corpore
ſeparati, atque diſtincti, non totum habent,
18 ſed partes, † *vt ſcribit Polit. in d. l. re con-
iuncti, num. 33. verſicul. reſtat, & nos dixi-
mus in d. quæſt. 32. num. 33.* &, ſi vnus deficiat,
reliqui non dicentur eius partem capere,
quaſi ſuam, ſed, quaſi alienam, & alij
relictam. Non igitur ex apertis teſtatoris
verbis, ſed ex interpretatione prudentum,
& quadam fictione totum habent, vt *dixi-
mus in eadem quæſt. 32. nu. 34* & probatur illa
*d. §. his ita definitis, verſicul. hæc ita tam va-
riè*, verba, *quaſi in vnum corpus reducti
ſunt, & partem coniunctorum ſibi hæredum,
19 quaſi ſuam præoccupant*: nam † illa dictio,
quaſi, denotat quandam fictionem, & im-
proprietatem. At verò diſiuncti non di-
cuntur habere ſolidum per interpretatio-
nem, & fictionem, ſiue vniuerſaliter, ſed
verè, & particulariter, ac, tamquam ſingu-
li, quia teſtator verbis ſuis apertè, & pa-
lam, ac, vt ait Iuſtinianus, prima facie, pri-
mo aſpectu totum ſingulis, vt ſingulis aſ-
20 ſignat, † *vt declarant Duar. d. lib. 1. de Iur.
accreſcend. cap. 11. & Cuiac. in d. l. vnic. §. his ita
definitis, & §. vbi autem legatarij Cod. de cadu.
tollend.* Qua ratione fit, vt, ſi collegatarius
deficiat, dicatur alter retinere ſuum, non,
quaſi ſuum legatum *in d. §. vbi autẽ legatarij,
verſicul. ſin autem ad deficientis.* Quod igitur
Iuſtinianus ait, illis, qui verbis teſtatoris
ſolidum habent, non dici portionem accre-
ſcere, ſed non decreſcere, non eſt accipien-
dum de ijs, qui habent ſolidum, vt vni-
uerſi, ſed de ijs, qui habent, vt ſinguli, ideſt de
diſiunctis.

Quarto,

Quarto, vel eo magis hanc diſputando debemus amplecti ſententiam, quia alioquin, ſi communem ſequeremur, in manifeſtas eum illis incideremus repugnantias, eaſque inexcuſabiles: Primum enim *in 7. cap. quæſt.* 61. ſuſtinemus cum communi, eos, qui veniunt per ius non decreſcendi, non excludi etiamſi de iure ſpeciali, & contra teſtatoris voluntatem ad ſuam portionem admittantur, contra verò excludi, ſi veniant per ius accreſcendi, *vt ibidem oſtendemus*, Et tamen certum eſt, excludi, ſi ſint re, & verbis coniuncti, vt probat *l. mulieri, & Titio* 73. *ff. de cond. & demonſt.* quæ de huiuſmodi coniunctis loquitur, cum ita oportuerit locutum eſſe teſtatorem in eius legis ſpecie, lego mulieri, & Titio vſumfructum fundi Tuſculani, ſi non nupſerit mulier, quo caſu legatarij ſunt re, & verbis coniuncti, *vt oſtendimus in hoc cap. quæſt.* 25. *num.* 21. *& ſeqq.* Ergo etiam re, & verbis coniuncti veniunt per ius accreſcendi, non verò per ius non decreſcendi. Secundo ſuſtinemus cum communi, legatorum contributionem indiſtinctè fieri, quoties pars obuenit hæredi per ius non decreſcendi, cum diſtinctione verò, quoties per ius accreſcendi, *vt dicemus in 9. cap. quæſt.* 45. *num.* 21. *& ſeqq* Et tamen ex eadem communi opinione conſtat in re, & verbis coniunctis non fieri contributionem, niſi portio non grauata accedat grauatæ, *vt oſtendemus ibi num.* 21. *& ſeqq.* quod eis pars accedat cum onere, *vt dicemus in 8. cap. quæſt.* 56. *num.* 4. Ergo etiam ſecundum communem opinionem re, & verbis coniuncti non conſequuntur partem vacantem per ius non decreſcendi, ſed per ius accreſcendi: Tertio cenſent communiter, in contractibus, licet non habeat locum ius accreſcendi, habere tamen locum ius non decreſcendi, *vt referemus in 6. cap. quæſt.* 32. Et tamen in hac ſpecie, mihi, & Titio decem, quo caſu tractatur de re, & verbis coniunctis, cum vna ſumma communiter ſit duobus promiſſa, non factis partibus, *vt patet ex ijs, quæ diximus in hoc cap. quæſt.* 25. *num.* 21. fatentur, Titium mihi facere partem, & conſequenter impedire, ne totum conſequar, quod, & Pomponius diſertis verbis ait *in d. l. ſi mihi, & Titio.* 110. *ff. de verbor. obligat.* Ergo etiam ſecundum eos inter re, & verbis coniunctos non habet locum ius non decreſcendi.

Quinto me maximè mouet illud, quia, niſi inter re, & verbis coniunctos ius accreſcendi verſaretur, nunquam ei locus eſſe poſſet in legatis. Atqui hoc falſum eſt, quia Iuſtinianus *in d. l. vnic. §. vbi autem legatarij Cod. de cadu. tollend.* perſpicuè vult, in legatis interdum eſſe ius accreſcendi, interdum ius non decreſcendi. Ergo falſum eſt, & antecedens. Maior illa probatur, quia triplex tantum eſt teſtamentaria coniunctio, realis, verbalis, & mixta, *d. l. triplici.* 142. *ff. de verbor. ſignif.* Realis non parit ius accreſcendi, ſed ius non decreſcendi *d. l. vn. §. vbi autem legatarij, verſicul. ſin verò nemo alius Cod. de cadu. tollend. & diximus in hoc cap. quæſt.* 37. *num.* 5. Verbalis autem ſecundum veriorem ſententiam, quam nos diſputando, & profitendo amplexi ſumus, nec ius accreſcendi parit, nec ius non decreſcendi, *vt oſtendimus in quæſt. præced. num.* 26 *& ſeqq.* Ergo, ſi inter re, & verbis coniunctos non eſt propriè ius accreſcendi, nullo id caſu ſibi locum vindicabit, quod abſurdum eſt, *vt ſupra diximus*. Magis igitur eſt, vt ſecundum Iuſtiniani diſtinctionem ius accreſcendi locum habeat inter coniunctos, ideſt eos, qui re, & verbis coniunguntur, ius verò non decreſcendi inter disiunctos, ſiue coniunctos re. Et ita diſputando verius eſſe profitemur.

Cui ſententiæ non obſtant contraria: Ad primum enim reſpondeo, non ad omnes, qui ſolidum habent initio, parteſque faciunt concurſu, ius non decreſcendi pertinere, ſed
21 ad eos tantum, † qui ſolidum habent ex apertis verbis teſtatoris, ideſt, quibus, vt ſingulis teſtator ſolidum reliquit; Re autem, & verbis coniunctos non habere ſolidum ex apertis verbis teſtatoris, ſed per quandam interpretationem, quia totum habent, non vt ſinguli, ſed, vt vniuerſi, & coniuncti, *vt oſtendimus in 3. fundamento*, ideoque ad eos ius non decreſcendi non pertinere.

Ad ſecundum verò ſimili modo reſpondeo, eos tantum habere ius non decreſcen-
22 di, † qui verè totum habent proprio iure, ideſt, quibus, vt ſingulis teſtator ſolidum aſſignauit; Re autem, & verbis coniunctos, non verè, ſed per quandam fictionem habere ſolidum, *vt ibi demonſtrauimus*, ideoque non habere ius non decreſcendi.

Secundus caſus eſt, quando portio deficit poſt acquiſitionem, & tractamus de vſufructu, Et tunc fatentur omnes habere lo-
23 cum ius accreſcendi, † *vt Bartol. in d. l. re coniuncti, num.* 24. *& ibi Petr. de Beſu. numer.* 34. *Papien. in form. lib qu. ag. ex ſubſt in verb. breuiloçè, num.* 35. *Ant. Fum. de coniunct. cap.* 6. *nu.* 2.
24 idque dubio caret, † ſecundum eam ſententiam, quam nos amplexi ſumus. Coeterùm poſita communi, quæ vult, in vſufructu coniunctim relicto locum eſſe iuri non decreſcendi ante acquiſitionem, verius eſt, idem, & poſt acquiſitionem eſſe dicendum, quia, licet decreuerint legata præterita, non tamen cenſeri poſſunt decreuiſſe futura, *ſecundum ea, quæ diximus in hoc cap. quæſt.* 37. *num.* 16.

Tertius denique caſus eſt, quando portio deficit poſt acquiſitionem, & tractamus de proprietate, Et tunc ſimiliter fatentur omnes, ſi portio accreſcat, quod certis dumtaxat caſibus admittitur, locum habere ius accreſcendi, non verò ius non decreſcendi, Et hoc ad exemplum coniunctorum re tãtum, inter quos, & coniunctos re, & verbis nihil
25 in hac re ſtatuunt eſſe diſcriminis, † *vti videre eſt apud Bartol. in d. l. re coniuncti, numer.* 24 *& ibi Petr. de Beſu. num.* 34. *Bald. in d. l. vnic. §. cum autem num.* 1. *Cod. de cadu. tollend. Bartol. Cepoll. in tracta. de ſeruit. vrb. prędio. cap.* 50. *num* 4. Sed, & hic idem eſt dicendum, quod
26 & in præcedenti caſu vnam † poſita noſtra ſententia res caret dubio, poſita verò communi repetenda ſunt omnia, quæ de re tantum coniunctis diximus, *in eadem q.* 37. *nu.* 17. *& ſeqq.*

& ſeqq. nam omnia poſſunt ad re, & verbis coniunctos accommodari.

Sanè olim non erat locus iuri accreſcendi inter re, & verbis coniunctos, quibus aliquid
27 per damnationem legabatur, † ſcilicet, quia non concurſu, ſed initio partes habebant, *vt diximus in hoc cap. quæſt. 32. num. 24. & in q. præced. num. 58. & latius dicemus in 6. cap. q. 20. num. 25. & ſeqq.* Sed hodie ſublato Iuſtiniani conſtitutione legatorum diſcrimine, magis eſt, vt, etiam ſi per damnationem res coniunctim legetur, ſit inter legatarios ius accreſcendi *d. l. vnic. §. vbi autem legatarij, verſ. nos autem Cod. de cad. toll. & nos dicemus in eodem 6. cap. quæſt. 20. nu. 28.* Et hęc de coniunctis re, & verbis.

SVMMARIVM.

1 *Ius accreſcendi non habet locum inter coniunctos coniunctione legali, niſi in hæreditate, & vſufructu, & num. 2. & 3.*
4 *Ius accreſcendi locum habet inter condominos, ſiue coniunctos coniunctione legali in hæreditate, Fallit, vt num. 5.*
6 *Ius accreſcendi locum habet inter hæredes, in quos tranſmiſſa eſt hæreditas beneficio iuris deliberandi.*
7 *Aditio intra annum facta ab vno ex hæredibus, in quos tranſmiſſum eſt ius deliberandi, an, & quando proſit alijs.*
8 *Legatum communi ſeruo adſcriptum ab vno ex condominis in extranei teſtamento neutri debetur.*
9 *Legatum ſibi, & Titio, ſi quis adſcripſerit, totum Titio debetur, & cur, num. 10.*
11 *Legatum relictum ſeruo communi, ſi alter ex condominis ſit incapax, totum alteri debetur, & cur, num. 14. Declara, vt num. 12. & 13.*
14 *Seruus communis totum acquirit domino capaci perinde, atq; ſi eius ſolius ſeruus eſſet.*
15 *Ius non decreſcendi locum habet inter condominos, Sed contra num. 16.*
17 *Declaratur l. & Proculo. 20. ff. de leg. 2. & num. ſeqq.*
18 *Declaratur l. 1. §. 1. ff. de vſufruct. accr. & num. ſeqq.*
20 *Antinomia an dentur in iure ciuili, & numer. ſeqq.*
23 *Proculianorum, & Sabinianorum ſectę, & diſſidia, & num. 49.*
27 *Ius accreſcendi locum habet inter condominos in legato vſusfructus, non etiam in legato proprietatis, & cur, num. 30. & ſeqq. vſque ad num. 50.*
28 *Ius accreſcendi non habet locum inter coniunctos coniunctione legalem legatis, ſiue ſucceſſionibus particularibus.*
29 *Ius accreſcendi non habet locum inter coniunctos coniunctione legali.*
33 *Acquiſitio per ſeruos ita ſit, vt, ne momento quidem res maneat in perſona ſerui.*
34 *Seruus eſt incapax eorum, quæ ſunt iuris.*
35 *Facti, quæ ſunt, non tranſeunt ad dominum.*
36 *Facti, quæ ſunt, manent in perſona ſerui, & num. 44.*
37 *Seruus eſt capax eorum, quæ ſunt facti.*
38 *Seruus eſt capax naturalis obligationis.*
39 *Obligatio naturalis eſt facti.*
40 *Seruus eſt capax detentionis, ſiue poſſeſſionis corporalis.*
41 *Poſſeſſio corporalis eſt facti.*
42 *Seruus eſt capax annui legati.*
43 *Legatum annuum facti magis, quam iuris eſt.*
45 *Dominium eſt iuris.*
46 *Vſusfructus eſt iuris.*
47 *Vſusfructus conſiſtit in facto, id eſt, vtendo fruendo.*
50 *Declaratur l. inter omnes. 47. ff. de furt.*
51 *Hæres grauatus ſeruo communi duorum hæreditatem reſtituere, non poteſt ab vno cogi, niſi in totum cogatur, & cur, num. 52.*
53 *Hæres grauatus hæreditatem duobus reſtituere, non poteſt ab vno cogi, niſi paratus ſit totam hæreditatem recipere.*
54 *Ius accreſcendi locum habet inter condominos in legato proprietatis, ſi teſtator hoc voluerit.*
55 *Ius accreſcendi locum habet inter condominos, ſi fuerint a teſtatore nominati, Declara, vt num. 56. & ſeqq.*
58 *Ius accreſcendi non habet locum inter hæredes legatarij, & cur, num. 59. & ſeqq.*
60 *Declaratur l. legatarius. 38. in prin. ff. de leg. pri.*
62 *Ius accreſcendi non habet locum inter hæredes, qui retinent vſumfructum fundi, cuius nuda proprietas alteri legata fuit.*
63 *Ius accreſcendi locum habet inter coniunctos coniunctione legali venientes contra teſtamentum.*
64 *Ius accreſcendi locum habet inter coniunctos coniunctione legali venientes ab inteſtato.*
65 *Ius accreſcendi locum habet inter ſucceſſores ſtatutarios.*
66 *Coniuncti coniunctione legali in ſucceſſionibus legitimis veniunt per ius non decreſcendi, Sed contra, num. 67.*

An, & quando ius accreſcendi locum habeat inter coniunctos coniunctione legali.

Quæſtio Quadrageſima.

QVatto de coniunctis coniunctione legali videndum eſt, nunquid inter eos iuri ſit accreſcendi locus. Et noſtri quidem paſſim, & communiter tradiderunt, regulariter non eſſe, niſi in hęreditate,
1 & vſufructu. † *Ita enim per l. & Proculo. 20. ff. de leg. 2. l. ſeruus communis ab extero. 66. ff. de acq. hęred. & l. 1. §. 1. ff. de vſufr. accr. ſcripſerunt gloſſ. in d. l. ſeruus communis, in verb. accreſcunt, & ibi Bart. ff. de acq. hæred. Bart. in d. l. re coniunctis, num. 59. & ibi Crott. num. 123. & ſeqq. Polit. num. 91. & 94. Io. Gaud. num. 2. Alcia. num. 35. & 61. Bart. in d. l. & Proculo, Bald. in l. vn. num. 20. C. quand. non pet. part. Ang. in l. teſtamento. 6. num. 2. C. de impub. & al. ſub. & in l. communis ſeruus. 5. ff. de ſtip. ſeru. Ang. de Gamb. de teſtam. gloſſ. 42. num. 2. Ant. Fum. de coniun. cap. 21. nu. 1. Duar. lib. 1. de Iur. accr. cap. 13. Did. Spin. in ſuo Specul. teſta. gl. 9. num. 25.* Et ita etiam ſenſiſſe videntur, qui dixerunt, legalem coniunctionem non parere ius accreſcendi alteram exceptionem ſubijcientes, id eſt, niſi in hęreditate, ſiue ſucceſſione vniuerſali,
2 † *vt Iaſ. conſil. 61. in prin. volum. 3. Corn. conſil. 324. num. 3. volum. 4. Franch. deciſ. 63. num. 5,*

Nico.

Nico. Bello. conſil. 83. *num.* 16. vel, niſi in vſu-
3 fructu, † Sed, quoniam hęc traditio ma-
gnam in ſe continet ambiguitatem, propte-
rea quòd valde dubitatur, an ſit vera, ideo
pro eius excuſſione ſeparatim nobis erit diſ-
piciendum, Primo de ea coniſictione, quam
noſtri (tametſi non propriè) conſiderant in
teſtamento. Secundo de ea, quam conſide-
rant contra teſtamentum. Tertio demum de
ea, quam ab inteſtato.

Et in prima quidem coniunctionis ſpecie
conſtat varios ſolere diſtingui caſus, quo-
rum.

Primus, eſt, quando tractatur de hæredita-
te, Et tunc certi iuris eſt, inter condominos
hęredis inſtituti, ſiue, vt aiunt noſtri, inter
coniunctos legali coniunctione locum ha-
bere ius accreſcendi, ne teſtator decedat pro
4 parte teſtatus, & pro parte inteſtatus. † *Ita
enim per l. ſeruus communis ab extero.* 66. *ff. de
acquir. hared. ſcripſerunt omnes, quos retulimus
ſupra num.* 1. *&* 2. *Et ſimpliciter de hareditate
loquentes, Bald. ibi, num.* 1. *& Caſtrenſ. num.*
1. *Bartol. in l. pater filium.* 14. *num.* 9. *& ibi Rub.
num.* 123. *ff. de inoff. Bart. in l.* 3. *§. vltim. num.*
1. *ff. de bon. poſſ. Bald. in l. hac edictali.* 6. *in prin.
num.* 25. *Cod. de ſecun. nupt. Imol. in l. commu-
nis ſeruus.* 5. *num.* 6. *ff. de ſtip. ſeru. Port. in d. §. ſi
eadem nu.* 1. *Inſt. de legat. Seb. Sap. in l. teſtamen-
to.* 6. *num* 6. *C. de impub. & al. ſubſt. Dec. in l. vn.
in prima lect. num.* 4. *& in* 2. *num.* 24 *C. quand.
non pet. part. Crau. conſil.* 927. *num.* 4. *Gomez.
tom.* 1. *var. reſol. cap.* 10. *num.* 28. *Menoch. conſil.*
50. *num.* 10. Vnde, ſi ſimus in caſibus, in
quibus non eſt abſurdum, quem decedere
pro parte teſtatum, & pro parte inteſtatum,
quos referemus in hoc cap. quaſt. 41. *num.* 10. *&
ſeqq. & in cap.* 10. *quaſt.* 16. *num.* 15. *& ſeqq.*
non habebit inter condominos locum ius
5 accreſcendi, † quia ceſſat tunc ratio, quæ
in hæreditate facit inter eos iuri accreſcendi
locum. Hæc autem, quæ de condominis di-
cuntur, ſolent a noſtris trahi ad tranſmiſſa-
rios: nam, ſi hæres inſtitutus tranſmiſerit ius
deliberandi in plures hęredes *ex l. cum in
antiquioribus.* 19. *Cod. de iur. delib.* & ex ijs
vnus intra annum adierit partem ſuam, alij
verò non adierint, horum portiones adeun-
ti accreſcent, quia, licet huiuſmodi hæredes
ſint coniuncti coniunctione legali, eo, quod
a perſona vnius a teſtatore inſtituti peruenia-
tur ad plures, eo tamen ipſo, quod tractatur
de hęreditate, ſequitur inter eos locum ha-
6 bere debere ius accreſcendi, † *ſecundum ea,
quæ ſupra diximus. Ita ſcribit Bartol. in l. qui
duos.* 10. *in prin. num.* 14. *ff. de reb. dub. & in
l. cum ſolus.* 67. *in fin. ff. de acquir. hared.* Planè,
ſi poſt annũ alij cohęredes adierint, vel adi-
re voluerint principalis hęreditatis partes ſi-
bi delatas, & quæramus, an ita adeundo con-
ſequi poſſint etiam partes hæreditatis tranſ-
miſſæ, receptum eſt, multum referre, vtrum
is, qui intra annum adiuit virtute iuris deli-
berandi, adierit totam hęreditatem, an verò
ſolum partem ſuam: nam, ſi totam, proderit
talis aditio etiam cohęredibus ſuas portio-
nes etiam poſt annum adeuntibus. Contrà
verò, ſi ſuam tantummodo portionem adi-
uit, magis eſt, vt alij repellantur a portioni-
bus tranſmiſſis, & illæ cenſeantur cohęredi,
7 qui adiuit, accreuiſſe. † *Ita diſtinguit Bartol.
in d. l. qui duos.* 10. *in prin. num.* 15. *ff. de reb. dub.
& in d. l. cum ſolus* 67. *in fi. ff. de acquir. hared. &
poſt eum Crott. in d. l. re coniuncti, num.* 155.
verſic. Nono.

Secundus caſus eſt, quando tractatur de le-
gatis, & fideicommiſſis, & ſumus in caſibus,
in quibus ob delictum vnius ex condominis
legatum communi ſeruo relictum habetur
pro non ſcripto, vt, cum alter ex dominis
adſcripſit communi ſeruo legatum in ex-
tranei teſtamento, Et tunc, quia Senatuſ-
conſulto Claudiano ſerui nomen, quaſi fal-
ſum ſubducitur, ideo nihil condomino debe-
8 tur † *l. filius emancipatus.* 14. *verſicul. ſequens ff.
ad l. Corn. de falſ. & ſcribunt Bartol. in d. l. re
coniuncti, num.* 59. *& ibi Crott. num.* 124. *verſ.*
3. *Alciat. nu* 61. *Cuiac. in l. ſi duobus.* 16. *ff. de
leg. primo, & in d. l. filius emancipatus. in* 22.
lib. quaſt. Paul. & in not. ad Paul. lib. 3. *ſent.
titul.* 6. *§. ſi quis ſibi.* Nec eſt contrarium,
quod, ſi quis ſibi, & Titio legatum adſcribat,
9 totum Titio debetur † *d. l. filius emancipatus*
14. *verſic. ſequens ff. ad l. Corn. de falſ. Paul. d.
lib.* 3. *ſent. titul.* 6. *§. ſi quis ſibi, & ibi Cuiac.
in not. Baldui. in d. §. ſi eadem num.* 18. *Inſt. de
legat.* quia longè alia eſt huius, alia illius
10 ſpeciei ratio: nam † in ſuperiore ſpecie le-
gatum vni adſcriptum eſt, nempè ſeruo,
quo ſubducto, nulla perſona ſupereſt, cui
cenſeri poſſit relictum. Vnde fit, vt domi-
nus ad id venire nequeat, quippe, qui non
vocatur ad legatum, quaſi ad ſibi relictum,
ſed, quaſi ad relictum ſeruo. At in poſterio-
re caſu legatum duobus adſcriptum eſt, &
vnus tantum ſubducitur, nempè is, qui le-
gatum adſcripſit, & ideo, quia ſupereſt le-
gatarius, nempè Titius, cui legatum in te-
ſtamento fuit vtiliter relictum, vocatur is,
non ſolum ad partem ſibi relictam, ſed etiam
ad partem ſocij non capientis, quippe, quę
communi iure capienti accreſcit. *Ita Cuiac.
in not. ad Paul. d. lib.* 3. *ſent. tit.* 6. *§. ſi quis ſibi, &
ad d. l. filius.* 14. *in prin. ff. ad l. Corn. de falſ. in*
22. *lib. quaſtio. Paul.*

Tertius caſus eſt, quando legatum com-
muni ſeruo relictum ab initio non conſtitit
in perſona vnius ex condominis, non ob
eius delictum, ſed propter aliam cauſam, pu-
ta, quia fuit relictum ſeruo teſtatoris, & Ti-
tij, vel ſeruo Titij, & hæredis, Et tunc verius
eſt, quod alteri ex dominis acquiri non po-
11 teſt, totum ad alterum pertinere. † *l. Plau-
tius* 49. *in prin. ff. ad l. Falcid. l. verum.* 64. *§. ſi
ſeruo ff. pro ſoc. l. ſi eroſ.* 11. *verſicul. nam, &,
cum ſeruo ff. de opt. leg. & ſcribunt Bartol.
in l. proinde.* 7. *§.* 1. *ff. de ſtip. ſeru. Caſtrenſ. in d.
l. & Proculo.* 20. *num.* 2. *ff. de leg.* 2. *Ant. Fum.
de coniunct. cap.* 21. *num.* 1. non per ius accre-
12 ſcendi, † *vt putarunt Bartol. in d. l. re coniun-
cti, num.* 59. *& ibi Crott. num.* 124. *verſicul.* 3.
Alciat. num. 61. *Rub. in d. l. pater filium.* 14.
num. 185. *ff. de inoff. teſt. Peralt. in d. l. & Pro-
culo.* 20. *numer.* 12. *ff. de legat.* 2. ſed iure pote-
13 ſtatis, & ex natura acquiſitionis, † *vt re-
ctius cenſuerunt Polit. in d. l. re coniuncti,*

numer.91. & Donell. lib. 10. comm. cap. 23.

14 Nam † ſeruus communis duorum perſonam ſuſtinet, eiuſque conditionis eſt, vt in eo, quod vni ex dominis acquirere poteſt, alteri verò non poteſt, perinde habeatur, ac, ſi eius ſolius eſſet, cui poteſt acquirere *l. 1. §. communis ſeruus ff. de ſtip. ſeru.* Quo fit, vt ei, quaſi ſoli domino totum acquirat *l. proinde. 7. §. vltim. cum. 2. ll. ſeqq. ff. de ſtip. ſeru. §. vltim. Inſt. eod. & ſcribunt Ang. in l. communis ſeruus. 5. & ibi Imol. num. 7. ff. eod. Rub. in d. l. pater filium. 14. nu. 188. ff. de inoff. Duar. lib. 1. de Iur. accreſcend. cap. 13. Peralt. in d. l. & Proculo. 20. num. 11. ff. de leg. 2. Donell. d. lib. 10. comm. cap. 23.*

Hinc inferunt plerique, licet inter condominos, ſiue, vt noſtri loquuntur, inter coniunctos coniunctione legali non habeat locum ius accreſcendi in legato proprietatis, *vt dicemus infra num. 27.* habere tamen lo-
15 cum ius non decreſcendi, † *vti videre eſt apud Ang. in d. l. communis ſeruus. 5. ff. de ſtip. ſeru. Alcia. in d. l. re coniunctis, num. 92. verſicul. certior, Peralt. in d. l. & Proculo, num. 35.*
16 Sed eſt verius, † totum ad condominum pertinere, non per ius accreſcendi, nec per ius non decreſcendi, ſed iure poteſtatis, & ex acquiſitionis natura, *vt diximus ſupra numer. 13.* nam, quia ſeruus communis, qui mihi ſoli acquirere poteſt, perinde habetur, ac, ſi meus tantum eſſet, ideo fit, vt totum mihi, quaſi ſoli domino iure poteſtatis acquirat. Planè in contractibus, an idem iuris ſit, ſi communis ſeruus ab vno ex dominis ſtipuletur, vel acquirat dicemus *in 6. cap. q. 34.* vbi latè totam hanc tractationem proſequemur.

Quartus caſus eſt, quando legatum communi ſeruo relictum ab initio conſtitit in vtriuſque domini perſona, ſed poſtea, vel repudiatione, vel alia de cauſa pars vnius vacare cæpit, Et tunc, an ea pertineat ad condominum, magna ſolet eſſe dubitatio, propterea, quod in hac re videntur inter ſe
17 veteres Iuriſprudentes diſſenſiſſe: Nam † *in l. & Proculo. 20. ff. de legat. 2.* Celſus, *Et Proculo placebat*, inquit, *& a patre ſic accepi, quod ſeruo communi legatum ſit, ſi alter dominorum omitteret, alteri non accreſcere: Non enim coniunctim, ſed partes videri legatas: nam, ſi ambo vindicarent, eam quemq; legati partem habiturum, quam in ſeruo haberent.* Contra
18 verò Iulianus, † quem *in l. 1. §. 1. ff. de vſufr. accreſcend.* refert Vlpianus, *Quæritur*, inquit, *ſi communi ſeruo vſuſfructus ſit relictus, & vtriq; domino acquiſitus, an altero repudiante, vel amittente vſumfructum, alter totum habeat, Et putat, ad alterum pertinere, &, licet dominis, non æquis partibus, ſed pro dominicis acquiratur, tamen perſona eius, non dominorum inſpecta, ad alterum ex dominis pertinere, non proprietati accedere.* Itaque videntur manifeſtè diſſenſiſſe, adeo, vt Cuiacius *in Parat. ff. de vſufruct. accreſc. & ad l. 2. ff. eod. tract. 5. ad Aphr. & in l. ſi duobus 16. ff.*
19 *de legat. primo*, arbitratus ſit, † non eſſe laborandum in inuenienda conciliatione, quod in hac re Celſus cum Iuliano non conſenſerit. Et ſanè, quamuis Iuſtinianus *in l. 1. §. nulla & l. 2. §. contrarium C. de vet. iur. enucl.* profeſſus ſit, nullam in iure noſtro legum diſſonantiam, & contrarietatem reperiri,
20 † fortaſſis ita perſuaſus a Triboniano, qui nimium ſuæ memoriæ, ſuæque prudentiæ confidebat, longo tamen vſu, iugique ſtudio, & aſſidua totius corporis ciuilis relectione fuit a pleriſque grauiſſimis viris obſeruatum, adhuc hodie ſupereſſe veterum prudentium contrarias ſententias, & antino-
21 mias, † *vti videre eſt apud Budæ. in annot. ad Pand. in l. vltim. ff. AEdedil. ed. Copum Pariſien. in tract. de fructib. lib. 1. cap. 3. num. 4. & 5. Conna. lib. 7. comm. iur. ciu. cap. 15. num. 15. Cuiac. in l. ſi a patre. 5. Cod. de cond. indeb. & alios paſſim*, quod vix ſit, vt aliter euenire
22 potuerit: nam, † cum Romæ Proculiani, & Sabiniani veluti duas in ſectas diuiſi mi-
23 rum in modum inter ſe diſſiderent, † *vt apparet ex l. 2. §. poſt hunc ff. de orig. iur. l. 1. ff. de contr. empt. l. adeo. 7. §. cum quis ff. de acquir. rer. dom. l. illud. 43. ff. de pet. hæred. l. 3. §. Neratius ff. de acquir. poſſ. l. 2. ff. pro derel. & alijs innumeris locis*, & ex eorum commentarijs, ac voluminibus collecti ſint a compilatoribus 50. Digeſtorum libri, vix fieri potuit, quin, cum ſub vno titulo Proculi puta ſententiam retuliſſent, ſub alio poſtea remotiore collocarint illi contrariam alicuius Sabiniani opinionem, vel obliti eius, quam ſupra poſuerant, vel, quod a diuerſis compilatoribus excerpta ſint capita Digeſtorum. Cuius rei multa cernuntur in Pandectis veſtigia, quæ a varijs Anteceſſoribus obſeruata ſunt, & inter ea putat Cuiacius referendam eſſe ſpe-
24 ciem, de qua loquimur, quia Celſus, † qui Proculianus erat *l. 2. §. vltim. ff. de orig. iur.* Proculi ſententiam refert a patre ſuo probatam. Itaque, cum ait, *Et Proculo placebat, & a patre ſic accepi*, tacitè videtur innuere, contrarium placuiſſe Sabinianis. Quamo-
25 brem Iulianus, † qui Sabinianus erat *d. l. 2. §. vltim. ff. de orig. iur.* contrarium apertè probat *in d. l. 1. §. 1. ff. de vſufruct. accreſcend.* reſpondendo rationi, qua mouetur Proculus: nam ideo Proculus negat, inter condominos eſſe ius accreſcendi, quia non coniunctim, ſed partes videntur legatæ, idest, quia condomini non faciunt partes concurſu, ſed eas habent initio: nam, ſi facerent concurſo, haberent æquas, cum alioquin dominicas tantum conſequantur, *vt expoſuimus in hoc cap. quaſt. 27. num. 29. & ſeqq.* Huic autem rationi reſpondet Iulianus *licet dominis non æquis partibus, ſed pro dominicis acquiratur, tamen perſona eius, non dominorum inſpecta ad alterum ex dominis pertinere, non proprietati accedere*, quaſi dicat, licet non ſint coniuncti, cum legatum eis, non æquis partibus, ſed pro dominicis acquiratur, debent tamen habere ius accreſcendi, non inſpecta perſona propria, ſed inſpecta perſona ſerui. Nec obeſſe videtur, quod Iulianus loquatur de vſufructu, quia, cum Celſus loquatur generaliter, ſiue indefinitè, de legato, vt apparet ex illis verbis, *quod communi ſeruo legatum ſit*, videtur eius dictum etiam ad legatum vſusfructus pertinere.

Sed

Sed, quicquid ſit in alijs iuris articulis, in
hac parte nulla ſubeſt neceſſitas, quæ nos co-
26 gat fateri antinomiam: † Species enim ſunt
diuerſæ: nam Celſus ſimpliciter de legato
loquitur, Iulianus verò de legato vſusfru-
ctus, ex qua diuerſitate colligere poſſumus,
aliquid ſubeſſe, quod diſſonantiæ querelam
diſſoluit, & aliam naturam inducit diſcor-
diæ fines effugientem, vt ait Iuſtinianus in d.
l. 2. §. contrarium C de vet. iur. enuel. Cum igitur
Celſus generaliter loquatur de legato, Iulia-
nus verò ſpecialiter de legato vſusfructus, &
generi per ſpeciem in toto iure derogetur l. in
toto 80. ff. de reg. iur. l. ſerujs. 97. §. vlt. ff de leg. 3.
Conſequens eſt, vt Celſus non ſit accipien-
dus de legato vſusfructus, ſed de alijs legatis,
nempè de legato proprietatis, vel nudæ, vel
plenæ: Differt enim (quicquid cenſuerit Do-
nell. d. lib. 10. comm. cap. 23.) in hoc proprietas
ab vſufructu, quod in illa non eſt inter con-
dominos ius accreſcendi, in hoc verò contra,
27 † vt de proprietate ſcripſerunt Bart. in l. 3. §. vlt.
num. 1. ff. de bon. poſſ. & in l. pater filium. 14 num.
9. ff. de inoff. Caſtr. in d. l. & Proculo. num. 1. Iaſ.
in l. ſi fundum ſub conditione. 83. § ſi ſeruo, in
prin. ff. de leg. primo, & in d. l. re coniunctis, num.
51. & ibi Io. Gaud. nu. 52. verſ. licet, Gomez. tom.
1. varia. reſo. cap. 10. num. 39. De vſufructu ve-
rò Hoto. in Epit. tit. ff. de vſufr. acer. num. 15. in
fi. De vtroq; demum gl. in d. l. 1. §. 1. in verb. pro-
prietati, & ibi Ang. ff. de vſufr. accr. gloſſ. in d. l. &
Proculo, in verb. non accreſcere, & ibi Bald. &
Imol. Iaſ. in d. l. re coniunctis, num. 51. & ibi Rip.
num. 204. Alcia. num. 13. & 60. verſ. ſatis, Rub.
in d. l. pater filium. 14. num. 188. ff. de inoff. Ant.
Gou. de Iur. acer. num. 27. & in l. ſeruum 48. in
prin. num. 3. ff. de vulg. Henr. à Suer. in tracta de
vſufr. acer. Gomez. d. cap. 10. num. 40. & omnis,
quos retulimus ſupra num. 1. Et ita accipiendi
ſunt, qui ſimpliciter ſcribunt, in legatis, ſiue
ſucceſſionibus particularibus non habere lo-
cum ius accreſcendi inter coniunctos con-
28 iunctione legali, † vt Bart. in d l. ſi duobus. 16.
§. vlt. num. 1. ff. de leg. primo, Bald. in d. l. hac edi-
ctali. 6. in prin. num. 25. verſ. ſed pone Cod. de ſec.
nup. Caſtr. in l. ſi dno patroni. 13. in prin. num. 5.
ff. de iure iur. Alex. in l. legatarius. 38. in prin.
num. 1. ff. de leg. primo, Port. in d. §. ſi eadem, nu.
4. & ibi Iaſ. in add. poſt nu. 20. Inſt. de lega. Rub.
in d. l. pater filium. 14. num. 113. & 185. ff. de
inoff. Fabia. de Pep. in Auth. præterea num. 102.
C. vnd. vir, & vx. Crau. conſil. 927 num. 4. Go-
mez. d. tom. 1. varia. reſol. cap. 10. num. 39. Men.
conſil. 50. num. 10. Did. Spin. in ſuo ſpec. teſt. gloſſ.
9. num. 12. Gratia. cap. 178. diſcep. forinſ. num. 5.
vel, non habere locum ius accreſcendi inter
29 coniunctos coniunctione legali, † vt Bartol.
in d l. re coniunctis, num. 6. Bald. in d. l. hac edi-
ctali. 6. in prin. nu. 25. Ang. in d. l. vn. §. his ita de-
finitis, num. 4. & ibi Caſtr. num. 3. in fi. C. de cad.
toll. Ang. in d. l teſtamento. 6. num. 2. C. de impub.
Imol. in l. communis ſeruus. 5. nu. 7. ff. de ſtip ſeru.
Petr. de Vbald. in tract. de Canon. Epiſco. cap. 3.
num. 6. Iaſ. in d l legatarius. 38. num. 3. ff. de leg.
primo, Corn. conſil. 324 num. 3. vol. 4. March. de-
ciſ. 677. num. 5. part. 2. Gomez. d tom. 1. var. reſ.
cap. 10. num. 42. verſ. 2. limita, Hond. conſil. 8. nu.
50. vol. 1. Loquuntur enim de legato proprie-
tatis, non verò de legato vſusfructus, aut de
hæreditate.

Hinc quæri ſolet, quæ ſit inter proprietatis
& vſusfructus legatum diuerſitatis ratio. Et
quamquam variæ ſoleant rationes afferri,
30 † vti videre eſt apud Bald in l. 1. ff. de vſufr. acer.
Ang in d. l. teſtamento. 6. num. 2. C. de impub in d.
l. 1. §. denique ff de vſufr. acer. & in d. l. communis
ſeruus. 5. num. 1. ff. de ſtip ſeruo. Rub. in d. l. pa-
ter filium. 14. num. 188. ff de inoff. teſta. Peralt.
in d. l. & Proculo. 20. num. 2. & ſeqq. ff. de leg. 2.
Gomez. d. tom. 1. var. reſol. cap. 10. num. 40. non
eſt tamen ab ea recedendum, quæ colligitur
ex his Iuliani in d. l. 1. §. 1. ff. de vſufr. acer. ver-
bis, tamen perſona eius non dominorum inſpecta:
nam ex ijs intelligimus ideo inter condomi-
nos eſſe ius accreſcendi in legato vſusfructus,
quoniam in eo ſpectatur perſona ſerui, quæ
alioquin in proprietate cōſiderari nullo mo-
31 do poteſt, † vt etiam ſimpliciter tradiderunt,
Bart. in d. l. re coniunctis, num. 59. & ibi Crott. nu.
123. Polit. num. 92. Alcia. num. 62. Imol. in d. l.
& Proculo, Rub. in d. l. pater filium. 14. nu. 188.
Ant. Gou. de Iur. accreſc. num. 27. ſed, quoniam
hęc ratio, tamquam obſcurior, varias recipit
32 interpretationes, † vti videre eſt apud Bald. in
d. l. 1. ff. de vſufr. accr. Polit. in d. l. re coniunctis,
num. 92. & 93. & ibi Alcia. num. 62. Ant. Fum.
de coniun. cap. 21. nu. 1. Rub. in d. l. pater filium.
14. num. 188. Ant. Gou. de Iur. accreſc. num. 27.
Duar. lib. 1. de Iur. accr. cap. 13. Cuiac. in d. l. ſi
duobus 16. ff. de leg. primo, ideo pro eius expli-
catione de duobus nobis erit diſpiciendum,
& primo, cur non, vt in legato vſusfructus, ita
& in legato proprietatis ſerui perſona conſi-
derari poſſit. Secundo verò, cur ex eo, quod
ſerui perſona ſpectatur in vſufructu, locus in
eo ſit iuri accreſcendi, in proprietate verò
non item.

Quod igitur ad primam queſtionem atti-
net, puto rationem eſſe ab eorum diuerſitate
ducendam, quæ ſunt iuris, aut facti, queùe
realia, vel perſonalia: nam ea, quæ ſunt iuris,
& realia, ita domino per ſeruum acquiruntur,
vt, ne momento quidem maneant in perſo-
33 na ſerui, † l. placet. 78. ff. de acq. hæred. quippe,
34 qui ex ſua perſona eorum incapax eſt, † l. ac-
quiritur. 10. ff. de acq. rer. dom. §. item vobis, Inſt.
per quas perſo. nob. acq. At verò ea, quæ ſunt fa-
35 cti, non tranſeunt ad dominum † l. qui hæredi.
44. in prin. ff. de cond. & dem. ſed manent in per-
36 ſona ſerui † §. ſed, cum factum Inſt. de ſtip. ſeruo.
quemadmodum, & ea, quę ſunt perſonalia
l. ſi ſtipulatus fuerim. 76. in prin ff. de verb. oblig.
Quamobrem dicimus, ſeruum eſſe capacem
37 eorum, quę ſunt facti, † vti videre eſt apud
Conna. lib. 2. comm. cap. 3. num. 10. Cuiac. in l.
filioſ. 18. ff. de vſu, & hab. tract. 5. ad Afr. Ant.
Fab. lib. 7. coniect. cap. 11. puta obligationis na-
38 turalis † l. naturaliter. 13. in prin. l. ſi, quod domi-
nus. 64. ff. de cond. indeb. l. ſerui. 13. ff. de act. &
oblig. l. hoc iure. 19. §. ſi quis ſeruo ff. de donat.
39 quę facti eſt † l. nec ſeruus. 42. ff. de pecul. l. ſi vnus.
28. § pactus ff. de pact. poſſeſſionis corporalis,
40 ſiue detentionis, † l. quod ſeruus 24. ff. de acq.
41 poſſ. quę, & ipſa facti eſt † l. 1. §. adipiſcimur ff.
42 eod. annui legati, ſiue alimentorum † l. ſi, cui.
11. l. ſeruos 17. ff. de alim. leg. l. ſeruus. 16. ff de ann.
leg. l. 3. ff. de his, quæ pro non ſcrip. hab. l. ſeruo alie-
no 116. §. 1. ff. de leg. primo, l. ex parte 40. §. Sticho
ff fam. ercſ. quippe, quod, & ipſum facti ma-
43 gis eſt, quam iuris † l. legatum. 10. ff. de cap. min.

& generaliter, cum factum in obligatione,
vel diſpoſitione verſatur, dicimus omnimo-
44 do perſonam ſerui contineri † *d. §. ſed, cum
factum, Inſt. de ſtip. ſeruo.* Itaque ſeruum ire
debere *d. §. ſed, cum factum*, in ſeruo debere
impleri conditionem *d. l. qui hæredi. 44. in
prin. ff. de cond. & dem.* & a ſeruo debere hære-
ditatem adiri *l. 3. Cod. de hæred. inſt.* quoniam
hęc omnia facti ſunt, & merè perſonalia
ideoque non tranſeunt ad dominum, ſed
manent in perſona ſerui. Cum igitur lega-
tum proprietatis iuris ſit: continet enim do-
minium, quod eſt ius. Quamobrem ius defi-
45 nitur † *a Bart. in l. ſi quis vi. 17. §. differentia
num. 4. ff. de acq. poſſ. Alcia. in l. traditionibus. 20.
num. 24. C. de pact. Mynſ. in rub. Inſt. de rer. di-
uiſ. num. 5.* Conſequens eſt, vt illud in perſo-
na ſerui conſiſtere nullo modo poſſit, & hac
ratione non poſſit ſerui perſona in tali lega-
to conſiderari. At verò legatum vſusfructus,
46 licet ſit iuris, cum vſusfructus ſit ius † *l. 1. ff. de
vſufr. & tit. Inſt. eod. in prin.* conſiſtit tamen etiã
47 in facto, ideſt, in vtendo fruendo † *l. vn. in
prin. ff. quand. dies vſuſf. leg. ced. & ſcribit Cuiac.
in d. l. filiof. 18. ff. de vſu, & hab. tract. 5. ad Afric.*
& ideo manet etiam in perſona ſerui, qui ſi-
mul cum domino vtitur, fruitur *d. l. filiof. 18.
ff. de vſu, & hab.* Nil mirum igitur, ſi in eo per-
ſona ſerui conſiderari poſſit.

Quod verò attinet ad ſecundam, puto
48 vim rationis hãc eſſe, † quia, cum vſusfructus
non ſolum tranſeat ad dominos, ſed etiam
maneat in perſona ſerui, *vt dictum eſt*, nun-
quam eius reſpectu cenſeri poteſt diuiſus, &
ideo ſeruus, in cuius perſona totus creditur
vſusfructus permanſiſſe, poteſt eum quotidie
dominis ſuis acquirere: nã vſusfructus quo-
tidie legatur, & acquiritur *l. 1. §. interdum ff. de
vſufr. accr.* Sed, cum ex dominis, in quorum
perſona dies legati ceſſit, alter deceſſerit,
& conſequenter factus ſit ratione futurorum
annorũ incapax vſusfructus, & ſeruus com-
munis duorum perſonam ſuſtineat, eiq; to-
tum acquirere ſoleat, qui capax eſt, perinde,
ac, ſi eius ſolius ſeruus eſſet *l. 1. §. communis
ſeruus ff. de ſtip. ſeru.* ideo fit, vt, cum eo tempo
re, quo ſequentium annorum vſusfructus ac-
quiritur, vnicum habeat dominum ſuperſti-
tem, & capacem, ei ſoli totum vſumfructum
acquirat, & ſic, vt portio vſusfructus, quę ſpe-
ctabat ad defunctum, pertineat ad ſuperſtitẽ
inſpecta perſona ſerui. At in legato proprie-
tatis non poteſt pars vacans ad condominũ
pertinere, quoniam in eo non ſpectatur per-
ſona ſerui, ſed inſpicitur perſona dominorũ,
vt dictum eſt, & ideo, quoniam hi non ſunt
coniuncti, cum partes non habeant per con-
curſum, ideſt, æquas, ſed initio, & dominicas,
vt oſtendimus in hoc cap. q. 27. num. 29. & ſeqq.
fit, vt inter eos, tamquam omnino ſeparatos
locum non habeat ius accreſcendi. Hic, ni
fallor, verus eſt Celſi, atq; Iuliani ſenſus, &
vera eorum inter ſe conciliandorum ratio.
Nec ex eo, quod alter eſſet Proculianus, al-
ter Sabinianus, protinus ad diſſidium faten-
dum debemus proſilire, quia non ſemper in-
ter ſe diſſidebant Sabiniani, & Proculiani:
49 † nam & *in l. inter omnes. 47. in prin. ff. de furt.*
Vlpianus, *Inter omnes*, inquit, *conſtat*: inter
omnes, ideſt, tam Proculianos, quam Sabinia-
50 nos. † *vt rectè declarat Hoto. Illu. quaſt. 30.* Nec
me mouet, quod Iulianus reſpondeat ratio-
ni Celſi, quia reſponſio non eſt generalis, ſed
conſtricta ad vſumfructum, in quo ſpectatur
perſona ſerui. Deniq; licet Celſus generaliter
loquatur, non tamen ſequitur, eum in ſpecie
vſusfructus a Iuliano diſſentire, quia, *vt ſupra
diximus*, generi per ſpeciem derogatur.

Planè interdum etiam inter condominos,
ſiue, vt alij loquuntur, inter coniunctos con-
iunctione legali locum habet ius accreſcen-
di: Primum enim, ſi quis fuerit rogatus hęre-
ditatem ſeruo communi duorum reſtituere,
& vnus ex dominis velit cogere hęredem,
vt adeat, & reſtituat, alter verò nolit, non
audietur cogere volens, niſi in totum cogat,
51 † & ſic effectu portio non cogentis accreſcet
52 cogenti, quia † idem dicitur de duobus
dominis, quod diceretur de duobus fideicõ-
miſſatijs *l. cogi 16. §. ſi ſeruo ff. ad Treb.* Cum
igitur ex duobus fideicõmiſſarijs vnus non
poſſit cogere hęredem, vt adeat, & reſtituat,
niſi totã hęreditatem recipere ſit paratus, ne
53 hęres damnum ſentiat † *l. 1. § ſed & quoties &
d. l. cogi. 16. §. ſi quis hęres inſtitutus, §. ſed, & ſi
quis. §. Mecianus, & §. idem Mecianus ff. ad
Trebell.* Conſequens eſt, vt idem ſit in duobus
dominis dicendum.

Secundo locum habet ius accreſcendi
inter condominos, ſi teſtator hoc voluerit,
54 † *vt ſcribit Ang. in d. l. vn. §. his ita definitis,
num. 4. C. de cad. toll.* nec ſolum, ſi expreſsè,
ſed etiam, ſi tacitè: nam, ſi duorum ſeruo le-
getur, & teſtator nomina dominorum expri-
mat in teſtamento, puta dicat, lego Titij, &
Sempronij ſeruo fundum Tuſculanum, quia
propter talem expreſſionem domini pro
æquis, non pro dominicis partibus ad legatũ
vocantur *l. ſi cõmunis ſeruus. 37. ff. de ſtip. ſeruo.*
ceſſatq; proinde ratio, propter quam negat
Proculus, inter eos eſſe ius accreſcendi *in d. l.
& Proculo*, ideo tũc etiã, inter eos licet legali
coniunctione iunctos id erit admittendum
55 † *ſecundum Crott. in d. l. re coniuncti, num. 126.*
Sed eſt, verius, in propoſita ſpecie condomi-
nos eſſe, non legali, ſed teſtamentaria con-
56 iunctione iunctos, † *vt animaduertit Alcia. in
d. l. re coniuncti num. 62.* nã teſtator dominorũ
exprimendo nomina declarat ſe eorum con-
templatione relinquere legatum. Quo fit, vt
perinde ſit, ac, ſi eis nominatim legatum
eſſet relictum. Erit igitur (*quicquid Polit. in
d. l. re coniuncti, num. 93. & Rub. in d. l. pater fi-
lium, num. 187. cenſuerint*) inter eos ius accre-
57 ſcendi, † non, tamquam inter coniunctos le-
gali coniunctione, ſed, tamquam inter eos,
qui a teſtatore iuncti ſunt

Ex ijs autem, quę de coniunctis coniun-
ctione legali diximus, inferunt noſtri paſſim,
inter hęredes legatarij, qui poſt diem legati
cedentem deceſſit, locum non habere ius
58 accreſcendi. † *Ita ſcribunt Bart. in d. l. re con-
iuncti, num. 60. & ibi Alcia. num. 64. Bald. in l.
legatarius. 38. & ibi Caſtr. num. 2. Imol. num. 3.
Alex. num. 1. Iaſ num. 9. ff. de leg. primo, Gomez.
d. tom. 1. var. reſol. cap. 10. num. 39. & 42. verſ.
2. limita, Cuiac. in d. l. ſi duobus. 16. q. 6. ff. de leg. 1.*
59 Quod puto verum, non, quia † ius accreſcen-
di ceſſet inter coniunctos coniunctione le-
gali, *vt in propoſito Iaſ. in d. l. legatarius. 38.
num.*

num. 3. *& alij ſupra relati exiſtimarunt* : nam
verius eſt, hos hęredes non eſſe aliquo modo
coniunctos, *vti demonſtrauimus in hoc cap. q.*
27. *num.* 16. *& ſeqq.* nec quia probetur *d. l. lega-*
tarius. 38. *in prin. ff. de leg. primo* : nam ex his
60 † Pomponij verbis, *Legatarius pro parte acqui-*
rere, & pro parte repudiare legatum non poteſt,
hæredes eius poſſunt, vt alter eorum partem ſuam
acquirat, alter repudiet, non ſatis probabiliter
inferri poteſt, inter eos iuri accreſcendi locũ
non eſſe, quia longè aliud eſt dicere, legatum
ab ijs pro parte acquiri, & pro parte repudia-
ri poſſe, aliud verò negare, partem repudian-
tis ad alterum agnoſcentem pertinere: nam,
& coniunctus, qui propriam legati partem
agnouit, poteſt vacantem coniuncti partem
repudiare, quam tamẽ conſequi, ſi vellet, per
ius accreſcendi poſſet *l. vn. §. vbi autem legata-*
61 *rij C. de cad. toll.* ſed, quia † ius accreſcendi in-
ter eos tantum locum habet, qui faciunt par-
tes per concurſum, *vt oſtendimus in hoc ipſo*
cap. q. 38. *num.* 36. *& ſeqq.* Hęredes autem lega-
tarij non faciunt partes per concurſum, quia
non æquas, & viriles, ſed hęreditarias partes
conſequũtur. Non poteſt igitur inter eos ha-
bere locum ius accreſcendi. Qua ratione fit,
vt etiam inter hęredes, apud quos remanet
vſusfructus fundi, cuius proprietas alteri le-
gata fuit, non ſit ius accreſcendi, ſcilicet, quia
nec hi partes vſusfructus ęquas, ſed hęredita-
62 rias conſequuntur † *l. 2. l. 3. ff. de vſufr. accr. &*
ſcribunt Ang. in l. 1, *in prin. verſ. ſexta, & in §.* 1.
ff. eod. Io. Gaud. in d. l. re coniunctis, nu. 15. *Pereg.*
conſil. 59. *num.* 3. *vol.* 1. *Men. de præſ. lib.* 4. *præſ.*
159. *num.* 14. *Cuiac. in l. idem Neratius.* 4. *ff. de*
vſufr. accr. ex 1. *libr. reſpon. Nerat. & nos etiam*
diximus in hoc cap. q 6. *num.* 13. Et hęc quidẽ
de ea legali coniunctione dicũtur, quam no-
ſtri conſiderant in teſtamento.

Quod, ſi tractemus de ea, quę locum ha-
bet contra teſtamentum, certi iuris eſt, inter
huiuſmodi coniunctione iunctos habere lo-
63 cum ius accreſcendi, † *vt ſcribunt Bart. in l.* 3.
§. vlt. num. 1. *ff. de bon. poſſ. & alij paſſim.* Itaque
locum habet inter eos, qui vocantur ad que-
relam *l. ſi ponas* 23. *§. vlt. ff. de inoff. & dicemus*
in 6. *cap. q.* 30. vel ad bonorum poſſeſſionem
contra tabulas *l. ſi duobus.* 12. *ff. de bono. poſſ.*
contr. tab. & dicemus in eodem 6. *cap. q.* 2. *num.* 3.
vel ad ſimiles cauſas, in quibus nulla, niſi le-
galis coniunctio conſiderari poteſt.

Denique, ſi tractemus de ea coniunctione
legali, quę conſideratur ab inteſtato, certi
quoq; iuris eſt, inter coniunctos huiuſmodi
coniunctione locum habere ius accreſcendi,
64 † *vt ſcribunt Bart. in d. l.* 3. *§. vlt. num.* 1. *ff. de bon.*
poſſ. & in d. l. re coniunctis, num. 61. *& ibi Alcia.*
num. 64. *Ioan. Gaud. num.* 3. *Gul. Ben. in d. cap.*
Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adela-
ſiam, num. 113. *Craſſ. in d. §. ius accreſcendi q.* 32.
num. 1. *Men. conſ.* 50. *num.* 9 ſiue ſuccedatur de
iure ciuili *l. ſi ex pluribus.* 9. *ff. de ſuis, & legit. l.* 1.
§. ſi nemo ff. ad Tertul. §. vlt. Inſt. de Orfit. & nos
dicemus in eodem 6. *cap. q.* 1. *num.* 3. ſiue de iure
pręrorio *l. vn. C. quand. non pet. part. & dicemus*
in eodem cap. q. 2. *nu.* 5. & de iure ciuili, ſiue le-
65 ge, ſiue ſtatuto, † *vt ſcribunt Crau. conſ.* 927.
num. 4. *Hond. conſil.* 2. *nu.* 31. *& conſil.* 8. *num.* 8.
vol. 1. *Menoch. d. conſil.* 50. *num.* 7. *Quicquid cen-*
ſuerit Hond. d. conſ. 8. *nu.* 60. *& ſeqq. volu.* 1. ſiue
conſuetudine, *ſecundum ea, quæ dicemus in eo-*
dem 6 *cap. q.* 1. *num.* 5.

Planè de illo dubitari poteſt, an, quod in-
ter legali coniunctione iunctos locum habet
in legitimis ſucceſſionibus, ſit ius accreſcen-
di, an verò ius non decreſcendi. Et frequen-
tiùs quidem traditur eſſe ius non decreſcẽdi,
66 † *vti videre eſt apud Alcia. lib.* 4. *Parad. cap.* 8.
num. 3. quippe, cui locus eſt inter eos, qui ſoli-
dum habent initio, *vt tradunt omnes, quos re-*
tulimus in q praeced. num. 4. quales ſunt legiti-
mi ſucceſſores, *vt diximus in hoc cap. quæſt.* 33.
num. 2.

Sed ex ijs, quę diximus *in q. pręced. num.* 8.
& ſeqq. facilè eſt intelligere, contrarium eſſe
67 verius: † nam, quia legitimi ſucceſſores ma-
gis re, & verbis, quam re tantum coniunctis
aſſimilantur, *vt oſtendimus in q.* 27. *num.* 46. *&*
ſeqq. & inter re, & verbis coniunctos non, niſi
ius accreſcendi locum habet, *ſecundum verio-*
rem ſententiam, quam diſputando ſuſtenuimus
in q. praeced. num. 8. *& ſeqq.* ideo fit, vt etiam in-
ter eos, qui ab inteſtato vocantur ad ſucceſ-
ſionem ſolum ius accreſcendi locum habe-
re poſſit.

Nec eſt contrarium, quod habeant initio
ſolidum, quia non habent id, vt ſinguli, ſed,
vt vniuerſi, cum alioquin ius non decreſcen-
di non, niſi inter eos locum habeat, qui ſoli-
dum habent, vt ſinguli, & ex manifeſtis ver-
bis teſtatoris, *vt oſtendimus in d. q. pręc. num.* 17.
& ſeqq. Et hęc de coniunctis legali coniun-
ctione.

SVMMARIVM.

1 *Ius accreſcendi non habet locum inter omnimodo disiunctos in legatis, & fideicommiſſis, & cur, num.* 4.

2 *Ius accreſcendi non habet locum inter omnimodo disiunctos.*

3 *Ius accreſcendi non habet locum, niſi inter coniunctos.*

5 *Ius accreſcendi non habet locum inter omnimodo disiunctos, etiam in vſufructu.*

6 *Ius accreſcendi non habet locum inter omnimodo disiunctos etiam in fideicommiſſis vniuerſalibus, & cur, num* 7.

8 *Ius accreſcendi in hæreditatibus habet locum etiam inter omnimodo disiunctos, & cur, nu.* 9.

10 *Ius accreſcendi non habet locum inter omnimodo disiunctos, etiam in hæreditate, ſi non ſit abſurdũ, quem decedere pro parte teſtatum, & pro parte inteſtatum, Ampha vt num.* 11.

12 *Ius accreſcendi non habet locum in teſtamento militis inter omnimodo disiunctos.*

13 *Teſtatus pro parte, & pro parte inteſtatus poteſt quis decedere inter liberos.*

14 *Teſtatus pro parte, & pro parte inteſtatus poteſt quis decedere ad pias cauſas.*

15 *Lege, vel ſtatuto fieri poteſt, vt quis decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.*

16 *Ius accreſcendi non habet locum inter omnimodo disiunctos, etiam in hæreditatibus, ſi lege, vel ſtatuto cautũ ſit, vt poſſit quis decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.*

An,

An, & quando ius accreſcendi locum habeat inter omnimodo diſiunctos, qui vocantur ad eãdem rem, & eodem iure.

Quæſtio Quadrageſimaprima.

POST eos, qui aliquo genere coniunctionis iunguntur ſupereſt, vt videamus de omnimodo diſiunctis, & diſpiciamus, an, & quãdo inter eos locum habeat ius accreſcendi. Sed, quoniam eorum duo ſunt genera: quidam enim vocantur eodem iure, quidam verò diuerſo, &, qui eodem, vel vocantur ad eandẽm rem, vel ad diuerſas, ideo de ſingulis ſeparatim tractaturi videamus primo de ijs, qui vocantur ad eandem rem, & eodem iure, cuiuſmodi ſunt ij, quibus eiuſdem rei partes ſeparatis orationibus relictę ſunt, quippe, qui, licet ad eandem rem vocentur, puta ad eãdem hęreditatem, vel fundum, & vocentur eodem iure nempe iure inſtitutionis, vel legati, vel alio ſimili, ſunt tamen omnimodo diſiuncti, quia partium diſtinctio tollit realem cõiunctionem, orationum verò diuerſitas verbalem, *vt diximus in hoc cap. q. 1. num. 6.* Inter hos autem an locum habeat ius accreſcendi, ſi quęramus, conſtat eſſe diſtinguendos duos caſus quorum

Primus eſt, quando tractamus de legatis, & fideicommiſſis, Et tunc certi iuris eſt, inter omnimodo diſiunctos non habere locum
1 ius accreſcendi. † *Ita enim tradiderunt gl. in l. Moeuio. 42. in prin. in verb. Moeuio. & ibi Bart. num. 1. Imol. num. 2. verſ. ſed iſta opinio ff. de leg. 2. Bart. in d. l. re coniuncti, num. 25. & ibi Iaſ. num. 112. & 117. Crott. num. 2. Polit. num. 50. & 84. verſ. igitur latius, Alcia. num. 40. Rip. num. 75. Io. Gaud. num. 43. Bart. in l. 1. in prin. ff. de vſufr. accreſ. Ang. in l. qui patris 59. num. 5. & ibi Imol. num. 1. Alex. num. 4. ff. de acq. hęred. Ang. in l. dominus 63. §. 1. num. 2. ff. de vſufr. & in l. 1. §. 1. ff. de vſufruct. accreſc. Imol. in l. item, quod Sabinus, 17. num. 3 verſ. Nec obſtat prædictis ff. de hęred. inſt. Roma conſil. 185. num. 10. & 11. Caſtr. in l. cum quæſtio 23. in prin. nu. 3. verſ. in text. ibi, & ibi Alex. num. 3. C. de legat. Caſtr. in l. cum ex filio. 39. §. vlt. num. 3. & ibi Imol. ff. de vulg. Caſtr. in l. vn. §. his ita definitis, num. 3. & 4. & in §. vbi autem legatarij, & ibi Cuiac. C. de cad. toll. Caſtr. in l. ſi duobus. 16. §. fin. num. 2. ff. de leg. primo, & in l. & Proculo. 20. nu. 2. & ibi Peralt. num. 3. & 16. ff. de leg. 2. Imol. in l. hæredes ſine partibus. 63. num. 2. ff. de hær. inſt. Alex. in l. ſi mihi, & tibi. 12. in prin. num. 4. ff. de leg. primo, Ang. de Gamb. de teſta. gloſſ. 42. nu. 3. & 8. Ant. Fum. de coniunct. cap. 8. num. 1. Cagn. in rub. C. quand. non pet. part. num. 55. verſ. ad primum, Seb. Sap. in l. vn. num. 12. & ibi Pic. in euident. num. 3. Io. Guter. num. 26. Cod. eod. titu. Corn. conſ. 319. num. 3. vol. 4. Duran. de art. teſt. tit. 6. caut. 15. nu. 1. verſ. ſed, ſi teſtator, Curt. Iun. conſil. 83. num. 13. & conſil. 259. num. 13. Alcia. conſil. 31. num. 53. lib 9. Crau. conſil. 972. num. 25. Ceph. conſil. 243. num. 9. Gomez. tom. 1. varia. reſo. cap. 10. num. 38. Craſſ. in §. ius accreſcendi q. 11. Menoch conſil. 141. num. 6. & conſ. 993. nu. 33. vbi loquitur de maioratu, Pereg. de fideic. artic. 9. num. 2. & conſil. 12. num. 1. & 2. vol. 3. Surd. conſ. 31. num. 39. Balduin. in d. §. ſi eadem, nu. 25. & ibi Mynſ. num. 24. Inſt. de legat. Duar. lib. 1. de Iur. accr. cap. 12. Ant. Gou. de Iur accr. num. 25. Foreat. in Necio. dial. 59. num. 6. Cuiac. ad l. 2. ff. de vſufr. accr. tract. 5. ad Afric. Hoto. in Epit. tit. ff. de vſufr. accr. num. 12. Donell. lib. 8. comm. cap. 21. & lib. 10. cap. 23. tametſi contrarium, & male cenſuerit Biſu. in d. l. re coniuncti num 8.* Et de his videntur accipendi, qui ſimpliciter ſcripſerunt, ius accreſcendi non habere locum inter omnimodo diſiunctos,
2 † *vt Forea. in Necyo. dial. 3. num. 6. verſic. prę-terea,* aut (quod idem eſt) non habere locũ,
3 niſi inter coniunctos, † *vt Corn. conſ. 324.*
4 *num. 4. verſ. ſi ergo, vol. 4* quia † ceſſat vtraq; ratio, quę ſolet in teſtamentis inducere ius accreſcendi, *vt diximus in 3. cap. q. 1. num. 6.* Ceſſat enim abſurditas, quod teſtator decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, quippe, quæ in huiuſmodi diſpoſitionibus conſiderari nequit, *vt ibi diximus*, & pręterea ceſſat coniunctio, quę ſola eſt cauſa iuris accreſcendi in legatis, & fideicõmiſſis, *vt diximus in eodem 3. cap. q. 2. num. 2. & in hoc cap. q. 36. num. 1* Hoc autem adeo verum eſt, vt procedat.

Primo, non ſolum in proprietatibus, ſed
5 etiam in vſufructu, † *l. 1. in prin. & ibi Angel. ff. de vſufr. accr. Bart. in l. & Proculo. 20. & ibi Imol. & Peralt. num. 16. ff. de leg. 2. Ang. in l. dominus. 63. §. 1. num. 2, ff. de vſufr. Caſt. conſ. 218. num. 1. verſ. 2. vol. 2. Alcia. in d. l. re coniuncti num. 40. Gomez. d. tom. 1. varia. reſol. cap. 10 num. 40. in fi. Craſſ. in d. §. Ius accreſcendi q. 22. num. 1. Men. conſ. 141. num. 6. & de pręſ. lib. 4. pręſ. 159. num. 13. Baldui. in §. finitur, num. 5. Inſt. de vſufr. Donel. lib. 10. comm. cap. 23. quicquid in contrarium ſcripſerit Ant. Fum. de coniunct. cap. 21. num. 1.*

Secundo procedit, non ſolum, ſi legatum ſit relictum ad cauſas profanas, ſed etiam, ſi ad cauſam piam: adhuc enim in eo ceſſabit ius accreſcendi, ſi legatarij ſint omnimodo diſiuncti, *vt ſcribit Corn. conſ. 319 num. 7. vol. 4.*

Tertio procedit, non ſolũ in legatis, & fideicõmiſſis particularibus, ſed etiã in vniuerſalibus: nam, ſi fideicõmiſſarij ſint omnimodo diſiuncti, non habebit inter eos locum ius
6 accreſcendi, † *l. Lucius. 78. §. quę habebat, & ibi Caſtr. verſ. ad ſecundum ff. ad Treb. Imol. in l. hęredes ſine partibus. 63. num. 2. ff. de hęr. inſt. Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 206. & ibi Alcia. num. 49. Rip. num. 179. Curt. Iun. d. conſ. 83. num. 13. & d. conſ. 259. num. 7. 10. & 13. Bertr. conſ. 157. num. 27. vol. 5. & conſ. 121. nu. 2. vol. 7. Seb. Sap. in d. l. vn. num. 48. & ibi Pic. in euiden. num. 2. C. quand. non pet. part. Seb. Sap. in l. teſtamento. 6. num. 5. C. de impub. & al. ſub. Alcia. conſ. 31. num. 53 lib. 9 Beret. conſ. 104. num. 8. Cagn. in rub. C. quand. non pet. part. num. 54. verſ. maior, Bened. de Plumb inter conſ. vlt. volun. Zilet. conſ 62. num. 3. vol. 1. Peral. in d. l. & Proculo. 20. num. 24. & 26. ff. de leg. 2. Mantic. de con. vlt. lib. 10 tit. 3. nu. 2. verſ. fatendum, Pereg. de fideic. d. artic. 9 nu. 2. & 8. verſ. ex prędictis, & d. conſ. 32. num. 2 conſ. 69 nu. 12. vol. 3. Men. conſ. 528. num. 21. Viu. decis. 406. nu. 7. Peguer. decis. 109.*

num.

7 *num.* 2. quia † etiam in his ceſſat non ſolum coniunctio, ſed etiam prędicta abſurditas: nam, licet portio fideicommiſſi vniuerſalis non accreſcat alteri, non tamen decedet teſtator pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, ſcilicet, quia remanebit apud grauatum, qui ſuſtinet cauſam teſtamenti, *vt declarant Caſtr. in d. l. Lucius. 78. §. quę habebat, verſ. ad ſecundum ff. ad Treb. Imol. in d. l. hęredes ſine partibus 63. nu. 2. ff. de hęr. inſt. Papien. in form. lib. quo ag. ex ſubſt. gl. vlt. num. 1. Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 206. & ibi Crott. num. 56. Alcia. num. 49. Rip. nu. 133. & 179. Curt. Iun. d. conſ. 83. num. 13. & d. conſ. 259. num. 10. Bertr. d. conſ. 121. num. 2. vol. 7. Purp. in d. l. vn. num. 37. & ibi Seb. Sap. num. 48. C. quand. non pet. part. Cagn. in rub. C. eod. num. 11. & 54. verſ. maior, Seb. Sap. in d. l. teſtamento. 6. nu. 5. C. de impub. & al. ſub. Peral. in d. l. & Proculo. 20. num. 24. & 25. Deci. conſ. 40. num. 1. in fi. vol. 1. Mantic. d. lib. 10. tit. 3. num. 2. Pereg. d. artic. 9. num. 1. & 2. Peguer. d. deciſ. 109. num. 2. Gratia. cap. 533. diſcep. for. num. 4.*

Planè, ſi heres, qui grauatus eſt duobus, aut pluribus hęreditatem reſtituere, adire nolit, & vnus tantum deſideret ſuo periculo adiri, & reſtitui, magis eſt, vt etiam ſi ſit omnimodo diſiunctus debeat aliorum portiones ſuſcipere, ne grauatus, qui adire cogitur, damnum ex aditione ſentiat, *l. cogi. 16. § ſi quis hęres, § ſed, & ſi quis & §. cum quidam ff. ad Treb.*

Secundus caſus eſt, quando tractamus de hęreditatibus directis, Et tunc certi iuris eſt, etiam inter omnimodo diſiunctos locum
8 habere ius accreſcendi † *l. item, quod Sabinus 17. §. 1. ff. de hęr. inſt. & ſcribunt Bart. in l. cum ex filio 39. §. vlt. & ibi Imol. & Caſtr. num. 2. Alex. num. 4. ff. de vulg. Bart. in d. l. re coniuncti num. 25 & ibi Petr. de Beſu. num. 34. Iaſ. num. 44. verſ. 2. & num. 112. & 206. Crott. num. 2. & 45 Polit. nu. 5. 50. & 84 verſ. igitur latius, Alcia. num. 6. 40 & 61. Rip num. 76. Bald. in d. l. vn. §. his ita definitis, num. 4 & ibi Caſtr. num. 3. & 4. verſ. & recollige C. de cad. toll. Ang. in l. qui patris. 59. num. 5. & ibi Imol. num. 1. Alex. num. 4 ff. de acq hęred. Ang de Gamb. de teſta. gl. 42. num. 8. Imol. in l. 1. §. ſi ex fundo num. 11. & 77. verſ. ſed aduerte, & in d. l. item, quod Sabinus. 17. num. 3. verſ. Nec obſtat prędictis & in d. l. hęredes ſine partibus. 63. num. 2. ff. de hęred. inſt. Roma d. conſ. 81. in prin. & num. 1. verſ. item quia. Caſtr. in d. l Lucius. 78. §. quę habebat, verſ. ad ſecundum ff. Treb. in l. ſeruus communis ab extero. 66. num. 2. ff de acq. hęr. in l. ſi duobus. 16. §. vlt. num. 2. ff. de leg. primo, & in d. l. & Proculo. 20. num. 2. & ibi Peralt. num. 25. & 26. ff. de leg. 2. Gul. Bin. in d. cap. Raynutius, in verb. in eodem teſtamento relinquens primo, num. 270. verſ. minus obſtat ſecunda ratio, Seb. Sap. in d. l. teſtamento. 6. num. 5. & 6. C. de impub. & al. ſubſt. Gozad. in d. l. vn. num. 2. verſ. 3. & ibi Seb. Sap. num. 12. C. quand. non pet. part. Curt. Iun. d. conſ. 83. nu. 13. & d. conſ. 259 num. 7. Bert. d. conſ. 121. num. 2. vol. 7. Alcia. in l. Lucius. 45. in prin. num. 43 ff. de vulg. Ant. Fum. de con. cap. 8. num. 2. Soc. Iun. conſ. 152. num. 8. vol. 2. Gomez. d. tom. 1. var. reſ. cap. 10. num. 23. verſ. quod primo extende, & num. 27. verſ. prima, Craſſ. in d. §. Ius accreſcendi q. 11. Men. conſ. 209. num. 13. Pereg. de fideic. d. artic. 9. nu. 1. Pegue. d. deciſ. 109. num. 2. Duar. lib. 1. de Iur. accr. cap. 12. & 13. Ant. Gou. cap. 6. animad. Cuiac. in d. l. vn. §. vbi autè legatarij Cod. de cad. toll. & in d. l. 2. ff. de vſuf. accr. tract. 5. ad Afric. Hoto. in Epito. tit. ff. de vſufr. accr. num. 12. Baldus. in d. §. ſi eadem. num. 25. Inſt. de legat.* ius dico accreſcendi, non etiam ius non decreſcendi, *vt inconſultò ſcripſit Men. de pręſ. lib. 4. pręſ. 86 num. 3.* Et ratio eſt, quia alioquin teſtator decederet pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, quod eſſet ab-
9 ſurdum, † *vt in his terminis conſiderant Bart. in d. l. re coniuncti, num. 25. & ibi Iaſ. num. 44. verſ. 2. Crott. num. 2. & 45. Polit. num. 48. verſ. tu vero, & num. 50. & 51. Alcia. num. 40. & 61. Ang. in d. l. qui patris. 59. nu. 5. & ibi Imol. num. 1. Alex. num. 4. ff. de acq. hęred. Ang. de Gamb. de teſtam. gloſſ. 42. num. 8. Imol. in d. l. 1. §. ſi ex fundo num. 11. & in d. l. item, quod Sabinus. 17. numer. 3. verſic. Nec obſtat prędictis, & in d. l. hęredes ſine partibus 63. num. 2. ff. de hær. inſt. & in d. l. cum ex filio 39. §. vlt. & ibi Caſtr. num. 2. Alex. num. 4. ff. de vulg. Caſtr. in d. l. Lucius. 78. §. quę habebat. verſ. ad ſecundum ff. ad Treb. in d. l. ſeruus communis ab extero 66. num. 2. ff. de acquir. hared. in d. l. vn. § his ita definitis num. 3. Cod. de cad. toll. & in d. l. ſi duobus. 16. §. vlt. num. 2. ff. de leg primo, Curt. Iun. d. conſil. 83. num. 13. & d. conſil. 259. num. 9. Bertr. d. conſil. 121. num. 2. vol. 7. Seb. Sap. in d. l. teſtamento 6. nu 5. C. de impub. & al ſubſt. Ant. Fum. de coniun. d. cap. 8. nu. 2. Soc. Iun d. conſ. 152. num. 8. vol. 2. Gomez. d. cap. 10. num. 27. verſ. prima, Craſſ. in d. §. Ius accreſcendi q. 11. Pereg. d. artic. 9. num. 1. Peguer. d. deciſ. 109. num. 2. Ant. Gou. d. cap. 6. animad. Baldus. in d. §. ſi eadem, num. 25. Inſt. de legat. Hoto. in Epit. d. tit. ff de vſufr. accr. num.* 12. quæ vera eſt in hoc caſu ratio. quicquid *Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 112. Peralt. in d. l. & Proculo. 20. num. 25. & alij* pleriq; cenſuerint.

Hinc fit, vt, ſi ceſſet abſurditas prędicta, puta, quia de iure teſtator poſſit decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, non habeat inter omnimodo diſiunctos cohęredes locum ius accreſcendi, quod ceſſet tunc ratio
10 illius iuris inductiua, † *vt in ſpecie declarat Cagnol. in rub. C. quand. non pet. part. num. 13.* Nec eo caſu probanda erit voluntas teſtatoris in excludendo iure accreſcendi, quia ſufficiet, eum diſiunxiſſe inſtitutos, & potuiſſe decedere pro parte teſtatum, vt cenſeatur voluiſ-
11 ſe ius accreſcendi excludere, † *vt declarat Cagnol. ibi num. 13.* Exempla ſint.

Primum in teſtamento militis: nam, quia miles poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, ideo fit, vt in eius teſtamento non habeat locum ius accreſcendi in-
12 ter omnimodo diſiunctos cohęredes † *l. ſi duobus. 38. ff de mil. teſtam. & nos latius oſtendemus in 10. cap. q. 24. num. 98. & ſeqq.*

Secundum ſit exemplum in teſtamento inter liberos, vel ad pias cauſas: nam, quia etiam in huiuſmodi teſtamentis receptum eſt, poſſe quem decedere pro parte teſtatum, & pro parte inteſtatum, vt de teſtamento in-
13 ter liberos † *ſcribunt Dec. in l. ius noſtrum 7. nu. 8. ff. de reg. iur. Cagn. in d. rub. C. quand. non pet. part. num. 12. Beret. conſ. 84. num. 9. tametſi Iaſ. contrariū (licet ſub dubio) cenſuerit in l. hac conſultiſſima 21. §. ex imperfecto num. 10. verſ. & te-*

nendo

nendo C. de teſtam. De teſtamento verò ad pias
14 cauſas † Bart. in rep. l. 1. num. 70. C. de ſacr. eccl.
Alex. conſil. 105. num. 23. volum. 4. Iaſ. in d. l. hac
conſultiſſima 21. §. ex imperfecto, num. 10. verſic.
& tenendo, Abb. conſil. 32. num. 3. lib. 2. Calderin.
conſil. 23. in fin. de conſtit. Crott. in d. l. re coniun-
ctis, num. 162. verſ. nec obſtat. Dec. in d. l. ius no-
ſtrum. 7. num. 8. ff. reg. iur. Cag. in d. rub. C. quãd.
non pet. part. num. 12. Io. Gutier. in l. vnic. num. 7.
C. eod. Tiraq. de priuileg. piæ cauſæ, priuil. 13. ta-
metſi Bald. in d. l. 1. num. 8. C. de ſacro. eccl. & alij
plerią; contrarium cenſuerint, ideo fit, vt in ijs
ius accreſcendi ceſſet inter cohęredes, qui
omnimodo diſiuncti ſunt. ſed de hac re latiùs
dicemus in 10. cap. q. 9. num. 3.

Tertium ſit exemplum, ſi lege, vel ſtatuto
caueatur, vt poſſit quis decedere pro parte
teſtatus, & pro parte inteſtatus, quod fieri poſ
15 ſe certum eſt, † vt ſcribunt Bart. in l. 1. num. 38.
& ibi Bald. num. 14. C. de ſumm. trin. Bald. in d.
l. 1. num. 10. Cod. de ſec. nupt. Alex. in l. 1. num. 6.
verſ. in gloſſ. 2. & ibi Iaſ. num. 1. C. de teſta. mil.
Alex. in l. 2. in prin. num. 6. ff. de vulg. Ruin. cõſ.
17. num. 19. vol. 3. Corn. conſ. 85. num. 8. volu. 3.
Dec. in d. l. ius noſtrum. 7. num. 12. in prin. & verſ.
4. & in l. nec ex prætorio. 27. num. 7. ff. de reg. iur.
Io. de Garro. in l. 1. num. 114. verſ. & tenendo C.
de ſec. nupt. Polit. in tract. de ſubſtit. pupill. num.
4. & 6. Tiraq. de priu. piæ cauſę d. priuil. 13. Vigl.
in §. hæreditas. num. 7. & ibi Myns. num. 12.
Inſt. de hæred. inſt. Ceph. conſil. 60. num. 3. Andr.
Gail. lib. 2. obſ. 124. nu. 14. Gomez. d. tom. 1. var.
reſol. cap. 10. num. 11. verſ. item per legem, Pereg.
conſ. 145. num. 3. & conſ. 155. num. 21. volum. 5.
Surd. conſil. 93. num. 2. nam tunc non erit am-
bigendum, quin inter omnimodo diſiunctos
16 cohęredes ius accreſcendi ceſſet; † Ita enim
ſcribunt Cæuall. in tract. commu. contra commu.
q. 214. num. 12. & ſeqq. & Pereg. d. conſ. 145. nu.
3. vol. 5. Et hæc quidem de ijs dicuntur, qui ad
eandem rem vocantur.

SVMMARIVM.

1 Ius accreſcendi non habet locum inter eos, qui vo-
cantur ad res diuerſas.
2 Ius accreſcendi requirit vnitatem, ſiue identita-
tem rei.
3 Iuris accreſcendi in materia fit mentio partium,
ſeu portionum, & cur, num. 4.
4 Ius accreſcendi non habet locum, niſi, cum res, quę
vacat, eſt pars alterius.
5 Ius accreſcendi non habet locum in diuerſis hæredi
tatibus, Declara, vt num. 6. & ſeqq. Limita, vt
num. 13.

An, & quando ius accreſcendi locum habeat inter omnimodo diſiunctos, qui vocantur ad res diuerſas.

Quæſtio Quadrageſimaſecunda.

NVnc videamus de ijs, qui vocãtur ad
res diuerſas, & diſpiciamus, an inter
eos locum habeat ius accreſcendi
1 Cõſtat autẽ regulariter non habere † l. Sempro
nius Attalus. 26. §. vlt. ff. de vſufr. lega. l. huiuſ-
modi. 86. §. quibus ff. de leg. primo, vbi Bart. Bald.
Ang. Imol. Caſtr. & Iaſ. not. & tradunt etiam
omnes, quos retulimus in hoc cap. q. 17. num. 3. &
5. quibus addo Ruin. conſ. 87. num. 7. volu. 2.
Papie. in form. lib. quo ag. ex ſubſt. in verb. breui-
loce, num. 31. Gul. a Montſer. de ſucceſſ. reg. in
primo, dub. num. 17. Claud. Tut. in d. l. vn. num.
49. C. quand. non pet. part. Men. conſ. 1008. num.
4. verſ. ſecundus eſt caſus Surd. conſ. 31. nu. 40.
verſ. Quintum: Vnitas enim rei, ſiue identitas
requiritur, ad hoc, vt ius accreſcendi con-
2 ſiderari poſſit † l. ſi mihi, & tibi 12. in prin. l. qui
quartam 15. §. fin. l. ſi pluribus. 33. l. planè. 34. §.
ſi coniunctim, verſ. ſed, ſi in pupillari ff. de leg. pri-
mo l. ſi duobus. 41. l. ſi mihi, & Titio. 57. in prin.
l. ſi mihi purè 61. ff. de leg. 2. l. re coniuncti. 87. ff.
de leg. 3. § ſi eadem Inſt. de legat. Vlp. tit. 24. Inſt.
§. ſi duobus, & §. ſi per damnationem, Caius lib.
2. inſt. tit. 5. §. fin. Quamobrem leges omnes
de iure accreſcendi loquentes faciunt men-
3 tionem de parte, ſeu portione † uti uidere eſt
in l. ſi Titio. 39. §. 1. ff. de uſufr. l. un. §. his ita de-
finitis, & §. ubi autem legatarij C. de cad. toll. l.
un. C. quand non pet. part. l. et, qui admiſit 5. ff.
de bon. poſſ. l. ſiue libertus. 21. §. ex duobus ff. de
iur. patro. & paſſim in iure noſtro, noią; diximus
in primo cap. q. 1. nu. 28. vt intelligamus, non
habere locum ius accreſcendi, niſi res, quę
vacat, ſit pars alterius, vel a principio, vel ex
4 poſt facto. † ut declarant Ang. in l. qui patris. 59.
num. 6. & ibi Imol. num. 1. Alex. num. 5. ff. de
acq. hęred. Hinc infertur

Primo ius accreſcendi non habere locum
inter filias, quibus ſingulis pater legauit mil-
le pro dote, ut ſcribunt omnes, quos retulimus
in hoc ipſo cap. q. 17. num. 5.

Secundo infertur, non habere locum
inter eos, quibus res ita legata fuit, vt quilibet
eam inſolidum conſequatur, ut ſentiunt omnes
quos retulimus in hoc eodẽ cap. q. 12. n. 1. Et in ſpe
cie ſcribit Mantic. de con. ult. uol. lib. 9. tit. 8.
num. 4. in ſi. Quamobrem nec erat olim in
legato damnationis ius accreſcendi inter
eos, quibus ſeparatim eadem res fuerat lega-
ta, ut dicemus in 6. cap. q. 20. num. 25. & ſeqq.
quia in his caſibus legatarij, licet vocentur
ad eandem rem inſpectis verbis teſtatoris,
effectu tamen vocantur ad res diuerſas, ſcili-
cet, quia vnus debet conſequi rem, alter verò
ęſtimationem, ut diximus in hoc ipſo cap. q. 12.
num. 3.

Tertio infertur, ius accreſcendi non habe-
re locum inter eos, quibus alternis annis reli-
ctus eſt eiuſdem fundi vſusfructus, l. 2. in prin.
ff. quib. mod. uſuſf. am. & diximus in hoc eodem
cap. q. 17. num. 6.

Quarto infertur, non habere locum inter
eos, quibus relictę ſunt partes pro diuiſo, &
quę ad oculum demonſtrari poſſunt, ut ſcri-
bunt omnes, quos retulimus in d. q. 17. num. 7.

Quinto, & vltimo infertur, ius accreſcen-
di non habere locum inter eos, qui vocantur
5 ad diuerſas hęreditates, † vt ſcribunt Bart. in
d. l. qui patris. 59. n. 2. & ibi Bald. in prin. Ang.
num. 3. Imol. num. 3. Alex. nu. 5. ff. de acq. hęred.
Bartol. in d. l. re coniuncti, num. 58. & ibi Iaſ.
num. 212. Crott. num. 113. & 116. Bartol in l. ſi
arrogator. 22. num. 11. verſ. Nono, & num. 22. ff.
de adopt. Bald. in l. 1. num. 1. & ibi Caſtr. num.
3 Iaſ. num. 2. Dec. num. 1. C. de teſta. mil. Ang. in
l. vnic.

ionis.§.ſin autem legatarij num.2.C. de cad.toll.
Ang.de Gamb.de teſta.gloſſ 42.num. 3.& 5. Go
mez.tom.1.var.reſol.cap. 10. num. 15. verſic. ſed
vlterius.Hoto.in §.igitur Enun.1.Inſt.de pupill.
Gratia.tom.2 diſcep.for.cap. 276. num. 59. Sed,
quoniam hoc non eſt perpetuò verum, cùm
interdum non procedat, ideo pro pleniori
6 eius excuſſione † diſtinguendi ſunt tres caſus,
quorum

Primus eſt, quando verè ſubeſt diuerſitas,
& perſonarum, & rerum, nempe hereditatũ,
nec circa eas poteſt aliqua cõſiderari fictio,
quæ vnitatem operetur, vt euenit, cum duo
ſunt teſtatores, qui in diuerſis teſtamentis de
rebus ſuis diſponunt, quo caſu teſtatores ſunt
plures, & natura, & (vt Baldi verbis vtar) iu-
ris cenſura, & ſimili modo plura, ſeu diuerſa
ſunt teſtamenta, diuerſeq; hereditates, Et tũc
certi iuris eſt, non poſſe ius accreſcendi ſibi
7 vindicare locum, † *vt in ſpecie declarant gloſſ.*
in l.ſi certarum.18.§. Iulianus, in verb ſoluere,
& ibi Bart.ff.de mil.teſta.Bald.in d.l. 1.num. 1.
C.de teſta.mil.Gratia.d.cap. 276. num. 59. quia
8 † ceſſat tunc vtraq; ratio, quæ ius accreſcendi
inducit: Primum enim ceſſat coniunctio,
quippe, quæ ex diuerſis teſtamentis non ori-
9 tur † *l.ſi ſub conditione 16.§.fi.ff.quib.mod.vſuſ.*
fruct. amit. Et in his terminis conſiderant Bald.
in d.l.1.num.1.C.de teſta. mil. & alij. Secundo
ceſſat abſurditas *l. ius noſtrum. 7.ff. de reg. iur.*
ſcilicet, quia abſurdum quidem eſt, vnum &
eundem hominem decedere pro parte teſta-
tum, & pro parte inteſtatum, ſed non eſt ab-
ſurdum ex diuerſis hominibus vnum dece-
dere teſtatum, alterum verò inteſtatum,
10 † *vt ibi declarat Bald. in fi.*

Secundus verò caſus eſt, quando re vera
ſubeſt vnitas, & identitas perſonarum, ac re-
rum, ſed per iuris fictionem habentur pro
perſonis, & rebus diuerſis, vt euenit, cum mi-
les diſtinxit patrimonia, puta vnum inſtituit
in caſtrenſibus, alterum verò in paganicis,
quo caſu, licet re vera teſtator ſit vnus, &
idem, & diſpoſuerit de ſua hæreditate, quæ
effectu vna eſt, tamen fictione iuris perinde
habetur, ac, ſi plures eſſent teſtatores, & here-
ditates eſſent diuerſæ, Et tunc ſimili modo
11 verum eſt ceſſare ius accreſcendi, † *vt latè*
oſtendemus in 10. cap. q. 24. num. 19. & ſeqq.
12 quia † fictio debet idem operari, quod veritas
l.ſi is, qui pro emptore. 15 ff.de vſucap. vnde quẽ-
admodum, ſi verè duo eſſent teſtatores, ceſ-
ſaret ius accreſcendi, ita etiam ceſſare debet
in propoſito, in quo, licet vnus ſit teſtator na-
tura, finguntur tamen plures cenſura, *vt ait*
Bald. in d.l.1.num.1.C. de teſta.mil.

Tertius denique caſus eſt, quando re vera
ſubeſt vnitas reſpectu perſonæ, diuerſitas ve-
rò reſpectu rerum, ſed per iuris fictionem
contrarium ſupponitur, nempe plures eſſe
teſtatores, & vnam, ac eandem videri here-
ditatem, vt euenit, cum pater in ſuo teſtamẽ-
to ſubſtituit filio pupillariter, quo caſu, licet
re vera reſpectu perſonæ ſubſit vnitas, cũ te-
ſtator ſit vnus, nempè pater, vnumque proin-
de teſtamentum, tamen fictione iuris duo te-
ſtatores reputantur, duoque teſtamenta, cum
perinde ſit, ac, ſi filius ipſe ſibi teſtamẽtũ con-
didiſſet. Cõtra verò ſubeſt diuerſitas reſpectu
rerum, ideſt hereditatum, quia ex huiuſmodi
teſtamentis deferuntur duæ hereditates vna
patris, altera filij, quæ re vera ſunt diuerſæ, ſed
ad effectum ſuſtinendæ ſubſtitutionis, vt fa-
cilius habeat ſuum effectum huiuſmodi he-
reditates pro vna, eademque hereditate re-
putantur, Et in hoc caſu verius eſt, ius accre-
13 ſcendi conſiderari poſſe, † in ijs tamen caſi-
bus, quos referemus *in 9.cap.q.* 37. vbi latè to-
tam hanc tractationem proſequemur. Et hęc
de ijs, qui vocantur eodem iure.

SVMMARIVM.

1 *Ius accreſcendi non habet locum inter diuerſo iure*
ſuccedentes, & num.22.& 52.& tur, num. 53.
2 *Declaratur l. ſed, cum patrono 6. in prin. ff. de*
bon.poſſ.& nu.5.& ſeqq.
3 *Declaratur l ſiue libertus. 21. §. ex duobus ff. de*
iur.patro. & num. 8.
4 *Declaratur l.idem.& ſi 7.§.1.ff.de uſuf acc.*
6 *Bonorum poſſeſſio contra tabulas, quę patrono*
datur eſt limitata ad certam portionem.
7 *Portio patroni pręteriti deficientis pertinet ad*
heredem inſtitutum & quo iure. num. 10.
13 *Ius accreſcendi locum habet inter diuerſo iure*
ſuccedentes quando alias teſtator decederet pro
parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, Sed con-
tra num 14.
15 *Ius accreſcendi locum habet etiam inter diuerſo*
iure ſuccedentes Sed contra, num 22.& 52,
16 *Filius emancipatus, & nepotes ex eo retenti ab*
auo in poteſtate ſuccedũt diuerſo iure, Declara,
ut num. 48.
17 *Diuerſo iure ſucceditur, cum unus ſuccedit*
iure ciuili, alter iure prętorio, Sed contra nu.
50.
18 *Succedentes de iure communi, & de iure ſingulari*
dicuntur ſuccedere iure diuerſo.
19 *Heres uniuerſalis, & particularis ſuccedun di-*
uerſo iure.
20 *Inſtitutus a milite in paganicis, & inſtitutus in*
caſtrenſibus ſuccedunt diuerſo iure.
21 *Inſtitutus idemq; pupillo ſubſtitutus ſuccedit di-*
uerſo iure.
23 *Duo impedimenta vim uno maiorem habent.*
24 *Inſtitutio & legatum differunt.*
25 *Coniunctio nulla conſideratur inter heredem,*
& legatarium.
26 *Legatum caducum remanet apud heredem, &*
nu.31.& quo iure, num.29. & 30.
27 *Legata relicta extraneis accreſcunt filijs inſtitutis*
in teſtamento inter liberos, licet aliud ſit in teſta-
mento ad pias cauſas, num.28. Declara, ut nu.
33.
32 *Legata, quę deficiunt, capiuntur ab herede iure*
hereditario
34 *Ius accreſcendi non habet locum inter fideicom-*
miſſarium uniuerſalem & particularem.
35 *Fideicommiſſum aliud eſt uniuerſale, aliud par-*
ticulare.
36 *Subſtitutus, ſi ſit aliquis in re certa, & alius in*
reſiduo, licet hic deficiat, non tamen illi quic-
quam accreſcit.
37 *Subſtitutus in reſiduo capit totum alijs deficien-*
tibus.
38 *Ius accreſcendi locum habet inter diuerſo iure*
ſuccedentes, ſi fictione iuris diuerſitas pro iden-
titate reputetur.
39 *Declaratur l. quidam elogio. 20. C. de iur. delib.*
& nu.44.

40 *Ius*

40 *Inſtitutio aliud, & aliud pupillaris ſubſtitutio.*
41 *Hæreditas patris diuerſa eſt ab hęreditate filij.*
42 *Teſtamentum patris, & filij vnum eſt.*
43 *Subſtitutio pupillaris modo patris, modo filij teſtamentum dicitur.*
45 *Ius accreſcendi locum habet inter diuerſo iure ſuccedentes de iure ciuili, non vero de iure prętorio, Sed contra, num 46.*
47 *Ius accreſcendi locum habet inter filium emancipatum, & nepotes ex eo retentos ab auo in poteſtate, & cur num. 49. Declara, vt num. 48.*
50 *Ius ciuile, & ius prętorium pro vno, & eodem iure reputantur.*
51 *Ius accreſcendi locum habet inter ſuos, & emancipatos.*
53 *Diuerſa non debent cenſeri eadem.*
54 *Vna, atq; eadem res non debet diuerſo iure cenſeri.*
55 *Succeditur diuerſo iure, cum vnus venit per contrabulas, alter verò per ſecundum tabulas.*
56 *Portio hęredis inſtituti deficientis non accreſcit patrono, qui contra tabulas bonorum poſſeſſionem agnouit, & cur, num. 57.*
58 *Portio patroni prętériti non accreſcit alteri patrono in tota portione debita inſtituto, ſed pertinet ad hęredem vniuerſalem, num 61.*
59 *Portio patroni pręteriti accreſcit patrono inſtituto in portione minore ſua legitima.*
60 *Legitimę ſupplementum petens perinde habetur, ac ſi veniret per contra tabulas*
62 *Ius accreſcendi non habet locum inter grauatum, & fideicomiſſarium vniuerſalem*
63 *Fideicōmiſſarius vniuerſalis quibus caſibus hęreditatem adire poſſit, & num. 64.*
65 *Ius accreſcendi non habet locum inter eum, qui vocatur ad vſumfructum titulo hęreditario, & eum, qui titulo legati.*
66 *Ius accreſcendi non habet locum, ſi vnus vocetur ad vſumfructum titulo donationis, alter titulo legati.*
67 *Ius accreſcendi competit ei, qui venit tamquam ſubrogatus in locum ſuccedentis eodem iure.*
68 *Subrogatus cenſetur eodem iure, quo is, in cuius locum ſubrogatur.*
69 *Declaratur l. 1. ff. de bon. libert.*
70 *Exceptio debet eſſe de regula.*
71 *Succedere diuerſo iure non videtur, qui venit, tamquam ſubrogatus.*
72 *Ius accreſcendi non habet locum inter ſuccedentes diuerſo iure, ſi veniant ex perſona propria, ſecus, ſi ex aliena.*
73 *Cohęres grauati, & fideicommiſſarius ſuccedunt diuerſo iure.*
74 *Ius accreſcendi locum habet inter ſuccedentes diuerſo iure, ſi veniant ex remedio ſubrogato in locum remedij ſimilis.*
75 *Ius accreſcendi locum habet inter diuerſo iure ſuccedentes, ſi iura ſint inter ſe exæquata.*
76 *Legata particularia ſunt exæquata fideicommiſſis particularibus,*
77 *Ius accreſcendi locum habet inter legatarios, & fideicommiſſarios particulares.*
78 *Legata vniuerſalia ſunt exæquata fideicommiſſis vniuerſalibus.*
79 *Ius accreſcendi locum habet inter legatarios, & donatarios cauſa mortis*
80 *Donationes cauſa mortis legatis comparantur.*
81 *Ius accreſcendi locum habet inter diuerſo iure ſuccedentes, ſi velint partem deficientem agnoſcere, Sed contra num. 82.*
83 *Ius accreſcendi locum habet inter diuerſo iure ſuccedentes, ſi non ſuperſint, qui ſuccedant eodem iure, Sed contra, num. 84.*

An, & quando ius accreſcendi locum habeat inter diuerſo iure ſuccedentes.

Quæſtio Quadrageſimatertia.

SVpereſt, vt de ijs loquamur, qui diuerſo ſuccedunt iure, & videamus, an inter eos locum habeat ius accreſcendi. Et generaliter quidam, ac veluti per modum regulę dicere ſolemus, non habere locum,
1 † *vti videre eſt apud Bart. in l. pater filium 14. num. 11. & ibi Rub. nu. 140. ff de inoff. Bald. in l. vn. n. 20. verſ. ex prędictis, & ibi Gozad. nu. 29. verſ. 4. & num. 32. verſ. 2. Pic. num 27. Cagn. num. 59. & 61. verſ. ſed a pręcedenti, Cland. Tuſ. num. 26 & 39. verſ. tertium, & num. 83. Io. Gutier. num. 37. verſ primo, C. quand. non pet. part. Bald in Auth. prętérea, num. 3. & ibi Fabia. de Pep. num. 94 C vnd vir. & vx. Ang. in l. 1. §. ſi ex fundo. num. 1. & ibi Imol. num. 10. & 76. ff. de hęred inſt. Ang. de Gamb. de teſta gl. 42. num. 5. verſ. at etiam, Roma. conſ. 308. inſi. Alex. in l. qui quadringenta. 2. num. 3. verſ. & ſic facit, & ibi Iaſ. num. 10 ff ad Trebell. Iaſ. in d. l. re coniunctis, num. 211. & ibi Rip. num. 180. & 217. Io. Gaud. num. 72. Iaſ. in l. planè. 34. §. ſi coniunctim num. 11. ff. de leg. primo, Dec. in rub. C. quand. nō pet. part. in 2. lect. num. 3. & in 3. num. 14. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. in eodem teſta. relinq. primo num. 268. Bereng. in d. l. in quartā. 90. num. 177. ff. ad l. Falc. Corn. conſ. 324. num. 3. vol. 4 Zanch. in l hęredes mei. 57. § cum ita, part. 4. num. 271. ff. ad Treb. Alcia. conſ. 117. num. 15. lib. 9. Ceph. conſ. 126. num. 14. & in ſi. conſ. 183. num. 27. & conſ. 245. num. 17. Bec. conſ. 143. nu. 104. vol. 2. Men. conſ. 200. num. 115. & de prę. lib. 4. prę. 201. num. 94. Craſſ. in § Ius accreſcendi q. 20. num. 1. Carpan. ad ſtat. Mediol. cap. 302. in ſi. vol. 1. Honded. conſ. 8. num. 64. vol. 1. Petr. Reccar. in rub. Inſt. de bon. poſſ nu. 168. Franch. deciſ. 63. num. 6. Mago. deciſ. Flor. 4. num. 16. & deciſ. 14. num. 11. Viu. deciſ. 450. num. 29. Perig. de fideic. artic. 9. num. 5. & artic. 38. nu. 7. Dida. Spin. in ſuo ſpecu. teſta gl 9. num. 10. Balduí. in §. vlt. num. 22 & ibi Mynſ. num. 3. Inſt. de Orfic. Ant. Gouea. de Iur. accr. num. 23. Cuiac. ad tit. C. quand. non pet. part. & ad l. ſed, cum patrono. 6. ff. de bon. poſſ. Andr. Fach lib. 10. contro. cap. 69.* in hanc rem adducentes *l. ſed cum patrono. 6. in prin. ff. de bon. poſſ.* vbi, poſtea, quam Vlpianus ſcripſit, in bonorum poſſeſſionibus eſſe Ius accreſcendi, ſubijcit Paulus, *Sed, cum patrono quidem contra tabulas certę partis bonorum poſſeſſionem Prętor polliceatur, ſcripto autem hęredi ſecundum tabulas alterius partis, conuenit, non eſſe ius accreſcendi. Igitur non petente ſcripto ſecundum tabulas, alterius quoq; partis nominatim patrono poſſeſſionem pollicetur, cum cœteri, quibus accreſcendi ius eſt, ſemel debeāt agnoſcere*
2 *bonorum poſſeſſionem.* Nam hic † ideo non eſt, inter patronum, & hęredem ſcriptum ius accreſcendi, quia nō eodem, ſed diuerſo iure, & diuerſis edicti partibus, & capitibus vocantur

cantur

cantur ad bonorum poſſeſſionem: Patronus
enim vocantur ad contratabulas, hę es verò
ſcriptus ad ſecundum tabulas. Preterea addu-
ci ſolet *l. ſiue libertus. 21. §. ex duobus ff. de iuri
patro.* vbi Hermogenianus, *Ex duobus patro-
nis*, inquit, *vnus ex debita parte hęres inſtitutus
ſine conditione, & dilatione, contra tabulas bono-
rum poſſeſſionem petere non poterit, licet, ſi minor
ei portio eſſet relicta, & contra tabulas bonorum
poſſeſſionem petiiſſet, alia etiam portio ei accreſcere
3 potuiſſet* quibus verbis innuit, † in ſpecie pro-
poſita non accreſcere partem alterius patro-
ni inſtituto, quia non vocatur ad contra ta-
bulas, & ſic non venit eodem iure, quo patrò-
nus pręteritus: Ergo habet in confeſſo inter
ſuccedentes diuerſo iure non habere locum
ius accreſcendi. Deniq; ſolet adduci *l. idem, &
ſi. 7. §. 1. ff. de vſufr. accr.* vbi Vlpianus, *Sed, ſi cui
proprietas deducto vſufructu legata ſit*, inquit,
*& mihi pars vſusfructus, vidēdum erit, an inter
me, & hęredem ius accreſcendi verſitur. Et veriũ
eſt, vt quiſq; amiſerit, ad proprietatem reuertetur:*
4 nam & hic † inter me, & hęredem ideo ius
accreſcendi ceſſat, quia vocamur ad vſum-
fructum diuerſo iure: Ego enim vocor iure
legati, hęres verò iure hęreditario.

Sed, quoniam hoc axioma non eſt apud
omnes in confeſſo, ſed a multis in contro-
uerſiam deducitur, ideo pro eius veritate in-
daganda de duobus nobis erit diſpiciendũ,
Primo, an ex ſupradictis locis rectè colliga-
tur, inter diuerſo iure ſuccedentes non eſſe
locum iuri accreſcendi. Secundo verò, an ip-
ſummet axioma in ſe verum ſit.

Et in prima quidam quęſtione cenſent nō
nulli perperam *ex d. l. ſed, cum patrono*, colligi,
ius accreſcendi non habere locum inter di-
uerſo iure ſuccedentes, quia non ideo in eius
5 ſpecie † ius accreſcendi excluditur, quod
id non poſſit habere locum inter diuerſo
iure ſuccedentes, ſed, quia bonorũ poſſeſſio
contra tabulas, quę patrono datur, ad certam
6 partem eſt reſtricta, & limitata † *l. 1. ff. de bon.
lib. d. l. ſed, cum patrono. 6. in prin. ff. de bon. poſſ.
l. in conditionibus. 19. § ſi patronus ff. de cond. &
dem.* Datur enim ſecundum ius antiquum ad
dimidiam bonorum liberti *l. ſi a milite. 30. §.
patri ff. mil. teſta.* Secundum verò ius nouum
ad triētem *§. ſed noſtra Inſt. de ſucc. liber.* ideo-
que non poteſt etiam inſtituto repudiante
ad totam extendi ſucceſſionem, & operari,
vt patronus, qui contra tabulas agnoſcendo
debitam tantum portionem conſecutus eſt,
poſſit ex eodem capite totum defuncti patri
monium adipiſci, quoniam limitata cauſa
limitatum parit effectum *l. in agris. 16. ff.
de acq. rer. dom.* Coeterum, ſi loquamur de
alijs bonorum poſſeſſionibus, quę ſui natura
poſſunt ad vniuerſum defuncti patrimoniũ
competere, videri etiam inter diuerſo iure
ſuccedentes ius accreſcendi admittendum,
idq; ſuaderi ex eo, quia, ſi patronus *in ſpecie d.
l. ſed, cum patrono*, non agnouiſſet bonorum
poſſeſſionem contra tabulas, potuiſſet inſti-
tuto repudiante totam liberti ſucceſſionem
vna agnitione conſequi per caput, vnde le-
gitimi *l. ſi libertus præterito. 23. in prin. ff.
de bon. liber.* quoniam hæc bonorum poſ-
ſeſſio non eſt ad certam partem limitata. Et
ſimili ratione, ſi patronus *in ſpecie d. l. ſed, cum
patrono*, repudiaſſet bonorum poſſeſſionem
contra tabulas, eius portio accreuiſſet inſtitu-
to, licet diuerſo iure, id eſt, per ſecundum ta-
bulas bonorum poſſeſſionem ſuccedenti,
quia nec bonorum poſſeſſio ſecundum tabu-
las fuit ad certam partem limitata. *Ita in ſpe-
cie declarant Seb. Sap. in d. l. vn. num. 47. C.
quand. non pet. part. & Alcia. in d. l. re coniuncti,
num. 55. in fin. & num. 56.*

Verùm hęc ſententia mihi non probatur,
7 † quia, licet in bonorum poſſeſſione, quę con-
tra tabulas liberti datur, limitationis impedi-
mentum conſiderari poſſit, vt poſſe non infi-
cior, non ideo tamen minus excluditur ius
accreſcēdi ex eo, quod diuerſo iure ſucceda-
8 tur: Nā in ſpecie † *d. l. ſiue libertus. 21. § ex duo-
bus ff. de iur. patr.* non poterat reſpectu debitæ
portionis tale limitationis impedimentum
conſiderari, quia pars inſtituti patroni non
erat ad trientis ſemiſſem ita limitata, quin
poſſet vſq; ad totum trientem excreſcere, ſi
eodem cum pręterito iure ſucceſſiſſet, vt ibi
ſubijcitur, & ideo, ſi ſola obſtaſſet limitatę
partis ratio, debuiſſet ibi patronus inſtitutus
habere ius accreſcendi ſaltem vſq; ad totum
trientem, ſeu ſemiſſem inſpecto Digeſtorum
iure. Cum igitur non habuerit, conſequens
eſt, vt iuris accreſcendi excluſio non a limi-
tatione partis, ſed a diuerſitate ſucceſſionis
debeat cenſeri proueniſſe.

Nec obſtat, quod, ſi patronus non agno-
uiſſet bonorum poſſeſſionem contra tabulas,
totam ſucceſſionem vna petitione conſequi
potuiſſet per caput, vnde legitimi, quia reſ-
pondeo, patronum ex illo capite venientem,
non accreſcendi iure, ſed iure ſuo totam cō-
ſequi ſucceſſionem: nam hęrede ſcripto de-
ficiente moritur libertus inteſtatus, & conſe-
quenter incipit tota ſucceſſio deferri patro-
no ab inteſtato venienti, non accreſcendi
iure, quippe, quod ſupponit, ſucceſſionem eſ-
ſe pluribus delatam, *vt diximus in 4. cap. q. 4.
nu. 6.* cum alioquin in hac ſpecie ſoli patro-
no delata ſit, ſed iure ſucceſſionis, & ex ipſo
edicti capite, quo patronus ad bonorum li-
berti poſſeſſionem vocatur a Prętore.

Minus obſtat, quod patrono repudiante
pertineat eius portio ad ſcriptum hæredem
per ſecundum tabulas bonorum poſſeſſio-
nem, & ſic diuerſo iure ſuccedentem, quia,
licet hoc verum ſit, prout fateor veriſſimum,
9 † *& præter Seb. Sap. in d. l. vnic. nu. 47. C. quand.
non pet. part. fatentur etiam Cagn. ibi num. 61.
verſ ad legem, Alcia. in d. l. re coniuncti, num. 56.
verſ. vnde conſtat, & ibi Polit. num. 78. Alcia. d.
lib. 4. Parad. cap. 9. num. 2.* non tamen ex hoc
ſequitur, inter diuerſo iure ſuccedētes etiam
ex cauſis ad certam partem non reſtrictis, &
limitatis locum habere ius accreſcendi, quia
portio debita patrono poſtea deficienti non
pertinet ad hęredem ſcriptum per ius accreſ-
cendi, ſed remanet apud eum iure ſuo, ſiue
10 iure inſtitutionis, † *vt ſcribit Cagn. in d. l. vnic.
num. 62. verſ. 4. limitatur:* Cum enim a teſtato-
re fuerit inſtitutus in tota hæreditate, conie-
quens eſt, vt, quicquid remanet apud eum,
quaſi apud hæredem, dicatur remanere iure
inſtitutionis. Quamobrem, & legata, quæ
deficiunt, dicuntur ad eum iure hęreditario,
& inſtitutionis, non autem iure accreſcendi
perti-

pertinete, *vt dicemus infra num.* 30.

Deniq; non, eſt, quod aliquis obijciat, nõ ideo ceſſare ius accreſcendi *in ſpecie d. l. ſed, cum patrono, & d. l. ſius libertus.* 21. *§. ex duobus*, quod diuerſo iure ſuccederent patroni,
11 ſed,quia † ceſſabat in ijs ratio, propter quam (ſecundum eos) ius accreſcendi fuit introductum, nempè ratio euitandæ illius abſurditatis, quod teſtator decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus: nam in ſpecie *d. l. ſed, cum patrono*, reducta fuerat ſucceſſio ad cauſam inteſtati propter inſtituti repudiationẽ, quæ facit irritum teſtamentum *l. ſi nemo* 142. *ff. de reg. iur.* In ſpecie verò *l. ſius libertus*, portio delata patrono præterito remanebat apud hæredem vniuerſalem, qui teſtamenti cauſam ſuſtinebat, & ſic vtroque caſu ceſſabat ratio, quæ ius induxit accreſcendi. Caeterùm, ſi demus eandem ſubeſſe rationem, nil videri impedimento, quominus etiam inter diuerſo iure ſuccedentes locum habeat ius accreſcendi, vt inter hæredem vniuerſalem, & particularem, inter ſuccedentem de iure communi, & de iure ſingulari, & id genus
12 alios, † *Quomodo diſtinguendo cenſent Alciat. d. lib. 4. Parad. cap. 9. num. 2 & Polit. in d. l. re coniuncti, num.* 78. quia noſtri communiter fatentur contrarium, & aiunt regulam, qua dicimus, inter diuerſo iure ſuccedentes non habere locum ius accreſcendi, limitati quãdo ſequeretur illud inconueniens, quod teſtator decederet ꝓ parte teſtatus, & pro parte
13 inteſtatus. † *Ita enim præter Alciat. & Polit. ſupra allegatos ſcripſerũt Fabia de Pep. in d. Auth. præterea, num. 95. C. vnd. vir. & vx. & alij frequentius.*

Sed, licet non inficier, in hæreditate locũ habere ius accreſcendi, quando ſubeſt ratio illius abſurditatis euitandæ, *vt late dixi in 3. cap. q. 1. num. 2. & 19. & q. 1. num. 6.* non tamen
14 verum eſſe puto, † tunc habere locum inter eos, qui diuerſo ſuccedant iure, quoniam in omnibus caſibus, qui conſiderantur, vel non eſt proprium ius accreſcendi, vel ſubeſt aliqua fictio, propter quam illa diuerſitas pro identitate reputatur, *vt oſtendemus infra num. 39. & ſeqq. & num. 67. & ſeqq.* Quamobrem non immeritò ſupradictam *Alcia. & aliorum* opinionem *Cagn. in d. l. vn. num. 61. verſ. ad legem, & num. 62. verſic. 4. limitatur, & alij* pleriq; reprobarunt.

In ſecunda verò quæſtione cenſent pleriq; etiam inter diuerſo iure ſuccedentes regula-
15 riter habere locum ius accreſcendi, † *Fuit hæc opinio Fulgo. in d. l. vn. & ibi Seb. Sap. num. 45. Purp. nu. 95. & 96. C. quand. non pet. part. Alcia. d. lib. 4. Parad. cap. 9. num. 1. & 2. & in d. l. re coniuncti, num. 55. & 56. & ibi Polit. num. 78.* Mouentur autem

Primo, quia ius accreſcendi locum habet inter filium emancipatum, & nepotes ex eo retentos ab auo in poteſtate *l. 1. §. ſi quis ex nepotibus ff. de coniung. cum em. lib.* qui tamen
16 ſuccedunt diuerſo iure, † *vt ſcribunt Seb. Sap. in d. l. vn. num. 45. & Alcia. in d. l. re coniuncti, num.* 56. Filius enim ſuccedit iure prætorio, nepotes verò iure ciuili *l. 1. in prin. ff. de con. cum em. lib.* quo modo ſuccedentes dicuntur
17 ſuccedere iure diuerſo, † *vt declarant Salic. in d. l. vn. q. 1. & ibi Cagn. nu. 61. verſ. & ſecundum C. quand. non pet. part. Iaſ. in d. l. re coniuncti, num.* 211.

Secundo locum habet (ſaltem in hæreditate) inter eos, quorum vnus admittitur iure communi, alter verò iure ſingulari *l. filium. 5. §. vlt. ff. de leg. præſt. & nos dicemus in 7. cap. q. 61.* & tamen etiam hi dicũtur ſuccedere iure di-
18 uerſo † *ſecundum Seb. Sap. in d. l. vn. num. 45. & Alcia. d. lib. 4. Parad. cap. 9. num. 2.*

Tertio locum habet inter hæredẽ vniuerſalem, & particularem, ſi vniuerſalis deficiat, ſecundum veriorem, & receptiorem ſententiam, *de qua dicemus in eodem 7. cap. q. 9. nu. 16.* & tamen ſuccedunt etiam hi iure diuerſo,
19 † *vt ſcribunt Rub. in l. pater filium. 14. num. 121. ff. de inoff. teſta. Bereng. in l. in quartam 90. num. 177. ff. ad l. Falc. Corn. conſil. 324. num. 10. volu. 4. Seb. Sap. in d. l. vn. num. 45. Alcia. in d. l. re coniuncti, num.* 56.

Quarto locum habet inter eos, quorum vnus in paganicis, alter verò in caſtrenſibus bonis a milite fuit inſtitutus, ſi non contraria teſtatoris voluntas appareat *l. 1. C. de teſta. mil. & cenſent ij quos referimus in* 10. *cap. q.* 24. *num.* 14. & tamen etiam hi dicuntur ſuccede-
20 re iure diuerſo, † *vti videre eſt apud Alcia. in d. l. re coniuncti, num. 56. & d. lib. 4. Parad. cap. 9. num. 2.*

Quinto locum habet inter vocatum ad paternam hæreditatem ex inſtitutione, & eundem vocatum ad hæreditatem pupilli ex ſubſtitutione *in l. quidam elogio* 20. *C. de iur. delib. & l. qui patris. 59. ff. de acq. hære. & nos dicemus in 9. cap q. 37.* & tamen verè vocatur ex diuerſis cauſis, & ſic diuerſo ſuccedit iure
21 † *ſecundum eundem Seb. Sap. in d. l. vnic. num. 46. & Alcia in d. l. re coniuncti, num. 56.*

Verùm his non obſtãtibus puto axioma eſ-
22 ſe veriſſimum: † Nam, cum eorum, qui diuerſo ſuccedunt iure, duo ſint genera: quidam enim vocãtur ad eandem rem, quidam verò ad res diuerſas, ſi de ijs loquamur, qui ad res diuerſas vocantur, res caret dubio, quia, ſi rei diuerſitas ius accreſcendi excludit inter eos, qui veniunt ex eadem cauſa, & eodem ſuccedunt iure, *vt diximus in hoc cap. q. 41. num.* 1. quanto magis id excludet, ſi ſuccedant etiam iure diuerſo, cum duo impedimenta ſine dubio vim vno maiorem habeãt
23 † *l. 2. in prin. verſic. nepotibus, & ibi gl. in verb. non ſunt ff. de vulg.* Hinc infertur.

Primo non habere locum ius accreſcendi inter eos, quibus eadem res legata fuit in duorum teſtamentis *l. ſi ſub conditione 16. in fin. ff. quib. mod. vſ. amit. & nos diximus in hoc cap. q. 12. num.* 12. quoniam hi non ſolum diuerſo ſuccedunt iure, cum veniant ex diuerſis cauſis, nempè ex diuerſis teſtamentis, ſed etiam effectu vocantur ad res diuerſas, licet eadem res fuerit vtriq; legata: vnus enim vocatur ad rem, alter verò ad æſtimationem, *vt diximus ibi num.* 11.

Secundo infertur, non habere locum ius accreſcendi inter eos, quorum vnus a patre naturali, alter verò a patre arrogatore fuit pupillo ſubſtitutus, *vt late dicemus in* 10. *cap. q.* 12. *num.* 14. licet habeat locum inter eos, quorum vnus a patre, alter verò a matre fuit exemplariter ſubſtitutus, *vt dicemus ibi num. 22. vbi diuerſitatis rationem aſſignemus, & ple-*

nius

nius hanc tractationem proſequemur.
Tertio infertur, ius accreſcendi non habe-
re locum inter hęredem vniuerſalem, & le-
gatarium, ſi deficiat hęres, *vt dicemus in 7.*
cap. q. 11. num. 1. quia, & diuerſo ſuccedunt
iure, & ad res diuerſas vocantur, ſuccedunt
diuerſo iure, quoniam hęres venit ex iure
inſtitutionis, legatarius verò ex iure legati,
34 quę inta ſunt haud dubiè diuerſa † *l. verbis*
legis 120. ff. de verb. ſign. Roll. conſ. 34. num. 17.
vol 4. vocantur verò ad res diuerſas, quia le-
gatarius vocatur ad rem particularem *§. vlt.*
Inſt. per quas perſ. nob. acq. quę longè differt
ab hęreditate, ad quam vocatur hęres inſti-
tutus *l. 1. §. quędam ff. de rer. diuiſ. §. 1. Inſt. de*
reb. corpo. Nil mirum igitur, ſi inter eos nulla
35 poſſit coniunctio conſiderari, † *vt ſcribunt*
Ang. in d. l. 1. §. ſi ex fundo, num. 1. ff. de hęred.
inſt. & in l. qui quadringenta. 2. num. 3. & ibi
Imol. num. 4. ff. ad Trebell. nullumq; proinde
verſari ius accreſcendi.
Si tamen contra deficeret legatarius, haud
dubiè legatum ad hęredem inſtitutum per-
26 tineret † *l. id autem. 75. ff. ad l. Falc. l. nam, ſicut.*
36. in prin. ff. ad l. Aquil. l. proinde 8. ff. cert. pet. l.
ſeruũ filij. 46. §. 1. ff. de leg. primo, etiam ſi teſta-
27 mentum eſſet inter liberos, † *l. hac conſultiſſi-*
ma. 21. §. ex imperfecto, & ibi Iaſ. num. 9. & 10.
verſ. & tenendo C. de teſta. licet aliud ſit in teſta-
28 mento ad pias cauſas, † *ſecundum Iaſ. ibi num.*
9. & 10. Pertineret autem non iure accreſcen-
29 di † *vt Alcia. d. lib. 4. Parad. cap. 9. num. 2. & alij*
plerię; malè putauerunt, ſed iure inſtitutionis,
30 & hęreditario, † quia, quę deficiunt, manent
31 apud eos, a quibus ſunt derelicta † *l. vn. §. in*
primo, §. pro ſecundo, & §. ſin autem aliquid ſub
conditione C. de cad. toll. l. Celſus. 29. in prin. ff. de
leg. 2. Et in his terminis declarat Fulg. in d. l. hac
conſultiſſima 21. § ex imperfecto, quem ibi ſequi-
tur Iaſ. num. 11. Quamobrem hęres dicitur
32 legata caduca iure hęreditario retinere † *l.*
id autem 75. verſ. qua ratione ff. ad l. Falc. Hinc
intelligimus, verbum, accreſcere, impropriè
33 ſumi, † cum dicimus, legata extraneis relicta
in teſtamento inter liberos ipſiſmet liberis
accreſcere *in d. l. hac conſultiſſima. 21. §. ex im-*
perfecto, & ibi Iaſ. num. 9. C. de teſta. Crott. in d.
l. re coniuncti, num. 70. verſ. Non obſtat: Rema-
nent enim apud eos iure inſtitutionis, non
iure accreſcendi, ſecundum ea, quę diximus,
vt proinde minus rectè videatur ille locus ad
iuris accreſcendi materiam trahi *a Bald. in l.*
ſi poſt diuiſionem, 4. num. 5. C. de iur. & fact. ign.
Seb. Sep. in l. teſtamento. 6. num. 2. C. de impub.
Planè interdum etiam ad legatarium tota
pertinet hęreditas inſtituto deficiente, vt,
cum ſcriptus hęres ob prohibitam a teſtato-
re Falcidię detractionem non vult hęredita-
tem adire: Permittitur enim tunc legatarijs
hęreditatem ipſam amplecti *§. ſi vero expreſ-*
ſim, Auth. de hęred. & Falc. coll. 1. Auth. ſi d, cum
teſtator C. ad l. Falc. & nos dicemus in 7. cap. q.
11. num. 11. Quemadmodum, &, cum hęres
ob ſpretum teſtatoris pręceptum hęreditate
priuatur: nam ea poſt ordinem a Iuſtiniano
pręſcriptum legatarijs addicitur *§. ſi quis au-*
tem non implens, Auth. de hęred. & Falc. coll. 1.
Auth. hoc amplius C. de fideico. & nos dicemus
ibi num. 12. Sed hę ſpecies ſingulares ſunt,
ideoq; ad exemplum non trahendę *l. quod*
verò. 13. ff. de legib.
Quarto infertur, ius accreſcendi non ha-
bere locum inter fideicommiſſarium vni-
uerſalem, & legatarium, ſeu fideicommiſſa-
34 rium particularẽ, † *vt oſtendemus in 7. cap. q. 15.*
quia, & diuerſo ſuccedunt iure, cum vnus
veniat ex iure fideicõmiſſi vniuerſalis, alter
verò ex iure fideicommiſſi particularis, quę
multum inter ſe diſtant *l. ſi quis omiſſa. 17. ff.*
ſi quis om. cauſ. teſt. l. nam, quod. 14. § vlt. ff. ad
Trebell. Aliud enim eſt fideicommiſſum vni-
35 uerſale, aliud verò particulare † *l. vlt. §. ſin*
autem ſub conditione C. commu de legat. l. vlt.
C. de fidic. §. vlt. Inſt. de fideic. hęred. § his igitur,
Auth de hęred. & Falc. coll. 1. l. Paulus reſpondit.
24. §. vlt. ff. de vſur. Et pręterea vocantur ad
res diuerſas: Vnus enim vocatur ad hęredi-
tatem, alter verò ad rem ſingularem, quę
multum ab hęreditate diſtat, *vt colligitur ex*
diuerſitate titulorum, De fideic. hęred. & De ſing.
reb per fid. relict. in Inſt.
Hinc fit, vt, ſi teſtator ita ſcripſerit, ſi filius
meus deceſſerit ſine liberis, volo filiam ha-
bere mille, reſiduum verò ad agnatum per-
tinere, deficiente agnato non ſit filia totum
36 habitura, † *vt rectè cenſuerunt Hyer. Butig. Roll.*
& Curt. relati, & probati a Rip. in d. l. re coniun-
cti, nu. 72. & a Pereg. de fideic. d. artic. 9. num. 5.
Tametſi Iaſ. conſ. 72. col. 2. verſ. ſed pręmiſſis, vol.
3. contrarium ſcripſerit, & malè. Nam, cum ad
res diuerſas vocentur, & diuerſo ſuccedant
iure, nẽpe filia iure fideicõmiſſi particularis,
agnatus verò iure vniuerſalis, conſequẽs eſt,
vt inter eos non poſſit eſſe locus iuri accre-
ſcendi, *ſecundum ea, quę ſupra diximus.*
Planè, ſi filia deficiat, magis eſt, vt agnatus
totum habere debeat, non quidem iure ac-
creſcendi, ſed vi ſubſtitutionis factæ de reſi-
duo, quippe, quę continet id omne, quod nõ
37 capit alius † *l. cum optio. 17. ff. de opt. legat. l. 2.*
C. de hęred. inſt. l. cœterorum. 160. ff. de verb. ſign.
Et in ſpecie declarant Caſt. conſ. 406. num. 1. verſ.
videtur, volu. 2. Alcia. in d. l. cœterorum, num.
2. Pereg. d. artic. 9. num. 6. Peguer. deciſ. 109. nu.
3. vbi refert ita fuiſſe deciſum, & Gratia. cap.
593. diſcep. for. num. 8.
Interdum tamen etiam inter eos, qui di-
uerſo iure, & ad res diuerſas vocantur, locum
habet ius accreſcendi, cum ſcilicet ob aliquã
iuris fictionem illa diuerſitas pro identitate
38 reputatur. † Huius rei multa poſſunt exempla
afferri
Primum in hęrede particulari, cui deficiẽ-
te vniuerſali tota hęreditas accreſcit, *ſecun-*
dum veriorem, & receptiorem ſententiam, de qua
latiſſimè dicemus in 7. cap. q. 9. num. 16. & hoc
ideo, quia, licet huiuſmodi hęredes verè vo-
cẽtur ad res diuerſas, & diuerſo ſuccedãt iure,
cũ aliud ſit inſtitutio particularis, aliud vni-
uerſalis, aliud res certa, aliud hęreditas, fictio-
ne tamẽ iuris illa diuerſitas pro idẽtitate re-
putatur: nam, quia mentio rei de particulari
inſtitutione tollitur, ideo fit, vt perinde ſit,
ac, ſi particularis fuiſſet in hęreditate inſtitu-
tus, *vt latius oſtendemus in d. cap. 7. q. 7. nu. 7. &*
ſeqq. Quamquam, & illud dici poſſit, non eſſe
in propoſita ſpecie proprium ius accreſcendi,
ſed improprium, quia particularis hęres non
conſequitur hęreditatem per ius accreſcendi,
ſed per ius conuerſionis, *vt dicemus in 4. cap.*

q. 4. num. 16. & latiùs dicemus in eodem cap. 7. q. 7. num 7.

Secundum exemplum afferri poteſt in ſpe-
39 cie *l. quidam elogio. 20. C. de iur. delib.* vbi † verè
ſubeſt, & iuris, & rerum diuerſitas, iuris, quia
aliud eſt inſtitutio, aliud pupillaris ſubſtitu-
40 tio † *l. 1. §. vlt. ff. de vulg. §. non ſolùm Inſt. de pupill. & ſcribunt Seb. Sap. in d. l. vn. num. 46. & ibi Cagn. num. 62. verſ. 3. limitatur C. quand. non pet. part.* Rerum verò, quia aliud eſt patris hę-
41 reditas, aliud hęreditas filij † *l. 2. §. prius, verſ. conſtat ff. de vulg. §. igitur, Inſt. de pupill.* & tamen locum habet ius accreſcendi, quia propter iuris fictionem illa diuerſitas pro identitate reputatur: nam fauore pupilli teſtamen-
42 tum patris, & filij cenſetur vnum † *d. l. 2. §. prius, verſic. conſtat l. patris, & filij. 20. ff. de vulg. l. paterfa. 12. verſ. me illud ff. de priu. cred. d. §. igitur Inſt. de pupill.* & ſubſtitutio pupillaris modo dicitur patris, modo filij teſtamentum,
43 prout eſt pupillo vtilius † *l. Papinianus. 8. §. ſed neque impuberis ff. de inoff. teſt. cap. ſi pater, in ſi. de teſta. in 6.* Et eadem ratione patris, & filij hęreditas pro vna reputatur, *vt latius dicemus in 9. cap. q. 37.* ideoq; nil mirum, ſi quaſi in eadem re, & eodem ſuccedendi iure conſide-
44 rari ſoleat ius accreſcendi, † *vt in ſpecie declaraut Seb. Sap. in d. l. vn. num. 46. & ibi Cagn. nu. 62. verſ. 3. limitatur Cod. quand. non pet. part.* Quamquam, & hic illud dici poſſit, ius accreſcendi non eſſe proprium, ſed impropriũ, *vt diximus in 4. cap. q. 4. num. 27.* quia nec inter diuerſas perſonas, nec ante portionem acquiſitam locum habet, vt eſt neceſſarium ad hoc, vt proprium dici poſſit ius accreſcendi, *ſecundum ea, quæ diximus in eadem quaſt. 4. num. 6. & 21.*

Hinc intelligimus non eſſe probabile diſ-
45 crimen, quod † *a Bald. in d. Auth præterea nu. 3. C. vnd. vir. & vx. quem Coru. d. conſil. 324. nu. 10. vol. 4. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. in eodem teſtamento relinquens primo, num. 270. verſ. minus obſtat ſecunda ratio, Rip. in d. l. re coniuncti num. 180. verſ. 2. Rub. in d. l. pater filium. 14. num. 121. & alij plerique ſecuti ſunt,* conſtituitur inter ius ciuile, & ius prętorium, quaſi inter diuerſo iure ſuccedentes locum habeat ius accreſcendi de iure ciuili, *vt in d. l. quidam elogio,* non etiam de iure prætorio, *vt in d. l. ſed, cum patrono,* quia, cum nulla poſſit ratio diuerſitatis afferri, nec per conſequentiam ius diuerſum inter huiuſmodi ſucceſſionum genera conſtitui debet. Nec ex prędicta *l. quidam elogio,* probabile duci poteſt argumentum, quoniam, vt dictum eſt, ius accreſcendi non conſideratur ibi, tamquam in diuerſis ſucceſſionum ſpeciebus, ſed, tamquam in eadem ſucceſſione, propter illam fictionem, quæ operatur, vt diuerſitas pro identitate reputetur. Quamobrem ſupradicta diſtin-
46 ctio non immeritò fuit † *ab Aret. in d. l. qui patris. 59. ff. de acq. hæred. Curt. Iun. in d. l. vnic. & ibi Seb Sap. num. 45. Cagn. num. 62. verſic. 3. limitatur Cod. quand. non pet. part. & alijs* improbata.

Tertium exemplum conſiderari poteſt in filio emancipato, & nepotibus ex eo retentis ab auo in poteſtate: nam inter eos locum ha-
47 bet ius accreſcendi † *d. l. 1. §. ſi quis ex nepotibus ff. de coniung. cum eman. liber.* non ſolum, quan-
48 do † ſuccedunt omnes iure prætorio, *vt conſiderat Cagn. in d. l. vn. num. 62. verſ. non obſtant,* ſed etiam, quando ſuccedunt diuerſo iure, puta filius venit iure prętorio, & vocatur ad bonorum poſſeſſionem, nepotes vero veniũt iure ciuili, & vocantur ad hæreditatem; adhuc enim inter eos locum habet ius accreſ-
49 cendi, non quia, † limitatè non vocentur, *vt conſiderauit Alcia. in d. l. re coniuncti, num. 56.* ſed, quia diuerſitas illa fictione iuris pro idẽtitate reputatur: Nam ius prætorium in ſucceſſionibus deferendis ita cum iure ciuili cõiunctum eſt, vt pro vno, eodemque iure re-
50 puteturr † *§. ſed, cum paulatim Inſt. de teſta. ordin. l. nam, & ipſum 8. ff. de iuſt. & iur.* & bonorum poſſeſſio ita eſt ad hæreditatis exemplum cõparata, vt hæreditatis appellatione contineatur *l. hæreditatis appellatione. 138. ff. de verb. ſign.* ideoque inter ſuccedentes de iure ciuili, & de iure prętorio, dummodo veniant ex eadem cauſa, locum habet ius accreſcẽdi, tamquam inter ſuccedentes eodem iure, & ad eandem rem vocatos. Itaque locum habet
51 inter ſuos, & emancipatos, † *vt ſcribunt Pic. in d. l. vn. num. 21. C. quand. non pet. part. Alcia. in d. l. re coniuncti, num. 56.* & id genus alios partim de iure ciuili, partim de iure prętorio ſuccedentes. Et hęc quidem de ijs dicuntur, qui diuerſo ſuccedunt iure, & ad res diuerſas vocantur.

Quod, ſi de ijs loquamur, qui diuerſo quidem ſuccedunt iure, ſed ad eandem rem vocantur, puta ad eandem hęreditatem, vel bonorum poſſeſſionem, maior videtur eſſe dubitatio. Sed adhuc verius eſt, regulariter inter eos non habere locum ius accreſcendi,
52 † *vt probant l. ſed cum patrono. 6. in prin. ff. de bon. poſſ. l. ſiue libertus. 21. §. ex duobus ff. de iur. patro. & l. idem. 7. §. 1. ff. de vſuf. accr ſecundum ea, quæ diximus ſupra num. 8. & ſeqq.* Alio-
53 quin enim diuerſa cenſerentur eadem † contra *l. Papinianus exuli 21. in prin. ff. de minor. & l. vlt. ff. de calumn.* & vna, atque eadem res
54 diuerſo iure cenſeretur † contra *l. eum, qui ædes 23. in fin. ff. de vſucap. l. 1. verſ. nec ratio ff. de rer. perm. vt in his terminis conſiderant Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 211. & ibi Io. Gaud. num. 72. Cagn. in d. l. vn. num. 61. verſ. & ſecundum, & ibi Claud. Tut. num. 26. Craſſ. in d. §. Ius accreſcendi q. 20. num. 1.* Hinc infertur

Primo, ius accreſcendi non habere locum inter patronum a liberto præteritum, qui vocatur ad bonorum poſſeſſionem contra tabulas, & hæredem inſtitutum, qui vocatur ad ſecundum tabulas; nam, & ſi vocentur ad eandem rem, nempè ad eandem bonorum poſſeſſionem, quia tamen veniunt ex diuerſis cauſis, ideſt, ex diuerſis edicti capitibus, & ſic
55 diuerſo ſuccedunt iure, † *vt explicant Saly. in d. l. vn. q. 1. & ibi Cagn. num. 61. verſ. & ſecundum, C. quand. non pet. part. Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 211 & ibi Io. Gaud. num. 72. Cuiac. in d. l. ſed, cum patrono. 6. ff. de bon. poſſ.* ideo, ſi hæres inſtitutus deficiat, non accreſcet eius portio patrono, qui cõtra tabulas bonorum poſ-
56 ſeſſionem agnouerat † *d. l. ſed, cum patrono. 6. in prin & ſcribunt Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 211. & ibi Alcia. num. 55. verſic. hincque, & Io. Gaud. num. 72. Gozad. in d. l. vn. num. 32. verſic. ego, & ibi Cagn. num. 59. Claud. Tut. num. 26.*

Io.

Io. Gutter. num. 37. verſ. primo, C. quand. non pet. part. Alcia. d. lib. 4. Parad. cap. 9. num. 2. Cuiac. in d. l. ſed, cum patrono, & ad tit. C. quand. non pet. part. Baldus. in §. *vlt. num. 22. & ibi Mynſ. num. 3. Inſt. de Orfic.* quia caput illud edicti, quod agnitum non eſt, ius aliquod tribuere
57 non poteſt † *ſecundum Bald. in d. Auth. præterea, num. 3. C. vnd. vir, & vx.* Et ſimili ratione, ſi ex duobus patronis alter fuerit ex debita portione inſtitutus, aut etiam ex minore, ſi modo reſiduæ quantitati renuntiarit, *ſecundũ Alcia. in d. l. re coniunctis, num. 61. verſ. idemque,* alter verò fuerit præteritus, licet hic deficiat, non tamen inſtituto, vtpote diuerſo iure ſuc-
58 cedenti accreſceret eius portio † *d. l. ſiue libertus. 21.* §. *ex duobus, & ibi tradunt gl. in verb. non poterit, & Bart. ff. de iur. patro. Gozad. in d. l. vn. num. 32. verſic. 2. & ibi Cagn. num. 61. C. quand. non pet. part. Alcia. in d. l. re coniuncti, num. 55. verſic. ſic, & patronus, & num. 56. verſic. vnde conſtat, & num. 62. verſic. qui tamen,* quæ tamẽ accreſceret, ſi vterq; veniret per contra tabulas, puta, quia vterq; eſſet præteritus, vel vnus præteritus, alter verò inſtitutus in portione
59 minore legitima † *d. l. ſiue libertus. 21.* §. *ex duobus, & ibi Bart. ff. de iur. patr. Gozad. in d. l. vn. num. 32. verſic. 2. & ibi Cagn. num. 61. Cod. quand. non pet. part. Pereg. de fideic. artic. 38. nu. 6.* quo caſu diceretur etiam ſuccedere eodem iure, quia, qui petit ſupplementum legitimæ, perinde habetur, ac, ſi veniret per contra ta-
60 bulas, † *vt declarant Bart. in d. l. ſiue libertus.* §. *ex duobus, verſic. 2. & Pereg. d. artic. 38. num. 6.* Remanebit igitur portio patroni repudiantis in hæreditate, & conſequenter ad eum pertinebit, quem libertus ſcripſerat hæredem
61 vniuerſalem, † *vt ſcribit Alcia. in d. l. re coniuncti, num. 62. verſ. idemq;*

Secundo infertur, inter vxorem inopem, cui debetur quarta in bonis mariti defuncti ex conſtitutione Iuſtiniani *in Auth. præterea C. vnd. vir, & vx.* & alios mariti ſucceſſores non habere locum ius accreſcendi, non ſolum, quia vxor vocatur ad portionem limitatam, ſed etiam, quia diuerſo ſuccedit iure, *ut latiſſimè oſtendemus in 10. cap. quaſt. 13. num. 4.*

Tertio infertur, ius accreſcendi non habere locum inter grauatum, & fideicommiſſariũ
62 vniuerſalem: † Nam, ſi grauatus ante aditam deficiat, non poterit fideicommiſſarius adire hęreditatem, quippe, quę ei non accreſcit, ſed extinctum omnimodo cenſebitur fideicommiſſum *l. ille, a quo. 13.* §. *ſi de teſtamento ff. ad Treb.* quia, licet hęres, & fideicommiſſarius effectu videantur ad eandem rem, nempe ad eandem hæreditatem vocari, cum hæreditas directa, & fideicommiſſaria non effectu differant, ſed iuris tantum ſubtilitate ducta ab actionum vtilium, & directarum differentia *l. actio. 49. ff. de neg. geſt.* verè tamen ſuccedunt diuerſo iure, & veniunt ex diuerſis cauſis: nã hæres venit ex iure inſtitutionis, quæ in multis a reſtitutione differt *tit. C. de Inſt. & ſubſt. ſeu reſtit.* ac potiſſimum in eo, quia hæres poteſt defuncti patrimonium authoritate propria occupare, fideicommiſſarius verò debet expectare grauati reſtitutionem, quæ pręcedentem ſupponit aditionem, & ideo non adita a grauato hæreditate non poteſt non cenſeri extinctum fideicommiſſum.

Planè, ſi teſtator expreſſim prohibeat Falcidiæ detractionem, poteſt fideicommiſſarius vniuerſalis adire hęreditatem inſtituto
63 recuſante † *d.* §. *ſi verò expreſſim Auth. de hęred. & Falc. coll. 1. d. Auth. ſed, cum teſtator C. ad l. Falc.* quemadmodum, & ſi poſt aditam priuetur inſtitutus ob ſpretum teſtatoris pręcep-
64 tum † *d.* §. *ſi quis autem non implens Auth. de hęred. & Falc. coll. 1. d. Auth. hoc amplius C. de fideico.*

Quarto infertur, ſi cui proprietas deducto vſufructu legata ſit, & mihi pars vſusfructus, inter me, & hæredem, qui retinet aliam vſusfructus partem, ius accreſcendi non verſari
65 † *l. idem. 7.* §. *1. ff. de vſufr. accr. & ſcribunt Ceph. conſil. 126. num. 14. & in fin. & Pereg. de fideic. artic. 38. num. 7.* quia vocamur quidem ad eandem rem, nempe ad eundem vſumfructũ, ſed diuerſo iure: nam hæres vocatur iure hęreditario, ego verò iure legati, quæ iura ſunt haud dubiè inter ſe diuerſa *l. in quartam. 90. ff. ad l. Falc.* §. *ult. Inſt. de inoff.* Idem eſt, ſi vnus vocetur ad vſumfructum ex titulo donatio-
66 nis, alter verò ex titulo legati, † *ut ſcribunt Roma. conſil. 308. in fin. & Caſtr. conſil. 218. nu. 1. uol. 2.*

Hæc autem, quæ diximus, regulariter vera ſunt, ſed interdum non procedunt, quia etiam inter eos, qui diuerſo iure vocantur ad eandem rem quandoque locum habet ius accreſcendi.

Primum enim, ſi is, qui diuerſo ſuccedit iure, ſubrogetur in locum eius, qui eodem iure vocabatur, ita habebit ius accreſcendi, vt ha-
67 buiſſet is, in cuius locum eſt ſubrogatus, † *Ita enim poſt Aret. in l. ſi totam. 82. ff. de acq. hęred. ſcribunt Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 214. & ibi Rip. num. 180. uerſ. limita, Cagn. in d. l. un. num. 62. uerſ. 2. limita, & ibi Claud. Tut. num. 84. Cod. quand. non pet. part. Viu. deciſ. 450. nu. 29. And. Fach. lib. 10. contro. cap. 69.* Et quamquam Alciatus *d. lib. 4. Parad. cap. 9. num. 3.* contrarium ſcripſerit, verior tamen, & receptior eſt ſuperior ſententia, quia ſubrogatus cenſetur eodem iure, quo is, in cuius locum ſubrogatur
68 † §. *furtat Inſt. de actio. l. ſi eum. 10.* §. *qui iniuriarum ff. ſi quis cautio. cap. ſanè. 11. De off. & poteſt. iud. deleg.*

Neque obſtat, quod in iure accreſcendi non videatur haberi ratio ſubrogationis, *ſecundum Alcia. d. cap. 9. num. 3.* cum bonorum poſſeſſio contra tabulas, quam pręor ad certam partem dat patronis *d. l. ſiue libertus. 21.* §. *ex duobus ff. de iur. patro.* videatur ſubrogata in locum ſocietatis bonorum, ad quam olim patronus viuo liberto vocabatur *l. 1. ff. de bon. lib.* & tamen non cenſeatur eodem iure, quo ſocietas, ſcilicet, quia in ſocietate non habet locum ius accreſcendi, vt nec in alijs contractibus, *ſicuti demonſtrabimus in 6. cap. q. 32.* & tamen habet locum in bonorum poſſeſſione contra tabulas liberti, *d. l. ſiue libertus.*
69 21. §. *ex duobus,* quia reſpondeo, † nullam *in d. l. 1. ff. de bon. liber.* ſubrogationem conſiderari, ſed tantum imaginem, & ſimilitudinem: nam, quia iure vetere patronus, niſi libertus ei debitum obſequium pręſtitiſſet vocabatur in ſocietatem, cuius ratione libertus etiam viuus bonorum partem ei pręſtare cogebatur,

tur, ideo prętor ad eius exemplum certæ par-
tis bonorum poſſeſſionem introduxit, per
quam, ſi non viuo, ſaltem mortuo liberto
vocatur patronus ad bonorum partem: *Vide-
licet enim*, ait Vlpianus, *imago ſocietatis indu-
xit eiuſdem partis præſtationem, ut, quod uiuus
ſolebat ſocietatis nomine præſtare, id poſt mortem
præſtaret.* Eſt igitur hęc ſimilitudo non ſub-
rogatio, *ut animaduertit Cagn. in d. l. un. num.
62. verſ. 2. limita C. quand. non pet. part.*

Deniq; non obſtat, quod hęc non videa-
tur exceptio regulę, qua dicimus, inter diuer-
ſo iure ſuccedentes locum non habere ius
accreſcendi, quoniam exceptio debet eſſe
70 de regula † *l. nam, quod liquida. 4. §. vlt. ff. de
pen. lega.* & hęc non eſt huiuſmodi, cum non
videatur diuerſo iure ſuccedere, qui vocatur
71 tamquam ſubrogatus, † *vt ſcribunt Zanch. in
d. l. heredes mei. 57. §. cum ita part. 4. num. 272.
verſ. ad ſecundum, Alcia. in d. l. re coniuncti, num.
56. verſ. ſanè, & Men. de pręſ. lib. 4. pręſ. 201. nu.
94. & fatetur Cagn. in d. l. vn. num. 62. verſ. ſed
ex alio C. quand. non pet. part.* quia reſpondeo,
hoc procedere, ſi ſpectemus perſonam eius,
in cuius locum alter ſubrogatur. Cœterùm,
ſi propriam ipſius ſubrogati perſonam, ma-
gis eſſe, vt hęc ſit vera regulę ſuperioris ex-
ceptio, quia ſubrogatus inſpecta perſona pro
pria verè ſuccedit diuerſo iure, & ideo non
deberet habere ius accreſcendi, ſed, quia pro-
pter ſubrogationem alterius perſonam re-
preſentat, ideo videtur, & fingitur eodem
iure ſuccedere, quia, quod dicimus, id non ha
bere locum inter diuerſo iure ſuccedentes,
procedit in ijs, qui ſuccedunt principaliter, &
ex perſona propria, non verò in ijs, qui ſucce-
72 dunt ex perſona aliena, † *vt declarant Cagn. in
d. l. vn. num. 62. verſ. 2. limita, & ibi Claud. Tut,
num. 85. verſ. 2. C. quand. non pet. part.* Hinc in-
fertur.

Primo ius accreſcendi habere locum inter
ſubſtitutum vni cohęredi, & alterum cohę-
redem, licet vocentur ex diuerſis titulis, & ſic
diuerſo ſuccedant iure, *vt probat l. cum ex filio.
39 §. vlt. ff. de vulg. & nos latè dicemus in 7. cap.
q. 68. num. 2.* quia ſubſtitutus venit, tamquam
ſubrogatus in locum inſtituti, *vt dicemus
in 10 cap q. 20. num. 25. verſ. 4.* cui, tamquam
eodem iure ſuccedenti ſine dubio ius accre-
ſcendi competijſſet.

Secundo infertur, inter coniunctum, & hę
redem alterius coniuncti locum habere ius
accreſcendi *l. hęc ſcriptura. 26. §. fin ff. de cond.
& dem. l. vn. §. his ita definitis C. de cad. toll. &
nos dicemus in eodem 7. cap. q. 62.* quia, licet hę-
res inſpecta perſona propria ſuccedat diuerſo
iure, tamen inſpecta perſona defuncti, in cu-
ius locum ſubrogatur, & quem repręſentat *§.
1. Auth. de iureiur. a mor. pręſt. coll. 5.* cenſetur
eodem iure ſuccedere.

Tertio infertur, ius accreſcendi habere lo-
cum inter fiſcum, & vocatum a teſtatore, *vt
oſtendemus in eodem 7. cap. q. 66.* quia, licet fiſ-
cus ex perſona propria vocetur diuerſo iure,
vt ſcribit Alcia. in d. l. re coniuncti, numer. 56.
tamen ex perſona indigni à teſtatore vocati,
in cuius locum ſubrogatur, cenſetur eodem
iure ſuccedere.

Quarto infertur, inter emptorem hęredi-
tatis, vel legari, & cohęredem, vel collegata-
rium venditoris eſſe ius accreſcendi, licet di-
uerſo iure veniant, *vt oſtendemus in eodem cap.
7. q. 67.* & hoc ideò, quia emptor in locum
venditoris ſubrogatur, ideòq; debet eius vti
iure, *vt ibi dicemus*.

Quinto infertur, ius accreſcendi habere lo-
cum inter cohęredem eius, qui portionem
ſuam reſtituit ex cauſa fideicommiſſi, & ip-
ſum fideicommiſſarium *l. Papinianus. 43. ff.
ad Treb. & nos dicemus in eodem cap. 7. q. 69.*
73 quia, licet, & ipſe diuerſo ſuccedat iure, † *vt
ſcribunt Imol. in d. l. Papinianus, num. 2. verſ. in
ea gl. ibi, & ibi Alex. nu. 2. verſ. item in quantum
gl. dicit, & Alcia. in d. l. re coniuncti, num. 56.*
venit tamen, tamquam ſubrogatus in locum
hęredis grauati *l. 2. verſ. nam hęres ff. ad Treb.*
qui eodem cum hęrede poſtea deficiente iu-
re vocabatur; Quę probabilior eſt limitatio-
nis ratio, quam quę *ab Imol. & Alex. in locis
ſupra relatis* affertur, quod ſcilicet vterq; ve-
niat ex voluntate teſtatoris, cum alioquin
in ſpecie *l. ſed, cum patrono*, vnus veniat ex
voluntate, alter verò contra voluntatem,
quia, licet vterq; veniat ex voluntate defun-
cti, non tamen ſequitur inter eos debere ius
accreſcendi habere locum, ſi diuerſo ſucce-
dant iure, vt patet ex hęrede, & legatario etiã
vniuerſali, & id genus alijs, Quamobrem
veriùs eſt, admiſſionis cauſam ex ſola vi ſu-
brogationis prouenire, *ſecundum ea, quę ſupra
diximus.*

Secundo verò principaliter, licet perſona
non ſit in eius locum ſubrogata, qui eodem
iure ſuccedebat, ſed ipſamet vtatur remedio
diuerſo quidẽ ab eo, ꝙ deficienti compete-
bat, ſed ſubrogato in locum remedij ſimilis,
magis eſt, vt etiam inter diuerſo iure ſucce-
74 dentes locum habeat ius accreſcendi. † Ex-
emplum ſit in patrono, qui fuit inſtitutus in
portione minore legitima: nam, licet non ve-
niat per contra tabulas, ſed legitimę ſupple-
mentum petat alio iure *l. omnimodo 30. in
prin. C. de inoff. teſtam.* quia tamen hęc petitio
eſt ſubrogata in locum bonorum poſſeſſio-
nis contra tabulas, ideo perinde habetur, ac,
ſi & ipſe per contra tabulas veniret, eaq; ra-
tione ius habet accreſcendi, ſi alter patronus
a liberto pręteritus repudiet partem, quam
per contra tabulas bonorum poſſeſſionem
conſequi potuiſſet *d. l. ſiue libertus 21. §. ex duo
bus ff. de iur. patro.* Et ſimili ratione, ſi ex duo-
bus filijs alter ſit inſtitutus in portione mino-
re legitima, alter verò iniuſtè exhęredatus,
habebit inſtitutus ius accreſcendi, ſi ex hęre-
datus repudiet, quia petitio ſupplementi le-
gitimę fuit ſubrogata in locum querelę, *vt
latè dicemus in 6. cap. q. 13. num. 5.*

Tertio, ſi diuerſa iura fuerint inter ſe exæ-
quata, magis eſt, vt etiam inter diuerſo iure
ſuccedentes, tamquam inter ſuccedentes eo-
dem iure locum habeat ius accreſcendi.
75 † Itaq; ſi vnus ad fundum vocetur titulo le-
gati, alter verò titulo fideicommiſſi, quo-
niã legata, & fideicommiſſa particularia vi-
76 ciſſim exæquata ſunt † *l. 1. ff. de leg. primo, l. 2.
Cod. comm. de legat. §. ſed non vſq; Inſt. de legat.*
non eſt dubitandum, quin inter eos locum
77 habeat ius accreſcendi. † Quemadmodum, &
ſi vnus vocetur ad partẽ hęreditatis titulo le-
gati alter verò vocetur ad eandẽ partẽ titulo
fidei-

fideicommiſſi vniuerſalis, quoniam, & vni-
78 uerſalia vniuerſalibus exæquata ſunt,† *ut ſcri-
bunt Bart. in d. l. 1. num. 5. uerſ. 2. & num. 7. uerſ.
2. & ibi Iaſ. num. 29. uerſ. limita ff. de leg. primo,
Bart. in l. ſi quis ſeruum. 8. §. ult. num. 1. ff. de leg.
2. & alij communiter, ut atteſtatur Pic. in l. in
quartam 90. num. 2. ff. ad l. Falc.* Et ſimili ratio-
ne, locus erit iuri accreſcendi, ſi vnus vocetur
ad fundum titulo legati, aut fideicommiſſi,
alter verò titulo donationis cauſa mortis,
79 † quoniam, & mortis cauſa donationes per
80 omnia ſunt legatis comparatæ † *l. Marcellus
15. §. 1. l. illud 37. in prin. ff. de mort. cauſ. donat.
l. ult. C. eod. §. 1. Inſt. de donat.*

Quarto, quod dicimus, inter diuerſo iure
ſuccedentes non habere locum ius accreſcē-
di, ita videtur accipiendum, vt nō accreſcat
ipſo iure, ſed, ſi pars velit agnoſcere portionē
deficientem, quin poſſit, non videtur dubi-
81 tandum, † *d. l. ſed, cum patrono, 6. in prin. & ibi
gl. in uerb. cæteri ff. de bon poſſ. Imol. in l. mulieri.
73. num. 1. uerſ. in gl. proderit ff. de cond. & dem.
& alij, quos referemus in 8. cap. q. 1. numer. 33.*

Sed eſt verius, procedere, etiamſi velit
82 agnoſcere, † *ut latè oſtendemus ibi num. 34.*
Nec obſtat *l. ſed, cum patrono*, quia patronus
ibi non agnoſcit ex eadem cauſa, ſiue ex eo-
dem capite, ſed ex cauſa noua, nempè ab in-
teſtato, & ex capite vnde legitimi, & ſic non
iure accreſcendi, ſed iure ſucceſſionis, *ut oſten-
dimus ſupra num. 2. & latius oſtendemus in
eodem cap. 8. q. 1. num. 35.*

Quinto, ſi non ſuperſint, qui veniant eodē
iure, locum habebit ius accreſcendi, etiam
83 inter diuerſo iure ſuccedentes, † *ſecundum
gl. in d. l. ſed, cum patrono. 6. in uerb. polliceatur, in
ultimo exemplo, ff. de bono. poſſ. Bart. in d. l. re con-
iunctis, num. 46. uerſ. fateor tamen, & ibi Rip. nu.
182. Alcia. num. 56. uerſic. unde Bart. Rub. in
d. l. pater filium. 14. num. 120. in fin. ff. de inoff.
teſtam. Zanch. in d. l. hæredes mei. 57. §. cum ita,
part. 4. num. 273. ff. ad Trebell.* Sed eſt veriùs
84 non habere, † *ut rectè Cagnol. in d. l. unic. num.
62. uerſicul. 5. Cod. quand. non pet. part. & alij do-
cuerunt.* Nam, & in ſpecie *d. l. ſed, cum patro-
no*, nullus aderat, qui eodem veniret iure,
quia ſcriptus hæres omnimodò defecerat, &
tamen non fuit locus iuri accreſcendi, ſed
inteſtatæ ſucceſſioni, *ut ſupra dictum eſt*, Sed
hæc de relatiùs dicemus *in 10. cap. q. 13. num.
8. & ſeqq.*

Ex his igitur intelligimus, veriſſimam eſſe
communem regulam, qua dicimus inter
diuerſo iure ſuccedentes non habere locum
ius accreſcendi: Nec obſtare contraria ar-
gumenta, quoniam ex ſuperioribus reſpon-
ſio patet: Nam in omnibus ſpeciebus ibi
relatis, aut improprium eſt ius accreſcen-
di, aut diuerſitas ob aliquam fictionem pro
identitate reputatur, *ſecundum ea, quæ dixi-
mus ſupra num. 38. & ſeqq.* Quod verò de te-
ſtamento militis, qui patrimonia diſtinxit,
obijcitur, falſum eſſe, ex ijs poterit intelligi,
quæ de iure accreſcendi in teſtamento mi-
litis dicemus *in 10. cap. q. 24. num. 19. & ſeqq.*
Et hæc de quarto coniunctionis effectu.

SVMMARIVM.

1 *Coniunctio prælationem operatur, & cur, nu-
mer. 4.*
2 *Coniuncti præferuntur diſiunctis,*
3 *Coniunctio etiam tacita inducit prælationem.*

De iure prælationis.

Quæſtio Quadrageſimaquarta.

QVintus, & vltimus coniunctionis ef-
fectus eſt ius prælationis, quippe,
quod, & ipſum ex coniunctione na-
ſcitur: nam, vt ex pluribus ad eandem rem vo-
catis vnus alteri in parte deficientis præfera-
tur, hoc ex ſola coniunctione proficiſcitur
1 † *l. item, quod Sabinus. 17. §. 1. l. ſi ita quis hæredes
inſtituerit. 66 ff. de hæred. inſtit. & ſcribunt Bart.
in d. l. re coniunctis, num. 1. uerſ. in 2. & ibi Petr.
de Beſut. num. 1. AEmil. Ferr. num. 53. Bald. in
l. 1. in repet. num. 8. uerſ. & ideo potes Cod. de ſacr.
eccl. Caſtr. in l. un. §. his ita definitis num. 3. C. de
cad. toll. Imol. in l. hæredes ſine partibus 63. num.
1. & 2. ff. de hæred inſt. Ant. Gou. de iur. accr. nu.
9. & in libr. Animad. cap. 6.* Semper enim con-
2 iuncti diſiunctis præferuntur † *l. un. §. his ita
definitis uerſ. ſin uero quidam C. de cadu. tollend.
l. hæredes ſine partibus. 63. ff. de hæred. inſt. l. 1. §.
idem eſt ff. de uſufr. accr. & ſcribunt Bartol. in d. l.
re coniunctis, num. 31. & ibi Crot. num. 51. uerſic.
præterea, Polit. nu. 60. uerſ. circa idem, Io. Gaud.
num. 75. Bart. in d. §. his ita definitis, in prin. &
num. 3. & ibi Caſtr. num. 4, & 6. uerſ. 4. Imol. in l.
Titius. 11. nu. 3. ff. de hæred. inſt. Ruin. conſil. 168.
num. 11. uol. 2. Ant. Fum. de coniunct. cap. 8. nu.
1. Decia. conſil. 56. num. 16. uol. 3. Men. conſ. 198.
num. 10. uol. 2. Cuiac. in d. l. un. §. ubi autem lega-
tarij C. de cad. toll. Hoto. in Epit. titu ff. de uſufru.
3 accr. num. 13.* etiamſi coniunctio tacita ſit, † vt
in ſpecie *d. l. Titius. 11. ff. de hær. inſt.* & qui ma-
gis coniuncti ſunt, minus coniunctis ſunt po-
tiores, *ut dicemus in hoc cap. q. 46. num. 68.* ſcili-
4 cet, quia † ex tali coniunctione colligimus
defuncti voluntatem, quæ prælationem ope-
ratur, *ut diximus in 2. cap. q. 2. nu. 14.* Cenſetur
enim teſtator coniunctos in parte coniun-
ctorum cœteris omnibus prædilexiſſe, *ut di-
cemus in hoc ipſo cap. q. 50. num. 9.* Quamobrem
de prælatione tractaturi, quoniam ea, vel cō-
ſideratur in iure accreſcendi, vel in ſubſtitu-
tione, Et in iure accreſcendi, vel inter eos, qui
teſtamentaria coniunctione iunguntur, vel
inter eos, qui legali, Et, qui teſtamentaria,
vel eodem iunguntur genere coniunctionis,
vel diuerſo, ideò tractationem vniuerſam in
quatuor quæſtiones diſtribuemus. Quæremus
enim primo, an inter eos, qui teſtamento iū-
guntur eodem genere coniunctionis poſſit
eſſe locus prælationi. Secundo, ſi diuerſa cō-
currant genera coniunctorum, qui debeant,
quibusq; præferri. Tertio, an inter coniun-
ctos legali coniunctione prælatio locum ha-
bere poſſit. Quarto, & vltimo, an, & quando
in ſubſtitutione coniuncti diſiunctis præfe-
rantur.

SVMMARIVM.

1 *Prælationi locus non eſt inter eos,qui re,& verbis coniuunguntur, ſiue coniungantur per copulatiuam,ſiue per collectiuam,num. 2.& cur, nu. 3.Limita,vt num. 9.& 10.*
4 *Cauſa in pari non poteſt eſſe prælationi locus.*
5 *Collectiuè vocati præferuntur vocatis per copulam,& cur, num. 6.*
7 *Collectiuè vocati, an ſint magis couiuncti, quam vocati per copulam. & uum.ſeqq.*
11 *Prælationi locus nõ eſt inter coniũctos verbis tm̃.*
12 *Collectiuè vocati, an, & quando ſint præferendi vocatis per copulam in verbali coniunctione, & nũm.ſeqq. vſq; ad num. 23.*
23 *Prælationi locus nou eſt inter eos, qui re tantum coniungũtur, etiam ſi vnus vocetur ad totum, alij vero ad partes,num. 24.*
25 *Prælatio non datur inter omnimodo diſiunctos, Amplia,vt num. 26.*
27 *Inſtituti ſine parte uõ præferuntur alijs,& n.28.*

An, & quando ex ijs, qui eodem teſtamentariæ coniunctionis genere iunguntur, vnus alteri in iure accreſcendi præferatur.

Quæſtio Quadrageſimaquinta.

IN prima igitur quæſtione conſtat varios
caſus conſiderari poſſe, quorum
Primus eſt, quando concurrũt plures re,
& verbis cõiuncti, Et tunc certi iuris eſt,
ſi ex ijs vnus deficiat, regulariter inter alios
1 nullam conſiderari poſſe prælationem † *d.l.*
vu.§.his ita definitis, verſ. In his itaq; C. de cad.
toll.& ſcribunt Bart.in d.l.re coniunctis,nu.30.&
ibi Petr.de Beſ.nu.35.verſ.ſequitur,Polit.nu.62.
Io.Gaud.nu.77.Bald.in d.§.his ita definitis,n.3.
verſ.hi ergo,& ibi Caſtr.nu.4. Ant.Fum.de coni.
cap.9 nu.1.& cap.10.nu 6.Mynſ.iu §.ſi eadem,
nu.20.Inſt. de legat,Craſſ.in §.ius accreſ. q.13.n.
4.Duar.lib.2.de iur.acc.cap 7.& cap.9. Cuiac.in
l.ſi duobus.16 ff.de leg pri.Hoto.Ill.q.44.& in
Epito.tit ff.de vſuſ.acc.nu.13. Donell lib.7. cõm.
2 *cap.13.* ſiue coniungãtur omnes † per copulã,
vt quia dicat teſtator, lego fundum Tuſculanum
Primo, Secundo, & Tertio, ſiue per collectiuã,
vt, quia dicat, lego agnatis meis fundum
Tuſculanum, *vt ſcribit Cuia.iu d.l.ſi duo-*
3 *bus 16.ff.de leg.primo* Nam† in pari cauſa nul-
4 lus poteſt eſſe prælationi locus † *vt ſcribunt gl.*
in l.u,qui complures 92.in verb.omnibus ff.de leg.
3.Bart.in d.l.re coniunctis,nu. 27. & ibi Petr. de
Beſut.nu.35.Iaſ.num.144.Crott.num.49.verſic.
prima,Rip,uu.101.Io.Gaud.num.75.& 76.

Planè interdum etiam inter eos poteſt eſſe locus prælationi: Primũ enim, ſi ex ijs, qui re, & verbis coniunguntur, quidam vocentur collectiuè, quidam verò copulatiuè, qui collectiuè vocãtur, cœteris in portione alterius collectiuè vocati præferũtur. Itaq, ſi teſtator ita ſcripſerit, lego Titio, Seio, & agnatis meis fundum Tuſculanum, vno ex agnatis deficiente, accreſcet eius portio cœteris agnatis,
5 non verò Titio, & Seio. † *Ita ſcribunt Bart.in*
d.l.re coniunctis,nu.13.& 30.& ibi Petr. de Beſu.
nu.35.verſ.ſequitur,Iaſ.uu.147.Crott.n. 50.Po-
lit.nu.62 Alcia.nu.38.Ruin.conſ.16.uu.9.volu.
1.Duar.de Iur. accr.lib.2.cap. 9.Cuiac. in d. l.ſi
duobus.16.ff.de leg.pri.Gomez.tom. 1.var. reſol.
cap.10.nu.31.verſ.ex quo primo infertur, & eſt
frequentior opinio,vt atteſtatur Craſſ.iu d.§.ius
accreſ.q.13.n.4.& 8.& vera,quicquid Ant.Fum.
de coni.d.cap.9.nu 2.Io.Gaud in d. l.re cõiuncti,
nu.76.Craſſ.in d.q.13.nu.3. & alij plerią; cẽſue-
6 *rint.* Nam, † cum ij, qui collectiuè vocantur,
magis ſint cõiuncti, quam, qui per copulam,
vt diximus iu hoc cap.q.35.n.8. ſcilicet, quia veniunt
in vnam portionem, *vt diximus ibi n.9.*
conſequens eſt, vt in parte deficientis debeãt
alijs omnibus præferri: Semper enim coniunctiores
minus coniunctis præferuntur, *vt dicemus
in hoc ipſo cap.q.46.uum 68.*

Neq; obſtat, quod mixta cõiunctione nulla ſit maior, ne alioquin plures, quam tres inducãtur coniunctorũ ſpecies *cõtra l. triplici. 142. ff.de verb.ſig.& ea, quæ diximus in hoc cap.q.2.n.* 12.& ideo, cum per copulam vocati ſint re, & verbis coniuncti, non videantur minus coniuncti,
quam, qui vocantur per collectiuam,
7 † *vt arguunt Aut.Fum.d.cap.9.nu.3.& Craſſ.d.*
q.13.nu.3.& fatetur Cuiac.in d.l.ſi duobus, quia
reſpondeo, nullam eſſe maiorem cõiunctio-
8 nem mixta, ſi reſpiciamus † ad verbalem, &
realẽ. Cœterùm, ſi ad ipſiuſmet coniunctionis mixtæ ſpecies, magis eſſe, vt vna ſit maior altera, nã qui in vnam veniũt portionem, vt veniunt, qui collectiuè vocantur, magis ſunt, quam, qui viriliter admittuntur, coniuncti, *vt latè oſtendimus in d.q.35.nu. 8. & ſeqq.* Neq; ex hoc ſequitur, plures, quam tres conſtitui coniunctorum ſpecies, quia collectiuè, & copulatiuè vocati reſpectu diuiſionis coniunctorum, non conſiderantur, vt ſpecies diſtinctæ; nam omnes ſunt re, & verbis cõiuncti, ſed diſtinguuntur inter ſe, tamquam ſpecies mixtæ coniũctionis: quoniam eorum, qui re, & verbis coniunguntur, quidam vocantur collectiuè, quidam verò copulatiuè, *vt diximus in hoc ipſo cap.q.25.num. 8.*

Secundo poteſt eſſe prælationi locus inter eos, qui re, & verbis coniunguntur, in ſpecie, quam conſiderauimus *in hoc eodem cap. q. 24. n.2.* nam, ſi teſtator ita ſcribat, Titius, & Seius ex ſemiſſe hæredes ſunto, Ex qua parte Titiũ inſtitui, ex eadem Caius hæres eſto, nõ ſolum Titius, & Seius re, & verbis cõiuncti ſunt, ſed etiam Titius, & Caius *l.triplici,142.§.vlt. ff. de verb.ſig.ſecundum veriorem ſentẽtiam, quam ſuſtinuimus in d.q.24.nu.2.* & tamẽ, ſi Titius de-
ficiat, præferetur Caius in eius portione Seio,
9 † quia, licet ambo ſint re, & verbis coniuncti,
Caius tamen, tamquam in vnam portionem cum Titio vocatus, & coactus, magis cenſetur, quam Seius coniunctus, *ex regula, quam traduut Bald.in l.vn.uu.21.C. quand. uon pet. part. Gul. Ben. in d.cap. Raynutius, in verb. & vxo.uom.Adel.uu.121.uoſq; diximus iu hoc ipſo cap.q.35.nu.8.& 9.* ideoq; debet illi præferri.

Tertio prælationi locus eſt in ſpecie *l.vlt.verſ. alia C.de imp.& al.ſub.* nam, ſi teſtator ita ſcripſerit, Titius vnà cũ filijs ſuis, & Sẽpronius mihi hæredes ſunto, licet omnes ſint re, & verbis coniuncti, quia tamen Titius, & filij vocantur in vnam dimidiam, & per conſequentias ſunt magis inter ſe coniuncti, quam cum

Sem-

Sempronio, ideo fit, vt, ſi vnus eorum defi-
ciat, ſuperſtites in eius portione Sempronio
10 præferantur † *vt rectè ſcripſit Pereg. conſil. 27.*
num. 11. verſ. cum autem, vol. 2.

Secundus verò caſus eſt, quando concur-
runt plures verbis tantum coniuncti, puta,
quando dixit teſtator, lego fundum Tuſcu-
lanum Primo, Secundo, & Tertio æquis par-
tibus, Et tunc pariter certum eſt, inter eos nõ
11 eſſe prælationi locum, † *vt ſcribunt Bart. in d.*
l. re coniunctis, num. 28. & ibi Petr. de Beſut. num.
35. Iaſ. num. 144. Rip. num. 101. Bald. in d. §. his
ita definitis num. 3. verſ. his ergo, & ibi Caſtrenſ.
num. 4. Ant. Fum. de coniunct. d. cap. 9. num. 1. &
cap. 10. num. 6. Mynſ. in d. §. ſi eadem, nu. 20. Inſt.
de legat. Craſſ. in d. §. ius accreſcendi q. 13. num. 3.
Duar. d. lib. 2. de iur. accr. cap. 7. Donell. d. lib. 7.
comm. cap. 13. quia, cum par ſit omnium cau-
ſa, nulla ſubeſt ratio, quę ius inducat præla-
tionis, *vt ſupra dictum eſt.*

Sanè vno caſu tradunt noſtri communiter,
etiam inter eos, qui ſolo verborum comple-
xu iunguntur, poſſe cõſiderari prælationem,
cum ſcilicet ex ijs, quidam collectiuè, quidã
verò copulatiuè vocantur: nam collectiuè
12 vocati cœteris ſunt potiores, † *ſecundum ea,*
quæ diximus in ſuperiore caſu. Ita ſcribunt Bart.
in d. l. re coniunctis, num. 29. & ibi Iaſ. num. 15. &
144. Polit. num. 61. Gozad. in d. l. vn. nu. 2. verſ.
item aſſignatur C. quand. non pet. part. & alij cõ-
muniter, vt atteſtatur Craſſ. in d. §. ius accreſcen-
13 *di q. 13. num. 3.* quia, † cum veniant in vnam
portionem, & ſic magis, quam alij cenſean-
tur coniuncti, *vt diximus in hoc cap. q. 35. num.*
8. & 9. debent per conſequentias etiam alijs
eſſe potiores. *Ita Bart. in d. l. re coniuncti, nu.*
29. & ibi Polit. num. 61. Gozad. in d. l. vn. num. 2.
verſic. item aſſignatur, Craſſ. d. q. 13. num. 3.

Huius rei primum exemplum affertur *a*
Bart. in d. l. re coniuncti, num. 29. Gozad. in d. l.
vn. num. 2. verſ. item aſſignatur, Craſſ. d. q. 13. nu.
14 *3.* in hac ſpecie, † Titius ex dimidia, & fratris
mei filij ex altera dimidia hęredes ſunto: nã
licet omnes (ſecundum eos) ſint verbis tan-
tum coniuncti, ſi tamen vnus ex filijs fratris
deficiat, cœteri in eius portione Titio præfe-
rentur.

Verum hoc exemplum duplici ratione
conuincitur falſum, meritoque reprobatur
15 † *a Petr. de Beſut. in d. l. re coniuncti, num. 35.*
verſ. ſed dico, & ibi Iaſ. num. 146. Crott. num. 50.
Polit. num. 61. Rip. num. 102. Alcia. num. 38. Io.
Gaud. num. 75.

Primo, quia putat Bartolus in ſpecie ſupra
relata, Titium cum filijs fratris eſſe verbis cõ-
iunctum, ſecundum eam ſententiam, quam
diximus eſſe communem *in hoc cap. q. 16. nu.*
26. vt ſcilicet verbis coniuncti intelligantur
etiam ij, qui vocantur ad eiuſdem rei partes
factas in diuerſis clauſulis, dum tamen illæ
regantur ab vno, eodemque verbo, quod ſe-
mel a teſtatore ſit expreſſum, cum tamen ſe-
cundum eam ſententiam, quam nos diſpu-
tando ſecuti ſumus, verius ſit, non eſſe verbis
coniunctos, niſi, quos nominum complexus
iungit, *vt ibi demonſtrauimus num. 29. & ſeqq.*
& per conſequentias, Titium in propoſita
ſpecie non eſſe cum filijs fratris coniunctum
verbis, ſed omnimodo diſiunctum.

Secundo, quia poſito etiam, quod eſſet ver-
bis coniunctus, vt eſt receptior opinio, falli-
tur tamen Bartolus eo ipſo, quod putat fra-
tris filios collectiuè vocatos, etiam inter ſe
verbis tantum coniunctos eſſe, cum ſit ve-
rius, eos eſſe coniunctos vtroque nexu: nam,
licet vocentur ad dimidiam, non tamen vo-
cantur ad eiuſdem dimidiæ partes factas a te-
ſtatore, quia teſtator nõ inſtituit eos in dimi-
dia æquis partibus, ſed ſimpliciter in dimi-
dia, & ſic eos vocauit ad eandem rem, ideſt
ad eandem dimidiam partibus non factis, &
oratione coniuncta; Quamobrem cæteri de-
bent re, & verbis coniuncti, *vt oſtendimus in*
hoc ipſo cap. q. 25. nu. 61. Ex quo intelligimus,
exemplum hoc non pertinere ad quæſtionẽ
propoſitam, quia lòquimur de prælatione,
quæ conſideratur inter eos, qui ſolo verborũ
nexu coniungũtur, cum alioquin in ſuperio-
re exemplo filij fratris ideo Titio præferan-
tur, quia ſunt re, & verbis coniuncti, *vt ſupra*
dictum eſt.

Secundum igitur exemplum affertur *a Iaſ.*
in d. l. re coniuncti, num. 146. verſ. potes, ſi teſta-
16 tor ita dicat, † lego Titio, & fratris mei filijs
fundum Tuſculanum æquis partibus: nam
Titius, & fratris filij ſunt omnes verbis con-
iuncti, quia poſiti ſunt in eadem oratione,
ſed non re, quoniam illa verba, æquis parti-
bus tollunt realem coniunctionem, *vt oſten-*
dimus in hoc eodem cap. q. 19. num. 1. & ſeqq.
& tamen, ſi vnus ex filijs fratris deficiat, alij
tamquam collectiuè vocati præferentur in
eius portione Titio, *vt ibi Iaſ. arbitratus eſt.*
17 Sed malè, † quia, licet verum ſit in hac
ſpecie vocatos omnes eſſe verbis tantum cõ-
iunctos, falſum tamen eſt, quod Iaſon ſuppo-
nit, fratris filios in alterius fratris portione Ti-
tio præferri, dato etiam, quod iuxta commu-
nem locum haberet ius accreſcendi inter le-
gatarios verbis tantum coniunctos, aut de
hęreditate tractaretur: nam ceſſat in hoc ca-
ſu ratio, propter quam aliàs dicimus, collecti-
uè vocatos cœteris eſſe potiores: ideo enim
in alijs caſibus præferuntur, quia veniũt om-
nes in vnam portionem, & vnius perſonæ vi-
ce funguntur, *vt diximus in hoc cap. q. 35. nu. 9.*
Atqui, cum teſtator adiecit illa verba, æquis
partibus, non veniũt filij fratris in vnam por-
tionem, ſed viriliter admittuntur, tamquam
ſublata vi collectiuę *l. interdum. 13. in prin. ff.*
de hæred. inſt. & nos diximus in eadem q. 35. nu.
50. Ceſſat igitur in hac ſpecie ratio, quæ ius
inducit prælationis. Quamobrem non im-
merito Iaſon fuit *a Polit. in d. l. re coniuncti, nu.*
61. verſ. ridiculus, & ibi Rip. num. 102. & alijs
improbatus.

Tertium igitur affertur exemplum *a Polit.*
in d. l. re coniunctis, num. 61. verſ. igitur, ſi teſtator
18 ita dicat, † Titius in dimidia, & fratris mei fi-
lij in alia dimidia æquis partibus hęredes ſun-
to: nam in hoc caſu Titius, & fratris filij ſunt
coniuncti verbis quia vocãtur in eadem ora-
tione, ſed non ſunt coniuncti re, quia vocan-
tur ad portiones diuerſas, & ſimili modo fra-
tris filij inter ſe non ſunt coniuncti, niſi ver-
bis, quia vocantur ad partes expreſſim factas
a teſtatore, & tamen, quia Titius vocatur in
vnam dimidiam, & fratris filij collectiuę in
alteram dimidiam, ſi vnus ex ijs deficiat, eius
portio cęteris fratribus, non etiam Titio ac-
creſcet.

Verùm hoc exemplum, licet ab ijs ſit pro-
bandum, qui communem ſequuntur opinio-
nem exiſtimantes, Titium, & fratris filios ta-
metſi in diuerſis clauſulis vocatos, eſſe nihi-
lominus verbis coniunctos propter vnitatem
verbi, quæ (ſecundum eos) verbalem indueit
coniunctionem, *vt retulimus in hoc cap. q. 16.
num. 26.* non eſt tamen admittendum ab ijs,
qui ſecundum noſtram ſententiam arbitran-
tur eos eſſe omnimodo diſiunctos, tamquam
vocatos ad partes diuerſas, & in diuerſis fa-
19 ctas orationibus, † *ſecundum ea, quæ diximus
ibi num. 29. & ſeqq.* Nam ſecundum hanc nõ
pertinet exemplum ſupra relatum ad quæ-
ſtionem propoſitam, vtpote, in qua tracta-
mus de ijs, qui eodem genere coniunctionis
iunguntur, & quærimus, an ex ijs vnus alteri
præferatur, cum alioquin in exemplo ſupra
relato quęratur, an ij, qui verbis ſunt coniun-
cti, præferantur ei, qui omnimodo diſiunctus
eſt. Non ideo autem dico exemplum non
eſſe probabile, quia Titius cum filijs fratris
non ſit verbis coniunctus ſingulariter, ſed
20 tantum vniuerſaliter, † *Qua ratione moti Petr.
de Beſu. in d. l. re coniuncti num. 35. verſ. ſed dico,
& ibi Iaſ. num. 146. verſ. potes, ſupradictum exẽ-
plum reprobarunt*, quia, & in collectiua filij,
non ſingulariter, ſed vniuerſaliter, & quate-
nus vnum conſtituunt corpus, conſiderari
21 ſolent, † *vt rectè Polit. in d. l. re coniuncti, num.
61. verſic. ſed de hoc, & alij plerique animaduer-
terunt.*

Quamobrem, ſecũdum nos, verius eſt, nul-
lum in verbis tantum coniunctis poſſe dari
22 caſum, in quo ſit prælationi locus, † *vt rectè
cenſuit Io. Gaud. in d. l. re coniuncte, num. 75.*
quoniam in ſpecie, qua plures oratione con-
iuncta vocantur, aut collectiua vim ſuam
habet, & ita vocati, non tantum verbis, ſed
etiam re coniuncti intelliguntur, *vt diximus
ſupra num. 15.* aut eius vis fuit per illam adie-
ctionem, æquis partibus, ſublata, & tunc, quia
viriliter omnes admittuntur, nullus, vt in pa-
ri cauſa poteſt eſſe prælationi locus.

Tertius caſus eſt, quando concurrunt plu-
res re tantum coniuncti, ſiue, vt frequentiùs
dicimus, diſiuncti, Et tunc certiſſimi iuris eſt,
alterum altero potiorem non eſſe, ſed vacan-
tem portionem communiter ad omnes per-
23 tinere † *d. l. vn. § his ita definitis, & ibi Bald. nu.
3. verſ. his ergo, & Caſtr. num. 4. C. de cad. tollend.
d. l. re coniunctis verſic. quod ſi re, & ibi Bart. nu.
27. Petr. de Beſu num. 35. Iaſ. num. 47. verſ. ideo,
& num. 144. Crott. num. 49. verſic. prima, Polit.
nu. 61. verſ. circa primum, Rip. n. 101. Io. Gaud.
nu. 75. ff. de leg. 3. l. liber homo. 59. §. cum quis &
ibi Bald. & l. hæredes ſine partibus. 63. & ibi Imol.
in prin. & num. 1. ff. de hæred. inſt. l. Meuio. 42.
in prin. & ibi Bald. ff. de leg. 2. Ant. Fum. de con.
cap. 9. num. 1. & cap. 10. num. 6. Mynſ. in d. §. ſi
eadem num. 20. Inſt. de legat. Craſſ. in d. § ius ac-
creſcendi q. 13. num. 2. Duar. d. lib. 2. de Iur. accr.
cap. 7. Hoto. Ill. q. 44. & in Epit. tit. ff. de vſufruct.
accreſcend. nu. 13. Donell. d. lib. 7. comm. cap. 13.*
quoniam, & hic cauſæ paritas ius omne præ-
lationis excludit. Idq; procedit non ſolum,
cùm vnicuique ſolidum aſſignatum eſt, ſed
etiam, cùm vni totum, alijs verò partes,
24 † *vt in ſpecie d. l. Meuio. 42. in prin. ff. de leg.
2. Ita Bartol. in d. l. re coniuncti, num. 27. &
Craſſ. in d. §. ius accreſcendi, quæſt. 13. numer. 2.*
Et ſimili ratione ceſſat prælatio inter cohęre-
25 des omnimodo diſiunctos, † *vt ſcribunt Iaſ.
in d. l. re coniuncti, num. 44. verſ. 2. & Craſſ. in d.
§ ius accreſcendi q. 11. Et de his etiã accipiendus
eſt Gomez. d. tom. 1. var. reſol. cap. 10. num. 34.*
dato etiam, quod ex ijs aliqui vocarentur in
26 eadem oratione † *l. ſi ita quis hæredes inſtitue-
rit. 66. ff. de hæred. inſt. & ſcribit Iaſ. in d. l. re con-
iuncti, num. 43. verſ. ego, & latiùs nos dicturi
ſumus in q. ſeq. nu. 86. & ſeqq.* vt accidit in ſpe-
cie, qua teſtator pluribus hęreditatis partibus
ſeparatim diſtributis, duos oratione coniun-
cta ſine parte ſcripſit hæredes: nam, quia non
ſunt (quãtum ad ius accreſcendi) coniuncti,
qui ſine parte inſtituuntur, *ut diximus in hoc
cap. q. 22. num. 5. & ſeqq.* ideo, ſi ex ijs alter defi-
ciat, eius portio, non ad alterum ſine parte
ſcriptum, ſed ad omnes cohęredes pertinebit
27 † *l. item, quod Sabinus. 17. §. 1. ff. de hæred. inſt. &
ſcribunt Ant. Fum. de coniunct. cap. 1. num. 3.
Alcia. in d. l. re coniuncti, num. 13. Duar. d. lib. 2.
de iur. accr. cap. 12. Ant. Gou. de iur. accreſc. num.
19. Cuiac. in d. l. unic. §. ubi autem legatarij C. de
cadu. tollend. & in l. triplici 142. ff. de uerb. ſign.*
Generaliter enim, qui ſine parte ſcribuntur
hæredes, non præferuntur alijs etiam cum
28 parte ſcriptis, & omnimodo diſiunctis, † *ut
ſcribunt Imol. in d. l. item, quod Sabinus, num. 2.
Polit. in d. l. re coniuncti. nu. 69. uerſ. & hoc modo,
Hoto. in Epit. d. tit. ff. de uſufruct. accr. num. 13.*
Et hæc quidem de ijs dicuntur, qui ſunt eodẽ
genere coniunctionis iuncti.

SVMMARIVM.

1 *Declaratur l. re coniuncti. 87. ff. de leg. 3. & num.
ſeqq. ferè per totum.*
2 *Coniuncti re, & uerbis præferuntur alijs, & cur,
num. 3. & ſeqq. Declara, ut num. 7. & ſeqq. &
num. 11. & ſeqq. & num. 18. & ſeqq.*
4 *Coniunctus re, & uerbis eſt magis coniunctus,
quam alij.*
5 *Duo uincula ſunt fortiora uno.*
6 *Duæ coniunctiones uni præualent.*
7 *Coniunctus re, & uerbis præfertur coniuncto re
tantum, & cur, num. 8.*
9 *Coniuncti partem coniunctorum, quaſi ſuam
præoccupant.*
10 *Coniunctus re, & uerbis præfertur coniuncto
uerbis tantum. Declara, ut num. 11. & ſeqq.*
21 *Coniunctus re non eſt potior alijs, Declara, ut nu.
22. & ſeqq. uſq; ad num. 39.*
23 *Potentioribus pares eſſe non poſſumus.*
26 *Dictio, quod, qualiter accipiatur, & num. 32.
& 33.*
29 *Ratio non debet eſſe eadem cum dicto.*
39 *Coniuncti præferuntur diſiunctis, ſed non con-
tra.*
40 *Coniunctus re præfertur coniuncto uerbis, ſed cõ-
tra, num. 44.*
41 *Tractans de damno euitando præfertur ei, qui
tractat de lucro captando.*
42 *Coniunctio potentior debet præferri.*
43 *Coniunctio realis eſt potentior uerbali, Declara,
ut num. 85.*
46 *Par parem non uincit.*
47 *Coniunctus re, & coniunctus uerbis concurrunt,
Sed contra num. 48.*
50 *Coniunctus uerbis præfertur coniuncto re tantũ,*

53 *Dictio,*

53 *Dictio,ipſe,refertur ad proximè nominatum.*
54 *Reſponſio debet eſſe congrua interrogationi.*
59 *Declaratur l. ſi ita quis heredes inſtituerit. 66. ff. de hered. inſt. & num. 86. & ſeqq. uſque ad num.131.*
60 *Declaratur l. Moeuio. 42. in prin. ff. de leg.2. & num.121.& ſeqq.uſq; ad num.154.*
61 *Coniunctio realis uenit ex unitate rei.*
62 *Coniunctio realis an ueniat ex uoluntate defuncti,& num.63.& ſeq.*
65 *Voluntas teſtatoris maior eſt in coniunctione verbali,quam in reali.*
66 *Grauatus in vno debet cũ alio releuari.*
67 *Interpretatio in dubio facienda eſt, vt actus potius ſuſtineatur,quam pereat.*
68 *Coniunctior præfertur ei, qui minus eſt coniunctus.*
69 *Coniunctus verbis magis eſt coniunctus, quam coniunctus re,& nu.ſeqq.*
70 *Coniuncti magis ſunt,qui veniunt in vnam portionem,quam,qui viriliter admittuntur.*
71 *Coniuncti verbis partem coniunctorum, quaſi ſuam præoccupant.*
72 *Vnitas ex parte perſonę non debet plus operari, quam vnitas ex parte rei, Sed contra num. 73.*
75 *Coniunctio verbalis habetur pro duplici coniunctione,& cur, num. 76. Declara, vt num. 77.*
78 *Præfertur adiecto verborũ nexu,qui aliàs fuiſſent pariter admittendi.*
79 *Coniunctio verbalis ea eſt,quę parit ius prælationis.*
80 *Coniunctus re tantum, an tractet de damno euitando,& num.81.& ſeqq.*
81 *Damnum dicitur a diminutione patrimonij.*
83 *Legati cauſa eſt lucratiua.*
84 *Coniunctus verbis qualiter dici poſſit tractare de damno euitando.*
93 *Bartolus,vt ſibi contrarius notatur.*
97 *Dictio, omnes, interdum, & de duobus prædicatur.*
105 *Imperfectum effectu nullum eſt.*
107 *Verba,non tam,ſtant electiuè, non comparatiuè.*
114 *Celeritatem dicendi quando ſoleant homines affectare.*
144 *Species non recipiunt multiplicationem, Declara, vt num.145.*
147 *Coniunctio realis inducitur propter exceſſum teſtatoris.*
152 *Ius accreſcendi an habeat locum inter eos, qui ſeparatim vocantur ad eiuſdem rei partes.*
154 *Coniunctus re, & verbis præfertur omnimodo diſiuncto.*
155 *Coniunctus verbis tantum præfertur omnimodo diſiuncto, Declara, vt ibi.*
156 *Coniunctus re tantum non præfertur omnimodo diſiuncto, Sed contra num.157.*
158 *Diſiunctus omnimodo non admittitur, niſi deficientibus omnibus coniunctis.*
159 *Veniës ex voluntate teſtatoris præfertur venienti ex diſpoſitione legis.*

Qui,quibusq; præferantur, quando varia coniunctorum genera concurrunt.

Quæſtio Quadrageſimaſexta.

Nunc tranſeamus ad ſecundam quæſtionem, & videamus, quando varia concurrunt genera coniunctorum, puta, quia ex ijs, qui ad eandem rem vocantur, quidam ſunt re, & verbis coniuncti, quidam re tantum, & quidam verbis tantum, qui ex ijs, quibusque præferantur. Conſtat autem hanc quæſtionē fuiſſe a Paulo tractatã *in l. re cõiuncti. 87. verſ. præfertur ff. de leg. 3.* & his decerſam verbis. *Præfertur igitur omnimodo coeteris, qui re,& verbis coniunctus eſt. Quod ſi re tantum coniunctus ſit, conſtat non eſſe potiorem. Si verò verbis quidem coniunctus ſit, re autem non, quæſtionis eſt, an coniunctus potior ſit, Et magis eſt, vt, & ipſe præferatur,* quę, quia variam pro varietate ſpecie-
1 rum interpretationem receperunt, † vti videre eſt apud, *Alcia. lib. 6. Parad. cap. 7. & lib. 7. Parerg. cap. 9. Duar. lib. 2. de iur. acc. cap. 7. 8. 11. & 13. Ant. Gou. in lib. animad. cap. 6. Forcat. in Neeyo. dial. 59. Cuiac. lib. 24. obſ. cap. 34. Donell. lib. 7. comm. iur. ciu. cap. 13. & lib 8. cap. 21. Andr. Fach. lib. 4. contro. cap. 98. & alios* recentiores, qui commentarijs ſuis locum hunc illuſtrem reddiderunt, ideo totius quæſtionis explicãdę gratia nobis erunt ſingula Pauli dicta ſeparatim excutienda.

Primùm igitur ait Paulus re,& verbis con-
2 iuctum coeteris præferri, † quod etiam *ſcripſerunt gl. in d. l. re coniuncti, in verb. coeteris, & ibi Bart. num. 1. verſ. in 2. & num. 32. in fi. Iaſ. num. 13. 34. & 35. Crott. num. 5. Polit. num. 62. verſ. omiſi, & num. 68. verſ. verumtamen, & nu. 85. verſ. additur, Rip. num. 113. Alcia. num. 1. & 36. Io. Gaud. num. 77. gl. in l. 1. §. fin. in verb. ſeparatim ff. de vſufr. accre. Azo. in ſumm. C. de cad. toll. nu. 12. & 19. Port. in § ſi eadem, num. 10. & 19. & ibi Mynſ. num. 21. & Vueſ. num. 2. Inſt. de legat. Gozad. in l. vn. num. 2. verſ. item aſſignatur C. quand. non pet. part. Alcia. in l. triplici. 142. num. 5. & ibi Cuiac. ff. de verb. ſign. Ant. Fum. de coniunct. cap. 9. num. 4. & cap. 10. num. 5. Gabr. conſ. 107. num. 12. vol. 2. Decia. conſ. 61. num. 2. volu. 2. Gomez. tom. 1. varia. reſol. cap. 10. num. 31. & 37. Duar. lib. 2. de iur. accreſc. cap. 7. Forcat. in Neeyo. dial. 59. nu. 1. Ant. Gou. de iur. accr. num. 6. & in libr. animad. cap. 6. Cuiac. in l. ſi duobus 16. ff. de leg. primo, in l. vn. §. his ita definitis C. de cad. toll. & lib. 24. obſ. cap. 34. Hoto. Ill. q. 44. Donell. d. lib. 7. comm. cap. 13. & d. lib. 8. cap. 21. Andr. Fach. d. lib. 4. controu. cap. 98. &* rationi conſentaneum
3 eſt: nam, † cum duplex habeat vinculum *l. triplici 142. ff. de verb. ſign.* & ſic magis ſit, quã
4 alij, coniunctus, † *vt ſcribunt Gozad. in d. l. vn. num. 2. verſ. item aſſignatur C. quand. non pet. part. Hoto. d. Illu. q. 44. Donell. d. lib. 8. comm. cap. 21.* debet etiam per conſequentias præferri, quoniam duo vincula ſunt fortiora vno
5 † *Auth. itaq; C. comm. de ſucc. §. 1. Auth. de conſan. & vter. fratr. coll. 6. l. pen. in prin. verſ. ſi verò*

pater

pater C. de adopt. §. *ſed hodie Inſt. eo. Et in his terminis conſiderant Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 16. verſ. 2. & ibi Crott. num. 5. Polit. num. 62. verſ. omiſſi, Alsia num. 36. Io. Gaud. num. 77. Alcia. in d. l. tripliei, num. 5. Ant. Fum. d. cap. 9. num. 4. Gomez. d. cap. 10. num. 31. Myns. in d. §. ſi eadem, num. 21.* & duę coniunctiones vni
6 pręualent, † *vt ſcribant Port. in d. §. ſi eadem, num. 19. Men. conſ. 124. num. 45.* & magis coniunctus ſemper minus coniuncto pręfertur *vt dicemus infra num.* 68.

Hinc intelligimus primo, re, & verbis coniunctum pręferri re tantum coniuncto, ſiue, vt frequentius dicimus, diſiuncto; nam, ſi teſtator ita ſcripſerit, Titius ex fundo Cornelliano hęres eſto, Caius, & Seius ex eodem fundo heredes ſunto, *vt in ſpecie l. Titias 11. & l. liber homo. 59. §. Titius ff. de her. inſt.* & Caius deficiat, eius portio non Titio re tantum coniuncto, ſed Seio coniuncto re, & verbis
7 accreſcet † *l. heredes ſint partibus 63. ff. de hered. inſt. l. vn. §. his ita definitis, verſ. ſin verò quidam. C. de cad. toll. l. 1. §. idem eſt ff. de uſufru. acer. l. Sempronius Attalus. 26. §. ult. ff. de uſufru. leg. & ſcribunt gl. in d. l. 1. §. idem ait, in verb. ex ſocijs ff. de uſufr. acer. gloſſ. in d. l. re coniuncti, in verb. coeteris, & ibi Petr. de Beſu. num. 1. Iaſ. nu. 13. Crott. num. 5. Rip. num. 112. Bart. in l. Moenio. 42. in prin. num. 1. & ibi Imol. num. 2. Caſtr. num. 1. in fi ff. de leg. 2. Bald. in d. l. un. §. his ita definitis num. 3. verſ. his ergo, & ibi Ang. num. 3. & Cuiac. C. de cad. toll. Imol. in l. ſi ita quis haeredes inſtituerit 66. ff. de haer. inſt. Alex in l. eam ex filio. 39 §. ult. num. 6 ff. de uulg. Ant. de Roſel. de ſucceſſ. ab int. num. 157. Alcia in l. cohaeredi. 41. §. qui diſcretas num. 3. ff de uulg. Port in d. §. ſi eadem, num. 19. & ibi Myns nu. 21. Inſt. de legat. Alb. conſil. 511. num. 8. Decia. conſil. 61. num. 2. uol 2. Gomez. d. cap. 10. num. 31. Craſſ. in §. ius accreſcendi q. 13. num. 7. verſ. aut uero, Duar. lib. 2. de Iur. acer. cap 8. & 12. Cuiac. in d. l. ſi duobus. 16 ff. de leg primo, & d. lib. 24. obſ cap. 34. Hoto. in Epit. tit. ff. de uſufr. acer. num. 13. & d. lib. q. 44. & lib. 8. obſ. cap. 5. Donell. d. lib. 7. comm. cap. 13.*
8 quia † coniuncti, propter ſermonis vnitatē, quaſi in vnum corpus redacti ſunt, & ideo coniunctorum partem, quaſi ſuam pręoccu-
9 pant † *d. l. vn. §. his ita definitis, verſ. hęc ita tam varie, & ibi Bald. num. 3. verſ. his ergo C. de cad. toll. Curt. Iun. conſ. 92. num. 8. & conſ. 161. num. 4. verſ confirmatur, Men. conſ. 124. num. 108. & conſ. 198. num. 11. Cuiac. in d. l. vn. §. ubi autem legatarij C. de cad. toll. Donell. d. lib. 7. cōm. cap 13.*

Secundo intelligimus, re, & verbis coniun-
10 ctum pręferri coniuncto verbis tantum, † *vt ſcribant gl. in d. l. re coniuncti, in verb. coeteris, & ibi Bart. num 31. Petr. de Beſ. num. 1. & 2. Iaſ. num. 13. Crott. num. 5. Polit. num. 64. verſ. adde, Rip. num. 113. Imol. in d. l. ſi ita quis heredes inſtituerit 66. ff. de her. inſt. Caſtr. in d. l. Moenio. 42. in prin. num. 1. in fin. ff de leg. 2. Gozad. in d. l. unic. num. 2. verſ item aſſignatur. C. quand. non pet. part. Port. in d. §. ſi eaden. nu. 19. & ibi Myns. num. 21. Inſt. de legat. Ant. de Roſel. de ſuc. ab int. num. 157. Decia. d. conſ. 61. num. 2. volum. 2. Craſſ. in d. §. ius accreſcendi q. 13. num. 7. verſic. aut vero, Duar. d. lib. 2. de Iur. acer. cap. 8. & cap. 12. Cuiac. in d. l. tripliei. 142. ff. de verb. ſign. & in d. l. ſi duobus. 16. ff. de leg. primo, Donell. d. lib. 7.*
11 *comm. cap. 13.* dupliciter accipiendo, † vno mo-
do, ſi ſit coniunctus verbis tantum cum alio, non etiam cum deficiente, vt, ſi teſtator ita dicat, lego fundum Tuſculanum primo, & ſecundo, eundem fundum lego tertio, eundem lego quarto, & quinto æquis partibus: nam primo deficiente pręferretur ſecundus non ſolū tertio, qui ab omnibus diſiunctus erat, ſed etiam quarto, & quinto, qui erant verbis coniuncti, non quidem cum deficiente, ſed inter ſe. Et ita poteſt accipi, quod dicimus re, & verbis coniunctum pręferri coniuncto ver-
12 bis tantum, † *vt declarant Duar. d. lib. 2. de Iur. acer. cap. 8. Cuiac. in d. l. tripliei 142. ff. de verb. ſign. & Donell. d. lib. 7. comm. cap. 13. & rectè:* nam coniunctos, quibus in hac materia dicimus aliquem pręferri, aut non pręferri, intel-
13 ligimus † etiam eos, qui non cum deficiente, ſed inter ſe verbis erant cōiuncti, *vti conſtat ex d. l. vn. §. his ita definitis C. de cad. toll. & d. l. heredes ſint partibus 63. ff. de hered inſtit. & nos infra latius oſtendemus.* Ideo autem in hac ſpecie ſecundus pręfertur quarto, & quinto, quia,
14 † licet ij ſint coniuncti verbis inter ſe, tamen reſpectu primi deficientis non verborum, ſed rei tantum complexu iunguntur. Quamobrem eis debet eſſe potior ſecundus, qui cum deficiente iungebatur vtroq; nexu, *ſecundum ea, quę diximus ſupra num.* 7.

Secundo poteſt accipi, quod dicimus, re, & verbis coniunctum pręferri coniuncto verbis tantum, etiam de eo, qui verbis con-
15 iungebatur cum deficiente, † *Quomodo videtur accepiſſe ferè omnes, quos retulimus ſupra num.* 10. Sed huius rei exemplum non eſt afferendum in ea ſpecie, qua teſtator dicat, Inſtituo Titium in dimidia, Caium, & Seium
16 in altera dimidia, † *vt veteres paſſim arbitrantur* quoniam in ea Titius non eſt cum Caio, & Seio coniunctus verbis *ſecundum eam ſententiam, quam diſputando ſuſtinuimus in hoc cap. q. 16. num.* 29. ſed afferendum eſt, in ſpecie, qua teſtator dicat, Titius, & Seius ex ſemiſſe æquis partibus hæredes ſunto, ex qua parte Titium inſtitui, ex eadem Caius heres eſto,
17 † *vt in d. l. tripliei 142. §. ult. ff. de verb. ſign. l. Iulianus. 15. ff. de hared. inſt. Et eleganter animaduertit Duar. d. lib. 2. de Iur. accreſcend. cap. 8.* nam, ſi Titius deficiat, Caius, qui cum eo re, & verbis coniunctus eſt, *ſecundum veriorē ſententiam, quam amplexi ſumus in hoc ipſo cap. q. 24 num. 2.* præferretur Seio, qui verbis tantū erat coniunctus.

Denique re, & verbis coniunctus præferretur alijs, etiam re, & verbis coniunctis, non
18 quidem cum deficiente, ſed inter ſe, † vt in hac ſpecie, lego fundum Tuſculanum primo, & ſecundo, eundem fundum lego tertio, & quarto: nam primo deficiente præferretur ſecundus tertio, & quarto & ſimili modo deficiente tertio præferretur quartus primo, & ſecundo re, & verbis coniunctis, quo-
19 niam † hi reſpectu deficientis, non coniuncti ſunt, ſed diſiuncti, licet reſpectu ſui coniuncti nuncupentur, *vt explicat Donell. d. lib. 7. comm. cap. 13.* Ex quo intelligimus, quod ait Paulus, re, & verbis coniunctum cæteris præferri, de
20 omnibus accipiendum eſſe, † qui cum deficiente non erant vtroq; modo cōiuncti, ſed, aut ab omnibus diſiuncti, aut coniuncti cum alijs, vel re, & verbis, vel verbis tantum,

ſecun-

ſecundum ea, quę diximus, quoniam omnes
reſpectu deficientis diſiuncti ſunt.
Secundo Paulus ait, re tantum coniunctū
21 non eſſe potiorem alijs † *d. l. re coniuncti, verſ.*
quod, ſi re tantum, & ibi tradunt Bart. num. 1.
verſ. in 2. Polit. num. 63. Port. in d. §. ſi eadem nu.
29. Inſt. de legat. Forca. in Necyo. dial. 59. num. 1.
Ant. Gou. de Iur. accr. num. 9. & in lib. animad.
cap. 6. Duar. d. lib. 2. de Iur. accr. cap. 7. 8. & 11.
Cuiac. in d. l. vn. §. his ita definitis, & §. vbi antē
legatarij C. de cad. toll. & lib. 24. obſ. cap. 34. Hoto.
lib. 8. obſ. cap. 5. Quibus autem, ſi quęramus,
magnam res, videtur, habere dubitationē:
nam, ſi dicamus, hoc eum ſentire, re tantum
coniunctum non eſſe potiorem coniuncto
22 re, & verbis, † *Quomodo gl. in d. l. re coniuncti,*
in verb. quod, ſi re tantum, & ibi Bart. num. 1.
verſ. in 2. Forca. in Necyo. dial. 59. num. 1. & alij
pleriq; putauerunt, illud aduerſari videtur,
quia, cum Paulus iam dixiſſet, re, & verbis
coniunctum pręferri coeteris, & ſic etiam
re tantum coniuncto, nulla videbatur amplius
ſubeſſe ratio, qua quis probabiliter dubitare
poſſet, vtrū contra re tantum coniunctus
eſſet re, & verbis coniuncto pręferēdus:
Certum enim eſt, potentioribus non ſuperio-
23 res, ſed ne pares quidem nos eſſe poſſe † *l. 3.*
in prin. ff. de alien. iud. mut. cauſ. fact. Quamobrem
Paulus rem indubitatam, & iam a ſe
perſpicuè deciſam non, niſi perperam, & ine-
24 ptè repetijſſet, † *vt rectè animaduerterunt Pet.*
de Biſ. in d. l. re coniuncti, num. 9. verſ. ſed, quę
verior, & ibi Iaſ. num. 38. & 39. Polit. num. 63.
Ant. Fum. de coniun. cap. 10. num. 2. Mynſ. in
d. §. ſi eadem num. 23. Andr. Fach. lib. 4. contro.
cap. 98. Nec eſt, quod cauſeris, hoc maioris
25 declarationis gratia factum eſſe, † *Quomodo*
Forcat. in d. dial. 59. num. 3. & alij reſpondent,
quia, cum res probabilem dubitationem non
haberet, nulla per conſequentias videbatur
neceſſaria declaratio *l. continuus. 137. §. cum*
ita ff. de verb. oblig. l. ille, aut ille. 25. §. 1. ff. de leg. 3.
Minus eſt, quod reſpondeas, nullam ibi
ſuperfluitatem contineri, quoniam illa verba,
Quod ſi re tantum coniunctus ſit, conſtat nō
eſſe potiorem, fuerunt a Paulo ſubiecta per modum
rationis, ſeu probationis dicti ſuperioris
ductæ ab enumeratione ſpecierum, quaſi
ſenſus ſit, re, & verbis coniunctum coeteris
pręferri, idq; ex eo probari, *quod, ſi re tantum*
coniunctus ſit, conſtat non eſſe potiorē, vt dictio,
26 quod, pro, quia ſumatur, † *vt. & in l. ſi ancillam.*
4. §. ſi pater ff. pro ſuo l. ſi communis ſeruus. 37. ff.
27 *de ſtipul. ſeru. Quomodo* † *Bart. in d. l. re coniun-*
cti, num. 1. & 6. Forc. in Necyo dial. 59. num. 1.
& alij pleriq; interpretantur, Quoniam hęc declaratio,
vt eſt commentitia, ita & meritò
28 fuit † *a Petr. de Beſu. in d. l. re coniuncti, num. 10*
& ibi Iaſ. num. 38. Ant. Fum. de coniun. cap. 10.
num. 3. Duar. lib. 2. de Iur. accr. cap. 7. & alijs
communiter improbata, non, quia Paulus
hoc modo rationem attuliſſet eandem cum
29 dicto contra † *l. qui interrogatus. 12. & ibi Bart.*
ff. de petit. hered. gl. in l. vlt. in verb. non habent ff.
de off. proc. Caſ. & in l. Labeo. 8. in verb. quia hęc
etiam ff. de vſucap. vt Iaſ. in d. l. re coniuncti, nu.
39. & alij pleriq; putauerunt, ſed, quia rationem
attuliſſet non concludentem, nec vllam pręben-
30 rem conſequentiam neceſſariam, † *vt re-*
ctius idem Iaſ. in d. l. re coniuncti, nu. 35. & 38. &
alij tradiderunt: Nec enim ex eo, quod re tātum
coniunctus non eſt potior coniuncto re,
& verbis, inferri poteſt, Ergo contra re, & verbis
coniunctus debet præferri coniuncto re
tantum, quia poſſet hic non quidem eſſe potior,
ſed par coniuncto re, & verbis, ideoque
Paulus dicendo re, & verbis coniunctum omnimodo
præferri coeteris, id eſt præferri coniuncto
re tantum, vel verbis tantum, quia, ſi
re tantum coniunctus ſit, conſtat non eſſe potiorem,
rationem ineptam, & inconcludentem
attuliſſet, quod non eſt veriſimile.
Nec dicas, illa verba, *conſtat non eſſe potiorē*,
ita eſſe accipienda, quaſi Paulus dicere vo-
31 luerit, conſtat non eſſe æquè potentem, † *vt*
explicat Forca. d. dial. 59. num. 1. quoniam ipſamet
expoſitio ſe ſatis ridiculam, & confutatione
non indigentem demonſtrat. Deinde
verò non poſſe Paulum *in d. verſ. quod, ſi re*,
cēſeri rationem, ſiue probationem dicti præcedentis
attuliſſe, vel ex eo intelligimus, quia
dictio, quod, iuncta dictioni, ſi, non ſtat cau-
32 ſatiuè, ſed aduerſatiuè † *l. ex empto. 11. in prin.*
verſ. quod, ſi nihil ff. de act. empt. l. in emptionibus.
44. ff. de pact. l. quod, ſi alij. 7 ff. de adim. leg. l. quid
ergo. 56. §. vlt. verſ. quod, ſi hæres, & ex ſi ff. de leg.
primo, l. Titia. 35. §. qui mutta, verſ. quod, ſi in
ſumma ff. de leg. 2. Vnde Terent. *Quod, ſi quieſſem*,
inquit, *nihil euenisset mali*. Tunc enim
cauſam, ſiue rationem denotat, cum ſimpli-
33 citer profertur non addita dictione, ſi, † *vt in*
d. l. ſi ancillam. 4. § ſi pater ff. pro ſuo d. l. ſi communis
ſeruus. 37. ff. de ſtip. ſeru. Quo fit, vt, quia
Paulus ita ſcripſit, *Quod, ſi re tantum coniun-*
ctus ſit, conſtat non eſſe potiorem, non poſſit eius
dictum in vim rationis explicari, ſed debeat
cenſeri ſpeciem a præcedenti omninò diuer-
34 ſam terminaſſe, † *vti rectè Petr. de Beſu. in d. l.*
re coniuncti, num. 10. & ibi Iaſ. num. 35. & 37. &
Duar. d. lib. 2 de Iur. accr. cap. 7. & alij plerique
animaduerterunt. Si verò dicamus, hoc velle
Paulum, re tantum coniunctum non eſſe
35 potiorem coniuncto verbis tantum, † *vt explicant
gl. in d. l. re coniuncti, in verb. quod, ſi re*
tantum, & ibi Iaſ. num. 40. Polit. num. 63. And.
Fach. lib. 4. contro. cap. 98. videtur etiam illud
aduerſari, quia, cum poſtea dicat, verbis tantum
coniunctum eſſe potiorem coniuncto re
tantum, *ſecundum veriorem ſententiam, de qua*
poſtea dicemus, non poſſet non etiam fruſtra
cenſeri dixiſſe, re tantum coniunctum non
eſſe potiorem coniuncto verbis: Qui enim
dicit, verbis tantum coniunctum, eſſe potiorem
coniuncto re tantum, vtiq; dicit, re
coniunctum non eſſe potiorem, imo nec parem
coniuncto verbis. Itaq; rem, quæ duplici
potuiſſet dicto terminari, fruſtra tribus regu-
36 lis decidiſſet, † *vt Forca. in d. dial. 59. num. 2. &*
*alij animaduerterunt, ſibiq. quondam a Placentino
auditore ſuo fuiſſe obiectum teſtatur Iaſ. in*
d. l. re coniuncti, num. 47. verſ. tamen.
Nec eſt, quod reſpondeas, imo nullam ſuperfluitatem
contineri, ſi ſpectetur ordo, quē
ſeruauit Paulus, quoniam omnes deciſiones
ſunt diuerſæ: nam primo deciditur, re, & verbis
coniunctum omnibus eſſe potiorem. Secundo
re tantum coniunctum non eſſe potiorem
coniuncto verbis tantum. Tertio,
quia potuiſſet dubitari, an, licet non ſit potior,
ſit tamen par, ideo ſequitur, quaſi per
modum

modum ampliationis tertia deciſio, quę eſt,
vt non ſolum non ſit potior, ſed ne quidem
par, quoniã verbis coninnctus illi pręfertur,
37 †*vt reſpondet Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 48.*
verſ. vnde tenẽ, quia non tollit hęc reſponſio
dubitationem propoſitam: Non enim dici-
mus, tertiam deciſionem eſſe ſupervacuam,
ſed ſecundam, quia, licet tertia non conti-
neatur ſub ſecunda, tamen hoc ſenſu poſito
ſub tertia ſecunda contineretur: Nam dicen-
do, verbis tantum coniunctum eſſe potiorẽ
diſiuncto, diceret etiam Paulus, diſiunctum
haud dubiè non eſſe potiorem, imò nec
parem coniuncto, & ideo non poſſet non
cenſeri ſecundã deciſionem fruſtra poſuiſſe.
Quamobrem verius eſt, longè aliud ſenti-
re Paulnm, quam veteres ſint arbitrati: Nam,
quia dupliciter vocari dici poſſunt coniun-
cti, vel cum deficiente, vel cum alijs *l. liber ho-*
mo, 59. §. cum quis ff. de hęred. inſt. explicat Pau-
lus per ſingula coniunctorum genera, quan-
do is, qui cum deficiente coniunctus erat,
pręferatur alijs, vel diſiunctis, vel etiam con-
iunctis non quidem cum deficiente, ſed inter
ſe. Itaq; primò ait, re, & verbis coniunctum cũ
deficiẽte coeteris pręferri, coeteris, inquã, vel
diſiunctis, vel coniunctis, aut verbis tantum,
aut re, & verbis, non cum deficiente, ſed inter
ſe, *ſecundum ea, quę diximus in ſuperiore regula.*
Deinde ſubijcit, eum, qui cum deficiente non
erat coniunctus verbis, ſed re tantum, non
eſſe potiorem alijs, aut verbis tantum, aut re,
& verbis coniunctis, non quidem cum defi-
ciente, ſed inter ſe: nam, ſi, verbi gratia, teſta-
tor ita ſcripſerit, lego fundum Tuſculanum
Primo, & Secundo, eundem fundum lego
Tertio, eundem lego Quarto, eundem lego
Quinto, & Sexto æquis partibus, deficiente
Tertio, Quartus, qui cum eo re tantum con-
iunctus eſt, & ab omnibus diſiunctus, non
pręfertur Primo, & Secundo coniunctis re,
& verbis, nec Quinto, & Sexto coniunctis
verbis tantum, ſed cum ijs pariter ad vacan-
tem portionem vocatur, quia nihil habet,
quod ei non ſit cum alijs commune: Sunt
enim omnes reſpectu deficiẽtis re coniuncti.
38 † *Ita eleganter explicant Duar. d. lib. 2. de Iur.*
accr. cap. 7. 8. & 11. Anto. Gou. de Iur. accr. num.
9. Cuiac. in d. l. vn. §. bis ita definitis C. de cad.
toll. in d. l. ſi duobus. 16 ff. de leg. primo, in d. l. tri-
plici. 142. ff. de verb. ſign. & lib. 24. obſ. cap. 34.
Hoto. Illu. q. 44. Donell. lib. 7. comm. cap. 13. &
lib. 8. cap. 21. Et ſanè hunc eſſe verum Pauli
ſenſum, vt ſcilicet re tantum coniunctus nõ
pręferatur coeteris, etiam coniunctis, non cũ
deficiente, ſed cum alijs, intelligimus ex eo,
39 quod dicitur † *in d. l. vn. §. bis ita definitis, verſ.*
ſin verò quidam C. de cad. toll. l. hęredes ſine parti-
bus. 63. ff. de hęred. inſt. & refertur a Cin. in d. §.
bis ita definitis, num. 3. & ibi Bald. num. 3. verſ.
his ergo, Caſtr. num. 3. & 4. Bart. in d. l. hęredes
ſine partibus, Io. Gaud. in d. l. re coniuncti, num.
79. Cagn. in rub. C. quand. non pet. part. num. 55.
in fin. Ant. Fum. de coniunct. cap. 8. num. 1. Hoto.
in Epit. tit. ff. de vſufr. accr. num. 13. ſi plures
ſint coniuncti, & diſiuncti, & vnus ex con-
iunctis deficiat, eius portionem ſolis coniun-
ctis accreſcere, ſi verò deficiat vnus ex di-
ſiunctis, portionem eius accreſcere, tam di-
ſiunctis, quam coniunctis: Nam coniunctos,
cum quibus dicimus diſiunctos admitti, non
poſſumus eos intelligere, qui cum deficiente
coniuncti ſunt, quoniam illi diſiunctis pręfe-
runtur, *vt dictum eſt*. Neceſſariò igitur debe-
mus eos intelligere, qui ſunt coniuncti cum
alijs, non cum deficiente, vt ſenſus *tam d. l. vn.*
§. bis ita definitis, verſ. ſin verò quidam C. de cad.
toll. & d. l. hæredes ſine partibus. 63. ff. de hæred.
inſt. quam d. l. re coniuncti. 87. ff. de leg. 3. ſit, ſi te-
ſtator ita dixerit, lego fundum Tuſculanum
Primo, Secundo, & Tertio, eundem fundum
lego Quarto, eundem lego Quinto, eundem
lego Sexto, quo caſu plures coninnxit, & plu-
res diſiunxit, coninnxit Primum, Secundum,
& Tertium, diſiunxit verò, Quartum, Quin-
sum, & Sextum, ſi deficiat vnus ex coniun-
ctis, puta primus, alios coniunctos, nempè
Secundum, & Tertium eſſe diſiunctis, ideſt,
Quarto, Quinto, & Sexto præferendos, ſi ve-
rò contra deficiat vnus ex diſiunctis, puta
Quartus, alios diſiunctos, ideſt, Quintum, &
Sextum non eſſe coniunctis, ideſt, Primo, Se-
cundo, & Tertio præferendos, ſed pariter cũ
eis admittendos. Hic, meo coeterorumque
recentiorum iudicio, verus eſt Panli ſenſus,
quo poſito ſeparatæ, diſtinctæque ſunt Pauli
deciſiones, nec vlla ſuperflua, quoniam ſub
prima, nec ſecunda, nec tertia continetur,
vti poſtea latiùs oſtendemus.
Tertio demum ſubijcit Paulus hæc ver-
ba, *Si verò verbis quidem coniunctus ſit, re*
autem non, quæſtionis eſt, an coniunctus potior
ſit. Et magis eſt, vt & ipſe præferatur. Quis au-
tem ſit hic, quem Paulus ait, præferri, ſi quæ-
ramus, conſtat, rem valde controuerſam eſſe:
Fuerunt enim de hac re tres potiſſimum no-
ſtrorum interpretum ſententiæ,
Prima exiſtimãrium, hoc dicere Paulum,
ſi coniunctus verbis tantum concurrat cum
re tantum coniuncto, puta, quia dixerit teſta-
tor, lego fundum Tuſculanum Primo, eun-
dem fundum lego Secundo, & Tertio æquis
partibus, quæſtionis eſſe, an coniunctus (ſcili-
cet re tantum) potior ſit coniuncto verbis, &
magis eſſe, vt & ipſe (nempe re coniunctus)
40 præferatur. † *Fuit hæc ſententia Rogerij anti-*
qui gloſſatoris, vti refert gl. in d. l. re coniuncti, in
verb. quod, ſi re tantum, & in verb. potiorem, &
in verb. vt ipſe præferatur, & nouiſſimè fuit ſen-
tentia Ant. Gou. de Iur. accr. num. 12. Videtur
autem ea probari.
Primo, quia, qui tractat de damno euitan-
do pręferendus eſt ei, qui tractat de lucro
41 captando † *l. vlt. C. de codicill. l. vlt. C. qui potior.*
Sed re tantum coniunctus tractat de damno
euitando, nempe de retinenda re ſibi à teſta-
tore relicta, cum veniat per ius non decreſcẽ-
di *d. l. vn. §. vbi autem legatarij, verſ. ſin verò ne-*
mo alius C. de cad. toll. & nos diximus in hoc cap.
q. 37. num. 5. verbis verò coniunctus tractat
de lucro captando, nempe de acquirenda
portione, non ſibi, ſed coniuncto data, cum
veniat per ius accreſcendi, *vt diximus in hoc*
ipſo cap. q. 38. num. 1. Debet igitur re tantum
coniunctus verbis tantũ coniuncto pręferri.
Secundo videtur probari, quia coniunctio
42 potentior vtiq; debet pręferri, † *d. l. re coniun-*
cti, verſ pręfertur, & d. l. vn. §. bis ita definitis,
verſ ſin vero quidam C. de cad. toll. Sed coniun-
43 ctio realis eſt potentior verbali, † vt ex pluri-
bus

bus conſtare videtur, & primo ex eo, quia
retentionis exceptio non obſtat reali con-
iunctioni, & tamen obſtat verbali, *vt not. in
l plane. 34. §. ſi duobus ff. de leg. primo*, Secundo,
quia coniunctio realis tribuit ius non decre-
ſcendi, etiam ijs, qui ſpeciali iure ſuam portio
nem conſequuntur, quibus alioquin verba-
lis non tribuit ius accreſcendi, *ſecundum rece-
ptam opinionem, de cuius veritate dicemus in 7.
cap. q* 61. Tertio, quia realis vim ſuam obtinet
etiam in contractibus, vtpote in quibus locũ
habet ius non decreſcendi, verbalis verò
nullam in ijs habet vim, quoniam in contra-
ctibus ius accreſcendi non ſolet habere locũ,
vt ex recepta ſententia dicemus in 6. cap. q. 32.

Quarto demũ realis etiam in legatis ius nõ
decreſcendi parit *d. l. vn. §. vbi autem legatarij
verſ. ſin vero nemo alius C. de cadu. toll.* verbalis
vero (ſecundum nos) non parit in legatis ius
accreſcendi, *vt oſtendimus in hoc cap. q. 38. nu.
26. & ſeqq.* Debet igitur realis, tamquam po-
tentior verbali præferri.

Verum hæc ſententia merito fuit a cunctis
44 improbata, † *& in ſpecie a gl. in d. l. re coniuncti,
in verb. quod, ſi re tantum, & ibi Polit. num. 63.
Alcia. num. 1. Io. Gaud. num. 80. Duar. lib. 2. de
Iur. accr. cap.* 11. non, quia repugnet ei, quod
dixit Paulus *in verſ. quod, ſi re tantum*, re tan-
tum coniunctum non eſſe potiorem alijs, *vt
vulgo arbitrantur*, quia non loquitur ibi Pau-
lus de ijs, qui cum deficiente coniuncti ſunt,
ſed de ijs, qui ſunt coniuncti cum alijs, & ait,
re coniunctum non eſſe ijs potiorem, *vt oſte-
dimus ſupra nu. 30. verſ. Quamobrem*, ſed, quia
manifeſtè repugnat ijs, quæ ſcribit Paulus in
hac poſtrema parte, ſi eius verba diligenter
perpendantur, *vt ex ijs, quæ poſtea dicturi ſu-
mus, facilè erit intelligere.* Nec argumenta Ro-
gerij quemquam monere debent, quoniam
eorum non eſt difficilis reſolutio, *vti poſtea
oſtendemus.*

Secunda igitur fuit opinio exiſtimantium,
Paulum *in verſ. ſi verò verbis*, non terminare
quæſtionem, an coniunctus verbis ſit potior
re coniuncto, vel contra, ſed hoc ſolum dice-
re, re, & verbis coniunctum eſſe potiorem cõ-
iuncto verbis: Nam (ſecundum eos) Paulus
45 ibi † docet primùm, re, & verbis coniunctum
cœteris præferri, deinde probat id a ſufficiẽ-
ti partium enumeratione, dicendo, id conſta-
re ex eo, *quod, ſi re tantum coniunctus ſit, con-
ſtat non eſſe potiorem*, ſcilicet coniuncto re, &
verbis, *ſi vero verbis quidem coniunctus ſit, re
autem non, quæſtionis eſt, an coniunctus*, ſcili-
cet, re, & verbis, *potior ſit*, coniuncto verbis
tantum, *& magis, eſt, vt, & ipſe*, ideſt, re, & ver-
bis coniunctus, *præferatur*. Nec aiunt obſta-
re, quod hoc ſenſu poſito ſuperfluę videantur
poſteriores deciſiones, quoniam exponẽdo,
quod, pro, quia, & ſic non aduerſatiuè, ſed cau
ſatiuè intelligendo ceſſat omnis ſuperfluitas.
Hinc inferunt, quæſtionem prælationis, quæ
inter re tantum, & verbis tantum coniunctos
eſſe poteſt, vtpotè a Paulo non deciſam, de-
bere ex alijs locis terminari, *nempe ex l. ſi ita
quis heredes inſtituerit 66. ff. de hered. inſt. & l.
Mœuio 42. in prin. ff. de leg. 2.* ex quibus con-
ſtar, neutrum eſſe potiorem, ſed vtrumq; de-
bere pariter admitti, quod par parem non
46 vincat † *l. ille, a quo. 13. §. tempeſtiuum ff. ad
Trebel. 3. §. vlt. ff. de arbitr. l. iudicium ſoluitur 58.
ff. de iudic.* nec debilis debilem, ſed concur-
47 rant: † *Fuerunt huius ſententiæ Azo in ſumm.
C. de cad. toll num. 12 Io. & Acc. in l. 1. §. fin. in
verb. ſeparatim ff. de vſufr. accr. & in d. l. re con-
iuncti, in verb. quod, ſi re tantum, & ibi Bartol.
num. 1. verſ. in 2. & num. 32. verſ. 3. fuit, Bartol.
in d. l. Mœuio. 42. in prin num. 3. & ibi Imol.
num. 2. verſ. ideo tutius, Caſtrenſ. num. 1. verſ. dic
ergo, & num 2. & Peral. num. 2. ff. de leg. 2. Bart.
in d. l. ſi ita quis heredes inſtituerit 66 & ibi Bald.
Ang. & Imol. in prin. & num. 1. ff. de hered. inſt.
Imol. in l. item, quod Sabinus. 17. nu. 3. verſ. quia
coniunctus ff eo. Caſtr. in l interdum. 13. in prin.
num. 3, verſ. tamen, ſi vnus, ff. eod. Gomez. d. tom.
1. varia. reſ. cap. 10. num. 32. verſ. ſed his non ob-
ſtantibus, vbi ait, hanc eſſe magis communem opi-
nionem, Forca. in Nety. dial. 59 num. 1. 3. & 4.,
Craſſ. in d. §. Ius accreſcendi q. 13. num. 7. vbi ait,
hanc opinionem eſſe æquiorẽ, & Caual. in tract.
comm. contra comm. q. 99. vbi pariter ait, Bartoli
ſententiam æquiorem eſſe, & ideo tenendam.*

Verum hęc ſententia, tamquam Pauli ver
bis, & ipſi veritati minus conſentanea meri-
48 tò fuit a poſterioribus improbata, † *vt a Petr.
de Beſu. in d. l re coniuncti, num. 9. verſ. ſed, quę
verior, & num. 14. verſ. prima concluſio, & ibi
Iaſ. num. 35. & 38 Polit. num. 63. verſ. declarat,
Alcia. num. 1 Io. Gaud. num. 80. Por. in d. § ſi
eadem, num. 19. verſ. hęc reſponſio, Inſt. de legat.
Duar. d. lib. 2. de Iur. accr. cap. 7. & alijs commu-
niter, vt atteſtatur Craſſ. in d. §. ius accreſcendi
q. 13. num. 7.*

Primo, quia Paulus ex tribus cõiunctorũ ſpe
ciebus a ſe propoſitis, vnam tantum reſpectu
pręlationis terminaſſet, & quidem minus
dubitabilem: minor enim eſt dubitandi cau-
ſa, ſi quęramus, an verbis tantum coniunctus
pręferatur coniuncto re, & verbis, quam, ſi
quęramus, an coniunctus verbis pręferatur
49 coniuncto re, quod non eſt veriſſimile, † *vt
Petr de Beſu. in d l. re coniuncti, num. 9. verſ. ſed,
quę uerior, & ibi Iaſ. num. 36. & 39. Port. in d.
§. ſi eadem nu. 19. uerſ. hęc reſponſio, & ibi Mynſ.
num. 23. tradiderunt;*

Secundo, quia perperam, & inutiliter quę-
ſtionem a ſe deciſam repetijſſet: nam, cum
ſub illis verbis, *Pręfertur igitur omnimodò
cœteris, qui re, & uerbis coniunctus eſt*, iam re-
maneret deciſum, re, aut verbis coniunctum,
non ſolum non eſſe potiorem, ſed, ne qui-
dem parem coniuncto re, & verbis, non poſ-
ſet Paulus non cenſeri perperam id ipſum, &
fruſtra repetijſſe, *ut latè oſtendimus ſupra num.
17. & ſeqq.* Quod verò dicitur, id fuiſſe per
modum cautę, & probationis a Paulo ſubie-
ctum, quam ſit commentitium, ſatis, ni fallor,
dilucidè, & clarè *demoſtrauimus num. 21. &
ſeqq.*

Tertia igitur fuit ſententia exiſtimantiũ,
hoc dicere Paulum, verbis tantum coniun-
ctum re tantum coniuncto potiorem eſſe.
50 † *Ita enim poſt Hugo. & Petr. in d. l. re coniun-
cti, cenſuerũt ibi Petr. de Beſ. nu. 11. uerſ. unde te-
neo, Iaſ. nu. 39, uerſ tertius. & n. 40. & 148. uerſ.
teneat, & nu. 153. Crott. n 51. uerſ & ita pertran-
ſeo, Polit. num. 63. uerſ. hic etiam, Rip. num. 139.
uerſ. 3. habet. Alcia. num. 2. Io. Gaud. num. 78.
Port. in d. §. ſi eadem num. 19. uerſ. hęc reſponſio,
& num. 20. uerſ. & iſta opinio, & ibi Baldui. nu.*

13. &

13. & Mynſ. num. 22. & 23. Alcia. lib. 6. Parad. cap. 7. num. 1. & lib. 7. Parerg. cap. 9. & in d. l. triplici. 142 num. 6. & ibi Cuiac. ff. de uerb. ſign. Ant. Fum. de coniun. cap. 10. num. 2. & 5. Purp. conſ. 180. num. 3. uerſ. imo, Duar. lib. 2. de Iur. accr. cap. 7. 8. & 13. Ant. Gou. qui ſe ipſum emendauit. in lib. animad. cap. 6. Cuiac. in d. l. uu. §. bis ita definitis C. de cad. toll. in d. l. ſi duobus. 16. ff. de leg. primo, & lib. 24. obſ. cap. 34. Donell. lib. 7. comm. cap. 13. & lib. 8. cap. 21. Did. Spin. in ſuo ſpec. teſta. d. gl. 9. num. 11. in fi. Andr. Fach. lib. 4. controu. cap. 98. Et hanc hodie receptiorem eſſe ſententiam atteſtatur Craſſ. in d. §. Ius accreſcendi q. 13. num. 7. Quam ſententiam, & ipſe amplector, vtpotè veriorem, & non ſolum Pauli verbis, ſed etiam ipſi rationi magis conſentaneam. Moueor autem.

Primo, quia, ſi diligenter Pauli verba perpendantur, non poſſunt alium ſine cauillo, quam hunc habere ſenſum: nam ibi Paulus
51 † explicat primùm, qui dicantur re coniuncti, &, qui verbis, ex quo etiam poſſumus intelligere, qui dicantur coniũcti vtroq; nexu, *ſecundum ea, quę diximus in hoc cap. q. 20. nu. 1.* Deinde inferendo ad quæſtionem fortaſſis a ſe propoſitam explicat per ſingulas coniunctorum ſpecies, qui, quibusque præferantur. Itaque primùm ait, ſi deficiens habeat re, & verbis coniunctum, illum omnibus eſſe potiorem; Si verò non habeat coniunctum re, & verbis, ſed re tantum, illum non eſſe potiorem alijs, ſcilicet diſiunctis, vel coniunctis inter ſe, non eum deficiente, *ſecundum ea, quæ diximus ſupra num. 31.* Si demum habeat aliquem verbis quidem coniunctum, re autem non, quæſtionis eſſe, an coniunctus, ideſt, ipſemet coniunctus verbis potior ſit, & magis eſſe, vt & ipſe pręferatur. Itaque, ſi teſtator ita ſcripſerit, lego fundum Tuſculanum Primo, & Secundo æquis partibus, eundem fundum lego Tertio, eundem lego Quarto, eundem lego Quinto, & Sexto, deficiente Primo, Secundus, qui cum eo verbis coniunctus eſt, coeteris tam diſiunctis, quam inter ſe coniũctis præferretur, quoniam omnes reſpectu deficientis diſiuncti ſunt; *Ita eleganter explicant Duar. d. lib. 2. de Iur. accr. cap. 8. Cuiac. in d. l. triplici. 142. ff. de verb. ſign. & Donell. d. lib. 7. comm. cap. 13. & d. lib. 8. cap. 21.* Et ſanè hunc eſſe verum eiuſce loci ſenſum ex multis intelligimus, &

Primo ex illis verbis, quæ in Pandectis Florẽtinis legũtur, *& magis eſt, vt, & ipſe præferatur:* nã quia dictio, &, eſt implicatiua, & extenſiua: Implicat enim caſum minus dubitabilẽ, & extendit diſpoſitionem ad caſum magis dubitabilem *l. ea tamen adiectio. 44. ff. de leg. 3.* ideo intelligimus, hunc eſſe prędictorũ verborum ſenſum, vt non ſolum re, & verbis cõiunctus alijs præferatur, qui caſus minus dubitabilis eſt, ſed etiam coniunctus verbis tan-
52 tum, qui magis eſt dubitabilis. † *Ita explicant Petr. de Beſ. in d. l. re coniuncti, n. 9. verſ. 3. & 16. ibi Iaſ. num. 38. Port. in d. §. ſi eadem, num. 19. verſ hæc reſponſio, Inſt. de legat. Duar. d. lib. 2. de Iur. accr. cap. 7. Cuiac. in d. l. triplici, & in d. §. bis ita definitis, & d. lib. 24. obſ. cap. 34. Donell. d. lib. 7. comm. cap. 13.*

Secundo id ipſum ſuadet illa dictio, ipſe, quę ſui natura ſolet ad proximè nominatum
53 referri † *vt in his terminis conſiderant Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 38. Ant. Fum. de coniun. d. cap. 10. num. 2. & Mynſ. in d. §. ſi eadem, num. 23.* Vnde, cum proximè nominatus ſit verbis tãtum coniunctus, vt apparet ex illis verbis, *ſi verò verbis quidem cõiunctus ſit, re autem non,* Conſequens eſt, vt ad eum referri debeant illa verba, *& magis eſt, vt &, ipſe præferatur:* Alioquin debuiſſet Paulus dicere, *& magis eſt, vt, & ille præferatur.*

Tertio confirmatur hoc ex eo, quia reſponſio debet intelligi ſecundum interroga-
54 tionem, cui debet eſſe congrua † *l. de ætate. 11. §. quod autem ff. de inter. actio. §. præterea, Inſt. de inutil. ſtipul.* Sed interrogatio facta per illa verba, *quæſtionis eſt, an coniunctus potior ſit,* re-
55 fertur ad verbis tantum coniunctum † *vt declarant Mynſ. in d. §. ſi eadem, num. 23. Cuiac. in d. §. bis ita definitis, & Donell. d. lib. 7. comm. cap. 13.* quippe, qui propter adiectionem tertij ſimplici coniunctorum appellatione continetur, *vt oſtendimus in hoc cap. q. 28. num. 26.* Debet igitur, & ad eum referri reſponſio his facta verbis, *& magis eſt, vt, & ipſe præferatur.*

Nec eſt, quod obijcias, maiorem non videri rationem, cur illa verba, *an coniunctus potior ſit,* debeant potiùs ad verbis, quam ad re
56 coniunctum referri, † *vt obijcit Forcat. d. dial. 59. num. 2.* quia reſpondeo, imo maiorem eſſe rationem: nam re coniunctus ſimpliciter loquendo non dicitur cõiunctus, ſed diſiunctus, *vt oſtendimus in hoc ipſo cap. q. 14 nu. 2. & ſeqq. & d. q. 28. num. 3.* cum alioquin is, qui verborum complexu iungitur, adiecto tertio dicatur coniunctus, & non minus ſimplici coniunctorum appellatione contineatur, quam, qui iungitur vtroq; nexu, *vt diximus in d. q. 28. num. 26.*

Minus eſt, quod obijcias illa verba debere referri ad coniunctum re, & verbis, quippe, qui verè, & propriè coniunctus appellatur,
57 † *vt diximus ibi nu. Et in ſpecie opponit Forcat. d. dial. 59. nu. 2.* quia reſpondeo, rationem euitandæ ſuperfluitatis, & repetitionis eius, quod antea fuerat deciſum, impedire, ne ad vtroque nexu coniunctum talis relatio fieri poſſit, *vt oſtendimus ſupra num. 41. & ſeqq.*

Ex quibus apparet Paulum *in poſtrema d. l.*
58 *re coniuncti, parte,* hoc dicere, † verbis tantum coniunctum eſſe potiorem alijs omnibus a deficiente diſiunctis. Quo ſenſu poſito nulla conſiderari poteſt ſuperfluitas, quoniam omnes Pauli deciſiones ſeparatę ſunt, atq; diſtinctę: nam in prima loquitur de deficiente, qui habebat coniunctum re, & verbis, in ſecunda verò de eo, qui nullum habebat cõiunctum, aut re, & verbis, aut verbis tantum, in tertia demum de eo, qui habebat coniunctum verbis tantum. Hunc autem intellectũ, quem frequentior admiſit recentiorum ſchola, ideo ſequi debemus, quia, non ſolum congruit cum Pauli verbis, ſed etiam ex alijs locis, & argumentis comprobatur: Nam verbis tantum coniunctum re tantum coniuncto potiorem eſſe *prę̨ter d. l. re coniuncti, ita intellectam, ut ſupra expoſuimus,* probatur.

Secundo *l. ſi ita quis heredes inſtituerit. 66. ff. de hered. inſt. quam alij perperam ad comprobandam ſecundam opinionem adduxerunt:* nam
59 ibi Pomponius, † *Si ita quis heredes inſtituerit,* inquit,

inquit, *Titius hæres eſto, Caius, & Moeuius ex æquis partibus hæredes ſunto, quamuis & ſyllaba coniunctionem faciat, ſi quis tamen ex his decedat, non alteri ſoli pars accreſcet, ſed omnibus cohæredibus pro hæreditarijs portionibus, quia non tam coniunxiſſe, quam celeriùs dixiſſe videatur.* Ex quibus verbis ita ducitur argumentum. Ideo Caius hic non præfertur Titio in portione Moeuij, quia teſtator non tam coniunxiſſe quam celeriùs dixiſſe videtur: A contrario igitur ſenſu, ſiue, a ceſſante ratione legis, ſi teſtator coniunxiſſe videretur, magis eſſet, vt Caius deberet Titio præferri. *Et ita locum hunc in hanc ſententiam contra Bart. retorquendo traxerunt Petr. de Beſu. in d. l. re coniuncti, num. 12. verſ. ſed ſalua, & ibi Iaſ. num. 42. verſ. inprimis, Crott. nu. 51. verſ. ſolum obſtat, Port. in d. §. ſi eadem nu. 20. verſ. vnde, Inſt. de legat. & Ant. Fum. de con. cap. 10. num. 4. & 5.* Cur autem ibi teſtator, non tam coniunxiſſe, quam celeriùs dixiſſe videatur, dicemus in reſponſionibus ad contraria

Tertio probatur *l. Moeuio. 42. in prin. ff. de leg. 2. quã pariter Bart. & alij ſecũdæ ſententiæ ſectatores ad intentionẽ ſuam fundandã adduxerunt:*
60 nam ibi Iabolenus, † *Moeuio*, inquit, *fundi partem dimidiam, Seio partem dimidiam lego, eũdem fundum Titio lego, ſi Seius deceſſerit, pars eius vtriq; accreſcit, quia, cum ſeparatim, & partes fundi, & totus legatus ſit, neceſſe eſt, vt ea pars, quæ ceſſat, pro portione legati cuiq; eorum, quibus fundus ſeparatim legatus eſt, accreſcat.* Ex quibus verbis ita a ceſſante ratione legis duci poteſt argumentum. Ideo Moeuius hic in portione Sei Titio non præfertur, quia ſeparatim, ideſt, diuerſis orationibus fundi partes legatæ ſunt, *vt oſtendimus in hoc ipſo cap. q. 16. nu. 40. & latiùs oſtẽdemus infra nu. 121. & ſeqq.* Ergo, ſi non ſeparatim, ſed in eadem oratione fuiſſent partes legatæ, vt accidit in verbis tantum coniunctis, deberet Moeuius eſſe potior.

Quarto probatur, quia, quę veniunt ex defuncti voluntate, debent ijs præferri, quæ veniunt ex accidenti *l. in cõditionibus. 19. in prin. ff. de cond. & dem.* Sed coniunctio verbalis venit ex voluntate defuncti, qui ſermonis vnitate plures in vnam coegit portionem *l. vn. §. his ita definitis, verſ. hæc ita tam variè C. de cad. toll.* Realis verò venit ex accidenti, nempe ex vocatorum concurſu, & vnitate rei, quæ plu-
61 ribus inſolidum relicta fuit † *d. l. vn. §. vbi autem legatarij, verſ. ſin vero non omnes C. de cad. toll. Et in ſpecie declarant Petr. de Beſu. in d. l. re coniuncti num. 10. verſ. & pro lectura, & ibi Iaſ. num. 40. Alcia. num. 3. Port. in d. §. ſi eadem, num. 19. & 20. Inſtit. de legat.* Debet igitur huic illa præferri.

Nec eſt, quod obijcias, imò realem etiam coniunctionem ex voluntate defuncti pro-
62 uenire, † vt *ſcribunt Bartol. in d. l. re coniuncti, num. 32. verſ. ſed iſta ratio, & ibi Iaſ. num. 148. verſ. 3. & Io. Gaud. num. 80.* & videtur ex eo probari, quia, ſi non veniret ex voluntate defuncti, non haberet inter re tantum coniunctos ius accreſcendi locum in legatis, quippe, cum in ijs ius accreſcendi ſoleat ex volũtate teſtatoris æſtimari, *vt diximus in 2. cap. q. 2. num.* 47. & contra voluntatem teſtatoris non ſoleat habere locum, *vt dicemus in 10. cap. q. 16. n. 5.* quia reſpondeo primo (ſecundũ prædictos) negando realem coniunctionẽ ex voluntate teſtatoris prouenire: nam teſtator legando ſeparatim non dicitur legatarios velle coniungere, ſed diſiungere *d. l. vn. §. his ita definitis, verſ. hæc ita tam variè,* ſed, quia ſolidũ aſſignat ſingulis, & fieri non poteſt, vt eadem res cuilibet inſolidum præſtetur, ideo neceſſitas ipſa, & ſic accidens inducit realem coniunctionem, & concurſum, quo ceſſante, puta, quia vnus ex legatarijs non perueniat ad legatum, dicitur alter retinere totum ex vo-
63 luntate teſtatoris, non quidem † in coniungendo, ſed in aſſignando ſolido: nam eo ipſo, quod ſolidum reliquit, cenſetur voluiſſe totum ad legatarium peruenire, ſi poſſit, *vt declarat Iaſ. in d. l. re coniuncti, num.* 148. *verſ.* 2. Non igitur realis coniunctio venit ex voluntate teſtatoris, ſed ſolidi retentio, & ſic ipſum
64 ius non decreſcendi. † *Ita reſpondet Petr. de Beſu. in d. l. re coniuncti, num. 10. verſic. ego dico.* Secundo reſpondeo, dato etiam, quod vtraq; coniunctio dici poſſit ex voluntate teſtatoris prouenire, vt eſt probabilius, maiorem tamen eſſe voluntatem in verbali, quam in
65 reali: † nam maior eſt voluntas coniungendi, quando teſtator plures vocat ad vnã portionem, & in vnum cogit corpus, quam, cum eos vocat viriliter, *d. §. his ita definitis, verſ. hæc ita tam variè.* Cum igitur teſtator verbis coniungendo vocet hæredes, aut legatarios ad vnam portionem, *vt diximus in hoc cap. q. 35. nu.* 66. diſiungendo verò vocet viriliter, conſequens eſt, vt maior in illis, quam in his conſideretur voluntas teſtatoris, ideóq; magis illi, quam hi ſint ad vacantem portionem admittendi. *Ita Petr. de Beſu. in d. l. re coniuncti, num. 10. verſ. ego dico.*

Quinto ſolet adduci, quia, qui in vno gra-
66 uatur, debet in alio releuari † *l. eum, qui 10. in prin. ff. de iureiur.* Sed verbis tantum coniunctus grauatur in eo, quia debet recipere vacantem portionem cum onere *d. l. vn. §.* vbi *autẽ legatarij C. de cad. toll.* Debet igitur in alio releuari, vt ſcilicet re tantum coniuncto præferatur. *Ita poſt Petr. arguit Port. in d. §. ſi eadem num.* 20. *Inſt. de legat.* Verùm huius argumenti vim nullam eſſe puto, non, quia voluntas teſtatoris tollat contrarium, *vt ait Bart. in d. l. re coniuncti, num. 32. verſ. ſed certè, & poſt eum Iaſ. ibi n.* 148. *verſ. 3.* nam hoc qualiter ſit accipiendum dicemus *in 8. cap. q. 14. num. 9. & q. 16. num.* 21. *& ſeqq.* ſed, quia grauamen, quod in oneris præſtatione conſiſtit, eſt quoddam conſequens emolumenti: nam ideo coniunctus præſtat onus, quia vult emolumentum, *vt ait Petr. de Beſ. in d. l. re coniuncti, num.* 10. *verſ.* 3. & ideo non poſſumus ab onere, tamquam a conſequente inferre neceſſariò ad antecedens, nempe ad ipſum emolumentum.

Sexto affertur illud, quia in dubio facienda eſt interpretatio, vt actus potiùs ſuſtineatur,
67 quam pereat † *l. cogi. 16. in prin. verſ. in ambiguo ff. ad Treb. l. vbi eſt. 22. §. quoties. ff. de reb. dub. l. quoties. 80. ff. de verb. oblig.* Sed, ſi diceremus ad vacantem portionem admitti re cõiunctum perirent legata a deficiente relicta, quia re coniunctus ad eorum præſtationem nõ teneretur *d. l. vn. §. vbi autem legatarij verſ.*

ſin

ſin autem ad deficientis C. de cad. toll. Contra
verò, ſi dicamus admitti coniunctum verbis,
ſuſtinentur legata, quia portio vacans accreſ
cit coniuncto cum onere d. §. vbi autem lega-
tarij, in prin. Debet igitur potiùs fieri interpre-
tatio, vt admittatur coniunctus verbis, quam
coniunctus re. Ita poſt Petr. arguunt Petr. de
Beſu. in d. l. re coniuncti, num. 11. & ibi Iaſ. num
148. verſ. 4. Port. in d. §. ſi eadem num. 20. Inſt.
de legat. Nec eſt, quod reſpondeas, hoc proce-
dere ex tacita voluntate defuncti, qui vni-
cuiq; rem inſolidum aſſignauit; Quomodo
reſpondet Bart. in d. l. re coniuncti, num. 32. verſ.
ſed reſponde, quia, licet hoc ſit verum, non ta-
men ob id ſequitur, quin priùs admittendi
ſint verbis, quã re coniuncti, ne pereat onus
iniunctum deficienti, ideoq; non tollit hęc
reſponſio vim (tameſi leuem) argumen-
ti, vt ſcribunt Petr. de Beſu. in d. l. re coniuncti,
num. 11. & ibi Iaſ. num. 148. verſ. 4.

Septimo probatur, quia magis coniunctus
haud dubiè pręfertur ei, qui minus coniun-
68 ctus eſt, † vt ſcribunt Bald. in l. vn. num. 21. C.
quand. non pet. part. Gomez. tom. 1. varia. reſol.
cap. 10. nu. 31. Quamobrem re, & verbis con-
iunctus, qui magis eſt, quam alij coniunctus,
coeteris pręfertur, vt diximus ſupra num. 2.
quemadmodum etiam pręfertur is, qui col-
lectiuè vocatur, vt diximus in q. pręced. num.
5. & ſeqq. quippè, qui & ipſe magis eſt con
iunctus, quam, qui vocatur copulatiuè,
vt diximus in hoc ipſo cap. q. 35. num. 8. & in d.
q. pręced. num. 6. Et ſimili modo, qui ſuccedũt
in ſtirpem ideò coeteris ab inteſtato pręfe-
runtur, quia magis ſunt, quam alij coniuncti,
vt dicemus in q. ſeq. num. 22. Sed verbis tantum
coniunctus magis coniunctus eſt, quam qui
69 ſolo rei complexu iungitur, † vt ſcribunt Petr.
de Beſu. in d. l. re coniuncti, num. 10. verſ. 1. Ant.
Fum. de coniunct. cap. 10. num. 2. Baldui. in d.
§ ſi eadem, num. 12. Inſt. de legat. Debet igitur
huic ille pręferri. Minor probatur.

Primo, quia, qui vnum conſtituunt corpus,
ideſt, in vnam portionem vocantur, magis
ſunt, quam, qui viriliter admittuntur, coniun
70 cti, † vt ſcribunt Bald. in d. l. vn. num. 21. C.
quand. non pet. part. Gul. Ben. in d. cap. Ray-
nutius, in verb. & vxorem nomine Adelaſiam
num. 121. & patet ex collectiuè vocatis, qui
ideo cenſentur magis coniuncti, quam, qui
vocantur copulatiuè quoniam illi in vnam
portionem, hi verò viriliter admittuntur, vt
diximus in hoc cap. q. 35. nu. 9. Quemadmodũ
etiam magis coniuncti cenſentur, qui ſucce-
dunt in ſtirpem, quam, qui in capita, quoniã
illi in vnam, hi verò in viriles partes vo-
cantur, vt diximus ibi num. 77. & ſeqq. Sed ver-
bis tantum coniuncti propter adiectionem
tertij conſtituunt vnum corpus, & in vnam
portionem coguntur, vt diximus ibi numer.
67. Quamobrem & ipſi dicuntur partem cõ-
71 iunctorum, quaſi propriam pręoccupare, † d.
l. vn. § his ita definitis, verſ. hęc ita tam variè C.
de cad. toll. & declarat Mantic. de con. vlt. vol.
lib. 10. tit. 3. nu. 16. Contra verò re coniuncti
viriliter admittuntur. Sunt igitur illi magis,
quam hi coniuncti.

Nec eſt, quod obijcias, imò non poſſe
magis coniunctos cenſeri, quoniam vnitas
ex parte perſonę non debet plus operari, quã
72 vnitas ex parte rei, † vt reſpondet Bart. in d. l.
re coniuncti, nu. 32. verſ. ſed certè, quia reſpon-
73 deo, imò plus operari, † vt ſcribit Petr. de Beſu.
in d. l. re coniuncti, num. 10. verſ. 2. nam, quan-
do plures veniunt in vnam portionem, om-
nes pro vno habentur, & illa pars cenſetur
omnibus, tamquam vni relicta, vt diximus in
hoc cap. q. 35. num. 7. & ideò, quandiu ſupereſt
aliquis de illo corpore, non poteſt cenſeri
pars ita vacare, vt ad alios pertinere poſſit,
quoniam vno deficiente coeteri pręoccu-
pant eius partem, tamquã propriam, & ſibi,
ſiue corpori relictam, apud quod remanere
74 debet, quandiu manet corpus; † Ita eleganter
explicat Duar. d. lib. 2. de Iur. accr. cap. 11.

Secundo probatur minor, quia magis de-
bẽt cenſeri coniuncti, qui propriè tales ſunt,
quam, qui impropriè arg. l. hoc legatum. 43. ff.
de leg. 3. Sed verbis tantum coniunctus adie-
cto tertio propriè coniunctus eſt, & ſimplici
coniunctorũ appellatione continetur, vt oſtẽ-
dimus in hoc ipſo cap. q. 28. num. 26. Re verò
coniunctus ſimpliciter loquendo propriè
coniunctus non eſt, ſed diſiunctus, vt diximus
in hoc eodem cap. q. 14. num. 2. & q. 28. num. 3.
Debet igitur ille magis quam hic cenſeri
coniunctus.

Tertio probatur minor, quia ſine dubio
maior eſt coniunctio, quę duplex eſt, quam,
quę ſimplex d. l. re coniuncti. 87. ff. de leg. 3. d. l.
triplici. 142. ff. de verb. ſig. Sed realis eſt ſimplex
verbalis verò duplex, aut ſaltem pro duplici
75 reputatur, † vt ſcribunt Alcia. in d. l. triplici. 142.
num. 6. & Cuiac. in d. l. ſi duobus. 16. ff. de leg.
primo, & in l. triplici, & d. lib. 24. obſ. cap. 34.
76 non quia † verbis coniuncti cenſeantur etiã
coniuncti re, cum ad eandem rem, non ad di-
uerſas vocentur, vt declarant Iaſ. in d. l. re con-
iuncti, num. 148. verſ. 2. Ant. Fum. de coniun. d.
cap. 10. num. 2. & Duar. d. lib. 2. de Iur. accr. cap.
7. quia verius eſt, identitatem rei nõ ſufficere
ad inducendam realem coniunctionem, vbi
partes a teſtatore factę ſunt, vt diximus in hoc
cap. q. 38. num. 66. ſed quia adiectio tertij ope-
ratur, vt, qui ad diuerſas partes vocabantur,
& ſic re coniuncti non erant, incipiãt re con-
iungi, vt latè oſtendimus in d. q. 38. num. 77.
Sunt igitur magis coniuncti.

Nec eſt contrarium, quod hoc ita poſito
iam non amplius eſſent legatarij verbis tan-
tum, ſed vtroq; nexu coniuncti, cũ alioquin
eos Paulus in d. l. re coniuncti, verſ. ſi verò, ver-
bis tantum coniunctos appellet, quia reſpon-
deo, vocari eos coniunctos verbis tantum,
77 † inſpecta prima diſpoſitione teſtatoris, qui
dicendo, lego fundum Tuſculanum Primo,
& Secũdo æquis partibus, non poteſt cenſeri
legatarios re, & verbis coniunxiſſe, ſed inſpe-
cto exitu, qui ex adiectione tertij reſultat,
cenſeri eos vtroq; modo coniunctos, quia,
qui ſingulos ferebant ſemiſſes adiecto tertio
in vnum ſemiſſem coguntur. Itaq; ſunt con-
iuncti verbis tantum reſpectu ſui, re verò, &
verbis reſpectu tertij: Partes enim reſpectu
ipſorum coniunctorum inter ſe, non reſpe-
ctu tertij factæ intelliguntur, quia, quoad
eum, veniunt coniuncti in vnam portionem,
& pro vno reputantur, vt eleganter explicat Al-
cia. in d. l. re coniuncti, num. 4. & 5. & in d. l. tripli
ci, num. 6.

Octaue.

Octauo, & vltimo probatur hęc ſententia,
quia, qui dempta coniunctione verbi pariter
cum alijs vocantur, verborum adiecto nexu
78 cœteris præferuntur, † *vt ſcribit Ant. Gou. in
lib. animad. cap* 6. *&* patet ex ijs, qui vocantur
ad ſolidum: nam, ſi teſtator ita ſcribat, lego
fundum Tuſculanum Primo, eundem lego
Secundo, eũdem lego Tertio, quia ſeparatim
omnes ad ſolidum vocantur, ideò Primo de-
ficiente, Secundus, & Tertius ad eius portio-
nem admittentur, ſi verò quibuſdam ex ijs
addat teſtator verborum nexum, puta dicat,
lego fundum Primo, & Secundo, pręferetur
Secundus in portione Primi Tertio, quia ver-
balis coniunctio ea eſt, quę ius inducit pręla-
79 tionis, † *vt ibi rectè Gouea. ait.* Sed, ſi duobus fũ-
di partes, alteri totus fundus legatus ſit, dẽpta
coniunctione verbi pariter omnes ad vacan-
tẽ portionem admittuntur, vt in hac ſpecie,
lego fundi partem dimidiã Primo, alterã di-
midiam lego Secundo, eũdem fundum lego
Tertio, deficiẽte Primo Secundus, & Tertius
ad eius portionem admittentur, quia ſepara-
tim omnes vocati ſunt *d. l. Mœuio. 42. in prin.
ff. de leg.* 2. Ergo addito verborum nexu ius
pręlationis inducetur.

Neq; huic ſententiæ aduerſantur contraria:
nam vt argumenta primę ſententiæ priùs diſ-
ſoluamus, ad primum Rogerij fundamentũ
reſpondeo, Primo negando, re tantum con-
80 iunctum tractare de damno euitando, † *prout
etiam negant Polit. in d. l. re coniuncti, nu.* 70. *&
ibi Alcia. nu.* 5. nam, cum damnum a patrimo-
81 nij diminutione dicatur † *l. 3. ff. de damn. infe.*
ante ius irreuocabiliter quęſitum non vide-
82 tur, id poſſe conſiderari, † *vt ibi Alcia. ait.* De-
niq;, cum re tantum coniunctus tractet de lu-
cro, etiam reſpectu illius partis, quam ſocio
concurrente retinere poteſt, cum illam ha-
beat ex titulo legati, & ſic ex cauſa lucratiua
83 † *§. ſi res aliena Inſt. de legat.* quanto magis cen-
ſeri debet tractare de lucro reſpectu illius,
quam ſocius concurrendo auferre potuiſſet,
vt animaduertit Polit. ibi nu. 70. Lucrum enim
eſt, quod a ſocio non aufertur, *vt diximus in
hoc cap. q. 37. num.* 10.

Secundo reſpondeo, dato etiam, quod re
tantum coniunctus eo ipſo, quod tractat de
retinendo ſolido ſibi a teſtatore relicto, dica-
tur tractare de damno euitando, *prout in hac
materia paſſim dicere ſolemus*, idem tamen eſſe
dicendum, & de coniuncto verbis tantum,
quoniam, & ipſe tractat de retinendo toto,
non, quod ſibi, & coniuncto, velut vni cor-
84 pori relictum eſt, † *vt reſpondent Alcia. in d. l.
re coniuncti, num.* 5. *& Duar. d. lib. 2. de Iur. accr.
cap.* 11. ſed, quod fuit relictum ſibimet ipſi: nã
teſtator dicẽdo, lego Primo, & Secundo fun-
dum Tuſculanum æquis partibus, haud du-
biè relinquit vnicuique dimidiam, quæ pro-
pter adiectionem tertij non poteſt a ſingulis
retineri, ſed reducitur ad quadrantem, cum
talis adiectio operetur, vt Primus, & Secun-
dus in vnam dimidiam cogantur. Si igitur
vnus ex coniunctis deficiat, quis dubitat,
quin alter tractet de retinendo toto ſibi reli-
cto, cum tractet, non quidem de retinendo
toto fundo, ſed de retinenda tota illa dimi-
dia, quam teſtator ei reliquerat, *vt oſtendimus
in hoc cap. q. 38. num.* 77. Omnimodo igitur
etiam verbis tantum coniunctus tractat de
damno euitando.

Ad ſecundum verò fundamentum (*omiſſis
Iaſ. in d. l. re coniuncti, num.* 149. *& ſeqq. & alio-
rum ſolutionibus*) reſpondeo, realem coniun-
85 ctionem eſſe potentiorem verbali, ſi † non
inuicem concurrant: nam, ſi ſint omnes, aut
re tantum, aut verbis tantum coniuncti, ma-
ius haud dubiè illorum eſt, quam horum
ius, maximè ſecundum noſtram opinionem,
quæ negat inter verbis tantum coniunctos
legatarios eſſe ius accreſcendi, ſed, ſi concur-
rant, quia propter adiectionem tertij verba-
lis incipit habere effectum mixtæ coniun-
ctionis, magis eſt, vt verbalis ſit reali poten-
tior, *vt ex ijs, quæ diximus in 7. fundamento, li-
cet intelligere.*

Secundæ verò opinionis argumenta, in
quibus maior videtur dubitatio contineri, nõ
ante poſſunt commodè reſolui, quam ve-
rùs percipiatur oppoſitarum legum ſenſus.
Quamobrem neceſſario nobis erit vtriuſque
loci ſententia ſeparatim exponenda.

Et, vt *de l. ſi ita quis hæredes inſtituerit. 66.
ff. de hęred. inſt.* priore loco dicamus, ait in
ea Pomponius, *Si ita quis hæredes inſtituerit,
Titius hæres eſto, Caius, & Mœuius ex æquis
partibus hæredes ſunto, quamuis, &, ſylla-
ba coniunctionem faciat, ſi quis tamen ex his
decidat, non alteri ſoli pars accreſcet, ſed om-
nibus cohæredibus pro hæreditarijs portionibus,
quia non tam coniunxiſſe, quam celerius dixiſ-*
86 *ſe videatur*, quibus verbis † anſam nobis prę-
buit de tribus dubitandi, Primo, an Ti-
tius cum Caio, & Mœuio ſit, aut verbis,
aut re coniunctus. Secundo, an Caius, &
Mœuius inter ſe ſint coniuncti verbis.
Tertio demum, cur vno ex his, nempe ex
Caio, & Mœuio, non etiam Titio, *vt
malè Iaſ. in d. l re coniuncti, num 44. verſicul.* 2.
& alij plerique arbitrantur, deficiente, non
præferatur alter in eius portione Titio, ſed
ambo pariter admittantur.

Et in prima quidem quæſtione putabat
87 Petrus † (*vt Bart. & alij paſſim in d. l. ſi ita quis
hęredes inſtituerit, retulerunt*) Titium cum Ca-
io, & Mœuio verbis eſſe coniunctum, quod
inter illa verba, *Titius hęres eſto*, & illa, *Caius,
& Mœuius ex æquis partibus hęredes ſunto*,
ſit punctus, qui ſtat loco copulæ, inducitque
proinde verbalem coniunctionem. Et hanc
dicebat, eſſe rationem, cur omnes pariter ad
vacantem portionem admittãtur, quia, cum
omnes ſint verbis tantum coniuncti, non
poteſt inter eos, tamquam in pari cauſa con-
ſtitutos locus eſſe pręlationi.

Verùm hæc ſententia merito fuit ab om-
88 nibus improbata, † *vt a Bart. in d. l. re coniun-
cti, num. 32. verſ. 3. fuit, & ibi Petr. de Bellut.
num. 12. verſicul. ſed hæc, Iaſ. num. 41. verſicul.
iſta ſolutio, Polit. num. 64. verſicul. ſed hæc ſo-
lutio, Alciat. numer. 5. Bald. in d. l ſi ita
quis hæredes inſtituerit, & ibi Imol. numer. 2.
Imol. in l. item, quod Sabinus. 17. num. 3. verſicul.
ſed iſta opinio ff. de hęred. inſt. Port. in d. §. ſi ea-
dem, num. 20. verſic. ſed hæc reſponſio, Inſt. de le-
gat. Alcia. lib. 6. Parad. cap. 7. num. 2.* non, quia,
ſi Titius eſſet cum Caio, & Mœuio coniun-
ctus verbis, ſequeretur eum, tamquam re, &
verbis coniunctum debere cœteris præferri

89 † *ſecundum ea, quæ diximus ſupra num. 2. Qua ratione moti Bartol. in d. l. re coniunctis, num. 32. verſ. 3 fuit, & ibi Iaſ. num. 41. verſic. iſta ſolutio, Polit. num. 64. verſ. adde, Imol. in d. l. ſi ita quis hæredes inſtituerit 66 num. 2. & alij ſuperiorem opinionem improbarunt*, quia verius eſt, Titium ibi non eſſe re coniunctum, *vti mox oſtendemus, vt non immeritò præcedens ratio ſit a Petr. de Beſu. in d. l. re coniunctis, num. 12. verſ. item dicit, & alijs reprobata*, ſed, quia copula, ſiue punctus cadens inter orationes perfectas non inducit verbalem coniunctionem, *vt verius, & receptius eſſe demonſtrauimus in hoc cap. quæſt. 16. num.* 20. & ideò, cum ibi Titius fuerit inſtitutus in oratione perfecta, & ſeparata ab ea, in qua poſtea ſcripti ſunt hæredes Caius, & Moeuius, non potuit vllo modo cum eis cenſeri verbis coniunctus.

An autem fuerit ſaltem coniunctus re, ſi quæramus, conſtat veteres, id paſſim fateri,
90 † *vti videre eſt apud Bart. in d. l. ſi ita quis hæredes inſtituerit, & ibi Bald. Ang. Imol. Caſtrenſ. & apud eos, quos retulimus ſupra num. 89. dum ſupponunt, Titium ibi, ſi fuiſſet in eadem oratione poſitus, futurum coniunctum re, & verbis. Deniq; apud eos, quos retulimus num. 47. dum ex ea lege deducunt, ſi coniunctus re concurrat cum coniuncto verbis, vtrumque debere admitti, nec alterum altero potiorem eſſe.* Sed eſt veriùs, ne
91 quidem re coniunctum fuiſſe, † *vti rectè docuerunt Petr. de Beſu. in d. l. re coniunctis, num. 15. verſic. ſed alio modo, & ibi Iaſ. num. 43. verſ. ego, Polit. num. 67. verſ. quantum ad primum*, quia, qui ſine parte ſcribuntur hęredes, quomodo ſcriptus fuit ibi Titius, non ſunt, quantum ad ius accreſcendi, coniuncti *l. item, quod Sabinus. 17. §. 1. ff. de hęred. inſt. & nos diximus in hoc ipſo cap. q. 6. num. 21. vbi demonſtrauimus, hanc eſſe communem, & veram Dd. concluſionem.* Ex hac ratione moti non eſſe Titium
92 ibi re coniunctum, rectè cenſuerunt † *Iaſ. in d. l. re coniunctis, num. 43. verſ. ego, & ibi Polit num. 67. verſ. quantum ad primum*, quorum opinio vera eſt, quicquid cenſuerit *Alcia. in d. l. re coniunctis num.* 5. Ad quod mirum eſt,
93 non animaduertiſſe Bartolum, † quippe, qui cenſuit, ſine parte ſcriptos non eſſe re coniunctos, *vti videre eſt apud eum in d. l. re coniunctis num. 8. verſ. hoc patet*, & tamen ſibi contrarius fateri *ibidem num. 32. verſ. 3. fuit*, Titium, qui ſine parte fuerat inſtitutus, eſſe re coniunctum *in ſpecie d. l. ſi ita quis hæredes inſtituerit.*

Eſt autem hęc vera realis coniunctionis in
94 perſona Titij excludendæ ratio, non, † quam *Petr. de Beſu. in d. l. re coniunctis, num. 15. verſic. ſed alio modo. & poſt eum Polit. ibi, num. 68. verſ. mihi certè (licèt eius ſententiam priùs reprobaſſet num. 66. verſ. ſed hoc falſum) alijq;* plerique cōminiſcuntur, ideò ſcilicet, Titium ibi non eſſere coniunctum, quia teſtator dicendo, *Titius hęres eſto, Caius, & Moeuius ex æquis partibus hęredes ſunto*, refert illa verba, *ex æquis partibus*, quæ ſui natura tollunt realem coniunctionem, non ſolum ad Caium, & Moeuium, ſed etiam ad Titium; nam, cum fuerint poſita in oratione diuerſa, verius eſt, non, niſi ad eos, qui nouiſſimè vocati ſunt, id eſt, ad Caium, & Moeuium poſſe referri, *vt diximus in hoc cap. q. 35. num. 55.* & indicant illa verba, *pro hęreditarijs portionibus*, quæ ſignificant, eos, quibus accreſcit portio, fuiſſe vocatos inæqualiter, cum alioquin æqualiter debuiſſent eſſe vocati, ſi ad omnes illa verba,
95 *ex æquis partibus*, referrentur, † *vt Iaſ. in d. l. re coniunctis num 43. verſ. 2. & ibi Polit. num. 66. verſ. verùm, Alcia. num. 5. & lib. 6. Parad. cap. 7. num. 3. animaduerterunt*, Qua ratione fit, vt
96 Beſutium non immeritò † *Iaſ. in d. l. re coniunctis, num. 42. verſ. & ſi diceres, & ibi Alcia. num. 5. & d. lib. 6. Parad. cap. 7. num. 3. & alij* plerique reprobarint.

Nec eſt, quod quiſquam cauſetur, illa verba, *pro hæreditarijs portionibus*, fuiſſe adiecta propter alios, qui pręter Titium, Caium, & Moeuium fuerant hęredes inſtituti, quod ſuaderi videtur ex eo, quia, ſi non fuiſſent alij inſtituti, non dixiſſet Pomponius, portionem vacantem accreſcere omnibus cohęredibus, ſed vtriq; *vt & in l. Moeuio. 42. in prin. ff. de leg. 2.* cum illa dictio vniuerſalis, omnibus, nō videatur poſſe verificari in duobus, qui ſoli ſupereſſent, *vt ſcribunt Bald. in l. in teſtamento. 6. num. 12. C. de teſta. mil. Surd. conſ. 31. num. 25.* Et, licèt de alijs mentionem non fecerit, non tamen id efficere videtur, quia non pertinebat eorum expreſſio ad deciſionem eius, de quo dubitabatur, *vt declarat Polit. in d. l. re coniunctis, num. 68. verſ. tu verò tentabis*, quia reſpondeo, imò verius eſſe, tres, ibi tantum fuiſſe ſcriptos hęredes; nam, cùm Pomponius referat verba teſtatoris, quæ trium tantum hæredum inſtitutionem continent, non poſſumus ſine commento profiteri, plures fuiſſe inſtitutos. Nec quemquam mouere debet illa dictio vniuerſalis, omnibus, quia nouum
97 non eſt, vt de duobus tantum prædicetur, † *vt in l. bonæfidei. 48. in prin. ff. de acquir. rer. domin.*

Minus eſt, quod reſpondeas, ex illis verbis, *pro hæreditarijs portionibus*, non inferri neceſſariò, fuiſſe ibi hęredes inæqualiter inſtitutos, quoniam illa ſignificant, ius accreſcendi habere locum, quatenus quis eſt hæres, & conſequenter, ſi hęredes æqualiter fuerint inſtituti, æqualiter etiam accreſcere portionem, aliàs accreſcere pro rata,
98 † *Quomodo reſpondet idem Polit. in d. l. re coniunctis, num. 68. verſic. vel poteſt*, quia verius eſt imò id neceſſariò inferri: nam, cum hęreditarię partes portionibus æquis, & virilibus opponantur *l. qui pecuniam 22. §. ſi hęredibus ff. de ſtatulib. l. ſi hęredes. 127. ff. de leg. primo, l. quoties 23. ff. ad Trebell.* dicendo, partem vacantem hæredibus accreſcere pro portionibus hęreditarijs ſignificat Pomponius, eam non accreſcere ęqualiter, quod tamē accideret, ſi ex ęquis partibus fuiſſent omnes inſtituti. Neceſſariò igitur fatendum eſt, inęquales ibi partes fuiſſe hęredibus inſtitutis aſſignatas, & conſequenter, illa verba, *ex æquis partibus*, non ad omnium, ſed ad Cai tantum, & Moeuij inſtitutionem fuiſſe a teſtatore relata.

Probabilior ſane videtur illa ratio, quam
99 attulit † *Iaſ. in d. l. re coniunctis, numer. 43. verſicul. ego*, ideò ſcilicet Titium cum alijs re coniunctum non eſſe, quia non videtur ad eandem rem, ſed ad diuerſam, nempè ad diuerſum aſſem vocatus; nam teſtator, inſtituendo Titium in oratione perfecta

videtur

videtur ei totum aſſem reliquiſſe, & poſtea
inſtituendo Caium, & Moeuium in alia
oratione, videtur ad dupondium tranſiuiſ-
ſe, & ſic aſſem eis a primo diuerſum reli-
100 quiſſe; Sed hęc ratio † non differt ab ea quam
ſupra retulimus. Eſt enim ratio rationis: nam
in ſpecie *d. l. ſi ita quis hæredes inſtituerit*, ideò
Titius non eſt cum alijs ſe coniunctus, quia
ſine parte fuit inſtitutus, & qui ſine parte ſcri-
buntur hæredes, non ſunt quantum ad ius ac-
creſcendi coniuncti, *vt ſupra dictum eſt*. Cuius
rei non alia eſt ratio, quam, quia teſtator, qui
ſine parte ſcribit hæredes, cenſetur eos in di-
uerſis aſſibus inſtituere, *vt diximus in hoc cap.
q. 6. num. 26.* vt proinde non ſit cum ijs con-
ſentiendum, qui ſupradictam rationem im-
101 probarunt † *quorum in numero ſunt Polit. in
d. l. re coniunctis num. 66. verſic. ſed iu modo, &
ibi Alcia. num. 5 & d. lib. 6. Parad. cap 7. num. 3.*
Et hæc de prima quæſtione.

Succedit ſecunda quæſtio, num ſcilicet Ca-
ius & Moeuius cenſeantur inter ſe coniuncti
verbis. Et, ſi quidem verborum figuram ſpe-
ctemus, res caret dubio: nam, cum fuerint in-
ſtituti in eadem oratione, conſequens eſt, vt
verbis coniuncti cenſeantur.

Ceterùm, ſi ſpectemus effectum, & quæra-
mus, an etiam, quantum ad ius accreſcendi
cenſeantur coniuncti, conſtat id veteres fate-
102 ri, † *vti videre eſt apud gl. ibi, in verb. celerius &
ibidem Bart. Bald. Ang. Imol. & alios, dum inde
colligunt, verbis coniunctum re tantum coniun-
cto potiorem non eſſe, & apud Bart. in d. l. re con
iunctis, num. 32. verſ. 3. fuit. Et hoc* non obſtan-
te, quod dicat Pomponius, ideò prælationi
locum non eſſe quia teſtator *non tam coniun-
xiſſe quam celerius dixiſſe videatur.* quoniam il-
la verba ita videntur accipienda, vt, dum ait
Pomponius, *non tam coniunxiſſe*, ſignificet,
teſtatorem eos non coniunxiſſe re: dum ve-
rò ſubijcit, *quam celerius dixiſſe videatur*, ſigni-
ficet, eos coniunxiſſe verbis, quaſi ſenſus ſit,
ideò non eſſe locum prælationi, quia, quam-
uis ſyllaba, &, faciat coniunctionem, facit ta-
men eam, non realem, ſed verbalem, quę nõ
eſt ſufficiens ad inducendam prælationem;
103 † *Ita interpretantur gl. in d. l. ſi ita quis hæredes
inſtituerit, & ibi Bart. Bald. Ang. Imol. & alij.*

Sed eſt verius, non eſſe, quoad effectũ con-
104 iunctos verbis, † *vt rectè cenſuerunt Petr. de
Beſ. in d. l. re coniunctis, num. 13. & ibi Iaſ. num.
44 verſ. 2. Polit. nu. 68. verſ. quantum ad ſecun-
dum, Duar. lib. 2. de iur. accreſc. cap. 13. Et* eſt de
mente *Alcia. in d. l. re coniunctis, num. 7 & lib. 7.
Parerg. cap. 9.* dicentis ibi coniunctionem
verbalem fuiſſe imperfectam, & imminutã:
Significat enim effectu nullam eſſe verba-
lem coniunctionem, quia imperfectum effe-
105 ctu nullum eſt. † *§ ex eo. Inſt. quib. mod. teſta. inf.*
& apertè probant verba Pomponij, ſi diligẽ-
106 ter perpendantur: nam, † ſi teſtator ita ſcribat,
*Titius hæres eſto, Caius, & Moeuius ex æquis
partibus hæredes ſunto*, quærit Pomponius, an
decedente Caio, aut Moeuio pars eius debeat
alteri ſoli accreſcere, an verò etiam Titio.
Dubitationem autem faciebat illud, quia
coniuncti ſemper disiunctis præferuntur *l. hæ-
redes ſine partibus 63. ff. de hæred. inſt. l. vnic.
§. his ita definitis Cod. de cadu. tollend.* Sed Ca-
ius, & Moeuius ſunt inter ſe coniuncti, quia
ſyllaba, &, facit coniunctionem. Debe-
ret itaque alter in alterius portione Titio disiun-
cto præferri. Sed hoc non obſtante Pompo-
nius ait, non eſſe locum prælationi, & par-
tem vacantem debere omnibus cohæredi-
bus pro portione hæreditaria accreſcere. †
Nec obſtare contrarium, quia, quamuis, &,
ſyllaba regulariter faciat coniunctionem, ta-
men in propoſita ſpecie non facit, quoniam
teſtator non tam coniunxiſſe, quam cele-
rius dixiſſe videtur. Itaque verba illa, *non
tam coniunxiſſe* quæ ſtant electiuè, non com-
107 paratiuè, † *vt poſt gloſſ. ibi in verbo celerius,
declarant ibidem Ang. & Imol. & Petr. de Beſu.
in d. l. re coniunctis, num. 13. & ibi Iaſ. num. 42.
verſic. in primis*, intelliguntur de coniunctio-
ne verbali, non de verbali & ſignificant te-
ſtatorem non coniunxiſſe Caium, & Moe-
108 uium verbis. † *vt rectè cenſuerunt Petr. de Be-
ſut. in d. l. re coniunctis, num. 15. verſ. reſpondeo,
& ibi Iaſ num. 44. verſ. 1. Et eſt de mente Polit.
in prędicto loco, num. 68. verſ. quantum ad
ſecundum. & ibi Alcia num. 6. Io Gaud. num.
79. Ant. Fum. de coniunct. cap. 10. num. 4 Cuiac.
in l. triplici, 142 ff. de verb. ſignif. in l. ſi duobus.
16. ff. de leg. primo in l. vnic. §. his ita definitis C.
de cadu. tollend. & lib. 24 obſ. cap. 34. Donell.
lib. 7. comm. cap. 13.* quia alioquin Pomponius
109 † non reſpondiſſet obiectioni factæ in illis
verbis, quamuis, &, ſyllaba coniunctionem
faciat, cum ſyllaba, &, faciat coniunctio-
nem verbalem, non realem, *vt diximus in
hoc cap. q. 16. num. 6. Et in propoſito animaduer-
terunt Petr. de Beſut in d. l. re coniunctis, num.
13 & 15. verſicul. reſpondeo. & ibi Iaſ num. 45.*
nec retuliſſet illa verba, *non tam coniunxiſſe*,
ad coniunctionem, de qua probabiliter dubi-
tari poterat, nempe ad coniunctionem ver-
balem, ſed ad realem, de qua nulla poterat
ſubeſſe probabilis dubitandi cauſa, propter
illam adiectionem, *ex æquis partibus*, a teſta-
tore factam, quæ realem haud dubiè tollit
coniunctionem, quorum neutrum eſt veriſi-
110 mile, † *vt Petr. de Beſu. in d. l. re coniunctis num.
15. verſ. præterea, & ibi Iaſ. num. 45. rectè tradi-
derunt*; Magis igitur eſt, vt Pomponius de
verbali coniunctione ſenſerit, & hoc ſignifi-
carit, ideò non eſſe prælationi locum, quia
Caius, & Moeuius, licet in eadem oratione
fuerint vocati, non ſunt tamen, quoad effe-
ctum coniuncti verbis. Et de hoc, meo iu-
dicio, non eſt dubitandum; Nec enim eius
legis difficultas in hoc, ſed in ratione conſi-
ſtit, cur ſcilicet Caius, & Moeuius non cen-
ſeantur verbis coniuncti, quoad effectum,
licet ſint coniuncti, quoad figuram verbo-
rum: Nam, & ſi *Petr. de Beſu. in d. l. re coniun-
ctis. nu. 13. & ibi Iaſ. nu 42. verſ. in primis, Crott.
nu. 51. verſ. ſolum obſtat Polit. nu. 68. verſ. quan-
tum ad ſecundum, Alcia. num 5. & 7. Io. Gaud.
num. 79. & 81. Port. in d. §. ſi eadem, nu. 20 verſ.
vnde præceptor, Inſt. de legat. Alcia. d. lib 7. Pa-
rerg. cap 9. Duar lib. 2. de iur. accreſcend cap. 13.
Cuiac. in d. l. triplici. 142 ff. de verb. ſignif. in d.
l. ſi duobus. 16. ff. de leg. primo. in d. l. vn. §. his ita
definitis Cod. de cad. toll. & d. lib. 24. obſ. cap. 34.
Donell. d. lib. 7. comm. cap. 13. Andr. Fach. d.
lib. 4. controu. cap. 98 & alij* plerique ſcripſerint
111 ſimpliciter, hoc † ex voluntate teſtatoris
proueniſſe, quippe, qui non animo coniun-

M 2 gendi,

gendi, ſed ſtudio potiùs celeritatis cenſetur
eos in eadem oratione collocaſſe, ſiue, vt ait
Pomponius, *non tam coniunxiſſe, quam cele-
riùs dixiſſe videtur*, hæc tamen ratio non tol-
lit dubitationem propoſitam, quia poteſt ad-
huc quæri, vnde nam colligatur, teſtatorem
ſtudio potiùs celeritatis, quam animo con-
iungendi ita fuiſſe locutum. Et variæ qui-
112 dem rationes † afferuntur.

Namq; primo cenſent pleriq; voluntatis
coniecturam ex ordine deduci, ideſt, ex eo,
quod teſtator priùs inſtituit Titium in ora-
tione ſeparata, deinde inſtituit Caium, &
Moeuium in oratione coniuncta, & adiecit
illa verba, *ex æquis partibus*; nam id præſumi-
tur feciſſe ſtudio potiùs breuitatis, & longio-
ris orationis euitandę cauſa, quam animo
coniungendi, quod (ſecundum eos) ſecus eſ-
ſet, ſi prius coniunctim duos vocaſſet, deinde
113 tertium diſiunctum. † *Ita cenſuit Salycetus in d.
l. ſi ita quis hæredes inſtituerit, & in d. l. re cõiũcti*;

Sed, quamquam verum ſit, & cuilibet pro-
pria experientia notum, homines in fine po-
tiùs, quam in initio loquendi celeritatem, &
114 breuitatem affectare, † *vt ait Polit. in d. l. re con-
iuncti, num. 68. verſ. mihi certè*, non tamen puto
115 veram eſſe Salyceti rationem, † *eamq; proinde
merito Iaſ. in d. l. re coniuncti, nu. 42. verſ. ſed cer-
tè, & ibi Polit. nu 64. verſ. ergo tu, & nu. 68. verſ.
mihi certè, Alcia. num. 5. & lib. 6. Parad. cap. 7.
nu. 31. & alij pleriq; reprobarunt*, non, quia Pom-
ponij fundamentum in celeritate, non in or-
116 dine conſiſtit, † *vt conſiderat Iaſ. in d. l. re con-
iuncti, nu. 42. verſ. ſed certè*, quia non negat Sa-
lycetus, quin textus ſe fundet in celeritate, ſed
117 hoc dicit, celeritatem ex ordine deduci, † *vt
reſpondet Polit. in d. l. re coniuncti, num. 64. verſ.
tu tamen*, nec, quia ſequeretur, re coniunctum
non eſſe omnimodo diſiuncto potiorem, cũ
Titius ſit re coniunctus, Caius verò, & Moe-
nius omnimodo diſiuncti, quod alioquin ab-
118 abſurdum eſſet, † *vti poſtea dicemus, & in ſpe-
cie ad reprobandam Saly. rationem conſiderat
Polit. ibi num. 64. verſ. ergo tu*, quia præter id,
quod falſum eſt, Titium ibi re coniunctum
eſſe, *vt ex ijs, quæ diximus ſupra num. 91. poteſt
intelligi*, non improbat etiam hoc Salyceti
rationem, ſed ipſum principale dictum, quod
iam eſt in confeſſo, nempè Caium, & Moe-
uium ibi verbis coniunctos non eſſe, ſed ideò
non probo, quia, licet ſupponeremus, ordinẽ
ibi conuerſum eſſe, & teſtatorem ita fuiſſe lo-
cutum, *Caius, & Moeuius ex æquis partibus hę-
redes ſunto, Titius hęres eſto*, non tamen eſſet
pręlationi locus, quia Caius, & Moeuius, tã-
quam ſine parte ſcripti non cenſerentur con-
iuncti, quantum ad ius accreſcendi, ſeu pręla-
tionis *d. l. itẽ quod Sabinus. 17. §. 1. ff. de hęr. inſt.
& nos infra latius dicemus*. Non eſt igitur in or-
dine vis facienda, ſed aliundè inquirẽda ratio.

Secundo igitur deducunt alij cõiecturam
voluntatis ex pręcedentibus verbis, *ſecundum
l. ſi ſeruus plurium. 53. §. vlt. ff. de leg. primo*; nam,
quia teſtator priùs inſtituit Titiũ in oratione
ſoluta, & ſic eum diſiunxit verbis, deinde in-
ſtituit Caium, & Moeuium æquis partibus, &
ſic eos diſiunxit re, cẽſetur hoc modo decla-
raſſe, ſe non habere animum coniungendi.
Et, ſi dicas, hoc intelligi realiter, non verbali-
ter reſpectu Cai, & Moeuij, quos in eadem
oratione vocauit, reſpondent, imò intelligi
etiam verbaliter, quoniam ex pręcedẽti ver-
borum diſiunctione ſumimus coniecturã vo
lũtatis, et nõ reſpectu diſpoſitionis ſubſequẽtis.
119 † *Ita cenſuit Petr. de Beſ. in d. l. re coniuncti, n. 14.*

Verùm hęc ratio, quam meritò *Polit. in d. l.
re coniuncti, nu. 66. verſ. verum, & ibi Alcia. nu. 5.
120 & alij* pleriq; reprobarunt, † ideò non eſt re-
cipienda, quia ſequeretur ex ea, nunquã ver-
bis coniunctum re coniuncto potiorem eſſe,
contra ea, quæ diximus ſupra nu. 50. nam, quo-
ties ad partem vacantẽ concurrit verbis con-
iunctus cum re tantum coniũcto, ſemper ve-
rum eſt, teſtatorem duas feciſſe diſpoſitiones,
in quarum vna vocatos re diſiunxit, in altera
verò diſiunxit verbis; Itaq;, ſi ex pręcedenti
verborum diſiũctione poſſet ad excludendã
a diſpoſitione ſubſequenti verbalem coniũ-
ctione inferri, & contra ex ſubſequenti diſiũ-
ctione rei poſſet inferri ad excludẽdam con-
iunctionem realem a diſpoſitione pręceden-
ti, nunquam ij, qui concurrunt, dici poſſent
aliquo modo coniuncti, quia, qui ſolo rei cõ
plexu iungũtur, ob ſequentem rei diſiunctio-
nem dicerentur etiam re diſiuncti, qui verò
iunguntur ſolo complexu verborum, dice-
rẽtur etiam diſiuncti verbis ob pręcedentem
diſiunctionem verbalem. Tamquam igitur
omnimodo diſiuncti, vel non haberent in le-
gatis, & fideicommiſſis ius accreſcendi, vel id
pariter haberent omnes in hęreditate, nec al-
ter altero potior eſſe poſſet, quod perſpicuè
falſum eſt, *vt ex ijs, quę diximus ſupra num. 50.
& ſeqq. facile eſt intelligere*. Non eſt igitur pro-
babilis Beſutij ratio.

Quemadmodum, nec ea, quam alij ab ora-
121 tione continuata ducunt, † *vt Ant. Fum. de cõ-
iunct. cap. 10. n. 4. & Io. Gaud. in d. l. re cõiuncti,
num. 79.* quia conſtat, nullam eius eſſe vim in
excludenda ſequenti verborũ coniunctione
ex d. l. triplici. 142. verſ. videamus ff. de verb. ſign.
122 Nec, † quam *Alcia. in d. l. re coniuncti, nu. 6. & in
d. l. triplici, nu. 7.* & alij ducunt à prędilectione
Titij, tamquã primo loco, & ad totum voca-
ti, quia datio totius primo loco facta realem
quidem inducit coniunctionem, ſed ſequen-
tẽ coniunctionem verbalem non excludit.
123 Minus eſt probabile quod † *Polit. in d. l. re cõ-
iuncti, nu. 68. verſ. mihi certè*, & alij tradiderunt,
celeritatis ſtudium inde colligi, quod teſta-
tor retulerit illa verba, *æquis partibus*, non ſo-
lum ad Caium, & Moeuium, quos in eadem
oratione ſcripſerat hęredes, ſed etiam ad Ti-
tium, quem inſtituerat ſeparatim, quia fal-
ſum hoc eſſe conſtat ex ijs, quę diximus *ſupra
n.* 88. Deniq; propoſitam dubitationem non
124 tollit, quod † *Cuiac. in d. l. triplici. 142. ff. de verb.
ſig. in d. l. ſi duobus. 16. ff. de leg. pri. in d. l. vnic. §.
his ita definitis C. de cad. toll. & d. lib. 24. obſ. cap.
34. Donell d. lib. 7. cõm. cap. 13.* & alij commiuiſ-
cuntur, hanc ſcilicet quæſtionem eſſe facti,
& in ſpecie Pomponij aliunde conſtitiſſe, te-
ſtatorem ſtudio breuitatis ita fuiſſe locutum,
quoniam in dubio cenſetur animo potiùs
coniungendi, quam gratia celeritatis id fe-
125 ciſſe, contra id, quod † ſcribit Alciatus *lib. 6.
Parado. cap. 7. num. 4.* qui vult, imò teſtato-
rem in dubio cenſeri potiùs ſtudio celeri-
tatis, quam animo coniungendi vocare
duos in eadem oratione ex æquis parti-
bus,

bus, niſi contrarium (maximè in hæreditate)
probetur, quia neutrum verum eſt: nam, &
aliunde, quam ex ipſis teſtatoris verbis, quæ
retulit Pomponius, de ſtudio celeritatis con-
ſtitiſſe, non, niſi commentitiè dicitur, & con-
iungendi voluntatem aliunde, quam ex ijſ-
dem teſtatoris verbis coniunctionem indu-
centibus, eſſe probandam, falſum eſt, quo-
niam in dubio voluntas talis eſſe præſumitur,
126 qualem verba demonſtrant † *l. Labeo. 7. verſ. ſed & ſi ff. de ſupp. lega.*

Circumſcriptis igitur aliorum opinioni-
127 bus puto veram † excludendæ verbalis con-
iunctionis cauſam ex ipſamet diſpoſitione
teſtatoris eſſe deducendam: nam, quia teſta-
tor Caium, & Moeuium coniunctim ſine
parte ſcripſit hæredes, ideò fit, vt, licet ij ſint
coniuncti, quoad figuram verborum, non ta-
men cenſeantur coniuncti, quoad effectum,
quia, (*vt ait l. item, quod Sabinus. 17. §. 1. ff. de hæred. inſt. & nos diximus in hoc cap. q. 22. nu. 6.*)
non ſunt, quantum ad ius accreſcendi, con-
iuncti, qui ſine parte ſcribuntur hæredes, & te-
ſtator, qui ſine parte duos, aut plures in eadē
oratione vocat, non tam coniungere, quam
celeriùs dicere videtur *d. l. ſi ita quis hæredes inſtituerit.* Quo fit, vt, ſi alteruter deficiat,
non præferatur alter in eius portione cęte-
ris, qui diſiunctim vocati ſunt, ſed cum eis
pariter admittatur *d. l. item, quod Sabinus. 17. §. 1. & nos diximus in q. praeced. num. 26.* Nec ob-
ſtat, quod hæredes ſine partibus inſtituti pre-
feruntur diſiunctis, ſi coniunctim vocati ſint
l. hæredes ſine partibus. 63. ff. de hęr. inſt. quia reſ-
pondeo, id eſſe accipiendum de inſtitutis cū
parte, ſed ſine partibus, *ſecundum ea, quæ diximus in hoc cap. q. 22. num. 22.* Et hęc de ſecunda
quæſtione.

Supereſt, vt tertio loco videamus, cur *in ſpecie d. l. ſi ita quis hęredes inſtituerit*, deficiēte Ca-
io, aut Moeuio, qui fuerant in eadem oratio-
ne vocati, non pręferatur alter in eius portio-
ne Titio, qui ſeparatim fuerat inſtitutus, ſed
cum eo pariter admittatur. Et puto rationem
ex ijs, quæ ſupra diximus facilè deduci poſſe:
128 nam hoc ideo factū eſt, † quia par erat vtriuſ
que cauſa: vt enim Titius cum deficiente, ne-
que verbis, neq; re coniunctus erat, non ver-
bis, quia in oratione ſeparata, neq; re, quia ſi-
ne parte fuerat hæres inſtitutus, ita etiam Ca-
ius, & Moeuius inter ſe neq; erant coniuncti
re, quia fuerant inſtituti cum his verbis, *ex æquis partibus*, quæ ſola ſufficiunt ad tollendā
realem coniunctionem, neq; erant coniuncti
verbis, quia, quamuis fuiſſent in eadem ora-
tione poſiti, eaq; ratione dici poſſent coniū-
cti, quoad figuram verborum, tamen, quia
fuerant inſtituti ſine parte, non poterant
(quantum ad ius accreſcendi) pro coniun-
ctis haberi *d. l. item, quod Sabinus. 17. §. 1.* quia
teſtator, qui ſine parte duos in eadem oratio-
ne ſcribit hęredes, non tam coniungere, quā
celeriùs dicere videtur, *vt ſupra dictum eſt.*
Tamquam igitur omnimodo diſiuncti de-
buerunt ambo pariter vocari, nec inter eos,
vt in pari cauſa conſtitutos, potuit eſſe pręla-
129 tioni locus. † *Ita Petr. de Beſu. in d. l. re coniuncti, nu. 15. verſ. ſed alio modo, & ibi Iaſ. num. 44. verſ. 2. licet non ita declarent.* Et hoc eſt, quod
ſignificat Pomponius, dum, *quamuis ſylla-ba, & coniunctionem faciat*, inquit, *ſi quis tamen ex his decedat, non alteri ſoli pars accreſcit, ſed omnibus cohæredibus pro hæreditarijs portionibus, quia non tam coniunxiſſe, quam celeriùs dixiſſe videatur*: Significat enim, quamuis
Caius, & Moeuius videantur coniuncti ver-
bis, propter copulam, &, quæ verbalem indu-
cit coniunctionem, non tamen ita coniun-
ctos cenſeri, vt alter in alterius deficientis
portione debeat Titio pręferri, quia, cum te-
ſtator eos ſine parte ſcripſerit hæredes, cenſe-
tur potiùs ſtudio celeritatis, quam animo
coniungendi eos in eadem oratione collo-
caſſe, ideòq;, quantum ad ius accreſcendi,
non coniuncti, ſed omnimodo diſiuncti re-
putantur. Hic, meo iudicio, verus eſt huiuſce
loci ſenſus, quo poſito non ſolùm non offi-
cit communi doctorum ſententiæ, ſed eam
mirum in modum confirmat, *ſecundum ea, quæ diximus ſupra num. 59.*

Hinc intelligimus, diſpoſitionem *d. l. ſi ita quis hæredes inſtituerit*, quæ loquitur de hæ-
redibus, non eſſe ad legatarios, aut fideicom-
130 miſſarios extendendam, † *vt rectè docuerunt Alcia. in d. l. re coniuncti, num. 6. & ibi Io. Gaud. num. 79. & 81.* quoniam in legatis non poſ-
ſunt duo, vel plures in eadem oratione collo-
cari, quin etiam dicantur verè, & propriè cō-
iuncti, aut re, & verbis, aut verbis tantum,
ſecundum ea, quæ diximus in hoc cap. q. 22. in prin. nam, licet hæredis inſtitutio fieri poſſit
ſine alicuius rei expreſſione, puta dicendo,
Titius, & Caius hæredes ſunto, non tamen
eodem modo fieri poteſt legatum, quia te-
ſtator debet ſemper aliquam rem exprime-
re, in qua legatarios coniungat, puta dice-
re, lego Titio, & Seio fundum Tuſculanum
vel domum Seianam, vel mille, vel quid
aliud: Alioquin ridiculus eſſet, ſi ita dice-
ret, Titius, & Seius legatarij ſunto, nulla
expreſſa re legata. Rem igitur exprimen-
do operatur, vt legatarij in eadem oratione
poſiti dicantur verè, & propriè coniuncti,
aut re, & verbis, aut verbis tantum, quia
talis commemoratio rei certæ coniunctio-
nem demonſtrat, quod de hæredibus ſine
parte ſcriptis dici nequit, quoniam teſtator,
qui ita inſtituit, Titius, & Caius hęredes ſun-
to, perinde accipitur, ac, ſi dixiſſet, Titius ex
ſemiſſe hæres eſto, Caius ex ſemiſſe hęres
eſto. Quo fit, vt, licèt in legatis verbis coniun-
ctus ſemper re coniuncto præferatur, in hæ-
reditate tamen ita demum ius habeat præla-
tionis, ſi pro coniuncto reputetur, etiam,
quantum ad ius accreſcendi, ideſt, ſi fuerit
cum parte, & cum partibus hæres ſimul cum
deficiente inſtitutus, puta, ſi dixerit teſta-
tor, Caius, & Moeuius ex ſemiſſe æquis par-
tibus hæredes ſunto. Coeterùm, ſi ſine par-
te, *vt in ſpecie d. l. ſi ita quis hæredes inſtituerit*,
magis eſt, vt ius prælationis non habeat, quia
effectu pro verbis coniuncto non reputatur.
Et hęc pro ſolutione *d. l. ſi ita quis hęredes inſtituerit*, dicta ſint.

Nunc alterum locum in contrarium addu-
ctum, *nempe l. Moeuio. 42. in prin. ff. de leg. 2.* ex-
plicemus. Et quamuis ad eius explicationem
ſufficere videantur ea, quę diximus *in hoc cap. quæſt. 16. num. 40. & q. 38. num. 76.* adhuc ta-
men ipſam legem ex integro duximus expli-

candam, ne contenti ſola prolatione ſenten-
tię, quam nos probamus, videamur aliorum
intellectus taciti præteriiſſe. Ait igitur Iabo-
lenus, *Mœuio fundi partem dimidiam, Se-
io partem dimidiam lego, eundem fundum
Titio lego, ſi Seius deceſſerit, pars eius utri-
que accreſcit, quia, cum ſeparatim, & par-
tes fundi, & totus legatus ſit, neceſſe eſt, ut ea
pars, quæ ceſſat, pro portione legati cuique
eorum, quibus fundus ſeparatim legatus eſt, ac-*
131 *creſcat*, quibus verbis † materiam nobis prę-
buit de tribus dubitandi, Primò, nunquid
Moeuius, & Seius ſint inter ſe verbis, aut
re coniuncti. Secundò, an ſint coniuncti
verbis, aut re cum Titio. Tertiò, cur Seio
deficiente non præferatur Moeuius in eius
portione Titio, ſed ambo pariter admit-
tantur.

Et in prima quidem quęſtione conſent no-
ſtri communiter, Moeuium, & Seium ibi
verbis eſſe coniunctos, propter vnitatem ora-
tionis, quæ videtur ex eo deduci, quod ver-
bum, lego, ſemel fuerit à teſtatore prolatum,
132 † *ſecundum ea, quæ diximus in hoc cap. quæſt.
16. num. 26. & ſeqq. Fuit hæc ſententia Bartol.
Bald. Imol. Caſtrenſ. & Peralt. in d. l. Mœuio,
Forca. in Necyo. dial. 59. num. 6. & aliorum
fere omnium, quos retulimus ſupra num. 47.
dum per illum textum cenſent, uerbis coniun-
ctum non eſſe re coniuncto potiorem, ſed cum
eo pariter admitti.* Huius ſententiæ fuerunt
etiam nonnulli ex iis, qui communem ſe-
quuntur opinionem, & putant verbis con-
133 iunctum eſſe potiorem coniuncto re, † *ut Al-
cia. in d. l. re coniuncti, num. 6. & 7. & in d. l. tri-
plici num. 8. & lib. 7. Parerg. cap. 9. & Duar.
lib. 2. de Iur. accreſcend. cap.* 13. Nam hoc decla-
rant procedere, quando coniunctio verbalis
eſt perfecta, idest, *ut iidem interpretantur*,
quando teſtator priùs, quam faciat partes, re-
linquit totum in eadem oratione. Coeterùm,
quando ſine datione totius relinquit partes
ſeparatas, atque diſtinctas, *ut in ſpecie d. l.
Mœuio*, tunc aiunt, coniunctionem eſſe im-
perfectam, & conſequenter inutilem ad in-
ducendam prælationem: Nec enim (in-
quiunt) teſtator eodem modo cōiungit, cum
ita loquitur, *Mœuio fundi partem dimidiam,
Seio partem dimidiam lego*, atque cum ita
ſcribit, *Mœuio, & Seio fundum æquis parti-
bus do lego*: nam poſteriore caſu totum fun-
dum coniunctim relinquit, licet poſtea fa-
ciat partes, priore verò non niſi partes dici
poteſt reliquiſſe.

Verùm hæc ſententia, vt commentitia
134 nulla poteſt ratione ſuſtineri; † nam, ſi con-
iunctio verbalis ibi eſt imperfecta, Ergo nul-
la §. *ex eo. Inſt. quib. mod. teſt. infir.* Imperfe-
ctum enim eſt illud, cui deeſt aliqua pars
l. 1. ff. de orig. iur. ſine qua totum conſiſtere
non poteſt *l. malum. 182. ff. de uerb. ſign.*

Quamobrem veriùs eſt, Moeuium, & Se-
ium ibi non eſſe coniunctos verbis, ſed di-
ſiunctos, vtpotè vocatos in diuerſis oratio-
135 nibus, † *ut rectè cenſuerunt Azo in ſumm. C.
de cad. toll. num. 11. gloſſ. in l. 1. §. idem ait, in
uerb. ex ſocijs. & in §. ult. in uerb. ſeparatim ff. de
uſufr. accr. Petr. de Beſu. in d. l. re coniuncti, num.
4. & ibi Iaſ. num. 46. uerſ. Non obſtat, quod ibi,
Polit. num. 68. uerſ. 2. & uerſ. tu uero, Port. in d.
§. ſi eadem, num. 22. Inſt. de legat. Ant. Fam. de
coniun. cap. 9. num. 1. Ant. Gou. in libr. animad.
cap. 6. Cuiac. in d. l. un. §. bis ita defunctis Cod. de
cad. toll. in d. l. ſi duobus. 16. ff. de leg. primo, & d.
lib. 24. obſ. cap. 35. Hoto. lib. 6. obſer. cap. 12. Andr.
Fach. lib. 4. Contr. cap. 98. & nos diximus in hoc
cap. quæſt. 16. num. 40.* Quod apertè probant
(ſi diligenter perpendantur) illa Iaboleni
verba, *quia, cum ſeparatim, & partes fundi,
& totus legatus ſit, neceſſe eſt, ut ea pars, quæ ceſ-
ſat, pro portione legati cuique eorum, quibus
fundus ſeparatim legatus eſt, accreſcat*. Sepa-
ratim enim legare nihil aliud eſt, quam lega-
re in diuerſis orationibus, *ut diximus in hoc
cap. quæſt. 14. num. 3. & in his terminis conſide-
rant Iaſ. in d. l. re coniuncti. num. 46. uerſ. Non
obſtat, quod ibi, & ibi Polit. num. 68. uerſicul.
tu uero*. Et ſanè verbis coniunctos non eſſe,
niſi, quos nominum complexus iungit, latè
demonſtrauimus *in hoc ipſo cap. q. 16. num. 29.*
vt proinde non ſit neceſſe, hic iterum referre,
quæ latiùs ibi commemorauimus.

Cum igitùr verbis non ſint coniuncti Moe-
uius, & Seius, de illo dubitari ſolet, an ſal-
136 tem re coniuncti intelligantur. Et hoc † *Petr.
de Beſu. in d. l. re coniuncti, num. 4. uerſic. ſimi-
liter, & ibi Polit. num. 68. uerſ. dicimus ergo, &
alij* plerique negant ea moti ratione, quia, cum
eis non ſolidum, ſed partes fuerint in teſta-
mento relictæ, non poſſunt per conſequen-
tias re coniuncti cenſeri *ſecundum ea, quæ di-
ximus in hoc cap. quæſt. 7. num. 1.* cum partium
diſtinctio realem tollat coniunctionem, *ut
diximus in hoc ipſo cap. q. 1. num. 6.*
137 Sed eſt verius, quod † *gl. in d. l. 1. §. idem ait,
in uerb. ex ſocijs, & §. fin. in uerb. ſeparatim ff. de
uſufr. accr. Azo in ſumm. C. de cad. toll. num. 11.
Port. in d. §. ſi eadem, num. 22. ubi teſtatur, hanc
eſſe communem opinionem, Iaſ. in d. l. re coniun-
cti. num. 46. uerſ. tene, Cuiac. in d. l. unic. §. his ita
defunctis C. de cad. tollend. & d. lib. 24. obſ. cap. 35.
Hoto. d. lib. 6. obſ. cap. 12.* & alij tradiderunt,
& nos diximus in hoc cap. quæſt. 16. num. 40.
eſſe re coniunctos, quia, ſi neque verborum,
neque rei complexu iungerentur, non poſſet
inter eos habere locum ius accreſcendi, *ut di-
ximus in hoc ipſo cap. quæſt. 41. num. 1.* Atqui
locum habet. Sunt igitur aliqua coniunctio-
ne iuncti. Non ſunt autem iuncti verbis, quia
partes eis ſeparatim relictę ſunt, *ut ait ibi text.
& nos oſtendimus ſupra num. 135. & latius in
hoc ipſo cap. q. 16. nu. 29.* Sunt igitùr iuncti re.

Nec eſt, quod reſpondeas, imò ius accreſ-
cendi locum habere etiam inter eos, qui neq;
re, neq; verbis iuncti ſunt, dummodo genera-
liter, & latè ſint coniuncti, vt ſunt omnes, qui
138 vocantur ad eandem rem, † *Quomodo reſpon-
dent Petr. de Beſu. in d. l. re coniuncti nu. 7. & ibi
Polit. num 69 uerſ. & ſi dixeris, & uidetur pro-
bari d. l. ſi ita quis hęredes inſtituerit. 66. ff. de hæ-
red. inſt.* quia *ex iis, quæ diximus in hoc cap. q. 41.
nu. 1.* conſtat hanc reſponſionem iuris prin-
cipiis aduerſari: nā certi iuris eſt, inter omni-
modo diſiunctos, idest, eos, qui vocantur ad
eiuſdem rei partes ſeparatis factas orationi-
bus ius accreſcendi non habere locū, excep-
ta cauſa hęreditatis, in qua ſpecialiter illud
eſt receptū, ne alioquin teſtator decedat pro
parte teſtatus, & pro parte inteſtatus contra
notiſſimam regulā iuris ciuilis, *ut diximus ibi
num.*

num. 8. & ſeq. Quamobrem ſupradicta reſ-
119 ponſio non immeritò fuit a † *Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 47. verſ. quartum*, *& alijs* pleriſq; reprobata.

Minus eſt, quod aliquis reſpondeat, in ſpecie *d. l. Moeuio*, non venire Moeuium ad partem Sei deficientis per ius accreſcendi, ſed per indirectum, iure quodam concurſus, cum verè tota portio accreſcat Titio, qui ſolus eſt cum deficiente cõiunctus, ſed, quia Moeuius etiam, non cum Seio, ſed cum Titio re coniũctus eſt, & ei partes concurſu facit, ideo per indirectum, & iure cõcurſus abſtrahit ab illo
140 partem partis accreſcentis, † *Quomodo reſpõdebat Petr. de Bellapert. in d. l. Moeuio, quem ibi ſecutus eſt Cin. vt ibi refert Bald. ſubijciens Petrũ octo vicibus locum illum legiſſe prius, quam veriũ eius intellectum percepiſſit*, quia verius eſt, non venire Moeuium ad partem vacãtem per indirectum, ſed per ius accreſcẽdi, vt apparet ex illis verbis, *pars eius vtriq; accreſcit*, & ex illis, *cuiq; eorum, quibus fundus ſeparatim legatus eſt, accreſcat*, vt proinde non immeritò fuerit hęc
141 opinio † tamquam commentitia *ab Imol. in d. l. Moeuio, nu. 2. verſ. ſed iſta opinio, Petr. de Beſ. in d. l. re coniuncti, num. 4. verſicul. 4. & ibi Iaſ. num. 47. verſ. quartum, & alijs pleriſq;* reprobata. Magis igitur eſt, vt Moeuius, & Seius ibi fuerint coniuncti, *ſecundum ea, quę ſupra diximus.*

Neq; obſtat, quod ij, qui non ad ſolidum, ſed ad partes a teſtatore vocantur, vt vocãtur ibi Moeuius, & Seius, non ſunt re coniuncti, quia reſpondent noſtri paſſim, id procedere, ſi vocentur ad partes diuerſas, *ſecũdum ea quæ diximus in hoc cap. q. 1. nu. 6. & q. 5. nu. 16.* ſecus verò, ſi ad eandem, *vt diximus in eadem q. 5. num. 5.* In ſpecie autem eius legis non vocari Moeuium, & Seium ad diuerſas partes, ſed ad eandem, quia teſtator dicendo, *Moeuio fundi partem dimidiam, Seio partem dimidiam lego*, cenſetur ita dixiſſe, *Moeuio fundi partem dimidiam, Seio eandem dimidiam lego*, ideoq; cenſeri Moeuium, & Seium re coniunctos, quoniam illa dictio, eandem, realẽ, etiam in parte coniunctionem inducit, *vt di-*
142 *ximus in eadem q. 5. nu. 5.* † *Ita reſpondent gl. in d. l. 1. §. idem ait, in verb. ex ſocijs, & in d. §. vlt. in verb. ſeparatim ff. de vſufr. accr. Azo. in ſumm. C. de cad. toll. num. 11. Port. in d. §. ſi eadem, nu. 22. Inſt. de legat. vbi teſtatur, hanc eſſe reſponſionem communem, Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 46. verſ. tene.*

143 Verùm hęc reſpõſio merito fuit a † *Petr. de Beſu. in d. l. re coniuncti, num. 4. verſ. ſimiliter, & ibi Polet. num. 68. verſ. verumtamen, & alijs* pleriſq; reprobata, quia verius eſt, teſtatorem ibi non eandem Seio dimidiam reliquiſſe, ſed diuerſam, vt apertè probant illa verba, *quia, cum ſeparatim, & partes fundi, & totus legatus ſit*, quæ ſupponunt duas ſeparatim fuiſſe relictas partes, & ſic duas dimidias, propter naturam pluralis locutionis, quæ duorum ſaltem numerum requirit *l. vbi numerus. 12. ff. de teſtib.* cum alioquin, ſi eadem dimidia Seio relicta cenſeretur, non poſſet teſtator, niſi vnã partem dici reliquiſſe, *vt conſiderant Beſu. & Polet. ibi*, Et, partes, exponere, id eſt, partem, *vt ibi gl. exponit*, nihil aliud eſt, quam Iaboleni verbis vim facere manifeſtam, *vt ibidem Polet. ait.* Deinde verò non eſt veriſimile, Iabolenum ibi, dum retulit verba teſtatoris fuiſſe dictionem illam, eandem, omiſſurum, ſi teſtator eam expreſſiſſet, *vt ibidem ſubijcit Beſut.*

Nec eſt, quod reſpondeas, neceſſariò ſupponendum eſſe, teſtatorem ibi de eadem dimidia fuiſſe locutum, quia, ſi de eadem re locutus intelligitur, quando tractatur de quantitate *l. ſtipulatio iſta. 38. §. cum, qui ff. de verb. oblig.* quæ ſui natura recipit multiplicationẽ *l. planè. 24 § ſi eadem ff. de leg. primo*, quanto magis id eſt dicendum, quando tractatur de ſpecie, quæ multiplicationem non admittit, *d. §. ſi eadem*, vt tractatur in ſpecie *d. l. Moeuio*,
144 † *Quomodo reſpondent Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 46. verſ. defendendo*, quia, præter id, quod falſum eſt, in quantitatibus non admitti multiplicationem, ſi ſępiùs fuerint relictæ, *vt ait Polet. in d. l. re cõiũcti, n. 68. verſ. adde, & aliam, & ex ijs quæ diximus in hoc cap. q. 5. num. 20. & ſeqq. facile eſt intelligere*, conſtat etiam *in d. l. Moeuio*, tractari de re multiplicabili, nempè de fundi dimidia quæ ſolet eſſe duplex: Species enim, licet non ſit multiplicabilis reſpectu totius, eſt tamen multiplicabilis reſpectu
145 partium, † *vt in his terminis, & Iaſonem reprobando ſcribit Polet. in d. l. re coniuncti, num. 68. verſ. videte etiam*, ideoq; licet ibi teſtator bis reliquerit fundi dimidiam, nulla tamen (vt in re multiplicabili) ſubeſt neceſſitas ſupponendi, eandem dimidiam vtriq; legatario fuiſſe relictam.

Quamobrem verius eſt, Moeuium, & Seiũ ibi re coniunctos eſſe, licet a teſtatore fue-
146 rint ad diuerſas dimidias vocati, † quia, quod dicimus, re coniunctos non eſſe, qui non ad ſolidum, ſed ad partes vocantur, procedit, quando teſtatoris diſpoſitio nõ continet exceſſum, puta, quando duobus legatarijs relinquit duos ſemiſſes, vel tribus tres trientes, & ſic deinceps. Coeterùm, quando teſtator notiſſimos excedit partium fines, vt, cum ait, *lego fundi partem dimidiam Primo; lego fundi partem dimidiam Secundo, lego fundi partem dimidiam Tertio*, & ſic tres legat dimidias, quæ non ſunt, niſi duæ, ille exceſſus operatur, vt omnes legatarij ſint re
147 coniuncti, † *vt ſcribit Cuiac. in d. l. unic. §. his ita definitis Cod. de cadu. tollend. & nos diximus in hoc cap. quæſt. 5. numer. 17.* non quidem reſpectu totius, ſed tantum reſpectu illius exceſſus; Itaque tamquam re coniuncti habebunt ius accreſcendi vſque ad illam dimidiam, quæ ſingulis fuit aſſignata. Et ſimili ratione, ſi teſtator ita dixerit, *lego fundi partem dimidiam Primo, alteram dimidiam lego Secundo, eundem fundum lego Tertio*, quia tertium adijciendo excedit notiſſimos rerum fines, cum ſupra duos cuiuſque rei ſemiſſes nihil conſiderari poſſit, ideò talis exceſſus, ſiue talis adiectio tertij operatur, vt Primus, & Secundus, qui alioquin erant omnimodo disiuncti, incipiant in dimidia re coniungi, *vt latè oſtendimus in hoc cap. quæſt. 16. numer. 40.* & habeant vſque ad eam ius accreſcendi: nam, ſi inter eos, quibus duæ dimidiæ ſeparatim relictę ſunt, inducit realem coniunctionem adiectio tertij facta reſpectu dimidię, quanto

magis eam inducet adiectio tertij facta reſpectu totius? Qui enim totum legat, is haud dubiè partem etiam dimidiam legat. Et hęc de prima quęſtione.

Succedit ſecunda, quo ſcilicet genere coniunctionis iungantur Seius, & Titius, Et, quãquam
148 quam † nonnulli *quorum opinionem refert gl. in d. l. Moeuio, in verb. Moeuio*, exiſtimarint, eos iungi verbis, propter punctum, qui poſitus eſt inter has orationes, *Seio partem dimidiam lego, eundem fundum Titio lego*, ſtat loco copulæ, & (ſecundum eos) inducit verbalem coniunctionem, Contrarium tamen verius, & receptius eſt, nullam ſcilicet ibi verbalem
149 coniunctionem adeſſe, † *vti videre eſt apud Bart. Bald. Imol. Caſtr. & alios in d. l. Moeuio, & Petr. de Beſu. in d. l. re coniuncti, num. 4. verſic. ſimiliter*, quia, cum dicat Iabolenus, ſeparatim, & partes fundi, & totum fundum legatũ eſſe, facilè ex hoc intelligimus, Moeuium, & Seium, quibus fundi partes legatæ ſunt, & Titium, cui totus fundus eſt relictus, ſeparatim, id eſt, in diuerſis orationibus eſſe vocatos.

Nec eſt contrarium, quod punctus, qui copulę loco ſtat, inducit verbalem coniunctionem, quia procedit hoc, ſi ponatur inter nomina. Cęterum, ſi inter orationes, & clauſulas, magis eſt, vt nullam ad inducendam verbalem coniunctionem vim habere intelligatur, *vt verius, & receptius eſſe demõſtrauimus in hoc ipſo cap. q. 16. num. 20. & ſeqq.*

Planè, cum non verbis, an ſaltem re ſint coniuncti Seius, & Titius dubitari poteſt; Et
150 hoc etiam plerique negant, † *vt Petr. de Beſu. in d. l. re coniuncti, num. 4. verſ. dicam tamen, & eſt de mente eorum, quos retulimus in hoc ipſo cap. q. 10. nu. 21. qui ſunt* ea potiſſimũ ratione moti, quia teſtator legãdo dimidias, & poſtea totum, videtur exemplo hęreditatis ad dupondium tranſiuiſſe, & hoc modo re disiunxiſſe, *vt retulimus ibi num. 22.*

Sed eſt verius, quod alij frequentiùs tradi-
151 derunt, eſſe ſcilicet re coniunctos, † *Ita enim cenſuerunt Bart. Bald. Imol. & Caſtr. in d. l. Moeuio, & eſt de mente omnium, quos retulimus in d. q. 10 num. 24.* Quod probatur.

Primo, quia ius accreſcendi in legatis nõ, niſi inter coniunctos locum habet, *vt diximus in hoc cap. q. 41. num. 1.* Cum igitur locum habeat *in ſpecie d. l. Moeuio*, inter Seium, & Titium, Conſequens eſt, vt ſint aliqua coniunctione iuncti. Atqui non ſunt iuncti verbis, *vti verius eſſe demonſtrauimus ſupra num. 149.* Sunt igitur iuncti re.

Nec eſt, quod reſpondeas, eos non eſſe re coniunctos in ſpecie, ſed in genere, quia vocantur ad eandem rem, nempe ad eundem fundum, idq; ſufficere ad hoc, vt locum ha-
152 beat ius accreſcendi, † *Quomodo reſpondet Petr. de Beſu. in d. l. re coniuncti, num. 7. & 8.* quia ex ijs, quę diximus *in hoc cap. q. 41. num. 1. & ſupra nu. 138.* conſtat hanc opinionem, tam quam contrariam veritati fuiſſe communiter improbatam: nam verius eſt, identitatem rei non ſufficere ad inducendum ius coniũctionis, & accreſcendi, ſi legatarij fuerint ad partes ſeparatis factas orationibus vocati, quia ſunt omnimodo disiuncti, *vt diximus in hoc ipſo cap. q. 1. nu. 5. & 6.* inter quos ius accreſcendi non ſolet habere locum, *vt diximus in hoc eodem cap. q. 41 num. 1.*

Secundo verò probatur, quia, ſi teſtator ita dixerit, *lego fundum Tuſculanum Primo, & Secundo æquis partibus, eundem fundum lego Tertio*, quo caſu priùs cenſetur legaſſe dimidias, deinde totum, dubium non eſt, quin tertius cum primo, & ſecundo ſit re coniunctus, vt ſupponit Paulus *in d. l. re coniuncti*, dum quęrit, an verbis coniunctus ſit potior re coniuncto. Debet igitur etiam re coniunctus cẽſeri in hac ſpecie, *Moeuio fundi partem dimidiam, Seio partem dimidiam lego, eundem fundum Titio lego*, quoniam inter has ſpecies nulla, quoad rei cõplexum differentia conſiderari poteſt. Quid enim (dempto complexu verborum) refert, vtrum teſtator duobus leget fundũ æquis partibus, an verò ſingulis leget fundi dimidias?

Neq; obſtat, quod exemplo hęreditatis videatur fieri tranſitus ad dupondium, quia reſponſio patet ex ijs, quę diximus *in d. q. 10. nu. 27.* & quorum non poteſt non eſſe ſuperuacua repetitio. Et hęc de ſecũda quęſtione.

Supereſt tertia, cur ſcilicet deficiente Seio non pręferatur Moeuius in eius portione Titio, ſed ambo pariter admittantur. Et ex ijs, quę diximus, facile eſt intelligere, rationẽ eſſe, quia, cum ambo ſint in pari cauſa, id eſt re coniuncti, debẽt per conſequentias pariter
153 admitti, † *vt rectè docuerunt gl. in d. l. Moeuio, in verb. Moeuio, in fi. ff. de leg. 2. gl. in d. l. 1. §. idẽ ait, in verb. ex ſocijs ff. de vſufr. accr. Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 46 verſ. tene, Cuiac. in d. l. vn. §. his ita definitis C. de cad. toll. & d. lib. 24. obſ. cap. 35. Andr. Fach. d. lib. 4. controu. cap. 98.* Quam rationem ibi Iabolenus attulit his verbis, *quia, cum ſeparatim, & partes fundi, & totus legatus ſit, neceſſe eſt, vt ea pars, quę ceſſat, pro portione legati, cuiq; eorũ, quibus fundus ſeparatim legatus eſt, accreſcat*, quibus ſignificat, ideo partem Seij deficientis vtriq; accreſcere, quia ſunt ambo ſeparati, id eſt, non verbis, ſed re coniuncti: nam, & partes fundi Moeuio, & Seio ſeparatim legatę ſunt, & totus ſimiliter fundus Titio ſeparatim relictus eſt. Quo fit, vt inter Moeuium, & Titium, tãquam inter ſeparatos, & pares non poſſit eſſe pręlationi locus, *vti latè expoſuimus in hoc cap. q. 16. num. 4.* Et hęc de tertia quęſtione.

Ex his igitur apparet, veriſſimum eſſe, quod frequentiùs traditur, verbis coniunctũ eſſe re coniuncto potiorem. Nec obſtare locos *a ſecundę ſententiæ ſectatoribus* in contrarium, allegatos, *nempè l. ſi ita quis hæredes inſtituerit. 66. ff. de hęred. inſt. & l. Moeuio. 42. in prin. ff. de leg. 2.* quia non erant ibi, qui vocabantur, coniuncti verbis, ſed aut omnimodo disiuncti, *vt in d. l. ſi ita quis hæredes inſtituerit*, aut coniuncti re, *vt in d. l. Moeuio*, ſecundum ea, quæ ſupra diximus.

Et hęc quidem ſunt, quæ Paulus *in d. l. re coniuncti*, terminauit. Sed extra deciſiones eius de illo dubitari ſolet, an aliqua coniunctione iunctus omnimodo disiuncto pręferatur. Et generaliter quidem dicere ſolemus, coniunctum eſſe omnimodo disiuncto præferendum, *vti videre eſt apud Rip. in d. l. re coniuncti, num. 139. verſ. 2. habes Gomez. d. tom. 1. varia. reſol. cap. 10. num. 33.* quod dubio caret,

ſi io-

ſi loquamur de coniunctis re, & verbis: nam, ſi præfertur alijs etiam coniunctis, *vt diximus ſupra num. 7.* quanto magis omnimodo di-
154 ſiunctis præferetur? † *Et ita in ſpecie docuerunt Polit. in d. l. re coniuncti, nu. 70. verſ. circa quintum, & ibi Alcia. num. 40. Ruin. conſil. 152. num. 10. verſic. ergo in caſu, volum. 3. Ant. Fum. de coniunct. cap. 10. num. 6. Craſſ. in d. §. ius accreſcendi q. 11.*

Coeterùm, ſi verbis tantum ſit coniunctus, adhuc idem eſſe probandum noſtri commu-
155 niter arbitrantur, † *vt Polit. in d. l. re coniuncti, num. 70. verſic. circa quintum, & ibi Alcia. num. 40. Ant. Fum. d. cap. 10. num. 6. Craſſ. d. q. 11.* Quod dubio caret, ſi verborum coniunctio pro duplici coniunctione reputetur, ideſt, ſi propter adiectionem tertij verbis coniunctus pro coniuncto re, & verbis accipiatur, vt in hac ſpecie, Primus, & Secundus ex ſemiſſe æquis partibus hæredes ſunto, ex eodem ſemiſſe Tertius hæres eſto, Quartus ex alio ſemiſſe hæres eſto, *ſecundum ea, quæ diximus in hoc cap. q. 38 num. 77.* nam, cum Primus in parte Secundi deficientis præferatur Tertio, qui re coniunctus eſt, *ſecundum veriorem, & receptiorem ſententiam, quam probauimus ſupra num. 50. & ſeqq.* multo magis debet præferri Quarto, qui eſt omnimodo diſiunctus. Quod, ſi verborum coniunctio ſimplex ſit, vt in hac ſpecie, lego fundi partem dimidiam Primo, & Secundo æquis partibus, alteram dimidiā lego Tertio, ſi quidem ſequamur communē aliorum ſententiam, quæ vult, inter coniunctos verbis tantum, non ſolum in hæreditatibus, ſed etiam in legatis, & fideicommiſſis ius accreſcendi habere locum, *vt retulimus in hoc cap. q. 38. num. 9.* erit etiam per conſequentias probanda opinio, quæ coniunctum verbis omnimodo diſiuncto præfert. Sed, quia diſputando contrariam opinionem diximus eſſe veriorem *in d. q. 38. num. 26. & ſeqq.* ideò fit, vt ſit quoque veriùs, coniunctum verbis tantum non eſſe omnimodo diſiuncto præferendum, quia, vel loquimur de legatis, & fideicommiſſis, Et, cum in iis, nec inter omnimodo diſiunctos, nec (ſecundum nos) inter verbis tantum coniunctos locum habeat ius accreſcendi, non eſt per conſequentias de iure prælationis diſputandum, vel loquimur de hæreditate, in qua locū habet ius accreſcēdi, tā inter omnimodo diſiunctos, *vt diximus in hoc cap. q. 41. num. 8.* quam inter coniunctos verbis, *vt diximus in eadem q. 38. num. 7.* Et in ea quoque veriùs eſt, coniunctum verbis non eſſe omnimodo diſiuncto potiorem, quia, licet habeat ius accreſcendi, non tamen, id habet, tamquam coniunctus, ſed tamquam omnimodo diſiunctus, *vt diximus in d. q. 38. num 66.* cum verborum coniunctio per ſe ſit inutilis ad ius accreſcendi producendum *l. itē, quod Sabinus. 17. §. 1. ff. de hæred. inſt.* Sed hæc diſputando dicuntur: nam conſulendo, & iudicando non eſt à communi recedendum.

Re demum coniunctus, an omnimodo diſiuncto præferatur, ſi quæramus, plerique
156 cenſent non præferri, † *vt Petr. de Beſu. in d. l. re coniuncti, num. 14. verſ. & ex hoc inſurgit, &* alij in hanc rem adducentes *l. ſi ita quis hæredes inſtituerit. 66. ff. de hæred. inſt. l. Moenio 42. in prin. ff. de leg. 2.* & illa Pauli, *in d. l. re coniuncti,* verba, *Quod, ſi re tantum coniunctus ſit conſtat non eſſe potiorem* nec non illam rationē, quia, cum vterq; ſit diſiunctus, par videtur vtriuſque cauſa, ideoque vterque pariter admittendus.

Sed eſt veriùs, quod alij frequentiùs tradiderunt, re ſcilicet coniunctum eſſe omnimo-
157 do diſiuncto præferendum. † *Ita enim rectè ſcripſerunt Imol. in d. l. Moenio 42. in prin. num. 2. verſ. ſed iſta opinio ff. de leg. 2. Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 42. verſ. tu aduerte, & ibi Polit. num. 64. verſ. ergo in, & num. 66. verſ. verum, & num. 69. verſ. & ſi dixerit, & num. 70. verſ. circa quintum, Alcia. num. 40. Ant. Fum. de coniunct. cap. 10. num. 6. Craſſ. in d. §. Ius accreſcendi q. 11. & Surd. conſil. 31. num. 5.* nam, aut loquimur de legatis, & fideicommiſſis, Et res caret dubio, quia, cum omnimodo diſiunctus non habeat in iſtis ius accreſcendi, *vt diximus in hoc cap. q. 41. nu. 1.* non eſt per conſequentias, quod diſputet cum re coniuncto de prælatione, quippe cuius quæſtio nō, niſi inter eos, qui ad rem vocantur, conſiderari ſolet, *vt diximus in hoc ipſo cap. q. 38. num. 19.* Aut verò loquimur de hæreditate, de qua propriè debet accipi quæſtio propoſita. Et eſt veriùs, re coniunctum omnimodo diſiuncto præferri, vt probatur.

Primo, quia, cum re coniunctus vnum habeat vinculum, debet per conſequentias omnimodo diſiuncto, qui omni eſt vinculo deſtitutus, eſſe potior *l. 1. C. vnde vir. & vx.*

Et, ſi dixeris vnum vinculum habentem non præferri habenti nullum, cum vinculum eſt impertinens, vt eſt in materia prælationis vinculum coniunctionis realis, *vt reſpondet Petr. de Beſut in d. l. re coniuncti, num. 14.* reſpondeo, hoc vinculum eſſe impertinens, quoad producendam inter ipſos met coniunctos prælationem. Coeterùm, vt coniunctum præferat omnimodo diſiuncto magnā habere vim, quia non antea poteſt omnimodo diſiunctus ad vacantem hæreditatis partem admitti, quam omnes omnimodo con-
158 iuncti deficiant, † *vt ſcribit Ant. Fum. de coni. d. cap. 10. num. 6.*

Secundo verò probatur, quia, qui venit ex voluntate defuncti, debet ei præferri, qui ve-
159 nit ex ſola diſpoſitione legis † *l. vlt. C. de neceſſ. ſeru. hæred. inſt.* Sed re coniunctus venit ex voluntate defuncti, *vt diximus ſupra num. 62. & ſeqq.* quippe, quę colligitur ex cōiūctione, *vt diximus in 2. cap. q. 2. num. 48.* Omnimodo verò diſiunctus venit ex mera diſpoſitione legis, *vt diximus in d. q. 2. nu. 51.* Debet igitur huic ille præferri.

Neq; obſtant leges in contrarium allegatę, quoniam ex iis, quę ſupra diximus patet reſponſio: nam *in d. l. ſi ita quis hæredes inſtituerit,* nullus erat re coniunctus, ſed omnes omnimodo diſiuncti. *vt demonſtrauimus ſupra num. 91. & ſeqq.* Contra verò *in d. l. Moenio,* nullus erat omnimodo diſiunctus, ſed omnes re coniuncti, *vt oſtendimus ſupra num. 137.* Quod verò ſcribit Paulus *in d. l. re coniuncti, verſ. quod, ſi,* re coniunctum non eſſe potiorē alijs, non eſt de omnimodo diſiunctis accipiendum, ſed de coniunctis, de quibus ſolis Paulus loquitur, & inter quos ſolos quæſtio prælationis poteſt in legatis conſiderari, *vt diximus ſupra nu. 21. & ſeqq.* Deniq; non obſtat,

ſtat, quod par videatur vtriuſque cauſa, cum etiam re coniunctus ſit disiunctus, quia reſpondeo, imò cauſam non eſſe parem: quoniam alter, & re & verbis diſiunctus eſt, *ut diximus in hoc cap. queſt. 1. num. 6.* alter verò verbis, non etiam re, *ut diximus in hoc eodem cap. q. 14. num. 4.* Et hæc de prælatione, quę locum habet inter eos, qui ſunt coniuncti coniunctione teſtamentaria.

SVMMARIVM.

1 *Prælatio non conſideratur inter condominos heredis instituti, & cur, num. 2.*
3 *Condominus eius ſerui, cui legatus eſt uſuſfructus, præfertur in alterius condomini portione re coniuncto, & cur, nu. 4.*
5 *Portio ſucceſſionis ab inteſtato accreſcit omnibus, qui pariter uocantur.*
6 *Duo uincula ſunt fortiora uno, Declara, niſi alterutrum, uel etiam utrunq; ſit impertinens, num. 14.*
7 *Frater utrinq; coniunctus pręfertur conſanguineo tantum in ſucceſſione fratris.*
8 *Frater utrinq; coniunctus nō præfertur conſanguineo tantum in iure accreſcendi, & cur, nu. 9. & ſeqq.*
11 *Fratres, ſiue ſint utrinq; coniuncti, ſiue conſanguinei tantum reſpectu patris pares ſunt, & pariter coniuncti.*
12 *Filij ex diuerſis uxoribus nati ſuccedunt patri in capita, non in ſtirpes.*
13 *Fratrum perſona & affectio non ſpectatur, quādo tractatur de hereditate patris, ſed attenditur ipſius patris perſona & affectio.*
15 *Frater utrinque coniunctus non præfertur conſanguineo tantum in feudis.*
16 *Maternæ cognationis uinculum non attenditur, quoties agitur de ſucceſſione patris.*
17 *Ius accreſcendi non oritur ex coniunctione ſanguinis, ſed ex coniunctione legis, aut hominis.*
18 *Coniunctus ſanguine non ob id alijs præfertur in iure accreſcendi.*
19 *Declaratur l. 1. §. ſi quis ex nepotibus ff. de cōiung. cum im. lib. & num. 26.*
20 *Portio filij deficientis non ſolum alijs filijs, ſed etiā nepotibus accreſcit.*
21 *Prælationi locus non eſt inter pares uerè, uel repræſentatiuè.*
22 *Portio nepotis accreſcit ſolis eius fratribus, non etiam patruo, nec patruelibus, num. 23.*
24 *Aſcendentes diuerſarum linearum ſuccedunt deſcendentibus in ſtirpes, & non in capita.*
25 *Portio aſcendētis unius lineæ accreſcit alteri eiuſdem non alterius lineæ aſcendenti.*
27 *Coniunctus re, & uerbis pręfertur alijs in ſucceſſionibus ſtatutarijs.*

De iure prælationis; quod inter coniunctos coniunctione legali locum habet.

Quæſtio Quadrageſimaſeptima.

NVnc videamus de prælatione, quę locum habet inter coniunctos coniūctione legali. Separatim autem nobis erit diſpiciendum. Primo de ea legali cōiunctione, quam noſtri (licet abuſiuè) conſiderant in teſtamento. Secundo verò de ea, quam conſiderant contra teſtamentum, vel ab inteſtato.

Et in ea quidem coniunctione, quam conſiderant in teſtamento, conſtat inter ipſos coniunctos, quibus caſibus locum habere
poteſt ius accreſcendi, nullam poſſe conſide-
1 rari prælationem, † quia, cum omnes condo-
mini ſint in pari cauſa conſtituti, debent etiā
2 per conſequentias pariter admitti † *l. ſi ſerui*
communis ab extro 66 ff de acq. hered.

Planè reſpectu tertij, qui cum ſeruo fuerat,
aut re tantum, aut re, & verbis coniunctus,
quin habeant etiam condomini pręlationē,
3 non eſt dubitandum: † nam, ſi communi ſer-
uo, & ſeparatim Titio vſusfructus legatus ſit,
conſtat amiſſum ab altero ex ſocijs vſumfru-
ctum, non ad Titium, ſed ad ſocium, quaſi
4 ſolum coniunctum pertinere, quia, † quan-
diu vel vnus ſocius vtitur, poteſt dici, vſumfructum in ſuo ſtatu manere *l. 1. §. idem ait, & ibi gl. in uerb. ex ſocijs ff. de uſufr. accr.*

In ea verò legali coniūctione, quæ locum habet contra teſtamentum, vel ab inteſtatò, ſi quæramus, an prælatio conſiderari poſſit, conſtat multum referre, vtrum coniuncti excluſio ſimplex ſit, an verò alterius contemplatione facta, &, ſi ſimplex, vtrum agatur de ſucceſſionibus, quæ iure communi deferuntur, an verò de ijs, quæ iure ſtatutario: nā, ſi de ijs, quæ deferuntur iure communi, tres ſunt diſtinguendi caſus, quorum

Primus eſt, quando legali coniunctione
iuncti ſuccedunt omnes in capita, & ſunt
etiam pares reſpectu ſāguinis, puta ſunt om-
nes filij, & vtrinq; coniuncti, vel omnes con-
ſanguinei tantum, vel omnes vterini, vel ſūt
omnes frates, aut id genus alij in pari gradu
conſtituti, Et tunc certi iuris eſt, partem va-
cantem omnibus accreſcere, nec inter eos,
tamquam in pari cauſa conſtitutos poſſe cō-
5 ſiderari pręlationem, † *l. ſi ex pluribus. 9. ff. de*
ſuis, & legit. §. ult. Inſt. de Orfic. & in ſpecie docent Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & uxorem nomine Adelaſiam, deciſ. 5. num. 46. & 67. Papien. in form lib. quo ag. ex ſubſt. in verb. breuiloce, num. 27. Gabr. conſ. 15. num. 17. vol. 1. Hond. conſ. 1. num. 67. & 103. vol. 2.

Secundus verò caſus eſt, quando ſuccedūt quidem omnes in capita, ſed ſunt diſpares reſpectu conſaguinitatis, puta quidam ſunt fratres vtrinq: coniuncti, quidam verò conſanguinei tantum, Et tunc, ſi deficiat vnus ex fratribus vtrinq; coniunctus, quęri ſolet, an alij fratres vtrinq; pariter coniuncti pręferantur in eius portione cęteris, qui ex parte tantum patris iuncti ſunt

Du-

Dubitationem autem facit illud, quia cùm
fratres vtrinq; coniūcti duplex habeant vin-
culum, videntur per conſequentias conſan-
guineis, qui ſolum habent vinculum pater-
num, preferendi, quoniam duo vincula ſunt
6 fortiora vno † *l. pen. in prin. verſ. ſi vero pater C.
de adopt. §. ſed hodie Inſt. eod.* Qua ratione fit,
vt vtrinq; coniunctus conſanguineo tantum
in ſucceſſione fratris inteſtato defuncti pre-
7 feratur † *Auth. Itaq; Cod. comm. de ſucceſſ. §. 1,
Auth. de conſang. & vter. fratr. coll. 6.*

Sed hoc non obſtante verius eſt, quod no-
ſtri frequentiùs tradiderunt, ſcilicet in iure
accreſcendi, vtrinq; coniunctum conſangui-
8 neo tantum non preferri. † *Ita enim ſcripſerūt
Bart. in d. l. re coniuncti, num. 62. verſ. ego dico,
& ibi Iaſ. num. 248. Crott. num. 135. verſ. prima,
Poss. nu. 95. Alcia. num. 64. ver. ſed, quid. Bart.
in l. Lucius. 45. in prin. num. 21. & ibi Imol. nu.
32. Alex. num. 20. Iaſ. num. 31. Alcia. num. 48.
ff. de vulg. Bald. in l. iam hoc iure. 4. in fi. ff. de
vulg. Soc. Sen. in l. ſi cognatis 20. nu. 34. ff. de reb.
dub. & conſ. 249. num. 20. verſ. 5. & num. 22. ver.
ex qua concluſione, vol. 2. & conſ. 86. num. 9. verſ.
ex quibus, vol. 3; Iaſ. in add. ad Port. in §. cum
filius, num. 7. Inſt. de hered. quę ab int. def. Ruin.
conſ. 90 num. 8. conſ. 166. num. 1. verſ. & ita per
illum textum, & nu. 6. verſ. Nec obſtat, & conſ.
167. num. 2. verſ. & idem probatur, & verſ. nec
ſecundum eum, & n. 12. vol. 2. Gul. Ben. in d. cap.
Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adela-
ſiam, num. 121. uerſ. quod ſecus, Iun. conſ. 125.
n. 7. Papien. in form. lib. quo ag. ex ſubſt. in uerb.
breuiloce num. 28. Gomez. d. tom. 1. uaria. reſol.
cap. 10. num. 31. uerſ. ſed in contrarium, Rub. in
l. Gallus. 29. §. quidam recte, num. 72. & 73. ff.
de lib. & poſt. Alb. conſ. 81. num. 12. Couar. cap.
38. pract. quęſtio. num. 2. Decia. conſ. 16. nu. 21.
vol. 1. Men conſ. 187. num. 14. uerſ. 7. Mantic.
de con. ult. uol. lib. 8. tit. 13. num. 6. Pereg. de fideic.
artic. 20. num. 16. & conſ. 64. num. 8. & 9. uol. 5.
Duar. lib. 2. de Iur. acc. cap. 10.* Cuius rei funda-
9 mentum non in eo conſiſtit, quod † ius ac-
creſcendi reſpiciat rem, non perſonam cum
portio portioni accreſcat *l. ſi Titio. 39. ff. de
uſufr.* Rem autem, ſeu portionem habeant
omnes fratres. Omnes igitur ſint ad portio-
nem vacantem admittendi, *ut arguunt Imol.
in d. l. Lucius. 45. num. 12. uerſ. ultimo, & ibi Iaſ.
num. 31. Alcia. num. 48. ff. de uulg. Crott. in d. l. re
coniuncti, num. 135. uerſ. preterea, Rub. in d. l.
Gallus. 29. §. quidam. recte, num. 72. ff. de lib. &
poſt. Duar. d. lib. 2. de Iur. accr. cap.* 10. quia, cum
de iure prelationis agitur, non eſt probabilis
conſequentia, Omnes coniuncti portionem
habent, Sunt igitur omnes admittendi: nam,
& re coniunctus ita portionem habet, vt cō-
iunctus re, & verbis, & tamen cum eo pariter
non vocatur, *ut diximus in q. preced. num. 7.*
Itaque non valet argumentum affirmatiuè,
licet valeat negatiuè, ſcilicet quia non ha-
benti portionem portio non accreſcit, *l. ſi to-
tam. 82. ff. de acq. hered.* ſed fundamentum cō-
10 ſiſtit in eo, quia † fratres, ſiue ſint vtrinq; con
iuncti, ſiue conſanguinei tantum reſpectu
hereditatis paternę pares ſunt, & pariter con-
11 iuncti, † *ut ſcribunt Bald. in l. in teſtamento. 6.
num. 10. C. de teſt. mil. Iaſ. in d. l. re coniūcti, num.
248. & ibi Crott. num. 135. uerſ. prima, & num.
136. Ruin. conſ. 107. num. 2. & 6. conſ. 159. num.
2. conſ. 166. num. 1. uerſ. & confirmatur, & num.
5. & conſ. 167. num. 2. & 12. uol. 2. Curt. Iun.
conſ. 125. num. 3. Dec. conſ. 303. num. 2. & 4.
Soc. Iun. conſ. 126. num. 3. uol. 1. Rub. in d. l. Gal-
lus. 29. §. quidam recte, num. 76 ff. de lib. & poſth.
Couar. d. cap. 38. pract. quęſt. nu. 2. Decia. conſ.
16. num. 43. uol. 1. Mantic. de con. ult. uol. lib. 5.
tit. 11. num. 3. & lib. 8. tit. 13. num. 6. & 7. Gomez.
d. tom. 1. uar. reſol. cap. 10. num. 31. uerſ. ſed, in
contrarium, Craſſ. in §. fideicommiſſum q. 12.
num. 6. Franch. deciſ. 26. num. 1. Men. conſ. 686.
num. 7. Surd. conſ. 31. num. 17. uerſ. 3. & nu. 20.
& 34. uerſ. 2. Andr. Fach. lib. 4. controu. cap. 87.*
Nam paritas in hac materia non æſtimatur
ex ſanguine, ſed ex re, ad quam plures vocan-
tur, *ut dicemus infra num.* 17. quia, ſi vocentur
omnes æqualiter, & viriliter, cenſentur om-
nes pares; ſi verò quidam vocentur in vnam
portionem, quidam verò viriliter, illi cenſeā-
tur magis, quam hi coniuncti, *ut diximus in
hoc cap. q. 35. num.* 8. Cum igitur omnes fra-
tres vocentur ad hereditatem paternam
æqualiter, & viriliter, non verò ab vna vxore
nati in vnam portionem, ab altera verò in
12 aliā, † *ut conſiderat Gul. Ben. in d. cap. Raynutius
in uerb. & uxorem nomine Adelaſiam nu. 121.
uerſ. quod ſecus,* Cōſequens eſt, vt debeāt cēſeri
pares. Deinde verò licet ſpectaremus vincu-
lum ſanguinis, adhuc tamen idem eſſet dicē-
dum, quia, quādo tractatur de hereditate pa-
tris (prout tractatur in iure accreſcendi, *ut
dicemus in 9. cap. q 46. num. 3.*) non debet æſti-
mari paritas, aut maioritas ex perſona fratrū,
nec ex eorum pari, aut maiori coniunctione,
& affectione, ſed ex perſona patris, quippe,
cuius non etiam fratrum affectio, & proxi-
13 mitas attenditur, † *ut ſcribunt Soc. Sen. in d. l. ſi
cognatis. 20 num. 34. ff. de reb. dub. & d. conſ. 86.
num. 9. uerſ. ex quibus uol. 3. Ruin. conſ. 107. nu.
2. conſ. 167. nu. 12. uerſ. nec obſtat predictis, uol.
2. & conſ. 90. num. 8. uol. 3. Rub. in d. l. Gallus. 29.
§. quidam recte, num. 73. ff. de lib. & poſth. Alb.
conſ. 511. num. 9. Tiraq. de retr. lign. §. 11. gl. 1.
num. 15. Couar. d. cap. 38. pract. quęſt. num. 2.
Mantic. de con. ult. uol. lib. 8. tit. 13. num. 6. Men.
conſ. 124. num. 9. & 10. conſ. 434. num. 29. & 44.
conſ. 686. num. 6. & 7. in fi. & num. 8. & 10. conſ.
841. num. 3. & 5. & de preſumpt. lib. 4. preſ. 75.
num.* 18. Sed reſpectu patris omnes pares ſūt,
ut diximus ſupra nu. 11. quia pater in omnes,
tamquam à ſe genitos cenſetur habere parē
affectionem, *ut ſcribit Crott. in d. l. re coniuncti,
num. 136. uerſ.* 5. Debent igitùr ſimpliciter
etiam reſpectu ſanguinis cenſeri pares, & per
conſequentias pariter admitti.

Nec obſtat, quod duo vincula ſint fortio-
14 ra vno, quia reſpondeo, hoc procedere, † niſi
vtrunq; vel etiam alterutrum ſit impertinēs,
vt *in ſpecie declarant Bald. in l. 1. num. 3. per illū
text. C. de legit. hered. Ruin. conſ. 28. num. 2. in fi.
& conſ. 29. nu. 4. & 6. in fi uol. 3. Soc. Sen. d. conſ.
89. num. 22. & 23 uerſ. ſed ad iſta uol. 4. Ant. de
Roſell. de ſucc. ab inteſt. num. 167. Dec. conſ. 444.
num. 6. Crott. in d. l. re coniuncti, num. 5. Pariſ.
conſ. 59. num. 2. & 44. uol. 3. Soc. Iun. conſ. 24.
nu. 8. & 13. uol. 4. Alcia. in l. coheredi. 41. §. qui
diſcretas, num. 3. ff. de uulg. Alb. conſ. 81. num. 9.
& 10. Gabr. conſ. 6. nu. 1. vol. 1. Natt. in addit. ad
Alex. conſ. 9. in fi. uol. 5. Craſſ. in § ſucceſſio ab in-
teſtato q. 31. n. 2. Men. conſ. 187. n. 7. & 15. Surd.
d. conſ.*

d.conſ.31.num.34.verſ.2.& probatur argumẽ-
to ducto à feudis, in quibus frater vtrinq. cõ-
iunctus non pręfertur conſanguineo, quia,
licèt habeat duo vincula, tamen vnum ex
ijs, nempe maternum eſt impertinens, cum
in feudis nõ attẽdatur cognatio, ſed agnatio,
15 † *vt ſcribunt Bald. in d.l.1.nu.4.C.de.legit.hered.*
& in cap. 1. §. his verò num. 1. De ſucceſſ. fratr.
Ant. de Roſ. de ſucc. ab int. num. 168. Alex. conſ.
9. num. 14. vol. 5. Dec. d. conſ. 444. num. 5. Ruin.
d. conſ. 28. num. 4. & d. conſ. 29. nu. 4. vol. 3. Crott.
in d.l. re coniuncti, nu. 5. Soc. Sen. d. conſ. 89. num.
33. vol. 4. Soc. Iun. d. conſ. 24. nu. 7. vol. 4. Tiraq.
de retr. lign. §. 14. gl. 2. num. 10. Alb. d. conſ. 81.
num. 11. Crau. conſ. 186. num. 3. Decia. conſ. 16.
num. 21. vol. 1. Ceph. conſ. 323. num. 9. Mantic.
de con. vlt. vol. lib. 8. tit. 13. num. 5. Andr. Gail. lib.
2. obſ. 151. nu. 1. Craſſ. in d. § ſucceſſio ab inteſtato
q. 31. num. 3. Men. d. conſ 187. num. 14. Surd. d.
conſ. 31. num. 36. Roſent. de feud. cap. 7. concl. 57.
num. 1. & in lit. a. Cùm igitur in materia iuris
accreſcendi vinculum maternę cognationis
ſit impertinens, quippe, quod non attenditur
in ijs cauſis, in quibus de hereditate patris
16 agitur, † *vt ſcribunt Alcia. in d.l. re coniuncti,*
num. 64. verſ. ſed quid, Decia. conſ. 16. num. 21.
vol. 1. Men. conſ. 187. nu. 14. verſ. 7. Surd. d. conſ.
31. num. 34. verſ. 2. imo ſit etiam impertinens
vinculum conſanguinitatis paternę, ſcilicet,
quia ius accreſcendi, non ex ſanguinis, ſed
ex hominis aut legis coniunctione naſcitur,
17 † *vt declarant Bart. in l. Lucius 45. in prin. num.*
21. ff. de vulg. Bald. in tract. de ſubſtit. in materia
reciproc. num. 19. Ruin. conſ. 152. in fin. vol. 3.
Papien. in form. lib. quo ag. ex ſubſt. in verb. bre-
uiloce, num. 18. Dec. conſ. 185. in fi. verſ. 3. Con-
ſequens eſt, vt hęc duo vincula non debeant
cenſeri fortiora vno ad inducendam in iure
accreſcendi pręlationem. Et ſanè, licèt ali-
quis cum deficiente fuerit ſanguine coniun-
ctus, nõ tamẽ ob id debet alijs, aut minus cõ-
iunctis, aut etiam prorſus extraneis in iure
accreſcendi pręferri, ſed debet cum eis pari-
ter admitti, ſi reſpectu teſtamentariæ, vel le-
gitimę coniunctionis eodem iungatur mo-
do, vel ab eis excludi ſi minus, quam illi, ſit
18 coniunctus, † *vt ſcribunt Bart. in §. ſi quis au-*
tem non implens, nu. 14. Auth de hered. & Palc.
coll. 1. & in d. l. re coniunctis, num. 62. verſ. ego
dico, Bald. in d.l. vn. num. 21. C. quand. non pet.
part. Duar. de Iur. accr. cap. 10. & probat textus
in l. 1. §. ſi quis ex nepotibus ff. de con. cum em.
19 *lib.* vbi † ſi quis deceſſerit relicto filio eman-
cipato, & duobus nepotibus ex eo retentis in
poteſtate, & vnus ex nepotibus moriatur,
præfertur alter emancipato, qui tamen cum
deficiente magis erat, quam nepos ſanguine
coniunctus; nam emancipatus, vtpote pater,
erat in primo gradu, nepos verò, vt frater,
in ſecundo. Sed hoc ideo fit, quia nepotes ex
edicto prætoris de coniungendis cum eman-
cipato liberis vocabãtur in vnam portionẽ,
& ſic reſpectu legalis coniunctionis magis
erant inter ſe, quam cum patre ſuo coniun-
cti, *ſecundum ea, quæ diximus in hoc cap. q. 35.*
num. 78. licet reſpectu ſanguinis pater eſſet
coniunctior. Non ergo ſanguinis, ſed homi-
nis, aut legis maior coniunctio debet in iure
prælationis attendi.

Tertius caſus eſt, quando legali coniun-
ctione iuncti non ſuccedunt omnes in capi-
ta, ſed ex ijs quidam ſuccedunt in ſtirpes, vt,
quando patri ſuccedunt plures filij, & ex vno
filio præmortuo plures nepotes, Et tunc, ſi
deficiat vnus ex filijs, conſtat partem vacan-
tem, non ſolum alijs fratribus, ſed etiam ne-
potibus pro portione hæreditaria accreſce-
20 re, † *l. ſi duobus. 12. in prin. ff. de bon. poſſ. contra-*
tab. & ſcribunt Bart. in d.l. re coniunctis, nu. 61.
& ibi Crott. num. 134. verſ. 2. Polit. nu. 94. Alcia.
num. 64. Papienſ. in d. form. lib. quo. ag. ex ſubſt.
in verb. breuiloce, num. 27. Gul. Ben. in d. cap.
Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelaſiã,
num. 118. & deciſ. 5. num. 67. Craſſ. in d. §. Ius
accreſcendi q. 32. Duar. lib. 2. de Iur. accr. cap. 10.
Donell. lib. 7. comm. cap. 13. quia nepotes, tam-
quam referentes perſonam patris ſui cenſen-
tur pares cum filijs, ideoq; pariter cum eis
admitti debent, cum inter pares verè vel re-
pręſentatiuè non poſſit eſſe locus prælationi;
21 † *vt ſcribit Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in*
verb. & vxorem nomine Adelaſiam deciſ. 5. num.
68. Quod, ſi deficiat vnus ex nepotibus, tunc
magis eſt, vt portio vacãs ſolis eius fratribus,
22 non etiam patruis accreſcat † *d. l. ſi duobus.*
12. in prin. ff. de bon. poſſ. contratab. & ſcribunt
Bart. in d.l. re coniunctis, num. 61. & ibi Crott.
num. 134. Polit. num. 94. Alcia num. 35. & 64.
Bald. in d.l. vn. num. 21. & ibi Cagn. num. 65. C.
quand. non pet part. Papien. in d. form. lib. quo.
ag. ex ſubſt. in verb. breuiloce, num. 27. Gul. Ben.
in d. cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine
Adelaſiam num. 118. & d. deciſ. 5. nu. 67. Gomez.
d. tom. 1. var. reſ. cap. 10. num. 31. verſ. 2. princi-
paliter, Craſſ. in d. §. Ius accreſcendi q. 32. Duar.
d. lib. 2. Iur. accr cap 10. Donell. d lib. 7. cõm. cap.
13. quia nepotes, tamquam venientes in vnã
portionem cenſentur magis inter ſe, quam
cum patruis coniuncti, *vt diximus in hoc cap.*
q. 35. num. 78. ideòq; debent illis præferri ex
regula, quam retulimus *in q. praeced. num.* 68.
Idem eſt, & ſi ex duobus filijs præmortuis
ſuperſint plures nepotes, ex vno, puta, tres, ex
altero verò quatuor: nam, ſi deficiat vnus ex
tribus, cæteri duo præferentur quatuor pa-
truelibus, & contra, ſi deficiat vnus ex qua-
tuor, eius fratres tribus patruelibus pręferẽtur,
23 † *vt ſcribunt Gul. Ben. in d cap. Raynutius, in*
verb. & vxorem nomine Adelaſiam deciſ. 5 num.
69. & Donell. d. lib. 7. comm. cap. 13. quia, cum
inter hos nepotes ſucceſſio diuidatur in ſtir-
pes *§. cum filius Inſt. de hered. quę ab. int. def.*
ita, vt, quotquot ex vno filio ſuperſunt, in
vnam veniant portionem, & pro vna perſo-
na reputentur, fit, vt cenſeantur inter ſe ma-
gis coniuncti, quam cum patruelibus, & cõ-
ſequenter, vt illis, tamquam minus coniun-
ctis preferantur. *Ita Donell. d. lib. 7. cap.* 13. Et
ſimili ratione, ſi nepoti ſuccedant plures
aſcendentes, ex vna linea duo, ex altera verò
vnus, quia diuiſio fit in ſtirpes, non in capi-
24 ta † *ſecundũ receptiorẽ ſententiam, de qua teſta-*
tur Craſſ. in §. ſucceſſio ab inteſtato. q. 22. num. 4.
ideò ſi vnus ex duobus deficiat, præferetur
alter, tamquam magis coniunctus in eius
25 portione tertio, † *vt ſcribit Gul. Ben. in d. cap.*
Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelaſiã
deciſ. 5. num. 75. Deniq; ſi quis decedat relictis
duobus filijs emancipatis, & ex vno eorum
duobus nepotibus in poteſtate retentis, quo
caſu

caſu ex edicto Pretoris filius emancipatus
ex quo nulli ſunt nepotes, vocatur ad vnam
dimidiam, alter verò ſimul cum nepotibus
ad alterã dimidiam, quę tamen inter eos ita
diuidenda eſt, vt filius vnum quadrantem,
duo verò nepotes alterum quadrantem con-
ſequantur *l. 1. §. ſi pater ex duobus ff. de con. cum
eman. lib.* ſi deficiat vnus ex nepotibus, pręfe-
retur alter, tamquam in vnam cũ eo portio-
nem vocatus, & ſic magis coniunctus patri
ſuo; ſi verò vterq; deficiat, pręferetur pater,
tamquam & ipſe in vnam cum ijs portionẽ,
ideſt in vnam dimidiam vocatus alteri filio
emancipato, & ſimili modo, ſi deficiat pater
pręferentur nepotes patruo, tamquam &
ipſi in vnam dimidiam cum eo vocati, &
26 ſic magis coniuncti, quam patruus † *l. 1. §. ſi
quis ex nepotibus ff. de con. cum em. lib. & in ſpecie
declarat Duar. d. lib. 2. de Iur. accr. cap.* 10. quia
ſemper verum eſt, eos, qui veniunt in vnam
portionem, cenſeri magis, quam alios con-
iunctos, *vt diximus in hoc cap. q. 35. num. 8.* &
per conſequentias debere coeteris pręferri,
ſecundum ea, quę ſupra diximus. Et hęc qui-
dem dicuntur, quoties agitur de ijs ſucceſ-
ſionibus, quę iure communi deferuntur.

Coeterùm, quoties de ijs, quę deferuntur
iure ſtatutario, ſi quęramus, an in ijs pręlatio
conſiderari poſſit, conſtat eodem rem eſſe
terminandam modo, quo definiuimus quę-
ſtionem pręlationis ad coniunctos teſtamẽ-
taria coniunctione pertinentem: Nam,
quia, non ſolum teſtamento, ſed etiam lege
municipali poſſunt plures, aut re, & verbis,
aut re tantum, aut verbis tantum coniungi,
vt diximus in hoc cap. q. 27. num. 49. ideo, quę
de huiuſmodi coniunctorum pręlatione di-
ximus circa teſtamentarias diſpoſitiones *in
hoc ipſo cap. q. 45. & 46.* intelliguntur etiam ad
diſpoſitiones ſtatutarias pertinere Quamo-
brem & in ijs re, & verbis coniunctus coete-
27 ris pręferetur † *vt ſcribunt Decia. conſ. 61. num.
2. vol. 2. & Crau. conſ. 927. num. 3. & 9.* & ſi cõ-
iunctus verbis cum re tantum coniuncto
cõcurrat, potior erit illius, quam huius cauſa,
*ſecundum ea, quę diximus in q. preced. num. 50.
& ſeq.* Nec enim in hac re poteſt inter teſta-
mentarias, & ſtatutarias diſpoſitiones aliqua
differentia conſiderari.

S V M M A R I V M.

1 *Portio renuntiantis poſt acquiſitionem ei tantũ applicatur, cui ſit, & cur, nu. 3. & 4. Declara, vt num. 5.*
2 *Repudiari non poteſt, quod eſt acquiſitum.*
6 *Portio ſimpliciter renuntiantis ante acquiſitionẽ non ſolum accreſcit ei, cui ſit, ſed etiam alijs, & cur, num. 7.*
8 *Repudiatio operatur, vt perinde ſit, atq; ſi portio nunquam fuiſſet repudianti delata.*
9 *Donatio abſenti, & ignoranti fiere non poteſt.*
10 *Nemo dat, quod non habet.*
11 *Aditio non pręſumitur, cum ſit facti.*
12 *Renuntiatio ſimplex non habet vim aditionis, & cur, num. 13.*
14 *Pręſentia, quę non erat neceſſaria, non alterat naturam actus.*
15 *Portio renuntiantis contemplatione vnius, &, vt ei proficiat, ei ſoli debet applicari.*
16 *Renuntiatio prodeſt illi tantum, cuius cõtemplatione ſit.*
17 *Renuntiatio facta contemplatione vnius inducit tacitam aditionem.*
18 *Renuntiatio facta vni per modum pacti non prodeſt alijs.*
19 *Renuntiatio non prodeſt alijs, ſi renuntians ſe obliget de euictione.*
20 *Portio renuntiantis applicatur ei ſoli, cui ſit, ſi fiat propter dotem habitam ab eo.*
21 *Renuntiatio cenſetur facta ad commodum eius tantum, cui ſit, ſi ſit facta extraneo non coniuncto.*
22 *Renuntiatio hęreditatis maternę facta patri, ei ſoli & hęredibus eius prodeſt.*
23 *Renuntiatio facta patri a filia primi matrimonij prodeſt etiam filijs ſecundi matrimonij.*

An, &, quãdo portio renuntiantis accreſcat ei, cuius contemplatione facta eſt renuntiatio.

Quæſtio Quadrageſima Octaua.

SEd hęc, quę diximus, locum habent,
quando ſimplex eſt cõiuncti excluſio,
quę iuri accreſcendi facit locũ. Quod,
ſi alterius contemplatione facta ſit, &
quęramus, an is, cuius contemplatione fuit
alter excluſus, debeat in eius portione coete-
ris pręferri, multum intereſt, vtrum contem-
platio ſit habita ab homine, an verò a lege:
Nã, ſi ab homine, puta, quia coniunctus re-
nuntiet ſuam portionem vni ex cõiunctis, vt
faciunt puellæ, quę, cum in matrimonium
collocantur, vni pleruq; ex fratribus portio-
nem hęreditatis paternæ, aut maternæ ad ſe
pertinentẽ renuntiare ſolent, cõſtat a noſtris
tres ſolere conſiderari caſus, quorum

Primus eſt, quando renuntiatio fit poſt
quęſitam a renuntiante hęreditatem, Et tunc
omnes fatentur, portionem renuntiantis de-
bere, quaſi donatam illi tantum applicari,
1 cui facta eſt renuntiatio. † *Ita enim ſcripſerunt
Caſtr. in l. ſi actionem 24. num. 2. & ibi Alex. nu.
2. Dec num. 3. Alcia. num. 3. C. d. pact. Caſtr. in
l. pactum. 3. num. 8. C. de collat. in l. ſicut. 4. nu. 3.
C. de rep. hęr. Alex. conſ. 149. num. 5. vol. 7. Ruin.
conſ. 98. nu. 17. vol. 1. Crott. in d. l. re coniuncti, n.
158. Gabr. conſ. 135. nu. 1. vol. 2. Surd. conſ. 446.
num.* 14. quoniam hęc non poteſt valere, vt
ſimplex repudiatio, quę faciat locum iuri
accreſcendi, cum id, quod acquiſitum eſt,
2 repudiari non poſſit † *l. 1. §. decretalis ff. de ſuc-
ceſſ. ed.* & ius accreſcendi ceſſet poſt emolu-
mentum acquiſitum, *ut dicemus in 7. cap. q. 59.
3 num. 19 Et in his terminis conſiderant † Alex. in
d. l. ſi actionem, num. 2. & ibi Dec. num. 3. Alcia.
num. 4. Alex. d. conſ. 149. num. 5. vol. 7. Crott. in
d. l. re coniuncti, nu.* 158. ſed neceſſariò valere
debet, vt donatio, quæ, quia non eſt facta,
niſi fratri præſenti, cum pro abſẽtibus nemo
fuerit ſtipulatus, ideo ei tantum prodeſſe de-
4 bet. † *Ita Caſtr. in d. l. pactum. 3. num. 8. C. de
collatio.*

Planè, vt etiam præſenti prodeſſe poſſit, de-
5 bet concipi † per verbum, renuntio, aut id
genus aliud, quod denotet iuris tranſlatio-
nem:

nem: nam, ſi fieret per verbum, repudio, nullius eſſet momenti renuntiatio, quia, nec, vt
repudiatio valere poſſet, cum id, quod acqui-
ſitum eſt, repudiari nequeat, *vt diximus ſupra*
num. 2. nec poſſet valere, vt donatio, cum
aliud ſit repudiare, aliud donare. *Ita eleganter*
declarat Caſtr. in d. l. ſicut. 4. num. 3. C. de rep.
hered. & poſt eum Crott. in d. l. re coniuncti, nu.
157. & 158.

Secundus caſus eſt, quando filia renuntia-
uit vni ex fratribus pręſenti, & acceptanti
hęreditatem paternam, aut maternam, quã
ipſa nondum acquiſiuerat, & neq; ex verbis,
neque ex coniecturis conſtat, eam voluiſſe
donare fratri pręſenti, aut eius cõtemplatio-
ne, & affectione particulari talem feciſſe renũ
tiationem, Et tunc verius, & receptius eſt,
portionem renuntiantis, non ſolum fratri
recipienti, ſed etiam alijs omnibus accreſce-
6 re † *Ita enim poſt Din. cenſuerunt Bald. in d. l.*
pactum, 3. num. 6. & ibi Caſtr. num. 8. C. de col-
lat. Bald. (licet non explicite) in d. l. ſi actionem.
24. num. 1 & ibi clarius Caſtr. num. 2. Alex. nu.
2. Dec. num. 3. Alcia. nu. 5. & 8. C. de pact. Caſtr.
in l. 1. §. inde Neratius, nu. 2. ff. ad Treb. & conſ.
135 num 3 & conſ. 252. nu. 1. vol. 1. Alex d. conſ.
149. num. 1. & 5. vol 7. Soc. Sen conſ. 34. num. 1.
vol. 4 Ruin. conſ. 98. num. 17. vol. 1. Pariſ conſ.
26 num. 26 & conſ 59 num. 48. vol. 3 Crott. in
d. l. re coniuncti num. 156. verſ. Primus, & ibi
Alcia num. 64. verſ quę ſinten ia, Rub. in l. pater
filium. 14. num. 150 ff de inoff teſta. Boer. deciſ.
184 num. 3 Crau. conſ 200 num. 1. Maſcard de
probatio. concl 44 nu. 13. Surd conſ. 133. nu. 22.
conſ. 244. num. 3. & 12. & conſ. 446. num. 14.
Hona. conſ 38 num 6. & 7. Coſta de portio. rat.
q. 49. num 4 quia huiuſmodi renuntiatio ha-
7 betur pro repudiatione † *vt ſcribit Caſtr. in d.*
l. pactum. 3 num. 8 C. de collat. & in d. l. 1. §. inde
Neratius. num. 2. ff. ad Trebel. quę, quoniam
operatur, vt perinde ſit, atq; ſi portio num-
8 quam fuiſſet repudianti delata, † *ſecundum*
eundẽ Caſtr. in d. l. pactum, num. 8. & in d. l. ſi
actionem, nu. 2 Surd. d. conſ. 244. nu. 5. ideo per
conſequentias omnibus prodeſſe ſolet.

Et ſi dixeris, imo ex eo, quod facta fuit pręſenti, & acceptanti, non debere cenſeri iure
repudiationis, ſed potiùs iure donationis, cũ
repudiatio non requirat, eorum, quibus ac-
creſcit portio, pręſentiam, quam alioquin re-
quirit donatio quippe quę abſenti, & ignorã
9 ti fieri non poteſt † *l. abſenti 10. ff. de donat.*
reſpondeo, imo non poſſe cenſeri iure dona-
tionis, quia donatio requirit pręcedentem
hęreditatis aditionem, cum nemo det, quod
10 non habet † *l. traditio. 20. in prin. ff. de acq. rer.*
dom. In ſpecie autem propoſita, nec pręceſſit
hęreditatis aditio, nec poteſt, aut pręſumi, eũ
11 ſi factã, † *vt ſcribunt Alcia. in d. l. ſi actionem*
24. nu 6. C. de pact. & Maſcard. d. concl. 40. nu.
8. aut ex renuntiatione induci, cum hęc, tã-
quam ſimplex vim aditionis non habeat,
12 † *vt ſcribit Caſtren in d. l. 1. §. inde Neratius, nu.*
2. ff. ad Trebell. & in dubio cenſeatur potiùs
facta animo ſe abſtinendi ab hęreditate, quã
quod renuntians voluerit ius ſuum in alium
13 transferre, † *vt declarat Alcia. in d. l. ſi actionem,*
num. 8. Non poteſt igitur iure donationis
cenſeri.

Nec obſtat fratris pręſentia, quia cum non
fuerit neceſſaria, & ſic fuerit adhibita ex abũ
danti, non debuit per conſequentias renun-
14 tiationis naturam alterare. † *Ita Caſtr. in d.*
l. 1. §. inde Neratius, num. 2. & d. conſ. 252. num.
1. verſ. Nec obſtat, vol primo.

Tertius caſus eſt, quando renuntiatio
fuit quidem facta ante hęreditatis acquiſitio
nem, ſed conſtat, vel ex verbis, vel ex conie-
cturis filiam renuntiaſſe cõtemplatione ſo-
lius fratris recipientis, & ei tantum voluiſſe
prodeſſe, Et tunc verius, & receptius eſt illi
15 ſoli partem renuntiantis applicari, † *Ita enim*
ſcripſerunt Bald. in d. l. pactum. 3. num. 6. & ibi
Caſtr. nu. 8. C. de collat. Caſtr. in d. l. 1. §. inde
Neratius num. 2. ff. ad treb. & conſ. 135. num. 3.
conſ. 252. num. 2. verſ. pro cuius, vol. 1. Alex. d.
conſ. 149. num. 5. 6. & 8. vol. 7. Ruin. d. conſ. 98.
num. 17. vol. 1. Soc. Sen. d. conſ. 34. nu. 1. verſ. ſicut
diximus vol. 4. Dec in d. l. ſi actionem. 24. num. 4.
& ibi Alcia. num. 6. & 9. C de pact. Crott. in d. l. re
coniuncti num. 157. Surd. d. conſ. 133. num. 23.
d. conſ 244. num. 11. in fi. & num. 12. & d. conſ.
446. num. 13. Hoc enim eſt, quod dicimus, re-
nuntiationem illi tantum prodeſſe, cuius
16 cõtemplatione facta fuit. † *vti videre eſt apud*
Boer. deciſ. 184. num. 4 Surd. d. conſ. 244. nu. 11.
17 Et ratio eſt, quia † talis renuntiatio non va-
let, vt repudiatio hęreditatis, quoniam hoc
modo non ſortiretur eum effectum, quem
renuntians cogitauit: Voluit enim ſuam re-
nuntiationem prodeſſe ſoli recipienti, & ta-
men prodeſſet omnibus, ſi valeret, vt repu-
diatio, ſed valet, vt donatio, & tranſlatio
iurium, quę, quia fieri non poteſt, niſi poſt
ius quęſitum, ideo per neceſſariũ antecedens
ſupponit renuntiantem priùs hęreditatem
quęſiſſe, deinde renuntiaſſe. *Ita declarant*
Caſtr. in d. l. 1 §. inde Neratius nu. 2. ff. ad Treb.
& in d. l. pactum. 3. nu. 8. C. de colla. Alex. d. conſ.
149 num. 6. vol. 7. Soc Sen. d. conſ. 34 num 1. vol.
1. Dec in d. l ſi actionem. 24. num. 4. C. de pact.
Crott. in d. l. re coniuncti, num. 157. Dicitur au-
tem de tali voluntate conſtare ex verbis, non
ſolum, ſi renuntiatio fiat per modum dona-
tionis, aut ceſſionis, ſed etiam, ſi per modum
pacti; nam hoc non niſi paciſcenti proderit
18 † *l. ſi actionẽ 24. & ibi Bald. num. 1. Alex. num.*
2. Iaſ. num. 2. verſ. vnde fa ti Dec. num. 3. Alcia.
num. 3. C. de pact. Alex. d. conſ 149. num. 5. & 8.
vol. 7. Ruin. d. conſ. 98. num. 17 vol. 1. Iaſ. in l. ſi
vnus. 28. § ante omnia num. 3. C. de pact. Crott.
in d. l. re coniuncti, nu. 159. Boer d. deciſ. 184. nu.
4. Surd. d. conſ. 244. num. 10. & 14. in fi. & num.
18. verſ. nec obſtat. Ex coniecturis verò dẽ
eadem voluntate cõſtare dicitur, ſi renuntiãs
19 ſe obligauerit de euictione, † *ſecundum Alcia.*
in d. l. ſi actionem. num. 9. vel, ſi ſoli renuntia-
uerit ei, a quo ſolo fuerit dotata: nam tunc
cenſebitur renuntiaſſe in remunerationem
20 dotationis, † *vt ſcribunt Soc. Sen. d. conſ. 34. nu.*
1. vol. 4. Boer. d. deciſ. 184. num. 4. Crott. in d. l.
re coniuncti num. 157. Alcia. in d. l. ſi actionem
num 9. Surd. d conſ. 244 num. 14. Et, quamuis
plerique contrarium ſentire videatur, *vt Caſtr.*
in d. l. pactum. num. 8. qui loquitur de fratre, qui
ſolus dotauerat ſororem, non eſt tamen a ſupe-
riore ſententia, tanquam veriore & recep-
tiore recedendum, Cui non obſtant dicta
Dec. in d. l. ſi actionem. num. 4. dum ait, quod
dicitur renuntiationem omnibus prodeſſe,
intelligi,

intelligi, quando ſoror renuntiauit propter
dotem, Et ſimiliter dicta *Alcia. in d. l. ſi actio-
nem, num.* 5. dum ſcribit, renuntiationem,
omnibus prodeſſe, non obſtante, quod accep-
ta pecunia facta fuerit, quia ſoror cenſetur
pecuniam accepiſſe, vt non adiret, & repu-
diaret, nõ verò, vt donaret: nam reſpondeo,
hęc eſſe intelligenda, quando dos fuit data
ab omnibus, licet renuntiatio fuerit ab vno
tantum acceptata, vel, quando dos fuit data
ab vno, ſed nomine communi, quo caſu ve-
rum eſt, renuntiationem propter illam dotẽ
factam a ſorore cenſeri factam omnibus, li-
cet vnus tantum fuerit pręſens, & eam accep-
tauerit. Coeterùm, ſi ſoror ab vno tantum
fuerit dotata, magis eſt, vt eius ſolius con-
templatione, & commodo cenſeri debeat
hęreditati renuntiaſſe, *ſecundum ea, quę ſupra
diximus.*

Denique ſolius acceptantis commodo fa-
ctam renuntiationem dicimus, quando fuit
21 illi facta, qui non habet ius accreſcendi, † *vt
ſcribunt Alcia. in d. l. ſi actionem. num. 9. & Rub.
in d. l. pater filium.* 14. *num.* 150. *ff. de inoff. teſt.*
vt, quando filia renuntiauit patri acceptanti
pro ſe, & ſuis hęredibus bona materna: nam,
quia reſpectu patris inutilis eſſet renuntiatio,
ſi tamquam repudiatio valeret, cum pater,
vt extraneus, nec ſimul cum filijs ad vxoris
hæreditatem vocetur, nec per conſequentias
habere poſſit ius accreſcendi, quippe, quod
illis tantum competit, qui aliquam portionẽ
habent, *vt dicemus in 7. cap. q. 72. num.* 1. ideò
dicimus, renuntiationem hanc valere iure
ceſſionis, & donationis, & conſequenter ce-
dere commodo patris, & eius hæredum, qua-
22 leſcunque ſint; † *Ita ſcribunt Caſtr. d. conſ.* 252.
*num. 2. verſ. pro cuius, vol. 1. Alex. d. conſ. 149.
num. 5. uol. 7. Ruin. d. conſ. 98. num. 17. uol. 1. Soc.
Sen. d. conſ. 34. num. 1. & 5. uol. 4. Pariſ. d. conſil.
26. num. 31. & 39. & d. conſ. 59. num. 53. uolu. 3.
Boer. d. deciſ. 184. num. 4. Gabr. conſ. 135 num. 1.
uol. 2. Men. conſ. 6. num. 16. Surd. d. conſ. 244. nu.
7. uerſ. Attamen.* Itaque, ſi filij primi matri-
monij renuntiet patri pro ſe, & ſuis hęredibus
acceptanti bona materna, poſt patris obitum
proderit illa renuntiatio, non ſolum alijs li-
beris primi matrimonij, & conſequenter fra-
tribus vtrinque cum renuntiante coniunctis,
ſed etiam liberis ſecundi matrimonij, quia,
cum portio renuntiantis fuerit in hæreditate
patris, tamquam ei acquiſita, debet per con-
ſequentias inter omnes hæredes pro portio-
23 ne hæreditaria diſtribui. † *Ita ſcribunt Caſtr.
d. conſ. 252. num. 2. uerſ. breuiter, uol 1. Alex. d.
conſ. 149. num. 8. uol. 7. Boer. d. deciſ. 184. in fi. ubi
teſtatur, hanc eſſe communem, licet ſubijciat, con-
trarium fuiſſe iudicatum. Idem cenſuit Surd. d.
conſ. 244. num.* 13. Et hęc quidem dicuntur,
quando contemplatio habetur ab homine.

SVMMARIVM.

1 *Contemplatione alterius quoties quis a ſucceſſione remouetur, illi ſucceſſio debet applicari, cuius contemplatione remouetur.*
2 *Lucrum illi debet applicari, cuius contemplatione aufertur.*
3 *Portio foeminarum, excluſarum contemplatione maſculorum debet ipſis maſculis applicari, Declara, vt num. 5.*
4 *Statutum excludens foeminas habet uim non ſolum excluſiuam ſed etiam incluſiuam.*
6 *Portio filiæ ſtatuto excluſę non tantum fratri utrinq; coniuncto, ſed etiam conſanguineo applicatur, & cur, num. 7.*
8 *Portio filię ſtatuto excluſę non ſolum filijs, ſed etiam nepotibus ex filio applicatur.*
9 *Soror uterina nunquid excludatur ſtante ſtatuto, quod extantibus maſculis foeminę non ſuccedant.*
10 *Portio filię excluſę non ſolum fratri utrinque coniuncto, ſed etiam fratri, uel ſorori uterinę applicatur, Sed contra, num.* 13.
11 *Foemina a ſucceſſione excluſa pro mortua habetur, Declara, ut num. 15. & 16.*
12 *Paria ſunt non extare, uel non poſſe ſuccedere.*
13 *Portio filię excluſę maſculis extantibus, applicatur ſoli maſculo excludenti, non etiam alij puta foeminis non excluſis, uel etiam fratri uterino.*
14 *Statutum excludens foeminas proter maſculos intelligitur de maſculis eiuſdem matrimonij.*

An, & quando portio foeminę ſtatuto excluſæ accreſcat maſculo, cuius contemplatione facta eſt excluſio.

Quæſtio Quadrageſimanona.

NVnc videamus, quãdo contemplatio
habetur a lege, vel ſtatuto, vt euenit,
cum ſtatutum excludit foeminas a
ſucceſſione patris, aut matris extantibus maſ-
culis, quo caſu dicitur eas excludere contem-
platione maſculorum, an excluſarum por-
tio debeat illis ſolis applicari, quorum
contemplatione fuerunt excluſę, an verò
etiam alijs. Et generaliter quidem traditur,
quoties quis remouetur a ſucceſſione contẽ-
platione alterius, illi debere ſucceſſionem
applicari, cuius contemplatione remouetur
1 † *l. ſi defunctus 9. C. de ſuis, & legit. l. 2. §. ſi duo
fratres, & ibi not. Bart. ff. de coll. bon. Iaſ. conſ. 61.
col. 3. verſ. Confirmatur, quia, vol. 3. Soc. Sen. conſ.
5. num. 7. verſ. 6. vol. 1. Honded. conſ. 1. num. 77.
vol. 2. Men. conſ. 247. num.* 57. & lucrum, quo
quis priuatur contemplatione alicuius, illi
ſoli applicari, cuius cõtemplatione priuatur
2 † *l. poſt legatum. 5. §. amittere ff. de his, quib. vt
indig. l. pen. C. de legat. & ſcribunt Bart. in l. 2. §.
videndum num. 2. verſ pręterea ff. ad Tertul. Iaſ.
in l. ſeruo legato. 72. § ſi teſtator num. 4 ff. de leg.
primo, & d. conſ. 61. col. 3. verſ. confirmatur, quia,
vol. 3. Soc. Sen d. conſ. 5. num. 7. & conſ 84. num.
7. verſ monebar, vol. 1. & conſ. 241. nu. 9. verſ. 2.
vol. 2. Dec. in l. illam 19. nu. 9. verſ. 3. C. de collat.
Fabia. in Auth. nouiſſima, nu. 217. C. de inoffic.
teſtam. Decia. conſ 46. num. 32. vol. 3. Honded.
conſ. 6. num. 4. vol. 1. & d. conſ. 1. num. 78. vol. 2.*
Vnde infertur, in ſpecie ſtatuti, partem foe-
minarum, quę maſculis extantibus a ſucceſ-
ſione repelluntur, eſſe maſculis applicandã,
3 † *Ita enim tradunt Bart. in d. l. ſeruo legato. 72.
§. ſi teſtator, & ibi Iaſ. nu. 3. ff de leg primo, Bart.
in d. l. 2. §. ſi duo fratres num. 1. ff. de collat. bon.
Bald. in d. l. ſi defunctus. 9. num. 1. & ibi Caſtr.
num. 1.*

num.1.C.de ſuis,& legit.Soc.Sen. d.conſ. 5. nu.4.
in fi. & nu.ſeqq.& d.conſ.84. nu. 7. vol. 1. Dec.
in d.l.illam.19.num.10.C. de collat. Pariſ. conſ.
36.num. 30.vol.2.Soc.Iun.conſ.67. nu. 44. & 2.
ſeqq.vol.3.Fabia. in d. Auth. nouiſſima nu. 216.
C.de inoff.teſta.Ceph. conſ. 245. num. 36. Decia.
conſ 46.num.36. vol.3.Hond.d.conſ.6. num. 39.
vol.1.& d.conſ.1.num.103. vol. 2. Men.d.conſ.
247.num.59.Pereg.de fideic.artic.38.nu. 15. &
conſ.65.num.14.vol.1.& conſ.107.nu. 7. vol. 3.
4 quia † ſtatutum huiuſmodi duplicem vim
habere intelligitur, vnam excluſiuam reſpe-
ctu foeminarum, alteram verò incluſiuam
reſpectu maſculorum, *vt ſcribunt Bart. in d.*
l.2.§.videndum num.1.in fin.ff.ad Tertul. & in
l.liberorum.220.num. 16.verſ. nam ſtatutum.ff.
de verb.ſign.Bald.in l. maximum vitium. 4. nu.
2.verſ.& iſte ablatiuus C.de lib.preter.Soc.Sen.d.
conſ.241.num.7.verſ.4.vol.2. Pariſ. d. conſ. 36.
num.29.vol.2.Honded.d.conſ.1.num.73. vol. 2.
5 Idq; procedit ſine dubio † quando perſonę,
quę ſuperſunt,& ſunt in pari gradu ſucceſſio-
nis,nec a ſtatuto remanent excluſę, ſunt eius
cõditionis, vt omnium contemplatione cē-
ſeri poſſint excluſæ foeminæ,puta, ſunt om-
nes maſculi:tunc enim certum eſt portionē
foeminarū illis omnibus applicari *vt declarāt*
Soc.Sen d.conſ.84.nu.7.verſ.vnde perplexus,vol.
1.& d.conſ.241.nu.9.vol.2 & alij paſſim, adeo,
vt, etiāſi quidam ex ijs vtrinq; ſint cum ex-
cluſa coniuncti, quidam verò conſanguinei
tantum,& tractetur de hęreditate patris, de-
beat portio excluſę non ſolū fratribus vtrin-
quę; coniunctis,ſed etiam conſanguineis tan
6 tum applicari, † *vt ſcribunt Roma.conſ.411.in*
fi.Soc.Iun.conſ.67.nu.44.& ſeqq.vol. 3. Franch.
deciſ.26.num.4. verſ.quibus part. 1. Honded. d.
7 *conſ.1. nu. 101. vol. 2.* quia † cum omnes reſ-
pectu paternæ hæreditatis pares ſint, *vt dixi-*
mus in hoc cap. q. 47. num. 11. & ſic omnium
contemplatione cenſeatur excluſa foemina,
debet etiam per conſequentias omnibus ap-
plicari portio, *vt ſcribunt Roma. d. conſ. 411.*
num.1.in fi.Soc.Iun.d.conſ.67. num. 45. vol. 3.
Franch.d.deciſ.26.num.5.& 7. in fi. part. 1. Et
ſimili ratione, ſi ſuperſint filius, & ex filio
pręmortuo nepotes, debeat excluſę portio
non ſolum filio, ſed etiam nepotibus appli-
cari, quia, cum nepotes in locum patris ſui
ſuccedant, cenſetur filia, tam nepotum, quā
8 filij contemplatione excluſa. † *Ita ſcribunt*
Bald.in l. 1.num.7.C. de ſec.nupt.Soc.Sen.conſ.5.
num.7.verſ.8.vol.1.Iaſ.in l.Gallus.29.§.quidam
recte,nu.21.verſ. & pro iſta limitatione ff. de lib.
& poſth. in d.l. ſeruo legato.72.§.ſi teſtator nu.6.
verſ.amplia ff.de leg. primo.

Coeterùm,ſi præter maſculos,quorum cō-
templatione fuit excluſa foemina, ſuperſit
aliqua alia perſona non excluſa, quę pariter
cum illis ad inteſtati ſucceſſionem admitta-
tur,an portio excluſę debeat omnibus appli-
cari,an verò ſolis maſculis, magna ſolet eſſe
controuerſia,vtputa deceſſit quis relicto maſ
culos,& duabus foeminis, vna dotata,altera
verò indotata,vel etiam moniali,illa ſtatuto
excluditur maſculo extante, hæc verò non
item, quæritur, an illius portio non tantum
maſculo, ſed etiā indotatæ foeminę debeat
accreſcere,an verò ſoli maſculo. Vel moritur
mater relictis filio,& filia ex primo matrimo-
nio,& altera filia ex ſecundo, illa remanet
excluſa a ſtatuto, quod extantibus maſculis
foeminas a ſucceſſione matris repellit, hæc
9 verò (*ſecundum vnam opinionem*, † *quæ fuit*
Soc.Sen.conſ 84.num.1. verſ. his tamen vol. 1. &
Pereg.conſ.65.num.14.vol. 1.) non item, *licet*
Gabr.conſ.18.num.44.vol.2.Hond.conſ.1. num.
17.vol.2.& alij contra ſenſerint,quęritur, an il-
lius portio debeat ſoli maſculo excludenti,
& ſic fratri vtriq; coniuncto, an verò etiam
ſorori vterinæ applicari. Vel deniq; deceſſit
mater relictis ex primo matrimonio filio,
& filia, ex ſecundo verò filio, quęritur, an
ſtante ſupradicto ſtatuto portio filiæ debeat
ſoli fratri vtrinq; coniuncto, an verò etiam
vterino accreſcere. Et, quamquam plerique
cenſuerint excluſę partem non ſolū exclu-
denti, ſed etiam alijs omnibus qui cum eo
10 ſuccedunt,applicari,† *vt Soc.Sen. conſ. 84. nu.*
7.verſ.vnde perplexus, & num. 8. vol. 1. qui lo-
quitur de ſecundo caſu, & Gabr.conſ.15.nu.14.
vol.1.qui loquitur de tertio, quia,quę tempore
mortis eſt a ſucceſſione excluſa, pro mortua
11 habetur † *l. ſi necem. 4 §.ſi deportatus ff. de bon.*
*lib.l.1.§.pen ff de bon.poſſ.cōtratab.*cū paria ſint,
aliquem non eſſe, vel non poſſe ſuccedere
12 † *l.ſi poſt mortem.10.§.liberi ff.de bon. poſſ. con-*
tratab § ſed noſtra Inſt. de ſucceſſ. libert. Atqui,
ſi fuiſſet mortua, debuiſſet tota hęreditas
æqualiter inter maſculum excludentem, &
coeteros omnes diſtribui. Idem igitur eſt di-
cendum, & cum eſt a ſucceſſione excluſa.

Verius tamen,& receptius eſt, debere ſoli
maſculo,a quo fuit excluſa, non etiam alijs
13 applicari † *Ita enim de prima ſpecie cenſuerunt*
Abb.conſ.111.num.6. verſ. venio nunc ad tertiū
vol.2.Iaſ.in d.l.ſeruo legato 72.§.ſi teſtator.num.
6 ff.de leg. primo, Soc. Sen. conſ. 5. per tot.vol. 1.
Ruin.conſ.39.num.3.vol.3. Rub.in l.pater filiū.
14.num.178 ff.de inoff.Hond.conſ.6.nu. 13.vol.
1.De ſecunda vero Soc.Sen.d.conſ 84.num.7.vol.
1 licet in fin.conſ.dubius poſtea factus ab hac opi
nione recedat.Idem cenſuit Gabr.conſ.18.nu.19.
& ſeqq.vol.2.vbi ait, quamuis in fratre vterino
contraria opinio de rigore iuris defendi poſſit.pro
ut ipſe eam ſecutus eſt in d.conſ. 15. vol. 1. tamen
in ſorore hanc eſſe veriorem; Idem cenſuerunt
Franch. d.deciſ. 26 num. 6. part. 1. & Hond.d.
cōſ.1.n.72.96.99.& 101.vol.2.vbi teſtatur, hanc
eſſe receptiorem, & ab ea non eſſe in iudicādo re-
cedendum; De tertia demum ita cenſuerunt Soc.
Sen.conſ.241.num:9. verſ. tertium, & vltimum,
vol.2. Honded.d.conſ.1.num. 100. vol. 2. Pereg.
*d.conſ 65.num.14.vol.1.*nam, cum portio de-
beat illis applicari, quorum contemplatione
qs a ſucceſſione remouetur, *vt ſupra diximus*,
& filia dotata repellatur a ſucceſſione, non
contemplatione ſororis indotatæ, vel ſororis
vterinę, aut etiam fratris vterini, ſed contem-
platione fratris vtrinq; coniuncti, cum ſtatu-
tum excludens foeminas propter maſculos
intelligatur de maſculis eiuſdem matrimo-
14 nij, † *vt ſcribunt Soc. Sen. d.conſ.84 num.6. vol.*
1.& d.conſ. 241. num. 9. vol.2.Pereg.d.conſ.65.
*num.14. vol.1.*Conſequens eſt, vt illi ſoli ma-
ſculo debeat eius portio applicari.

Nec eſt contrarium, quod excluſa a ſuc-
ceſſione pro mortua habeatur, quia reſpon-
15 deo primo, id procedere, † quando perſona
eſt omni caſu excluſa, ſecus verò, quando po-
teſt

ſeſt in aliquo caſu ſuccedere, vt poteſt filia,
quæ maſculis extantibus a ſucceſſione repel-
litur, nam ſuccedere poteſt, ſi maſculi portio-
nem eius non acceptent, vel, ſi omnimodo
non ſuccedant; & ideò non poteſt ante maſ
culorũ acceptationẽ pro mortua reputari, *ut*
in his terminis declarat Honded. d. conſ. 1. num.
86. & ſeqq. uol. 2. Secundo reſpondeo, haberi
pro mortua, quoad eum, a quo excluditur, &
eius commodo. Cœterùm reſpectu aliorum
36 perinde haberi, ac, ſi ſuccederet. † *Ita declarãt*
Pariſ. conſ. 36. num. 29. uol. 2. & Hond. d. conſ. 1.
nu. 89. uol. 2. Et hæc de iure prælationis, quod
inter legali coniunctione iunctos conſidera-
ri poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio regulatur ſecundum ordinem coniũ-ctionis, & iuris accreſcendi.*
2 *Pręferuntur in ſubſtitutione ij tantum, qui, & in iure accreſcendi.*
3 *Pares in iure accreſcendi ſunt etiam pares in ſubſtitutione.*
4 *Pręlatio non habet locum inter ſubſtitutos pariter coniunctos.*
5 *Collectiuè uocati pręferuntur uocatis per copulã in ſubſtitutione.*
6 *Coniuncti diſiunctis pręferuntur in ſubſtitutione, & Cur, num. 7. & ſeqq.*
8 *Prędilecti debent alijs pręferri.*
9 *Teſtator, quos prędilexit in inſtitutione, cenſetur etiam prędilexiſſe in ſubſtitutione.*
10 *Subrogatum cenſetur eodem iure, quo id, in cuius locum ſubrogatur.*
11 *Subſtitutio eſt ſubrogata in locum iuris accreſcendi.*
12 *Subſtitutio coniuncta cum iure accreſcendi eſt potentior, quam ſubſtitutio ſimplex.*
13 *Coniuncti non pręferuntur diſiunctis, ſi ſubſtitutio ſit facta nominatim, & cur, num. 14.*
15 *Coniuncti an pręferãtur diſiunctis, ſi ſubſtitutio ſit facta relatiuè, & num. 16.*
17 *Coniuncti non præferuntur diſiunctis ex coniecturata mente defuncti, puta, ſi id uerba non patiantur, num. 18. ob uim pluralis locutionis, num. 19. uel ex alijs coniecturis, num. 20.*
21 *Verba, tam, quam, faciunt comparationem, Declara, ut num. 23.*
22 *Coniuncti pręferuntur diſiunctis, non obſtantibus uerbis, tam, quam.*
24 *Comparatio non fit, niſi inter diuerſa.*

De prælatione, quæ locum habet inter ſubſtitutos.

Quæſtio Quinquageſima.

SVpereſt, vt quarto, & vltimo loco videamus de ea prelatione, quę conſideratur inter ſubſtitutos, & diſpiciamus, an ex pluribus ſubſtitutis alter alteri pręferatus. Conſtat aũt in hac re ſubſtitutionẽ ſecundum iuris accreſcendi naturam, & ſecundum ordinem, quem in eo ſeruari diximus, ideſt
1 ordinem coniunctionis regulari † *l. cohęredi*
41. §. qui diſcretas ff. de uulg. & ſcribunt Bartol. in d. l. re coniuncti, num. 19. & ibi Iaſ. num. 101. uerſ. item ſubſtitutio. Io. Gaud. num. 41. Bald. in l. iam hoc iure. 4. in fi. ff. de uulg Imol. in d. §. qui diſcretas. Craſſ. in d. §. ius accreſcendi q. 8. nu. 2.
Nam, qui præferuntur in iure accreſcendi,
2 ſunt etiam alijs in ſubſtitutione potiores † *d. §. qui diſcretas & ſcribunt Ruin. conſ. 168. num. 12. uol. 2. Dec. conſ. 185. num. 4 uerſ. 3. Surd. conſ. 31. num. 10. & 40 uerſ. Quintum, &*, qui in illo pares ſunt, pariter quoq; ſunt ad ſubſtitutio-
3 nem admittendi, † *ut ſcribunt Bald. in d. l. iam hoc iure 4 in fin. ff. de uulg. Imol. in l. Lucius. 45. in prin. num. 12. uerſ. ultimo, & ibi Alex. nu. 20. Iaſ. num. 31. Alcia. num. 48. ff. eod. Rub. in l. Gallus. 9. §. quidam rectè num. 72. ff. de lib. & poſth.*
Quamobrem ad propoſitę quæſtionis deciſionem viderentur ea ſufficere, quæ de pręlatione coniunctorum in accreſcendi iure diximus *in qq pręced.* Sed, ne quęſtionem in forenſibus controuerſijs agitatam videamur generali tantum regula terminaſſe, neceſſarium eſſe duximus, totam hic eius tractationem diligẽti, & exacta interpretatione complecti, vt noſter hic (qualis, qualis ſit) labor non tantum profitentibus, ſed etiam in foro verſantibus aliquam vtilitatem afferre poſſit.

Cum autem quærimus, an ex pluribus ſubſtitutis alter alteri pręferatur, quatuor potiſſimum ſunt diſtinguendi caſus, quorum

Primus eſt, quando ſubſtituti ſunt omnes, non ſolùm reſpectu ſanguinis, ſed etiam reſpectu teſtamentariæ coniunctionis pares, puta ſunt omnes re tantum, aut verbis tantum, aut re, & verbis coniuncti, Et tunc certi iuris eſt, inter eos, tamquam in pari cauſa conſti-
4 tutos non dari prælationẽ, † *ut ſcribunt Purp. in l. 1. num 22. uerſ. eſt uerum C. de impub. & al. ſubſt. Gabr. conſ. 104 num. 7. uerſ non obſtat, uol. 2. Nat. conſil 323 num. 2. in fi.* Niſi ex ijs, qui re, & verbis ſunt coniuncti, quidam ſint collectiuè vocati, quidam verò copulatiuè: nam tunc collectiuè vocati, tamquam magis coniuncti debent alijs in ſubſtitutione præ-
5 ferri, † quemadmodum in iure accreſcendi pręferuntur, *ut diximus in hoc cap. quęſt. 45. num. 5.*

Secundus verò caſus eſt quando ſubſtituti ſunt diſpares reſpectu coniunctionis teſtamentarię, puta, quidam ſunt coniuncti, quidam verò diſiuncti, Et tunc certi iuris eſt, cõiunctos diſiunctis eſſe potiores, nec antea diſiunctos ad ſubſtitutionem admitti, quam
6 omnes coniuncti defecerint † *d. §. qui diſcretas, & ibi not. Bart. Bald. Imol. Caſtrenſ. Alex. Iaſ. Alcia. & alij, & tradunt etiam Bart. in d. l. re coniuncti, num. 19. & ibi Petr. de Bellut. num. 27. uerſ alius eſt, Iaſ. num. 101. Io. Gaud. num. 41. Bart. in d. l. Lucius. 45. in prin. nu. 21. ff. de uulg. Bald. in l. 1. num. 5. & ibi Iaſ. nu. 2. uerſ. 2. Purp. num. 21. uerſ. eſt uerum C. de impub. & al. ſubſt. Bald. in d. l. iam hoc iure. 4. in fi. ff. de uulg. Imol. in l. Titius 11. num. 3. ff. de hęred. inſt. Barbat. conſ. 35. num. 2. uerſ. pro certo uol. 1. Iaſ. conſ. 143. num. 7. uerſ. tenendo & num. 11. uerſ. 4. uolum. 4. Polit. de ſubſtit. in materia reciprocę num. 8. uerſ. 4. Ruin. conſ. 149. num. 12. conſ. 165. nu. 7. conſ. 168. num. 1. & conſ. 203. num. 21. uol. 2. conſ. 28. num. 13. uerſ. circa ſecundum, & conſ. 152. num. 10. uol. 3. Curt. Iun. conſ. 22. num. 8. & conſ. 161. num. 4.*

num.4.uerſ.confirmatur, Dec.conſ. 158. num.4.
uerſ.2.& conſ. 303.num.4 Pariſ.conſ.109. num.
10.uol.3.Gabr.d conſ. 104.num.7. uerſ. non ob-
ſtat,uol.2 Alb.conſ.511.num.8 Zaz.de ſubſtit. in
materia reciproçe,num. 11. uerſ. tandem , Decia.
conſ.62.num. 2.uol.2.conſ.56.nu. 10.uerſ.primo,
uol.3. Craſſ in d. §. ius accreſcendi q. 8. num. 2.
Men.de pręſ.lib 4.pręſ.75.num 4.& conſ. 50.nu.
15.conſ.124.nu. 107.uerſ. 7.& n.109.& conſil.
198.num 9.uerſ.primo ,& num. 10. Pereg. de
7 fideic. artic. 21. num.25. uerſ.2. Cuius rei † tri-
plex ſolet afferri ratio.

Prima,quia prædilecti ſemper alijs debent
8 pręferri † l.cum ita.33.§.in fideicommiſſo ff.de
leg 2.Sed coniuncti cēſentur in parte coniun-
ctorum pręditecti,quia,quos teſtator in inſti-
tutione prædilexit, cenſetur etiam in ſubſti-
9 tutione prædilexiſſe † l. 1. Cod. de impub. & al,
ſubſt. Debent igitur alijs in ſubſtitutione pre-
ferri. Ita ratiocinantur Ruin.d. conſ. 149.nu.
12.uol.2.Curt.Iun,d. conſ.22. num.8. & d. conſ,
161.num 4.uerſ. confirmatur, Dec. d. conſ. 185.
num 4.Purp.in d.l.1.num.21.C.de impub. & al.
ſubſt.Decia.d.conſ.56.num. 11.& 17.uerſ.4.uol,
3.Crau.conſ.43.num.2. Odd. conſ. 57. num. 10,
Men.d.lib.4.pręſ 75.num. 5.d.conſ. 124. num.
108. d. conſil. 198.num. 12.Pereg. d.articul. 21.
num. 36.

Secunda, quia ſubrogatum cenſetur eodē
10 iure, quo id, in cuius locum ſubrogatur † l. ſi
eum.10.§.qui iniuriarum ff. ſi quis cau. §.fuerat
Inſt.de actio. Sed ſubſtitutio ſubrogata eſt in
11 locum iuris accreſcendi † d. §. qui diſcretas,&
tradunt omnes, quos referemus in hoc cap. q. 54.
num.10. Ergo,quemadmodum in iure accre-
ſcendi coniuncti præferuntur diſiunctis l.un,
§.his ita definitis C.de cad.toll.l. heredes ſine par-
tibus.63.ff. de her. inſt. & diximus in hoc cap. q.
44. num. 2. ita etiam debent in ſubſtitutione
præferri. Ita Ruin.d.conſ. 168.num. 12.uolu.2,
Dec.d.conſ.183.num.4.uerſ.3.

Tertia demum, quia, qui duplex habet
vinculum, vnum tantum habenti pręfertur,
ut diximus in hoc ipſo cap.q.46 num.5.Sed con-
iunctus ſubſtitutus duplex habet vinculum,
nempe vinculum ſubſtitutionis,& vinculum
coniunctionis, ſiue iuris accreſcendi, quod
cum ſubſtitutione iunctum eſt, Diſiunctus
verò ſubſtitutus,non,niſi vinculum ſubſtitu-
tionis habet. Debet igitur coniunctus di-
ſiuncto pręferri. Quamobrem dicimus, ius
ſubſtitutionis vnitum cum iure coniunctio-
nis, & ſic cum iure accreſcēdi eſſe potentius,
quam ius ſimplicis ſubſtitutionis, & ei præ-
12 ferri, † Ita ſcribunt Bald. in d. §. qui diſcretas,
uerſ.ultimo,& ibi Imol.uerſ.item not. Alex.num.
2.uerſ.2.Iaſ nu.3. Bald. in l.in teſtamento. 6. nu.
10.C de teſt.mil.Iaſ.in d. l re coniuncti, num. 19.
uerſ.5.& ibi Io.Gaud.num.77.Iaſ.conſ. 143.nu.
11.uol.4.Ruin.conſ. 101. num. 19. uol. 2. conſil,
28.num.13.uerſ.circa ſecundum,& conſ.152.nu.
10.uerſ.contra uol.3.Crau.conſ.43.nu.2. Decia.
conſ.56.num.13.uerſ.& ſic patet,& num. 14.uol.
3.Hond.conſ.49.nu.74.uol.2. Surd. conſ. 31.nu.
7.& conſ.120.num.25.Pereg. de fideic. articul.9,
num.14.& artic.21.num. 35.

Nec eſt, quod aliquis obijciat in coniun-
cto ſubſtituto non poſſe duo vincula conſi-
derari, quia vinculum iuris accreſcendi vi-
detur per ſubſtitutionem ſublatū l. 2. §. ſi duo
ff de bon.poſſ.ſec. tab. & nos latius diximus in 10.
cap.q.20.nu.4.& ſeqq. Qua ratione motus Alcia.
in d.§.qui diſcretas.n. 2. & 3 ſupradictā rationē
improbauit, quia reſpondeo,negando,in pro-
poſita ſpecie vinculum iuris accreſcendi eſſe
ſublatum:nam, quoties teſtator ſubſtituit eū-
demmet coniunctum, non cenſetur id face-
re, vt ius illius diminuat,ſed potiùs,vt augeat,
& ſic non cenſetur excludere ius accreſcen-
di, ſed illud cum ſubſtitutione coniungere,
ut not. in l.teſtamento.6. C. de impub. & al. ſubſt.
& nos latè dicemus in 9.cap.q. 31. nu. 1. & ſeqq.
Quo fit, vt ſubſtitutio, tamquam coniuncta
cum iure accreſcendi debeat ſubſtitutioni
ſimplici præualere.

Sed hęc, licet regulariter vera ſint, inter-
dum tamen non procedunt.

Primum enim, ſi coniuncti, & diſiuncti
nominatim fuerint ſubſtituti, pariter om-
13 nes admittentur, † ut ſcribit Pereg. de fideic. d.
14 artic. 9. num. 14. quia † teſtator nominando
ſubſtitutos cenſetur omnes exæquare l. ſi here-
des nominatim.127.ff.de leg.primo.

Hinc inferunt plerią; ſi ſubſtitutio ſit facta
15 relatiuè. † ceſſare diſpoſitionem d. §. qui diſ-
cretas, quia relatio vim nominationis habet.
Verùm hæc ſententia non eſt vllo modo re-
cipienda,quia in ſpecie d.§ qui diſcretas, ſub-
ſtitutio fuerat facta relatiuè: nam dixerat te-
ſtator,quos inuicem ſubſtituo,& tamen non ob-
ſtante relatione priùs coniuncti,quam diſiū-
cti vocati ſunt. Non ſufficit ergo relatio ad
excludendam coniunctorum prælationem
ut ſcribit Ruin. conſ. 165. num. 8. uol. 2. Planè
hoc ita demum verum eſt,ſi relatio ſit ſpecia-
lis; Cœterùm,ſi ſingularis,magis eſt, vt æqua
16 liter vocet omnes ſubſtitutos. † ut ait Ruin.d.
conſ.165.num.8. uol. 2. quia ſingularis relatio
fieri non poteſt,quin,aut nomina ſubſtituto-
rum,aut quid aliud exprimatur,quod funga-
tur vice nominum,quo caſu dubium non eſt,
quin omnes pariter admittendi ſint.ſecundum
ea, quę diximus ſupra num. 13.

Secundo verò ceſſat coniunctorum prela-
tio, ſi teſtatoris voluntas, etiam præſumpta
17 refragetur, † ut ſcribunt Bart.in d.l.ult.num.1.
in fi.& ibi Ang.num.1.ff.ad Treb. Decia. conſil,
62.num.2.in fi.& num.9.uol.2. puta, quia ver-
ba non patiantur, ſolum coniunctum videri
18 a teſtatore vocatum,† ut declarant Bart.in d.l.
ult.num.1.in fi.& ibi Ang.num.1.Decia. d.cōſ.
62.num.2.uerſ.ad hoc, & num.9. uolu. 2.Men,
conſil.50,num.18.uerſ.3.Nam,ſi teſtator ita di-
xerit,ſubſtituo ſuperuiuentes,& vnus tantum
ſuperſit coniunctus,in quo participium illud,
ſuperuiuentes,verificari non poſſit,magis eſt,
vt diſiuncti ſimul cum alijs cenſeantur a te-
19 ſtatore vocati, † ſecundum ea,quę dicemus in
hoc cap.q.56.num. 62. Ita in his terminis ſcripſe-
runt Ruin.conſ.168.num.12.uolum. 2.Men.d.
conſ.50.num.18.uerſ.3.& num.19.& 23.& Pe-
reg.d.artic.9.num.14. & d. articul. 20.num.17.
Idem eſt,ſi ex alijs coniecturis poſſit apparere
20 de tali voluntate defuncti, † ut ſcribunt Bart.
in d.l fin.num.1.in fin.& ibi Ang.num.1. ff. ad
Trebell.Decia.d.conſ 62.num.2.in fi.uol.2.

Planè de illo nonnunquam dubitatum eſt,
an ad excludendam coniunctorum pręlatio-
nem ſufficiens eſſet voluntatis coniectura,
quę ſumebatur ex eo, quod teſtator poſtea,
quam

quam Cai filios in dimidia,& Sei filios in al-
tera dimidia ſcripſerat hęredes, ita ſubiece-
rat, Et, ſi quis eorũ deceſſerit ſine liberis, ſub-
ſtituo ſuperuiuentes, tam ex filijs Cai, quam
ex filijs Sei. Videbatur enim ſufficiens pro-
pterea, quod natura illarum dictionum, tam,
quam, eſt, vt æqualem inter nominatos com-
21 parationem faciat † *l. cum ſcimus. 21. §. ſin au-
tem C. de agric. & cenſ. lib.* 11. Sed hoc non ob-
ſtante ex facto conſulti contrarium reſpon-
22 derunt † *Iaſ. conſil. 143. per tot. volum. 4. & Dec.
conſil. 185. per totum, quos referunt, & ſequun-
tur Alcia. in d. §. qui diſcretas, num. 8. Peregr. d.
artic. 20. num.* 17. quoniam illa verba, tam,
quam faciunt quidem comparationem reſ-
pectu vocationis, cum vocent ad partem de-
ficientis omnes, tam filios Cai, quam filios
Sei, ſed non faciunt eam reſpectu ordinis:
nam vocant omnes, ſed non eodem tempo-
re, quia diſiuncti cenſentur vocati poſt con-
23 iunctos,& ſic ordine ſucceſſiuo. † *Ita reſpon-
det Dec. d. conſil. 185. num. 4. verſic. Non obſtant
allegata*, Quę reſponſio probabilior eſt illa
Iaſ. d. conſil. 143. num. 13. verſic. ſecundus, dicen-
tis facere quidem comparationem, ſed in ſua
tantum linea, quia certi iuris eſt, comparatio-
24 nem non fieri, niſi inter diuerſa † *l. 2. C. comm.
de leg. §. ſed non vſq;, Inſt. de legat.*

Et hæc quidē de coniunctis diſiuncto prę-
ferendis generaliter dicuntur. Specialiter ve-
rò, ſi quæramus, quando locum habeant, de
duobus erit diſpiciendum, Primo, de quibuſ-
nam coniunctis ſit accipiendum, quod dici-
mus, coniunctum ſubſtitutum eſſe diſiuncto
præferendum. Secundo verò, in quibus ſub-
ſtitutionibus id procedat.

SVMMARIVM.

1 *Coniunctus re, & verbis pręfertur diſiunctis in
ſubſtitutione.*
2 *Coniunctus verbis tantum præfertur diſiuncto
in ſubſtitutione, & cur, num. 3.*
4 *Coniuncti re tantum non præferuntur alijs in
ſubſtitutione.*
5 *Diſiuncti ſubſtituti ſimul cum coniunctis ad-
mittuntur ad partem diſiuncti, & cur, num. 6.
Declara, vt num. 7.*

Qui coniuncti diſiunctis in ſubſti-tutione pręferantur.

Quæſtio Quinquageſimaprima.

ET in prima quidem quæſtione conſtat,
haud dubiè de re,& verbis coniunctis
accipi: nam hi diſiũctis in ſubſtitutio-
1 ne præferuntur † *d. §. qui diſcretas, & ſcribunt
Iaſ. in d. l. 1. num. 2. verſ. 2. C. de impub. & al. ſub.
& d. conſil. 143. num. 8. verſ. modo, vol. 4. Ruin. d.
conſil. 168. num. 1. vol. 2. Crau. d. conſil. 43. num.
2. Decia. d. conſil. 62. num. 2. vol. 2. & d. conſil. 56.
num. 12. vol. 3. Men. d. lib. 4. præſ. 75. num. 4. &
d. conſ. 191. num. 10. Perig. de fideic. d. artic. 21.
num. 34. verſicul. difficultas, Hoto. Ill. quæſt. 44.*
Sed, & ſi ſint coniuncti verbis tantum, magis
2 eſt, vt & ipſi præferantur, † *vt ſcribunt Purp.
in d. l. 1. num. 21. verſ. quinimo C. de impub. & al
ſubſt. Odd. d. conſil. 57. num 1. iuncto num. 6. verſ.
neque, Surd. d. conſil. 31. num. 4. iuncto num. 34
uerſ. remouetur, & num. 37. verſ non obſtat, Quic
quid ctiuſuerit Decia. d. conſil. 56. num. 13. vol. 3.*
3 quia, † cum ſint potiores in iure accreſcen-
di, *vt verius, & receptius eſſe demonſtrauimus
in hoc cap. q. 46. nu. 50. & ſeqq.* conſequens eſt,
vt debeant etiam in ſubſtitutione præferri,
ſecundum ea quæ diximus in q. præc. num. 1.

Planè, ſi ſint coniuncti re tantum, ſiue, vt
frequentiùs dicimus diſiuncti, verius eſt, nō
4 habere eos ius prælationis, † *vt ſcribit Decia.
d. conſil. 56. num. 13. vol. 3.* Itaque, ſi plures con-
iuncti, pluresque diſiuncti fuerint inuicem
ſubſtituti, ſi quidem vnus ex coniunctis de-
ficiat, cœteri diſiunctis pręferrentur, ſi verò
deficiat vnus ex diſiunctis, omnes tam con-
iuncti, quam diſiuncti ad ſubſtitutionem ad-
5 mittentur † *vt ſcribunt Caſtr. in d. §. qui diſcre-
tas, num. 2. & ibi Alexand. num. 3. verſ. quærit,
Alcia. num. 8. in fin. Curt. Iun. d. conſ. 22. num. 8.*
6 quia, † cum omnes reſpectu deficientis pa-
res ſint, debent etiam per conſequentias pa-
riter admitti, *ſecundum ea, quæ diximus in hoc
cap. quæſt. 45. num. 23.* Quod tamen ita erit ac-
cipiendum, vt omnes quidem, tam coniun-
cti, quam diſiũcti pariter vocentur, ſed con-
iuncti veniant in vnam portionem, & pro
vna perſona reputentur, diſiuncti verò virili-
7 ter admittantur, † *vt declarant Caſtrenſ. in d. §.
qui diſcretas, num. 2. & ibi Alex. num. 3. verſicu.
quærit, Alcia. num. 8. in fi.* quia cenſentur om-
nes pro hæreditarijs partibus ſubſtituti *d. l. 1.
C. de impub. & al. ſubſt.* Et hæc de prima quæ-
ſtione.

SVMMARIVM.

1 *Coniuncti præferuntur diſiunctis in ſubſtitutio-
ne vulgari, & num. 2.*
3 *Coniuncti præferuntur diſiunctis in ſubſtitutio-
ne pupillari.*
4 *Coniuncti non præferuntur diſiunctis in ſubſti-
tutione fideicommiſſaria, & cur, num. 5. Sed cō-
tra num. 7 & cur, num. 8. & ſeqq.*
6 *Declaratur l. is, qui complures. 92. ff. de leg. 3. &
num. 13. & ſeqq.*
11 *Teſtator, quos prædilexit in inſtitutione, cenſetur
etiam in fideicommiſſo prædilexiſſe.*
12 *Declaratur l. cohæredi. 41. §. qui diſcretas ff. de
vulg.*
19 *Argumentum a fortiori, quando valeat.*

In quibus ſubſtitutionibus coniũ-cti diſiunctis præferantur.

Quæſtio Quinquageſimaſecunda.

QVod autem attinet ad ſecundam cō-
ſtat diſpoſitionem *d. §. qui diſcretas*,
habere locum in vulgari, ſiue in reci-
1 proca, quæ in vulgarem reſoluitur, † *vt ſcri-
bunt Bald. in d. §. qui diſcretas. verſ. vltimo, & ibi
Imol. verſic. item not. Ruin. d. conſ. 168. num. 12.
vol. 2. d. conſ. 28. num. 13. verſ. circa ſecundum, &
d. conſ. 152. num. 10. verſ. contra, vol. 3. Decia. d.*

*conſ.56.num.13.verſ.2.volum.3. Odd.d.conſ.57.
num.1.verſ.2.& num 9. Men.d. conſ 198.num.
24. Pereg de fideic.d.artic 9.num,14.articul 20.
num.17.& artic.21.num 35 & 36.* nam de hac
loquuntur, qui ſimpliciter aiunt, in recipro-
2 ca coniunctos eſſe diſiunctis potiores † *vt
Bald.in d § qui diſcretas & ibi Imol. Alex. Iaſ.
Ale & alij, Barbat d conſ. 35.num.2.verſ pro cer-
to, volu.1. Ruin.d. conſ 165 num 7 d.conſ.168.
num.1.vol.2. Gabr. conſ. 121. in prin, vol. 1. &
Pereg.d artic 21.num.25.verſ. 2.*

Sed, & ſi pupillaris ſit ſubſtitutio, idem eſſe
3 probandum † *Gabr. d.conſ.121.nu.7. in fi. vol.
1. Mantic.de con.vlt.vol.lib.5.tit.11.nu.10. Men.
d.conſ.198.num.24.& d.lib 4 praeſ. 75. num.14.
Andr.Fach.lib.4 contro.cap.86. & alij* plerique
cenſuerunt, & rectè: nam & in ea militat prę-
dilectionis ratio, quæ facit prælationi locum,
vti mox dicemus.

Planè de fideicommiſſaria magna ſolet
eſſe quæſtio, nunquid in ea procedat diſpoſi-
tio *d. §. qui diſcretas*: Nam pleriq; negant ha-
4 bere locum, † *vt Ruin.d.conſ.168. num.13. &
conſil.131.num.8.verſ. & iſtud confirmo, vol.2.
& d.conſ.28.num.14.verſ.nam, vbi, vol.3. Decia.
d.conſ.56.num.13.verſ.2.vol.3. Men. conſ. 327.
num.94.* moti

Primum ea ratione, quia ceſſat in fideicō-
miſſaria ratio, propter quam diximus, con-
5 iunctum eſſe diſiuncto pręferendum: † nam
ideo præfertur in vulgari, quia, cum hęc ſub-
ſtitutio ſit coniuncta cum iure accreſcendi,
& ſic per eam ſubſtitutus veniat, & tamquā
ſubſtitutus, & tamquam coniunctus, debet
per cōſequentias ei præferri, qui venit ſolum,
vt ſubſtitutus, *vt diximus in hoc cap.q.50.num.
12.* At hæc ratio ceſſat in fideicommiſſaria,
quia, cum hęc ſubſtitutio non habeat locum,
niſi poſt portionem acquiſitam *l ille, a quo.13.
§ ſi de teſtamento ff ad Trebell.* quo tempore ius
accreſcendi ceſſat, *vt dicemus in 7.cap.q.59.nu.
19.* non poteſt per conſequentias dici coniū-
cta cum iure accreſcendi, & ſic non poteſt
ſubſtitutus dici venire, & tamquam ſubſtitu-
tus, & tamquam coniunctus, ſed ſolū, vt ſub-
ſtitutus quomodo venit diſiunctus. Quo fit,
vt cum - ill cauſa prælationis, & ambo ſub-
ſtituti pares ſint, debeant quoque per conſe-
quentias pariter admitti. *Ita arguunt Ruin.d.
conſ. 168 num. 13. vol. 2.& d.conſ.28 num.14.
vol.3. Decia.d.conſ 56.num.15.& 16. vol.3.*

Secundo mouentur *l. is qui complures. 92.ff.
de leg.3.* ubi Valens, *Is, qui complures libertos re-
liquerat,* inquit, *tribus ex ijs fundum legauerat, &
petierat, vt curarent, ne de nomine ſuo exiret,* & in
fine, *an omnium collibertorum, & non eorum tā-
tum, quibus pariter legatum eſſet, fideicommiſſi pe-
titio eſſet, dubitabatur. Et Iulianus rectè omnibus
deberi putauit*; nam ex his verbis ita argumē-
6 tantur, † Si in fideicommiſſis coniuncti prę-
ferrentur diſiunctis, vtiq; liberti, quibus fun-
dus legatus erat, debuiſſent alijs collibertis
pręferri, quoniam illi erant in legato coniū-
cti, vt probatur ex illis verbis, *qui in legato ſibi
coniuncti eſſent*. Atqui pariter omnes admiſſi
ſunt. Non eſt igitur in fideicommiſſis locus
diſpoſitioni *d. § qui diſcretas*, quę coniunctos
diſiunctis in ſubſtitutione præfert. *Ita arguit
Ruin.d.conſ.168.num.13.vol.2.& d.conſil.28.
num.14.vol.3.*

Verùm his non obſtantibus contrariam
opinionem conſtat eſſe receptiorem, ſcilicet
etiam in fideicommiſſaria coniunctos eſſe
7 diſiunctis præferendos. † *Ita enim cenſuerunt
Iaſ.conſ.143.num.8.verſ.modo, vol. 4. Ruin.cōſ.
152.num.10.& 11.vol.3. Dec conſ. 185.num. 4.
Soc. Iun.conſ.66.nu.5.volu.3. Gabr.conſ.121.in
prin.vol.1. Crau.conſ.43.num.2. Decia. conſ.62.
nu.2.in fin.vol.1. Odd.conſ.57. num.8. & 9. vbi
teſtatur hanc ſententiam eſſe communem, & tenē-
dam in iudicando, Men.d.conſ.198. nu.24. conſ.
686.num.17.conſ 841.nu.15.& d.lib.4.praeſ.75.
nu.19. Pereg.de fideic.d.artic.9.nu.14.d.art.20.
nu.17.& d.art.21.nu.35.verſ ſed hęc ſolutio, &
nu.36.* Quam ſententiam veriſſimam eſſe pu-
8 to, non quia † ſubſtitutio, tamquam coniun-
cta cum iure accreſcendi naturam eius aſſu-
mat, & per conſequentias operetur, vt coniū-
ctus diſiuncto debeat præferri, *vt arguunt Iaſ.
d.conſ.143.nu 9.verſ.3.vol 4 Crau.d.conſ.43.n.
2. Hond.d.conſ.49.num.74. vol.2. Men.d.conſil.
198.nu.25.& d praeſ 75.nu.20.* nam verius eſt,
9 † fideicommiſſariam, vt potè, quæ non, niſi
poſt acquiſitionem locum habet, non poſſe
dici coniunctam cum iure accreſcendi *vt ſcri
bunt ij, quos retulimus ſupra poſt num. 5. & nos
latiùs dicemus in 9. cap. q. 40. per tot.* Sed quia
10 † teſtator, quos in inſtitutione prædilexit, cē-
11 ſetur etiam in fideicommiſſo pręd ilexiſſe † *l.
Lucius.78.§ pater puerum ff.ad Treb. & ſcribit
Bart.in d l.vlt.nu.3. & ibi Alex. in add.in verb.
vniuerſaliter ff eod. Iaſ.d. conſ 143. num 8 verſ.
modo, vol 4. Soc Sen. conſil 49 num.8 volum.1.
Ruin.d.conſil.152.nu.11.vol. 3. Dec.d. conſ.185.
nu.4 Odd.d.conſ.57.nu.10. Men.conſ.124.n.11.*
Itaq; prelationis cauſa non ex iure accreſcē-
di, ſed ex prędilectione, & maiore teſtatoris
affectione, quę ex coniunctione colligitur,
deduci debet. *ut declarant Ruin. d. conſ. 152.
num.11.vol.3. Odd. d conſ.57 num. 10.*

Neq; obſtant contraria; nam ad primum
reſponſio patet ex ijs, quæ diximus, ſcilicet,
quia, quamuis in fideicommiſſaria ceſſet vna
cauſa, nempe coniunctio ſubſtitutionis cum
iure accreſcendi, non tamen ceſſat alia, nēpe
teſtatoris prædilectio ex præcedenti coniun-
ctione ducta, quæ prælationi facit locum;
ſecundum ea, quæ diximus nu.7. & ſeqq.

Ad ſecundum verò reſpōdeo, duos in hac
re poſſe conſiderari caſus, quorum vnus eſt,
quando ſubſtituti fuerunt omnes inſtituti,
Et tunc procedunt ea, quæ diximus, ſcilicet
coniunctum in inſtitutione, cenſeri in parte
coniuncti coeteris prędilectū, tam in vulgari,
12 quam in fideicommiſſaria: † *Et ita intelligitur
§. qui, diſcretas, ut declarant Decia.d conſ.56.nu.
17.verſ.4.vol.3. Pereg.d. art.21. num. 36.* Alter
verò caſus eſt, quando cum inſtitutis ſubſti-
tuuntur, & vocantur etiam alij, qui non erāt
in inſtitutione vocati, Et tūc verius eſt, con-
iunctionem pręcedentē nihil operari, & ideo
ſubſtitutos omnes eſſe pariter admittendos,
13 *Et ita procedit l. is, qui complures,* † *ut declarant
Decia.d.conſ 56.nu.18 vol.3.licet l.illam non ad-
ducat, & Pereg.d.art.21.nu 36.* Et quamquam
14 Peregrinus ibi putet, † aliud eſſe in vulgari ſub
ſtitutione. dicendum propter coniunctio-
nem, quam habet cum iure accreſcendi, ve-
rius tamen eſt, idem etiam de vulgari ſta-
15 tuendum eſſe, † *ut rectius cenſuit Decia. d.
conſ.*

Digitized by Google

16 *conſ. 56. num.* 18. quia † coniunctio plurium facta in inſtitutione præcedenti non operatur ſuos effectus reſpectu adiecti etiam in vulgari ſubſtitutione *l. qui complures. 32. ff. de vulg. & nos declarauimus in hoc cap. q. 35. num. 64. & ſeqq.*

17 Diuerſitatis autem ratio eſt, quia, † quando ſubſtituuntur illi tantum, qui fuerunt inſtituti, ſubſtitutio fit relatiuè: nam teſtator ait, *quos inuicem*, vel, *eos inuicem ſubſtituo*, quo caſu, quia relatio cenſetur facta cum omnibus qualitatibus annexis perſonis, quæ referuntur *ex doctr. Bart. in l. 1. ff. de receptat.* & ex ijs quædam habebant qualitatem cõiunctionis, quędam diſiunctionis, & ſic illę habebãt qualitatem prędilectionis, & maioris teſtatoris affectionis, quę prælationẽ operatur, ideò fit, vt in ſubſtitutione cenſeatur eadem qualitas repetita, *vt conſiderant Bald. in d. §. qui diſcretas, & Decia. d. conſ. 56. nu.* 18. At verò, quãdo ſubſtituuntur cum inſtitutis alij, qui non fuerant in inſtitutione vocati, non poteſt haberi hęc relationis ratio, quia dato etiã, quod ſubſtitutio fieret reſpectu inſtitutorum relatiuè, non poteſt tamen intelligi facta cũ repetitione alicuius qualitatis præcedẽtis, quippe, quę reſpectu adiectorũ nulla fuit. Nil mirum igitur, ſi pariter omnes admittantur. *Ita eleganter Decia. d. conſ. 56. num. 17. verſ. 4. vol. 3.*

Nec eſt, quod obijcias, imò, ſi coniuncti pręferuntur diſiunctis, qui fuerunt inſtituti, licet non in eadem oratione, multo magis eſſe pręferendos adiectis, qui nullo modo vo-
18 cati ſunt, † quia alioquin melioris eſſent cõditionis nõ inſtituti, quam inſtituti, & ſic minus dilecti, quam magis dilecti, *contra l. Publius. 36. §. Titia ff. de cond. & demonſt. vt arguit Curt. Iun. d. conſ. 22. num. 8.* quia (*vt Decia. d. conſ. 56. nu. 19. vol. 3. & aliorum ſolutiones omittam*) reſpondeo, argumentum a fortiori nõ
19 valere, † quando diſpar eſt maioris, & minoris ratio, prout eſt in ſpecie propoſita: nam reſpectu inſtitutorum conſideratur natura relationis, quæ reſpectu adiecti conſiderari nullo modo poteſt, *vt ſupra dictum eſt*: Alioquin ſequeretur, quoties teſtator ſimul cum inſtitutis aliquem ſubſtituit, quem priùs non vocarat, ſemper eum cenſeri vocatum poſt aliorum omnium defectum, quia ſemper ſubeſſet conſideratio ſupradicta, quod tamẽ perſpicuè falſum eſt, *d. l. qui complures. 32. ff. de vulg. & in propoſito animaduertit Decia. d. conſ. 56. num. 19. vol. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Maſculi hæredes vniuerſales præferuntur foeminis particulariter inſtitutis in ſubſtitutione reciproca, & cur, num. 2. & ſeqq. maxime ſtante ſtatuto excluſiuo foeminarum, num. 5.*
3 *Teſtator, quos coniunxit in inſtitutione, cenſetur etiam coniunxiſſe in ſubſtitutione.*
4 *Teſtator, quos prædilexit inſtituendo, cenſitur etiam prædilexiſſe ſubſtituendo.*
6 *Foemina particulariter inſtituta non cenſentur ad ſubſtitutionem reciprocam vocatæ etiam poſt maſculorum defectum, & num. 20. & cur, nu. 7. & ſeqq. Sed contra nu. 9. & 10. & cur, nu. 11. & ſeqq. et lãſi ſubſtitutio ſit pupillaris n. 22. & ſeqq. Diſtingue tamen, vt nu. 16. & ſeqq.*
12 *Filiorum appellatione continentur etiam filiæ.*
14 *Hæredis appellatione propriè non continetur hæres particularis, Declara, vt num. 19.*
18 *Verba teſtatoris ſunt accipienda propriè, non impropriè.*
25 *Foemina particulariter inſtitutæ quibus caſibus cenſeantur ſimul cum maſculis ad reciprocam ſubſtitutionem vocatæ, & num. ſeqq.*

An, & quando hæredes vniuerſales præferantur hæredibus particularibus in ſubſtitutione reciproca.

Quæſtio Quinquageſimatertia.

TErtius caſus eſt, quãdo ſubſtituti ſunt omnes pares reſpectu diſiunctionis, ſed ſunt diſpares reſpectu inſtitutionis, puta, quia teſtator inſtituit filias in certis rebus, vel quantitatibus, filios verò inſtituit hæredes vniuerſales, deinde ſubiecit hęc verba, *& omnes filios meos inuicem ſubſtituo*, Et tũc, ſi deficiat vnus ex maſculis, fatentur omnes, non cenſeri filias cum alijs ad ſubſtitutionẽ
1 vocatas. † *Ita enim cenſuerunt Bart. in l. Lucius. 45. in prin. num. 18. & ibi Ang. nu. 8. Imol. num. 11. verſ. item adde, Alex. num. 18. Iaſ. nu. 23. Alciat. num. 40. ff. de vulg. Bart. in l vlt. num. 2. & ibi Ang. num. 4. Caſtr. nu. 3 ff. ad Treb. Bald. in l. in teſtamento. 6. num. 11. & 12. & ibi Ang. num. 5. verſ. deinde quæro, C. de teſtam. mil. Caſtr. in l. cohæredi. 41. §. qui diſcretas, nu. 3. & ibi Alex. num. 3. ff. de vulg. Barbat. conſ. 35. num. 3. vol. 1. Alex. conſ. 66. nu. 1. vol. 2. Soc. Sen. conſ. 49. num. 8. vol. 3. Ruin. conſ. 136. num. 15. conſ. 165. nu. 9. conſ. 168. num. 6 & 10. verſ. 2. & num. 19. verſ. ſicut, vol. 2. & conſ. 152. num. 10. vol. 3. Curt. Iun. conſil. 22. num. 8. verſ. 2. probatur, & conſil. 161. num. 7. Dec. conſil. 185. num. 4. verſ. & hoc modo, & conſil. 269 num. 1. verſ. 3. Polit. de ſubſtit. in materia reciproca, num. 8. Zaz. de ſubſtitut. in eadem materia reciproca, num. 10. verſic. quid. ſi teſtator, & num. 11. Decia. conſil. 62. num. 2. verſic. ad hoc, vol. 2. & conſil. 56. num. 23 verſic. idem quoque vol. 3. Craſſ. in §. fideicommiſſum q. 12. num. 2. vbi teſtatur, hanc eſſe communem opinionem, Surd. conſil. 31. num. 9. Menoch. conſil. 198. num. 12. conſil. 434. nu. 25. & conſ. 525. nu. 1. & D. Morot. meritiſſimus olim Pedemontani Senatus Preſes primarius in conſil. 100. num. 2.* quia,
2 † quemadmodum teſtator maſculos in inſtitutione coniunxit, ita etiam cenſetur in
3 ſubſtitutione coniunxiſſe, † *vt ſcribunt Bart. in d. l. Lucius, num. 18. verſicul. præterea, Ruin. d. conſil. 152. num. 10. volum. 3. Soc. Sen. d. conſil. 49. num. 8. volum. 1. Menoch. d. conſil. 198. nu. 13.* & quemadmodum eos inſtituendo prędilexit, ita etiam cenſetur ſubſtituendo prędile-
4 xiſſe † *l. Lucius. 78. §. pater puerum ff. ad Trebell. Ita Bart. in d. l. Lucius nu. 18. & ibi Caſtr. nu. 3. Alcia. num. 42. ff. de vulg. Bart. in d. l. vlt. num. 2. verſic. nam, cum maſculos, ff. ad Trebell. Angel. in d. l. in teſtamento. 6. num. 5. verſ. deinde quæro, Cod. de teſtam. mil. Soc. Sen. d. conſil. 49. num. 7. in fi. vol. 1. Ruin. conſil. 136. nu. 15. conſ. 149. nu. 12. vol. 2. & conſ. 152. num. 10. volum. 3. Dec. in l. 1.*

num.2.Cod. de impub.& al.ſubſt.& d.conſ.185.
num.4.verſ.& hoc modo,& d. conſ. 269. num.1.
Decia.d.conſ.56.num.23.vol.3. Craſſ. in d.§.fi-
deicommiſſum q.12.num.2.Surd.d. conſ. 31. nu.
9. Men.d.conſ.198.num.12.& d. conſ.525.nu.1.
Idq; multo faciliùs procederet, ſi adeſſet ſta-
tutum excludens fęminas a ſucceſſione pa-
5 tris maſculis extantibus, † *ſecundum Iaſ.in d.l.*
Lucius,num.23.Ruin.d.conſ.168. num. 20.verſ.
& ſimiliter,vol. 2.

Sed, an ſaltem poſt omnium maſculorum
defectum cenſeantur ſubſtitutæ, valde con-
trouerſum eſt: nam pleriq; cenſuerunt, nullo
6 modo cenſeri ſubſtitutas, † *vt Bart.in d.l.Lu-*
cius,num.18.& ibi Alex.num.18.Barbat.d.cõſ.
35.num.3.vol.1.Alex in d.§.qui diſcretas,nu.3.
& d.conſ.66.num.1.vol.2.Soc.Sen.d.conſ.49.nu.
8.vol.1.Ruin.d.conſ.136.nu.15.vol.2.& d.conſ.
152.num.10.uol.3.Curt.Iun.d.conſ.22. num.8.
uerſ.2.probatur, & d. conſ. 161.num.7. Dec. d.
conſ.185.num.4.uerſ.& hoc modo,& d.conſ.269.
num.1.uerſ.3.Polit.de ſubſtit. in materia recipro-
ca,num. 7. Zaz. de ſubſtit. in eadem materia reci-
proca,num.10.uerſicul.quid, ſi teſtator , & num.
11. Men.d. conſ.198.nu.12. & d. conſ.525.nu.1.

7 Primo, quia † reciproca ſubſtitutio cenſe-
tur facta pro portione hæreditaria *l.ſi plures.*
24.ff.de uulg.l.1.C. de impub.& al.ſubſt.§. &, ſi
ex diſparibus,Inſt. de uulg. Ergo non pertinet,
niſi ad eos qui partem hæreditatis habent, &
ſunt propriè hæredes. Sed filiæ particulariter
inſtitutę, neque partem hæreditatis habent
l.quamuis.14.ff.ſi quis om. cauſ. teſt. neque ſunt
propriè hæredes,cum legatariarum loco ha-
beantur *l.quoties.13.C. de hared. inſt.* Non po-
teſt igitur ad eas reciproca ſubſtitutio perti-
nere. *Ita arguunt Bartol.in d.l. Lucius, num.*
18.& ibi Iaſ.num.24. uerſicul. ego, Alexand. d.
conſil.66.num.1.uol.2.Barbat.d.conſil. 35. num.
3.uol.1.Ruin.d.conſ.136.nu.15.uol.2. Morot.d.
conſ.100. num.2.

8 Secundo,quia † reciproca ſubſtitutio facta
inter plures inſtitutos ius accreſcendi imita-
tur,*d.l.cohæredi.41.§.qui diſcretas ff. de uulg. &*
dicemus in 9.cap q.32.num.1. Sed hęredes par-
ticulares non habent cum vniuerſalibus ius
accreſcendi,*ut dicemus in 7.cap.q. 1. num. 13.*
Nec igitur habere debent ius reciprocæ ſub-
ſtitutionis.*Ita Bart.in d.l Lucius, nu. 18.Alex.*
d.conſ 66.nu.1.uol.2.Ruin.d.conſ.152.num.10.
uolum.3.

Contra verò cenſuerunt alij, filias in pro-
poſita ſpecie cenſeri ad ſubſtitutionem voca-
tas,non quidem ſimul cum maſculis, ſed or-
dine ſucceſſiuo, & ſic poſt omnium maſcu-
9 lorum defectum. † *Ita enim cenſuerunt Bald.*
in l.in teſtamento.6. num.12.& ibi Ang. num.5.
uerſ.deinde quaero C.de mil.teſt. Ang.in d. l. Lu-
cius,num.8.& ibi Imol.num.11.uerſ. item adde,
Caſtr.nu.3.Iaſ.num.27.Alcia. num.40. Ruin.d.
conſ.149.nu.12.d.conſ.165.nu.9.d.conſ.168.nu.
19 uerſ.ſicut,uol.2.Craſſ.in d. §. fideicommiſſum
q.12.num.5.Men.d.conſ.424.num.25.Morot d.
conſ.100.nu. 2.uerſ.&,licet, Et ſimili modo cē-
ſeri maſculos ſubſtitutos fęminis, ſed ordine
ſucceſſiuo, ideſt poſt omnium fęminarū de-
10 fectum.† *uti uidere eſt apud Ang. in d.l.in teſta-*
mento.6.nu.5.uerſic.deinde quęro C. de teſta.mil.
Alcia.in d.l.Lucius,num 40. Moti ſunt autem
11 Primo, quia † oratio vniuerſalis nullam
prorſus excludit perſonam, quæ ſub eius vni-
uerſalitate contineri poſſit *l. Iulianus. 66.in*
*prin.ff de leg.3.*Sed hæc oratio, *& omnes filios*
meos inuicem ſubſtituo, vniuerſalis eſt, & ita
ſub ea poſſunt contineri foeminæ, vt maſcu-
li, cum appellatione filiorum etiam filiæ cō-
12 tineantur † *l. ſi quis ita 16 in prin. ff.de teſta.tut.*
l.ſi ita ſcriptum 46.in prin ff.de leg. 2. l. quiſquis.
116.l.iuſta.201. ff. de uerb. ſign. Non debent
igitur foeminæ cenſeri ab hac ſubſtitutione
excluſæ.

13 Secundo moti ſunt,quia. † ſi prędicta ſub-
ſtitutio pertinet ad hæredes, *ut dictum eſt*, de-
bet etiam per conſequentias ad huiuſmodi
filias pertinere,quoniam, & ipſe hęredes ſūt,
ut conſiderat Ang.in d.l.Lucius,num 8. Et, ſi di-
xeris, eſſe quidem hæredes, ſed impropriè,
quia ſunt hęredes particulares qui propria hę
14 redis appellatione non continentur, † *ut ſcri-*
bunt Alex.in l.quędam.9.§. nihil intereſt num.3.
ff.de edend.Purp.conſ. 546.num. 8. reſpondent
imò deficientibus maſculis fieri hæredes vni
uerſales, quia per ius accreſcendi totam hę-
reditatem conſequuntur, *ut dicemus in 7. cap.*
q.9.nu.16. ideoque, & ipſas hoc reſpectu eſſe
propriè hęredes.*Ita Iaſ.in d.l. Lucius, num.27.*

15 Tertio moti ſunt quia † ad ſubſtitutionem
reciprocam cenſentur vocari, qui habent ius
accreſcendi, & eo ordine, qui in eo ſeruari
ſolet *d l.cohęredi,41. §. qui diſcretas ff. de uulg.*
Sed filię particulariter inſtitutę maſculis de-
ficientibus habent ius accreſcendi,*ut dicemus*
in eod.7. cap. q. 8. per tot. Debent igitur etiam
maſculis deficiētibus cenſeri ad reciprocam
ſubſtitutionem vocatæ. *Ita Bald.in d. l.in te-*
ſtamento.6.num.12. C. de teſta. mil. Ang. in d.l.
Lucius,nu 8.& ibi Imol. nu. 11. uerſ. item adde.

Verum,vt liberè dicā, quod ſentio,puto in
16 hac re duos eſſe diſtinguendos caſus, † quorū
Primus eſt, quando teſtator in reciproca
ſubſtitutione fecit mentionem de hęredibus,
puta dixit, *& omnes hęredes meos*, aut etiam, *&*
omnes filios haredes meos inuicem ſubſtituo, Et
tunc verius eſſe puto, filias particulariter in-
ſtitutas, ne quidem maſculis deficientibus
17 cenſeri ſubſtitutas, † quia, cum propriè non
ſint hęredes, non poſſunt per conſequentias
ſub diſpoſitione teſtatoris de hęrede loquēte
contineri, quippe cuius verba in dubio ſunt
18 accipienda propriè non impropriè † *l.non ali-*
ter 66.in prin ff.de leg. 3.& in his terminis conſi-
*derat Iaſ. in d. l. Lucius. num.24. uerſic. ego.*Et
ita procedet prima opinio.

Nec obſtat, quod, & ipſæ maſculis de-
ficientibus futuræ ſint hęredes vniuerſales
propter ius accreſcendi, quod eis ſolet cōpe-
tere,& hac ratione videantur etiam ipſę pro-
priè hęredes, & hęredum appellatione com-
prehēſę *ſecundum ea,quę diximus in 2.poſterio-*
ris opinionis fundamento, quia reſpondeo, ne
hoc quidē reſpectu ita poſſe cenſeri hęredes,
vt in diſpoſitione teſtatoris de hęrede loquē-
te comprehendantur;nam talis diſpoſitio nō
19 intelligitur,† niſi de ijs hęredibus,qui veniūt
ex iudicio ipſius teſtatoris *l. qui liberis. 8. §.*
hęc uerba ff. de uulg. Filię autem particulari-
ter inſtitutę, quatenus per ius accreſcendi
totam (vt vulgo dicimus) conſequuntur
hęreditatem, & ſic fiunt hęredes vniuerſa-
les, non veniunt ex iudicio teſtatoris, ſed
ex mera

ex mera diſpoſitione legis, quia ius accreſcē-
di, quod inter omnimodo diſiunctos locum
habet, non proficiſcitur ex voluntate defun-
cti, ſed ex mera diſpoſitione iuris ciuilis, *vt
latè oſtendimus in 2.cap.q.2.num.54.* De ijs igi-
tur accipi non poteſt ſupradicta teſtatoris
diſpoſitio, quę hęredes inuicem ſubſtituit.
Quamobrem etiam maſculis deficientibus
non venient filiæ ad hæreditatem patris iure
20 ſubſtitutionis, ſed ſolo iure accreſcendi, † *vt
rectè docuerunt Alex.in d.l.Lucius, num. 18. &
Ruin.d.conſ.136.num.15.verſ.pręterea,vol.2.*
Secundus verò caſus eſt, quando teſtator
nullam fecit mentionem hęredum, ſed ſim-
pliciter dixit, *& omnes filios meos inuicem ſub-
ſtituo*, quomodo ſupponit Bartolus dixiſſe te-
ſtatorem in quæſtione a ſe propoſita, Et tunc
veriorem eſſe puto poſteriorem ſententiam,
quę vult, filias quoq; cenſeri ſubſtitutas, licet
21 ordine ſucceſſiuo: † nam, cum verba teſtato-
ris ſint vniuerſalia, & ita poſſint filias, vt filios
ſui propria ſignificatione complecti, nulla
ſubeſt ratio, propter quam debeamus eas a
diſpoſitione teſtatoris repellere: Quod enim
dicitur, reciprocam ſubſtitutionem cēſeri fa-
ctam pro portionibus hęreditatijs, nō proce-
dit primo, quando (vt in hac ſpecie) nō eſt fa-
cta mentio hęredum *l.nōnūquā.24.ff.ad Treb.*
Deinde procedit, quoad inſtitutos, non, quo-
ad alios, qui poſtea fuerunt adiecti *l. qui com-
plures.32.ff.de vulg.*
Hæc autem, quæ diximus, non ſolum ha-
bent locum in vulgari, & fideicommiſſaria,
de quibus loquuntur Ang.& alij relati ſupra nu.
22 9. ſed etiam in pupillari: † nam de hac loqui-
tur *Bald.in d.l.in teſtamento.6.nu.12. C. de imp.
& al.ſubſt.& poſt eum Alcia.in d.l.Lucius nu.41.*
Nec obſtat, quod hoc poſito non fieret ęqua-
lis perſonarum determinatio *contra l. iam hoc
iure.4.ff.de vulg.* ſcilicet, quia filiæ cenſerētur
pupillariter ſubſtitutę maſculis, ſed non con-
tra, cum ſubſtitutio facta in re certa per verbū
commune, quale eſt verbum ſubſtituo, non
trahatur ad totam hęreditatem, & ſic nō poſ-
23 ſit valere, vt pupillaris, † *ſecundum ea, quæ dice-
mus in 7.cap. q. 14. Qua ratione motus Imol. in
cap.Raynutius, nu.172.verſ. item aduerte, extr.
de teſta.quem probat Morot.d.conſ.100.num.2.
verſ.nec obſtat, contrariam in pupillari ſententiam
eſt amplexus,* quia reſpondeo negando in pro-
poſita ſpecie, ſubſtitutionem, etiam reſpectu
foeminarū eſſe factam in re certa: nam, licet
teſtator inſtituerit filias in rebus certis, nō ta-
men ſubſtituendo ſe reſtrinxit ad res, in qui-
bus eas inſtituerat, ſed ſimpliciter dixit, *& om-
nes filios meos inuicem ſubſtituo*, & ideo ſubſti-
tutio, tamquam facta ſimpliciter trahitur ad
totam hæreditatem, & ſic etiam in fęminis
24 valere poteſt, vt pupillaris, † *vt eleganter ani-
maduertit Alex. in d.l.Lucius, num. 18. & ex ijs
patebit, quæ dicemus in eodem .7.cap.q.14.* Verius
igitur eſt quod ſupra diximus, ſcilicet nō ſo-
lum in vulgari, & fideicommiſſaria, ſed etiā
in pupillari filias particulariter inſtitutas cē-
ſeri maſculis ſubſtitutas per hęc verba, *& om-
nes filios meos inuicem ſubſtituo*, non quidem
ſimul cum eis, ſed ordine ſucceſſiuo.
Planè interdum etiam coniunctim cen-
ſentur fęminę cum maſculis ſubſtitutę: nam,
ſi ratio recti ſermonis non patiatur, teſtatorē
videri ſolos maſculos primo loco vocaſſe, ne
ceſſariò debent ſimul cum eis cenſeri foemi-
25 næ vocatæ, † quia, quod diximus eas cenſeri
poſt maſculos ſubſtitutas, procedit, quando
ratio recti ſermonis id patitur, puta, quando
teſtator tres ſaltem maſculos, aut etiam ven-
trem ex quo plures maſculi probabiliter ſpe-
rari poſsūt, inſtituit, deinde ſubiecit, *& ſi quis
eorum deceſſerit ſine filijs, ſubſtituo ſuperuiuentes;*
nam tunc, quia decedente vno ex maſculis
poteſt in ſuperſtitibus verificari participium
illud, ſuperuiuentes, ideo nulla ſubeſt neceſſi-
tas vocandi foeminas ſimul cum maſculis.
Coeterùm, ſi duos tantum maſculos ſcripſe-
rit hæredes, & vni ex ijs decedenti ſubſtituerit
ſuperuiuentes, quia poſt eius mortem non po
teſt illud participium, ſuperuiuentes, verifica-
ri in ſolo maſculo, cum pluralis locutio duo-
rum ſaltem numerum requirat *l.vbi numerus.
12.ff.de teſtib.* ideo neceſſariò debemus inter-
pretari voluntatem teſtatoris fuiſſe, non ſo-
lum maſculum, ſed etiam foeminas particu-
26 lariter inſtitutas coniunctim vocare † *l. vlt. &
ibi Bart.num.2.verſ.quod eſt verum, Ang.num.
4.Caſtr.nu.3.ff.ad Treb.Bart. conſil.54.num. 3.
verſ.præterea, & verſ.non obſtat, quod dictus, lib.
1.Imol.in d.l.Lucius. num.11. verſ.item adde, &
ibi Alex.num.18.Iaſ.nu.26. Alcia. nu.46.Caſtr.
in d.§.qui diſcretas, num.3. & ibi Alex. num. 3.
verſ.limitat, Alcia.num.7.Ruin.conſ.168. nu. 6.
7.& 10.verſ.2.& verſ. nec etiam obſtat, & num.
12.& 19.vol.2.Decia.conſ.62.num.2.verſ.ad hoc
vol. 2.& conſ.56.num.23. verſ. ideo infert vol. 3.
Nico.Bello lib.4.ſuppu.cap.20.num.6.Men.conſ.
50.num.18.verſ.3.conſ.198.num.6.& conſ.525.
num.3.Surd.conſ.31.nu.24. Morot.d. conſ. 100.
num.2. verſ.& licet.*
Hinc quæritur, ſi notarius abbreuiatè ſcri-
pſerit, teſtatorem ſubſtituiſſe *ſuperuiuent.* ita,
vt dubitari poſſit, vtrum voluerit ſubſtituere
ſuperuiuentem, an ſuperuiuentes, quomodo
ſit facienda interpretatio, Et, ſi quidem ex
præcedentibus, vel ſequentibus verbis colligi
poſſit, quæ fuerit voluntas defuncti, erit illa
27 haud dubiè ſeruanda, † *vt ſcribit Bart. in d. l.
vlt. num. 3. ff. ad Trebell.* Coeterùm in dubio
magis eſt, vt cenſeatur dixiſſe, ſuperuiuentē,
& ſic fęminas, quaſi minus dilectas excluſiſ-
28 ſe, † *ſecundum Bart.in d.l. vlt.nu.3.& ibi Ang.
nu 4.Alex.in d.§.qui diſcretas, num. 3. verſ. ſed,
quid.*

SVMMARIVM.

1 *Frater vtrinq; coniunctus pręfertur conſangui-
neo tantū in ſubſtitutione vulgari, Sed contra
num.7.& cur, num. 9. & ſeqq.*
2 *Magis coniuncti pręferuntur minus coniunctis in
ſubſtitutione, Declara, vt n.3.& ſeqq.& n.19.*
3 *Fratres vtrinq; coniuncti ſunt coniuncti lege, Sed
contra num.20.*
4 *Aequiparatorum eadem eſt iuris diſpoſitio.*
5 *Coniunctio legis æquiparatur coniunctioni ho-
minis, Declara, vt num. 21.*
6 *Duo vincula ſūt fortiora vno, Declara, vt n.22.*
8 *Declaratur l.vlt.ff. ad Trebell.*
9 *Subſtitutione in vulgari tractatur de hæreditate
patris.*
10 *Subſtitutio vulgaris ſucceſſit in locum iuris ac-
creſcendi.*

11 *Voluntas, & affectio teſtatoris debet attendi in ſubſtitutione vulgari.*
12 *Patris affectio cenſetur par in omnes filios, etiã natos ex diuerſis vxoribus.*
13 *Proximitas debet attendi reſpectu teſtatoris in vulgari ſubſtitutione.*
14 *Dilectus aquè in inſtitutione cenſetur etiã aquè dilectus in ſubſtitutione vulgari.*
15 *Determinatio pariformiter fieri debet.*
16 *Coniunctio ſanguinis non attenditur, nec inducit prælationem.*
17 *Coniũctio intelligitur, quæ parit ius accreſcendi.*
18 *Frater vtrinq; coniunctus non præfertur etiam extraneo inſtituto in ſubſtitutione vulgari.*

An, & quando frater vtrinq; coniunctus præferatur conſanguineo tantũ in ſubſtitutione vulgari.

Quæſtio Quinquageſimaquarta.

QVintus, & vltimus caſus eſt, quando ſubſtituti ſũt omnes pares reſpectu teſtamentariæ coniunctionis, aut diſiunctionis, ſed ſunt diſpares reſpectu conſanguinitatis, puta ſunt plures filij ex diuerſis vxoribus nati, quos pater inuicem ſubſtituit, Et tunc, ſi deficiat vnus, quæri ſolet, an frater vtrinq; coniunctus conſanguineo tantum in ſubſtitutione præferatur. Pro faciliori aũt quæſtionis huius diſcuſſione ſeparatim nobis erit diſpiciendum, Primo, quid in ſubſtitutione vulgari, Secũdo, quid in pupillari, Tertio demum, quid in fideicõmiſſaria.

Et in vulgari quidem ſubſtitutione Dinus *in d. l. coheredi. 41. §. qui diſcretas ff. de vulg.* cenſuit, vtrinq; coniunctum eſſe præferendum,
1 † Cuius opinio videtur hiſce fundamentis comprobari, &

Primo, quia magis coniuncti vtiq; minus
2 coniunctis in ſubſtitutione præferuntur † *d. §. qui diſcretas*. Sed fratres vtrinque coniuncti haud dubiè ſunt magis cum deficiente coniuncti, quam conſanguinei tantum. Debent igitur illis in vulgari ſubſtitutione præferri.

Et, ſi dixeris, eſſe magis coniunctos con-
3 iunctione legis, non hominis, † cum alioquin *§. qui diſcretas*, de iis loquatur, qui ſunt magis coniuncti ab homine, *vt reſpondent Bald. in l. in teſtamento. 6. num.* 10 *& ibi Ang. num. 5. verſ. quid autem C. de teſta. milit. Caſtr. in l. vnic. §. his ita definitis num. 6. verſ. intellige C. de cad. toll & in d. §. qui diſcretas, num. 4. & ibi Alcia. num. 5. Curt. Iun. conſ. 22. num. 16. verſ. non obſtat, Men. conſ.* 124. *nu.* 110. videtur poſſe replicari, imò idem eſſe de vtriſque ſtatuendũ, quia, cum æquiparatorum eadem ſit iuris diſ-
4 poſitio † *l. 2. C. comm. de legat.* & coniunctio le-
5 gis æquiparetur coniunctioni hominis † *l. 1. §. idem ait, iuncto §. idem eſt ff. de vſufruct. accreſ.* conſequens videtur, vt, quemadmodum præferuntur, qui ſunt magis coniuncti coniunctione hominis, ita etiam præferri debeant, qui ſunt magis coniuncti coniunctione legis, *vt arguebat Din. in d. §. qui diſcretas.*

Secundo videtur comprobari ex eo, quia duo vincula ſunt fortiora vno, & ei præferun-
6 tur † *vt diximus in hoc cap. q. 47. num.* 6. Sed in vtrinque coniuncto duo ſunt vincula, nempe paternum, & maternum, in conſanguineo verò ſolum paternum. Debent igitur huic illa præferri.

Verùm his non obſtantibus conſtat eſſe verius, & receptius, vtrinque coniunctum nõ eſſe in vulgari ſubſtitutione, ſiue in reciproca, quæ in vulgarem reſoluitur, potiorem cõſanguineo, ſed vtrunq; pariter admittendũ.
7 † *Ita enim cenſuerunt omnes, qui ſimpliciter dixerunt in reciproca a patre facta vtrinque coniunctum non præferri conſanguineo, quos referemus in q. ſeq. num. 7. Et ſpecialiter de vulgari loquentes tradiderunt Bart. in d. l. Lucius. 45. in prin. num. 21. & ibi Imol. num. 12. verſ. vltimo, Alex. num. 20. Iaſ. num. 31. vbi teſtatur, hanc eſſe magis communem Alcia. num. 48. ff. de vulg. Bart. in d. l. re coniuncti, nu. 62. in fi. & ibi Crott. num. 136. verſ. 5. Bald. in l. iam hoc iure. 4. in fi. ff. de vulg. Ang. in l. in teſtamento. 6. num. 5. verſ. quid autem C. de teſta. mil. Caſtr. in l. vn. §. his ita definitis, num. 6. verſ. intellige Cod. de cad. tollend. Imol. in d. §. qui diſcretas, & ibi Caſtrenſ. num. 4. Alcia. num. 4. & 5. Bald. in tract. de ſubſtit. in materia reciproca, num. 19. Papien. in form. lib. quo agitur ex ſubſtitutione, in verb. breuiloce, num. 18. Alex. conſ. 30. num. 4. vol. 2. Iaſ. in l. 1. num. 2. verſ. 2. C. de impub. & al. ſubſt. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelaſiã, num. 114. Soc. Sen. conſ. 249. num. 20. verſ. 5. & num. 22. verſ. circa primum vol. 2. & conſ. 86. nu. 9. verſ. iſta concluſio, vol. 3. vbi teſtatur, hanc eſſe magis communem opinionem, Ruin. conſ. 107. num. 2. 6. & 8. conſ. 159. num. 1 conſ. 165. num. 1. 6. & 7. conſ. 166. num. 1. verſ. & confirmatur, & num. 5. & 7. verſ. neque obſtat, & nu 8. conſ. 167. num. 2. & 12, conſ. 168 num. 2. & 7. in fin. & nu. 14. vol. 2. & conſ. 28. nu. 8. in fi. vol. 3. Curt. Iun. conſ. 22. num. 6 & 16. verſ. non obſtat, & conſil. 125. num. 3. 7. & 8. Polit. de ſubſtit. in materia reciproca, num. 7 Dec. conſ. 185. num. 1. & in fin. verſ. 3. Soc. Iun. conſ. 66. num. 5. vol. 3. Rub. in l. Gallus. 29. §. quidam rectè, num. 72. & 73. & ibi Alcia. num. 6. Soc. Iun. num. 33. verſ. non obſtat tertium ff. de lib. & poſth. Tiraq. de retract. lignag. §. 11. gl. 1. num. 14. Couar. cap. 38. pract. quaſt. num. 2. Decia. conſ. 16. num. 43. vol. 1. Zaz. de ſubſtit. in materia reciproca, num. 12. Nat. conſ. 130. num. 7. Crau. conſ. 43. num. 1. Mantic. de con. vlt. vol. lib. 5. tit. 11. num. 3. 11. & 15. & lib. 8. tit. 13. num. 6. Craſſ. in §. ſubſtitutio q. 57. Men. conſ. 50. num. 18 conſ. 124. num. 110. conſ. 187. num. 41. conſ. 198. num. 3. & de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 75. num. 1. Surd. conſ. 31. num. 14. & 20. Pereg. de fideic. artic. 20. nu. 12. & 15. Andr. Fach. lib. 4. controu. cap.* 86. Probatur autem hæc ſententia

Primo *l. vlt. ff. ad Trebel.* arguendo a ſubſtitutione fideicommiſſaria ad vulgarem: nam
8 ibi † ad fideicommiſſariam ſimul admiſſus eſt conſanguineus cum vtrinq; coniuncto, quoniam ambo fuerant ſubſtituti. Ergo, & ad vulgarem (ſi ambo quoque ſubſtituti ſint) debet vterque pariter admitti, cum vtriuſque ſubſtitutionis par ſit ratio: nam ita per vulgarem ſuccedirur teſtatori §. 1. *Inſt. de pupill.* vt per fideicommiſſariam *l. coheredi. 41. §. cum filio ff. de vulg.* Imò maior videtur eſſe ratio in vulgari, quam in fideicommiſſaria, quo-

niam

niam in illa magis conſideratur hæreditas,
vt teſtatoris, quam in hac, quippe cum illa
locum habeat ante aditam hęreditatẽ, quo
tempore propriè conſideratur hęreditas,
hęc verò non, niſi poſt, quo tempore verè
deſijt eſſe hęreditas, & facta eſt proprium hę-
redis patrimonium *l. ſed. ſi plures. 10. §. filio ff.
de vulg.* Qua de re poſtea latiùs dicemus *in
hoc cap. q. 56. nu. 12. & 55.*

Secundo probatur, quia, vbi tractatur de
hęreditate patris, vtrinq; coniunctus nõ prę-
fertur conſanguineo, *vt diximus in hoc ipſo
cap. q. 47. num. 12.* quia, cum omnes reſpectu
patris pares ſint, pariterque coniuncti, *vt di-
ximus ibi num. 11.* debent per conſequentias
pariter admitti. Sed in vulgari ſubſtitutione
9 tractatur de hæreditate patris, † cum per eam
ſuccedatur teſtatori, non ei, cui fit ſubſtitutio
d. §. 1. Inſt. de pupill. Ergo in ea non debet
vtrinque coniunctus conſanguineo tantum
pręferri. *Ita Bart. in d. l. re coniuncti, num. 62.
in fi. Iaſ. in d. l. Lucius, num. 31. Ruin. d. conſil.
107. num. 2. 6. & 8. & d. conſil. 165. num. 6. & 7.
d. conſil. 166. num. 1. verſ. & confirmatur, & nu.
5. & 8. d. conſil. 167. num. 12. d. conſil. 168. num. 2.
vol. 2. & d. conſil. 28 num. 8. in fi. vol. 3. Gul. Ben.
in d. cap. Raynutius, in verb. & uxorem nomine
Adelaſiam, num. 114. Curt. Iun. d. conſ. 125. nu.
3. & 8. Rub. in d. §. quidam rectè, nu. 73. Couar.
d. cap. 38. pract. quęſt. num. 2. Decia. d. conſil. 16.
num. 43. uol. 1. Crau. d. conſ. 43. num. 1. Mantic.
d. lib. 5. titul. 11. num. 3. & d. lib. 8. tit. 13. num. 6.
Menoch. d. conſil. 187. num. 41. Pereg. d. artic.
20. num. 15.*

Tertio probatur, quia vtrinque coniunctus
non præfertur conſanguineo In iure accreſ-
cendi, *ut diximus in hoc cap. q. 47. num. 8.* Nec
igitur præferri debet in vulgari, quæ iuris ac-
10 creſcendi loco ſucceſſit. † *Ita arguunt Bald.
in d. l. iam hoc iure. 4. in fi. ff. de uulg. Imol. in d. l.
Lucius. num. 12. uerſ. ultimo, & ibi Alex. num. 20.
Iaſ. num. 31. Alcia. num. 48. Rub. in d. §. quidam
rectè, num. 72.*

Quarto probatur, quia in vulgari ſubſtitu-
tione debet attendi voluntas, & affectio te-
11 ſtatoris, non eorum, quibus fit † *l. ſi plures.
24. l. quidam teſtamento. 30. ff. de uulg. & ſcribũt
Alcia. in d. l. Lucius, num. 48. Mantic. d. lib. 8. tit.
13. num. 6. Menoch. conſil. 434. num. 30. Surd. d.
conſil. 31. num. 18.* & conſequenter, qui iuxta
teſtatoris affectionem pares ſunt, debẽt quo-
que pariter admitti. Sed iuxta teſtatoris af-
fectionem omnes filij pares ſunt, cum pater
(vt æquum eſt *§. pen. Auth. de nupt. coll. 4.*) cen-
ſeatur habere parem, & æqualem affectionẽ
in omnes filios, tamquam a ſe genitos, ſiue
12 nati ſint ex eadem matre, ſiue non, † *ut ſcri-
bunt Bart. in d. l. Lucius, num. 21. & ibi Iaſ. num.
31. Bald. in d. l. in teſtamento 6. num. 10. & ibi
Ang. num. 5. uerſ. quid autem Cod. de teſtam. mil.
Caſtrenſ. in d. §. qui diſcretas num. 4. Alex. d. conſ.
30. num. 4. uol. 2. Papien. in d. form. lib. quo ag. ex
ſubſt. in uerb. breuiloquè, num. 18. Soc. Sen. d. conſil.
249. num. 20. uerſ. 3. uol. 2. & d. conſ. 86. num. 9.
uerſ. iſta concluſio, uolum. 3. Ruin. d. conſil. 107.
num. 2. & 6. d. conſil. 159. num. 1. d. conſil. 165.
num. 1. d. conſil. 166. num. 5. d. conſil. 167. num. 2.
uol. 2. Crott. in d. l. re coniuncti, num. 136. uerſic.
5. Dec. d. conſ. 303. num. 2. Rub. in d. §. quidam
rectè, num. 72. & 78. & ibi Soc. Iun. num. 33. uerſ.
non obſtat tertium, Alcia. in d. §. qui diſcretas, nu.
3 & 5. Tiraq. de retr. lign. d. §. 11. gl. 1. num. 14.
Nat. d. conſil. 130. num. 7. Crau. d. conſ. 43. num.
1. Mantic. d. lib. 5. tit. 11. num. 3. Craſſ. in d. §. ſub-
ſtitutio q. 12. num. 6. Men. d. conſ. 50. num. 18. d.
conſ. 124. num. 9. & 110. d. conſil. 187 num. 15.
d. conſil. 198. num. 4. in fi. & num. 20. uerſicul. 12.
conſil. 434. num. 34. & 36. conſil. 686. num. 7. &
12. conſil. 841. num. 14. & d. lib. 4. pręſump. 75.
num. 2. 13. & 18. Surd. d. conſil. 31. num. 18. 20.
& 34. uerſ. 2.* Debent igitur omnes pariter ad-
mitti.

Quinto cõfirmatur hoc ex eo, quia in vul-
gari ſubſtitutione debet attendi proximitas
reſpectu teſtatoris, cui ſucceditur, non reſpe-
13 ctu eorum, quibus ſubſtituitur, † *ut ſcribunt
Soc. Sen. in d. l. ſi cognatis. 18. num. 33. ff. de reb.
dub. & d. conſil. 249. num. 22. uol. 2. Ruin. conſil.
90. num. 8. conſil. 159. num. 9. & conſil. 167. num.
12. uolum. 2. Rub. in d. §. quidam rectè, num. 72.
Mantic. d. lib. 8. tit. 13. num. 6. Surd. d. conſil. 31.
num. 27. uerſ. quibus.* Quo fit, vt, qui teſtatori
ſunt æquè proximi, æquè etiam debeant ad
ſubſtitutionem admitti. Sed omnes filij, ſiue
inter ſe ſint vtrinque coniuncti, ſiue conſan-
guinei tantum, teſtatori ſunt æquè proximi,
ut diximus in hoc cap. q. 47 num. 11. Debent igi-
tur omnes æqualiter admitti.

Sexto probatur, quia æquè dilectus in in-
ſtitutione cẽſetur etiam ęquè dilectus in ſub-
14 ſtitutione vulgari † *l. 1. C. de impub. & al. ſubſt.*
Sed frater conſanguineus fuit ęquè dilectus
in inſtitutione facta a patre, vt frater vtrinq;
coniunctus: ſupponimus enim omnes fuiſſe
a patre inſtitutos. Debet igitur etiam in vul-
gari ſubſtitutione cenſeri ęquè dilectus. *Ita
Papienſ. in d. form. lib. quo ag. ex ſubſt. in uerb.
breuiloquè, num. 18. Mantic. d. lib. 5. tit. 11. num. 9.*

Septimo probatur, quia vna determinatio
reſpiciens plura determinabilia debet ea pa-
15 riformiter determinare † *l. iam hoc iure. 4. ff. de
uulg. l. quamuis. 4. Cod. de impub. & al. ſubſt.* Sed
ſubſtitutio a patre facta eſt vna determinatio
reſpiciens plura determinabilia, nempè plu-
res filios ſubſtitutos. Debet igitur omnes pari
determinare modo, & conſequenter ita vo-
care conſanguineos tantum, vt vtrinque cõ-
iunctos. *Ita arguunt Alcia. in d. l. Lucius, num.
48. Men. d. pręſ. 75. num. 3.*

Octauo, & vltimo probatur, quia maior
ſanguinis coniunctio non attenditur, nec in-
ducit prælationem inter eos, qui reſpectu te-
ſtamentariæ coniunctionis, aut diſiunctionis
16 pares ſunt, † *ut ſcribunt Bald. in l. 1. num. 5. &
ibi Iaſ. nu. 2. uerſ. 2. C. de impub. & al. ſubſt. Imol.
in d. §. qui diſcretas, Alexand. d. conſil. 30. num. 4.
uol. 2. Dec. d. conſil. 303. num. 4. Gabr. conſil. 121.
num. 2. uol. 1. Zaz. de ſubſtit. in materia reciproc,
num. 12.* nam coniunctionem, ex cuius maio-
ritate prælationem inducimus, intelligimus
17 eam, quæ parit ius accreſcendi, † *ut declarant
Bart. in d. l. Lucius, num. 21. Papienſ. in d. form.
lib. quo ag. ex ſubſt. in uerb. breuiloquè, num. 18.*
Cum igitur ſanguinis coniunctio ſit inutilis
ad inducendum ius accreſcendi, *ut diximus
in hoc cap. q. 47. nu. 17.* Conſequens eſt, vt nec
pręlationem inter ſubſtitutos operari poſſit.
Hinc fit, vt vtrinque coniunctus non debeat
ob maiorem ſanguinis coniunctionem con-
ſanguineo tantum pręferri, Imo nec cuili-
bet

18 bet extraneo,† quia, cum omnes reſpectu te-
ſtamentariæ coniunctionis, aut diſiunctionis
pares ſint, debent quoq; per conſequentias
pariter admitti, *ſecundum Bald. in d.l.1.num.5.
C.de impub. & al. ſubſt.*

Neq. obſtant contraria: nam ad primum
19 reſpondeo, id procedere,† in ijs, qui ſunt ma-
gis coniuncti coniunctione teſtatoris, non
verò in ijs, qui coniunctione ſanguinis, &
naturæ, vt ſunt fratres vtriuq; coniuncti; *Ita
reſpondent Imol. in d.§. qui diſcretas, Iaſ. in d.l.
1.num.2.verſ.2.C.de impub. & al. ſubſt. Dec. d.
conſ.303.nu.4. Zaz. in d. tract. de ſubſtit. in ma-
teria reciproc̨, num 12. Et eſt de mente omnium,
quos retulimus ſupra num 3. & 16.*

Nec obſtat, quod coniunctio legis, qualis
eſſe videtur fratrum coniunctio, æquiparetur
coniunctioni teſtatoris,, quia reſpondeo pri-
mo, negando fratres (quantum ad hanc ma-
20 teriam) eſſe lege coniunctos:† nam in mate-
ria iuris accreſcendi lege coniūctos dicimus
eos, qui ſimul ad eandē rem ex diſpoſitione
legis vocātur, *vt oſtendimus in hoc cap.q.27.nu.
1.* cum alioquin fratres dicantur coniuncti
non, quia vocentur ad eandem rem, ſed quia
ſanguine iunguntur, *vt animaduertit Bart. in
d.l.Lucius, num.21.*

Secundo reſpondeo, quod dicimus, legis
coniunctionem æquiparari coniunctioniho-
21 minis, procedere † quoad producendos effe-
ctus in diſpoſitione legis: nam, vt operetur in
diſpoſitionibus hominum, verius eſt, non cō-
patari: nec enim in diſpoſitionibus teſtamē-
tarijs attenditur coniunctio legalis, *vt ſcri-
bunt Polit. in d.l.re coniunctis, num.95. verſ. pro-
bat. & Men. d.conſ.124. num.110.*

Ad ſecundum verò reſpondeo, duo vin-
22 cula tunc vni preualere, † cū ſunt pertinen-
tia, *vt diximus in hoc ipſo cap.q.47.num.* 14. In
hac autem materia vincula conſanguinita-
tis eſſe impertinentia, quia nullam habent
vim, aut ad producendum ius accreſcendi,
aut ad inducendam inter plures vocatos prę-
lationem, *vt diximus ſupra nu.16.* ideoq; nec
vni præualere. *Ita reſpondent Men. d.conſ.686.
num.20. verſ. Non obſtat ſecundum, & d. conſ.
841.num.21. Surd. d. conſ. 31, num. 34. verſ. 2.*
Et hæc quidem dicuntur de vulgari.

SVMMARIVM.

1 *Frater vtrinq; coniunctus prefertur conſangui-
neo tantum in ſubſtitutione pupillare, Sed con-
tra, num.6.*

2 *Frater vtrinq: coniunctus prefertur conſangui-
neo tantum in ſucceſſione fratris, Declara, vt
num.17. & ſeqq.*

3 *Proximior remotiori prefertur in ſucceſſione, De-
clara, vt num.27. & ſeqq.*

4 *Proximitas in pupillari debet attendi inſpecta
perſona pupilli.*

5 *Teſtator in dubio cenſetur velle, vt ex pupillari
ſuccedatur eo ordine, quo ſuccedītur ab inteſta
to, Sed contra, num. 31. & 32. Declara, vt
num. 34.*

7 *Frater vtrinq; coniunctus non prefertur conſan-
guineo tantum in reciproca.*

8 *Subſtitutio pupillaris eſt teſtamentum patris, quo-
ad diſpoſitionem, ſed filij, quoad ſucceſſionem.*

9 *Subſtitutio pupillaris pendet ex voluntate patris.*

10 *Subſtituere pupillariter poteſt pater, quem vult.*

11 *Subſtitutio pupillaris regulatur ſecundum affe-
ctionem patris.*

12 *Dilectus in inſtitutione cenſetur etiam dilectus
in ſubſtitutione pupillari.*

13 *Declaratur l.quis liberis.8.§.hę verba ff.de.vulg.
& nu.ſeqq.*

18 *Frater vtrinq; coniunctus prefertur conſangui-
neo tantum in diſpoſitionibus factis a fratre,
& cur, num.19. Declara, vt num. 20. & ſeqq.*

22 *Frater vtrinq; coniunctus non præfertur con-
ſanguineo, ſi ſubſtitutio ſit facta per copulam,
&, num. ſeq. vel ſi dictum ſit, ſubſtituo ſuperui-
uentes, num.24. vel, omnes fratres, num.26.*

33 *Vna præſumptio tollit aliam.*

An, & quando frater vtrinq; coniunctus pręferatur conſanguineo tantum in ſubſtitutione pupillari.

Quæſtio Quinquageſimaquinta.

DE pupillari verò maior ſolet eſſe du
bitatio, num ſcilicet in ea frater
vtrinq; coniunctus conſanguineo
tantum præferatur. Fuerunt autē
de hac re duæ noſtrorū interpretum ſenten-
1 tiæ, Prima exiſtimantium pręferri. † *Quæ fuit
opinio Bart. in d.l.re coniunctis, num.62. in fi. Et,
licet hanc partem non firmet, ſed dicat ſimpliciter,
poſſe Dini ſententiam ſaluari in pupillari, eam
tamen authoritate Bart. moti probarunt Gul.
Bened. in d.cap. Raynutius, in verb. & vxorem
nomine Adelaſiam, num. 114. Soc. Sen. in d.l.ſi
cognatis.20.num.40.ff.de reb. dub. & conſ. 249.
num.20. verſ. 5. vol.2. & conſ.86. nu.11. vol. 3.
Ruin. conſ.90. num. 8. conſ. 107. num. 5. 6. & 8.
conſ.159. num.1. conſ.165. nu.6. conſ. 166. nu.1.
verſ. & confirmatur, & num.5. conſ.167. num.2.
verſ. nec ſecundum eum, & num.12. & conſ. 168.
num.2. & 14. vol.2. & conſ.28. nu.9. vol.3. Curt.
Iun. conſ.125. nu.3. Fab. Acoromb. in l. hęredes
mei.57.§. cum ita, nu. 42. ff. ad Treb. Decia. conſ.
16. num.43. vol.1. Men. conſ.187. num. 41.* Mo-
uentur autem, vt ita ſentiant

Primo, quia quando tractatur de ſucceſſio
ne fratris, vtrinq; coniunctus conſanguineo
2 tantum præfertur † *Auth. ceſſante C. de leg. her.
§. ſi igitur defunctus, Auth. de hered. ab int. ven.
coll.9.§.1. Auth. vt fratr. fil. coll.9. & ſimpliciter
ſcribunt Bart. in d.l.re coniunctis, num. 62. verſ.
ego dico, Ruin. d.conſ.166. num. 7. verſ. Nec ob-
ſtat, vol.2. Dec. conſ.303. num.4. Alb. conſ. 511.
num.9. Gomez. tom.1. var. reſol. cap. 10. num. 31.
verſ. ſed in contrarium. Decia. d.conſ. 16. nu. 51.
verſ. non obſtat ſimiliter, vol.1. Men. conſ.124. nu.
10. conſ.434. num.45. conſ.686. num. 7. in fi. &
conſ.841. num.5.* Sed in pupillari ſubſtitutio-
ne tractatur de ſucceſſione fratris, quia per
eam non ſucceditur teſtatori, ſed pupillo *§.
1. Inſt. de pupill.* Debet igitur in ea frater vtrin-
que coniunctus conſanguineo tantum præ-
ferri. *Ita Bart. in d.l. re coniunctis, num. 62. in fi.
Gul. Ben. in d.cap. Raynutius, in verb. & vxorem
nomine Adelaſiam, num. 114. Soc. Sen. in d. l. ſi co-
gnatis.20. num.40. ff. de reb. dub. Ruin. d.conſ.90.
num.8. d.conſ.107. num.6. & 8. d.conſ.159. num.*

1.d.

1.d.conſ.165.num. 6. d. conſ.166.num.1.verſ.&
confirmatur,& num. 5. d. conſ. 167.num.2.verſ.
nec ſecundum eum, & num.12.d.conſ.168.num.
2.vol. 2.d.conſ.28.nu.9.vol.3.Curt.Iun.d.conſ.
125.num.3.Men.d.conſ.187.num. 41.

Secundo mouentur, quia proximior re-
3 motiori debet in ſucceſſione præferri † l. 2. §.
hæreditas ff.de ſuis,& leg.l.cum ita.33.§.in fidei-
cõmiſſo ff.de leg.2. Sed pupillo, ex cuius perſo-
na debet æſtimari proximitas in ſubſtitutio-
4 ne pupillari † ſecundum eundem Ruin. d. conſ.
90.num.8.d.conſ.167.num.12. vol. 2. Fab. Aco-
romb.in d.§.cum ita nu.42.Surd. conſ. 120. nu.
10. proximior eſt vtrinq; coniunctus, quam
conſanguineus tantum. Debet igitur huic il-
le præferri.

Tertio mouentur, quia teſtator in dubio
cenſetur voluiſſe, ex pupillari ſubſtitutione
ſuccedi eo ordine, quo ſuccediteur ab inteſta-
5 to,† vt ſcribunt Ruin.d.conſ.90.num. 8. d. conſ.
107.num.5.&6.d.conſ.195.num.6.vol.2.d.conſ.
28.num.9.vol.3.Decia.d.conſ.16.num.43.vol.1.
Sed ab inteſtato frater vtrinq; coniunctus
excluſiſſet conſanguineum, vt dictum eſt.
Debet igitur eũ excludere etiam in pupillari
ſubſtitutione.

Verum his non obſtantibus contrariam
opinionem, quæ receptior eſt, veriorem eſſe
puto, ſcilicet etiã ad pupillarem ſubſtitutio-
nem conſanguineum tãtum vtrinq; coniun-
6 cto pariter admitti. † Huius opinionis viden-
tur fuiſſe, qui ſimpliciter dixerunt in reciproca
ſubſtitutione fratrem vtrinq; coniunctum con-
7 ſanguineo tantum non præferri,† vt Bart. in d. l.
Lucius,45.in prin.num.21.& ibi Imol.num. 12.
verſ.vltimo, Alex. num. 20. ff de vulg. Ang.in l.
in teſtamento 6.nu.5.verſ.quid autem C.de teſta.
mil. Bald. in tract.de ſubſtit.in materia reciproca
num.19.Caſtr.in d.§.qui diſcretas, num. 4. Pa-
pienſ.in d. form. lib. quo ag. ex ſub.§. in verb.
breuiloce, num.18 Alex.conſ. 30. num. 4. vol.2.
Dec.d.conſ.186.num.1.& in fi.verſ. 3. Soc. Iun.
conſ.126.num.5.vol.1.Tiraq.de retr.lign. §. 11.
gl.1.num.14.Nat.conſ.130.nu. 7. Gomez. tom.
1.var.reſol.cap. 10.num. 31. verſ.ſed in contra-
rium, Men. conſ. 50. nu.18. conſ. 198. num. 20.
verſ. 12. Pereg.d.conſ.64.nu.9.vol.5. Sed in ſpe-
cie de pupillari loquentes ita cenſuerunt, Bald.in
d.l.in teſtamento 6.num.10. C. de teſta. mil. Iaſ.
in d.l.Lucius,n.32.& ibi Alcia. num. 49. Crott.
in d.l.re coniuncti,num. 135. verſ. ſed pro opinio
ne,& ibi Polit.num.95.verſ.probat, Alcia.num.
64. verſ. ſed quid, Polit. de ſubſtit. in materia re-
ciproca,num.7.Rub.in d.l.Gallus 29.§. quidam
recte,nu.77.& ibi Soc.Iun. nu. 33.verſ.nõ obſtat
tertium, Alcia.num.6.ff.de lib. & poſth. Alcia. in
d.§.qui diſcretas,num.5.Soc.Iun.conſ. 66. nu. 5.
vol.3.Gabr.conſ.121.num.2.& 7.in fi.vol.1.vbi
ait,hanc eſſe veriorem, & receptiorem, Couar. d.
cap. 38. practic. quæſt. num.2.verſ. poſteriorem,
Gomez.d.tom.1.var.reſo.cap. 10. num.31. verſ.
ſed in contrarium, vbi ait,hanc ſibi videri puram
veritatem,licet Bart.velit contrariũ, Idem ſcrip-
ſerunt Grau.d. conſ. 34. num. 1. Mantic.de con.
vlt.vol.lib.5.tit.11.n.3.vbi teſtatur,hanc eſſe com-
munem,& lib.8.tit.13.num.7. Craſſ. in §.ſubſti-
tutio q.57.Men. conſ. 198. num. 3. & de praeſ.d.
lib.4.praeſ.75.num. 12. & 13. in fi. vbi teſtatur,
hanc eſſe receptiorem, Pereg. de fideic.d. artic. 20.
num.12.& conſ.64 num.10.vol.5. Surd. d. conſ.
31.num.22.& conſ.120.num.9 Andr. Fach. lib.
4. contro. cap. 86. Probatur autem hæc ſen-
tentia.

Primo, quia in diſpoſitionibus paternis
idem eſt ius conſanguineorum, quod vtrinq;
coniunctorum, vt patet ex vulgari; nam pa-
ter, qui diſponit ex animo ſuo, nullam facit
differentiam inter filios, ſiue nati ſint ex ea-
dem matre, ſiue non, ſed omnes æquè diligit,
vt ſcribit Bald.in d.l.in teſtamento. 6. num. 10.
C.de teſta.mil.& conſtat ex iis, quæ diximus in q.
praeced. n.12. Sed pupillaris ſubſtitutio eſt diſ-
poſitio paterna, quia, licet dicatur teſtamẽtũ
filij quoad effectum, eſt tamen teſtamentum
8 patris, quoad diſpoſitionem † l. Papinianus.
8.§.ſed,neq; impuberis ff.de inoff.cap.ſi pater. De
teſta.in 6.& ſcribunt Caſtr.conſ.374.num.2.vol.
1.Dec.in d.l.in teſtamento.6.num. 6.C.de teſta.
mil.Surd.d.conſ. 31. num. 48. Ergo in ea debet
idem eſſe ius conſanguineorum, quod vtrin-
que coniunctorum, & conſequenter, ſi om-
nes fuerint pupillariter ſubſtituti, debent etiã
omnes pariter admitti.

Secundo probatur, quia ad ea, quæ pendẽt
ex voluntate, & affectione patris, ita vocan-
tur conſanguinei, vt vtrinq; coniuncti, cum,
vti ſupra diximus, voluntas, & affectio patris
cenſeatur eſſe par, & æqualis in omnes filios,
Sed etiam pupillaris ſubſtitutio pendet ex vo
9 luntate patris † l. iam hoc iure 4. ff. de vulg. ibi,
voluntatis quæſtionẽ relinquat, & l. vlt C. de inſt.
& ſubſt.ibi, voluntatis eſſe quæſtionem, & l.quã-
uis. 4. C. de imp., & al ſubſt.ibi.ſi modo non con-
trariam defuncti voluntatem extitiſſe probetur,
10 quippe, qui poteſt ſubſtituere, quem vult † d.
l.Papinianus 8.§.ſed neq; impuberis,& in his ter
minis conſiderant Crau.d.conſ.43.num.1. Man-
tic.d.lib.5.tit.11.num.14.Surd.d.conſ.31.nu.48.
& ſecundum eius affectionem, etiam præſũ-
11 ptam declaratur.† vt patet ex iis, quæ de matris
excluſione ſcribit Bart. communiter approbatus
in l.2.num.43.ff. de vulg. Debent igitur ad pu-
pillarem ſubſtitutionem ita vocari conſan-
guinei, vt vtrinq; coniuncti. Ita arguunt Rub.
in d.§.quidam recte, num.78 & ibi Soc.Iun.nu.
33.verſ.non obſtat tertium, Alcia.in d.l.Lucius,
num.49.& in d.§.qui diſcretas, num. 6. & in d.
l.re coniuncti, num. 54.verſ.ſed, quid, Soc. Iun.d.
conſ.66.num.5.vol.3.Gabr.d.conſ. 121. num. 3.
vol.1.Couar.d.cap.38 pract.quæſt.n.2.verſ.poſte-
riorem, latè Mantic.d.lib.4.tit. 11. nu. 3. verſ.
ſed mirum,& per tot.& lib.8.tit.13.nu.7. Craſſ.
in d.§.ſubſtitutio q.57.Men.d.conſ.434. nu. 32.
& d.lib.4.praeſ.75. num. 13. & 16. Surd. d. conſ.
31.num.22.d.conſ.120.nu.9.Andr. Fach. d. lib.
4.contr.cap.86.

Tertio probatur, quia æqualiter dilectus
in inſtitutione cenſetur etiam æqualiter di-
12 lectus in ſubſtitutione pupillari † l. qui liberis
8.§. hæc verba ff.de vulg. §. ſubſtituitur Inſt. de
pupill. Sed frater conſanguineus ita fuit dile-
ctus in inſtitutione, vt frater vtrinq; coniun-
ctus, quoniam ambo fuerunt inſtituti. Debet
igitur æquè cenſeri dilectus in ſubſtitutione
pupillari. Ita arguunt Rub in d.§. quidam re-
cte num.78. Alcia.in d.l. Lucius.num. 49. Man-
tic.d.lib.5.tit.11.num.3.verſ.ſed mirum,& num.
8.Andr. Fach.d.lib.4.contro.cap. 86.

Nec eſt, quod reſpondeas, diuerſam eſſe
rationem ſpeciei propoſitæ in d. §. hæc verba,

& eius,

13 & eius, de qua nos loquimur: nã ibi † res erat
certa, quia teſtator generaliter ſubſtituerat
omnes hæredes, hic verò res eſt dubia, quia
teſtator ſimpliciter ſubſtituit filios, & dubi-
tatur, an eos voluerit ſubſtituere ſimul, & eo-
dem tempore, an verò ordine ſucceſſiuo, &
in dubio non præſumitur velle recedere a
iure communi, & ab eo ordine, qui ſeruatur
in ſucceſſione Inteſtati, *Quomodo reſpondet*
Ruin. d. conſ. 165. num. 6. verſ. Nec obſtant ratio-
nes vol. 2. Et eſt de mente Iaſ. in d. l. Lucius, num.
32. & Crott. in d. l. re coniuncti, num. 137. verſ.
ſed tenendo, quia verius eſt, imo nullam inter
ſpeciem *d. §. hæc verba*, & eam, de qua nos lo-
quimur, reſpectu certitudinis, poſſe diuerſita-
14 tem conſiderari: nam † de vocatione perſo-
narum, nec ibi dubitabatur, nec ambigitur in
quæſtione noſtra, ſcilicet, quia, vt ibi certum
erat, fuiſſe ſubſtitutos omnes hæredes, ita &
hic clarum eſt, inuicem eſſe ſubſtitutos om-
nes filios, ſed dubitatio vertitur in alio: nam
ibi dubitabatur pro qua parte cẽſerẽtur hęre-
des pupillo ſubſtituti, pro hæreditariàne, an
verò pro virili, hic verò dubitatur, quo or-
dine cenſeantur filij ad pupillarem ſubſtitu-
tionem vocati, ſucceſſiuòne, an coniunctiuo.
Itaq; vtroq; caſu dubitatio verſatur, nõ circa
vocationem perſonarum, ſed circa aliud,
nempe, ibi circa partes, hic verò circa ordi-
nem. Quemadmodum igitur ibi dubitatio
partium deciditur ex affectione, quam teſta-
tor in inſtitutione demonſtrauit, ſcilicet,
quia cenſetur æqualiter ad ſubſtitutionem
pupillarem vocaſſe, quos æqualiter in inſti-
tutione dilexerat, ita etiam ex eadem affe-
ctione debet ordinis quęſtio terminari, vt
ſcilicet, qui pariter fuerunt in inſtitutione
dilecti, cenſeantur quoq; pariter, & eodem
tempore ad pupillarem ſubſtitutionẽ vocari.

Minus eſt, quod reſpondeas, *§. hæc verba*,
15 procedere, † quando ſubſtitutionum om-
nium eadem eſt ratio, non vero, quando diuer-
ſa, vt eſt in caſu noſtro: nam, cum vtrinq; cõ-
iuncti ſint pupillo, de cuius ſucceſſione tra-
ctatur, coniunctiores, & proximiores, quam
conſanguinei tantum, veriſimile eſt, teſtato-
rem voluiſſe priùs illos, quam hos ad ſubſti-
tutionem vocare, *vt poſſe reſponderi cenſent*
Iaſ. in d. l. Lucius, num. 32. & Crott. in d. l. re con-
iunctis, num. 137. verſ. præterea, quia verius eſt,
imo eãdem, non diuerſã eſſe vocatorum ra-
16 tionem: nam † paritas rationis non debet
æſtimari ex perſona, & affectione pupilli, cui
fit ſubſtitutio, ſed ex perſona, voluntate, &
affectione patris, qui diſponit, *vt diximus ſu-*
pra, numer. 9. & ſeqq. Cum igitur ſecundum
patris voluntatem, & affectionem omnes
ſubſtituti pares ſint, *vt diximus in q. præced.*
num. 12. Conſequens eſt, vt par quoq; debeat
omnium cenſeri ratio, tametſi reſpectu pu-
pilli diuerſitas aliqua conſiderari poſſit.
Ita reſpondet Mantic. d. lib. 5. tit. 11. num. 12.
verſ. 2.

Neq; huic ſententiæ obſtant contraria: nã
ad primum reſpondeo, tres caſus eſſe diſtin-
guendos, quorum.

Primus eſt, quando tractatur de ſucceſſio-
ne fratris, quæ defertur ab inteſtato, Et tũc ve-
rum eſt, vtrinq; coniunctum conſanguineo
17 tantum pręferri. † *Et ita procedit contrarium,*
vt reſpondent Papien. in d. form. lib. quo ag. ex
ſubſt. in verb. breuiloci, num. 18. Alex. d. conſ.
30. num. 4. in fi. vol. 2. Mantic. d. lib. 5. tit. 11. nu.
3. verſ. ſed mirum, Andr. Fach. d. lib. 4. contrpropro.
cap. 86.

Secundus verò caſus eſt, quando tractatur
de ſucceſſione fratris, quæ defertur ex eiuſdẽ
diſpoſitione, puta, quia frater ſubſtituit filio
ſuo decedenti ſine liberis fratres ſuos, Et tũc
ſimiliter verum eſt, vtrinq; coniunctum con-
ſanguineo tantum præferri, tam in prædicta
ſubſtitutione, quam in cæteris diſpoſitioni-
18 bus a fratre factis † *vt eſt notiſſima doctr. Caſtr.*
in l. fin. num. 6. C. de verb. ſig. quam cœteri com-
muniter approbarunt, vt videre eſt apud Iaſ.
ibi num. 26. Ruin. conſ. 107. nu. 8. conſ. 164. nu.
9. conſ. 166 num. 5. conſ. 167. num. 3. verſ. 8. &
num. 12. & conſ. 169. num. 7. verſ. & iſtud etiam,
vol. 1. Curt. ſen. d. conſ. 125. nu. 5. Dec. conſ. 298.
num. 7. Pariſ. conſ. 49. nu. 18 vol. 2. Soc. Iun. conſ.
133. num. 24. vol. 1. Grau. conſ. 655. num. 5. verſ.
Inde fit & nu. 7. verſ. 2. reſpondetur, Decia. conſ.
16. num. 42. & 48. verſ. 4. & 51. verſ. non obſtat
ſimiliter vol. 1. Men. conſ. 187. nu. 40. conſ. 198.
num. 15. conſ. 686 num. 20. conſ. 841. num. 19.
verſ. reſpondetur, & lib. 4 præſ. 75. nu. 21. Pereg.
de fideic. d. artic. 17. num. 34. & d. artic. 20. num.
19 19 nam, † cum huiuſmodi diſpoſitiones de-
beant regulari, & æſtimari ex affectione ip-
ſius diſponentis, qui ſine dubio cenſetur ma-
gis diligere vtrinq; coniunctos, quam con-
ſanguineos tantum. Conſequens eſt, vt illi,
tamquam magis dilecti debeant his eſſe po-
tiores, *vt in his terminis conſiderant Men. d. præſ.*
76. num. 21. & Pereg d. artic. 20. num. 19.

Nec obſtat, quod hæc doctrina Caſtrenſis
videatur refragari communi doctorum ſen-
tentiæ *in l. Gallus 29. §. quidam rectè ff. de lib.*
& poſt. quæ vult, inſtitutionem cenſeri factã
coniunctim, non ordine ſucceſſiuo, ſi frater
20 inſtituat fratrem, & eius filios, † quia, licet
frater ſit proximor in gradu ſuccedendi, nõ
tamen ad hunc ordinem cenſetur teſtator
reſpexiſſe, propter naturam copulæ, quæ eſt,
vt inducat coniunctionem, & nominatos
ſimul vocet, idq; proinde videatur dicendũ
in diſpoſitione, quæ vocat fratres, quoniam
per illam collectiuam, fratres, ita inducitur
coniunctio, vt per copulam, *ſicuti demonſtra-*
uimus in hoc cap. q. 16. num. 15. imo inducitur
coniunctio maior, quam per copulam, *vt di-*
ximus in hoc ipſo cap. q. 35. num. 8. Qua ratione
motus Ruin. conſ. 159. num. 16. conſ. 168. num.
18. vol. 2. quem ſequuntur Alcia. in d. §. quidam
rectè, num. 6. Mantic. d. lib. 8. tit. 13. num. 3. in fi.
& num. 7. ſupra dictã Caſtrenſis deciſionem im-
probauit, quia, reſpondeo, imo doctrinam
hanc non eſſe contrariam ſupradictæ docto-
21 rum traditionis, quippe, quæ ceſſat, † quando
ſub nomine collectiuo vocantur plures per-
ſonæ diuerſorum graduum: Tunc enim cen-
ſetur ordine ſucceſſiuo vocatę *l. fin. C. de verb.*
ſign. & tradunt omnes in d. §. quidam rectè &
nos latè oſtẽdimus in hoc cap. q. 26. n. 134. & ſeqq.
Cum igitur verbum, fratres, ſit collectiuum
plurium perſonarum, quæ in ordine ſuc-
cedendi fratri ſunt in diuerſo gradu, licet in
ordine conſanguinitatis ſint in gradu pari,
vt dicemus in q. ſeq. num. 48. Conſequens eſt,
vt per illud cenſeantur vocati fratres eo or-
dine,

dine, quo eſſent ab inteſtato ſucceſſuri, ideſt
ordine ſucceſſiuo, *vt rectius ſcripſit idem Ruin.*
conſ. 168. *num.* 20. *vol* 2. *& poſt eum Curt. Iun.*
d. conſ. 125. *n.* 5. *Men. d. præſ.* 75. *n.* 21. *verſ. cæ-*
terùm.

Hinc intelligimus, ſi teſtator per copulam
vocaret fratres, puta diceret, ſubſtituo fratres
vtrinq; cōiunctos, & conſanguineos, omnes
22 ſimul eſſe admittendos, † *vt rectè docuerunt*
Ruin. d. conſ. 168. *num.* 18. *vol.* 2. *& Pereg. d. ar-*
23 *tic.* 20. *num.* 20. quia tunc † non eſſent vocati
per collectiuam, ſed per copulā licet nō no-
minatim, quo caſu procedit ſupradicta do-
ctorum traditio *in d. §. quidam rectè,* quę vult,
coniunctim, non ordine ſucceſſiuo cenſeri
factam vocationem. Idem eſſet, ſi teſtator
plurali locutione vocaret ſuperuiuentes, &
vnus tantum ſupereſſet frater vtrinq; con-
iunctus: nam tunc recti ſermonis ſeruandi
gratia cenſetetur ſimul cum vtrinq; coniun-
24 cto vocatus conſanguineus, † *ſecundum ea,*
quæ dicemus in hoc cap. q. 56. *num.* 62. *Ita in*
ſpecie tradunt Ruin. d. conſ. 168. *num.* 19. *vol.* 2.
Men. d. præſ. 75. *nu.* 22. *Pereg d. artic.* 20. *nu.* 20.
Deniq; ſi teſtator diceret, ſubſtituo omnes
fratres, cenſerētur etiam conſanguinei ſimul
vocati, propter vim locutionis vniuerſalis,
quæ eſt, vt contineat etiā eos caſus, qui alias
25 non continerentur, † *vt ſcribit Pereg. d. artic.*
20. *num.* 21. *vbi refert ſe ita in facto obtinuiſſe,*
Et faciunt, quæ ſcribit Surd. d. conſ. 31. *num.* 24.
verſ. 8.

Tertius deniq; caſus eſt, quando tractatur
de ſucceſſione fratris, quæ defertur ex diſpo-
ſitione paterna, Et tunc verius eſt, vtrinq; cō-
iunctum non debere in ea conſanguineo tā-
tum præferri, quia, cum omnes ſint pares reſ-
pectu patris, cuius, non etiam pupilli volun-
tas, & affectio debet attendi, Conſequens eſt,
26 vt pariter quoq; ſint admittendi, † *ſecundum*
ea, quæ diximus ſupra num. 9. *& ſeqq. Et in ſpecie*
declarant Bald. in d. l. in teſtamento. 6. *nu.* 10. *C.*
de teſta. mil. Gabr. d. conſ. 121. *nu.* 7. *vol.* 1. *Andr.*
Fach. d. lib. 4. *contro cap.* 86.

Ad ſecundū verò reſpondeo primo maio-
27 rem procedere, † quando tractatur de ſucceſ-
ſionibus, quæ de gradu in gradum tranſire
debent, *vt in l. fin. C. de verb. ſign. l. cum ita* 33 *§.*
in fideicommiſſo l. peto. 71. *§ fratre ff. de leg.* 2.
Cæterùm, quando tractatur de diſpoſitioni-
bus teſtamentarijs, quę ſuum effectum ſemel
ſortiuntur, vt ſortitur pupillaris ſubſtitutio,
magis eſſe, vt proximiores remotioribus non
ſint præferendi, quia in huiuſmodi diſpoſi-
tionibus non eſt habenda ratio proximitatis,
ſed vocationis, & affectionis teſtatoris, quæ,
quia par eſt in omnes vocatos, ideo operatur,
vt omnes quoq; pariter admittendi ſint. Et ſa-
nè in ſubſtitutione pupillari nō eſſe habendā
proximitatis rationē, vel ex eo intelligimus,
quia, ſi pater proximioribus excluſis remotio-
res, vel etiam omnino extraneos pupillo ſub-
ſtituiſſet, quod eum facere potuiſſe dubium
non eſt, nihil proximitas illis ad obtinendā
pupilli hæreditatē profuiſſet *d. l. Papinianus*
8. *§. ſed neq. impuberis ff. de inoff. teſt.* Nec igitur
prodeſſe debet ad excludendos eos, qui ſimul
cum ipſis a patre ſubſtituti ſunt, dato etiam
28 quod eſſēt penitus extranei, † *vt ſcribit Gab. d.*
conſ. 121. *nu m.* 8. *vol.* 1. quia nec ipſi vocantur
ad hæreditatem fratris, vt proximiores, ſed, vt
a patre ſubſtituti, & ſic ex eadem cauſa, &
29 ratione, ex qua cæteri vocātur, † *vt ait Man-*
tic. d. lib. 5. *tit.* 11 *num.* 3. *verſ ſed mirum:*

Secundo dato etiam, quod eſſet habenda
ratio proximitatis, reſpondeo, non eſſe ſpe-
30 ctandam proximitatem † inſpecta perſona
pupilli, ſed inſpecta perſona teſtatoris, a cu-
ius voluntate, & affectione regulatur pupil-
laris ſubſtitutio, *vt ſupra dictum eſt.* Cum igi-
tur inſpecta perſona teſtatoris omnes ſubſti-
tuti ſint æquè proximi, *vt diximus in hoc cap.*
q. 47. *num* 11. Conſequens eſt, vt omnes etiā
ſint æquè admittendi. *Ita Mantic. d lib.* 5. *tit.*
11. *num.* 14. *verſ. Nec obſtat.*

Ad tertium denique reſpondeo primo, id
31 procedere † in ijs diſpoſitionibus, quæ debēt
de gradu in gradum proficiſci, non verò in
ijs, quæ ſuum effectum ſemel ſortiuntur, vt in
pupillari ſubſtitutione: nam in ea non ſpe-
ctatur ordo, quo ab inteſtato ſuccedìtur pu-
pillo, ſed ſpectatur ordo, qui colligitur ex vo
luntate, & affectione patris. *vt ſupra dictum*
eſt, Et in ſpecie reſpondet Surd. d. conſ. 31. *nu.* 48.
quia, ſi pater voluiſſet inter fratres ſeruare or-
dinem legitimæ ſucceſſionis, non feciſſet pu-
32 pillarem ſubſtitutionem † *l. vel ſingulis.* 37. *ff.*
de vulg. §. vel ſingulis, Inſt. de pupill. Et in his
terminis conſiderat Mantic. d. lib. 5. *titu.* 11. *num.*
14. *verſ. Neq etiam.*

Secundo reſpondeo, quod dicitur, patrem
in dubio cenſeri velle, vt pupillo ſuccedatur
eo ordine, quo ſuccedìtur ab inteſtato, eſſe
vnam præſumptionem, quæ ceſſat, quando
adeſt aliqua præſumptio contraria, quæ ſit
fortior: quoniam vna pręſumptio tollit aliā
33 † *l. Diuus.* 8. *ff. de in int. reſt.* Hic autem adeſſe
præſumptionem, quod pater æqualiter dile-
xerit omnes filios, quæ eſt fortior cæteris
omnibus pręſumptionibus *l. cum pater* 79. *§.*
cuncti ff. de leg. 2. ideoque ceſſare debere prę-
ſumptionem illam, quod voluerit ſuccedi eo
34 ordine, quo ſuccedìtur ab inteſtato. † *Ita*
reſpondent Gabr. d. conſ. 121. *num.* 8. *vol.* 1. *Alcia.*
in d. l. Lucius, num. 50. *Mantic. d. lib.* 5. *titul.* 11.
num. 14 *verſ. neq; etiam Surd. d. conſ.* 31. *nu.* 49.
Andr. Fach. d. lib. 4. *controu. cap.* 86. Et hęc de
pupillari.

SVMMARIVM.

1 *Frater vtrinque coniunctus præfertur conſan-*
guineo tantum in ſubſtitutione fideicommiſ-
ſaria, ` d contra, num. 46. *& ſeq. Maximè, ſi*
contineatur ſub compendioſa, num. 58. *& ſeqq.*
vel, ſi ſint ſubſtituti ſuperuiuentes, num. 62.
2 *Proximitas grauati, non teſtatoris attenditur in*
fideicommiſſis, Sed contra num. 45. *Declara,*
vt num. 3. *&* 46.
4 *Fratres vtrinq; coniuncti, & conſanguinei tan-*
tum non ſunt in eodem ſucceſſionis gradu, De-
clara, vt num. 48.
5 *Succeditur in fideicommiſſis eodem ordine, quo*
ſuccedìtur ab inteſtato, Declara, vt num. 7. 49.
& 50.
6 *Teſtator in dubio cenſetur ſe conformare cum*
diſpoſitione iuris communis.
8 *Teſtator cenſetur magis diligere proximiores gra*
uati, quam proprios, Declara, vt num. 51.

9 *Pro-*

*conſ.56.num.13.verſ.2.volum.1. Odd.d conſ.57. num.1. verſ 2.& num 9. Men.d. conſ 198.num. 24. Pereg de fideic.d.artic 9.num.14.articul 20. num.17.& artic.21.num 35 & 36.*nam de hac loquuntur, qui ſimpliciter aiunt, in recipro-
2 ca coniunctos eſſe diſiunctis potiores † *vt Bald.in d § qui diſcretas & ibi Imol. Alex. Iaſ. Alc & alij, Barbat d.conſ.35.num.2.verſ pro certo, volu.1. Ruin.d. conſ 165 num 7 d.conſ.168. num.1.vol.2. Gabr. conſ. 121. in prin, vol.1.& Pereg.d artic 21.num.25.verſ.2.*

Sed, & ſi pupillaris ſit ſubſtitutio, idem eſſe
3 probandum † *Gabr. d.conſ.121.nu.7.in fi. vol. 1. Mantic.de con.vlt.vol.lib.5 tit.11,nu.10. Men. d.conſ.198.num.24.& d.lib.4 præſ. 75.num.14. Andr.Faeb.lib 4 contro.cap.86. & alij* plerique cenſuerunt, & rectè: nam & in ea militat prędilectionis ratio, quæ facit prælationi locum, *vti mox dicemus*,

Planè de fideicommiſſaria magna ſolet eſſe quæſtio, nunquid in ea procedat diſpoſitio *d. §. qui diſcretas*: Nam pleriq; negant ha-
4 bere locum, † *vt Ruin.d.conſ.168. num.13. & conſil.181.num.8.verſ. & iſtud confirmo, vol.2. & d.conſ.28.num.14.verſ.nam, vbi, vol.3. Decia. d.conſ.56.num.13.verſ.2.vol.3. Men. conſ. 327. num.94.*moti

Primum ea ratione, quia ceſſat in fideicõmiſſaria ratio, propter quam dicimus, con-
5 iunctum eſſe diſiuncto pręferendum: † nam ideo præfertur in vulgari, quia, cum hęc ſubſtitutio ſit coniuncta cum iure accreſcendi, & ſic per eam ſubſtitutus veniat, & tamquã ſubſtitutus, & tamquam coniunctus, debet per cõſequentias ei præferri, qui venit ſolum, vt ſubſtitutus, *vt diximus in hoc cap.q. 50.num. 12.* At hæc ratio ceſſat in fideicommiſſaria, quia, cum hęc ſubſtitutio non habeat locum, niſi poſt portionem acquiſitam *l ille,a quo.13. § ſi de teſtamento ff ad Trebell.* quo tempore ius accreſcendi ceſſat, *vt dicemus in 7.cap.q.59.nu. 19.* non poteſt per conſequentias dici coniũcta cum iure accreſcendi, & ſic non poteſt ſubſtitutus dici venire, & tamquam ſubſtitutus, & tamquam coniunctus, ſed ſolũ, vt ſubſtitutus quomodo venit diſiunctus. Quo fit, vt cum [illegible] cauſa prælationis, & ambo ſubſtituti pares ſint, debeant quoque per conſequentias pariter admitti. *Ita arguunt Ruin.d. conſ.168 num.13. vol.2.& d.conſ.28 num.14. vol.3. Decia.d.conſ 56.num.15.& 16. vol.3.*

Secundo mouentur *l.is qui complures. 92.ff. de leg.3.* vbi Valens, *Is, qui complures libertos reliquerat*, inquit, *tribus ex ijs fundum legauerat, & petierat, vt curarent, ne de nomine ſuo exiret*, & in fine, *an omnium collibertorum, & non eorum tãtum, quibus pariter legatum eſſet, fideicommiſſi petitio eſſet, dubitabatur. Et Iulianus rectè omnibus deberi putauit*; nam ea his verbis ita argumẽ-
6 tantur, † Si in fideicommiſſis coniuncti pręferrentur diſiunctis, vtiq; liberti, quibus fundus legatus erat, debuiſſent alijs collibertis pręferri, quoniam illi erant in legato coniũcti, vt probatur ex illis verbis, *qui in legato ſibi coniuncti eſſent*. Atqui pariter omnes admiſſi ſunt. Non eſt igitur in fideicommiſſis locus diſpoſitioni *d.§ qui diſcretas*, quę coniunctos diſiunctis in ſubſtitutione præfert. *Ita arguit Ruin.d.conſ.168.num.13.vol.2.& d.conſil. 28. num.14.vol.3.*

Verùm his non obſtantibus contrariam opinionem conſtat eſſe receptiorem, ſcilicet etiam in fideicommiſſaria coniunctos eſſe
7 diſiunctis præferendos. † *Ita enim cenſuerunt Iaſ.conſ.143.num.8 verſ.modo, vol.4. Ruin.cõſ. 152.num.10.& 11.vol.3. Dec conſ. 185.num.4. Soc. Iun.conſ.66.nu.5.volu 3. Gabr.conſ.121.in prin.vol.1.Crau.conſ.43.num.2. Decia. conſ.62. nu.2.in fin.vol.2.Odd.conſ.57. num.8.& 9. vbi teſtatur hanc ſententiam eſſe communem, & tenẽdam in iudicando, Men.d.conſ.198. nu.24. conſ. 686.num.17.conſ.841.nu.15.& d.lib.4.præſ.75. nu.19. Pereg.de fideic.d.artic.9.nu.14.d.art.20. nu.17.& d.art.21.nu.35.verſ.ſed hęc ſolutio, & nu.36.* Quam ſententiam veriſſimam eſſe pu-
8 to, non quia † ſubſtitutio, tamquam coniuncta cum iure accreſcendi naturam eius aſſumat, & per conſequentias operetur, vt coniũctus diſiuncto debeat præferri, *vt arguunt Iaſ. d.conſ.143.nu 9.verſ.3.vol 4 Crau.d.conſ.43.n. 2. Hond.d.conſ.49 num.74. vol.2. Men.d.conſil. 198.nu.25.& d præſ 75.nu.20.* nam verius eſt,
9 † fideicommiſſariam, vt potè, quæ non, niſi poſt acquiſitionem locum habet, non poſſe dici coniunctam cum iure accreſcendi *vt ſcribunt ij, quos retulimus ſupra poſt num. 5. & nos latiùs dicemus in 9. cap. q. 40. per tot.* Sed quia
10 † teſtator, quos in inſtitutione prædilexit, cẽ-
11 ſetur etiam in fideicommiſſo prędilexiſſe † *l. Lucius.78.§.pater puerum ff.ad Treb.& ſcribit Bart.in d l.vlt.nu.3. & ibi Alex. in add.in verb. vniuerſaliter ff eod. Iaſ.d. conſ 143. num 8 verſ. modo, vol.4. Soc Sen. conſil 49 num.8.uolum.1. Ruin.d.conſil.152.nu 11.uol. 3.Dec.d. conſ.185. nu.4 Odd.d.conſ.57.nu.10.Men.conſ.124.n.11.* Itaq. pręlationis cauſa non ex iure accreſcẽdi, ſed ex prędilectione, & maiore teſtatoris affectione, quę ex coniunctione colligitur, deduci debet. *ut declarant Ruin.d.conſ.152. num.11.uol.3.Odd.d conſ.57 num. 10.*

Neq; obſtant contraria: nam ad primum reſponſio patet ex ijs, quæ diximus, ſcilicet, quia, quamuis in fideicommiſſaria ceſſet vna cauſa, nempe coniunctio ſubſtitutionis cum iure accreſcendi, non tamen ceſſat alia, nẽpe teſtatoris prædilectio ex præcedenti coniunctione ducta, quæ prælationi facit locum, *ſecundum ea, quæ diximus nu.7.& ſeqq.*

Ad ſecundum verò reſpõdeo, duos in hac re poſſe conſiderari caſus, quorum vnus eſt, quando ſubſtituti fuerunt omnes inſtituti, Et tunc procedunt ea, quæ diximus, ſcilicet coniunctum in inſtitutione, cenſeri in parte coniuncti cœteris prędilectũ, tam in vulgari,
12 quam in fideicommiſſaria: † *Et ita intelligitur §. qui diſcretas, ut declarant Decia.d conſ.56.nu. 17.verſ.4.uol.3. Pereg.d.art.21, num. 36.* Alter verò caſus eſt, quando cum inſtitutis ſubſtituuntur, & vocantur etiam alij, qui non erãt in inſtitutione vocati, Et tũc verius eſt, coniunctionem pręcedentẽ nihil operari, & ideo ſubſtitutos omnes eſſe pariter admittendos,
13 *Et ita procedit l. is, qui complures,* † *ut declarant Decia.d.conſ 56.nu.18 uol.3. licet l.illam non adducat, & Pereg.d.art.21.nu 36.* Et quamquam
14 Peregrinus ibi putet, † aliud eſſe in vulgari ſubſtitutione dicendum propter coniunctionem, quam habet cum iure accreſcendi, verius tamen eſt, idem etiam de vulgari ſta-
15 tuendum eſſe, † *ut rectius cenſuit Decia. d. conſ.*

16 *conſ.56.num.* 18. quia † coniunctio plurium
facta in inſtitutione præcedenti non opera-
tur ſuos effectus reſpectu adiecti etiam in
vulgari ſubſtitutione *l. qui complures. 32. ff. de*
vulg.& nos declarauimus in hoc cap. q. 35. num.
64. & ſeqq.

17 Diuerſitatis autem ratio eſt, quia, † quan-
do ſubſtituuntur illi tantum, qui fuerunt in-
ſtituti, ſubſtitutio fit relatiuè: nam teſtator
ait, *quos inuicem*, vel, *eos inuicem ſubſtituo*, quo
caſu, quia relatio cenſetur facta cum omni-
bus qualitatibus annexis perſonis, quæ refe-
runtur *ex doctr. Bart. in l. 1. ff. de recept. ar.* & ex
ijs quædam habebant qualitatem cōiunctio-
nis, quędam diſiunctionis, & ſic illę habebāt
qualitatem prędilectionis, & maioris teſtato-
ris affectionis, quę prælationē operatur; ideò
fit, vt in ſubſtitutione cenſeatur eadem qua-
litas repetita, *vt conſiderant Bald. in d. §. qui di-*
ſcretas, & Decia. d. conſ. 56. nu. 18. At verò, quā-
do ſubſtituuntur cum inſtitutis alij, qui non
fuerant in inſtitutione vocati, non poteſt ha-
beri hęc relationis ratio, quia dato etiā, quod
ſubſtitutio fieret reſpectu inſtitutorum rela-
tiuè, non poteſt tamen intelligi facta cū re-
petitione alicuius qualitatis præcedētis, quip-
pe, quę reſpectu adiectorū nulla fuit. Nil mi-
rum igitur, ſi pariter omnes admittantur. *Ita*
eleganter Decia. d. conſ. 56. num. 17. verſ. 4. vol. 3.

Nec eſt, quod obijcias, imò, ſi coniuncti
pręferuntur diſiunctis, qui fuerunt inſtituti,
licet non in eadem oratione, multo magis
eſſe pręferendos adiectis, qui nullo modo vo-
18 cati ſunt, † quia alioquin melioris eſſent cō-
ditionis nō inſtituti, quam inſtituti, & ſic mi-
nus dilecti, quam magis dilecti, *contra l. Pu-*
blius. 36. §. Titia ff. de cond. & demonſt. vt arguit
Curt. Iun. d. conſ. 22. num. 8. quia (*vt Decia. d.*
conſ. 56. nu. 19. vol. 3. & aliorum ſolutiones omit-
tam) reſpondeo, argumentum a fortiori nō
19 valere, † quando diſpar eſt maioris, & mino-
ris ratio, prout eſt in ſpecie propoſita: nam
reſpectu inſtitutorum conſideratur natura
relationis, quæ reſpectu adiecti conſiderari
nullo modo poteſt, *vt ſupra dictum eſt*: Alio-
quin ſequeretur, quoties teſtator ſimul cum
inſtitutis aliquem ſubſtituit, quem priùs non
vocarat, ſemper eum cenſeri vocatum poſt
aliorum omnium defectum, quia ſemper
ſubeſſet conſideratio ſupradicta, quod tamē
perſpicuè falſum eſt, *d. l. qui complures. 32. ff. de*
vulg. & in propoſito animaduertit Decia. d. conſ.
56. num. 19. vol. 3.

SVMMARIVM.

1 *Maſculi hæredes vniuerſales præferuntur fœmi-*
nis particulariter inſtitutis in ſubſtitutione re-
ciproca, & cur, num. 2. & ſeqq. maximè ſtante
ſtatuto excluſiuo fœminarum, num. 5.

3 *Teſtator, quos coniunxit in inſtitutione, cenſetur*
etiam coniunxiſſe in ſubſtitutione.

4 *Teſtator, quos prædilexit inſtituendo, cenſetur*
etiam prædilexiſſe ſubſtituendo.

6 *Fœmina particulariter inſtituta non cenſentur*
ad ſubſtitutionem reciprocam vocatæ etiam
poſt maſculorum defectum, & num. 20. & cur,
nu. 7. & ſeqq. Sed contra nu. 9. & 10. & cur, nu.
11. & ſeqq. et lāſi ſubſtitutio ſit pupillaris n. 22.
& ſeqq. Diſtingue tamen, vt nu. 16. & ſeqq.

12 *Filiorum appellatione continentur etiam filiæ.*

14 *Hæredis appellatione propriè non continetur hæ-*
res particularis, Declara, vt num. 19.

18 *Verba teſtatoris ſunt accipienda propriè, non im-*
propriè.

25 *Fœminæ particulariter inſtitutæ quibus caſibus*
cenſeantur ſimul cum maſculis ad reciprocam
ſubſtitutionem vocatæ, & num. ſeqq.

An, & quando hæredes vniuerſales præferantur hæredibus particularibus in ſubſtitutione reciproca.

Quæſtio Quinquageſimatertia.

TErtius caſus eſt, quādo ſubſtituti ſunt
omnes pares reſpectu diſiunctionis,
ſed ſunt diſpares reſpectu inſtitutio-
nis, puta, quia teſtator inſtituit filias in certis
rebus, vel quantitatibus, filios verò inſtituit
hæredes vniuerſales, deinde ſubiecit hęc ver-
ba, *& omnes filios meos inuicem ſubſtituo*, Et tūc,
ſi deficiat vnus ex maſculis, fatentur omnes,
non cenſeri filias cum alijs ad ſubſtitutionē
1 vocatas. † *Ita enim cenſuerunt Bart. in l. Lu-*
cius. 45. in prin. num. 18. & ibi Ang. nu. 8. Imol.
num. 11. verſ. item adde, Alex. num. 18. Iaſ. nu. 23.
Alciat. num. 40. ff. de vulg. Bart. in l. vlt. num. 2.
& ibi Ang. num. 4. Caſtr. nu. 3 ff. ad Treb. Bald.
in l. in teſtamento. 6. num. 11. & 12. & ibi Ang.
num. 5. verſ. deinde quæro, C. de teſtam. mil. Caſtr.
in l. cohæredi. 41. §. qui diſcretas, nu. 3, & ibi Alex.
num. 3. ff. de vulg. Barbat. conſ. 35. num. 3. vol. 1.
Alex. conſ. 66. nu. 1. vol. 2. Soc. Sen. conſ. 49. num.
8. vol. 3. Ruin. conſ. 136. num. 15. conſ. 165. nu. 9.
conſ. 168. num. 6 & 10. verſ. 2. & num. 19. verſ.
ſicut, vol. 2. & conſ. 152. num. 10. vol. 3. Curt. Iun.
conſil. 22. num. 8. verſ. 2. probatur, & conſil. 161.
num. 7. Dec. conſil. 185. num. 4. verſ. & hoc modo,
& conſil. 269. num. 1. verſ. 3. Polit. de ſubſtit. in
materia reciproca, num. 8. Zaz. de ſubſtitut. in ea-
dem materia reciproca, num. 10. verſic. quid. ſi te-
ſtator, & num. 11. Decia. conſil. 62. num. 2. verſic.
ad hoc, vol. 2. & conſil. 56. num. 23 verſic. idem
quoque vol. 3. Graſſ. in §. fideicommiſſum q. 12.
num. 2. vbi teſtatur, hanc eſſe communem opinio-
nem, Surd. conſil. 31. num. 9. Menoch. conſil. 198.
num. 12. conſil. 434. nu. 25. & conſ. 525. nu. 1. &
D. Morot. meritiſſimus olim Pedemontani Sena-
tus Præſes primarius in conſil. 100. num. 2. quia,
2 † quemadmodum teſtator maſculos in inſti-
ſtitutione coniunxit, ita etiam cenſetur in
3 ſubſtitutione coniunxiſſe, † *vt ſcribunt Bart.*
in d. l. Lucius, num. 18. verſicul. præterea, Ruin.
d. conſil. 152. num. 10. volum. 3. Soc. Sen. d. conſil.
49. num. 8. volum. 1. Menoch. d. conſil. 198. nu. 13.
& quemadmodum eos inſtituendo pędile-
xit, ita etiam cenſetur ſubſtituendo pędile-
4 xiſſe † *l. Lucius. 78. §. pater puerum ff. ad Trebell.*
Ita Bart. in d. l. Lucius nu. 18. & ibi Caſtr. nu. 3.
Alcia. num. 42. ff. de vulg. Bart. in d. l. vlt. num. 2.
verſic. nam, cum maſculos, ff. ad Trebell. Angel. in
d. l. in teſtamento. 6. num. 5. verſ. deinde quæro,
Cod. de teſtam. mil. Soc. Sen. d. conſil. 49. num. 7. in
fi. vol. 1. Ruin. conſil. 136. nu. 15. conſ. 149. nu. 12.
vol. 2. & conſ. 152. num. 10. volum. 3. Dec. in l. 1.

num.2.Cod. de impub.& al.ſubſt.& d.conſ.185.
num.4.verſ.& hoc modo,& d. conſ. 269. num.1.
Decia.d.conſ.56.num.23.vol.3. Craſſ. in d.§.ſi-
deicommiſſum q.12.num.2.Snrd.d.conſ. 31. nu.
9. Men.d.conſ.198.num. 12.& d. conſ.525.nu.1.
Idq; multo faciliùs procederet, ſi adeſſet ſta-
tutum excludens fęminas a ſucceſſione pa-
5 tris maſculis extantibus, † ſecundum Iaſ.in d.l.
Lucius,num.23.Ruin.d.conſ.168. num. 20.verſ.
& ſimiliter,vol. 2.

Sed, an ſaltem poſt omnium maſculorum
defectum cenſeantur ſubſtitutæ, valde con-
trouerſum eſt: nam pleriq; cenſuerunt, nullo
6 modo cenſeri ſubſtitutas, † vt Bart.in d.l.Lu-
cius,num.18.& ibi Alex.num.18.Barbat.d.cōſ.
35.num.3.vol.1.Alex.in d.§.qui diſcretas,nu.3.
& d.conſ.66.num.1.vol.2.Soc.Sen.d.conſ.49.nu.
8.vol.1.Ruin.d.conſ.136.nu.15.vol.2.& d.conſ.
152.num.10.uol.3.Curt.Iun.d.conſ.22. num.8.
uerſ.2.probatur, & d. conſ. 161. num. 7. Dec. d.
conſ.185.num.4.uerſ.& hoc modo,& d.conſ.269.
num.1.uerſ.3.Polit.de ſubſtit. in materia recipro-
ca,num. 7. Zaz. de ſubſtit. in eadem materia reci-
proca,num.10.uerſicul.quid,ſi teſtator, & num.
11.Men.d. conſ.198.nu.12. & d. conſ.525.nu.1.
7 Primo, quia † reciproca ſubſtitutio cenſe-
tur facta pro portione hæreditaria l.ſi plures.
24.ff.de uulg.l.1.C. de impub.& al.ſubſt.§.&, ſi
ex diſparibus,Inſt.de uulg. Ergo non pertinet,
niſi ad eos qui partem hæreditatis habent, &
ſunt propriè hæredes. Sed filiæ particulariter
inſtitutę, neque partem hæreditatis habent
l.quamuis.14.ff.ſi quis om. cauſ. teſt. neque ſunt
propriè hæredes,cum legatariarum loco ha-
beantur l.quoties. 13.C. de hered. inſt. Non po-
teſt igitur ad eas reciproca ſubſtitutio perti-
nere, Ita arguunt Bartol.in d.l. Lucius, num.
18.& ibi Iaſ.num.24. uerſicul. ego, Alexand. d.
conſil.66.num.1.uol.2.Barbat.d.conſil.35. num.
3.uol.1.Ruin.d.conſ.136.nu.15.uol.2. Morot.d.
conſ.100. num.2.
8 Secundo,quia † reciproca ſubſtitutio facta
inter plures inſtitutos ius accreſcendi imita-
tur,d.l.cohæredi.41.§.qui diſcretas ff. de uulg. &
dicemus in 9.cap q.32.num.1. Sed hęredes par-
ticulares non habent cum vniuerſalibus ius
accreſcendi,ut dicemus in 7. cap. q. 1. num. 13.
Nec igitur habere debent ius reciprocæ ſub-
ſtitutionis.Ita Bart.in d.l Lucius, nu. 18.Alex.
d.conſ 66 nu.1.uol.2.Ruin.d.conſ.152.num.10.
uolum.3.

Contra verò cenſuerunt alij, filias in pro-
poſita ſpecie cenſeri ad ſubſtitutionem voca-
tas,non quidem ſimul cum maſculis, ſed or-
dine ſucceſſiuo, & ſic poſt omnium maſcu-
9 lorum defectum. † Ita enim cenſuerunt Bald.
in l.in teſtamento.6. num.12. & ibi Ang. num.5.
uerſ.deinde quæro C.de mil.teſt. Ang. in d. l. Lu-
cius,num.8.& ibi Imol.num.11. uerſ. item adde,
Caſtr.nu.3.Iaſ.num.27.Alcia. num.40. Ruin.d.
conſ.149.nu.12.d.conſ.165.nu.9.d.conſ.168.nu.
19 uerſ.ſicut,uol.2.Craſſ.in d. §. fideicommiſſum
q.12.num.5.Men.d.conſ.424.num.25.Morot d.
conſ.100.nu. 2.uerſ.& licet, Et ſimili modo cē-
teri maſculos ſubſtitutos fęminis, ſed ordine
ſucceſſiuo, ideſt poſt omnium fęminarū de-
10 fectum.† ut uidere eſt apud Ang. in d.l.in teſta-
mento.6.nu.5.uerſic.deinde quæro C. de teſta.mil.
Alcia.in d.l.Lucius,num 40. Moti ſunt autem
11 Pnmo, quia † oratio vniuerſalis nullam
prorſus excludit perſonam, quæ ſub eius vni-
uerſalitate contineri poſſit l. Iulianus. 66.in
prin.ff.de leg.3.Sed hæc oratio, & omnes filios
meos inuicem ſubſtituo, vniuerſalis eſt, & ita
ſub ea poſſunt contineri foeminæ, vt maſcu-
li, cum appellatione filiorum etiam filiæ cō-
12 tineantur † l.ſi quis ita 16 in prin. ff.de teſta.tut.
l.ſi ita ſcriptum 46.in prin ff.de leg. 2. l. quisquis.
116.l.iuſta.201.ff. de uerb.ſign. Non debent
igitur foeminæ cenſeri ab hac ſubſtitutione
excluſæ.
13 Secundo moti ſunt,quia. † ſi prędicta ſub-
ſtitutio pertinet ad hæredes, ut dictum eſt, de-
bet etiam per conſequentias ad huiuſmodi
filias pertinere,quoniam; & ipſe heredes ſūt,
ut conſiderat Ang.in d.l.Lucius,num 8. Et, ſi di-
xeris, eſſe quidem hæredes, ſed impropriè,
quia ſunt hęredes particulares,qui propria hę
14 redis appellatione non continentur, † ut ſcri-
bunt Alex.in l.quędam.9.§. nihil intereſt num.3.
ff.de edend.Purp.conſ. 546 num. 8. reſpondent
imò deficientibus maſculis fieri hæredes vni
uerſales, quia per ius accreſcendi totam hę-
reditatem conſequuntur, ut dicemus in 7. cap.
q.9.nu.16. ideoque, & ipſas hoc reſpectu eſſe
propriè hęredes.Ita Iaſ.in d.l. Lucius, num.27.
15 Tertio moti ſunt quia † ad ſubſtitutionem
reciprocam cenſentur vocati, qui habent ius
accreſcendi, & eo ordine, qui in eo ſeruari
ſolet d l.cohęredi.41.§. qui diſcretas ff. de uulg.
Sed filię particulariter inſtitutę maſculis de-
ficientibus habent ius accreſcendi,ut dicemus
in eod.7. cap. q. 8. per tot. Debent igitur etiam
maſculis deficiētibus cenſeri ad reciprocam
ſubſtitutionem vocatæ. Ita Bald.in d. l.in te-
ſtamento.6.num.12. C.de a. mil. Ang. in d.l.
Lucius,nu.8.& ibi Imol. nu. 11. uerſ. item adde.
Verum,vt liberè dicā, quod ſentio,puto in
16 hac re duos eſſe diſtinguendos caſus, † quorū
Primus eſt, quando teſtator in reciproca
ſubſtitutione fecit mentionem de hęredibus,
puta dixit,& omnes hęredes meos, aut etiam, &
omnes filios hæredes meos inuicem ſubſtituo, Et
tunc verius eſſe puto, filias particulariter in-
ſtitutas, ne quidem maſculis deficientibus
17 cenſeri ſubſtitutas, † quia, cum propriè non
ſint hęredes, non poſſunt per conſequentias
ſub diſpoſitione teſtatoris de hęrede loquēte
contineri, quippe cuius verba in dubio ſunt
18 accipienda propriè non impropriè † l.non ali-
ter 66.in prin ff.de leg. 3.& in his terminis conſi-
derat Iaſ. in d. l. Lucius. num.24. uerſic. ego.Et
ita procedet prima opinio.
Nec obſtat, quod, & ipſæ maſculis de-
ficientibus futuræ ſint hęredes vniuerſales
propter ius accreſcendi, quod eis ſolet cōpe-
tere,& hac ratione videantur etiam ipſę pro-
priè hęredes, & hęredum appellatione com-
prehēſę.ſecundum ea,quę diximus in 2.poſterio-
ris opinionis fundamento, quia reſpondeo, ne
hoc quidē reſpectu ita poſſe cenſeri hęredes,
vt in diſpoſitione teſtatoris de hęrede loquē-
te comprehendantur;nam talis diſpoſitio nō
19 intelligitur,† niſi de ijs hęredibus, qui veniūt
ex iudicio ipſius teſtatoris l. qui liberis. 8. §.
hęc uerba ff. de uulg. Filię autem particulari-
ter inſtitutę, quatenus per ius accreſcendi
totam (vt vulgo dicimus) conſequuntur
hęreditatem, & ſic fiunt hęredes vniuerſa-
les, non veniunt ex iudicio teſtatoris, ſed

ex mera

ex mera diſpoſitione legis, quia ius accreſcē-
di, quod inter omnimodo diſiunctos locum
habet, non proficiſcitur ex voluntate defun-
cti, ſed ex mera diſpoſitione iuris ciuilis, *vt
latè oſtendimus in 2.cap.q.2.num.54.* De ijs igi-
tur accipi non poteſt ſupradicta teſtatoris
diſpoſitio, quę hęredes inuicem ſubſtituit.
Quamobrem etiam maſculis deficientibus
non venient filiæ ad hæreditatem patris iure
20 ſubſtitutionis, ſed ſolo iure accreſcendi, † *vt
rectè docuerunt Alex.in d.l.Lucius, num. 18. &
Ruin.d.conſ.136.num.15.verſ.prętereà,vol.2.*
Secundus verò caſus eſt, quando teſtator
nullam fecit mentionem hęredum, ſed ſim-
pliciter dixit, *& omnes filios meos inuicem ſub-
ſtituo,* quomodo ſupponit Bartolus dixiſſe te-
ſtatorem in quæſtione a ſe propoſita, Et tunc
veriorem eſſe puto poſteriorem ſententiam,
quę vult, filias quoq; cenſeri ſubſtitutas, licet
21 ordine ſucceſſiuo: † nam, cum verba teſtato-
ris ſint vniuerſalia, & ita poſſint filias, vt filios
ſui propria ſignificatione complecti, nulla
ſubeſt ratio, propter quam debeamus eas a
diſpoſitione teſtatoris repellere: Quod enim
dicitur, reciprocam ſubſtitutionem cēſeri fa-
ctam pro portionibus hęreditarijs, nō proce-
dit primo, quando (vt in hac ſpecie) nō eſt fa-
cta mentio hęredum *l.nōnūquā.24.ff.ad Treb.*
Deinde procedit, quoad inſtitutos, non, quo-
ad alios, qui poſtea fuerunt adiecti *l. qui com-
plures.32.ff.de vulg.*
Hæc autem, quæ diximus, non ſolum ha-
bent locum in vulgari, & fideicommiſſaria,
de quibus loquuntur Ang.& alij relati ſupra nu.
22 9. ſed etiam in pupillari: † nam de hac loqui-
tur *Bald.in d.l.in teſtamento.6.nu.12. C. de imp.
& al.ſubſt.& poſt eum Alcia.in d.l.Lucius nu.41.*
Nec obſtat, quod hoc poſito non fieret ęqua-
lis perſonarum determinatio *contra l. iam hoc
iure.4.ff.de vulg.* ſcilicet, quia filiæ cenſerētur
pupillariter ſubſtitutę maſculis, ſed non con-
tra, cum ſubſtitutio facta in re certa per verbū
commune, quale eſt verbum ſubſtituo, non
trahatur ad totam hęreditatem, & ſic nō poſ-
23 ſit valere, vt pupillaris, † *ſecundum ea, quæ dice-
mus in 7.cap.q.14. Qua ratione motus Imol. in
cap.Raynutius, nu.172.verſ. item aduerte, extr.
de teſta. quem probat Morot.d.conſ.100.num.2.
verſ.nec obſtat, contrariam in pupillari ſententiam
eſt amplexus,* quia reſpondeo negando in pro-
poſita ſpecie, ſubſtitutionem, etiam reſpectu
fœminarū eſſe factam in re certa: nam, licet
teſtator inſtituerit filias in rebus certis, nō ta-
men ſubſtituendo ſe reſtrinxit ad res, in qui-
bus eas inſtituerat, ſed ſimpliciter dixit, *& om-
nes filios meos inuicem ſubſtituo,* & ideo ſubſti-
tutio, tamquam facta ſimpliciter trahitur ad
totam hæreditatem, & ſic etiam in fęminis
24 valere poteſt, vt pupillaris, † *vt eleganter ani-
maduertit Alex. in d.l.Lucius, num. 18. & ex ijs
patebit, quæ dicemus in eodem.7.cap.q.14.* Verius
igitur eſt quod ſupra diximus, ſcilicet nō ſo-
lum in vulgari, & fideicommiſſaria, ſed etiā
in pupillari filias particulariter inſtitutas cē-
ſeri maſculis ſubſtitutas per hęc verba, *& om-
nes filios meos inuicem ſubſtituo,* non quidem
ſimul cum eis, ſed ordine ſucceſſiuo.
Planè interdum etiam coniunctim cen-
ſentur fęminę cum maſculis ſubſtitutę: nam,
ſi ratio recti ſermonis non patiatur, teſtatorē
videri ſolos maſculos primo loco vociſſe, ne-
ceſſariò debent ſimul cum eis cenſeri fœmi-
25 næ vocatæ, † quia, quod diximus eas cenſeri
poſt maſculos ſubſtitutas, procedit, quando
ratio recti ſermonis id patitur, puta, quando
teſtator tres ſaltem maſculos, aut etiam ven-
trem ex quo plures maſculi probabiliter ſpe-
rari poſsūt, inſtituit, deinde ſubiecit, *& ſi quis
eorum deceſſerit ſine filijs, ſubſtituo ſuperuiuentes;*
nam tunc, quia decedente vno ex maſculis
poteſt in ſuperſtitibus verificari participium
illud, ſuperuiuentes, ideo nulla ſubeſt neceſſi-
tas vocandi fœminas ſimul cum maſculis.
Cœterùm, ſi duos tantum maſculos ſcripſe-
rit hæredes, & vni ex ijs decedenti ſubſtituerit
ſuperuiuentes, quia poſt eius mortem non po-
teſt illud participium, ſuperuiuentes, verifica-
ri in ſolo maſculo, cum pluralis locutio duo-
rum ſaltem numerum requirat *l.vbi numerus.
12.ff. de teſtib.* ideo neceſſariò debemus inter-
pretari voluntatem teſtatoris fuiſſe, non ſo-
lum maſculum, ſed etiam fœminas particu-
26 lariter inſtitutas coniunctim vocare † *l. vlt.&
ibi Bart.num.2.verſ.quod eſt verum, Ang.num.
4.Caſtr.nu.3.ff.ad Treb.Bart. conſil.54. num. 3.
verſ.prætereà,& verſ.non obſtat, quod dictus, lib.
1.Imol.in d.l.Lucius. num.11.verſ.item adde,&
ibi Alex.num.18.Iaſ.nu.26. Alcia. nu.46.Caſtr.
in d.§.qui diſcretas, num.3. & ibi Alex. num. 3.
verſ.limitat, Alcia.num.7.Ruin.conſ.168. nu. 6.
7.& 10.verſ.2.& verſ. nec etiam obſtat, & num.
12.& 19.vol.2.Decia.conſ.62.num.2.verſ.ad hoc
vol. 2.& conſ.56.num.23. verſ.ideo infert vol. 3.
Nico.Bello.lib.4.ſuppu.cap.20.num.6.Men.conſ.
50.num.18.verſ.3.conſ.198.num.6.& conſ.525.
num.3.Surd.conſ.31.nu.24. Morot.d. conſ. 100.
num.2. verſ.& licet.*
Hinc quæritur, ſi notarius abbreuiatè ſcri-
pſerit, teſtatorem ſubſtituiſſe *ſuperuiuent.* ita,
vt dubitari poſſit, vtrum voluerit ſubſtituere
ſuperuiuentem, an ſuperuiuentes, quomodo
ſit facienda interpretatio, Et, ſi quidem ex
præcedentibus, vel ſequentibus verbis colligi
poſſit, quæ fuerit voluntas defuncti, erit illa
27 haud dubiè ſeruanda, † *vt ſcribit Bart. in d. l.
vlt. num. 3.ff. ad Trebell.* Cœterùm in dubio
magis eſt, vt cenſeatur dixiſſe, ſuperuiuentē,
& ſic fęminas, quaſi minus dilectas excluſiſ-
28 ſe, † *ſecundum Bart.in d.l. vlt.nu.3.& ibi Aug.
nu.4.Alex.in d.§.qui diſcretas, num. 3. verſ. ſed,
quid.*

SVMMARIVM.

1 *Frater vtrinq; coniunctus pręfertur conſangui-
neo tantū in ſubſtitutioni vulgari, Sed contra
num.7.& cur, num. 9. & ſeqq.*
2 *Magis coniuncti pręferuntur minus coniūctis in
ſubſtitutione, Declara, vt n.3.& ſeqq.& n.19.*
3 *Fratres vtrinq; coniuncti ſunt coniuncti lege, Sed
contra num.20.*
4 *Aequiparatorum eadem eſt iuris diſpoſitio.*
5 *Coniunctio legis æquiparatur coniunctioni ho-
minis, Declara, vt num. 21.*
6 *Duo vincula ſūt fortiora vno, Declara, vt n.22.*
8 *Declaratur l.vlt.ff. ad Trebell.*
9 *Subſtitutione in vulgari tractatur de hæreditate
patris.*
10 *Subſtitutio vulgaris ſucceſſit in locum iuris ac-
creſcendi.*

1 *Voluntas, & affectio teſtatoris debet attendi in ſubſtitutione vulgari.*
2 *Patris affectio cenſetur par in omnes filios, etiã natos ex diuerſis vxoribus.*
3 *Proximitas debet attendi reſpectu teſtatoris in vulgari ſubſtitutione.*
4 *Dilectus aquè in inſtitutione cenſetur etiã aquè dilectus in ſubſtitutione vulgari.*
5 *Determinatio pariformiter fieri debet.*
6 *Coniunctio ſanguinis non attenditur, nec inducit prelationem.*
7 *Coniũctio intelligitur, qua parit ius accreſcendi.*
8 *Frater vtrinq; coniunctus non præfertur etiam extraneo inſtituto in ſubſtitutione vulgari.*

An, & quando frater vtrinq; coniunctus preferatur conſanguineo tantũ in ſubſtitutione vulgari.

Quæſtio Quinquageſimaquarta.

QVintus, & vltimus caſus eſt, quando ſubſtituti sũt omnes pares reſpectu teſtamentariæ coniunctonis, aut diſiunctionis, ſed ſunt diſpares reſpectu conſanguinitatis, puta ſunt plures filij ex diuerſis vxoribus nati, quos pater inuicem ſubſtituit, Et tunc, ſi deficiat vnus, quęri ſolet, an frater vtrinq; coniunctus conſanguineo tantum in ſubſtitutione prę feratur. Pro faciliori aũt quęſtionis huius diſcuſſione ſeparatim nobis erit diſpiciendum, Primo, quid in ſubſtitutione vulgari, Secũdo, quid in pupillari, Tertio demum, quid in fideicõmiſſaria.

Et in vulgari quidem ſubſtitutione Diuus *in d. l. cohęredi. 41. §. qui diſcretas ff. de vulg.* cenſuit, vtrinq; coniunctum eſſe pręferendum,
1 † Cuius opinio videtur hiſce fundamentis comprobari, &

Primo, quia magis coniuncti vtiq; minus
2 coniunctis in ſubſtitutione præferuntur † *d. §. qui diſcretas*. Sed fratres vtrinque coniuncti haud dubiè ſunt magis cum deficiente coniuncti, quam conſanguinei tantum. Debent igitur illis in vulgari ſubſtitutione præferri.

Et, ſi dixeris, eſſe magis coniunctos con-
3 iunctione legis, non hominis, † cum alioquin *§. qui diſcretas*, de iis loquatur, qui ſunt magis coniuncti ab homine, *vt reſpondent Bald. in l. in teſtamento. 6. num.* 10 *& ibi Ang. num. 5. verſ quid autem C. de teſta. milit. Caſtr. in l. vnic. §. his ita definitis num. 6. verſ intellige C. de cad. toll & in d. §. qui diſcretas, num. 4. & ibi Alcia. num. 5. Curt. Iun. conſ. 22. num. 16. verſ. non obſtat, Men. conſ.* 124 *nu.* 10. videtur poſſe replicari, imò idem eſſe de vtriſque ſtatuendũ, quia, cum ęquiparatorum eadem ſit iuris diſ-
4 poſitio † *l. 2. C. comm. de legat.* & coniunctio le-
5 gis æquiparetur coniunctioni hominis † *l. 1. §. idem ait, iuncto §. idem eſt ff. de vſufruct. accreſ.* conſequens videtur, vt, quemadmodum præferuntur, qui ſunt magis coniuncti coniunctione hominis, ita etiam pręferri debeant, qui ſunt magis coniuncti coniunctione legis, *vt arguebat Din. in d. §. qui diſcretas.*

Secundo videtur comprobari ex eo, quia duo vincula ſunt fortiora vno, & ei pręferun-
6 tur † *vt diximus in hoc cap. q. 47. num.* 6. Sed in vtrinque coniuncto duo ſunt vincula, nempe paternum, & maternum, in conſanguineo verò ſolum paternum. Debent igitur huic illa præferri.

Verùm his non obſtantibus conſtat eſſe verius, & receptius, vtrinque coniunctum nõ eſſe in vulgari ſubſtitutione, ſiue in reciproca, quæ in vulgarem reſoluitur, potiorem cõſanguineo, ſed vtrunq; pariter admittendũ.
7 † *Ita enim cenſuerunt omnes, qui ſimpliciter dixerunt in reciproca a patre facta vtrinque coniunctum non pręferri conſanguineo, quos referemus in q. ſeq. num. 7. Et ſpecialiter de vulgari loquentes tradiderunt Bart. in d. l. Lucius. 45. in prin. num. 21. & ibi Imol. num. 12. verſ. vltimo, Alex. num. 20. Iaſ. num. 31. vbi teſtatur, hanc eſſe magis communem Alcia. num. 48. ff. de vulg. Bart. in d. l. re coniuncti, nu. 62. in fi. & ibi Crot. num. 156. verſ. 5. Bald. in l. iam hoc iure. 4. in fi. ff. de vulg. Ang. in l. in teſtamento. 6. num. 5. verſ. quid autem C. de teſta. mil. Caſtr. in l. vn. §. his ita definitis, num. 6. verſ. intellige Cod. de cad. tollend. Imol. in d. §. qui diſcretas, & ibi Caſtrenſ. num. 4. Alcia. num. 4. & 5. Bald. in tract. de ſubſtit. in materia reciproca, num. 19. Papien. in form. lib. quo agitur ex ſubſtitutione, in verb. hinc inde, num. 18. Alex. conſ. 30. num. 4. vol. 2. Iaſ. in l. 1. num. 2. verſ. 2. C. de impub. & al. ſubſt. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelaſiã, num. 114. Soc. Sen. conſ. 249. num. 20. verſ. 5. & num. 22. verſ. circa primum vol. 2. & conſ. 86. nu. 9. verſ. iſta concluſio, vol. 3. vbi teſtatur, hanc eſſe magis communem opinionem, Ruin. conſ. 107. num. 2. 6. & 8. conſ. 159. num. 1 conſ. 165. num. 1. 6. & 7. conſ. 166. num. 1. verſ. & confirmatur, & num. 5. & 7. verſ. neque obſtat, & nu. 8. conſ. 167. num. 2. & 12. conſ. 168 num. 2. & 7. in fin. & nu. 14. vol. 2 & conſ 28. nu. 8. in fi. vol. 3. Curt. Iun. conſ. 22. num. 6 & 16. verſ. non obſtat, & conſil. 125. num. 3. 7. & 8. Polit. de ſubſtit. in materia reciproca, num. 7 Dec. conſ. 185. num. 1. & in fin. verſ. 3. Soc. Iun. conſ. 66. num. 5. vol. 3. Rub. in l. Gallus. 29. §. quidam recte, num. 72. & 73. & ibi Alcia. num. 6. Soc. Iun. num. 33. verſ. non obſtat tertium ff. de lib. & poſth. Tiraq de retract. lignag. §. 11. gl. 1. num. 14. Couar. cap. 38. pract. quaſt. num. 2. Decia. conſ. 16. num. 43. vol. 1. Zaz. de ſubſtit. in materia reciproca, num. 12. Nat. conſ. 130. num. 7. Crau. conſ. 43. num. 1. Mantic. de con. vlt. vol. lib. 5. tit. 11. num. 3. 11. & 15. & lib. 8. tit. 13. num. 6. Craſſ. in §. ſubſtitutio q. 57. Men. conſ. 50. num. 18. conſ. 124. num. 110. conſ. 187. num. 41. conſ. 198. num. 3. & de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 75. num. 1. Surd. conſ. 31. num. 14. & 20. Pereg. de fideic. artic. 20. nu. 12. & 15. Andr. Facb. lib. 4. contron. cap.* 86. Probatur autem hęc ſententia

Primo *l. vlt. ff. ad Trebel.* arguendo a ſubſtitutione fideicommiſſaria ad vulgarem: nam
8 ibi † ad fideicommiſſariam ſimul admiſſus eſt conſanguineus cum vtrinq; coniuncto, quoniam ambo fuerant ſubſtituti. Ergo, & ad vulgarem (ſi ambo quoque ſubſtituti ſint) debet vterque pariter admitti, cum vtriuſque ſubſtitutionis par ſit ratio: nam ita per vulgarem ſucceditur teſtatori *§. 1. Inſt. de pupill.* vt per fideicommiſſariam *l. cohęredi. 41. §. cum filio ff. de vulg.* Imò maior videtur eſſe ratio in vulgari, quam in fideicommiſſaria, quo-

niam

niam in illa magis conſideratur hæreditas,
vt teſtatoris, quam in hac, quippe, cum illa
locum habeat ante aditam hęreditatē, quo
tempore propriè conſideratur hęreditas,
hęc verò non, niſi poſt, quo tempore verè
deſijt eſſe hęreditas, & facta eſt proprium hę-
redis patrimonium *l. ſed. ſi plures. 10. §. filio ff.
de vulg.* Qua de re poſtea latiùs dicemus *in
hoc cap. q. 56. nu. 12. & 55.*

Secundo probatur, quia, vbi tractatur de
hęreditate patris, vtrinq; coniunctus nō pręfertur
conſanguineo, *vt diximus in hoc ipſo
cap. q. 47. num. 12.* quia, cum omnes reſpectu
patris pares ſint, pariterque coniuncti, *vt diximus
ibi num. 11.* debent per conſequentias
pariter admitti. Sed in vulgari ſubſtitutione
9 tractatur de hæreditate patris, † cum per eam
ſuccedatur teſtatori, non ei, cui fit ſubſtitutio
d. §. 1. Inſt. de pupill. Ergo in ea non debet
vtrinque coniunctus conſanguineo tantum
pręferri. *Ita Bart. in d. l. re coniunctis, num. 62.
in fi. Iaſ. in d. l. Lucius, num. 31. Ruin. d. conſil.
107. num. 2. 6. & 8. & d. conſil. 165. num. 6. & 7.
d. conſil. 166. num. 1. verſ. & confirmatur, & nu.
5. & 8. d. conſil. 167. num. 12. d. conſil. 168. num. 2.
vol. 2. & d. conſil. 28 num. 8. in fi. vol. 3. Gul. Ben.
in d. cap. Raynutius, in verb. & uxorem nomine
Adelaſiam, num. 114. Curt. Iun. d. conſ. 125. nu.
3. & 8. Rub. in d. §. quidam rectè, nu. 73. Couar.
d. cap. 38. pract. quęſt. num. 2. Decia. d. conſil. 16.
num. 43. uol. 1. Crau. d. conſ. 43. num. 1. Mantic.
d. lib. 5. titul. 11. num. 3. & d. lib. 8. tit. 13. num. 6.
Menoch. d. conſil. 187. num. 41. Pereg. d. artic.
20. num. 15.*

Tertio probatur, quia vtrinque coniunctus
non præfertur conſanguineo in iure accreſcendi,
ut diximus in hoc cap. q. 47. num. 8. Nec
igitur præferri debet in vulgari, quæ iuris ac-
10 creſcendi loco ſucceſſit. † *Ita arguunt Bald.
in d. l. iam hoc iure. 4. in fi. ff. de uulg. Imol. in d. l.
Lucius. num. 12. uerſ ultimo, & ibi Alex. num. 20.
Iaſ. num. 31. Alcia. num. 48. Rub. in d. § quidam
rectè, num. 72.*

Quarto probatur, quia in vulgari ſubſtitutione
debet attendi voluntas, & affectio te-
11 ſtatoris, non eorum, quibus fit † *l. ſi plures.
24. l. quidam teſtamento. 30. ff. de uulg. & ſcribūt
Alcia. in d. l. Lucius, num. 48. Mantic. d. lib. 8. tit.
13. num. 6. Menoch. conſil. 434. num. 30. Surd. d.
conſil. 31. num. 18.* & conſequenter, qui iuxta
teſtatoris affectionem pares ſunt, debēt quoque
pariter admitti. Sed iuxta teſtatoris affectionem
omnes filij pares ſunt, cum pater
(vt æquum eſt *§. pen. Auth. de nupt. coll. 4.*) cenſeatur
habere parem, & æqualem affectionē
in omnes filios, tamquam a ſe genitos, ſiue
12 nati ſint ex eadem matre, ſiue non, † *ut ſcribunt
Bart. in d. l. Lucius, num. 21. & ibi Iaſ. num.
33. Bald. in d. l. in teſtamento 6. num. 10. & ibi
Ang. num. 5. uerſ. quid autem Cod. de teſtam. mil.
Caſtrenſ. in d. §. qui diſcretas num. 4. Alex. d. conſ.
30. num. 4. uol. 2. Papien. in d. form. lib. quo ag. ex
ſubſt. in uerb. breuiloċè, num. 18. Soc. Sen. d. conſil.
249. num. 20. uerſ. 3. uol. 2. & d. conſ. 86. num. 9.
uerſ. iſta concluſio, uolum. 3. Ruin. d. conſil. 107.
num. 2. & 6. d. conſil. 159. num. 1. d. conſil. 165.
num. 1. d. conſil. 166. num. 5. d. conſil. 167. num. 2.
uol. 2. Crott. in d. l. re coniunctis, num. 136. uerſic.
5. Dec. d. conſ. 303. num. 2. Rub. in d. § quidam
rectè, num. 72. & 78. & ibi Soc. Iun. num. 33. uerſ.
non obſtat tertium. Alcia. in d. § qui diſcretas, nu.
3 & 5. Tiraq. de retr. lign. d. §. 11. gl. 1. num. 14.
Nat. d. conſil. 130. num. 7. Crau. d. conſ. 43. num.
1. Mantic. d lib. 5. tit. 11. num. 3. Craſſ. in d. §. ſubſtitutio
q. 12. num. 6. Men. d. conſ. 50. num. 18. d.
conſ. 124. num. 9. & 110. d. conſil. 187 num. 15.
d. conſil. 198. num. 4. in fi. & num. 20. uerſicul. 12.
conſil. 434. num. 34. & 36. conſil. 686. num. 7. &
18. conſil. 841. num. 14. & d. lib. 4 pręſump. 75.
num. 2. 13. & 18. Surd. d. conſil. 31. num. 18. 20.
& 34. uerſ. 2.* Debent igitur omnes pariter admitti.

Quinto cōfirmatur hoc ex eo, quia in vulgari
ſubſtitutione debet attendi proximitas
reſpectu teſtatoris, cui ſuccedituṛ, non reſpe-
13 ctu eorum, quibus ſubſtituitur, † *ut ſcribunt
Soc. Sen. in d. l. ſi cognatis. 18. num. 33. ff. de reb.
dub. & d. conſil. 249. num. 22. uol. 2. Ruin. conſil.
90. num. 8. conſil. 159. num. 9. & conſil. 167. num.
12. uolum. 2. Rub. in d. §. quidam rectè, num. 72.
Mantic. d. lib. 8. tit. 13. num. 6. Surd. d. conſil. 31.
num. 27. uerſ. quibus.* Quo fit, vt, qui teſtatori
ſunt æquè proximi, æquè etiam debeant ad
ſubſtitutionem admitti. Sed omnes filij, ſiue
inter ſe ſint vtrinque coniuncti, ſiue conſanguinei
tantum, teſtatori ſunt æquè proximi,
ut diximus in hoc cap. q. 47. num. 11. Debent igitur
omnes æqualiter admitti.

Sexto probatur, quia æquè dilectus in inſtitutione
cēſetur etiam ęquè dilectus in ſub-
14 ſtitutione vulgari † *l. 1. C. de impub. & al. ſubſt.*
Sed frater conſanguineus fuit ęquè dilectus
in inſtitutione facta a patre, vt frater vtrinq;
coniunctus: ſupponimus enim omnes fuiſſe
a patre inſtitutos. Debet igitur etiam in vulgari
ſubſtitutione cenſeri ęquè dilectus. *Ita
Papienſ. in d. form. lib. quo ag. ex ſubſt. in uerb.
breuiloċè, num. 18. Mantic. d. lib. 5. tit. 11. num. 9.*

Septimo probatur, quia vna determinatio
reſpiciens plura determinabilia debet ea pa-
15 riformiter determinare † *l. iam hoc iure. 4. ff. de
uulg. l. quamuis. 4. Cod. de impub. & al. ſubſt.* Sed
ſubſtitutio a patre facta eſt vna determinatio
reſpiciens plura determinabilia, nempè plures
filios ſubſtitutos. Debet igitur omnes pari
determinare modo, & conſequenter ita vocare
conſanguineos tantum, vt vtrinque cōiunctos.
*Ita arguunt Alcia. in d. l. Lucius, num.
48. Men. d. pręſ. 75. num. 3.*

Octauo, & vltimo probatur, quia maior
ſanguinis coniunctio non attenditur, nec inducit
prælationem inter eos, qui reſpectu teſtamentariæ
coniunctionis, aut diſiunctionis
16 pares ſunt, † *ut ſcribunt Bald. in l. 1. num. 5. &
ibi Iaſ. nu. 8. uerſ. 2. C. de impub. & al. ſubſt. Imol.
in d. § qui diſcretas, Alexand. d. conſil. 30. num. 4.
uol. 2. Dec. d. conſil. 303. num. 4. Gabr. conſil. 121.
num. 2. uol. 1. Zaz. de ſubſtit. in materia reciproc,
num. 12.* nam coniunctionem, ex cuius maioritate
prælationem inducimus, intelligimus
17 eam, quæ parit ius accreſcendi, † *ut declarant
Bart. in d. l. Lucius, num. 21. Papienſ. in d. form.
lib. quo ag. ex ſubſt. in uerb. breuiloċè, num. 18.*
Cum igitur ſanguinis coniunctio ſit inutilis
ad inducendum ius accreſcendi, *ut diximus
in hoc cap. q. 47. nu 17.* Conſequens eſt, vt nec
pręlationem inter ſubſtitutos operari poſſit.
Hinc fit, vt vtrinque coniunctus non debeat
ob maiorem ſanguinis coniunctionem conſanguineo
tantum pręferri, Imo nec cuili-
bet

18 bet extraneo,† quia, cum omnes reſpectu te-
ſtamentariæ coniunctionis, aut diſiunctionis
pares ſint, debent quoq; per conſequentias
pariter admitti, *ſecundum Bald. in d.l.1.num.5.
C.de impub. & al. ſubſt.*

Neq. obſtant contraria: nam ad primum
19 reſpondeo, id procedere,† in ijs, qui ſunt ma-
gis coniuncti coniunctione teſtatoris, non
verò in ijs, qui coniunctione ſanguinis, &
naturæ, vt ſunt fratres vtrinq; coniuncti; *Ita
reſpondent Imol. in d.§. qui diſcretas, Iaſ. in d.l.
1.num.2.verſ.2.C.de impub.& al. ſubſt. Dec. d.
conſ.303.nu.4.Zaz. in d. tract. de ſubſtit. in ma-
teria reciprocę, num 12. Et eſt de mente omnium,
quos retulimus ſupra num 3.& 16.*

Nec obſtat, quod coniunctio legis, qualis
eſſe videtur fratrum coniunctio, æquiparetur
coniunctioni teſtatoris, quia reſpondeo pri-
mo, negando fratres (quantum ad hanc ma-
20 teriam) eſſe lege coniunctos:† nam in mate-
ria iuris accreſcendi lege coniũctos dicimus
eos, qui ſimul ad eandẽ rem ex diſpoſitione
legis vocãtur, *vt oſtendimus in hoc cap.q.27.nu.
1.* cum alioquin fratres dicantur coniuncti
non, quia vocentur ad eandem rem, ſed quia
ſanguine iunguntur, *vt animaduertit Bart. in
d.l.Lucius, num.21.*

Secundo reſpondeo, quod dicimus, legis
coniunctionem æquiparari coniunctioni ho-
21 minis, procedere † quoad producendos effe-
ctus in diſpoſitione legis: nam, vt operetur in
diſpoſitionibus hominum, verius eſt, non cõ-
parari: nec enim in diſpoſitionibus teſtamẽ-
tarijs attenditur coniunctio legalis, *vt ſcri-
bunt Polit. in d.l.re coniuncti, num.95.verſ. pro-
bat, & Men.d.conſ.124.num.110.*

Ad ſecundum verò reſpondeo, duo vin-
22 cula tunc vni preualere, † eũ ſunt pertinen-
tia, *vt diximus in hoc ipſo cap.q.47.num.* 14. In
hac autem materia vincula conſanguinita-
tis eſſe impertinentia, quia nullam habent
vim, aut ad producendum ius accreſcendi,
aut ad inducendam inter plures vocatos prę-
lationem, *vt diximus ſupra nu.16.* ideoq; nec
vni prævalere. *Ita reſpondent Men. d.conſ.686.
num.20.verſ. Non obſtat ſecundum, & d. conſ.
841.num.21.Surd. d. conſ.31.num.34.verſ.2.*
Et hæc quidem dicuntur de vulgari.

SVMMARIVM.

1 *Frater vtrinq; coniunctus prefertur conſangui-
neo tantum in ſubſtitutione pupillari, Sed con-
tra, num.6.*
2 *Frater vtrinq: coniunctus prefertur conſangui-
neo tantum in ſucceſſione fratris, Declara, vt
num.17. & ſeqq.*
3 *Proximior remotiori prefertur in ſucceſſione, De-
clara, vt num.27.& ſeqq.*
4 *Proximitas in pupillari debet attendi inſpecta
perſona pupilli.*
5 *Teſtator in dubio cenſetur velle, vt ex pupillari
ſuccedatur eo ordine, quo ſucceditur ab inteſta
to, Sed contra, num.31.& 32. Declara, vt
num.34.*
7 *Frater vtrinq; coniunctus non prefertur conſan-
guineo tantum in reciproca.*
8 *Subſtitutio pupillaris eſt teſtamentum patris, quo-
ad diſpoſitionem, ſed filij, quoad ſucceſſionem.*
9 *Subſtitutio pupillaris pendet ex voluntate patris.*
10 *Subſtituere pupillariter poteſt pater, quem vult.*
11 *Subſtitutio pupillaris regulatur ſecundum affe-
ctionem patris.*
12 *Dilectus in inſtitutione cenſetur etiam dilectus
in ſubſtitutione pupillari.*
13 *Declaratur l.qui liberis.8.§.hęc verba ff.de.vulg.
& nu.ſeqq.*
18 *Frater vtrinq; coniunctus prefertur conſangui-
neo tantum in diſpoſitionibus factis a fratre,
& cur, num.19. Declara, vt num. 20. & ſeqq.*
22 *Frater vtrinq; coniunctus non præfertur con-
ſanguineo, ſi ſubſtitutio ſit facta per copulam,
&, num.ſeq. vel ſi dictum ſit, ſubſtituo ſuperui-
uentes, num.24. vel, omnes fratres, num.26.*
33 *Vna præſumptio tollit aliam.*

An, & quando frater vtrinq; coniunctus pręferatur conſanguineo tantum in ſubſtitutione pupillari.

Quæſtio Quinquageſimaquinta.

DE pupillari verò maior ſolet eſſe du-
bitatio, num ſcilicet in ea frater
vtrinq; coniunctus conſanguineo
tantum præferatur. Fuerunt autẽ
de hac re duæ noſtrorũ interpretum ſenten-
1 tiæ, Prima exiſtimantium pręferri. † *Quæ fuit
opinio Bart. in d.l.re coniuncti, num.62. in fi. Et,
licet hanc partem non firmet, ſed dicat ſimpliciter,
poſſe Dini ſententiam ſaluari in pupillari, eam
tamen authoritate Bart. moti probarunt Gul.
Bened. in d.cap. Raynutius, in verb. & vxorem
nomine Adelaſiam, num. 114. Soc. Sen. in d.l.ſi
cognatis.20.num.40.ff.de reb. dub. & conſ. 249.
num.20.verſ. 5.vol.2.& conſ.86.nu.11. vol. 3.
Ruin.conſ.90.num. 8. conſ.107.num. 5.6.& 8.
conſ.159.num.1.conſ.165.nu.6.conſ. 166.nu.1.
verſ.& confirmatur, & num.5.conſ.167.num.2.
verſ. nec ſecundum eum, & num.12.& conſ. 168.
num.2.& 14.vol.2.& conſ.28.nu.9.vol.3. Curt.
Iun.conſ.125.nu.3. Fab. Acoromb. in l. hęredes
mei.57.§.cum ita, nu. 42.ff.ad Treb. Decia. conſ.
16.num.43.vol.1. Men.conſ.187.num.* 41. Mo-
uentur autem, vt ita ſentiant

Primo, quia quando tractatur de ſucceſſio
ne fratris, vtrinq: coniunctus conſanguineo
2 tantum præfertur † *Auth. ceſſante C. de leg. her.
§. ſi igitur defunctus, Auth. de hered. ab int. ven.
coll.9.§.1. Auth. vt fratr. fil. coll.9.& ſimpliciter
ſcribunt Bart. in d.l.re coniuncti, num. 62. verſ.
ego dico, Ruin.d.conſ.166.num.7. verſ. Nec ob-
ſtat, vol.2. Dec.conſ.303.num.4. Alb. conſ.511.
num 9. Gomez. tom.1.var.reſol.cap.10.num. 31.
verſ. ſed in contrarium. Decia.d.conſ. 16.nu. 51.
verſ. non obſtat ſimiliter, vol.1. Men conſ.124.nu.
10.conſ.434.num.45.conſ. 686. num. 7. in fi. &
conſ.841.num 5.* Sed in pupillari ſubſtitutio-
ne tractatur de ſucceſſione fratris, quia per
eam non ſuccedıtur teſtatori, ſed pupillo §.
1. *Inſt. de pupill.* Debet igitur in ea frater vtrin-
que coniunctus conſanguineo tantum præ-
ferri. *Ita Bart. in d.l. re coniuncti, num. 62. in fi.
Gul.Ben. in d.cap. Raynutius, in verb.& vxorem
nomine Adelaſiam, num. 114. Soc. Sen. in d. l. ſi co-
gnatis.20.num.40.ff.de reb.dub. Ruin.d.conſ.90.
num.8.d.conſ.107.num.6.& 8.d.conſ.159.num.*

1.d.

1.d.conſ.165.num. 6. d. conſ 166.num.1.verſ.& confirmatur,& num.5. d. conſ. 167.num.2.verſ. nec ſecundum eum, & num.12.d.conſ.168.num. 2.vol. 2.d.conſ.28.nu.9.vol.3.Curt.Iun.d.conſ. 125.num.3.Men.d.conſ.187.num. 41.

Secundo mouentur, quia proximior re-
3 motiori debet in ſucceſſione præferri † l. 2. §. hæreditas ff.de ſuis,& leg.l.cum ita.33.§.in fidei-cõmiſſo ff.de leg.2. Sed pupillo, ex cuius perſo-na debet æſtimari proximitas in ſubſtitutio-
4 ne pupillari † ſecundum eundem Ruin. d. conſ. 90.num.8.d.conſ 167.num.12. vol. 2. Fab. Acc-romb.in d.§.cum ita nn.42.Surd.conſ. 120. nu. 10. proximior eſt vtrinq; coniunctus, quam conſanguineus tantum. Debet igitur huic il-le præferri.

Tertio mouentur, quia teſtator in dubio cenſetur voluiſſe, ex pupillari ſubſtitutione ſuccedi eo ordine, quo ſucceditur ab inteſta-
5 to,† vt ſcribunt Ruin.d.conſ.90.num. 8. d. conſ. 107.num.5.& 6.d.conſ.195.num.6.vol.2.d.conſ. 28.num.9.vol.3.Decia.d.conſ 16.num.43.vol.1. Sed ab inteſtato frater vtrinq; coniunctus excluſiſſet conſanguineum, vt dictum eſt. Debet igitur eũ excludere etiam in pupillari ſubſtitutione.

Verum his non obſtantibus contrariam opinionem, quæ receptior eſt, veriorem eſſe puto, ſcilicet etiã ad pupillarem ſubſtitutio-nem conſanguineum tãtum vtrinq; coniun-
6 cto pariter admitti. † Huius opinionis viden-tur fuiſſe, qui ſimpliciter dixerunt in reciproca ſubſtitutione fratrem vtrinq; coniunctum con-
7 ſanguineo tantum non præferri,† vt Bart.in d. l. Lucius,45.in prin.num.21.& ibi Imol.num. 12. verſ.vltimo, Alex. num. 20. ff de vulg. Ang.in l. in teſtamento 6.nu.5.verſ.quid autem C.de teſta. mil. Bald. in tract.de ſubſtit.in materia reciproca num.19.Caſtr.in d.§.qui diſcretas, num. 4. Pa-pienſ.in d. form. lib. quo ag. ex ſubſt. in verb. breuiloquè,num.18 Alex.conſ. 30. num. 4. vol.2. Dec.d.conſ.186.num.1.& in fi.verſ. 3. Soc. Iun. conſ.126.num.5.vol.1.Tiraq.de retr.lign. §. 11. gl.1.num.14.Nat.conſ.130.nu. 7. Gomez. tom. 1.var.reſol.cap. 10.num. 35. verſ.ſed in contra-rium,Men. conſ. 50. nu.18. conſ. 598. num. 20. verſ. 12. Pereg.d.conſ.64.nu.9.vol.5. Sed in ſpe-cie de pupillari loquentes ita cenſuerunt, Bald.in d.l.in teſtamento 6.num.10. C. de teſta. mil. Iaſ. in d.l.Lucius,n.32.& ibi Alcia. num. 49. Crott. in d.l.re coniuncti,num.135. verſ.ſed pro opinio ne,& ibi Polit.num.95.verſ.probat, Alcia.num. 64.verſ.ſed quid, Polit. de ſubſtit.in materia re-ciproca,num.7.Rub.in d.l.Gallus 29.§. quidam rectè,nu.77.& ibi Soc.Iun. nu. 33.verſ.nõ obſtat tertium, Alcia.num.6.ff.de lib. & poſth. Alcia. in d.§.qui diſcretas,num.5.Soc.Iun.conſ. 66. nu. 5. vol.3.Gabr.conſ.121.num.2.& 7.in fi.vol. 1.vbi ait,hanc eſſe veriorem, & receptiorem, Couar.d. cap. 38. practic. quæſt. num.2.verſ. poſteriorem, Gomez d.tom.1.var.reſo.cap. 10. num.31. verſ. ſed in contrarium,vbi ait,hanc ſibi videri puram veritatem,licet Bart.velit contrariũ, Idem ſcrip-ſerunt Grau.d. conſ. 34. num. 1. Mantic.de con. vlt.vol.lib.5.tit.11.n.3.vbi teſtatur,hanc eſſe com-munem,& lib.8.tit.13.num.7. Craſſ. in §. ſubſti-tutio q.57. Men. conſ. 198. num. 3. & de præſ.d. lib.4.præſ.75.num. 12. & 13. in fi. vbi teſtatur, hanc eſſe receptiorem, Pereg. de fideic.d. artic. 20. num.12.& conſ.64 num.10.vol.5. Surd. d. conſ. 31.num.22.& conſ.120.num.9 Andr. Facb. lib. 4. contro. cap. 86. Probatur autem hæc ſen-tentia.

Primo, quia in diſpoſitionibus paternis idem eſt ius conſanguineorum, quod vtrinq; coniunctorum, vt patet ex vulgari; nam pa-ter, qui diſponit ex animo ſuo, nullam facit differentiam inter filios, ſiue nati ſint ex ea-dem matre, ſiue non, ſed omnes æquè diligit, vt ſcribit Bald.in d.l.in teſtamento. 6. num. 10. C.de teſta.mil.& conſtat ex ijs, quæ diximus in q. præced. n.12. Sed pupillaris ſubſtitutio eſt diſ-poſitio paterna, quia, licet dicatur teſtamẽtũ filij quoad effectum, eſt tamen teſtamentum
8 patris, quoad diſpoſitionem † l. Papinianus. 8.§.ſed,neq; impuberis ff.de inoff.teſt.ſi pater. De teſta.in 6.& ſcribunt Caſtr.conſ.374.num.2.vol. 1. Dec.in d.l.in teſtamento.6.num. 6.C.de teſta. mil.Surd.d.conſ. 31. num. 48. Ergo in ea debet idem eſſe ius conſanguineorum, quod vtrin-que coniunctorum, & conſequenter, ſi om-nes fuerint pupillariter ſubſtituti, debent etiã omnes pariter admitti.

Secundo probatur, quia ad ea, quæ pendẽt ex voluntate, & affectione patris, ita vocan-tur conſanguinei, vt vtrinq; coniuncti, cum, vt ſupra diximus, voluntas, & affectio patris cenſeatur eſſe par,& æqualis in omnes filios, Sed etiam pupillaris ſubſtitutio pendet ex vo
9 luntate patris † l. iam hoc iure 4. ff. de vulg. ibi, voluntatis quæſtionẽ relinquat, & l.vlt C. de inſt. & ſubſt.ibi, voluntatis eſſe quæſtionem, & l.quã-uis. 4. C. de imp.,& al ſubſt.ibi. ſi modo non con-trariam defuncti voluntatem extitiſſe probetur,
10 quippe, qui poteſt ſubſtituere, quem vult † d. l.Papinianus 8.§.ſed neq; impuberis,& in his ter minis conſiderant Grau.d.conſ.43.num.1. Man-tic.d lib.5.tit.11.num.14.Surd,d.conſ.31.nu.48. & ſecundum eius affectionem, etiam præſũ-
11 ptam declaratur.† vt patet ex ijs, quæ de matris excluſione ſcribit Bart. communiter approbatus in l.2.num.43.ff. de vulg. Debent igitur ad pu-pillarem ſubſtitutionem ita vocari conſan-guinei, vt vtrinq; coniuncti. Ita arguunt Rub. in d. §.quidam rectè,num.78 & ibi Soc.Iun.nu. 33.verſ.non obſtat tertium, Alcia.in d.l.Lucius, num.49.& in d.§.qui diſcretas, num. 6. & in d. l.re coniuncti,num.54.verſ.ſed,quid, Soc. Iun.d. conſ.66.num.5.vol.3.Gabr.d.conſ. 121. num. 3. vol.1.Couar.d.cap.38 pract.quæſt.n.2.verſ.poſte-riorem, latè Mantic.d.lib.4.tit. 11.nu.3. verſ. ſed mirum,& per tot.& lib.8.tit.13.nn.7.Craſſ. in d.§.ſubſtitutio q.57.Men.d.conſ. 434. nu. 32. & d.lib.4.præſ 75. num. 13. & 16. Surd. d. conſ. 31.num.22.d.conſ.120.nu.9.Andr. Facb. d. lib. 4.contr.cap.86.

Tertio probatur, quia æqualiter dilectus in inſtitutione cenſetur etiam æqualiter di-
12 lectus in ſubſtitutione pupillari † l. qui liberis 8.§. hæc verba ff.de vulg. §. ſubſtituitur Inſt. de pupill. Sed frater conſanguineus ita fuit dile-ctus in inſtitutione, vt frater vtrinq; coniun-ctus, quoniam ambo fuerunt inſtituti. Debet igitur æquè cenſeri dilectus in ſubſtitutione pupillari. Ita arguunt Rub.in d.§. quidam re-ctè num.78. Alcia.in d.l. Lucius,num. 49. Man-tic.d.lib.5.tit.11.num.3.verſ.ſed mirum,& num. 8. Andr. Facb.d.lib.4.contro.cap. 86.

Nec eſt, quod reſpondeas, diuerſam eſſe rationem ſpeciei propoſitæ in d. §. hæc verba,

&c eius,

13 & eius, de qua nos loquimur: nã ibi † res erat certa, quia teſtator generaliter ſubſtituerat omnes hæredes, hic verò res eſt dubia, quia teſtator ſimpliciter ſubſtituit filios, & dubitatur, an eos voluerit ſubſtituere ſimul, & eodem tempore, an verò ordine ſucceſſiuo, & in dubio non præſumitur velle recedere a iure communi, & ab eo ordine, qui ſeruatur in ſucceſſione inteſtati, *Quomodo reſpondet Rum. d. conſ. 165. num. 6. verſ. Nec obſtant rationes vol. 2. Et eſt de mente Iaſ. in d. l. Lucius, num. 32. & Crott. in d. l. re coniuncti, num. 137. verſ. ſed tenendo*, quia verius eſt, imo nullam inter ſpeciem *d. §. hac verba*, & eam, de qua nos loquimur, reſpectu certitudinis, poſſe diuerſitatem

14 tem conſiderari: nam † de vocatione perſonarum, nec ibi dubitabatur, nec ambigitur in quæſtione noſtra, ſcilicet, quia, vt ibi certum erat, fuiſſe ſubſtitutos omnes hæredes, ita & hic clarum eſt, inuicem eſſe ſubſtitutos omnes filios, ſed dubitatio vertitur in alio: nam ibi dubitabatur pro qua parte cēſerētur hęredes pupillo ſubſtituti, pro hæreditariàne, an verò pro virili, hic verò dubitatur, quo ordine cenſeantur filij ad pupillarem ſubſtitutionem vocati, ſucceſſiuòne an coniunctiuo. Itaq; vtroq; caſu dubitatio verſatur, nō circa vocationem perſonarum, ſed circa aliud, nempe, ibi circa partes, hic verò circa ordinem. Quemadmodum igitur ibi dubitatio partium deciditur ex affectione, quam teſtator in inſtitutione demonſtrauit, ſcilicet, quia cenſetur æqualiter ad ſubſtitutionem pupillarem vocaſſe, quos æqualiter in inſtitutione dilexerat, ita etiam ex eadem affectione debet ordinis quęſtio terminari, vt ſcilicet, qui pariter fuerunt in inſtitutione dilecti, cenſeantur quoq; pariter, & eodem tempore ad pupillarem ſubſtitutionē vocati.

Minus eſt, quod reſpondeas, *§. hac verba*,

15 procedere, † quando ſubſtitutionum omniū eadem eſt ratio, non vero, quando diuerſa, vt eſt in caſu noſtro: nam, cum vtrinq; cōiuncti ſint pupillo, de cuius ſucceſſione tractatur, coniunctiores, & proximiores, quam conſanguinei tantum, veriſimile eſt, teſtatorem voluiſſe priùs illos, quam hos ad ſubſtitutionem vocare, *vt poſſe reſponderi ſentiunt Iaſ. in d. l. Lucius, num. 32. & Crott. in d. l. re coniuncti, num. 137. verſ. præterea*, quia verius eſt, imo eādem, non diuersā eſſe vocatorum ra-

16 tionem: nam † paritas rationis non debet æſtimari ex perſona, & affectione pupilli, cui fit ſubſtitutio, ſed ex perſona, voluntate, & affectione patris, qui diſponit, *vt diximus ſupra, numer. 9. & ſeqq.* Cum igitur ſecundum patris voluntatem, & affectionem omnes ſubſtituti pares ſint, *vt diximus in q. pręced. num. 12.* Conſequens eſt, vt par quoq; debeat omnium cenſeri ratio, tametſi reſpectu pupilli diuerſitas aliqua conſiderari poſſit. *Ita reſpondit Mantic. d. lib. 5. tit. 11. num. 12. verſ. 2.*

Neq; huic ſententiæ obſtant contraria: nā ad primum reſpondeo, tres caſus eſſe diſtinguendos, quorum.

Primus eſt, quando tractatur de ſucceſſione fratris, quæ defertur ab inteſtato, Et tūc verum eſt, vtrinq; coniunctum conſanguineo

17 tantum pręferri. † *Et ita procedit contrarium, vt reſpondent Papien. in d. form. lib. quo ag. ex ſubſt. in verb. breuiloce, num. 18. Alex. d. conſ. 30. num. 4. in fi. vol. 2. Mantic. d. lib. 5. tit. 11. nu. 3. verſ. ſed mirum. Andr. Fach. d. lib. 4. contrau. cap. 86.*

Secundus verò caſus eſt, quando tractatur de ſucceſſione fratris, quæ defertur ex eiuſdē diſpoſitione, puta, quia frater ſubſtituit filio ſuo decedenti ſine liberis fratres ſuos, Et tūc ſimiliter verum eſt, vtrinq; coniunctum conſanguineo tantum præferri, tam in prædicta ſubſtitutione, quam in cæteris diſpoſitioni-

18 bus a fratre factis † *vt eſt notiſſima doctr. Caſtr. in l. fin. num. 6. C. de verb. ſig. quam cæteri communiter approbarunt, vti videre eſt apud Iaſ. ibi num. 26. Rum. conſ. 107. nu. 8. conſ. 164. num. 9. conſ. 166. num. 5. conſ. 168. num. 3. verſ. 8. & num. 12. & conſ. 169. num. 7. verſ. & iſtud etiam, vol. 1. Curt. Iun. d. conſ. 125. nu. 5. Dec. conſ. 298. num. 7. Pariſ. conſ. 49. nu. 18. vol. 2. Soc. Iun. conſ. 133. num. 24. vol. 1. Gratu. conſ. 655. num. 5. verſ. Inde fit, & nu. 7. verſ. ad reſpondetur, Decia. conſ. 16. num. 42. & 48. verſ. 4. & 51. verſ. non obſtat ſimiliter vol. 1. Men. conſ. 187. nu. 40. conſ. 198. num. 15. conſ. 680. num. 20. conſ. 841. num. 19. verſ. reſpondetur, & lib. 4. præſ. 75. nu. 21. Perig. de fideic. d. artic. 17. num. 34. & d. artic. 20. num.*

19 19 nam, † cum huiuſmodi diſpoſitiones debeant regulari, & æſtimari ex affectione ipſius diſponentis, qui ſine dubio cenſetur magis diligere vtrinq; coniunctos, quam conſanguineos tantum. Conſequens eſt, vt illi, tamquam magis dilecti debeant his eſſe potiores, *vt in his terminis conſiderant Men. d. præſ. 76. num. 21. & Perig. d. artic. 20. num. 19.*

Nec obſtat, quod hæc doctrina Caſtrenſis videatur refragari communi doctorum ſententiæ *in l. Gallus 29. §. quidam rectè ff. de lib. & poſt.* quæ vult, inſtitutionem cenſeri factā coniunctim, non ordine ſucceſſiuo, ſi frater

20 inſtituat fratrem, & eius filios, † quia, licet frater ſit proximior in gradu ſuccedendi, nō tamen ad hunc ordinem cenſetur teſtator reſpexiſſe, propter naturam copulæ, quæ eſt, vt inducat coniunctionem, & nominatos ſimul vocet, idq; proinde videatur dicendū in diſpoſitione, quæ vocat fratres, quoniam per illam collectiuam, fratres, ita inducitur coniunctio, vt per copulam, *ſicuti demonſtrauimus in hoc cap. q. 16. num. 15.* imo inducitur coniunctio maior, quam per copulam, *vt diximus in hoc ipſo cap. q. 35. num. 8. Qua ratione motus Rum. conſ. 159. num. 16. conſ. 168. num. 18. vol. 2. quem ſequuntur Alma. in d. §. quidam rectè, num. 6. Mantic. d. lib. 8. tit. 13. num. 3. in fi. & num. 7. ſupra dictā Caſtrenſis deciſionem improbauit*, quia, reſpondeo, imo doctrinam hanc non eſſe contrariam ſupradictæ docto-

21 rum traditionis, quippe, quæ ceſſat, † quando ſub nomine collectiuo vocantur plures perſonæ diuerſorum graduum: Tunc enim cenſetur ordine ſucceſſiuo vocatę *l. fin. C. de verb. ſign. & tradunt omnes in d. §. quidam rectè & nos latè oſtēdimus in hoc cap. q. 26. n. 134. & ſeqq.* Cum igitur verbum, fratres, ſit collectiuum plurium perſonarum, quæ in ordine ſuccedendi fratri ſunt in diuerſo gradu, licet in ordine conſanguinitatis ſint in gradu pari, *vt dicemus in q. ſeq. num. 48.* Conſequens eſt, vt per illud cenſeantur vocati fratres eo ordine,

dine, quo eſſent ab inteſtato ſucceſſuri, ideſt
ordine ſucceſſiuo. *vt rectius ſcripſit idem Ruin. conſ.168.num.20.vol.2. & poſt eum Curt.Iun. d.conſ.125.n.5. Men.d.præſ.75.n.21.verſ.cœterum.*

Hinc intelligimus, ſi teſtator per copulam
vocaret fratres, puta diceret, ſubſtituo fratres
vtrinq; cōiunctos, & conſanguineos, omnes
22 ſimul eſſe admittendos,† *vt rectè docuerunt Ruin.d.conſ.168.num.18.vol.2. & Pereg. d. ar-*
23 *tic. 20. num.*20. quia tunc † non eſſent vocati
per collectiuam, ſed per copulā licet nō nominatim, quo caſu procedit ſupradicta doctorum traditio *in d.§ quidam rectè*, quę vult, coniunctim, non ordine ſucceſſiuo cenſeri factam vocationem. Idem eſſet, ſi teſtator plurali locutione vocaret ſuperuiuentes, & vnus tantum ſupereſſet frater vtrinq; coniunctus: nam tunc recti ſermonis ſeruandi gratia cenſeretur ſimul cum vtrinq; coniun-
24 cto vocatus conſanguineus, † *ſecundum ea, quæ diximus in hoc cap. q. 56. num. 62. Ita in ſpecie tradunt Ruin.d.conſ.168.num. 19. vol. 2. Men.d.præſ.75.nu. 22. Pereg d.artic.20.nu.20.* Deniq; ſi teſtator diceret, ſubſtituo omnes fratres, cenſerētur etiam conſanguinei ſimul vocati, propter vim locutionis vniuerſalis, quæ eſt, vt contineat etiā eos caſus, qui alias
25 non continerentur, † *vt ſcribit Pereg. d. artic. 20. num. 21. vbi refert ſe ita in facto obtinuiſſe, Et faciunt, quæ ſcribit Surd.d.conſ.31.num.24. verſ. 8.*

Tertius deniq; caſus eſt, quando tractatur de ſucceſſione fratris, quæ defertur ex diſpoſitione paterna, Et tunc verius eſt, vtrinq; cōiunctum non debere in ea conſanguineo rātum præferri, quia, cum omnes ſint pares reſpectu patris, cuius, non etiam pupilli voluntas, & affectio debet attendi, Conſequens eſt,
26 vt pariter quoq; ſint admittendi, † *ſecundum ea, quæ diximus ſupra num.9 & ſeqq. Et in ſpecie declarant Bald. in d l. in teſtamento.6. nu. 10. C. de teſta. mil. Gabr. d.conſ.121.nu.7.vol.1. Andr. Fach.d.lib.4.contro cap.* 86.

Ad ſecundū verò reſpondeo primo maio-
27 rem procedere, † quando tractatur de ſucceſſionibus, quæ de gradu in gradum tranſire debent, *vt in l.fin.C.de verb.ſign.l.cum ita* 33 *§. in fideicommiſſo l. peto. 71. § fratre ff. de leg. 2.* Cœterùm, quando tractant de diſpoſitionibus teſtamentarijs, quę ſuum effectum ſemel ſortiuntur, vt ſortitur pupillaris ſubſtitutio, magis eſſe, vt proximiores remotioribus non ſint præferendi, quia in huiuſmodi diſpoſitionibus non eſt habenda ratio proximitatis, ſed vocationis, & affectionis teſtatoris, quæ, quia par eſt in omnes vocatos, ideo operatur, vt omnes quoq; pariter admittendi ſint. Et ſanè in ſubſtitutione pupillari nō eſſe habendā proximitatis rationē, vel ex eo intelligimus, quia, ſi pater proximioribus excluſis remotiores, vel etiam omnino extraneos pupillo ſubſtituiſſet, quod eum facere potuiſſe dubium non eſt, nihil proximitas illis ad obtinendā pupilli hæreditatē profuiſſet *d. l. Papinianus 8. § ſed neq; impuberis ff. de inoff. teſt.* Nec igitur prodeſſe debet ad excludendos eos, qui ſimul cum ipſis a patre ſubſtituti ſunt, dato etiam
28 quod eſſēt penitus extranei, † *vt ſcribit Gab. d. conſ.121.num.8.vol.1.* quia nec ipſi vocantur ad hæreditatem fratris, vt proximiores, ſed, vt a patre ſubſtituti, & ſic ex eadem cauſa, &
29 ratione, ex qua cœteri vocātur, † *vt ait Mantic.d.lib.5.tit.11 num.3.verſ ſed mirum.*

Secundo dato etiam, quod eſſet habenda ratio proximitatis, reſpondeo, non eſſe ſpe-
30 ctandam proximitatem † inſpecta perſona pupilli, ſed inſpecta perſona teſtatoris, a cuius voluntate, & affectione regulatur pupillaris ſubſtitutio, *vt ſupra dictum eſt*. Cum igitur inſpecta perſona teſtatoris omnes ſubſtituti ſint æquè proximi, *vt diximus in hoc cap. q. 47. num.* 11. Conſequens eſt, vt omnes etiā ſint æquè admittendi. *Ita Mantic.d lib.5.tit. 11.num.14.verſ. Nec obſtat.*

Ad tertium denique reſpondeo primo, id
31 procedere † in ijs diſpoſitionibus, quæ debēt de gradu in gradum proficiſci, non verò in ijs, quæ ſuum effectum ſemel ſortiuntur, vt in pupillari ſubſtitutione: nam in ea non ſpectatur ordo, quo ab inteſtato ſucceditur pupillo, ſed ſpectatur ordo, qui colligitur ex voluntate, & affectione patris, *vt ſupra dictum eſt, Et in ſpecie reſpondet Surd d conſ. 31. nu. 48.* quia, ſi pater voluiſſet inter fratres ſeruare ordinem legitimæ ſucceſſionis, non feciſſet pu-
32 pillarem ſubſtitutionem † *l. vel ſingulis. 37. ff. de vulg. §. vel ſingulis, Inſt. de pupill. Et in hic terminis conſiderat Mantic.d.lib.5.titu.11.num. 14.verſ. Neq etiam.*

Secundo reſpondeo, quod dicitur, patrem in dubio cenſeri velle, vt pupillo ſuccedatur eo ordine, quo ſucceditur ab inteſtato, eſſe vnam præſumptionem, quæ ceſſat, quando adeſt aliqua præſumptio contraria, quæ ſit fortior: quoniam vna pręſumptio tollit aliā
33 † *l.Diuus. 8. ff. de in int. reſt.* Hic autem adeſſe præſumptionem, quod pater æqualiter dilexerit omnes filios, quæ eſt fortior cœteris omnibus pręſumptionibus *l. cum pater 79. §. ſuccedit ff. de leg. 2.* ideoque ceſſare debere pręſumptionem illam, quod voluerit ſuccedi eo
34 ordine, quo ſucceditur ab inteſtato. † *Ita reſpondent Gabr.d.conſ.121.num.8.vol.1. Alcia. in d.l. Lucius, num.50. Mantic. d.lib.5.titul.11. num.14 verſ.neq; etiam Surd.d. conſ.31. nu.49. Andr. Fach.d.lib.4.controu.cap.* 86. Et hęc de pupillari.

SVMMARIVM.

1 *Frater vtrinque coniunctus præfertur conſanguineo tantum in ſubſtitutione fideicommiſſaria, & contra, num.46. & ſeq. Maximè, ſi contineatur ſub compendioſa, num.58. & ſeqq. vel, ſi ſint ſubſtituti ſuperuiuentes, num. 62.*

2 *Proximitas grauati, non teſtatoris attenditur in fideicommiſſis, Sed contra num. 45. Declara, vt num. 3. & 46.*

4 *Fratres vtrinq; coniuncti, & conſanguinei tantum non ſunt in eodem ſucceſſionis gradu, Declara, vt num. 48.*

5 *Succeditur in fideicommiſſis eodem ordine, quo ſucceditur ab inteſtato, Declara, vt num.7.49. & 50.*

6 *Teſtator in dubio cenſetur ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis.*

8 *Teſtator cenſetur magis diligere proximiores grauati, quam proprios, Declara, vt num. 51.*

9 *Pro-*

9 *Proximior in ordine ſuccedendi grauato cenſetur etiam proximior in ordine ſuccedendi teſtatori. Sed contra, num. 52. Declara, vt nu. 11. 53. & ſeqq.*

10 *Hæres hæredis eſt etiam hæres teſtatoris, Declara, vt num. 53.*

12 *Fideicommiſſaria comparatur potius pupillari quam vulgari, Sed contra num. 55. & 56.*

13 *Declaratur Bart. in l. re coniuncti, 87. num. 62. in fi. ff. de leg. 3. & num. 57.*

14 *Duæ qualitates vincunt vnam.*

17 *Fundamento corruente corruit, & ædificium.*

18 *Declaratur l. vlt ff. ad Treb. & num. ſeqq. vſq; ad num. 37. & num 68.*

19 *Vna ſubſtitutio declarat aliam.*

20 *Prædilectus in ſubſtitutione præcedenti cenſetur etiam prædilectus in fideicommiſſo ſubſequēti, Declara, vt num. 24.*

29 *Dictio, atqui, eſt aduerſatiua, & denotat obiectionem, num. 30.*

33 *Vna ex duabus rationibus ſufficit, vt diſpoſitio locum habeat.*

35 *Cognationis vinculum olim erat impertinens in ſucceſſionibus legitimis.*

37 *Fratres vtrinq; coniuncti, & conſanguinei tantum non diſtinguuntur, quoties agitur de ſucceſſione patris ſiue ſit immediata, ſiue mediata, num. 39.*

38 *Teſtatori ſuccediturex fideicommiſſo.*

40 *Hæres, qui reſtituit hæreditatem effectu non habetur pro hærede.*

41 *Proximi æquè teſtatori vocantur pariter ad fideicommiſſum, Declara, vt num. 42.*

43 *Voluntas ſola ſpectatur, & ſeruatur in fideicommiſſis.*

44 *Dilecti in inſtitutione cenſentur etiam dilecti in fideicommiſſo.*

47 *Frater vtrinq; coniunctus cur in ſucceſſione fratris præferatur conſanguineo tantum.*

59 *Frater vtrinq; coniunctus præfertur conſanguineo tantum in pupillari, quæ ſub reciproca cōtinetur, & num. ſeqq.*

62 *Frater vtrinq; coniunctus non præfertur conſanguineo tantum in vulgari, pupillari, & fideicommiſſaria ſi teſtator ſubſtituat ſuperuiuentes, & vnus tantum frater vtrinq; coniunctus ſuperſit.*

63 *Frater vtrinq; coniunctus præfertur conſanguineo tantum in vulgari, pupillari, & fideicommiſſaria, ſi ſit coniunctus re, & verbis, & cur, num. 64.*

65 *Frater vtrinq; coniunctus præfertur conſanguineo tantum ex coniectura voluntatis teſtatoris.*

66 *Frater vtrinq; coniunctus præfertur conſanguineo tantū, ſi prius ipſe ſolus fuerat vulgariter ſubſtitutus.*

67 *Frater vtrinq; coniunctus nunquam præfertur conſanguineo tantum, ſi ſit dictum, eis, veleis ſubſtituo.*

70 *Frater vtrinq; coniunctus, an præferatur conſanguineo tantum, ſi teſtator dixerit, ſalua proximioritate, & prærogatiua gradus.*

An, & quando frater vtrinq; coniunctus præferatur conſanguineo tantum in ſubſtitutione fideicommiſſaria.

Quæſtio Quinquageſimaſexta.

SVpereſt, vt dicamus de fideicommiſſaria, & videamus, an in ea frater vtrinq; coniunctus conſanguineo tãtum præferatur. Et quibuſdam viſum eſt præferri,
1 † *vt Soc. Sen. conſil. 249. num. 24. verſ. aliquando, & 2. vol. 2. Rum. conſil. 90. num. 8. conſil. 159. nu. 9. conſil. 166. num. 5. verſic. verum, conſ. 167. nu. 12. & conſ. 168. num. 13. volum. 2. Curt. Iun cōſ. 125. num. 4. & 6. Alb. conſ. 17. num. 14. verſ. & præter prædicta.* Moti ſunt autem

Primo, quia in fideicommiſſis ſpectatur proximitas grauati, non teſtatoris, & conſequenter, qui grauato proximior eſt, debet aliis, aut æquè proximis, aut etiam proximio-
2 ribus teſtatori præferri † *vt ſcripſerunt Soc. Sen. in l. ſi cognatis. 20. num. 40. ff. de reb. dub. & d. cōſ. 249. num. 21. vol. 2. & conſ. 86. num. 11. verſicul. Aliquando, & 4. vol. 3. Rum. conſil. 13. num. 12. volum. 1. conſ. 151. num. 3. & 14. conſil. 159 nu. 6. conſil. 166. num. 5. conſil. 167. num 6. conſ. 171. num. 18. conſil. 191. num. 7. & conſil. 203. nu. 20. vol. 2. conſil. 35. num. 10. vol. 3. Pariſ conſ. 40. nu. 17. vol. 2. Alex. in l. pronunciatio. 195. § familiæ, num. 26 ff. de verb ſign. Soc. Iun conſil. 126. num. 21. conſil. 133. num. 27. conſ. 135. nu. 3. vol. 1. conſ. 14. num. 11. vol. 3. & conſ. 22. num. 28. volum. 4. Clar. in § teſtamentum q. 76. num. 14. Roll. conſ. 100. num. 10. & 18. vol 2 Oſaſ. conſ. 71. num. 16. Ceph conſil 45 num. 20. conſil. 46. num. 21. conſ. 313. num. 18. & 36. conſ. 416. num. 22. conſ. 600. num. 15. & 24. Nat conſ 679 num. 12. Decia cōſ. 26. num. 74. uol. 2. conſ. 25. num. 10. conſ 108. num 6. uol. 2. Surd conſ 170 num. 10. ubi teſtatur, hāc eſſe ueriorem, & crebriorem, & in foro magis receptam;* Sed vtrinque coniunctus vtiq; grauato proximior eſt, quam conſanguineus tantum. Debet igitur illi, tametſi æquè proximo teſtatori in fideicommiſſo præferri. *Ita arguunt Soc. Sen. d. conſ. 249. num. 24. uerſ. Aliquando, uol. 2. Rum. d. conſ. 159. num. 9. d. conſil. 166. num. 5. uerſ. uerum. & num. 8. d. conſil. 167. num. 12. uol. 2. Curt. Iun. d. conſ. 125. num. 4.*

3 Etſi dixeris, hoc procedere, † quando vocantur perſonæ diuerſorum graduum ex vi nominis collectiui, puta, deſcendentes, agnati, cognati, ſecus verò, quando vocantur perſonæ eiuſdem gradus, vt ſunt fratres, qui ſiue ſint vtrinq; coniuncti, ſiue conſanguinei tantum, haud dubiè ſunt in eodem gradu, *ut declarat Surd. d. conſil. 31. num. 30. uerſicul. 2.* Reſpondent, imo & hic vocari perſonas diuerſorum graduum, non quidem reſpectu conſanguinitatis, ſed reſpectu ſucceſſionis: nam, cum fratres, non ſimul, ſed ordine ſucceſſiuo vocentur ad fratris ſucceſſionem, non poſſunt per conſequentias non cenſeri diuerſos con-
4 ſtituere ſucceſſionum gradus † *l. eum in teſtamento. 37. in prin. l. Lucius. 85. ff. de hæred. inſt. Ita reſpondent Rum. d. conſ. 166. num. 5. verſ. verſ. nec obſtat, quod prædicti, vol. 2. & Curt. Iun. d. conſ. 125. num. 4.*

Se-

Secundo moti ſunt, quia in fideicommiſ-
ſis ſuccedit ur eodem ordine, quo ſuccedit ur
5 ab inteſtato, † *vt ſcribunt Pariſ. conſil. 3. nu. 41.*
vol. 1. conſ. 76. num. 6. conſ. 83. num. 14. vol. 2. & conſ. 24. num. 26. vol. 3. Ceph. conſ. 491. num. 10. Roll. d. conſ. 100. num. 11. vol. 1. cum teſtator fi-
deicommittendo cenſeatur in dubio ſe con-
formare cum diſpoſitione iuris communis,
6 † *vt aiunt Alex. in d. l. Gallus. 29. §. quidam recte. num. 12. ff. de lib. & poſth. Iaſ. conſ. 215. col. 7. verſ. 3. principaliter vol. 2. Soc. Iun. conſ. 133. num. 22. vol. 1. Nat. conſ. 675 num. 9. Ceph. conſ. 16. nu. 33.*
Sed ab inteſtato vtrinque coniunctus præfer-
tur conſanguineo tantum, *Auth. Itaq; C. côm. de ſucceſſ.* Debet igitur etiam præferri in ſuc-
ceſſione fideicommiſſi. *Ita arguunt Iaſ. d. conſ. 143. num. 8. verſic. 2. vol. 4. Alb. d. conſil. 17. num. 15.*

7 Et, ſi dixeris, hoc intelligi † de ordine, quo
ſuccedit ur ipſi teſtatori, non, quo grauato,
reſpondent, imò intelligi de eo, quo ſuccedi-
tur grauato: *Ita enim reſpondent Ruin. d. conſ. 166. nu. 9. vol. 2. & Curt. Iun. d. conſ. 125. num. 8.*
quia, quemadmodum teſtator prędilexit ip-
ſum grauatum in parte, quam ei reliquit, ita
etiam cenſetur prædilexiſſe omnes eius pro-
ximiores, dato etiam, quod ſupereſſent alij,
qui eſſent ipſi teſtatori, aut æquè proximi,
8 aut etiam proximiores, † *vt ſcribit Ruin. d. conſ. 159. num. 9. d. conſil. 166. num. 8. & d. conſil. 167. num. 11. verſ. Nec obſtat prædictis, vol. 2. & (ſecundum eum)* videtur probari *l. cum auus, 101 ff. de cond. & dem.* vbi, cum auus nepotem
rogaſſet, vt poſt mortem ſuam hæreditatem
patruo, eidemq; filio teſtatoris reſtitueret, &
grauatus moriens reliquiſſet filios, Papinia-
nus coniectura pietatis ductus reſpondit, fi-
deicommiſſarium ab eis excludi, Ex quo ap-
paret, filios grauati, & ſic eius proximiores
cenſeri in parte ei relicta magis dilectos, quã
filium ſubſtitutum, & ſic proximiorem teſta-
toris.

Tertio moti ſunt, quia dato etiam, quod in
ſucceſſione fideicommiſſi ſpectandus eſſet
ordo, quo ab inteſtato ſuccedit ur ipſi teſtato-
ri, adhuc tamen vtrinque coniunctus videre-
tur conſanguineo præferendus; nam is debet
in fideicommiſſo præferri, qui proximior eſt
in ordine ſuccedendi ab inteſtato, licet non
ſit proximior reſpectu gradus, *vt docuit gl. in l. cum ita 33. §. in fideicommiſſo, in verb. primo ff. de leg. 2.* Sed in ordine ſuccedendi ab inteſta-
to proximior eſt vtrinque coniunctus, quam
conſanguineus tantum, etiam reſpectu ipſius
teſtatoris, quia, cum ſit proximior in ordine
ſuccedendi hæredi, debet etiam per conſe-
quentias cenſeri proximior in ordine ſucce-
9 dendi teſtatori, † cum hæres hæredis ſit etiã
10 hæres teſtatoris † *l. vlt. C. de hæred. inſt. l. 3. §. 1. ff. de pet. hæred. l. ſi quis filiumfa. 7. §. fin. ff. de acq. hæred.* Ergo, quamuis non ſit proximior reſ-
pectu gradus, debet nihilominus in fideicom
miſſo præferri. *Ita arguit Soc. Sen. d. conſ. 249. num. 21. verſ. 13. volu. 2. quem ſequitur Ruin. d. conſ. 167. num. 8. vol. 2.*

Nec obſtat, ſi dicatur, in fideicommiſſis
non ſpectari eum ordinem, quo ſuccedit ur
teſtatori mediatè, ſed, quo immediatè, quia
reſpondẽt, imò neceſſariò ſpectari eum, quo
11 ſuccedit ur mediatè: † Nam, cum hæreditas,
quæ per fideicommiſſum reſtitui debet, iam
ſit grauato acquiſita, non poteſt amplius in
ea conſiderari ſucceſſio teſtatoris immedia-
ta, & conſequenter non poteſt quis in ordine
ſuccedendi teſtatori cenſeri proximior reſ-
pectu ſucceſſionis immediatæ, ſed tantum
reſpectu mediatæ, ideſt reſpectu ſucceſſionis
grauati, quia, qui proximior eſt in ordine ſuc-
cedendi grauato, cenſetur etiam proximior
in ordine ſuccedendi teſtatori. *Ita declarant Soc. Sen. & Ruin. in ſupra citatis locis.*

Quarto moti ſunt, quia fideicommiſſaria
magis comparatur pupillari, quam vulgari
12 ſubſtitutioni: † Nam, quemadmodum bona,
quæ per pupillarem capiuntur, priùs tranſeũt
in pupillum, quam in ſubſtitutum *l. ſed. ſi plu-res. 10. §. filio ff. de vulg.* ita etiam ea, quæ ca-
piuntur per fideicommiſſariam, priùs tran-
ſeunt in grauatum, quam in vocatum *l. ille, a quo. 13. §. ſi de teſtamento ff. ad Trebell.* cum
alioquin per vulgarem bona capiantur recta
via nunquam facta primi hæredis *l. 1. ff. de vulg. §. 1. Inſt. de pupilla.* Ergo fideicõmiſſaria
debet potiùs regulari ſecundum naturam pu
pillaris ſubſtitutionis, quam ſecundum na-
turam vulgaris. Atqui natura pupillaris eſt,
vt in ea frater vtrinque coniunctus conſan-
guineo tantum præferatur, *vt ijdem habent in confeſſo, & cenſent omnes, quos retulimus in q. præced. num. 1.* Debet igitur etiam pręferri in
fideicommiſſaria. *Ita Ruin. d. conſ. 90. num. 8. d. conſ. 166. n. 5. verſ. & primo, & n. 7. verſ. Nec obſtat, vol. 2.* Et ita videtur etiã ſẽſiſſe Bartolus,
ſi *Soc. Sen. d. conſ. 249 num. 24. verſicul. aliquando & 2. vol. 2. Curt. Iun. d. conſ. 125. num. 7. verſ. Non obſtat etiam, & alijs* pleriſque credimus:
13 namque † *in d. l. re coniuncti, num. 62. in fi. reſpondendo ad Auth. ceſſante C. de legit. hæred. quæ vult, vtrinque coniunctum conſanguineo tãtum præferri,* ita ait, *ibi loquitur in ſucceſſione, quam quis ſibi vindicat in bonis fratris mortui, quia tunc præfertur pluribus coniunctus, ſed hic tractatur de iure accreſcendi in bonis patris, quæ adhuc non fuerunt quæſita fratri, & ideo omnes pariter vocantur. Et pro hoc facit ff. ad Trebell. l. fi.*
Itaque legem finalem, quæ loquitur de fidei-
commiſſaria allegat ad probandum id, quod
dixerat; quando bona fuerunt quæſita fratri,
tunc attendi pluralitatem vinculorum, &
hoc modo ſignificat, in fideicommiſſaria
ideo vtrinque coniunctum præferri conſan-
guineo tantum, quia in ea tractatur de bonis,
quæ fuerunt quæſita fratri, *vt Soc. Sen. & Curt. Iun. in locis ſupra allegatis intellexerunt.*

Quinto moti ſunt, quia conſanguineus tã-
tum eſt ęquè proximus teſtatori, vtrinque ve-
rò coniunctus eſt, & ipſe æquè proximus te-
ſtatori, & præterea eſt proximior grauato.
Ergo ſaltem hoc reſpectu plus habet, quam
conſanguineus tantum. Debet igitur illi prę-
14 ferri, quia duę qualitates vincunt vnam † *Ita arguit Soc. Sen. d. conſ. 249. num. 21. verſicul. 12. vol. 2. quem ſequitur Ruin. d. conſ. 167. num 7. verſ. & confirmatur vol. 2.*

Verum his non obſtantibus contrariam
opinionem conſtat eſſe receptiorem, non
pręferri ſcilicet vtrinque coniunctum conſã-
guineo tantum in fideicommiſſaria ſubſtitu-
tione à patre facta, ſed vtrumque pariter ad-
15 mitti. † *Huius opinionis videntur fuiſſe, qui ſimpliciter*

plicitèr aiunt, in ſubſtitutione reciproca a patre
facta vtrinque coniunctum non præferri conſan-
guineo. quos retulimus in quæſt. præced. numer. 7.
Sed explicitè de fideicommiſſaria ſubſtitutione
loquutes fuerunt huius opinionis Iaſ. in d. l. Lu-
cius. 45. in prin. num. 31. & ibi Alcia. num. 49. ff.
de vulg. Ruin. conſ. 107. num. 6. & 8. vol. 2. Crott.
in d. l. re coniuncti, num. 135. verſ. & hæc concluſ-
ſio, Dec. conſil. 303. num. 2. Alcia. in d. l. cohæredi.
41. §. qui diſcretas num. 5. ff. de vulg. Soc. Iun. cõſ.
126. num. 3. verſ. 4. vol. 1. & conſ. 66. num. 5. vol.
3. Gabr. conſ. 121. num. 1. & 9. vol. 1. Alb. conſil.
29. nu. 18. & conſ. 81. n. 12. Decia. conſ. 16. n. 21.
& 51. verſicul. Non obſtat ſimiliter vol. 1. Crau.
conſil. 43. num. 1. Mantic. de con. vlt. vol. lib. 5. tit.
11. num. 3. verſicul. ſed mirum, & num. 11. & 15.
& lib. 8. tit. 13. num. 7. Menoch. conſ. 198. num. 3.
conſ. 434 num. 27. verſ. Quarta, & num. 48. &
55. verſ. reſpondetur, conſ. 686. num. 5. verſ. cæte-
rum, num. 19. & 20. verſ. Non obſtat vltimum,
& conſ. 841. num. 1. & 18. & lib. 4. præſ. 75. num.
18. Craſſ. in §. fideicommiſſum q. 12. nu. 6. Pereg.
de fideic. art. 20. nu. 12. vbi teſtatur, hanc eſſe re-
ceptiorem, & ſecundum eam fuiſſe iudicatum Pa-
tauij, & conſ. 64. num. 10. & 16. volum. 5. Surd.
conſ. 31. num. 17. verſ. 3. & num. 20 & conſ. 120.
num. 11. Andr. Facb. lib. 4. controu. cap. 87.
Quam puto indubitatam poſita vera, & cõ-
muni doctorum opinione, quę vult vtrinq;
coniunctum non præferri conſanguineo tan
tum in ſubſtitutione pupillari, ſecundum ea,
quæ diximus in q. pręced. num. 6. & ſeqq. Nam, ſi
non præfertur in ea ſubſtitutione, per quam
ſucceditur fratri, cui magis eſt coniunctus,
multo minus præferetur in fideicõmiſſaria,
per quam ſucceditur patri, cui pariter ambo
16 coniuncti ſunt, † vt in ſpecie declarant Soc. Iun.
d. conſ. 66. num. 5. vol. 3. Gabr. d. conſ. 121. nu. 9.
vol. 1. Mantic. d. lib. 8. tit. 13. num. 7. Quamo
brem, &, qui contrariam ſequuntur opinio-
nem, habent in confeſſo, & pro indubitato
ſupponunt, cũ, licet non pręferatur in vulga-
ri, pręferri tamen in pupillari, & hoc demon-
ſtrare contendunt, fideicommiſſariam in
hac parte debere potius aſſimilari ſubſtitu
tioni pupillari quam vulgari, vt conſtat ex ijs,
quę diximus in eorum 4. fundamento. Poſito
igitur, quod non pręferatur in pupillari, non
eſt, quod quiſquam dubitet de fideicommiſ-
ſaria, quia corruente fundamento corruit
etiam id omne, quod ſuperædificatum eſt
17 † cap. cum Paulus 1. q. 1. Cœterùm, ſi dicere-
mus, in pupillari fratrem vtrinq; coniunctũ
eſſe potiorem conſanguineo, ſecundum alio-
rum opinionem, quam retulimus in q. præced. nu.
1. maior eſſe poſſet dubitatio, Sed adhuc ve-
rius eſſet non pręferri in fideicommiſſaria,
quippe, quæ in hac parte comparatur potiùs
vulgari, quam pupillari ſubſtitutioni. Et in
his terminis loquuntur ferè omnes Dd. pro hac
parte allegati. Probatur autem hęc ſententia
varijs fundamentis, &

Primo quidem (vt noſtris frequentiùs vi-
ſum eſt) probatur l. vlt. ff. ad Treb. vbi Paulus
18 † huiuſmodi proponit facti ſpeciem. Quidã
Iulius Phoebus teſtamento facto tres filios
æquis partibus hæredes inſtituerat, Phoebũ,
& Heracliam ex eadem matre, Polycratem
ex alia, Deinde inuicem eos, qui erant ex ea-
dem matre, ſi quis eorum hæres non fuiſſet
ſubſtituerat, & ab eis petierat, vt, ſi quis eorũ
ſine liberis decederet, portionem ſuam, ex-
ceptis bonis maternis eorum, & auitis, ei, vel
eis, qui ſupereſſent, reſtitueret, Cum autem
Heraclia ſoror mortua ſine liberis fratrem
Phoebum inſtituiſſet hęredem, & Polycrates
fideicommiſſum petijſſet, dubitatum eſt, an,
& ipſe ſimul cum Phoebo cenſeretur ad id
vocatus; Dubitationem autẽ faciebat illud,
quia, cum teſtator priùs inuicem eos tantum,
qui erant ex eadem matre, ſubſtituiſſet, vi-
debatur ex tali ſubſtitutione ſumi coniectura
voluntatis etiam reſpectu ſubſequentis fi-
deicommiſſi, vt ſcilicet, quemadmodum ad
vulgarem ſolum vtrinq; coniunctum voca-
uerat, ita etiam ad ſequens fideicommiſſum
cenſeretur eundem ſolũmodo vocaſſe, quo-
19 niam vna ſubſtitutio declarat aliam † l. cohæ-
redi. 41. §. qui patrem ff. de vulg. & prædilectus
in ſubſtitutione præcedenti cenſetur etiam
prædilectus in fideicommiſſo ſubſequenti
20 † l. Lucius. 78. §. pater puerum ff. ad Trebell. Ita
ratiocinantur Bart. in d. l. vlt. nu. 1. & ibi Aug.
num. 3. Caſtr. num. 2. Ruin. d. conſ. 166. num. 6.
vol. 2. Men. d. conſ. 124. num. 8. d. conſ. 434. num.
43. verſ. 9. d. conſ. 686. num. 6. d. conſ. 841. num.
2. Pereg. de fideic. d. artic. 20. nu. 13. Verum hoc
non obſtante, cum apud Aurelium Proculũ
Proconſulem Achaiæ res ageretur, obtinuit
Polycrates, & appellatione facta, cum ſolus
Phoebus egiſſet, MONOMEROS (vt legi-
tur in Pandectis Florentinis) ideſt, abſente
Policrate, & vna tantum parte informante,
vt interpretatur Cuiac. lib. 4. obſ. cap. 32. non ve-
rò peremptoriè, & ſine replicatione, vt ex-
plicat Ant. Aug. lib. 4. emendat. cap. 16. victus eſt.
Huius autem deciſionis duplex ibi ratio red-
ditur, vna, quia teſtator iuſſerat, hæreditatis
partem reſtitui, ei, vel eis, qui ſupereſſent, quę ver
ba, quia non poterãt verificari in ſolo Phoe
bo, propter naturam pluralis locutionis, quę
duorum ſaltem numerum requirit, ideo ope-
rabantur, vt vterq; frater videretur in ſubſti-
21 tutione comprehenſus, † vti conſtat ex illis
verbis, quia, ei, vel, eis, verba vtroſq; fratres com-
plecterentur, Et in ſpeciè declarãt ibi Ang. n. 3.
verſ. ratio autem, & Caſtr. num. 2. Curt. Iun. d.
conſ. 125. num. 6. Pereg. d. artic. 20. nu. 13. & nos
etiam dicemus infra num. 67. Altera verò, quia
22 teſtator exceperat bona materna, † vt conſide-
rant Curt. Iun. d. conſ. 125. nu. 6. Pereg. d. artic.
20. num. 13. Andr. Facb. d. lib. 4. controu. cap. 87.
nam hoc modo declarando, ſe iudicare in-
conueniens, vt bona primæ vxoris peruenī-
rent ad Polycratem natum ex alia matre,
ſatis apertè demoſtrauerat, ſe in fideicom-
miſſo, & reſpectu bonorum ſuorum de vtro-
23 que fratre ſenſiſſe, † vt apparet ex illis verbis
Sed, & voluntas hæc patris videbatur, qui exce-
perat eorũ bona materna, Et in ſpecie declarat
ibi Caſtr. num. 2. Neq; obſtabat, quod ex pię-
cedenti ſubſtitutione ſolus Phoebus eſſet vo
catus, quia ſequens fideicommiſſum ita de-
mum ex pręcedenti ſubſtitutione declaratur,
ſi de contraria defuncti voluntate non con-
ſtet, aut ex natura verborum, aut ex alijs con-
24 iecturis, † vt ibi declarant Bart. num. 1. Ang. nu.
3. Caſtr. num. 2. Cum igitur in propoſita ſpe-
cie conſtaret de contraria defuncti volunta-
te, & ex natura verborum, nẽpe ex eo, quod
dixerat,

dixerat, ei, vel, eis & ex alia coniectura, nem-
pe ex eo, quod exceperat bona materna, Cõ-
ſequens fuit, vt fideicommiſſum ſequens nõ
debuerit ſecũdum naturam pręcedentis ſub-
ſtitutionis limitari, & conſequenter, vt, licet
ad ſubſtitutionem pręcedentem eſſet voca-
tus ſolus Phœbus, non tamen ſolus cenſere-
tur vocatus ad ſequens fideicommiſſum.
Hinc intelligimus, ſi teſtator non dixiſſet, ei,
vel, eis, nec excepiſſet a fideicommiſſo bona
materna, quia ceſſarent rationes, propter
quas conſanguineus cenſetur ſimul cũ vtrin-
que coniuncto vocatus, Phoebum ſolum de-
buiſſe admitti, propter ſuperiorem rationem,
quia ſcilicet ſolus fuerat ad vulgarem ſubſti-
25 tutionem vocatus, † vt paſſim fatentur *Bart.
ibi num. 1. Ang. Caſtrenſ. & alij*, qui legis eius
ſummarium ita concipiunt. *Fideicommiſſum
limitatur ſecundum naturam præcedentis ſubſti-
tutionis, niſi in voluntate defuncti aliud præſu-
matur, ex natura ſermonis, vel alia coniectura*:
Significant enim in eius legis ſpecie, ſi de
contraria defuncti voluntate non conſtitiſ-
ſet, ex natura illorum verborum, ei, vel, eis, &
ex alia coniectura ſumpta ab exceptione bo-
norum maternorum, fideicommiſſum de-
buiſſe limitari ſecundum naturam præcedẽ-
tis ſubſtitutionis, & conſequenter, vt ad præ-
cedentem ſubſtitutionem ſolus Phoebus fue-
rat vocatus, debuiſſe quoque ſolum ad ſe-
quens fideicommiſsum admitti. Quo poſi-
to probat hic locus (vt noſtris frequentiùs vi-
ſum eſt) ad fideicommiſsum paternum regu-
lariter admitti conſanguineum ſimul cum
vtrinque coniuncto, ducto argumento a ceſ-
ſante ratione legis: nam ideo in propoſita
ſpecie vtrinque coniunctus debuiſset con-
ſanguineo præferri, ſi teſtator non dixiſset,
ei, vel, eis, nec excepiſset bona materna, quia
præceſserat ſubſtitutio reciproca, quæ fuerat
ad ſolos vtrinque coniunctos reſtricta, & li-
mitata. Ergo, ſi talis ſubſtitutio non præceſ-
ſiſset, puta, quia pater, aut nullos, aut omnes
filios inuicem ſubſtituiſset, debuiſsent om-
nes ad ſequens fideicommiſsum pariter vo-
26 cari. † *Ita argumentantur Soc. Iun d. conſ. 126.
num. 3. verſ. 4. vol. 1. Rub. in d. l. Gallus. 29. §. qui-
dam rectè, num. 72. ff. de lib. & poſth. Tiraquel. de
retr. lign. §. 11. gl. 1. num. 13. Surd. d. conſ. 31. nu.
18. verſ. 4.*

Nec eſt, quod cauſeris, hanc non eſse ve-
ram rationem, cur Phoebus ſolus debuerit
admitti, quia, licet Paulus dixerit, teſtatorem
eos tantum inuicem ſubſtituiſse, qui erant ex
eadem matre, non tamen videtur ſuæ dubita-
tionis fundamentum in hoc conſtituiſse, cũ
id ſolum retulerit in verbis narratiuis, quæ,
quia nullam præbent argumenti vim, ideò
non videntur impedire, quominus idem ſit
ſtatuendum etiamſi nulla præcedat ſubſtitu-
27 tio, † *vt conſiderat Curt. Iun. d. conſil. 125. nu. 6.*
quia veriuseſt, imò cauſam prælationis fuiſ-
ſe ductam a pręcedente ſubſtitutione, vti cõ-
ſtat ex illis verbis, *Atqui inuicem duos illos tan-
tum ſubſtituerat*, quibus per modum obie-
ctionis ſignificat Paulus, videri malè iudi-
catum, quia, cum ſolus Phoebus ad vulgarẽ
vocatus eſset, ſolus etiam videbatur ad fidei-
commiſsum admittendus, *vt animaduertit
Menoch. d. conſil. 686. num. 10. & d. conſ. 841. nu.
10. Et eſt de mente eorum, quos retulimus ſupra
num. 25. & 26.*

Nec obſtat, ſi dicatur, hęc verba, non con-
tinere rationem, dubitandi: ſed decidendi,
nec reſpicere fauorem Phoebi, ſed Polycra-
tis, quia non eſt veriſimile, Paulũ inter duas
decidendi rationes vnam dubitandi collo-
caſſe, quod eueniret, ſi diceremus, verba prę-
dicta continere rationem dubitandi, & reſ-
picere fauorem Phoebi, ſcilicet, quia certum
eſt, illa verba præcedentia, *quia ei vel, eis, verba
vtroſq; fratres complecterẽtur* continere ratio-
nem decidendi, quemadmodum & illa ſe-
quentia, *Sed & voluntas hæc patris videbatur,
qui exceperat eorum bona materna*, ideoq; pro-
babilius videtur, tres ibi Paulum rationes at-
tuliſſe, cur Phoebus fuerit victus, vnam, quia
teſtator dixerat, ei, vel, eis, alterã verò, quia
prius ſubſtituerat inuicem eos tantum, qui
erant ex eadem matre, & ideo, quemadmo-
dum ſubſtitutionem ad eos reſtrinxerat, ita
etiam reſtrinxiſſet fideicommiſſum, ſi etiam
ab eo voluiſſet Polycratem excludere, ter-
tiam deniq; quia exceperat bona materna,
28 † vt *interpretatur Pereg. d. artic. 20. num. 13. &*
videtur ex eo probari, quia, cum illarum di-
ctionum, *ſed, &*, quæ immediatè ſequuntur
verſ. Atqui, natura ſit, vt denotent facti diuer-
ſitatem, ſed identitatem iuris, neceſſariò vi-
detur ſequi, qualitatẽ rationis, *tam in verſ. At-
qui, quam in verſ. ſeq. poſitæ*, debere eſſe eandẽ,
& ſic, aut vtramq; debere eſſe rationem du-
bitandi, aut vtramq; decidendi. Non eſt autẽ
vtraq; dubitandi, quia, quæ cõtinetur *in verſ.
ſeq.* haud dubiè eſt decidendi. Eſt igitur vtraq;
decidendi, quia reſpondeo, imo *verſ. Atqui*,
dubitandi, non decidendi rationem conti-
nere: nam illius dictionis, atqui, natura eſt,
29 vt præcedentibus aduerſetur † *l. arbitrio. 19.
§. de eo ff. de dolo*, & denotet potius obiectionẽ,
30 quam præcedentium confirmationem † *l.
Barbarius 3. ff. de off. Prętor. l. ſi pupilli. 6. §. item
quæritur ff. de neg. geſt. l. & eleganter 7. §. ſeruus
pactionis ff. de dolo l. Iulianus 33. ff. de pet. hæred.*

Nec obſtat, quod non ſit veriſimile, Pau-
lum inter duas decidendi rationes vnam du-
bitandi poſuiſſe, maximè concipiendo po-
ſteriorem per illa verba, *ſed, &* quæ ſtant con-
tinuatiuè, quia reſpondeo, non eſſe hoc ab
ſurdum, ſi diligenter I. C. verba perpendãtur:
31 nam † priùs affert rationem, cur Phoebus fue
rit victus, & ait ideo victum eſſe, *quia, ei, vel,
eis, verba vtroſq; fratres complectebantur*. Dein-
de ſubijcit rationem, quam Phoebus ad ex-
cludendum Polycratem allegabat, his ver-
bis, *Atqui inuicem duos illos tantũ ſubſtituerat*,
quaſi dicat, contrarium tamen videbatur
dicendum ea ratione, quia, cum teſtator eos
tantum, qui erant ex eadem matre, vocaſſet
ad vulgarem, veriſimile erat, eoſdem tan-
tum voluiſſe vocare, & ad fideicomiſſa-
riam. Deniq; ad hanc obiectionem reſpon-
ſurus ſubijcit illa verba, *ſed & voluntas hæc
patris videbatur, qui exceperat eorum bona ma-
terna*, quorum ſenſus eſt, prædicta ratione nõ
obſtante rectè fuiſſe iudicatum, quia volun-
tas patris fuerat, vt etiam ad Polycratem fi-
deicommiſſum pertineret, idque conſtabat,
non ſolum ex illis verbis, *ei, vel, eis*, ſed etiam
ex eo, quod exceperat bona materna. Itaq;

verba illa, *ſed, &*, ſtant ampliatiuè reſpectu
rationis allegatę, *in verſ. quia*, non verò reſpe-
ctu rationis propoſitæ *in verſ. Atqui*: Perinde
enim eſt, atque, ſi Paulus dixiſſet, Sed, præter
illa verba, ei, vel, eis, videbatur etiam talis
voluntas patris, qui exceperat eorum bona
materna, *vt rectè Bart. & alij veteres cenſuerunt*.
Nec eſt nouum hęc verba, *ſed &*, ampliare di-
ctum, non immediatum, ſed mediatum: nam
hoc etiam euenit alibi, *vt in l. qui in aliena 6. in prin. ff. de acq. hared. ſecundum gl. ibi, in verb. idem erit probandum*.

Denique non eſt, quod reſpondeas, licet
Paulus hanc adducat rationem, cur Phoebus
debuerit Polycrati præferri, quia ſcilicet ipſe
ſolus fuerat Heraclię ſubſtitutus, ſubeſſe ta-
men, & aliam rationem, quæ non affertur in
textu, quia ſcilicet, cum Phebus, & Heraclia
eſſent ex eadem matre, credendus erat teſta-
tor, in parte Heracliæ deficientis Phoebum,
32 vt coniunctiorem Polycrati prætuliſſe, † *vt
ſcribit Caſtr. in d. l. fin. num. 2. & pro ratione du-
bitandi conſiderat etiam Men. d. conſ. 124. num.
8. & d. conſil. 434. num. 43. verſ. 9. d. conſ. 686. nu.
6. & d. conſ. 841. num. 2.* & ideo, quia duæ ſub-
erant rationes, propter quas inducebatur pręe-
latio, licet vna ceſſet, quia ſcilicet non ſubſti-
tuantur inuicem ſoli fratres vtrinque, coniū-
cti, non tamen debere ceſſare prælationem,
quoniam ex duabus rationibus vna ſufficit
33 ad hoc, vt diſpoſitio locum habere poſſit † *§.
affinitatis Inſt. de nupt. l. liberorum. 11. §. 1. ff. de
his, qui not. inf. Quomodo reſpondet Ruin. d. conſ.
150. num. 9. verſ. Nec obſtat, d. conſ. 166. num. 6.
& d. conſ. 167. nu. 12. verſ. Non obſtat l. fin. vol. 2.*
quia verius eſt, imò cauſam prelationis fuiſſe
ductam ex ſola ſubſtitutione præcedente,
quippe, quam ſolam conſiderauit Paulus, &
duplicitatis vinculorum rationem, nec habi-
tam fuiſſe (niſi commentitia Caſtrenſis opi-
nione *vt ſcribit Pereg. d. artic. 20. num 13. & fa-
tetur Curt. Iun. d. conſ. 125. num. 5. in fin.*) nec
34 haberi potuiſſe: Nam, † cum vinculum ma-
ternæ cognationis cenſeretur impertinens iu-
re vetere, quo frater conſanguineus ſimul cū
vtrinque coniuncto vocabatur ad fratris in-
35 teſtato defuncti ſucceſſionem † *l. 1. C. de legit.
hered.* nulla duplicitatis vinculorum poterat
eſſe vis ad inducendam conſanguinei exclu-
ſionem. Quamobrem eius non, niſi perperā
habita fuiſſet ratio.

Probabilius ſanè dici poſſet *l. vlt.* probare
36 quidem, † ad fideicommiſſum paternum ad-
mitti conſueuiſſe conſanguineum ſimul cū
vtrinq; coniuncto, ſed inſpecto iure Digeſto-
rum, quo tempore nulla duplicitatis vinculo-
rum etiam in ſucceſſione fratris habebatur
ratio, *vt ſupra dictum eſt*. Coeterùm iure nouo,
quo frater vtrinque coniunctus præfertur in
ſucceſſione fratris conſanguineo tantū, aliud
videri dicendum, ideoque nullam eius legis
eſſe vim ad propoſitæ quæſtionis deciſionē,
quippe, quę ſupponit, vtrinq; coniuncti præ-
lationem in fratris inteſtato defuncti ſuc-
ceſſione, *vt eleganter animaduertit Pereg. d. art.
20. num.* 13. Quod, & verum puto, ſcilicet *ex
d. l. vlt.* non deduci plenam huius ſententiæ
probationem, niſi ſequentibus fundamentis
confirmetur. Probatur autem.

Secundo, quia in ijs cauſis, in quibus agitur
de ſucceſſione patris, nulla conſtituitur diffe-
rentia inter fratres vtrinque coniunctos, &
37 conſanguineos tantum, † *vt ſcribunt Couar.
cap. 38. pract. quaſt. num. 2. Ruin. d. conſ. 107.
num. 2 vol. 2. Alb. conſ. 511. nu. 9. Tiraq. de retr.
lign. §. 11 gl. 1. num. 15. Decia. conſil. 16. num. 51.
verſ. non obſtat ſimiliter vol. 1. Men. conſil. 124.
num. 9. conſil. 434. num. 44. conſil. 686. num. 7. &
10. conſil. 841. num. 5. & d. lib. 4. præſump. 75. nu.
18. Surd. d. conſil. 31. num. 34. verſ. 2. Et nos di-
ximus etiam in hoc cap. quaſt. 47. num. 9. & ſeqq.*
Quamobrem, nec in vulgari ſubſtitutione,
nec in iure accreſcendi, in quibus agitur de
ſucceſſione patris, vtrinque coniunctus præ-
fertur conſanguineo, *vt diximus in hoc ipſo
cap. de vulgari q. 54. num. 7. de iure verò accreſ-
cendi q. 47. num* 8. Sed in ſubſtitutione fidei-
commiſſaria tractatur de ſucceſſione patris,
cum per eā ſuccedatur teſtatori non grauato
38 † *l. coheredi. 41. cum filio ff. de vulg.* Non debet
igitur in ea conſtitui differentia inter fratres
vtrinque coniunctos, & conſanguineos tan-
tum, ſed omnes pariter admittendi ſunt.
*Ita Alex. d. conſ. 30. num. 4. in fin. & num. 5. vol.
2. Iaſ. in d. l. Lucius, num. 31. & ibi Alcia. nu. 49.
Ruin. d. conſ. 107. num. 6. & 8. vol. 2. Crott. in d. l.
re coniunctis, numer. 135. verſ. & hæc concluſio,
Dec. d. conſil. 303. num. 2. Decia. d. conſil. 16. num.
51. verſ. non obſtat ſimiliter vol. 1. Gran. d. conſil.
43. num. 1. Men. d. conſil. 434. num. 28. d. conſil.
686. num. 6. & 12. d. conſ. 841. num. 13. & d. præſ.
75. num. 18. Mantic. d. lib. 8. tit. 13. num. 7 Surd.
d. conſ. 31. num. 17. verſ. 3. & d. conſ. 120. num. 12.
And. Fach. d. lib 4. contr. cap. 87.*

Nec eſt, quod reſpondeas, id procedere,
39 † quando tractatur de ſucceſſione patris im-
mediata, qualis eſt ea, quę defertur ex ſubſti-
tutione vulgari, & ex iure accreſcendi, ſecus
verò, quando tractatur de mediata, qualis eſt
ea, quę defertur ex fideicommiſſo, quaſi tunc
videatur præferendus vtrinque coniunctus,
tamquam proximior grauato, cuius, non
etiam teſtatoris proximitas debet attendi,
*Quomodo reſpondent Ruin. d. conſ. 159. num. 9.
d. conſ. 166. num. 8. d. conſil. 167. num. 12. verſicu.
Nec obſtat prædictis. vol. 2. & Curt. Iun. d. conſ.
125. num. 8. Et quo etiam ratione motus Pereg.
d. artic. 20. num. 16 verſ. hæc tamen, ait, hanc ar-
gumentationem non eſſe tutam*, quia verius eſt,
imò procedere etiam in ſucceſſione media-
ta, quippe, quæ eandem, quam immediata ra-
tionem habet; nam, licet bona, quæ per fidei-
commiſſum capiuntur, tranſeant prius in gra-
uatum, quā in ſubſtitutum, non tamen capiū-
tur, vt bona grauati, ſed, vt bona teſtatoris,
& conſiderantur perinde, ac, ſi nunquam fuiſ-
ſent acquiſita, quia reſtitutio hæreditatis ope-
ratur, vt hęres effectu (licet non nomine) ha-
40 beatur pro non hærede † *l. 1. §. 1. ff. ad Trebell.*
& reputetur perinde, ac, ſi nunquam hæredi-
tatem adijſſet. Quamobrem ei reſeruantur
actiones, & ſeruitutes, quæ verè fuerant adi-
tione confuſę *l. pen. ff. ad Trebell.* Quemadmo-
dum igitur, ſi non adijſſet patris hæreditatē,
quo caſu tractaretur de ſucceſſione patris im-
mediata, idem eſſet ius conſanguinei, quod
vtrinq. cōiuncti, ita etiā debet eſſe ſimile ius
in obtinenda patris ſucceſſione, quæ poſt ac-
quiſitionem reſtituitur, quoniam, & ipſa pro
non quęſita reputatur. Quod confirmatur.

Tertio

Tertio ex eo, quia, qui teſtatori ſunt æquè
proximi, debent ad fideicommiſſum pariter
admitti. licet aliqua diſparitas reſpectu gra-
41 uati conſiderari poſſit † *l. is, qui complures. 93. & ibi gl. in verb. omnibus ff. de leg. 3.* Sed fratres,
ſiue ſint conſanguinei, ſiue vtrinq; coniun-
cti, ſunt æquè proximi teſtatori, *vt diximus in
hoc cap. q. 47. num. 11.* Ergo, licet aliqua diſpa-
ritas reſpectu grauati cõſiderari poſſit, debẽt
tamen omnes ad fideicõmiſſum pariter ad-
mitti. *Ita Alb. d. conſ. 29. num. 18. Mantic. d.
lib. 8. tit. 13. num. 7. Men. d. conſ. 434. num. 33. &
45. d. conſ. 686. num. 7. Pereg. d. artic. 20. nu. 14.
Surd. d. conſ. 31. num. 17. verſ. 3.*

Nec eſt contrarium, quod hoc procedat,
42 † quoties inter eos, qui teſtatori ſunt æquè
proximi, non conſideratur charitatis, & af-
fectionis ordo, qui alioquin conſideratur in-
ter fratres, *vt declarat Soc. Sen. d. conſ. 249. num.
25. verſ. tertius vol. 2. Et in ſpecie reſpondet Ruin.
d. conſ. 167. num. 12. verſ. Non obſtat etiam, &
d. conſ. 203. nu. 21. vol. 2.* quia reſpondeo, imo
reſpectu teſtatoris, de cuius ſucceſſione tra-
ctatur, nullũ charitatis, & affectionis ordinẽ
conſiderari poſſe, ſcilicet, quia teſtator cen-
ſetur in omnes filios parem charitatem, &
affectionem habere, *vt diximus in hoc ipſo cap.
q. 54. num. 12.* Et, quamuis reſpectu ipſorum
fratrum ſubſit talis ordo, non tamen in fidei-
commiſſis eius eſt habenda ratio, quoniam
in ijs non ipſis fratribus, ſed teſtatori ſuccedi-
tur. Confirmatur hoc &

Quarto ex eo, quia in ijs, quæ pendent ex
voluntate, & affectione teſtatoris, vtrinq; cõ-
iunctus non præfertur conſanguineo, *vt dixi-
mus in hoc eodem cap. q. 55. num. 8. verſ. 2.* ſcili-
cet, quia, (*vt ſæpè dictum eſt*) patris affectio
par eſt in omnes filios. Sed fideicommiſſa
pendent ex voluntate, & affectione teſtato-
ris, quippe, quæ ſola ſpectatur, & ſeruatur in
43 fideicommiſſis † *l. pen ff. de leg. primo, l. fideicõ-
miſſa. 11. §. item, ſi quis, & l. quiſquis. 93. ff. de
leg. 3. l. hæredes mei. 57. §. cum ita ff. ad Treb. l. cũ
virum 16. C. de fideico.* Non debet igitur in
his vtrinq; coniunctus præferri conſangui-
neo. *Ita Alcia. in d. l. Lucius, num. 49. Mantic. d.
lib. 8. tit. 13. n. 7. Craſſ. in d. §. fideicommiſſum. q.
12. num. 6. Men. d. conſ. 434. num. 31. & d. præſ.
75. num. 16. Surd. d. conſ. 31. num. 18. & 20.*

Quinto, & vltimo probatur, quia æquali-
ter dilecti in inſtitutione cenſentur etiam
44 æqualiter dilecti in fideicommiſſo, † quippe,
quod ab inſtitutione præcedenti regulatur
*l. Lucius. 78. §. pater puerum ff. ad Treb. & dixi-
mus in hoc cap. q. 52. num. 11.* Sed omnes fratres
fuerunt æqualiter in inſtitutione dilecti, quip
pe, cum omnes fuerint a patre inſtituti. De-
bent igitur etiam omnes cenſeri æqualiter
dilecti in fideicommiſſo. *Ita Dec. d. conſ. 303.
num. 3. Men. d. conſ. 434. num. 33. d. conſ. 686.
nu. 16. 18. & 20. verſ. reſpondetur 3 d. conſ. 841.
num. 14. verſ. 4. & num. 16. & d. præſ. 75. num.
20. Andr. Fach. d. lib. 4. contro. cap. 87.*

Neq; huic ſententiæ aduerſantur contra-
ria: nam ad primum reſpondeo, Primo, ma-
iorem illam non carere dubio, quia, imo
in fideicommiſſis attendi proximitatem te-
ſtatoris pleriq; grauiſſimi viri cenſuerunt,
45 † *vt Bart. in l. ſi cognatis 20. num. 2. ff. de reb. dub.
Iaſ. conſ. 215. in primo, dubio, vol. 2. & conſ. 159.
num. 1. vol. 4. Pariſ. conſ. 83. num. 10. & conſ.
88. num. 36. volum. 2. Ruin. conſ. 198. num. 8.
vol. 2. conſ. 142. nu. 15. vol. 3. Rub. in d. l. Gallus.
29. §. quidam recte, num. 88. ff. de lib. & poſth.
Rub. Acoromb. in d. l. hæredes mei. 57. §. cum ita,
num. 40. ff ad Treb. Soc. Iun. conſ. 168. num. 70.
vol. 2. Nat. conſ. 675. num. 24. Gabr. conſ. 86. nu.
11. conſ. 107. num. 2. conſ. 121. nu. 10. vol. 1. Ceph.
conſ. 333. num. 15. conſ. 457 num. 9. conſ. 493. nu.
38. Decia. conſ. 64 num. 6. vol. 2. Mantic. de con.
vlt. vol lib. 8. tit. 12. num. 31. Tiraq. de retr. lign.
§. 11. gl. 1. num. 20. Couar. cap. 38. pract. quæſt.
num. 2. & 3. Roll. conſ. 70 num. 73. vol. 3. Thiſ.
deciſ. 64. in fin. vbi teſtatur ita fuiſſe iudicatum.
Men. conſ. 124. num. 30. conſ. 327. num. 93. conſ.
434. num. 50. conſ. 686. num. 9. conſ. 841. num. 8.
& 22. verſ. reſpondetur, Surd. conſ. 31. num. 27.
verſ. quibus, & conſ. 120. num. 8. And. Fach. d.
lib. 4. contro. cap. 85. Ita reſpondent. Gabr. d. conſ.
121. num. 10. vol. 1. Mantic. d. lib. 8. tit. 13. num.
7. Men. d. conſ. 434. num. 50. d. conſ. 686. num. 9.
d. conſ. 841. num. 22. verſ. reſpondetur, & d. præſ.
75. num. 17. Surd. d. conſ. 31. nu. 27. verſ. quibus
Andr. Fach. d. lib. 4. controu. cap. 87.*

Secundo verò circumſcripta impræſentia-
rum illius articuli veritate reſpondeo, quod
dicitur, in fideicommiſſis ſpectari proximi-
46 tatẽ grauati, non teſtatoris, procedere, † quã-
do quæſtio verſatur ſolum circa gradum co-
gnationis, ideſt, quando concurrunt duo,
quorum vnus reſpectu grauati eſt proximior
in gradu cognationis, quam alter, ſed reſpe-
ctu teſtatoris eſt par, aut etiam remotior, &
quæritur, vter eorum debeat in fideicommiſ-
ſo præferri: nam tunc (ſecundum vnam opi-
nionem) præfertur is, qui eſt proximior gra-
uato. Cæterùm, quando quæſtio non verſa-
tur circa gradum cognationis, ſed ſolum cir-
ca alias qualitates, & circumſtantias, verius
eſt, ad teſtatoris, non ad grauati perſonam
eſſe reſpiciendum, & illius, non etiam huius
ſpectandam affectionem, ſiuè de vocatione
perſonarum, ſiuè de earumdem prælatione
dubitetur, quoniam (*vt ſupra dictum eſt*) in
fideicommiſſis ſola inſpicitur, ſeruaturq. te-
ſtatoris voluntas, quæ ex affectione colligi-
tur. Cum igitur in propoſita quæſtione non
tractetur de gradu cognationis, ſcilicet, quia
fratres, ſiuè ſint vtrinq; coniuncti, ſiuè con-
ſanguinei tantum, quoad gradum cognatio-
nis pares ſunt, non ſolum reſpectu patris, ſed
etiam reſpectu fratris *l. Iuriſconſultus. 10. §.
ſecundo gradu ff. de grad. & affin.* ſed tractetur
ſolum de alia circumſtantia, & qualitate, nẽ-
pe de vinculorum duplicitate, quæ ſola ope-
ratur, vt frater fratri in ſucceſſione præfera-
47 tur, † *vt ſcribit Bald. in Auth. ceſſante, in prin. C.
de leg. hæred. & fatetur etiam Ruin. d. conſ. 167.
num. 3. & 10. vol. 2.* Conſequens eſt, vt in hoc
ſpectanda ſit, non grauati, ſed teſtatoris per-
ſona, & affectio, quæ, quia par eſt in omnes
filios, ideo operatur, vt omnes quoq; pariter
ad fideicommiſſum admittendi ſint. *Ita ele-
ganter reſpondet Pereg. d. articu. 20. num. 11. &
12. in fi.*

Nec obſtat, quod etiam hic videatur diſpu
tari de proximitate gradus, cum fratres in or-
dine ſuccedendi reputentur perſonæ diuerſo-
rum graduum, quia reſpondeo, fatendo eſſe
48 eos diuerſorum graduum † in ordine ſucce-

O 2 dendi,

dendi,ſed nō in ordine cognationis, & quod
dicitur,in fideicommiſſis ſpectari proximita-
tem grauati,non teſtatoris,intelligi de proxi-
mitate,quę reſpicit gradum cognationis, nō
vero,quę gradum ſuccedendi, & ab vno gra-
du ad alium non rectè inferri, quia, qui re-
motior in gradu cognationis eſt, poteſt eſse
proximior in gradu ſuccedēdi *§.repetitis, Inſt.
de ſeru. cognat.*

Ad ſecundum verò reſpondeo, Primo, id
49 procedere † in fideicommiſſis, quæ de gradu
in gradum tranſire debent, vt ſunt ea, quę fa-
milię,ſiue agnationi relinquuntur, non verò
in ijs, quæ ſemel effectum ſuum conſequun-
tur, vt eſt fideicommiſsaria ſubſtitutio, de
qua nos loquimur: nam in ea non eſt ſpectā-
dus legitimæ ſucceſſionis ordo, ſed is,qui col
ligitur ex diſpoſitione,voluntate,& affectio-
ne teſtatoris, ſecundum ea, quę de pupillari
diximus *in q.praced. num.* 31.

Secundo reſpondeo, in fideicommiſſis
50 ſpectandum eſse ordinem, † quo ab inteſtato
ſuccedıtur ipſi teſtatori, non, quo grauato,
ideoque, quemadmodum teſtatori æqualiter
omnes ab inteſtato ſucceſſiſsent, ita etiam
æqualiter omnes eſse ad fideicommiſsariam
admittendos & hoc modo argumentum re-
torqueri,*vt ſcribunt Men.d.conſ.* 434. *num.* 54.
*& Surd.d.conſ.*31.*num.*18.

Nec obſtat, quod, imò non videatur ſpe-
ctādus ordo,quo ſuccedıtur teſtatori, ſed,quo
grauato, quippe cuius proximiores teſtator
cenſetur magis dilexiſse, quam proprios *ex
d.l.cum auus.* 101. *ff. de cond. & dem.* quia reſ-
51 pondeo,hoc procedere † in ijs grauati proxi-
mioribus, qui fuerunt poſiti in conditione,
vel expreſsa, vel tacita, quiq; faciunt defice-
re conditionem fideicommiſſi: nam ij cen-
ſentur a teſtatore prędilecti, non quidem ra-
tione ipſius fideicommiſſi, vt pote ad quod
non vocantur, ſed ratione legitimę ſucceſ-
ſionis, quam eis teſtator conſeruando dicitur
eos fideicommiſsarijs pręferre *l. Lucius.* 85.*&
ibi gl.communiter approbata,in verb.liberos ff. de
hared inſt.* Nos verò loqui de proximioribus
grauati non in conditione poſitis, ſed ſimul
cum ęquè proximis teſtatori ad fideicommiſ
ſum vocatis, qui non cenſentur magis,quam
alij,ſed ęquè dilecti,*vt ſapè dictum eſt*, ideoq;
nec eis pręferri debent.

Ad tertium reſpōdeo, negando minorem:
52 nec enim verum eſt, † proximiores in ordine
ſuccedendi grauato dici quoque proximio-
res in ordine ſuccedendi teſtatori, quia, licet
is,qui ſuccedit hęredi, cenſeatur etiam ſucce-
dere teſtatori, illa tamen ſucceſſio non con-
ſideratur principaliter,& directè,ſed per quā-
53 dam conſequentiam,& ſecundariò † *l. fin. in
prin.ff.de leg.* 3 Principaliter enim ſucceditur
hęredi,non teſtatori,& capiuntur bona, tam-
quam hęredis, non tamquam teſtatoris *l. ſed,
ſi plures.* 10.*§. filio ff.de vulg.tit.Inſt. de pupill. in
prin.* Ideoque non poteſt is, qui proximior eſt
in ordine ſuccedendi hęredi, dici quoq; pro-
ximior in ordine ſuccedendi teſtatori, quo-
niam huius ſucceſſio debet conſiderari prin-
cipaliter,non per conſequentias, &, tamquā
ſucceſſio teſtatoris, non, tamquam ſucceſſio
hęredis.

Nec obſtat, quod, ſtante fideicommiſso
non poſsit conſiderari ſucceſſio teſtatoris im-
mediata, ſed tantum mediata, ſcilicet, quia,
cum bona priùs fecerint tranſitum in graua-
tum, non poſsunt ampliùs in alium directè,
& immediatè transferri,quia reſpondeo, nos
54 hic † non conſiderare ordinem ſuccedendi
ab inteſtato,qui locum habere poteſt ſtante
diſpoſitione teſtatoris, ſed eum, qui locum
haberet, ſi teſtator de bonis ſuis non diſpo-
ſuiſset:nam, & de hoc ſentiunt omnes *in l.hę-
redes mei* 57.*§.cum ita ff.ad Treb.& relati ſupra
num.*5.qui tradunt, in fideicommiſsis ſpecta-
ri ordinem,quo ſuccedıtur ab inteſtato; Lo-
quuntur enim de ordine,quo ſuccederetur, ſi
nulla fuiſset facta diſpoſitio.

Ad Quartum reſpondeo,negando antece-
55 dens: nam veriuseſt, † fideicommiſsariam
magis vulgari, quam pupillari ſubſtitutioni
comparari,ſcilicet,quia,vt per vulgarem,ita,
& per fideicōmiſsariam ſucceditur teſtatori,
vt de vulgari diximus in hoc cap. q. 54. *num.* 9.
De fideicommiſſaria verò diximus ſupra nu. 38.
cum alioquin per pupillarem ſuccedatur pu-
pillo,*vt diximus in q pracced.num.*2. *Et in ſpecie
reſpondet Surd.d.conſ.*120.*num.* 10. *&* 11.

Nec obſtat,quod bona, quę per fideicom-
miſsariam capiuntur, tranſeant priùs in gra-
uatum,vt tranſeunt in pupillum,quę capiun-
tur per pupillarem,cum alioquin ea, quę ca-
piuntur per vulgarem, non ſoleant tranſire
in hęredem primo loco inſtitutum, quia reſ-
pondeo, fideicommiſsariam,ne hoc quidem
reſpectu poſse comparari pupillari ſubſtitu-
56 tioni:nam, † licet bona, quę capiuntur, tam
in hac, quam in illa ſubſtitutione, priùs tran-
ſeant in eum,cui fit ſubſtitutio, quam in ipſū
ſubſtitutum, tranſeunt tamen diuerſimode,
ſcilicet, quia in pupillum ita tranſeunt, vt
poſtea contineantur in eius hereditate, nec
amplius, vt bona teſtatoris conſiderari poſ-
ſint, At verò,quę tranſeunt in grauatum non
ita tranſeunt, vt poſtea contineantur in eius
hęreditate,&, vt eius bona conſiderentur,ſed
adueniente caſu reſtitutionis, perinde habē-
tur,ac,ſi nunquam in eum tranſiuiſsent,*vt di-
ximus ſupra num.* 40 Itaque conſiderantur
adhuc, vt bona teſtatoris, non, vt, grauati. &
fideicommiſsarius ea capiendo dicitur ſuc-
cedere teſtatori,non grauato,quippe, qui nu-
dum pręſtat miniſterium. *Ita reſpondet Mant.
d.lib* 8.*tit.* 13.*num.*7.

Nec obſtat doctrina Bartoli *in d.l.re coniun-
cti,num* 62. *in fi.* quia reſpondeo, imò Barto-
lum, ſi diligenter eius verba perpendantur,
idem ſentire, quod nos ſupra diximus, ſcili-
57 cet, † fideicommiſsariam in hac re non eſse
ſimilem pupillari, ſed vulgari ſubſtitutioni,
& iuri accreſcendi:nam, poſtea, quam dixit,
vtrinq; coniunctum pręferri conſanguineo,
quoties tractatur de ſucceſſione, quam quis
ſibi vindicat in bonis fratris, ſed in iure ac-
creſcendi non præferri, quia tractatur de bo-
nis patris,quę nondum fuerunt quęſita fratri,
ſubijcit hęc verba, *Et ad hoc facit ff. ad Trebell.
l.fin.* Hanc autem legem non allegat, ad pro-
bandum id, quod dixerat, vtrinque coniun-
ctum pręferri conſanguineo, quoties bona
fuerunt quęſita fratri,*vt malè Soc.Sen. & alij in
contrarium allegati putauerunt*,ſed ad proban-
dum id, quod dixerat, non pręferri in iure
acere-

accreſcendi, *vt rectè Surd. d. conſ. 31. nu. 19. & alij tradiderunt*, & patet ex ijs, quę ſcripſit *in d. l. Lucius, num.* 21. nam ibi refert Raynerium de Forliuio, cuius opinionem probat in reciproca, ſolitum reprobare ſententiam Dini, *per d. l. vltim.* Itaque ſignificat, ex ea probari, fratrem vtrinque coniunctum non pręferri conſanguineo in ſubſtitutione vulgari, & tamen illa lex loquitur de fideicommiſſaria: Sentit ergo, in hac re nihil eſſe diſcriminis inter ſubſtitutionem fideicommiſſariam, & vulgarem, ac ius accreſcendi, & conſequenter, quemadmodum in his vtrinque coniunctus non præfertur conſanguineo, quia tractatur de bonis patris, ita etiam non debere pręferri in fideicommiſſaria, quoniam, & in ea tractatur de bonis patris.

Nec obſtant illa verba, *quæ adhuc non fuerunt quæſita fratri*, ex quibus videtur inferri, vtrinque coniunctum ita demum conſanguineo non præferri, ſi tractetur de bonis patris, quæ non fuerint quæſita fratri; Huiuſmodi autem non eſſe bona, quæ capiuntur per fideicommiſſum, ſcilicet, quia priùs quæruntur fratri grauato, quam reſtituantur, ideòq; in ijs videri vtrinq; coniunctum conſanguineo pręferendum, quia reſpondeo, verba illa eſſe intelligenda de ijs bonis, quæ ita fratri quæſita ſunt, vt poſtea contineantur in eiuſdem ſucceſſione; *vt intelligit Gabr. d. conſ. 121. num. 15. vol. 1.* nam tunc vult Bartolus, vtrinq; cõiũctũ præferri conſanguineo, cum tractatur de ſucceſſione, quam quis ſibi vindicat in bonis fratris, quod de ſubſtitutione fideicommiſſaria dici non poteſt, quoniam ea non eſt ſucceſſio, quam quis ſibi vindicat in bonis fratris, ſed, quam in bonis patris, quippe cui ſucceditur. Non probat igitur Bartolus contrariam, ſed noſtram, & communem opinionẽ; In quo demonſtrando ideò fui prolixior, quã par ſit, quia, qui contrariam ſententiam amplectuntur, magnum conſtituunt in authoritate Bartoli fundamentum.

Ad Quintum denique reſpondeo, nihil inde ſequi: nam, licet vtrinque coniunctus hoc amplius habeat, quam conſanguineus tantum, quia eſt proximior, & coniunctior grauato, non tamen ex hoc ſequitur, illi debere præferri, quia, cum hæc qualitas reſpectu paternæ ſucceſſionis ſit impertinens, Conſequens eſt, vt nihil ad inducendam pręlationẽ operari poſſit, *ſecundum ea, quæ diximus in hoc cap. q. 47. num. 14. & ſeq.*

Ex his ergo conſtat, veriſſimam eſſe ſententiam frequentiorum interpretum exiſtimantium, vtrinque coniunctum non pręferri conſanguineo tantum in ſubſtitutione fideicommiſſaria, quemadmodum, nec in vulgari, maximè poſita veriore, & receptiore ſẽtentia, quæ vult, ne in pupillari quidem pręferri, *ſecundum ea, quæ diximus in q. præced.*

Hæc autem multo faciliùs procederent, ſi
58 teſtator compendioſè ſubſtituiſſet filios, † puta dixiſſet, quãdocunq; deceſſerint ſine filijs, eos inuicem ſubſtituo: nam tunc, quia cenſerentur omnes pariter vocati ad vulgarem, *vt diximus in hoc cap. q. 54. nu. 7.* deberent etiã per cõſequentias, cenſeri pariter vocari ad pupillarẽ, & ad fideicõmiſſariã, quia alioquin verbũ illud, ſubſtituo, a quo ſubſtitutiones omnes reguntur, difformiter eas determinaret contra regulam *l. iam hoc iure. 4. ff. de vulg. Ita de pupillari ſcribunt Gabr. d. conſ. 121. num. 9. volu. 1. Mantic. d. lib. 5. tit. 11. num. 11.* Idque procederet etiam reſpectu pupillaris, ſi ſubſtitutio non eſſet compendioſa, ſed ſimplex reciproca; nam, quemadmodum ex ea cenſerentur omnes pariter vocati ad vulgarem, ita etiam deberent omnes cenſeri pariter, vocati ad pu-
59 pillarem ob regulam ſupradictam. † *Ita ſcribunt Iaſ. in d. l. Lucius, num. 32. & ibi Alcia. nu. 49. Rub. in d. §. quidam rectè num. 76. Mantic. d. lib. 5. titul. 11. numer. 3. verſicul. mirum, & nu. 11. & 15.*

Nec eſt, quod obijcias, regulam illam non
60 procedere, quando † ratio determinabilium eſt diuerſa, vt videtur eſſe in caſu noſtro, ſcilicet, quia per vulgarem ſucceditur teſtatori, per pupillarem verò ſucceditur pupillo, *vt conſiderat Ruin. d. conſ. 107. num. 8. & d. conſil. 165. nu. 7. d. conſ. 168. nu. 14. vol. 2. qui contrariã ſuſtinet opinionẽ, Et poſſe reſponderi ſcribit Men. d. præſ. 75. num. 13. verſ. 3.* & per vulgarem ſucceditur teſtatori immediatè, per fideicommiſſariam verò mediatè, *vt conſiderat idem Ruin. d. conſ. 168. nu. 13. vol. 2.* quia reſpondeo diuerſitatem hanc non debere attendi: nam,
61 † cum pupillaris ſubſtitutio, non ex affectione pupilli, ſed ex affectione patris reguletur, *vt diximus in hoc cap. q. 55. num. 9.* conſequens eſt, vt, quę a pupilli perſona ducitur, diuerſitatis ratio nihil ad inducendam inter ſubſtitutos diſparitatem operari poſſit, *vt ſcribit Mantic. d. lib. 5. tit. 11. num. 12. verſ. 2.* quemadmodũ nec illa, quę ducitur a modo ſuccedẽdi, quia, ſiue immediatè, ſiue mediatè ſuccedatur, ſẽper capiuntur bona, vt teſtatoris, & perinde, ac, ſi nunquam fuiſſent grauato acquiſita, *ſecundum ea, quę diximus ſupra num. 40.*

Pręterea ſupradicta procederent faciliùs, ſi teſtator ſubſtitueret ſuperuiuentes, & vnus tantum ſupereſſet vtrinq; coniunctus: nã tũc,
62 † quia pluralis locutio non poſſet in eo verificari, neceſſariò deberet ſimul cum eo cenſeri vocatus conſanguineus, non ſolum ad vulgarem, ſed etiam ad pupillarem, & ad fideicommiſſariam, *vt de vulgari ſcribit Men. d. cõſ. 686. nu. 11. in fin. & d. pręſ. 75. nu. 3. verſ. & hic quidem, De pupillari vero Gabr. d. conſ. 121. nu. 18. & 20. vol. 1. Mantic. d. lib. 5. tit. 11. num. 15. in fi. Craſſ. in d. §. ſubſtitutio. q. 57. in fin. Surd. d. conſ. 31. num. 22. verſ. 7. De fideicommiſſaria demum Gabr. d. conſil. 121. num. 18. & 20. vol. 1. Men. d. conſ. 686. num. 10. verſic. 2. & d. præſ. 75. num. 18. verſ. & hæc quidem, Surd. d. conſ. 31. num. 22. verſ. 7. & num. 23. Pereg. d. conſ. 64. nu. 11. vol. 5.*

Planè interdum fratres vtrinq; coniuncti conſanguineis tantum in ſubſtitutione præferuntur: Primum enim, ſi teſtator inſtituat filios ex vna matre natos in vna portione, ex altera verò natos in alia, & ſic vtrinque coniunctos re, & verbis cóniungat, deinde eos inuicem ſubſtituat, præferentur vtrinque coniuncti conſanguineis tantum, tam in vulgari, quam in pupillari, & fideicommiſſa-
63 ria ſubſtitutione, † *vt de vulgari ſcribit Men. d. conſil. 198. num. 9. verſ. re tamen, & d. pręſ. 75. nu. 4. De pupillari vero Gabr. d. conſ. 121. num. 7. in fi. vol. 1. Men. d. conſ. 198. num. 24. & d. pręſ.*

75.num.14. And. Faeb.d.lib.4. controu. cap.86.
De ſideicommiſſaria demum Iaſ.conſil.143.num.
8.verſicul.modo,& num.11.volum.4.Dec. conſil.
185.num.4.verſicul.3.non obſtat.Soc.Iun.conſil.
66.num.5. volum.3. Crau. d. conſil. 43. num. 2.
Men.d.conſil.198.num.24.d.conſ.686. num. 17.
d.conſ.841.num.15.& d.præſ.75. num. 19. Sed
64 tunc non præferentur † iure conſanguinitatis,
& ex cauſa duplicitatis vinculorum, vt ait
Crau.d.conſ.43.num.2.ſed iure communi, ſi-
ue iure coniunctionis: nam id obtineret etiã
in quocunq; extraneo d.l.cohæredi.41.§.qui di-
ſcretas ff. de vulg. & nos latè diximus in hoc cap.
q.51.num.6.& q.52.nu. 1.3.& 7. ſcilicet, quia,
quos teſtator in inſtitutione prædilexit, cen-
ſetur etiam prædilexiſſe in ſubſtitutione, tam
directa, quam fideicommiſſaria, vt diximus
in d.q.50.num.9 & d.q.52.num. 11. Et, quam-
quam pleriq; conſiderent vtrunq; nempe, &
coniunctionem teſtamentariam, ſiue prædi-
lectionem ex ea reſultantem, & duplicitatẽ
vinculorum, vt Iaſ.d.conſ.143.num.8. verſic.2.
volu.4. verius tamen eſt, quod ſupra diximus,
quia, cum vinculorum duplicitas per ſe ſit
inutilis ad inducendam in ſubſtitutione prę-
lationem, vt diximus in hoc ipſo cap.q.54.num.
16.& 22. conſequens eſt, vt nec cum teſta-
mentaria coniunctione iuncta quicquã ope-
rari poſſit.

Secundo verò pręferetur vtrinq; coniun-
ctus conſanguineo tantum, ſi ex coniecturis
conſtet, talem fuiſſe teſtatoris voluntatem,
etiamſi reſpectu inſtitutionis pares eſſent,
65 † vt de fideicommiſſaria loquentes ſcribunt Alb.
conſ.29.num.19. Mantic.d.lib.8.titu.13.num.7.
Craſſ.in d.§.fideicommiſſum q. 12.num.6. Men.
d.conſ.198.num.20.verſ. 12. Inter coniecturas
autem principem locum obtinet illa, quæ
ſumitur a præcedente ſubſtitutione vulgari:
nam, ſi pater vulgariter eos tantum inuicem
ſubſtituat, qui ſunt ex eadem matre, cenſebi-
tur eos tantum primo loco ad fideicommiſ-
66 ſum vocaſſe † d.l.vltim.& ibi not. Bart.num.1.
Angel.num.3.Caſtrenſ.num.2.ff.ad Treb. Rub.
in d.§.quidam recte, num. 72. Tiraquel. de retr.
lign. d.§.11.gloſ.1.num. 13. Menoch. d.conſil.
124.num.8.d.conſ.434.num.43.verſ.9. & num.
46.d.conſ.686.num.6. d.conſ.841. num.2. Surd.
d.conſ.31.num. 18. verſic. 4. quia vna ſubſtitu-
tio declarat aliam d.l.cohæredi.41.§.qui patrem
ff. de vulg. & prædilectus in ſubſtitutione præ-
cedenti cenſetur etiam prædilectus in fidei-
commiſſo ſubſequenti d.l. Lucius. 78.§.pater
puerum ff.ad Trebell.& nos diximus ſupra num.
19.& 20.

Planè, ſi teſtator diceret, ſubſtituo eum, aut
eos, qui ſupererunt, ſiue ſuperuiuentem, aut
ſuperuiuentes, & vnus tantum ſupereſſet
vtrinque coniunctus, in quo pluralis locutio
verificari non poſſet, deberet neceſſariò cen-
ſeri vocatus etiam cõſanguineus, dato, quod
vtrinque coniunctus fuiſſet ſolus vulgariter
ſubſtitutus, aut re, & verbis in inſtitutione
67 coniunctus † d.l.vlt.ff. ad Treb.& ſcribunt om-
nes, quos retulimus ſupra num. 21. In quo qui-
dem mihi videtur erraſse Menochius, qui
conſil.198.num.15.verſ.7.& num.27.& d. præſ.
75.num.6. cenſuit, vtrinque coniunctum eſse
conſanguineo præferendum, ſi teſtator eum
prius re, & verbis coniunxerit, licet poſtea
ſubſtituerit ſuperuiuentem, aut ſuperuiuen-
tes, ea ratione motus, quia verba illa viden-
tur ambigua, & ita poſsunt in vno, vt in duo-
bus verificari, eorumque ſenſus videtur eſse,
vt, ſi ſuperſit vnus vtrinque coniunctus, is
ſolus cenſeatur ſubſtitutus, & in eo verifice-
tur illa ſingularis locutio, ſuperuiuentem, ſi
verò non ſuperſit vtrinque coniunctus, tunc
cenſeantur ſubſtituti conſanguinei tantum,
& in eis verificetur illa locutio pluralis, ſu-
peruiuentes, quia verius eſt, per illa verba,
cenſeri vtrunque pariter vocatum, vt apertè
conſtat ex d.l.vltim.ff.ad Treb. ibi, quia ei, vel,
eis, verba vtroſque fratres complecterentur:
68 nam, † quoties teſtator ait, ei, vel, eis, ſiue
ſuperſtitem, aut ſuperſtites, & ſic diſiunctim
vtitur, & ſingulari, & plurali locutione,
priùs debet conſiderari pluralitas, quam
ſingularitas, ideſt, priùs debet inſpici, v-
trum ſuperſint plures, & tunc cenſeantur il-
li vocati, quod, ſi plures non ſuperſint,
cenſeatur vocatus is ſolus, qui ſupereſt d.l.
vltim. Alioquin enim in eius legis ſpecie
nunquam potuiſset verificari locutio plura-
lis, quia, cum duo tantum eſsent vtrinque cõ-
iuncti, & vnus conſanguineus, ſi priùs de-
buiſset verificari locutio ſingularis in vtrin-
que coniuncto, & conſanguineus (ceſsanti-
bus alijs coniecturis) non debuiſset admitti,
niſi priùs illo deficiente, nunquam potuiſset
dari caſus, quo duo ſimul eſsent vocati, &
ſic, quo verificaretur locutio pluralis, quod
eſset contra Pauli deciſionem, quippe, qui
ſcribit, ideo conſanguineum fuiſse ſimul
cum vtrinque coniuncto admiſsum, quia,
ei, vel, eis, verba vtrunque fratrem comple-
ctebantur.

Nec eſt, quod reſpondeas, non ideo conſã-
guineum fuiſse ſimul cum vtrinq; coniuncto
vocatum in ſpecie d.l. vlt. quod teſtator dixiſ-
ſet, ei, vel, eis, quoniam illis verbis non ob-
ſtantibus fuiſset prælatus Phæbus, ſed, quia
exceperat bona materna, ſuper qua exceptio-
ne fundat Paulus rationem deciſionis, non
verò ſuper illis verbis, ei, vel, eis, & ſignificat,
ideo non fuiſse prælatum Phoebum, quia
tractabatur de ſolis bonis paternis, in quibus
nulla eſt differentia inter conſanguineos tã-
69 tum, & vtrinque coniunctos, † vt explicat
Men.d.conſ.124.num.8.11.& 12.d.conſil.434.
num.43.verſ.9.num.47.verſ. quo circa, & num.
54.verſ.reſpondetur, & d.conſ. 686.num.6.8.&
10.& d.conſ.841.num.2.6.9.& 10.& d.præſ.75.
num.18. quia verius eſt, imò potiſſimam ra-
tionem, cur vterque fuerit pariter admiſsus,
fuiſse ductam ab illis verbis, ei, vel, eis, idque
Paulum adeo apertè ſcribere, vt nullum pror-
ſus relinquat dubitationi locum: nam ideo
victum ait eſse Phoebum, qui ſe ſolum vo-
catum contẽdebat, quia, ei, vel, eis, verba vtroſq;
fratres complecterentur, Et hoc fatentur om-
nes, quos retulimus ſupra nu. 21. Quinimo fa-
tetur idemmet Menochius ſibi in eodem lo-
co contrarius: namq; in conſ. 841. cum priùs
negaſset num.10. rationem, cur ambo pariter
vocati ſint, eſse ductam ab illis verbis, ei,
vel, eis, poſtea num.11.& 12. fatetur Polycra-
tem ob hanc cauſam fuiſse vocatum. De-
inde verò falſum eſt, hunc eſse ſenſum eius
rationis, quæ ſumitur ab exceptione bonorũ
mater-

maternorum, quod ſcilicet, quando tractatur de bonis paternis nulla ſit differentia inter conſanguineos, & vtrinque coniunctos, & ibi tractetur de ſolis bonis paternis, quoniam teſtator excepit materna, quia, licet teſtator ea nō excepiſſet, non tamen in fideicōmiſſo tractatum eſſet de alijs bonis, præterquam de paternis, quippe, cum in fideicommiſſo non ſoleant alia, quam teſtatoris bona contineri *l. cohæredi. 41. §. cum filio ff. de vulga.* & tamen Phoebus fuiſſet Polycrati prælatus, ſi teſtator non dixiſſet, ei, vel, eis, nec excepiſſet bona materna, *vt oſtendemus ſupra num.* 22. ſed vis rationis conſiſtit in eo, quia teſtator excipiendo bona materna demonſtrauerat, ſe vereri, ne illa peruenirent ad filium alterius matrimonij ex vi ſubſtitutionis a ſe factæ, licet verè non perueniſſent, & teſtator in iure erraret, & hoc modo declarauerat, ſe vocaſſe ad ſubſtitutionem etiam filium alterius matrimonij, vt rectiùs *Caſtr. in d. l. vlt. num. 2. & alij* interpretati ſunt, a quorum explicatione, tamquam veriore, & receptiore non eſt vllo modo recedendum.

Planè, ſi teſtator ita diceret, ſubſtituo filios meos inuicem, ſalua graduum proximioritate, & pręrogatiua, quæri poſſet. an hæc coniectura ſufficiat, ad præferendum vtrinque cōiunctum cōſanguineo. Et quamquam *Rum. d. conſ. 167. num. 6. vol. 2. & alij* plerique putent
70 †ſufficere, mihi tamen contrarium verius videtur. quia reſpectu patris, de cuius diſpoſitione, aut etiam ſucceſſione tractatur, nulla poteſt, aut gradus, aut ſucceſſionis pręrogatiua conſiderari. Et, quamquam ea conſiderari poſſit reſpectu fratris, non quidem ratione gradus, ſed in ordine ſuccedendi, *vt diximus ſupra num. 4. & 48.* non tamen huius eſt habēda ratio, quia in ſubſtitutionibus qualitates, & circunſtantię reſpicientes vocatorum pręlationem, debent ex teſtatoris, non ex alterius perſona æſtimari, *vt diximus ſupra num.* 46. Et hęc de quinto capite.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa, vel ſunt viuentium, vel defunctorum.*
2 *Viuentium cauſa, quæ dicantur.*
3 *Defunctorum cauſa, quæ dicantur.*
4 *Cauſæ defunctorum quotuplices ſint.*
5 *Succedere quid.*
6 *Succeditur, vel in ius, locumq; viuentis, vel in locum demortui.*
7 *Succeſſiones, vel ſunt vniuerſales, vel ſingulares.*
8 *Succeſſiones vniuerſales quæ dicantur.*
9 *Succeſſiones ſingulares quæ dicantur.*
10 *Æs alienum ſequitur vniuerſitatem, non res ſingulas.*
11 *Succeſſiones vniuerſales, vel ſunt ciuiles, vel Prætoriæ.*
12 *Succeſſiones ciuiles quæ dicantur, & quæ Prętoriæ, & num. 16. & 17.*
13 *Succeſſiones ciuiles dicuntur hæreditates, Prætoriæ verò bonorum poſſeſſiones, Sed contra num. 14. & 15.*
18 *Hæres eſt ſucceſſor ciuilis.*
19 *Pater, qui filij defuncti caſtrenſe peculium occupat, eſt ſucceſſor ciuilis, & propriè non eſt hæres, Sed hodie contra, num. 20. in fi.*
20 *Inſtitutus a filiofam. qui teſtatus eſt de peculio caſtrenſi, eſt ſucceſſor ciuilis, & propriè non eſt hęres, Declara, vt ibi.*
21 *Fiſcus, qui occupat bona vacantia, eſt ſucceſſor ciuilis, & propriè non eſt hæres, ſed habetur loco hæredis.*
22 *Bonorum poſſeſſor eſt ſucceſſor Prætorius.*
23 *Fideicommiſſarius, cui ex Trebelliano reſtituta eſt hæreditas, eſt ſucceſſor Prętorius.*
24 *Minor, qui poſt repudiationem reſtituitur ad adeundam hæreditatem, eſt ſucceſſor Prætorius.*
25 *Minore poſt aditam reſtituto, qui ad ſucceſſionem admittuntur, ſunt ſucceſſores Prætorij.*
26 *Metu, qui hæreditatem repudiauit, & poſtea admittitur, ſucceſſor Prætorius eſt.*
27 *Metu adita hæreditate, & poſtea reſciſa aditione qui admittuntur, ſunt Prætorij ſucceſſores.*
28 *Abſtenſione facta a ſuo hærede, qui admittuntur, ſunt ſucceſſores Prætorij.*
29 *Arrogato impuberi, & in pupillari ætate defuncto, qui ſuccedunt vinculo cautionis Prætorij ſucceſſores ſunt.*
30 *Succeſſor Prætorius eſt is, cui libertatis ſeruandę cauſa bona addicuntur.*
31 *Inſtitutus, cui Prætor iniunctam iuriſiurandi conditionem remittit, Prætorius ſucceſſor eſt.*
32 *Emptor bonorum Prætorius olim erat ſucceſſor.*
33 *Hæres eius, qui metu S. C. Syllaniani non adiuit, & deceſſit, Prætorius ſucceſſor eſt.*
34 *Hæres filij emancipati, qui cum eſſet inſtitutus, nō adiuit propter ſpem poſthumi, & deceſſit, ſucceſſor Prætorius eſt.*

In quibus cauſis locum habeat ius accreſcendi.

Caput Sextum.

NVnc tranſeamus ad ſextum caput, & videamus, in quibus cauſis locum habeat ius accreſcendi. Conſtat autem omnes cauſas, de quibus dubitari poteſt, ad duo genera reduci: Aut enim vi-
1 uentium cauſæ ſunt, aut defunctorum †*l. vlt. §. vlt. ff. commu. prædio.* Viuentium cauſæ dicuntur, quæ ſtatim habent vim, & fundantur
2 in perſona viuentis, a quo proficiſcuntur †*l. vſusfructus. 26. ff. de ſtip. ſeruo.* Defunctorum verò, quæ non habent vim, niſi poſt mortem
3 eius, de cuius bonis agitur †*l. 1. ff. de teſtam. l. 1. §. ſi impubere ff. de coll. bon. l. vlt. ff. de lib. agn. cap. cum. Martha, extr. de celebr. miſſa.*

Porrò cauſæ defunctorum, de quibus priore loco videndum eſt, in triplici ſunt differē-
4 tia: † Aut enim conſiderantur, vt ſucceſſiones, aut, vt diſpoſitiones, aut, vt agendi modi.

Vt ſucceſſiones conſiderantur illæ, per quas quis venit in locum, iuſq; demortui, ſcilicet quia ſuccedere, nihil aliud eſt, quam
5 in alterius locum venire, †*vt ſcribit Non. Marcell. in verb. ſuccedere*, ſiue (vt vulgò dicimus) ſubintrare, & ſubingredi, *vt declarant Men. conſ. 797. nu. 33. Ant. Gouea. in l. Gallus. 29. in prin. num. 2. ff. de lib. & poſth.* quo ſenſu dicimus, ſuccedere in locum alterius *l. ait Prætor. 7. ff. de iuriſiur. l. quædam 9. §. nihil inter-*

eſt ff.de edend.l.1.§. in locum ff. quo. legat. l. ſi is,
qui Roma.34.ff.de iudic. l. 3. in prin l. creditor
12.§.ſi prior, alias l. ſi prior.13.in pri.ff.qui potio.
l.cum quidam.17.§.fiſcus ff.de vſur.tit. C. de ijs,
qui in prio.credit.loc.ſucceſſ. propriéq; refertur
ad locum corporeũ: nam ſuccedere dicũtur
ea, quæ in alterius locum, & ſitum, vel per ſe
veniunt, ſi ſe moueant, vel reponuntur, ſi nõ
ſint ſe mouentia. Quamobrem milites, qui in
obeuntium, aut abeuntium locum veniunt
pugnaturi, dicuntur ſuccedere a Virg. lib. 8.
Aneid. dum ait.

Hic pater Æneas, & bello lecta iuuentus
Succedunt. feſſiq; & equos, & corpora curãt.

Et lib. 9.

... ipſi in certamina rurſus
Succedunt, animaſq; in aperta pericula
mittunt.

Et clypeus, quem miles in alterius fracti
locum ſubrogat, dicitur primi ſucceſſor ab
Ouid. lib. 13. metam. dum ait.

Adde, quod iſte tuus tam raro prælia paſſus.
Integer eſt clypeus, noſtro, qui tela ferendo,
Mille patet plagis, nouus eſt ſucceſſor habendus.

Sed per tranſlationem refertur ad locum
incorporeum, eum ſcilicet, qui mente, & in-
tellectu percipitur: nam ſuccedere dicuntur
qui ius idem conſequuntur, quod alius ante
eos obtinebat, vel ratione dignitatis, vt, cum
dicimus, ſuccedere in magiſtratu *l. meminiſſe.*
10.in prin.ff.de off.proco.l.vn.C. vt omn. iud. tã
ciuil. quam milit. vel ratione gradus, vt, cum
nepos in patris ſui locũ ſuccedit *l. 1. §. ſi filius*
ff.de ſuis, & leg. l. poſthumorum.13.ff. de iniuſt.
rupt. vel ratione dominij, vt cum dicimus,
emptorem ſuccedere venditori *l. non tantum*
51.in prin.ff.de fideic. libert. Donatarium ſuc-
cedere donatori *l. ſi tibi decem. 18. §. pactum*
conuentum ff.de pact. Legatarium, vel fideicõ-
miſſarium ſuccedere defuncto *l. ſi rem lega-*
tam.6.ff.de except.l.quadam.9.§.nihil intereſt ff.
de edend. vel deniq; ratione iuris vniuerſi, vt
cum dicimus, hæredem *l. ſi is, qui Roma. 34. ff.*
de Iudic. vel bonorum poſſeſſorem defuncto
ſuccedere *l. cum quidam. 14. ff. de bon. poſſ. l. 1.*
§. nepos ff. ſi quis a par. fuer. man, vel fiſcum ſuc-
cedere priuato *l. cum quidam.17. §. fiſcus ff. de*
vſur. & id genus alia. Sed in hoc loco ſucceſ-
ſiones eas tantum intelligimus, quibus, vel in
dominium, vel in ius vniuerſum ſucceditur,
Et, cum dupliciter hoc fieri poſſit: vel enim
ſucceditur in locum, & ius viuentis, vel in lo-
6 cum, & ius demortui, † *vt declarat Douell. lib.*
6.comm. cap. 1. hic non, niſi poſteriori modo
ſucceſſiones intelligimus, ſcilicet, quia de ijs
cauſis loquimur, quę non viuentium ſunt, ſed
defunctorum.

Harum autem ſucceſſionum duo ſunt ge-
nera: quædam enim ſunt vniuerſales, quædã
7 verò ſingulares † *l. fluminum. 24. §. adijcitur*
ff.de damn.inf.l.1.§.in locum ff. quo. legat. l. vlt.
ff.de excep.rei vend.l.qui in ius.137.ff.de reg.iur.
Vniuerſales dicuntur, quibus ſucceditur in
omne ius defuncti, quod ſcilicet in ſe conti-
8 net cõmoda, & incõmoda † *l.1.l.3.in prin. ff.*
de bon poſſ. Singulares verò quibus ſucceditur
9 in dominium alicuius rei particularis † *d.l.qui*
in ius 137.ff de reg.iur.d.l.fluminum. 24.§.adij-
citur ff.de damn.inf. ſed non in æris alieni præ-
ſtationem, ſcilicet, quia æris alieni obligatio
10 ſequitur vniuerſitatem non res ſingulas † *l.1.*
§. ſi heres precepto fundo & l.cogi.16.§.inde quę-
ritur ff.ad Trebel.l.æris alieni.15.C. de donat.l.ſi
fideicommiſſum.50.§. tractatum ff. de iudic.

Porrò vniuerſales, vel ſunt ciuiles, vel Prę-
11 toriæ † *l.recuſare.6.§. meminiſſe ff. ad Treb. l. 2.*
§. ſi defunctus ff.pro empt.l.eũ, qui.8.§. hæc actio
ff de Publicia.l.ſed, & eius.25.§.1.ff. fam.ercis.l.ſi
ſine 9.alias l. ſi defẽſor.10.§.illud ff.de inter.actio.
Nam in vniuerſum ius defuncti, aut de iure
ciuili ſucceditur, aut de iure Prætorio, *vt ſcri-*
bunt Iaſ.in l.qui ſe patris.3. num. 21. C.vnd.lib.
Cag.in rub.C.qui adm.ad bon. poſſ. num. 10. &
ibi Camill.Plaut. lib. 1. num. 2. & Cuiac. in Pa-
ratit. Alcia.lib.4.Parad.cap.1.num.3. & 4. Vigl.
ad rubr.Inſtit.de teſta.ordin.num.7. Cuiac. ad l.
1.ff.de bon.poſſ Vueſemb. ad eund. tit. in Parat.
num.1.Petr. Ricciard.ad rubr.Inſt.de bon. poſſ.
num.163.Craſſ.in §.bonorum poſſeſſio, in proœm.

Ciuiles ſucceſſiones dicuntur, quæ legibus,
vel S. C. vel Principum conſtitutionibus in-
12 troductæ ſunt † *§. 1. §. quos autem Inſt. de bon.*
poſſeſſ. Prætoriæ verò quæ ex edicto, & iuriſ-
dictione Prętoris proficiſcuntur *d. §. 1. & §.*
ſeptima Inſt.de bon.poſſ. Illas noſtri paſſim, &
communiter hæreditates appellant, has verò
13 bonorum poſſeſſiones, † *vti videre eſt apud*
Vigl.in d.rub.Inſt.de teſtam.ordin.nu.7.Camill.
Plaut.ad tit.C.qui admitt.d.lib. 1. num. 2. & 7.
Cuiac.in d.l.1.ff.de bon.poſſ.Vueſemb. ad eũd. tit.
in Paratit.num. 1.& Craſſ.in d.§. bonorum poſ-
ſeſſio, in proœm. Sed malè, meo iudicio, quia. ſi
omnis ſucceſſio ciuilis eſſet hęreditas, omnis-
que Prætoria bonorum poſſeſſio, non dare-
tur tertium vniuerſalis ſucceſſionis genus.
14 Atqui datur † *l. vlt. in prin. ff. de fideic. hæred.*
pet. l. ait Prætor.7.§. ſed, & ſi hæreditatem ff. de
minor.l.& ſi quis impediat.14.§. vltim. ff. de re-
lig.& ſumpt.fun.l.1.§. in filij ff. ad Trebell. Imò
datur multiplex, tam ciuilium, quam Præto-
15 riarum ſucceſſionum genus, † *vti de ciuilibus*
conſtat ex l. non ſolum. 6. ff. de in int. reſtit. De
Prætorijs vero ex d.l. ſed, & eius. 25. §. 1. ff. fam.
ercis.l.2.§. ſi defunctus ff.pro empt.& latius ex ijs,
quæ mox dicturi ſumus, apparebit. Non eſt igi-
tur omnis ſucceſſio ciuilis hæreditas, omnis-
que Prętoria bonorum poſſeſſio.

Quamobrem veriùs eſt, ciuiles ſucceſſio-
16 nes eas omnes appellari, † ex quibus tranſeũt
in ſucceſſorem directæ actiones, quę defun-
cto, & in defunctum competebant, Prętorias
17 verò, † ex quibus tranſeunt vtiles, *vt eleganter*
docet Cuiac.in d.l.2. §. ſi a pupillo ff. pro empt. in
64.libr.Paul.ad edict. Itaq; ciuilis ſucceſſor eſt
18 In primis hæres: † nam hæreditas pertinet
iure ciuili *§.1.Inſt.de bon.poſſ.* hęreſque fit, aut
lege, aut S. C. aut Principis conſtitutione *§.*
quos autem Inſtit. eod. titul. quę ſunt ſpecies
iuris ciuilis *l. ius autem ciuile 7. in prin.ff.de iuſt.*
& iur. Quamobrem in hęredem, non vtiles,
ſed directę tranſeunt actiones *l. ſi hæres inſti-*
tutus.70.in prin.ff.ad Trebell. quippe, quę ei iu-
re ciuili competunt *l. quãuis. 40.in prin.ff.eod.*
Hęredem autem appello, non tantùm eum,
qui

qui aditione, & ſic per ſe factus eſt hęres, vel
ex teſtamento, vel ab inteſtato, ſed etiam eſt,
qui hęres factus eſt per alium, vel neceſſitate
ſucceſſionis, vt eſt hęres hæredis *l. qui liberis. 8.*
§. hęc verba ff. de vulg. l. ſed, & ſi ſic. 6 ff. de leg. 3.
vel iure acquiſitionis, vt pater, cui per filium,
vel dominus, cui per ſeruum hęreditas acqui-
ritur *l. ſi paterfa. 40. ff. de hęred. inſt. §. vlt. Inſt.*
de vulg. nam hi omnes directas habent, non
vtiles actiones, ideoq; ciuiles ſucceſſores ſunt
d. l. quamuis. 40. §. 1. ff. ad Trebell.

Secundo ciuilis ſucceſſor erat olim pater
qui filij defuncti caſtrenſe peculium occupa-
bat iure cõmuni, ſiue iure antiquo, ideſt iure
19 peculij † *l. filiusfa. 18. ff. ad l. Falcid. l. 1. §. ſi is,*
qui bona ff. de bon. liber. §. 1. Inſt. quib. non eſt
perm. fac. teſt. l. ſeruum filij. 46. in prin. ff. de leg.
primo: Nam & hic directas conſequebatur
actiones, Et tamen propriè non erat hæres
l. 1. ff. de caſtr. pecul. vt, nec ſucceſſio hæreditas
l. 2. ff. eod. d. l. filiusfa. 18. ff. ad l. Falcid. Et ſimili
modo ciuilis ſucceſſor erat olim inſtitutus
a filiofa., qui de caſtrenſi peculio teſtabatur
20 † quia Principum conſtitutionibus conſe-
quebatur ſucceſſionem *l. ſi ſeruus communis*
18 in prin. ff. de ſtip. ſeru. Et tamen propriè non
erat hæres, cum ab hærede diſtinguatur *in l.*
non ſolum. 6 ff. de in integ. reſt. ſcilicet, quia filio
fãſa. bona non hęreditares erãt, ſed peculia *l.*
vlt. C. de inoff. teſta quæ ab hæreditatibus di-
ſtinguuntur *l item veniunt. 22. §. non ſolum ff.*
de petit. hęred. Quamobrem ea, quæ de hæredi
tatibus dicuntur, ad huiuſmodi peculia, quaſi
ad res ab hæreditatibus diuerſas extendun-
tur *in d. l. 1. §. in filij ff. ad Treb. d. l. itẽ veniunt,*
22. §. non ſolum ff. de petit. hęred. l. 2. §. item. ſi fi-
lij ff. fam. erciſ. Nec eſt contrarium, quod di-
citur, ſi filiusfa. vtatur iure ſuo, ideſt, de ca-
ſtrenſi peculio diſponat, hæreditatem eſſe ex
conſtitutionibus, & habere eum hæredem
d. l. 2. §. item ſi filij ff. fam. erciſ. d. l. filiusfa. 18. ff.
ad l. Falcid. d. l. ſi ſeruus communis. 48. in prin. ff.
de ſtipul. ſeruo. quia hoc verũ eſt, ſi ſpectamus
effectum; Coeterùm, ſi rem ipſam, magis eſt,
vt verè, & propriè non fuerit hæres, ſed loco
hęredis haberetur, & peculium ipſum pro
hæreditate reputaretur *l. 2. ff. de caſtr pecul.* Sed
hodie, quia nouiſſima Iuſtiniani conſtitutio-
ne factum eſt, vt etiam filiusfa. habeat hære-
dem *§ ſi igitur defunctus Auth. de hęred. ab int.*
ven. coll. 9. ideo fit, vt, ſiuè teſtatus, ſiuè inte-
ſtatus moriatur, non ſit eius ſucceſſio ab hæ-
reditate diſtinguenda.

Tertio ciuilis ſucceſſor eſt fiſcus, qui occu-
21 pat bona vacantia, † *l. 2. §. vlt. ff. ad Tertul. l.*
vlt. ff. de ſucc. ed. l. quod Diuo. 50. ff. de man. teſt. l.
recuſare 6. §. ſi fiſco ff. ad Treb. Et tamen pro-
priè non eſt hæres *l. 1. l. vacantia. 4. C. de bon.*
vacant. lib. 10. ſed loco hęredis habetur, *vt ſcri-*
bunt Bart. in l. non intelligitur. 3. §. enim ex cauſa
num. 1. & ibi Alex. in add. ff. de iur. fiſc.

Prætoriarum verò ſucceſſionum exempla
multa poſſunt afferri: Etenim Prætorius in
22 primis ſucceſſor eſt bonorum poſſeſſor † *d.*
l. 2. § ſi defunctus ff. pro empt. d. l. ſed, & eius. 25. §.
1. ff. fam. erciſ. nam, & bonorum poſſeſſiones a
Prætore ſunt introductæ *tit. Inſt. de bon. poſſ. in*
prin. & § ſeptima, & in bonorum poſſeſſores
vtiles tantum actiones transferuntur *l. 3. §.*
miſſum ff. de Carb. edict. quę ſunt prętoriæ *l. 1.*
& l. 2. ff. de poſſ. hęred. petit.

Secundo Prętorius ſucceſſor eſt fideicom-
miſſarius, cui ex Trebelliano S. C. reſtituta
23 fuit hæreditas, † vt *docet Cuiac. in d. l. 2. §. ſi a*
pupillo ff. pro empt. in 54. lib. Paul. ad edict. &
nõ obſcurè probat *l. ſed & eius. 25. §. 1. ff. fam.*
erciſ. vbi Vlpianus, *Familię erciſcũdę iudicium,*
inquit, *& inter bonorũ poſſeſſores, & inter eum,*
cui reſtituta eſt hæreditas ex Trebelliano, & coe-
teros honorarios ſucceſſores locum habet, Quem-
admodum & *l. 2. §. ſi defunctus ff. pro empt.*
vbi Paulus, *Hoc*, inquit, *& in bonorũ poſſeſſore*
& in fideicommiſſarijs, quibus ex Trebelliano re-
ſtituitur hęreditas, coeteriſque Pratorijs ſucceſ-
ſoribus obſeruatur: Nam illa dictio, *coeteros*, ſeu
coeteris, quę eſt implicatiua, oſtẽdit, nõ ſolum
bonorũ poſſeſſores, ſed etiam eos, quibus ex
Trebelliano S. C. reſtituta eſt hęreditas, eſſe
Prętorios, ſiue honorarios ſucceſſores, ſcilicet
quia in eos vtiles tantum actiones trãsferun-
tur *§. reſtituta Inſt. de fideicom. hęred.* quę ſunt
Prætorię, *vt ſupra dictum eſt.* Nec eſt contra-
rium, quod Senatuſconſultis hęreditates, ſiue
ciuiles ſucceſſiones deferantur *l. tutelae. 7 inſi.*
prin. ff. de cap. min. quia hoc verum eſt, ſi Sena-
tus proprio vtatur remedio, ideſt directas tri-
buat actiones. Coeterùm, ſi vtatur remedio
alieno, ideſt transferat actiones vtiles, magis
eſt, vt Prętorium, non ciuilem faciat ſucceſ-
ſorem, vt ecce, cum Senatus defert bonorum
poſſeſſionem, quia Prętoris vtitur remedio, &
non directas, ſed vtiles tribuit actiones, ideò,
non hęredem facit, ſeu ciuilem ſucceſſorem,
ſed bonorum poſſeſſorem, & ſic ſucceſſorem
Prętorium *l. vn. ff. vt ex legib. §. ſeptima Inſt. de*
bon. poſſ. Sic igitur, &, cum Trebellianum
transfert in fideicommiſſarium actiones hę-
reditarias, quia non dat directas, ſed vtiles, &
ſic non vtitur remedio proprio, ſed alieno,
ideo non ciuilem, ſed Prętorium ſucceſſorẽ
facit, *vt dictum eſt.* Et, ſi quęras, cur vtiles tan-
tum actiones transferat, reſpondeo hoc qua-
dam neceſſitate factum eſſe; nam, quia Sena-
tus vult eas actiones transferri, quę iure ciuili
dantur hęredi, & in hęredem *d. l. quamuis. 40.*
in prin. ff. ad Trebell. & actiones directę ita
comparatę ſunt, vt a perſonis, quarum nomi-
ne ſunt introductę, ſeparari, aut actiuè, aut
paſſiuè nequeant, ideò neceſſariò fuit recur-
rendum ad vtiles actiones, quę ſcilicet vtili-
tatis, & ęquitatis ratione ſuadente ad conſi-
miles caſus accommodantur. Quamobrem
dicimus poſt S. C. Trebellianum Pιę orem
vtiles actiones ei, & in eum, cui reſtituta eſt
hęreditas, quaſi hęredi, & in hęredem dare
coepiſſe *d. §. reſtituta Inſt. de fideico hęred.*

Tertio Prętorius ſucceſſor eſt minor, qui
poſt repudiatam hęreditatem beneficio Prę-
toris iterum ad eam acquirendam reſtituitur:
24 † nam, quia in eum non directę tranſeunt,
ſed vtiles actiones *l. 2. §. interdum ff. de vulg. l.*
& ſi ſine. 8. §. ſed, quod Papinianus ff. de minor.
ideò non ciuilis eſt, ſed Prętorius ſucceſſor.
Simili quoque ratione, ſi minor poſt aditam
25 in integrum reſtituatur, † *vt in ſpecie l. ait Prę-*
tor 7. §. ſed, & ſi hæreditatem ff. de minor. & bona
ad alium pertineant, puta inteſtati ſucceſſo-
rem, aut ſubſtitutum, aut cohęredem *ſecun-*
dum l ſi minor. 61. ff. de aqu. hęred. l. 1. §. ſi quis
adita l. 2. §. ſi bonorum ff. ad Tertul. in huiuſmo-
di

di ſucceſsorem vtiles tantum actiones transferuntur *d.l.& ſi fine.8.§. ſed, quod Papinianus ff.minor.* Quamobrem non ciuilis eſt, ſed Prętorius ſucceſsor.

Quarto Prętorius ſucceſsor eſt, qui metu repudiauit hęreditatē, mox ex edicto, Quod metus cauſa repudiatione reſciſa ad eam ac-
26 quirendam admittitur: † Nam, quia hic ſolas vtiles actiones conſequitur *l. ſi mulier. 21. §.vlt.ff.quod met.cauſ.* ideò fit, vt Prętorius ſit, non ciuilis ſucceſsor. Et ſimili ratione, cum quis vi, vel metu hęreditatem adiuit, mox ex eodem edicto reſciſa aditione bona coeteris
27 deferuntur, † quoniam io eos ſolę actiones vtiles transferuntur, ideò non ciuiles erunt, ſed Prętorij ſucceſsores.

Quinto Prętorius ſucceſsor eſt, qui poſt ſui
28 hęredis abſtenſionem admittitur, † *vt in l. ex contractu 44.ff.de re iudic.l.cum hęreditate.55.ff. de acq. hęred.* nam, quia ſuus nomine manet hęres *l.2.§.ſed, ſi ſint ſui ff. ad Tertul.l.cum quaſi 30.§.ſed,& ſi ſuus ff.de fideic. liber.l. &, ſi ex modica.6.§.ſi filius.ff de bon.liber.* & conſequenter directas retinet actiones, fit, vt in ſequentem ſucceſsorem vtiles tantū transferantur, ideoque non ciuilis ſit, ſed Prętorius ſucceſsor.

Sexto Prętorius ſucceſsor eſt is, qui impuberi arrogato, & in pupillari ętate defuncto ſuccedit vinculo cautionis, quam ex conſtitutione, ſeu reſcripto Diui Pij pręſtat arro-
29 gator † *l.non aliter 18.& l.ſeq ff.de adopt.l.2.C. eod.§.cum autem impubes Inſt. eod.* nam, quia in eum, ſiue ſit ſubſtitutus, ſiue ab inteſtato vocatus, vtiles tantum actiones tranſeunt *l.cauſa cognita 40.ff.de vulg.d.l.his verbis.19.ff. de adopt.* ideo Prętorius eſt, non ciuilis ſucceſsor.

Septimo Prętorius ſucceſsor eſt is, cui libertatum ſeruandarum cauſa bona addicuntur:
30 † nam, & ſi huiuſmodi addictio ex Principis conſtitutione fiat, quia tamen ex ea transferuntur vtiles tātum actiones *l. 3.ff.de ſid.libert.* ideo ſit, vt is, cui bona ſunt addicta Prætorius ſit, non ciuilis ſucceſsor, *vt ſcribit Cuiac.in d.l. 2.§.ſi a pupillo ff. pro empt. in 54. libr. Paul. ad edict.* Quamobrem dicitur bonorum poſseſsori aſſimilari *in l.ergo 4.§.is autem ff. de fideico. libert.*

Octano Prętorius ſucceſsor eſt, qui omiſſa cauſa teſtamenti ab inteſtato poſſidet hę-
31 reditatem: † nam hic non ab inteſtato, ſed ex teſtamento fingitur Prętorio iure hereditatem adijſse *l.duo hæredes.18.in prin.ff.ſi quis omn.cauſ.teſt.* Quamobrem Prętorius eſt, non ciuilis ſucceſsor, *vt ait Cuiac.in d.§. ſi a pupillo, & in expoſit. Nouell. 1.& in Paratit. ff.ſi quis om. cau. teſt.* Hinc ad eum non pertinebat lex Falcidia, ſed a Prętore fuit inducta *l. 1.§. ad eos ff.ad l Falcid.* ſcilicet, quia Falcidia de hęrede loquitur *l. 1.§.1.ff. eod.* & cōſequenter de ſucceſsore ciuili, cum alioquin hic non ciuilis ſit, ſed Prętorius ſucceſsor.

Nono Prętorius ſucceſsor eſt is, qui ſub conditione iuriſiurandi fuit hæres inſtitutus:
31 † nam, quia Prętor hnic conditionem iuriſiurandi remittit *l.quæ ſub conditione. 8.in prin. ff. de cond. inſt.* & hac ratione non ſuccedit, niſi beneficio Prætoris, ideo ſit, vt vtiles tantum actiones conſequatur, meritòq; Prætorius ſucceſsor nuncupetur *a Cuiac. in d. §. ſi a pupillo, & in expoſit.d.Nouell.1.* Hinc nec ad eſt lex Falcidia pertinebat, ſed fuit a Prętore porrecta *d.l.1.§.ad eos.ff.ad l.Falc.*

Decimo Prętorius ſucceſsor eſt bonorum emptor, ideſt is, qui a defuncti creditoribus bona emebat, & per vniuerſitatem acquire-
32 bat † *vt in tit.Inſt.de ſucceſſ.ſubl.* nam hic, quia ſolas vtiles actiones conſequebatur, meritò Prętorius, nō ciuilis ſucceſsor nuncupatus eſt *a Theoph.in prin.d.tit.Inſt. de ſucceſſ.ſublat, & a Cuiac.in d.§.ſi a pupillo.*

Vndecimo Prętorius ſucceſsor eſt hæres eius, qui deceſſit hæreditate metu S.C.Sylla-
33 niani non adita: † nam in eum vtiles tantum actiones transferuntur *l. ſi quis in graui. 3. §. eleganter ff. ad Syllan.* Quo ſit, vt ſit Prætorius ſucceſſor.

Duodecimo Prætorius ſucceſſor eſt hæres filij emancipati, qui, cum a patre eſſet inſtitutus præterito poſthumo, non potuit hæreditatem adire, donec poſthumus ſperabatur:
34 † Si enim interim deceſſerit, Prætor ex bono, & æquo dat eius hæredi actiones vtiles *l.ventre.83.ff.de acq.hęred.* Quamobrem Prętorius eſt, non ciuilis ſucceſſor.

Ex quibus intelligimus, verum eſſe, quod ſupra diximus, non omnes ciuiles ſucceſſiones eſſe hæreditates, neque omnes Prætorias bonorum poſſeſſiones, ſed earum multiplex eſſe genus. Sed, quia inualuit, vt omnes ciuiles hæreditates appellentur, omneſq; Prętoriæ bonorum poſſeſſiones, ideo, & nos ſeparatim de ſingulis ſucceſſionum generibus tractaturi, ne videamur ab aliorum more deflectere, hæreditatis verbo omnem ciuilem ſucceſſionem complectemur, appellatione verò bonorum poſſeſſionis omnem ſucceſſionem Prętoriam, excepta hæreditate fideicōmiſſaria, de qua ſpecialiter dicemus *in hoc cap.q.21.num.23.& ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Ius accreſcendi locum habet in hæreditatibus.*
2 *Ius accreſcendi locum habet in hæreditatibus teſtamentarijs.*
3 *Ius accreſcendi locum habet in hæreditatibus, quę ab inteſtato deferuntur.*
4 *Ius accreſcendi locum habet in ſucceſſionibus ſtatutarijs.*
5 *Ius accreſcendi locum habet in ſucceſſionibus, quę conſuetudine deferuntur.*

An ius accreſcendi locum habeat in hæreditatibus.

Quæſtio Prima.

Diſpiciamus igitur in primis de hæreditatibus, & videamus, an in ijs locum habeat ius accreſcendi. Vtique autem ſupponimus tractari de vna, eademq; hæreditate, quia, ſi tractaretur de diuerſis, nō poſſet de vna ad aliā ius accreſcendi habere locum, *vt oſtendimus in 5.cap.q.42.nu. 5.* Quod procederet, etiamſi tractaretur de hęreditatibus eiuſdem hominis, vt euenit in milite, qui patrimonia diſtinxit;

ſtinxit; nam, quia talia patrimonia pro diuerſis hęreditatibus reputãtur, ideò fit, vt de vno ad aliud non detur ius accreſcendi, *ſicuti demonſtrauimus in eadem q. 42. num. 11. & latiùs dicemus in 10. cap. q. 24. num. 19. & ſeqq.* Planè, ſi diuerſæ hæreditates pro vna, eademq; hæreditate reputarentur, vt euenit, in hæreditate patris, & filij, quoties pater eum, quem ſibi fecit hæredem, etiam impuberi filio ſubſtituit, verius eſſet, ius accreſcendi, etiam inter eas conſiderari poſſe, *vt diximus in eodem 5. cap. q. 42. num. 13. & latiùs dicemus in 9. cap. q. 37. per tot.* Sed hoc caſu exceptio ius accreſcẽdi non, niſi in vna, eademq; hæreditate conſiderari ſolet.

Hoc autem poſito, ſi quæramus, an in hæreditatibus locum habeat ius accreſcendi,
1 conſtat regulariter habere locum † *l. filius a patre 28. §. fi. ff. de lib. & poſth. l. liber homo. 59. §. ſi ita ſcriptum l. hæredes ſine partibus. 63. l. ſi ita quis hæredes inſtituerit. 66. ff. de hæred. inſt. l. hæredi. 31. l. qui ex duabus 53. §. vlt. l. cum hereditate. 55. l. ſi minor. 61. l. ſeruus communis ab extero. 66. l. vlt. ff. de acq. hæred. l. 2. in fi. ff. ſi pars hęred. pet. l. ſi res aliena. 52. §. 1. verſ. ſed ſi fortè ff. ad Treb. l. hac ſcriptura. 26 §. vlt. ff. de cond. & dem. l. teſtamento. 6. C. de impub. & al. ſubſt. l. vn. §. his ita definitis C. de cad. toll. l. ſi ex pluribus. 9. ff. de ſuis, & legit. l. 1. §. ſi nemo ff. ad Tertul. §. vlt. Inſt. de Orfic. l. vlt. C. de leg. hæred. l. mortuo. 50. §. fin. l. ſi Titio. 63. §. Iulianus l. cum pater. 79. §. cum pater & l. Lucius Titius 90. §. quiſquis ff. de leg. 2. Auth. idem eſt de Neſtorianis C. de hæret. & Manich. & ſcribunt gl. in l. vn. in verb. hærede C. ſi liber. Imper. ſoc. ſin. hær. dec. lib. 10. gl. in l. vn. in verb. accreſcere, verſ. Item, nunquid, & ibi Cin. num. 5. Iaſ. num. 11. Dec. in prima, lect. num. 3. in fi. & in 2. num. 15. Claud. Tut. num. 2. Purp. nu. 19. & 97. Cagn. nu. 1. & 5. C. quand. non pet. part. Imol. in l. paterfa. 44. num. 5 ff. de hæred. inſt. & in l. ſi mihi, & Titio 110. in prin. nu. 1. ff. de verb. oblig. Port. ad tit. Inſtit. de Orficia. num. 4. Crau. conſ. 927. num. 3. Mantic. de con. vlt. vol. lib. 5. tit. 4. num. 11. & lib. 9. tit. 13. num. 12. Craſſ. in §. ius accreſcendi q. 21. num. 1. Perig. de iur. fiſc. lib. 5. tit. 1. nu. 63. Cuiac. ad tit. C. quand. non pet. part. & in l. 3. §. vlt. ff. de bon. poſſ. Donell. lib. 7. comm. cap. 12.* Idq; procedere, qualitercunq; &, quocunq; iure deferantur. Quod, vt liquidò conſter, diſtinguendi ſunt quatuor caſus, quorũ.

Primus eſt, quando tractamus de hæreditatibus teſtamentarijs, ijs ſcilicet, quæ hæredibus inſtitutis, aut ſubſtitutis ex teſtamento deferuntur, Et in ijs certum eſt ius accreſcen-
2 di habere locum † *l. filius a patre. 28. §. fin. ff. de lib. & poſth. l. 2. §. ſi duo ff. de bon. poſſ. ſec. tab. l. hæredi. 31. l. ſeruus communis ab extero. 66. ff. de acq. hæred. l. liber homo. 59. §. ſi ita ſcriptum l. hæredes ſine partibus. 63. l. ſi ita quis hæredes inſtituerit. 66. ff. de hær. inſt. l. cum pater. 79. §. cum pater ff. de leg. 2. l. teſtamento. 6. C. de impub. & al. ſubſt. l. hæc ſcriptura. 26. §. vlt. ff. de cond. & dem. l. ſi patronum 44. §. fin. ff. de bon. lib. l. vn. §. his ita definitis C. de cad. toll. Auth. idem eſt de Neſtorianis C. de hæret. & Manic. & ſcribunt Ang. in l. ſi ponas. 23. §. vlt. ff. de inoff. Gul. Ben. in cap. Raynutius in verb. & vxo. nom. Adela. nu. 115. 122. & 143. De teſtam. Rub. in l. pater filium. 14. nu. 123. ff. inoff. Pic. in l. vn. in Enident. num. 1. & ibi Seb. Sap. num. 1. C. quand. non pet. part. Papien. in form lib. quo ag. ex ſubſt. in verb. breuiloꝗ, num. 20 Gomez. tom. 1. varia. reſo. cap. 10. nu. 22. Baldus. in §. vlt num. 20. & ibi Mynſ. num. 1 Hoto. in prin. Inſt. de Orfic. Ant. Gon. de iur. accr. nu. 22. Cuiac. ad tit. C. quand. non pet. part. Donell. lib. 7. comm. cap. 12.* vel ex voluntate teſtatoris, vel iuris poteſtate. *ſecundum ea, quæ diximus in 2. cap. q. 2. nu. 49. & ſeqq.* Idq; adeo verum eſt, vt procedat.

Primo, non ſolum, ſi hæredes ſint coniuncti, aut re, & verbis, aut re tantum, aut etiam verbis tantũ, *vt diximus in 5. cap. de re, & verbis coniunctis q. 39. num. 2. De coniunctis vero re tantum q. 37. num. 2. Deniq; de verbis tantum coniunctis q. 38. num. 7.* ſed etiam, ſi ſint omnimodo diſiuncti: nam, licet in legatis, & fideicommiſſis non habeat locum ius accreſcendi inter omnimodo diſiunctos, habet tamen in hęreditatibus, ne alioquin teſtator decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus *ſicuti latè demonſtrauimus in eodem 5. cap. q. 41. num. 8. & ſeq.*

Secundo procedit, etiamſi teſtamentaria hæreditas deferatur ijs, qui legitima coniunctione iunguntur: nam licet inter huiuſmodi coniunctos non habeat locum ius accreſcendi in legatis, & fideicommiſſis, habet tamen locum in hæreditatibus ob eandẽ rationem, ne partim teſtatus, & partim inteſtatus decedat, *vt ex communi veterum ſententia diximus in eodem 5. cap. q. 40. num. 4.*

Tertio procedit, ſiue pars hæreditatis ideo vacet, quia cohæres, cui fuerat aſſignata, defecerit, ſiue, quia a principio nulli data ſit, *vt dicemus in 7. cap. q. 1. num. 1. & ſeqq.*

Quarto procedit, etiamſi tota hæreditas vacet: nam hæredi in re certa inſtituto tota hæreditas accreſcit, ſiuè nullus ab initio fuerit hæres vniuerſalis inſtitutus, ſiue inſtitutus poſtea defecerit, *vt de priore caſu dicemus in eodem 7. cap. q. 7. nu. 1. & ſeq. vbi demonſtrabimus, an id propriè fiat per ius accreſcendi, De poſteriore vero dicemus in eodem cap. q. 9. num. 16. & ſeqq.*

Quinto procedit, non ſolum fauore illius, qui ad ſuam portionem admittitur de iure communi, *ſecundum ea, quę dicemus in eodem 7. cap. q. 60. num. 3.* ſed etiam fauore illius, qui admittitur de iure ſpeciali, *ſicuti demonſtrabimus in eodem cap. q. 61. num. 1. & ſeqq.*

Sexto procedit, etiamſi teſtator id prohibuerit: Non enim, vt in legatis, & fideicommiſſis, ita & in hæreditatibus ius accreſcendi a teſtatore prohiberi poteſt, *vt oſtendemus in 10. cap. q. 16. num. 20. & q. 17. num. 2. & ſeqq.*

Septimo procedit etiam in teſtamento militis, ſed certis tantum caſibus, *ſicuti demonſtrabimus in eodem cap. 10. q. 24. num. 9. & ſeqq.*

Octauo procedit etiam inuito cohærede, *vt latè oſtendemus in 8. cap. q. 4. nu. 8.* & per conſequentias etiam eo ignorante, *vt dicemus in eodem cap. q. 1. nu. 13.* Nec, enim eſt opus aditione, cum ipſo iure pars hæreditatis accreſcat, *vt dicemus in eadem q. 1. num. 2.*

Planè interdum, etiam in hæreditatibus teſtamentarijs ius accreſcendi ceſſat.

Primum enim inter omnimodo diſiũctos locum non habet ius accreſcendi in ijs caſibus, in quibus non eſt abſurdum, teſtatorem decedere pro parte teſtatum, & pro parte in-

teſtatum

teſtatum, quia ceſſat tunc iuris accreſcendi cauſa, *ſicuti demonſtrauimus in 5. cap. q. 41. nu. 10. & ſeqq.*

Secundo, ſi teſtator id prohibeat, & ſimus in caſibus, in quibus id prohibere poteſt, ceſſat etiam in hereditatibus ius accreſcendi, *vt oſtendemus in 10. cap. q. 16. nu. 10. & ſeqq.*

Tertio, licet id teſtator non prohibeat, ſi tamen eius poteſtas, aut vocati portio ſit a lege limitata, magis eſt, vt etiam in hereditatibus ius accreſcendi ceſſet, *vt varijs exemplis oſtendemus in eodem cap. 10. q. 12. num. 1. & ſeq. & q. 13. num. 1. & ſeqq.*

Quarto ceſſat etiam in teſtamentarijs hæreditatibus ius accreſcendi, quoties lex de parte vacante diſpoſuit, vt in exemplis, quæ referemus *in eodem cap. 10. q. 8. num. 4. & ſeqq.*

Quinto non habet in hereditatibus locum ius accreſcendi in teſtamento militis, exceptis certis caſibus, *vt demonſtrabimus in eodem cap. 10. q. 24. num. 19. & ſeqq.*

Sexto locū non habet, etiam in hæreditatibus teſtamentarijs locum ius accreſcendi inter eos, qui vocantur diuerſo iure, *vt latè demonſtrauimus in 5. cap. q. 43. num. 52. & ſeqq.*

Septimo ius accreſcendi ceſſat etiam in teſtamentarjis hæreditatibus poſt emolumētum acquiſitum, *vti dicemus in 7. cap. q. 59. num. 22.*

Secundus caſus eſt, quando tractamus de hæreditatibus, quæ ab inteſtato deferuntur, Et in ijs etiam certum eſt, regulariter habere
3 locum ius accreſcendi † *l. ſi ex pluribus. 9. ff. de ſuis, & leg. l. 1. § ſi nemo ff. ad Tert. §. vlt. Inſt. de Orfic. l. vlt. verſ. vt, ſi qui, & ibi Bald. C. de legit. hered. §. ingratitudinem verſ. itus enim portio Auth. de nupt. coll. 4. Auth. idem eſt de Neſtorianis C. de heret. & Manicha. l. ſi Titio. 63. §. Iulianus ff. de leg. 2. Vlp. tit. 22. & tit. 26. Inſtit. Paul. lib. 4. ſent. tit. 8. §. vlt. & ſcribunt Bart. in d. l. vn. in prin. & ibi Bald. num. 1. Iaſ. nu. 12. Dec. in prima lect. num. 4. & in 2. num. 16. Gozad. num. 2. Seb. Sap. num. 1. Pic. in euident. num. 1. verſ. 3. & in lect. num. 4. Purp. num. 20. verſ. & quamuis, & verſ. tamen nō videtur, Claud. Tut. num. 31. Io. Guter. nu. 8. C. quand. non pet. part. Bart. in l. 3. §. vlt. num. 1. ff. de bon. poſſ. & in l. teſtamento. 6. num. 1. C. de impub. & al. ſubſt. Ang. in l. ſi ponas. 23. §. vlt. ff. de inoff. Caſtr. conſ. 56. num. 2. & conſ. 341. nu. 4. vol. 1. Alex. conſ. 197. num. 2. vol. 6. Papien. in d. form. lib. quo agit. ex ſubſtitutione, in verb. breuiloċè, nu. 27. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & vxo. nom. Adela. num. 93. 100. 114 verſ. vnde reſtat, & num. 122. 123. 130. & 143. Iaſ. in d. l. re coniunctis, nu. 113. & 217. & ibi Croit. num. 46. Polit. num. 50. Io. Gaud. num. 3. Ruin. conſ. 48. num. 5. vol. 3. Rub. in d. l. pater filium. 14. num. 123. ff. de inoff. Alcia. lib. 4. Parad. cap. 8. num. 1. & 3. Crau. conſ. 927. num. 3. & 4. Gomez. tom. 1. varia. reſol. cap. 10. num. 22. Men. de præſ. lib. 4. præſ. 86. nu. 3. verſ. cum vero, & num. 6. Craſſ. in d. § ius accreſcendi q. 32 num. 1. Baldui. in d. §. vlt. num. 17. & ibi Mynſ. nu. 1. Hoto. in prin. Inſt. de Orficia. Duar. lib. 1. de iur. accr. cap. 1. 12. & 14. Ant. Gou. de iur. accr. nu. 22. Cuiac. ad tit. C. quand. non pet. part. & lib. 12. obſ. cap. 11. & in not. ad Paul. lib. 4. ſent. tit. 8. §. vlt. Hoto. Ill. queſt. 44. Donel. d. lib. 7. cōm. cap. 12. & 13.* non quidem ex voluntate teſtatoris, *vti demonſtrauimus in 2. cap. q. 2. num. 67. & ſeqq.* neq; ob eam regulam, ne quis decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, quippe quæ in his ſucceſſionibus conſiderari nequit, *vt oſtendimus in 3. cap. q. 2. nu. 12.* ſed ex natura collectiuæ vocationis, & corporis fictitij, *ſecundum ea, quæ latè diximus ibi num. 14.* Hoc autem adeò verum eſt, vt procedat.

Primo, etiamſi legitimus hæres ad ſuam portionem admittatur de iure ſpeciali, vt in caſibus, quos referemus *in 7. cap. q. 61. nu. 1. & ſeqq.*

Secūdo procedit, etiam inuito cohærede, & per conſequentias etiam ignorante, *ſecundum ea, quæ dicemus in 8. cap. q. 69. num. 5. & ſeqq.*

Planè, ſi portio fuerit a lege limitata, magis eſt, vt etiam in legitimis hæreditatibus ius accreſcendi ceſſet, *vti demonſtrabimus in 10. cap. q. 13. num. 1. & ſeqq.* Deniq; poſt acquiſitionem ius accreſcendi ceſſat in omnibus hæreditatibus, *vt oſtendemus in 7. cap. q. 59. num. 22.*

Tertius caſus eſt, quando tractamus de hereditatibus, ſiuè ſucceſſionibus ſtatutarijs, Et in ijs etiam receptum eſt, habere locum ius
4 accreſcendi, † *vti videre eſt apud Bald. in d. l. vn. num. 18. C. quand. non pet. part. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & vxo. nom. Adela. num. 123. Ruin. conſ. 52. nu. 2. vol. 3. Purp. conſ. 527. num. 37. Grau. d. conſ. 927. num. 4. Honde. conſ. 2. num. 31. & conſ. 8. num. 18. vol. 1. Men. conſ. 50. num. 7. Et nos diximus in 5. cap. q. 40. num. 65. latiuſq; dicemus in cap. 7. q. 61. num. 19. & ſeqq.* quia huiuſmodi ſucceſſiones ad ſimilitudinem legitimarum hereditatum regulantur, propterea, quod & ipſæ ab inteſtato deferuntur.

Quartus deniq; caſus eſt, quando tractamus de ijs ſucceſſionibus, quę conſuetudine deferuntur, Et in ijs ſimiliter receptum eſt,
5 habere locum ius accreſcendi, † *vti videre eſt apud Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & vxo. nom. Adela. num. 123. & 124. verſ. ſi autem omnes, Franch. deciſ. 149. num. 10.* ſcilicet, quia & ipſæ ad ſimilitudinem legitimarum hæreditatum regulantur. Et hæc de hæreditatibus.

SVMMARIVM.

1 *Ius accreſcendi locum habet in bonorum poſſeſſionibus.*

2 *Bonorum poſſeſſio pari cum hæreditate paſſu ambulat in materia iuris accreſcendi.*

3 *Ius accreſcendi locum habet in bonorum poſſeſſione contra tabulas.*

4 *Ius accreſcendi locum habet in bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas.*

5 *Ius accreſcendi locum habet in bonorum poſſeſſionibus, quæ ab inteſtato deferuntur.*

An ius accreſcendi locum habeat in bonorum poſſeſſionibus.

Quæſtio Secunda.

NVnc videamus de bonorum poſſeſſionibus, & diſpiciamus, an in ijs locum habeat ius accreſcendi. Et cō-
1 ſtat habere locum † *l. 3. §. vlt. ff. de bon. poſſ. §. cū igitur Inſt. eod. l. 2. §. pro qua quiſq; , & §. ſi duo, & l. ſi ita ſcriptum. 8. in prin. ff. de bon. poſſ. ſec. tab. l. ſi poſt mortem. 10. §. liberi, & l. ſi duobus. 12. in prin. ff. de bon. poſſ. con. tab. l. 1. §. ſi quis ex nepotibus ff. de con. cum eman. lib. l. ſi quis ex his. 4. ff. vnd. lib. l. ex tribus. 21. ff. de bon. lib. l. ſiue libertus. 21. §. ex duobus ff. de iur. patro. l. vnic. & ibi Bart. & Bald. in prin. Iaſ. num. 11. Dec. in prima lect. num. 4. & in 2. num. 15. Gozad. num. 34. verſicul. tu adducas, Pic. in Euid. numer. 1. verſ. 2. & in lect. num. 3. Seb. Sap. num. 13. & 14. Purp. num. 19. 26. & 96. in fin. Cagn. in prin. & num. 5. & 17. verſic. vltim. & Claud. Tut. nu. 49. C. quand. non pet. part. gl. in l. vn. in verb. hærede C. ſi liber. Imp Sor. lib. 10. Bart. in d. l. 3. §. vltim. num. 1. ff. de bon. poſſ. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius in verb. & vxo. nom. Adela. num. 123. Port. ad tit. Inſt. de bon. poſſ. num. 15. Purp. in rub. C. quand. non pet. part. num. 6. Gomez. d. tom. 1. varia. reſol. cap. 10 num. 22. Petr. Ricciard. in rub. Iuſt. de bon. poſſ. num. 168. Baldui. in §. vlt. num. 20. Inſt. de Orfic. Duar. lib. 1. de iur. accr. cap. 14. Ant. Gou. de iur. accr. num. 23. Cuiac. ad tit. C. quand. non pet. part. & ad l. 3. §. vltim. ff. de bon. poſſ. Donell. lib. 7. comm. cap. 12.* adeo, vt, quæcunque diximus *in q. præced.* de hæreditatibus, debeant intelligi dicta, & de bonorum poſſeſſionibus, ſcilicet, quia in hac iuris accreſcendi materia nulla eſt inter hæreditatē, & bonorum poſſeſſionem differētia, ſed hæc
2 pari cum illa paſſu ambulat † *d. l. 2. §. ſi duo ff. de bon. poſſ. ſec. tab. & ſcribunt Bart. in d. l. re coniunctis, num. 17. in ſi. Dec. in d. l. vn. in prima, lect. num. 6. & ibi Gozad. num. 12. & 15. verſ. non obſtat, Purp. num. 24. Cod. quand. non pet. part.* Quamobrem, &, quod in bonorum poſſeſſionibus locum habet, ius accreſcendi hæreditarium nuncupatur, *vt diximus in 4. cap. q. 3. num. 5.* Idque in omni bonorum poſſeſſionis genere procedit, &

Primo in ea bonorum poſſeſſione, quæ contra tabulas parentis, aut patroni datur
3 † *d. l. ſi poſt mortem. 10. §. liberi. d. l. ſi duobus. 12. in prin. ff. de bon. poſſ. contra tab. d. l. 1. §. ſi quis ex nepotibus ff. de con. cum eman. lib. d. l. ex tribus 21. ff. de bon. lib. d. l. ſiue libertus. 21. §. ex duobus ff. de iur. patro. & ſcribunt Bart. in d. l. re coniunctis, num. 46. verſ. ſed contra, & ibi Iaſ. num. 194. Alc. num. 62. verſ. quod etiam, & Io. Gaud. num. 64. Bart. in l. mulieri, & Titio. 73. num. 3. ff. de cond. & dem. Dec. in d. l. vn. in prima, lect. num. 3. in ſi. & ibi Seb. Sap. num. 6. Purp. num. 26. Cagn. num. 63. Clau. Tut. num. 20. Cod. quand. non pet. part. Dec. in rub. C. eod. num. 25. & ibi Cagn. num. 18. Ceph. conſ. 59. num. 18. Mantic. de con. vltim. vol. lib. 4. titul. 11. num. 9. Men. de præſ. lib. 4. præſ. 86. num. 5. & 9. Cuiac. in d. l. ſi poſt mortem 10. §. liberi ff. de bon. poſſ. contra tab.*

Secundo procedit in bonorum poſſeſſio-
4 nem ſecundum tabulas † *d. l. 2. §. pro qua quiſq; , & §. ſi duo, & d. l. ſi ita ſcriptum. 8. in prin. ff. de bon. poſſ. ſec. tab. & ſcribit Cagn. in d. l. vnic. num. 5. C. quand. non pet. part.*

Tertio denique procedit in ijs bonorum poſſeſſionibus, quę ab inteſtato dantur, vt in,
5 vnde liberi, vnde legitimi, & ſimilibus † *d. l. vn. C. quand non pet. part. d. l. ſi quis ex his. 4. ff. vnd. lib. & ſcribunt Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & vxorem nom. Adela. num. 122. Purp. in d. l. vn. num. 20. verſ. tamen non videtur, & num. 25. C. quand. non pet. pat. Gomez. d. tom. 1. varia. reſol. cap. 10. num. 22. Io. Gaud. in d. l. re coniunctis, num. 3. Duar. d. lib. 1. de iur. acer. cap. 14. Mynſ. in d. §. vlt. nu. 1. Inſt. de Orfic.* Et hæc de bonorum poſſeſſionibus.

SVMMARIVM.

1 *Ius accreſcendi locum habet in ſucceſſionibus ſingularibus inter coniunctos coniunctione teſtamentaria.*
2 *Ius accreſcendi non habet locum in ſucceſſionibus ſingularibus inter coniunctos coniunctione legali, Declara, vt num. 3.*
4 *Ius accreſcendi non habet locum in ſucceſſionibus ſingularibus inter omnimodo diſiunctos.*

An ius accreſcendi locum habeat in ſucceſſionibus ſingularibus.

Quæſtio Tertia.

TErtio videamus de ſucceſſionibus ſingularibus, & diſpiciamus, an in ijs locum habeat ius accreſcendi. Conſtat autem in hac re tres eſſe diſtinguendos caſus, quorum

Primus eſt, quando tractamus de ijs, qui coniunctione teſtamentaria iunguntur, vt de coniunctis re, & verbis, aut re tantum, aut etiam (ſecundum communem) verbis tantū, Et in hoc caſu fatentur omnes, in ſingularibus ſucceſſionibus locum habere ius accreſ-
1 cendi, † vt in legatis, fideicommiſſis, & donationibus cauſa mortis, *ſicuti diximus in 5. cap. q. 37. num. 1. q. 38. num. 9. & q. 39. num. 2. & dicemus in hoc cap. de legatis q. 20. nu. 4. & ſeqq. de fideicommiſſis verò q. 21. num. 19 & ſeqq. De donationibus deniq; cauſa mortis q. 22. num. 9. in quibus locis exponemus, quibus caſibus hoc procedat.*

Secundus verò caſus eſt, quando tractamus de ijs, qui iunguntur coniunctione legali, Et tunc negant communiter noſtri locum habere ius accreſcendi in ſucceſſionibus ſingu-
2 laribus, niſi tractetur de vſufructu, † *vt ex eorum ſententia diximus in 5. cap. q. 40. nu. 1. & 28.* Sed hoc ita eſt accipiendum, vt procedat,
3 quoties † ex diſpoſitione teſtatoris in vnum collata ad plures peruenitur, vt a perſona ſerui ad plures dominos, vel a perſona defuncti legatarij ad plures hæredes, *ſecundum ea, quæ diximus in eodem 5. cap. q. 27. num. 6. & ſeqq.* Cæterùm, ſi principaliter aliqui lege coniungantur, vt, quia collectiuè vocentur, quin etiam in ſucceſſionibus ſingularibus locum

habeat

habeat ius accreſcendi inter coniunctos cō-iunctione legali, non eſt hodiè dubitandum, vt ex ijs, quę de filijs ad legitimam vocatis diximus *in hoc cap. q. 8. num. 8. & ſeqq.* facilè erit intelligere.

Tertius denique caſus eſt, quando tractamus de ijs, qui nullo prorſus coniunctionis nexu iunguntur, Et in hoc caſu certum eſt, in ſucceſſionibus ſingularibus non habere lo-
6 cum ius accreſcendi, † *vt diximus in 5. cap. q. 41. num. 1. & ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Falcidia eſt pars ſucceſſionis.*
2 *Hæres, cui portio grauata accreſcit, poteſt detrahere Falcidiam, quam deficiens detrahere potuiſſet, & cur, num. 3.*
4 *Falcidia a cohærede repudiata cohæredi non accreſcit, & cur.*
5 *Falcidia non poteſt detrahi, niſi ab hærede grauato.*
6 *Falcidia, quæ de quibuſdam legatis non detrahitur ex diſpoſitione, ſeu priuilegio legis, non grauat alia legata, & num. ſeqq.*
7 *Legata defalcabilia non ſuſtinent onus non defalcabilium, Declara vt ibi.*
8 *Falcidia non detrahitur de legatis relictis in teſtamento militis.*
9 *Falcidia, detrahitur de legatis relictis a milite in codicillis factis poſt miſſionem.*
10 *Falcidia, quæ de relictis in teſtamento militis non detrahitur, non poteſt integraliter deduci de relictis in codicillis factis poſt miſſionem.*
11 *Falcidia, quæ de legatis pijs non detrahitur, non grauat alia legata non pia, & num. ſeqq. licet aliqui contra ſenſerint num. 12. 13. & 15.*
17 *Falcidia, quæ de quibuſdam legatis non detrahitur ex diſpoſitione teſtatoris, detrahitur integrè de alijs legatis, Idq; procedit etiam hodie, num. 21. licet nonnulli contrarium cenſuerint, num. 20. Declara vt num. 21. & 24.*
18 *Falcidia non poterat olim a teſtatore prohiberi, ſed hodiè poteſt, num. 19.*
22 *Falcidiæ prohibitio debet fieri expreſſim.*
23 *Falcidia, an cenſeatur prohibita per hęc verba, mandat integrè, & ſine diminutione præſtari.*
25 *Falcidia, licet nō poſſit detrahi de rebus ſpecialiter prohibitis alienari, poteſt tamen integraliter de alijs deduci, Limita, vt num. 26. & cur, nu. 27.*
28 *Libertas eſt res fauorabilis.*
29 *Falcidia, quæ de libertate detrahi non poteſt, in ſolidum detrahitur de alijs rebus eidem legatis.*
30 *Legata, ſi ſint eidem res defalcabiles, & non defalcabiles, de defalcabilibus detrahitur omnium Falcidia.*
31 *Libertas, ſi ſola ſit ſeruo relicta, Falcidia detrahi non poteſt, Declara, vt num. ſeqq.*
32 *Pretia ſeruorum manumiſſorum deducuntur, vt æs alienum.*
39 *Seruitus via, vel alia ſimilis, ſi legetur qualiter Falcidia ſit detrahenda, & num. ſeqq.*
41 *Seruitus per partes acquiri non poteſt.*

An ius accreſcendi locum habeat in Falcidia.

Quæſtio Quarta.

POſt ſucceſſiones eſſet de diſpoſitionibus diſpiciendum, ſed, quia detractiones, ſiue quartæ, quę a ſucceſſoribus detrahuntur, ſunt, & ipſæ ſucceſſiones, ſiue
1 ſucceſſionum partes, † *vt de Falcidia conſtat ex l. 1. §. 1. & l. in quartam 90. & ibi Pic num. 99. & Fumag. num. 63. verſic. cæterùm ff. ad l. Falc. De Trebellianica verò dicemus in 7. cap. q. 69. De legitima demum dicemus in hoc cap. q. 6. num. 15.* ideò priùs, quam de diſpoſitionibus loquamur, nobis erit de detractionibus, ſiue quartis diſpiciendum.

Et in primis de Falcidia, nunquid in ea locum habeat ius accreſcendi. Conſtat autem, hanc quæſtionem dupliciter intelligi poſſe, vno modo actiuè, altero verò paſſiuè. Actiuè, cum quærimus, an Falcidia, quam vnus ex hæredibus non detrahit, accreſcat cohæredi. Paſſiuè verò, cum quærimus, an Falcidia, quā hæres de vno legato detrahere non poteſt, de alijs integraliter poſſit deduci, & ſic, an illius onus alijs accreſcat.

Et actiuè quidem, ſi quæramus, an in Falcidia locum habeat ius accreſcendi, conſtat, duos eſſe diſtinguendos caſus, quorum

Primus eſt, quando hæres, qui poterat detrahere Falcidiam, excluditur a ſua portione hæreditatis, & ea cohæredi accreſcit, Et tunc non eſt dubium, quin cohęres, qui conſequitur partem accreſcentem, quæ fuerat onerata, poſſit de legatis detrahere Falcidiam, quā
2 grauatus detrahere potuiſſet † *l. quod, ſi alteru-*
3 *tro 77. in fin. ff. ad l. Falc.* Nam, † cum portio portioni accreſcat cum omnibus ſuis qualitatibus, *vt dicemus in 8. cap. q. 16. num. 48.* conſequens eſt, vt debeat etiam accreſcere cum facultate detrahendi Falcidiam, quam deficiens potuiſſet detrahere. Neq; in hoc conſiſtit dubitatio, ſed ſolum in eo, nunquid facienda ſit bonorum, & legatorum contributio, ita, vt perinde ſit, ac, ſi hæres, qui adiuit, ſolus ab initio fuiſſet hæres inſtitutus, & omnibus legatis, tam a ſe, quam a cohærede relictis oneratus, an verò potiùs ſeparatim faciēda ſit computatio, vt fieret, ſi pars hęreditatis, quæ fuit grauata, ad eum ipſum pertinuiſſet, qui defecit, *qua de re latè dicemus in 9. cap. q. 45. num. 21. & ſeqq.*

Secundus verò caſus eſt, quando cohæres, qui poterat Falcidiam detrahere, non excluditur a ſua parte hæreditatis, ſed ſolum a Falcidia, puta, quia non vult eam detrahere, prout facere poteſt *l. poteſt 71. ff. ad l. Falc.* Et tunc certum eſt, eam non accreſcere cohæredi, ſed cedere commodo legatariorum, qui
4 integra legata conſequentur: † Nam Falcidiæ ratio in ſingulis hæredibus ponenda eſt *l. in ſingulis. 76. ff. ad l. Falc. §. in ſingulis Inſt. eod.* ideoque, quod vnus non detrahit, vel, quia nolit, vel, quia non poſſit, non proficit alijs cohæredibus, ſed legatarijs, *vt ibi dicitur.* Pręterea Falcidia non detrahitur, niſi ab hęrede grauato

5 grauato † l. 1. §. inde Neratius l. facta. 63. §. ſi,
cum ſuſpecta ff. ad Treb. Ergo catenus tantum,
quatenus grauatus eſt. Atqui cohæres non
fuit grauatus pro portione, quę ſpectat ad al-
terum cohæredem. Ergo pro ea non poterit
detrahere Falcidiam. Denique ius accreſ-
cendi non habet locum inter eos, qui vocan-
tur ad res diuerſas l. huiuſmodi. 86. §. quibus ff.
de leg. primo, & latè diximus in 5. cap. q. 42. nu. 1.
Sed cohæredes vocantur ad res diuerſas, ſci-
licet, quia ſinguli vocantur ad quartam ſuæ
portionis ex lege Falcidia d. l. in ſingulis, & d.
§. in ſingulis. Ergo non habebit inter eos ius
accreſcendi locum.

Sed hæc quidem dicuntur, cum actiuè de
Falcidia quærimus, At, cum paſſiuè, vt eue-
nit, cum ex pluribus legatis ab vno eodemq;
hærede relictis, quædam ſunt, de quibus Fal-
cidia detrahi poteſt, quędam verò, de quibus
non poteſt, & quęrimus, an pars Falcidię, quę
de legatis exemptis non detrahitur, accreſcat
alijs legatis paſſiuè, ita, vt de ijs detrahi poſſit
integra Falcidia, & ſic, non ſolum pro rata
eorum parte, ſed etiam pro portione, quæ de
legatis exemptis detrahi debuiſſet, conſtat,
varios etiam eſſe diſtinguendos caſus, quo-
rum

Primus eſt, quando tractamus de legatis,
quæ eximuntur a Falcidia ex diſpoſitione,
ſeu priuilegio legis, Et tunc cenſent commu-
niter, quod ab illis non detrahitur, alijs non
accreſcere, nec ad aliorum legatariorũ onus
trahi, ſed cedere damno hæredis, quippe qui
de alijs legatis non poterit detrahere, niſi,
quantum detraxiſſet, ſi omnia legata fuiſſent
6 defalcabilia. † Ita enim cenſuerunt Bart. in l.
ex aſſe. 52. num. 1. verſ. & prędicta vera, & ibi
Imol. verſ. & hoc, Alex. num. 2. verſ. ſed hæc pri-
ma ff. ad l. Falc. Caſtr. in l. qui quadringenta. 87.
in prin. num. 3. & ibi Imol num. 2. Alex. num. 6.
verſ. ſed, quando, & in fin. ff eod. Caſtr. in l. ſi poſt
miſſionem. 17. & in l. non eſt dubium. 50. ff. eod.
Pereg. de fideic. artic. 4. num. 31. Gratia. cap. 59.
diſcep. for. num. 6. verſ. veriorem. Et ita accipiē-
di ſunt, qui ſimpliciter dixerunt, quando ex
pluribus legatis, quædam ſunt defalcabilia,
quędam verò non, legata defalcabilia non
ferre onus aliorum legatorum, ſed tantum
7 ſuum, & ſic pro rata, † vt Bald. in l. ſi vero. 19.
in prin. verſ. In text. ſupereſt ff. de mil. teſta. Alex.
in l. ſi in teſtamento. 64. num. 2. ff. ad l. Falc. Pic. in
d. l. in quartam. 90. num. 62. ff. eod. vt ſcilicet lo-
quantur de legatis non defalcabilibus ex pri-
uilegio, ſeu diſpoſitione legis. Huius rei duo
poſſunt exempla afferri.

Primum in legatis a milite relictis: Nam,
ſi miles condito ante miſſionem teſtamen-
to, & factis poſt miſſionem codicillis deceſ-
ſerit intra annum miſſionis, teſtamentum
quidem valebit iure militàri, codicilli verò
iure communi, ideoq; legata in teſtamento
8 relicta Falcidię non ſubijcientur † l. in te-
ſtamento 12. Cod. de teſtament. mil. l. in teſta-
mento. 7. C. ad l. Falc. relicta verò in codicillis
9 ſubijcientur † vt de vtriſque conſtat ex d. l. ſi poſt
miſſionem 17. l. ſi miles. 91. & l. vlt. ff. ad l. Falc. &
l. ſi certarum. 18. § fin. ff. de mil. teſt. Quamobrē
hæres legata in teſtamento relicta præſtabit
integra, & ſine aliqua diminutione, de reli-
ctis verò in codicillis detrahet quidem Fal-
cidiam, ſed pro ea tantum parte, quam detra-
heret, ſi omnia legata eſſent Falcidiæ ſuppo-
ſita, quia Falcidia, quę remittitur legatarijs in
teſtamento honoratis, non grauat legatarios
honoratos in codicillis maiore detractione,
quam eſſent paſſuri, ſi omnia legata eſſent
10 defalcabilia. † Ita enim deciditur in d. l. ſi poſt
miſſionem. 17. vbi Bart. & Imol. num. 2. ff. ad l.
Falc. & in l. ſi verò compoſita. 19. & ibi gl. in verb.
legatorum ff. de mil. teſt. Et ſcribunt Alex. in d. l.
ex aſſe. 52. num. 3. verſ. tamen hæc ratio ff. ad l.
Falc. Pereg. de fideic. d. artic. 4. num. 31.

Secundum verò exemplum afferri poteſt
in legatis ad pias cauſas relictis, quæ, & ipſa
Falcidiam ex priuilegio non patiuntur Auth.
ſimiliter C. ad l. Falc. Nam, ſi teſtator habens,
puta, quadringenta legauerit centum piæ
cauſæ, & trecenta cauſæ non piæ, centum le-
gatum erit integrè pręſtandum cauſæ piæ, de
legato verò trecentum, quod cauſæ non piæ
relictum eſt, non detrahentur centum, quæ
continent integram omnium legatorum Fal
cidiam, ſed tantum ſeptuagintaquinque, &
ſic ea tãtum quantitas, quæ de legatis ad cau-
ſas non pias relictis detraheretur, ſi centum
legatum eſſet, & ipſum defalcabile, quia re-
miſſio Falcidiæ, & ſic vigintiquinque facta
piæ cauſæ non grauat alios legatarios maio-
re detractione, ſed nocet hæredi, qui non ha-
bebit centum, & ſic integram Falcidiam, ſed
11 tantum ſeptuaginta quinque. † Ita ſcripſerũt
gl. in d. Auth. ſimiliter, verſ. ſed nunquid C. ad l.
Falc. Bart. in d. l. ex aſſe. 52. num. 1. & ibi Imol.
verſ. ſed contrarium, Alex. num. 3. vbi ait, ita
communiter ſeruari ff. eod. Specul. in tit. de teſtam.
§. 1. num. 29. Ang. in l. in ratione 11. § quod vul-
go num. 3 & ibi Imol. num. 12 ff ad l. Falc. Caſt.
in d. l. ſi poſt miſſionem 17 §. 1. & ibi Imol. num.
2. Alex. num. 2. verſ. ſed iuxta hoc ff. eod. Caſtr. in
d. l. qui quadringenta 87. in prin. num. 3. & ibi
Alex. num. 6. verſ. ſed quando ff. eod. Pic in d. l. in
quartam. 90. num 62. ff. ad l. Falc. Alcia. conſil.
139. num. 2. lib. 9. Pereg. de fideic. d. artic. 4. num.
31. Grat. d. cap. 59 diſcep. for. nu. 6. verſ. veriorē.
Et, quamquam plerique cenſuerint, quod de
legatis pijs non detrahitur, vel de alijs inte-
12 graliter poſſe deduci, † vt Roll. conſ. 9 num. 15.
vol. 4. vel debere detrahi tamquam æs alienū
13 † l. eius ſerui. 37. & l. æris alieni 39. ff. ad l. Falc. in
qua ſententia fuerunt Bart. in d. Auth. ſimiliter,
num. 2. & ibi Caſtr. verſ. ſed, quia C. ad l. Falc. &
poſt eos Bart. conſ. 59. n. 12. verſ. 6 facit, vol. 3. Pic.
in d. l. in quartam, nu. 63. Alciat. d. conſ. 139. nu.
2. lib. 9. veriùs tamen, & receptiùs eſt, quod
ſupra diximus. Quamobrem ſupradicta opi-
14 nio † non immeritò fuit ab Imol. in d. l. ex aſſe,
verſ. ſed certè, & ibi Alex. num. 3. verſ tamen be-
nè. & Imol. in l. in quantitate. 73. §. fin. num. 3.
verſ. &, licet ibi ff. eod. & alijs frequentiùs im-
probata.

Nec eſt contrarium, quod pijs legatis Fal-
cidia nō remittatur odio hæredis, ſed ſpecia-
li fauore, ac priuilegio piæ cauſæ, ideoque
non debeat trahi in ipſius hæredis detrimen-
15 tum, † Qua ratione motus Io. And. in add.
ad Specul. in d. titul. de teſtam. § 1. verſ. quid ſi
legatum, de prędicta ſententia dubitauit, quia in
teſtamento quoq; militis remittitur Falcidia
non odio hæredis, ſed fauore, & priuilegio
ipſius militis, & nihilominus remiſſio nocet
hę-

hęredi, quia a lege fit. Idem igitur eſt dicen-
dum de remiſſione, quę fit legatis pijs, quo-
niam, & ipſa ex diſpoſitione legis proficiſci-
tur. † *Ita reſpondent Imol. in d. l. ſi poſt miſſionem*
16 *17. num. 3. & Alex. in d. l. ex aſſe. 52. num. 3. verſ.*
tamen hæc ratio ff. ad l. Falc.

Secundus verò caſus eſt, quādo tractamus
de legatis, quæ eximuntur a Falcidia, non ex
diſpoſitione legis, ſed ex diſpoſitione teſtato-
ris, qui ex pluribus legatis quædam voluit in-
tegrè, & ſine aliqua diminutione præſtari,
Et tunc cenſent noſtri cōmuniter, Falcidiā,
quæ de huiuſmodi legatis detrahi nō poteſt,
de cæteris poſſe integraliter deduci, & ſic
onus Falcidiæ, a quo prædicta legata eximū-
17 tur, cæteris non exemptis accreſcere. † *Ita*
enim per l. ſi in teſtamento. 64. & l. qui quadrin-
genta. 87. in prin. ff. ad l. Falc. cenſuerunt Bart. in
d. l. ex aſſe. 52. num. 1. verſ. & prędicta vera, &
ibi Alex. num. 3. in fi. Bart. in d. l. qui quadrin-
genta. 87. in prin. num. 2. vbi Caſtr. num. 3. ſubij-
cit, hoc eſſe perpetuo menti tenendum, quia, ſi non
haberemus dictum Bart. quilibet prima facie di-
ceret contrarium. Sequuntur etiam ibi Imol. nu.
2. verſ. vlt. & Alex. n. 6. & in fi. Caſtr. in l. 2. nu. 9.
verſ. in §. Item Pomponius ff. ad Treb. Imol. in d.
l. ex aſſe, verſ. ſi autem. Ruin. conſ. 146. nu. 5. vol.
3. & conſ. 125. num. 3. vol. 4. Mantic. de con. vlt.
vol. lib. 9. tit. 13. num. 24. Pereg. de fideic. d. artic.
4. num. 31. Gratia. d. cap. 59. diſcep. for. num. 7. Et
eſt etiam de mente eorum, quos referemus infra
num. 25.

Nec obſtat, ſi dicatur diſpoſitionem earū
legū eſſe intelligendam inſpecto iure vetere,
18 quo teſtator nō poterat Falcidiā prohibere † *l.*
quod bonis. 15. §. 1. ff. ad l. Falc. Nam tunc, ſi
mandaſſet, vnum legatum integrè pręſtari,
neceſſariò erat intelligendus voluiſſe, vt tota
Falcidia de alijs legatis detraheretur *d. l. ſi in*
teſtamento. 64. & d. l. qui quadringenta. 87. in
prin. ff. ad l. Falcid. ne alioquin diminue-
ret quartam totius hæreditatis, quam omni-
modo tenebatur hæredi relinquere *l. 1. §. 1. ff.*
ad l. Falc. & Inſt. eo. in prin. Sed hodie, quia Fal-
19 cidiam prohibere poteſt † *§. ſi vero expreſſim,*
Auth. de hęred. & Falc. coll. 1. & Auth. ſed, cum te-
ſtator C. ad l. Falc. ideo, ſi mandet, integrum
legatum pręſtari, videri faciendam interpre-
tationē, vt ita diſpoſuerit, non, vt alios lega-
tarios grauet, ſed, vt hęredē a Falcidię detra-
ctione repellat, & hac ratione nō videri pręę-
dictarum legum diſpoſitionem hodiè pro-
20 cedere, † *vt poſt Raph. Cuma. in d. l. qui qua-*
dringenta 87. cenſuit Gabr. conſ. 87. num. 11. vol.
2. & conſiderarunt etiam Pic. in d. l. in quartam
90. num. 62. verſ. cogitabam, & num. 115. verſ.
Adde, quod iſta, & Mantic. d. lib. 9. tit. 13. num.
24 quia verius, & receptius eſt, imo procedere
etiam hodiè, ſi verſemur in terminis, in qui-
bus Bartolus. & alij communiter loquuntur;
21 † *vti reſpondendo rectè animaduertit Alex. in d.*
l. qui quadringenta, num. 6. verſ. ſed conſideraui,
cuius dicta referunt Ruin. d. conſ. 125. num. 3.
vol. 4. & Mantic. d. lib. 9. tit. 13. num. 24. Nam ad
hoc, vt hęres excludatur a Falcidię detractio-
ne, requiritur expreſſa teſtatoris prohibitio,
aut ſaltem, vt ea clarè colligatur ex verbis, &
22 diſpoſitis in teſtamento † *d. §. ſi vero expreſſim,*
& ibi Ang. nu. 3. Auth. de hær. & Falc. coll. 1. & in
ſpecie declarant Soc. Iun. conſ. 170. nu. 24. & 28.
verſ. Debet itaq; & nu. 33. verſ. ergo, vol. 2. latè
Pereg. de fid. art. 3. nu. 87. verſ. ego in re & nu. 88.
verſ. Quamobrē. Cū autē teſtator ſimpliciter
dicit, ſe velle legatū integrè, & ſine diminu-
tione pręſtari, nō prohibet expreſſim Falcidię
detractionem, neq; hoc dici poteſt clarè col-
ligi ex teſtamento, quia prędicta verba ſunt
ambigua, & poſſūt intelligi altero de duobus
modis, vel, quod teſtator voluerit, hęredē p-
dere Falcidiā, vel, quod voluerit, eū poſſe qui-
dem detrahere Falcidiā, ſed de alijs legatis,
non etiam de eo, quod integrè præſtari vo-
luit, ideoq; tamquā ambigua nō poſſunt dici
continere expreſſam, aut claram Falcidiæ
prohibitionem, & per conſequētias non ex-
cludunt hæredem, quominus poſſit eam de
alijs legatis integrè detrahere.

Hinc infert Alex. *in d. l. qui quadringenta,*
nu. 6. verſ. ſed conſideraui, ad deciſionem illius
quęſtionis, an per hæc verba, integrè, & ſine
diminutione, cenſeatur prohibita Falcidia:
23 † Nam diſtinguendum ait: Aut enim teſta-
tor voluit, omnia legata, & fideicommiſſa in-
tegrè & ſine diminutione præſtari, & per ne-
ceſſarium antecedens cenſeri debet quartæ
detractionem prohibuiſſe: Aut verò plura
fecit legata, & fideicommiſſa, & ex ijs quę-
dam tantum iuſſit, integrè, & ſine diminutio-
ne pręſtari. Et tunc, quia verba ſunt ambigua,
& poſſunt altero de duobus modis intelligi,
vt ſupra dictū eſt, magis eſt, vt ex ijs non poſſit
neceſſariò ad Falcidię prohibitionē inferri.

Hinc recentiores in propoſita quæſtione,
an, quod ab vno non detrahitur ex volunta-
te, & diſpoſitione teſtatoris, grauet alios lega-
tarios, ita, vt ab ijs deduci poſſit integra om-
nium legatorum Falcidia, diſtinguunt ex
24 mente Alexandri, † Aut teſtator expreſſim
prohibuit Falcidiæ detractionem, Et, quod
ab illis non detrahitur, nec ab alijs deduci po-
terit, quia ceſſat in hęrede ius detractionis;
Et ita etiam cenſuit Barba. d. conſ. 59. in fi. vol. 3.
& poſt eum Gabr. d. conſ. 87. nu. 11. verſ. ſed ho-
die, vol. 2. Aut verò non prohibuit expreſſim
Falcidiæ detractionē, ſed ſimpliciter manda-
uit, quædam legata integrè, & ſine diminu-
tione præſtari, Et tunc, quod ab illis non de-
trahitur, deducitur ab alijs. *Ita diſtinguunt*
Pereg. de fideic. d. artic. 4. num. 31. & Gratia. d.
cap. 59. diſcep. for. num. 7. vbi teſtatur, hanc eſſe
communem diſtinctionem. Idem eſt, & ſi teſta-
tor quarundam rerum alienationem ſpecia-
liter prohibuerit: nam, quia etiam huiuſmodi
res cenſentur ex diſpoſitione teſtatoris ab
onere Falcidiæ exemptę, *Auth. ſed & in ea C.*
ad l. Falc. & non conſtat, vtrum teſtator vo-
luerit hęredi Falcidiam prohibere, an verò
ſolū res illas ab huiuſmodi onere, eximere,
ideo tāquam in dubio dicimus, non cenſeri
prohibitam Falcidiam, eáq; ratione poſſe
eam de cæteris rebus integraliter deduci
25 † *Ita enim ſcripſerunt Soc. Iun. conſ. 170. nu. 40.*
vol. 2. Pariſ. conſ. 43. num. 24. vol. 3. Roll. conſ. 9.
num. 15. vol. 4. Odd. conſ. 65. num. 75. & 77. Men.
de præſ. lib. 4. præſ. 198. n. 26. & 28. verſ. quādo cer-
ta res, & conſ. 610. num. 25 vbi teſtatur, hanc eſſe
veram, & magis receptam opinionem quicquid
in contrarium cenſuerit Gabr. d. conſ. 87. num.
7. & ſeqq. vol. 2. quem ibi reprobat Men. num. 26.

Planè, ſi ex hoc reſultet nimium exorbitās
aliorum

aliorum legatorum diminutio, ita, vt quo-
dammodo reddantur inutilia, puta, quia, ſi de
ijs tota Falcidia detraheretur, nihil, aut parũ
legatarijs remaneret, magis eſt, vt eſſet one-
ris accretio, & per conſequentias, vt, quod de
quibuſdam non detrahitur, de cœteris dedu-
26 ci nequeat, † ſicuti ex doctr. gl. in d. l. ſi verò com-
poſita. 19. § fin. in verb. legatorum ff. de mil. teſta.
rectè docuit Barbà. d. conſ. 59. num. 1. volum. 3.
27 ſcilicet, quia † veriſimile non eſt, voluiſſe te-
ſtatorem inutiliter relinquere legata ſed po-
tiùs voluiſſe prorata rerum exemptarum hę-
redem a Falcidiæ detractione repellere.

Tertius, & vltimus caſus eſt, quando Falci-
dia de vna re detrahi non poteſt, non ex diſ-
poſitione legis, aut ex diſpoſitione teſtatoris,
ſed ex natura ipſius rei, puta, quia ſit indiui-
dua, Et tunc, ſi quæramus, an, quod de illa de-
trahi non poteſt, de alijs inſolidum detraha-
tur, & ſic, an onus illius cœteris accreſcat,
conſtat multum referre, vtrum res illa ſit fa-
uorabilis, nec ne: Nam, ſi ſit fauorabilis, vt li-
28 bertas † l. non diſtinguemus. 37. §. de liberali ff. de
arbitr. l. 3. §. 1. ff. de alie. iud. mut. cau. fact. §. vlt.
Inſt. de donat. l. pœnales. 32. §. vlt. ff. ad l. Falcid. l.
& ſi non adſcripta. 9. C. de fideicom. libert. ſi qui-
dem cum ea ſit aliud eidem relictum, erit de
29 eo deducenda vtriuſq; legati Falcidia † ſiue
ſit relictum ipſi ſeruo, qui debet manumitti
l. planè. 35. verſ. vnde Scæuola ff. ad l. Falcid. ſiue
ei, qui rogatus eſt illum manumittere l. ſed, ſi
non ſeruus. 36. §. ſi ſolus ff. eod. l. ſed duobus. 5.
verſ. ſed, ſi vnum ff. de leg. 2. Nam, quando vni
legantur duæ res, quarum vna eſt defalcabi-
lis, alia non, de ea, quæ eſt defalcabilis, detra-
30 hitur vtriuſque legati Falcidia † d. l. planè 35.
ff. ad l. Falc. & ſcribunt Bart. in d. l. ſi ſeruus. 33.
verſ. Itẽ not. ff. eod. Rota in antiq. deciſ. 870. verſ.
pro iſta parte, & verſ nõ obſtat Gabr. cõſ. 87. n. 10.
verſ. Nec obſtat, vol. 2. Si verò neq; ſeruo, neq;
manumiſſori ſit aliud relictũ, tunc nõ onera-
buntur aliorum legata, ſed amittetur Falci-
31 dia † l. ſi ſeruus. 33 l. Iulianus. 34. & l. ſed, ſi non
ſeruus. 36. in prin verſ. ſi ſolus ff. ad l. Falc. quia
in eius computatione deducetur pretium ſer-
32 ui, tamquam æs alienum † l. Papinianus 8. §.
quarta ff. de inoff. teſt. l. cum autem. 9. ff. de leg. 2.
§. cum autem, Inſt. de leg. Falc. d. l. ſed, ſi non ſer-
uus. 36. in prin. verſ. ſin vero heres, & l. eius ſerui.
37. & l. æris alieni. 39. ff. eo.

Hinc infertur primo, ſi teſtator leget alicui
ſeruum, & roget legatarium, vt eundem ma-
numittat, non poſſe hæredem de huiuſmodi
legato deducere Falcidiam, ſed cogi ſeruum
33 præſtare, vt manumittatur † d. l. ſi ſeruus. 33. d.
l. Iulianus 34. & d l ſed, ſi non ſeruus. 36. in prin.
verſ. ſi ſolus ff. eod. & in computanda Falcidia,
quæ de alijs legatis eſt deducenda, non poſſe
haberi rationem ſerui legati, ſed eius pretiũ,
tamquam æs alienum debere deducere, ita,
vt tanto minus cenſeatur eſſe in patrimonio
34 defuncti, ad minuendam Falcidiam † vt patet
ex locis, quos retulimus ſupra num. 32.

Secundo infertur, ſi teſtator leget alicui pẽ
cuniam, vel ſpeciem, & roget eum, vt ſeruum
proprium manumittat, poſſe hęredem de
huiuſmodi legato detrahere Falcidiam, &
nihilominus cogi legatarium (ſi legatum ac-
ceptauerit) ſeruum manumittere, licet eius
æſtimatio excedat quantitatem pecuniæ, vel
valorem rei, quæ remanet penes legatarium
35 detracta Falcidia † l. pœnales. 32. §. ſi Titio,
verſic. ſi autem, & l. Iulianus. 34. & d. l. ſed, ſi
non ſeruus. 36. in prin. ff. ad l. Falc. l. generali-
ter 24. §. ſi quis alienum ff. de fideicom. libert.
36 quia † legatarius acceptando legatum vide-
tur tanti æſtimaſſe ſeruum proprium, quanta
eſt pecunia, vel valor rei, quæ in legato re-
manet d. l. ſed ſi non ſeruus. 36. in prin.

Tertio infertur, ſi teſtator leget alicui pe-
cuniam, & roget eum, vt alienum ſeruum re-
dimat, & manumittat, poſſe hæredem de le-
gato detrahere Falcidiam, & nihilominus
cogi legatarium ſeruum emere, & manu-
37 mittere † d. l. pœnales. 32. §. ſi Titio, verſic. ſi au-
tem, & d. l. Iulianus. 34. ff. eod. Sed hoc ita in-
38 telligendum eſt, vt procedat, † ſi detracta
Falcidia tãtum remaneat penes legatarium,
quantum debet impendere pro redimendo
ſeruo, aliàs non cogetur de ſuo ſupplere d. l.
ſed, ſi non ſeruus. 36. in prin. verſ. quod, ſi alienus
ff. ad l. Falc. d. l. generaliter. 24. §. ſi quis alienum
ff. de fideic. liber. ſed hęres debebit integrum
legatum pręſtare remiſſa Falcidia. Et ita poſt
varias altercationes a veteribus receptum
eſſe conſtat ex l. decem. 6 in fin ff. de fideic. libert.
Et in ſpecie declarant gl. in d. l. pœnales. 32. §. ſi
Titio, in verb. omnimodo, & in d. l. Iulianus. 34.
in verb. vt alienum, & in d. l ſed, ſi non ſeruus 36.
in prin. in verb. non plus. ff. ad l. Falc. Bart. in d. l.
ſi ſeruus. 33. ff. eod.

At, ſi res, quæ Falcidiam propter ſui indi-
uiduitatem non patitur, non ſit fauorabilis,
vt, quia legata ſit via, vel alia ſeruitus, quæ
diuiſionem non recipit, & quæramus, an Fal-
cidia, quæ de illa detrahi non poteſt, de alijs
poſſit deduci, & ſic, an eius onus alijs accreſ-
cat, conſtat multum referre, vtrum ei, cui le-
gata eſt ſeruitus, ſit aliud relictum, nec ne:
Nam, ſi nihil aliud ſit relictum, non poterit
Falcidia, quæ de legato ſeruitutis eſſet detra-
henda, deduci de legatis alijs relictis, ſed erit
a legatario ſeruitutis ſoluenda in pecunia,
ſcilicet, quia debebit ſeruitutis pretium pro
rata Falcidiæ offerre, aliàs, ſi petat legatum,
39 doli mali exceptione repelletur † l. lege Falci-
dia. 7. ff. ad l. Falc. l. cum filius. 78. in prin. ff. de
leg. 2. l. purè. 5. §. 1. ff. de dol. excep. Quod, ſi præ-
ter ſeruitutem fuerit aliud ei relictum, ſi qui-
dem detractio Falcidiæ, quæ de eo fiet, non
impediat ſeruitutis conſtitutionem, vt, quia
ſit relicta pecunia, vel ſpecies, cui non debeat
ſeruitus acquiri, erit de tali relicto vtriuſque
40 legati Falcidia detrahenda, † ſecundum re-
gulam, quam retulimus ſupra num. 30. quod,
quando vni legantur res defalcabiles, & res
non defalcabiles, de illis eſt deducenda etiã
harum rerum Falcidia, quam etiam hodiè
procedere ſcribit Gabr. d. conſil. 87. numer. 11.
verſic. ſed hodie vol. 2. At, ſi detractio Falcidię,
quæ fieret de relicto, impediret conſtitutionẽ
ſeruitutis, vt, quia teſtator legauerit eidem
fundum, & ad eum viam per alium fundum,
quo caſu, ſi Falcidia detraheretur de fundo
legato, non poſſet amplius via conſtitui, ſcili-
cet, quia propter Falcidiæ detractionem in-
ciperet fũdus eſſe communis inter hęredem,
& legatarium l. Plautius. 49. in prin. verſ. Quod,
ſi ſeruo ff. ad l. Falc. & communi fundo, & ſic
41 per partes ſeruitus acquiri non poteſt † l. vt

pomum.7.§.ult.l.pro parte.11.ff.de ſeru.l.3.ff.de ſeru.lega.l.proprium.4.§.ult.& l.ſi quis duaſ.6.§. ſi quis partem ff.comm.prædio. Et in his terminis ſcribit Paulus in d.l. Plautius. 49. §. fin. ff. ad l.
42 *Falc.*res aliter eſſet terminanda: Nam,† aut pretium viæ æquiualet quantitati Falcidiæ, quæ de vtroque legato deberet deduci, & fūdus integer præſtabitur,& peribit via *l.ſi fundus mihi legetur.23.ff.ad l.Falc.* Idem eſt, &, ſi minus ſit in pretio viæ,quā deſideret vtriuſq; legati Falcidia; nam peribit via, & præſtabitur fundus deducto Falcidię reſiduo *d.l.ſi fundus, in fi.* Aut verò plus eſt in via, quam in vtriuſque legati Falcidia, & tunc de fundo nihil detrahetur, ne pereat viæ legatum, ſed, ſi via petatur, debebit legatarius vtriuſque legati quartam offerre in pecunia, *ſecundum ea, quæ ſupra diximus*, aliàs doli mali exceptione a ſeruitutis petitione repelletur *d. l.ſi fundus,verſ.videndum.* Et hęc de Falcidia.

SVMMARIVM.

1 *Trebellianica regulatur ſecundum naturam Falcidiæ in materia iuris accreſcendi, ita, vt quæcunq; de Falcidia dicuntur, locum etiam habeant in Trebellianica.*
2 *Argumentum a Falcidia ad Trebellianicā valet.*
3 *Trebellianicam poteſt hæres deducere de parte cohæredis,quę illi accreuit,& cur, num.4.*
5 *Trebellianica, quam vnus ex hæredibus non detrahit,non accreſcit cohæredi, & cur.*
6 *Trebellianica, quæ non detrahitur ab vno ex fideicommiſſarijs vniuerſalibus an, &, quando poſſit integraliter deduci ab alio, Diſtingue, vt num. ſeqq.*
10 *Trebellianica non poteſt deduci de rebus ſpecialiter prohibitis alienari.*
11 *Trebellianica,quæ non deducitur de rebus ſpecialiter prohibitis alienari, poteſt integraliter deduci de alijs, & cur, num. 12.*
13 *Trebellianica non cenſetur prohibita, niſi hoc fiat expreſſim, aut neceſſario colligatur ex diſpoſitione in teſtamento.*
14 *Trebellianica cenſetur prohibita ſi teſtator prohibeat alienationem omnium bonorum.*
15 *Trebellianica non poteſt detrahi, ſi teſtator prohibeat alienationem omnium bonorum, & ſimus in caſibus, in quibus eam prohibere poſſit.*
16 *Trebellianicam poteſt filius detrahere non obſtāte prohibitione alienationis omnium bonorum, & cur,num. 17.*
17 *Tacitum non debet eſſe potentius, quam expreſſum.*
18 *Legata cenſentur relicta ad onus hæredis, ſi teſtator nominatim eum grauauerit.*
19 *Legata cenſentur relicta ad onus hæredis, ſi teſtator eum rogauerit, vt hæreditatem reſtituat deductis legatis, vel, vt reſtituat reſiduum, num. 20.*
21 *Legata cenſentur relicta ad onus hæreditatis, ſi fuerint relicta ſimpliciter, vel ſub, nomine hæredis.*
22 *Falcidia detrahitur de legatis, & Trebellianica de fideicommiſſo vniuerſali, ſi omnia purè relicta ſint, vel ſub eadem conditione, & facta contributione de omnibus vna quarta deducitur.*
23 *Falcidia, quæ de particularibus non detrahitur, non grauat fideicommiſſum vniuerſale, nec contra, num. 24.*
25 *Legata cenſentur relicta ad onus fideicommiſſarij ſi teſtator eum nominatim grauauerit.*
26 *Legata cenſentur relicta ad onus fideicommiſſarij, ſi teſtator rogauerit hæredem, vt reſtituat totam hæreditatem.*
27 *Legata cenſentur relicta ad onus fideicommiſſarij. ſi teſtator rogauerit hæredem, vt reſtituat hæreditatem, retenta, ſeu deducta aliqua re certa.*
28 *Legata cenſentur relicta ad onus fideicommiſſarij, ſi fuerint relicta poſt mortem hæredis.*
29 *Trebellianica detrahitur habito reſpectu ad totā hæreditatem, ſi legata ſint relicta ad onus fideicommiſſarij.*
30 *Fideicommiſſarius, ad cuius onus relicta ſunt legata, debet ea præſtare integraliter, etiamſi abſorbeant totum fideicommiſſum, & cur, num. ſeqq.*
31 *Fideicommiſſarius vniuerſalis nō detrahit quartam.*
32 *Trebellianica non detrahitur, niſi de eo, quod reſtituitur, non habita ratione legatorum. & fideicommiſſorum particularium, ſi ea purè fuerint relicta, & fideicommiſſum vniuerſale ſit relictum ſub conditione,& cur,num. 33.*
34 *Hæres grauatus pinguiorem detrahit quartam, ſi grauatur purè,quam, ſi ſub conditione, & cur, num. 35.*
36 *Falcidiæ.& Trebellianicę contributio fit, quoties legata, & fideicommiſſa particularia fuerunt relicta purè, fideicommiſſum vero vniuerſale, partim purè,& partim ſub conditione.*

An ius accreſcendi locum habeat in Trebellianica.

Quæſtio Quinta.

NVnc videamus de Trebellianica, & diſpiciamus, an in ea locum habeat ius accreſcendi. In hac autem quęſtione generaliter definiendum eſt,quęcunq; diximus de Falcidia, locum etiam habere in
1 Trebellianica, † *vt ſcribunt Gabr. conſ.87 nu. 11.in fi.vol.2 Roll. conſ. 9.num. 15. verſ ſi ergo, vol.4. Pereg. de fideic. artic.4. num.* 30. ſcilicet, quia a Falcidia ad Trebellianicam valet ar-
2 gumentum † *l. Marcellus. 3. §. quod autem ff. ad Treb. Et ſcribunt Crott. in l. filiusfa. 117. §. Diui 2.num.21.ff.de leg.primo, Euer. in ſua cent. argum. loco 34 a Falc ad Treb. Et in his terminis conſiderat Pereg. d art 4. num.* 30. Quamobrem de vtraque promiſcuè loquuntur *Caſtr. in l.ſi miles 91. ff ad l. Falc. Pariſ.conſ. 43. num. 24 vol.3.Roll.d.conſ.9.num.15. volu.4.Gabr.d. conſ.87.num.8. volum.2. Odd.conſ 65.num.75, Men.conſ.610.nu.25.Gratia.cap. 59. diſcep.for. num.7.& alij paſſim.* Sed,quia ſpecies quæ in Trebellianica proponuntur, interdum ſunt diuerſæ ab ijs, quæ proponuntur in Falcidia, ideò pro clariore explicatione,& de hac ſpecialiter tractandum cenſuimus. In hac autē cum quærimus, an locum habeat ius accreſcendi, conſtat etiam multum referre, vtrum quæramus,an id locum habeat actiuè,an vero paſſiuè: Nam, ſi actiuè, eadem erunt de Trebellianica dicenda, quæ de Falcidia diximus. Itaq;, ſi ex duobus hæredibus inſtitutis,

is, & vniuerſali fideicommiſſo grauatis vnus
deficiat, & eius pars accreſcat alteri, poterit is
deducere Trebellianicam, quam defunctus
3 detrahere potuiſſet, † *vt ſcribit Pereg. de fideic.*
artic. 8. num. 2. & 4. & nos etiam dicemus in 9.
4 *cap q. 49. num.* 59. ſcilicet, quia † portio cenſe-
tur ei cum ſuo iure, & ſic etiam cum iure de-
trahendi Trebellianicam accreuiſſe, *ſecundum*
ea, quæ diximus in q. præced. nu. 3. Quod, ſi neu-
ter deficiat, ſed vnus non detrahat Trebellia-
nicam, vel, quia nolit, vel, quia non poſſit,
fortè, quia fuerit ei prohibita, non poterit al-
ter inſolidum eam detrahere, ſed tantum pro
rata ſuæ portionis, & hoc modo non habebit
5 eius reſpectu locum ius accreſcendi, † ſcilicet,
quia Trebellianicæ non minus, quam Falci-
diæ ratio in ſingulis hæredibus eſt habenda
d. l. in ſingulis. 76. ff. ad l. Falcid. §. in ſingulis,
Inſt. eo.

At, ſi non actiuè, ſed paſſiuè de Trebellia-
nica quæramus, an ius accreſcendi recipiat,
conſtat varios eſſe diſtinguendos caſus, quo
rum

Primus eſt, quando teſtator nullis relictis
legatis, aut fideicommiſſis particularibus ſo-
lum conſtituit fideicommiſſum vniuerſale,
fauore duorum, aut plurium, & ſumus in ca-
ſibus, in quibus Trebellianica de parte vni
reſtituenda detrahi non poteſt, de alia verò
poteſt, Et tunc quæſtionis eſt, an ea poſſit in-
tegraliter deduci de parte illius, qui detra-
ctioni ſubijcitur, ita, vt alterius onus ei accreſ-
cat, an verò potiùs debeat exemptio cedere
damno hæredis, ita, vt eam tantum poſſit
Trebellianicæ partem deducere, quæ pro ra-
ta portionis non exempto reſtituendæ venit
deducenda. Et eſt receptum faciendas eſſe
diſtinctiones, quas retulimus *in q. præced. nu.*
6. & ſeqq. ita, vt, non ſolum procedant in hę-
redibus grauatis legatis, & fideicommiſſis
particularibus, quo caſu tractatur de Falci-
dia, ſed etiam in grauatis fideicommiſſo vni-
uerſali, quo caſu tractatur de Trebellianica;
6 † *Ita ſcribit Pereg. de fideic. d. artic. 4. num. 30. &*
31. in fin. Quamobrem, ſi Trebellianica non
poſſit de vna parte hæreditatis deduci ex diſ-
poſitione legis, non poterit de alia detrahi
integraliter, ſed tantum pro rata portionis nō
7 exempto reſtituendæ, † ſiue id fiat ex priuile-
gio militis, *vt in l. ſi miles. 91. & ibi Caſtr. ff. ad*
l. Falc. & apud Pereg. d. artic. 4. num. 31. ſiue ex
priuilegio pię cauſę *vt apud Pereg. ibi, & Gra-*
tia. d. cap. 59. diſcep. for. num. 7. At, ſi non poſſit
deduci ex diſpoſitione teſtatoris, ſi quidem
id fiat, quia teſtator expreſſim prohibuerit
Trebellianicæ detractionem, ceſſabit etiam
8 oneris accretio, † *ſecundum ea, quæ de Falcidia*
diximus in q. præced. num. 24. Et in ſpecie docet
Pereg. d. artic. 4. num. 31. Cœterùm, ſi id fiat,
quia teſtator ſimpliciter dixerit, ſe velle hęre-
ditatis partem integrè, & ſine diminutione
reſtitui, veriùs eſt, non cenſeri per hoc Trebel
lianicæ deductionem prohibuiſſe, ideoque
poſſe eam de alia parte integraliter deduci,
9 † *vt de Falcidia diximus in d. q. præced. num. 17.*
& ſeqq. Et in terminis Trebellianicæ ſcribit Pe-
reg. d. art. 4. num. 31. in fi.

Secundus verò caſus eſt, quando fideicō-
miſſum vniuerſale fuit relictum vni, vel plu-
ribus, & teſtator prohibuit hęredi grauato
alienationem non omnium bonorum, ſed
alicuius rei particularis, puta domus, aut fun-
di, aut etiam plurium rerum, quæ ſpecialiter
expreſſæ ſint, Et tunc, quia Trebellianica de
10 illis detrahi non poteſt, † *d. Auth. ſed & in ea*
C. ad l. Falc. quam etiam in Trebellianica proce-
dere ſcribit ibi Bald. vbi ait, hunc caſum eſſe val-
de notabilē, & quotidianum, & tamen aduocatos
ad eum non aduertere. Idem ſcribunt Ang. in d.
§. ſi verò expreſſim, num. 9. verſ. Item ceſſat, Auth.
de hæred. & Falc. coll. 1. Corn. conſ. 22. num. 30.
& 32. vol. 2. Crott. in l. filiusf. 117. §. Diui 2. num.
21. ff. de leg. primo, Guidop. q. 51. in fi. Alb. conſil.
7. num. 7. conſ. 54. in fi. conſ. 93. in fin. conſ. 123. in
fin. & conſ. 200. num. 11. Pariſ. conſ. 43. num. 12.
& 24. vol. 3. Ceph. conſ. 153. nu. 110. verſ. Quar-
tum, Roll. conſ. 9. num. 15. vol. 4. Pereg. de fideico.
art. 3. num. 91. Rota apud Farin. in recoll. part. 2.
deciſ. 155. num. 1. quæritur, an ea poſſit de alijs
integraliter deduci, an verò ſolum pro rata
bonorum, quæ non fuerunt ſpecialiter prohi-
bita alienari. Et eſt receptum, poſſe de alijs
11 integraliter deduci, † *vti videre eſt apud Pariſ.*
d. conſ 43 num. 12. & 24. vol. 3. Pic. in d. l. in
quartam. 90. nu. 115. ff. ad l. Falc. Alb. conſ. 311.
num. 4. Roll. d. conſ 9. num. 15. vol. 4. Odd. conſil.
65. num. 75. & 77. Burſat. conſ. 13. num. 48 verſ.
Reſpondetur, vol. 1. Men. de præſ. lib. 4. præſ. 198.
nu. 26. & 28. verſ. quando certa res, & n. 30. in fin.
& conſ. 610 num. 25. Gratia. deciſ. 59. num. 1. &
2. ſeqq. vbi ait hanc eſſe veriorem opinionem, & ab
ea non eſſe recedendum, Rot. apud Farin in recol-
lect part. 1. deciſ. 67. num. 4. Tametſi Gabr. d. cōſ.
87. num. 10. verſ. ſed, ſi prohibitio, volu. 2. contra-
rium cenſuerit, quia reprobatur a Men. d. conſil.
12 *610. num. 26.* quia † teſtator, qui ſimpliciter
prohibuit alienationem certarum rerum, nō
cenſetur hoc feciſſe, quod voluerit hæredem
priuare ſua quarta, aut eam in aliqua parte
diminuere, ſi cœtera bona ſufficiūt, ſed, quia
noluit res illas, ad quas fortaſſis ſpecialem ha
buit affectionem, alienari, etiam occaſione
detractionum, ideoq; ſufficit, volūtatem eius
ſeruari, non permittendo detractionem in
illis rebus, non verò debemus impedire gra-
uatum, ne poſſit ſuam quartam integram de
alijs rebus detrahere, vt pote ad quas non ha-
buit eandem affectionem: Nec enim prę-
ſumere debemus, Trebellianicam fuiſſe prohi-
bitam, niſi hoc colligatur ex verbis teſtatoris
expreſſis, aut per neceſſarium antecedens de-
ducatur ex ijs, quæ fuerunt a teſtatore diſpo-
13 ſita. † *vt in ſpecie declarant Soc. Iun. conſ. 170. nu.*
24. & 28. verſ. Debet itaq;, & num. 33. verſic. 2.
ergo, vol. 2. Pereg de fideicom. d. artic. 3. num. 88.
verſ. Quamobrem, & Men. d. lib. 4. præſ. 198 nu.
28. verſ. Quando certa res, & num. 30. in fin. Ro-
ta apud Farin. d. deciſ. 67. num. 2. Hinc dicimus,
teſtatorem, qui prohibet alienationem cer-
tarum rerum grauato, nullum quodam mo-
do ei afferre incommodum, quia poteſt Tre-
bellianicam detrahere de alijs rebus, *vti vide-*
re eſt apud Men. d. præſ. 198. num. 28. verſ. quā-
do certa res, & num. 30. in fin. licet aliud ſit,
quando ei prohibet alienationem omnium
bonorum: Nam tunc dubium non eſt, quin
cenſeatur ei prohibere detractionem Trebel-
14 lianicæ, † *vti videre eſt apud Gabr. in l. centu-*
rio. 15. num. 404. ff. de vulg. Alb. conſ. 147. nu. 8.
Nico. Bello, conſ. 30. num. 7. latè Pereg. de fid. art,

3.num.91.verſ.contra tamen,& Menoch. d.lib.4.
præſ.198.verſ.3.& num. 29. quo caſu, quia de
voluntate conſtat,recurrendum erit ad pote-
ſtatem, & videndum, an id facere potuerit:
Nam,ſi potuit, vt, quia tractemus de extra-
neis, non poterit hæres detrahere Trebellia-
15 nicam, † vt ſcribunt Crott.in d.l. filiusf. 117.§.
Diui 2,num.21.ff.de leg.primo, Pariſ. d. conſil.
43.num.25.vol.3.Alb.d.conſ.7. num. 7. Si verò
non potuit, vt, quia tractemus de filijs primi
gradus,& ſimus in ijs locis,in quibus ſeruatur
illa opinio,quę vult,non poſſe eis Trebellia-
nicam prohiberi,etiamſi duas detrahãt quar-
tas, magis eſt, vt eam detrahere poſſit non
16 obſtante prohibitione alienationis; † Ita in
ſpecie docuerunt Roma.conſ.206.num.5.verſicu.
At,cum in propoſito,Pariſ.d.conſ.43.num. 24.
& 25.vol.3.Pic.in d.l.in quartam.90.num. 115.
uerſ.Adde quod iſta ff.ad l. Falcid. Soc.Iun.conſ.
28.in prin.& per tot.uol.2.Alb.d.conſ.7. num.7.
Ceph.conſil.153.num. 14. & conſ.272. num. 46.
Roll.d.conſ.9.num.13. & 19. uerſ.præterea, uol.
4.Nat.conſ.645.num.22.uol.1.& conſ.528 nu.
33.& ſeqq.uol.3.Gabr.conſ.39.num.6. uolum.2.
Odd.d.conſ.65.num.75.& 77. Burſa.conſ. 102.
num.16.uol.1.Pereg.de fideicom. d.art. 3.nu.93.
ne alioquin plus operetur tacita, quam ex-
17 preſſa prohibitio † contra regulam l.cum ex fi-
lio 39.§.filio ff.de uulg. ut in his terminis conſide-
rant Alb.d.conſ.7.num.7.Roll. d.conſ.9.nu.13.
uol.4. aliàs ſeruanda erit teſtatoris diſpoſitio,
& hæres a Trebellianicæ detractione repelle-
tur, ſecundum ea,quæ ſupra diximus.

Tertius caſus eſt, quando teſtator quibuſ-
dam perſonis reliquit legata, & fideicom-
miſſa particularia,alij verò reliquit fideicom
miſſum vniuerſale,& hæc omnia debent eo-
dem tempore pręſtari,fortè,quia purè fuerint
omnia relicta,vel ſub eadem conditione pu
ta ſi deceſſerit ſine liberis, ſed ſumus in caſi-
bus,in quibus particularia cenſentur ad onus
hęredis relicta, vt, quia teſtator nominatim
18 eum grauauerit † l. Celſus. 29. §. quod alicuius
ff.de leg.2.l.1 §. id, quod ex ſubſtitutione ff. ad l.
Falc.l.ſi plures.96. ff.de leg.3. Et ſcribunt gl. in l.
Marcellus. 3. in prin. in verb. ad hęredis onus,
& ibi Imol.num. 1. Soc. Sen. num. 3.& alij com-
muniter ff.ad Treb. Ang in l.2.num. 2. verſ.ſed,
quando,& num.3. verſ. Sin autem, & ibi Imol.
num 2.verſ.& ratio diuerſitatis, Caſtr. num. 7.
verſ.Breuiter, Alex.nu.2 verſ.3 ff. eod. Soc. Sen.
in l.1.§.ſed ſi 40.n.1.ff.eo.Rot.in antiquis deciſ.
870.verſ.quid dicendum,& verſ. Nec obſtat prima
ratio, Crau.conſ.16.n.1.verſ.præmiſſa, Pereg.de
fideic.art.4.nu.12.& 17.vel relictis ſimpliciter
legatis rogauerit eum, vt reſtituat hæredita-
19 tem deductis legatis,† d.l.Marcellus.3. §.Item
Pomponius, & l.rogi.16. §.Inde quæritur, & l.
cum hęres deductis.51. ff.ad Treb. Et ſcribunt gl.
in d.l.Marcellus.in prin.in verb.ad hęredis onus,
Alex. in d. §. Item Pomponius, num. 2. Rota d.
deciſ.870.verſ.quid dicendum,Crau.d. conſ. 16.
num.1.verſ.Quando autem,& Pereg. d. artic. 4.
num.18.verſ.& indubitanter, vel, reſtituat re-
20 ſiduũ,† vt declarant Rot.Crau. & Pereg. in ſu-
prarelatis locis, vel cenſentur relicta ad onus
hæreditatis,vt,quia ſimpliciter,vel ſub nomi
21 ne hæredis relicta ſint † d. l.ſi plures. 96.ff. de
leg.3. Et in ſpecie declarant Bart.in d.l.Marcel-
lus 3.in prin.num,2.in ſi. & num. 3. & ibi Imol.
num.2.verſ.Nam veritas eſt, Ang.in d. l. 2. nu.
2.verſ. & eſt verum, & num. 3. verſ. Interdum
teſtator,& ibi Caſtr.num.7 in ſi. Imol.nu.2.verſ.
& ratio diuerſitatis,& num.1 ff.ad Treb. Pereg.
d.artic.4.num.10.in ſi.& num. 18. Et tunc re-
gulariter ſit omnium contributio, ita, vt de
omnibus,tam particularibus, quam vniuer-
ſalibus relictis detrahatur integra quarta,par
tim iure Falcidiæ,partim iure Trebellianicę,
iure Falcidiæ de particularibus, Iure verò
22 Trebellianicæ de vniuerſali † l.2.& l.Marcel-
lus.3.in prin. & §. Item Pomponius ff. ad Treb.
& declarant Bart.in d.l.Marcellus,in prin. nu.
4.& in d.§.Item Pomponius,num.2. & ibi Ang.
num.1.& 2.Imol.verſ.& not. & verſ. extra,Soc.
Sen.num.1.Bart.in l.ſi tamen.27.§. hęres ex aſſe,
in ſi. ff.eod.Imol.in d.l.2 num. 2.verſ.Item pręmittis
ff.eo. Ruin.conſ.57.num. 18.& 20. vol. 2.
Barba.conſ.59.num.18.verſ.vnde,vol. 3. Crau.
d.conſ.16.num.1.verſ.& iſto caſu, Graſſ. in d. §.
Trebellianicã,q.13.vbi ait,ita communiter tran-
ſire dd.Pereg.de fideic. art. 3.num.3.& 14.verſ.
ſed hæc obiter,& d.artic.4.num.23.25.27.& 29.
Tuſch.concl.376.num.13.& 14 Sed, ſi de par-
ticularibus non poſſit aliquam ob cauſam
detrahi Falcidia fortè, quia prohibita, vel a
teſtatore, vel a lege,& quęramus, an ea poſſit
integraliter deduci ex fideicõmiſſo vniuer-
ſali, res erit cum ijs diſtinctionibus deciden-
da,quas retulimus in q.præced. num. 6. & ſeqq.
Nam, ſi Falcidia non poſſit detrahi ex diſpo-
ſitione legis,vt, quia legata ſint relicta ad pias
cauſas non poterit de vniuerſali detrahi to-
ta quarta, ſed tantum pro rata illius, quod
reſtituitur,& ſic onus Falcidiæ non accreſcet
23 fideicommiſſo vniuerſali, † vt rectè cenſuit
Rota d.deciſ.870.verſ.quid dicẽdum,quam pro-
bat Crau.d.conſ.16. num. 1. verſ.ſed tamen. Et
ſcribit etiam Ruin. d.conſ. 84. nu. 7. vol. 3. Idẽ
eſt, & contra: nam, ſi de fideicommiſſo vni-
uerſali non poſſit Trebellianica deduci, vt,
quia ſit reſtituendum piæ cauſæ, non accre-
ſcet eius onus legatis, & fideicommiſſis par-
ticularibus, ſed de ijs ſimplex eorum quarta
detrahetur perinde,ac, ſi Trebellianica fuiſ-
24 ſet de vniuerſali deducta,† vt rectè cenſuit Rot.
d.deciſ.870.verſ.Nec obſtat prima ratio.Itaq; p-
hibitio detractionis, vel Falcidiæ, vel Tre-
bellianicæ a lege facta cedet incommodo
ſolius hęredis, quippe, qui de ijs ſolum pote-
rit quartam deducere, in quibus non reperie-
tur facta prohibitio. Coeterùm, ſi Falcidia
detrahi non poſſit ex diſpoſitione teſtatoris,
ſi quidem ea contineat expreſſam Falcidię
prohibitionem, non poterit integra quarta
de vniuerſali fideicommiſſo deduci, ſi verò
ſimpliciter contineat, teſtatorem voluiſſe,vt
legata ſine diminutione præſtentur, magis
eſt,vt de vniuerſali poſſit quarta integraliter
deduci, ſecundum ea,quę diximus in d. q.pręced.
num.17. & 24.

Quartus caſus eſt,quando legata, & fidei-
commiſſa particularia ſunt quidem pręſtan-
da eodem tempore, quo fideicommiſſum
vniuerſale, ſed cenſentur relicta ad onus fi-
deicommiſſarij, vt quia teſtator nominatim
25 eum grauauerit, † l. 1. §. Inde Neratius, & l.
facta.63.§.ſi, eum ſuſpectã ff. ad Trebell. Et in
ſpecie declarant gl. in d.l. Marcellus. 3. in prin.
in verb.ad hęredis onus, ff.eod,Caſtr.in d.l.2. nu.
7.uerſ.

7.verſ.Breuiter,Pereg.de fideic.d. artic.4.num.
11.& 20. vel rogauerit hæredem,vt reſtituat
26 totam hæreditatem,† l. fin. ſecundum, vnum
intellectum, C. ad Treb. Et in ſpecie declarant
Bart.in d.l.Marcellus.3.in prin. num. 2.verſ.
Ad iſtud,& ibi Imol.nu.2.verſ.Nec obſtat l.fin.
ff.eod Caſtr.in d.l.2.nu.9. verſ. Adde alium ca-
ſum ff.eod.Pereg.d.artic.4.num.21.vel, vt eam
reſtituat detracta, ſeu retenta aliqua re certa
27 † l.1.§ fin. & l.ſi legatus.30.§.multum intereſt
ff.ad Treb.§.ſi quis vna,Inſt.de fideic. hæred. Et
ſcribunt Bart.in d.l.Marcellus,in prin. num. 2.
verſ.Ad contrarium ff.ad Treb.Caſtr. in d. l. 2.
num.7.uerſ.Breuiter ff.eod.Pereg.d. artic. 4. nu.
21. vel relinquerit legata poſt mortem gra-
uati, & ſic poſt euentum conditionis, ſub
qua fideicommiſſum vniuerſale relictum eſt
28 † l.codicillis.34 in prin.ff.de uſufr. leg. Et in ſpe-
cie declarat Pereg.d. articu. 4.num.21. Et tunc
hæres detrahet a fideicommiſſario Trebel-
lianicam habito reſpectu ad totum patrimo-
nium,etiam incluſis legatis,quippe,quę quo-
ad eum non conſiderantur,vt legata, ſed, vt
res hæreditariæ, & ſic, vt res, quæ veniunt in
29 reſtitutionem, † ut recte docuit Pereg.d. articu.
4.num.21.ubi teſtatur, ſe ita in facto obtinuiſſe;
Fideicommiſſarius verò præſtabit integra le-
gata, etiamſi totum abſorbeant reſiduum,
30 ita,vt nihil apud eum remanere poſſit,† l.1.§.
fin. & ibi declarat Angel. uerſ. & ueritas ff. ad
Trebell.Caſtr in d.l.2 num.7.uerſ.Breuiter ff eo.
ſcilicet, quia de ijs non poteſt detrahere Fal-
cidiam, aut ex propria, aut ex hæredis perſo-
na,non ex propria,quia non fuit grauatus, vt
hæres,ſed,vt fideicommiſſarius,cui detractio
31 quartæ non conceditur † l.lex Falcidia 47.§.
nunquam ff.ad l.Falc.l.1.§.inde Neratius,& l.
facta.63.§.ſi.cum ſuſpecta ff.ad Trebell. neque
ex perſona hęredis,quia,cum legata non fue-
rint ab eo relicta,conſequens eſt, vt, nec ipſe,
nec alius ex ipſius perſona Falcidiam detra-
here poſſit d.§.ſi, cum ſuſpecta. Ita declarant
gl.in d.l.Marcellus.3.in prin. in uerb. ad hæredit
onus,& ibi Bart.num.2. uerſ. Ad contrarium ff.
ad Treb.Ang.in d.l.2.num.3.uerſ.unde conſide-
ra ff.eo.Alex.in l.1.§.fin.in fin ff.eo.Pereg.d.art.
4.num.20.

Quintus caſus eſt, quando legata, & fidei-
commiſſa particularia fuerunt relicta purè,
fideicommiſſum verò vniuerſale fuit relictũ
ſub conditione, puta,ſi deceſſerit ſine liberis,
Et tunc receptum eſt, particularia debere ſta-
tim, & integraliter ſolui, ſi hæreditariæ vires
hoc patiantur,non expectato euentu fideicō-
miſſi vniuerſalis, &, ſi poſtea extiterit eius
conditio,non debere legatarios,& fideicom-
miſſarios particulares in quarta contribuere,
ſed poſſe ſua legata, & fideicommiſſa inte-
gra retinere, & de fideicommiſſo vniuerſali
debere hæredem detrahere Trebellianicam,
non habito reſpectu ad totum patrimonium
computatis etiam legatis, & fideicommiſſis
particularibus, ſed habito reſpectu ad id tan-
32 tum,quod reſtituitur; † Ita ſcripſerunt Bart. in
d.l.Marcellus.3.§ Item Pomponius, num.1.ubi
ait, ita ſeruari de conſuetudine & ibi Ang. num.
2.& Alex num.2.uerſ. Quapropter. ff. ad Treb.
Barba.conſ.59.col.2. uerſ. & licet, & num.7.&
18.uol.3.ubi teſtatur, ita ſe habere communem to-
tius mundi obſeruantiam,Ruin. conſ.57 nu. 17.
& 21.uol.2.Dec.conſ 235.num.18. Crau.d.conſ.
16.num.1.uerſ.ſed dubitatio,& num.5. uerſic.ex
præmiſſis,& uerſ.ex quibus, ubi ait, hanc opinio-
nem eſſe ueriorem, & æquiorem, ac teſtatoris uo-
luntati magis amicam,Ceph.conſil.189 num.29.
& conſ.322.nu.11.& ſeqq. Duran. de art. teſtan.
cau.35.num.2.Ancbar.lib.1. quæſtio.Fam.q.6.
num.4.& ſeqq.Craſſ. in §.Trebellianica, q.13.
uerſ.Aut uero Pereg.de fideic.art. 3.num.2. latè
Tuſch.concl.376.num.8.& ſeqq.Gratia. deciſ.59.
num.6.Et quamquam diſputando res non ca-
reat dubio,contrariamq; ſententiam, quæ de
iure videtur eſſe verior,Caſtr.in d.l.2.num.10.
uerſ.Breuiter ff.ad Treb.Soc. Sen. in d. l. Marcel-
lus.3.§.Item Pomponius.num.5.ff.eo.Ruin cōſ.
84 num.7.uol.3.& alij plerique grauiſſimi viri
ſint amplexi, non eſt tamen hodiè res in cō-
trouerſiam deducenda, propterea, quod ita
generali quadam,& in omnibus tribunalibus
probata conſuetudine receptum eſt, ut atte-
ſtantur ferè omnes Dd quos ſupra retulimus.
33 Et hoc ideo, quia † talis videtur fuiſſe mens
teſtatoris,qui legata reliquit præſtanda incō-
tinenti,fideicommiſſum verò vniuerſale nō,
niſi in euentum conditionis, ut conſiderat
Bart.in d.§.Item Pomponius.nu. 1. Alioquin,
ſi de vniuerſalibus eſſet detrahenda quarta
omnium bonorum,fideicommiſſa, vt pluri-
mum redderentur inutilia, quia quarta totũ
id abſorberet, quod eſſet reſtituendum. At-
qui hoc eſſet abſurdum l.cogi.16.in prin. uerſ.
in ambiguo ff.ad Trebell. Et in propoſito ſcribũt
Barba.d.conſ.59.num.1.& 2.uol.3. Crau. d. cōſ.
16.num.2.uerſ.5.Tuſch.d.concl. 376. num 10.
Ergo,ne id ſequatur, debemus potiùs dicere,
Trebellianicam non, niſi de eo, quod reſti-
tuitur,eſſe deducendam, Maximè, cum hoc
modo proſpiciatur omnibus,ſcilicet,quia le-
gatarij conſequuntur integra legata, prout
voluit teſtator, hæres verò conſequitur Tre-
bellianicam, & ſic quartam eius, quod reſti-
tuitur, prout iure diſponitur, l.2.ff.ad Treb. &
fideicommiſſarius recipit fideicommiſſum,
non niſi in quarta diminutum, ut conſiderat
Barba.d.conſ.59.num.4. uol.3.

Hinc intelligimus, hæredem pinguiorem
conſequi quartam, quando fideicommiſſũ
vniuerſale eſt purum quam ſi ſit conditiona-
34 le,† quia,vbi eſt purum, conſequitur quartã
omnium bonorum,ut patet ex ijs,quę diximus
in 3.caſu, At, vbi eſt conditionale, non con-
ſequitur, niſi quartam eius, quod reſtituitur,
ut ſupra-dictum eſt. Cuius diuerſitatis hæc af-
35 fertur ratio,quia, † vbi grauatur ſub cōditio-
ne,duo ſentit commoda,vnum quia penden-
te conditione percipit fructus, quos non tene
tur reſtituere l. in fideicommiſſaria. 18. in prin.
ff.ad Treb. Alterum verò, quia ſpem habet
probabilem non pręſtandi fideicommiſſi,
ſcilicet,quia poſſet deficere conditio,aut prę
mori fideicommiſſarius,quo caſu fideicom-
miſſum euaneſceret l. ex facto. 17. §.ſi quis
autem ſuſceperit ff.ad Treb.l.un §.ſin autem ali-
quid ſub conditione C.de cad.toll. & ideo, cum
in his honoretur, nil mirum, ſi grauetur in
alio, vt ſcilicet non detrahat quartam om-
nium bonorum,ſed eius tantum, quod reſti-
tuitur,quæ ratio ceſſat, vbi fideicommiſſum
purum eſt.Ita ratiocinatur Crau.d.conſ.16.nu.
5.uerſ.& ſi dicaſ.& poſt eum.Tuſch.d.concl.376
nu.13.

Sextus,& vltimus caſus eſt,quando legata,
& fideicommiſſa particularia fuerunt relicta
purè, fideicommiſſum verò vniuerſale, par-
tim purè, & partim ſub conditione, Et tunc
receptum eſt,locum eſſe contributioni,& de
omnibus deducendam eſſe quartam omniũ
bonorum,partim iure Falcidię,& partim iure
36 Trebellianicæ, † *ſecũdum ea quę diximus in 3.
caſu:* Ita enim *ſcripſerunt Bart. in d.l. Marcel-
lus.3. §. Item Pomponius,nu.1.uerſ.ſed,ſi eſſet.&
ibi Ang.nu.2.Imol.n.4.& 6.Soc. Sen.nu.4. uerſ.
2. ff. ad Treb.Bart.in l.ita tamen.27.§. hęres ex
aſſe,in fin.ff.eod.Barba.d.conſ.59.num.18.uerſ.
unde, uolu.3.Ruin.d.conſ.57.num.14.uol.2.&*
probat text. *in d.l.ita tamen.27.§. hęres ex aſſe
ff.ad Treb.* Et hæc de Trebellianica.

SVMMARIVM.

1 *Legitima filiorum eſt triens, ſi quatuor, aut pau-
ciores ſint filij ſemis verò, ſi quinq; aut plures,
& cur,num.23*
2 *Legitimę in computatione quid ſit facere partem,
& quid facere numerum.*
3 *Filij incapaces in numero liberorum non com-
putantur ad augendam, aut minuendam le-
gitimam,& cur,num.4. & ſeqq.*
5 *Filij viuo patre defuncti non conſiderantur in
computatione legitimæ.*
6 *Incapaces habentur pro mortuis.*
7 *Parìa ſunt, non extare, vel extare, ſed non poſſe
ſuccedere.*
8 *Filiorum numerus non conſideratur naturaliter,
ſed ciuiliter.*
9 *Diuiſio non eſt facienda pro numero filiorum
ſuperſtitum,ſed pro numero ſuccedentium.*
10 *Filij incapaces non faciunt partem in legitima,
& num. 11.*
12 *Legitima pars, quæ debuiſſet ad incapaces perti-
nere,quo iure ſpectet ad capaces, & num. ſeqq.*
15 *Legitima eſt pars eius, quod quis eſſet ab inteſta-
to habiturus.*
16 *Capaces ſoli totam hæreditatem ab inteſtato con-
ſequuntur.*
18 *Filij incapaces non faciunt numerum in legitima,
& cur. num.19. 22. & ſeqq.*
20 *Partem,qui non facit, nec facit numerum in legi-
tima,Declara,vt num.21.*

An filij incapaces faciant partem, aut numerum in legitima.

Quæſtio Sexta.

SVpereſt,vt videamus de legitima,& diſ-
piciamus,nunquid in ea locum habeat
ius accreſcendi. Quæſtio eſt ſolemnis,
& in forenſibus controuerſijs mirum in mo-
dum agitata, quam nos diligenti, vti par eſt,
& exacto tractatu explicaturi ſeparatim de
liberorum, parentum, fratrumque legitima
diſputabimus.

Et in liberorum quidem legitima, de qua
primo loco videndum eſt, quoniam eius
quantitas ęſtimatur ex numero,ſcilicet,quia,
ſi quatuor, aut pauciores ſint filij, legitima
eſt triens, ſi verò quinque, aut plures, ſemis
1 ex æquo inter eos diuidendus † *§. 1. Autb. de
trient.& ſem.coll.3.Autb.nouiſſima C.de inoff.te-
ſtam.§.optime,verſ.ſi vero inaqualia, Autb.de
nupt.coll.4.* ideò duplex in eius computatione
2 plerumque ſolet naſci quæſtio, † vna, an fi-
lij, qui non admittuntur ad partem, faciant
nihilominus partem,ideſt, impediãt, ne cæ-
teri totum habeant trientem,aut ſemiſſem,vt
puta, ſunt quatuor filij, quorum vnus aliquã
ob cauſam non admittitur ad partem ſuam,
quæritur, an alij tres debeant habere totum
trientem, quem eſſent habituri, ſi quartus nõ
eſſet in rerum natura,an verò debeant habe-
re tres tantum vncias, quas ſolas haberent,
ſi quartus caperet ſuam portionem. Et ſimili
modo, ſi ſex ſint filij, & vnus excludatur a
ſua portione, an alij quinque debeant habe-
re totum ſemiſſem, an verò quinque tantum
vncias,& ſic,an is,qui non admittitur ad par-
tem, nihilominus in numero computetur ad
aliorum portionem minuendam: Altera ve-
rò quæſtio eſt, an ij, qui non admittuntur ad
partem in numero computentur ad augendã
aliorum legitimam,vt puta, ſunt quinque fi-
lij, ſed vnus eſt à ſua portione excluſus, quæ-
ritur,an aliorum legitima debeat computari,
vt legitima quinque filiorum, ideſt, ſemis,an
verò,vt quatuor,ideſt,triens. Vtranque dubi-
tationem nos explicaturi varios diſtingue-
mus caſus, qui in hac materia conſiderari ſo-
lent, & per ſingulos ſeparatim definiemus,
quid in vtraq; dubitatione ſtatuendum ſit.
Caſus autem, qui in hac re conſiderari ſolẽt,
varij ſunt.

Primus,quando filius, qui non admittitur
ad partem, tempore mortis eius, de cuius bo-
nis agitur, erat omninò incapax, & ex teſta-
mento, & ab inteſtato, puta erat de ordine
fratrum minorum *clem. exiui de paradiſo De
verb.ſign.* vel, hæreticus *l. cognouimus. 10. &
Autb.idem eſt de Neſtorianis. C.de hæret.& Ma-
nich.* vel deportatus *l.1.C.de hæred. inſt. l.1.§.
pen.ff.de bon. poſſ.contra tab.l.ſi necem.4 §.ſi de-
portatus ff.de bon.lib.* vel id genus alius, Et tunc
receptiſſima eſt omnium concluſio,talem fi-
lium non eſſe computandum in numero li-
berorum, aut ad augendam, aut ad minuen-
3 dam aliorum legitimam. † *Ita enim conſue-
runt omnes,quos referemus infra num. 10.& 18.
Et ſimpliciter loquentes tradiderunt Guidop.q.
295.num.1.& q.599.num.1. Andr. Gail. lib. 2.
obſ.122.num.18.Men.conſ. 247. num. 56.* quia,
4 † quemadmodum non computantur filij,qui
5 viuo patre deceſſerunt, † *vt ſcribunt Bald. in
l.non pro numero.2.num.8.C.ad Orfic.& in l.vn.
§.in primo num.11.verſ.ſed hic ſuccedit, Cod.de
cad.toll. Iaſ.in d. Autb.nouiſſima, num. 50. & ibi
Fabia.num.210.& 218.& Siebar.num.27. C.de
inoff.teſtam.Pereg.de fideicom.articu. 38.num.4.*
cum in legitima ſpectetur tempus mortis *l.cũ
quæritur 6.C.de inoff. teſta. & dicemus in 9. cap.
q.48.num.35.* ita etiam computari non debẽt
incapaces,quippe, qui pro mortuis habentur
6 † *d. l. ſi necem.4. §.ſi deportatus ff. de bon. libert.
d.l.1.§.pen. ff. de bon poſſ. contra tab. & ſcribunt
Bald.in d. Autb.nouiſſima,num.7.& 8.& ibi Fa-
bia.num.211.Siebar.num.27. Ang.in l. Papinia-
nus 8.§. vnde, ſi quis, num. 3. verſ. vltimo ff. de
inoff.& conſil.105.num.4.Imol.in l. planè.34.§.
ſi duobus,num.3.verſ.quod autem,& ibi Caſtren.
num.8.Alex.num.7.Iaſ.num.23.ff.de l. primo*

C.de

Caſtr. conſ. 286. num. 1. volum. 1. Ant. de Roſel. de
ſucceſſ. ab inteſt. num. 243. Bereng. in l. in quartã.
90. num. 161. verſ. prima ff. ad l. Falc. Crott. in d.
l. re coniuncti, num. 130. & ibi Alcia. num. 62. in
fin. & num. 63. Rub. in l. pater filium. 14. num.
151. ff. de inoff. Boer. deciſ. 104. num. 5. 7. & 8.
And. Gail. d. lib. 2. obſ. 122. num. 18 Men. d. cõſ.
247. num. 56. Paria enim ſunt, non extare, vel
7 extare, ſed non poſſe ſuccedere, † l. ſi poſt mor-
tem. 10. §. liberi ff. de bon. poſſ. contrat. §. ſed no-
ſtra, Inſt. de ſucceſſ. lib. & ſcribunt gl. in d. l. pater
filium. 14. in verb. ad querelam ff. de inoff. Soc.
Sen. conſ. 84. num. 7. verſ. mouebantur, vol. 1. Pa-
riſ. conſ. 26. num 42. & conſ. 59. num. 64. volu. 3.
Gul. de montſer de ſucceſ. Reg. in primo dub. num.
13. Rota apud Gratia. cap. 448. diſcep for. nu. 42.
Quamobrem dicimus, numerum filiorum, a
quo legitimæ quantitas debet æſtimari, non
8 conſiderari naturaliter, ſed ciuiliter, † uti vi-
dere eſt apud Bald. in d. Auth. nouiſſima, num. 8.
& ibi Fabia. num. 211. Ant. de Roſ. de ſucc. ab int.
num. 239 Gabr. conſ. 94. num. 3. vol. 1. Pereg. de
fideicom. d. artic. 38. num. 2. & 11. verſ. ſed prior,
& nu. 16. verſ. 3 Gratia. diſcep. for. cap. 178. nu. 2.
& diuiſionem non eſſe faciendam pro nume
ro ſuperſtitum, ſed pro numero ſuccedentiũ,
9 † l. nõ pro numero. 2. & ibi Bald. C. ad Orfi. Fabia.
in d. Auth nouiſſima, num. 210. & 220. Rub. in
d. l. pater filium, num. 144. Gabr. d. conſ. 94. nu. 3.
vol. 1.

Hinc infertur primo, ſi quatuor, aut pau-
ciores ſint filij, & vnus ſit incapax, non fa-
cturum eum partem alijs, quippe, qui nihilo-
10 minus erant totum trientem habituri, † ut
ſcribunt Bald. in d. l. planè 34. §. ſi duobus, uerſ.
quid de illo, & ibi Caſtr. num. 8. Iaſ. num. 23. &
28. ff. de leg. primo, Bald in d. Auth. nouiſſima,
num. 7. & ibi Ang. num. 3. Fabia. num. 211. 213.
214. 218. & 221. Sichar. num. 27. Ant. de Roſ de
ſucceſ ab int. num. 243. Ang. in d. l. Papinianus.
8. §. unde, ſi quis, num. 3 uerſ. ultimo ff. de inoff. &
d. conſ. 105. num. 4. Caſtr. d. conſ 286. nu. 1. uol. 1.
Bereng. in d. l. in quartam, num. 155. & 161. uerſ.
prima, Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in uerb. in
eodem teſtamento relinquens primo, num. 125.
Crott. in d. l. re coniuncti, num. 129. uerſ. 3. & ibi
Alcia. num. 62. in fin. Guidop. d. q. 295. num. 2.
Boſſ. in tit. de bon. public. num. 2. Boer. q. 104. nu.
5. & 7. Gomez. tom. 1. uar. reſol. cap. 10. num. 37.
Craſſ. in § legitima q. 7. num. 8. Pereg. de fideic.
d. artic. 38. num. 4. & 10. in fin. Men. conſ. 207.
num. 52. Gratia. diſcep for. cap. 178. nu. 2. Cuiac.
in expoſ. Nouell. 18. Hoto. in ſua diſp. de quart.
legitim. cap. 9. num. 48. Andr. Fach. lib. 4. contr.
cap. 31. Quemadmodum, &, ſi ſint ſex, & vnus
ſit incapax, reliqui totum erunt habituri ſe-
11 miſſem, † ut ſcribit Caſtr. d. conſ. 286. nu. 1. uol.
12 1. non quidem per ius accreſcendi, † ut malè
Gomez. d. tom. 1. uaria. reſol. cap. 10. nu. 37. Craſſ.
in d. § legitima, q. 7. & 8. & alij pleriq; putauerũt,
ſed iure ſuo; nam, cum ius accreſcendi ſup-
ponat portionem alicui delatam eſſe, vel a
lege, vel a teſtatore, ſaltem de facto, ut di-
cemus in 7. cap. q. 20. num. 1. & huic incapaci
nulla portio legitimę fuerit delata, conſe-
quens eſt, vt non poſſit tractari de iure accre-
ſcendi, & ſic non poſſint capaces dici habere
totum trientem, aut ſemiſſem per hoc ius, ſed
potiùs per quandam remotionem obſtaculi,
ſcilicet, quia frater, qui ſolus eis obſtare pote-
rat, ne totum haberent trientem, aut ſemiſ-
ſem, pro mortuo reputatur, & hoc modo am-
13 plius eis non obſtat. † Ita declarant Bald. in d.
l. planè. 34 §. ſi duobus, uerſ. quid de illo ff. de leg.
primo, Caſtr. d. conſ. 286. nu. 1. uol. 1. Ant de Roſ.
de ſucceſſ. ab int. num. 243. Fabia in d. Auth. no-
uiſſima, num. 211. & ibi Sichar. num. 27. Crott. in
d. l re coniuncti, nu. 129. uerſ. tertia, & ibi Alcia.
n. 62. in fin. & nu. 63. Pereg. de fideic. d. artic. 38.
num. 11 uerſ. ſed prior, Et faciunt ea, quę dicemus
in hoc cap q. 11. num. 25. Et, quemadmodum, ſi
vnus ex filijs viuo patre deceſſiſſet, non dice-
rentur ſuperſtites habere totum trientem, aut
ſemiſſem per ius accreſcendi, ſed iure ſuo,
14 † ut ſcribit Bart. in d. l. pater filium, 14. num. 7.
ff. de inoff. teſta. ita etiam iure ſuo dicendi ſunt
eum habere, quando frater eſt incapax, quia,
quamuis ſuperſit, perinde tamen habetur, ac,
ſi non eſſet in rerum natura, ut diximus ſupra
num. 6. Deniq; cum legitima reguletur ſecũ-
dum ſucceſſionẽ ab inteſtato: Dicitur enim
triens, aut ſemis eius, quod quis eſſet ab inte-
15 ſtato habiturus † l Papinianus. 8 §. ſi quis mor-
tis, & §. quoniam autem ff. de inoff. l. parentibus.
8. C. eod. §. ſed hæc ita Inſt. eod. l pen. in prin. C. de
collat. §. ſi quis autem non implens, Auth. de hæ-
red. & falc. coll. 1. §. ſi uerò plures, Auth. de mo-
nach. ead. coll. cap. Raynutius 16. uerſ. cum autem,
extr. de teſta. & ab inteſtato ſoli capaces totã
16 eſſent ſubſtantiam habituri, † l. cognouimus.
10. & Auth. idem eſt de Neſtorianis C. de hæret. &
Manich. Conſequens eſt, vt eorum quoq; le-
gitima cenſeatur triens, aut ſemis totius ſub-
17 ſtantiæ. † Ita Ang in d l Papinianus. 8. §. unde,
ſi quis num. 3. uerſ. ultimo ff. de inoff. Fabia. in d.
Auth nouiſſima, nu. 221. C. eod. Iaſ. in d. l. planè
34. § ſi duobus num. 24. ff. de leg. primo, Rub. in d.
l. pater filium, num. 144.

Secũdo infertur, ſi quinq; ſint filij, & vnus
ſit incapax, aliorum legitimam non eſſe ſe-
18 miſſem, ſed trientem, † ut ſcribunt Bald. in d. l.
planè. 34. §. ſi duobus, uerſ. quid de illo, & ibi Ang.
num. 3. uerſ. & idem, Imol. num. 3. uerſ. quid au-
tem, Caſtr. num. 8. Alex. num. 7. ff. de leg. primo,
Bald. in d. Auth nouiſſima, num. 8. & ibi Fabia.
num. 211. & 213. Sichard. num. 27. Bald. in l. vn.
§. in primo. num. 11. uerſ. ſed hic ſuccedit, & ibi
Ang. nu 3. uerſ. ex prędictis C. de cad. toll. Caſtr.
d. conſ. 286 num. 1. uol. 1. Ant. de Roſ. de ſucc. ab
int. num. 243. Gul Ben. in d. cap. Raynutius, in
uerb. in eodem teſtamento relinquens primo, num.
125. Crott. in d. l. re coniuncti, num. 130. & ibi
Alcia. num. 63. Bereng. in d. l. in quartam, num.
157. Rub. in d. l. pater filium, nu. 142. 143. & 151.
Boer. deciſ. 104. num. 8. Boſſ. in tit. de bon. publ.
num. 2. ubi teſtatur, hanc eſſe communem conclu-
ſionem, Vigl. in § ult. num. 5. Inſt. de inoff. Pereg.
de fideic. d. artic. 38. nu. 4. & 10. in fi. Andr. Fach.
19 d. lib. 4. controu. cap. 31. † quia incapax, vt ha-
betur pro mortuo, quoad partem alijs faciẽ-
dam, ita etiã pro mortuo haberi debet, quo-
ad faciendum numerum, & augendam alio-
rum legitimam: Generaliter enim, qui non
facit partem, nec in numero computatur,
10 † ut ait Pereg. de fideic. d. artic. 38. nu. 2. & eſt de
mente omniũ, quos retulimus ſupra nu. 10. & 18.
21 Quod intelligo, † ſi partem non faciat tem-
pore mortis eius de cuius bonis agitur, aliàs
procederent ea, quę dicemus in hoc cap. q. 9.
22 num. 3. & ſeqq. Et ſanè ceſſat tunc ratio, † pro-

Digitized by Google

pter quam Iuſtinianus voluit legitimam eſſe ſemiſſem, quãdo quinq. aut plures ſunt filij: nam ratio eſt, quia concurſus tot filiorum, inter quos triens eſſet diuidendus, redderet partes nimis exiguas, & operaretur, vt, qui viuo patre fuerunt idonei, poſt eius mortem
23 pauperes exiſterent, † *Auth. de trien. & ſem. in prin. uerſ. filij uerò coll. 3. & dicemus etiam in hoc cap. q. 9. nu. 3. & ſeqq.* At hæc ratio ceſſat, quãdo ſunt quidem plures filij, ſed non omnes ſunt capaces: nam tunc ceſſat eorum concurſus, non minus, quam, ſi non eſſent in rerum natura: Debet igitur etiam ceſſare augmentũ
24 legitimæ de triente ad ſemiſſem. † *Ita Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 247. & ibi Crott. num. 130. uerſ. pro hac concluſione.*

S V M M A R I V M.

1 *Filij, qui ad ſuam portionem admittuntur, ſiue ſub nomine legitimæ, ſiue ſub alio quouis nomine, & ſiue per ſe, ſiue per alium, faciunt partem, & numerum in legitima.*
2 *Filij particulariter inſtituti faciunt partem, & numerum in legitima, & cur, num. 3.*
4 *Legitima tranſmittitur ad hæredes.*
5 *Filius, qui ſuam partem legitimæ tranſmittit, facit in ea partem, & numerum.*
6 *Filia, quæ dote, vel alia re mediante renuntiauit bonis paternis, aut maternis, facit partem in legitima, & numerum, num. 7. & cur, num. 8.*
9 *Filia, quæ pro dote quid habuit etiam minimum, facit alijs partem in legitima perinde, ac, ſi totam ſuam portionem habuiſſet, & cur num. 10. & 11. & reſiduum cedit commodo hæredis, num. 12.*
13 *Filia, quæ renunciauit contemplatione alterius, facit partem, & numerum in legitima, & cur, num. 14. & ſeqq.*
14 *Renuntiatio legitimę debet ei tantum prodeſſe, cuius contemplatione facta fuit, & num. ſeq.*

An, filij, qui per ſe, vel per alium admittuntur, faciant partem, aut numerum in legitima.

Quæſtio Septima.

SEcundus caſus eſt, quãdo tempore mortis eius, de cuius bonis agitur, omnes filij ſuperſtites erant capaces, & ex teſtamento, & ab inteſtato, & omnes quoque fuerunt ad legitimam, vel aliud, quod legitimæ loco ſuccedat, vocati, puta fuerint omnes inſtituti in legitima, vel in re certa, vel quidam in legitima, ſeu re certa, quidam verò vniuerſales, vel omnes vniuerſales, ſed grauati hęreditatem reſtituere, vel etiam grauati ab inteſtato, quibus caſibus, & alijs ſimilibus vocantur omnes filij ad legitimam, aut ſaltem id, quod legitimæ loco ſuccedit, Et tunc, ſi quidem omnes ad ſuam portionem admittantur, vel admitti ſperentur, ſiue ſub nomine legitimę, ſiue ſub alio quouis nomine, &, ſiue per ſe, ſiue per alium, certi iuris eſt, facere
1 eos, & partem, & numerum, † *ex regula, quam referemus in 7. cap. q. 21. num. 10. & q. 36. num. 6. Ita ſcribit Caſtr. in l. Papinianus. 8. §. quoniam autem quarta num. 1. ff. de inoff. Et eſt in confeſſo apud eos, quos referemus infra num. 2. & ſeqq.* Hinc infertur

Primo, ſi ex pluribus filijs aliqui ſint inſtituti hæredes particulares in re, vel ſumma, quæ contineat integram legitimę quantitatem, aut etiam minorem, quo caſu debet agi ad ſupplementum, & hæredes vniuerſales inſtituti ſint alij filij, & grauati hæreditatem reſtituere, in computatione legitimę particulariter inſtitutos facturos alijs, & partem, &
2 numerum, † *vt in ſpecie de numero docet Nic. Bello. conſ. 83. num. 14. de parte verò Harmen. lib. 5. Iuris epit. tit 9. verſ. ſciendum Bart. in l. 1. §. qui habebat num. 6. ff. de bon. poſſ. contra tab. Soc. Sen. conſ. 76. num. 7. vol. 3. Purp. conſ. 104. num. 3. Et rectè quicquid cenſuerit Hoto. in ſua diſput. de*
3 *quart. legit. cap. 9. num. 49.* quia, † licet non vocentur ſub nomine legitimæ, vocantur tamẽ ad rem, quę legitimæ loco ſuccedit, propterea quod in eam imputatur. Quo fit, vt perinde res ſit habenda, ac, ſi omnes fuiſſent in ſua legitima inſtituti.

Secundo infertur, ſi ex pluribus filijs ad legitimam, vel aliam rem, quæ legitimæ loco ſuccedat, vocatis, vnus moriatur, quia tranſ-
4 mittit ſuam portionem ad hæredes, † *l. 1. §. ſi impuberi ff. de coll. bon. & ſcribunt Alex. conſ. 55. num. 5. & conſ. 150. num. 8. vol. 2. Dec. conſ. 303. num. 1. Pariſ. conſ. 9. num. 8. & conſ. 16. num. 68. vol. 2. Cagn. in l. Papinianus. 8. §. quarta nu. 12. ff. de inoff. Purp. conſ. 72. num. 9. conſ. 396. num. 77. & conſ. 597. num. 2. Ceph. conſ. 398. num. 18. & conſ. 667. num. 11.* & hoc modo per alium admittatur ad partem, ideò eum, & partem
5 facere, & numerum in legitima, † In quo quidem mihi videntur *Iaſ. in Auth. nouiſſima, nu. 50. C. de inoff. & alij* erraſſe, qui, dum quærũt an in legitima locum habeat ius accreſcendi, exemplum afferũt in eo, qui moritur, quia ſola mors non facit locum iuri accreſcendi, cum, *vt dictum eſt*, legitima tranſmittatur ad hæredes, &, vbi locus eſt tranſmiſſioni, ibi ius accreſcendi ceſſet, *vt dicemus in 7. cap. q. 41. num. 2.*

Tertio infertur, ſi ex pluribus filijs ad legitimam, vel aliam rem, quæ legitimæ loco ſuccedat, vocatis, vnus renuntiet ſuæ portioni, & talis renuntiatio non ſit facta gratuitò, ſed aliqua re mediante, puta dote, aut donatione propter nuptias, aut certa annua penſione, eum in computatione legitimæ factu-
6 rum alijs partem: † *Ita enim cenſuerunt omnes, qui ſimpliciter dixerunt, filiam, quæ dote contenta renuntiauit bonis paternis, aut maternis facere partem in legitima, quos referemus in hoc cap. q. 14. num. 8. Et in ſpecie de renunciante poſt mortem patris ſcribit Boer. q. 104. num. 9. & 10. vbi refert ita fuiſſe iudicatum*, Et ſimili modo fa-
7 cturum numerum, † *vt pariter cenſuerunt omnes, qui ſimpliciter ſcripſerunt, filiam, quæ mediãte dote renuntiauit bonis paternis, computari in numero liberorum ad augendam legitimam, quos referemus in hoc ipſo cap q. 14. num. 8. Et in ſpecie de renuntiante poſt mortem patris ſcripſerunt Bald. in d. Auth. nouiſſima, num. 9. & ibi Fabia. num. 218. Boer. d. quæſt. 104. num. 4. 9. & 10. vbi teſtatur ita fuiſſe iudicatum, & rectè.* Nam, cum ad partẽ admittatur, ſcilicet, quia

† res

8 † res illa ſuccedit loco partis, *vt ſcribit Imol.*
in d.l.planè.34.§.ſi duobus,num.3.verſ. quid au-
tem,Caſtr.in l.huiuſmodi. 86.§. vlt. num.4.ff.de
leg.primo,& id,quod agitur, eſt potiùs quędã
ſatisfactio, quã ſimplex, & mera repudiatio,
vt declarant Bald in l.duobus.87.ff.de leg.primo,
Caſt.in d.l.huiuſmodi.86.§.vlt.nu.4.ff.eod.Alex.
conſ.149.nu.7.vol.7.Roll.conſ.11.nu. 14.vol.1.
Conſequens eſt, vt faciat partem, *ſecundum*
ea,quæ dicemus in 7.cap.q.21. num. 10. & ſimili
modo faciat numerum, *ex regula, quam ex-*
poſuimus in q. præced. num. 10. Idq; adeò ve-
rum eſt, vt procedat, etiamſi res illa, qua me-
diante facta fuit renunriatio, ſit minor legi-
tima: Adhuc enim ita renuntians facit par-
tem, & per conſequentias etiam numerum;
Itaq; filia, quæ pro dote rem etiam minimã
habuit, & ea mediante renuntiauit bonis pa-
ternis, perinde facit partem, ac ſi totam ſuam
9 portionem habuiſſet, † *vt in ſpecie de renun-*
tiante ſcribunt Bart.in l.1.§. qui habebat num.6.
ff. de bon. poſſ. contra tab. Fabia. in d. Auth. no-
uiſſima,nu.218.Gul.Ben.in d.cap.Raynutius.in
verb.& vxo.nom.Adel.num.120.Boer.d.q.104.
num.10.Gabr.conſ.92.num.2. vol.2. Surd. deciſ.
252.num.2.Pereg.de fideic.d.art. 38. num. 10.
*Gratia.cap.676.diſc for.num.*4. Idem eſt, & ſi
filius particulariter inſtituatur in re non con-
tinente totam, & integram legitimam, & cũ
poſſet petere ſupplementum, non petiit, ſed
ab eo fuit, aut expreſſim, aut tacitè, puta per
lapſum temporis excluſus: Nam, & hic per-
inde faciet partem, & numerum in legitima,
ac, ſi totam ſuam portionem fuiſſet conſecu-
tus, *vt de parte ſcribit Purp. (licet ſub dubio) d.*
10 *conſil.* 104 *num.* 5. quia † ius accreſcendi non
habet locum, niſi in parte omnino defecta,
vt dicemus in 7.cap.q.36.num.2. Et in his termi-
*nis conſiderat Pereg.d.artic.38 num.*10. & tam-
quam indiuiduum non poteſt pro parte ha-
11 bere locum, & pro parte non, † *vt dicemus in*
eodem 7.cap.q.39.Et in his terminis legitimæ ſcri-
bunt Fabia.in d. Auth.nouiſſima, num. 218. Pe-
reg d.artic.38.num.10.& alij.& rectè non obſtã-
tibus ijs,quæ ſcribit Rub.in d l.pater filiũ,n.147.
Non pertinebit igitur illa maior quantitas
ad fratres renuntiantis, nec eorum augebit
partem, ſed in hæreditate remanebit, & hoc
modo cedet commodo hæredis vniuerſalis,
12 † *vt ſcribunt Gul.Ben.in d cap.Raynutius, in*
verb.& vxo.nom. Adela. num. 120. Guidop.d.q.
295.num.1.in fi.& q.599.num.9.vbi teſtatur,ita
his fuiſſe iudicatum,& Boer d. deciſ.104. num.1.
9.& 10.vbi pariter atteſtatur, ita fuiſſe deciſum,
Nico. Bell.conſil.83.num.18. Andr. Gail.lib. 2.
obſ.122. num. 17. vbi ait, hanc eſſe communem,
Craß.in d.§.legitima.q.7.num.8.Pereg.d.articu.
38. num. 10.

Quarto infertur, ſi ex pluribus filijs ad legi-
timam, vel id, quod legitimæ loco ſuccedit,
vocatis vnus gratuitò quidem, ſed alterius
contemplatione renuntiet ſuæ portioni, cũ
in computatione legitimæ facturum alijs, &
13 partem, & numerum, † quia, cum talis renun-
tiatio debeat ei tantum prodeſſe, cuius con-
14 templatione facta fuit, † *vt diximus in hoc cap.*
q.48.num.16.Et in ſpecie legitimæ ſcribunt Caſt.
in d l.planè.34.§.ſi duobus,nu.9. Rub.in d. l. pa-
*ter filium,num.150.*puta fratri, aut hęredi vni-
uerſali, ſi, vel huius, vel illius contemplatione
15 facta ſit, † *vt de fratre ſcribunt Caſtr. in d. §.ſi*
duobus num.9.Craß in d § legitima q.7.num.8.
& Pereg.d.artic.38.num 10 verſ.contra, De hę-
rede vero vniuerſali Caſtr.in d § ſi duobus. nu.
9.Bertr.conſ.223.num.2.vol.6.Io.Fechar lib.16.
comm.op.verſ.renuntians filia, Pereg. d.artic.38.
num.12. non poteſt per conſequentias cenſe-
ri, vt ſimplex repudiatio, quia alioquin non
illi ſoli, ſed omnibus coniunctis proficeret
ſed neceſſariò debet cenſeri, vt ceſſio, & trãſ-
latio iurium, *vt diximus in hoc ipſo cap. q.* 48.
*num.*17.quæ, quia pręcedentem partis acqui-
ſitionem ſupponit, ne alioquin ſit inualida,
vt ibi diximus, ideò operatur, vt renuntians,
tamquam ad ſuam portionem admiſſus, ſi
non per ſe, ſaltem per alium, faciat alijs partẽ,
& per conſequentias etiam numerum, *ſecun-*
dum ea, quæ ſupra diximus. Et ſanè, ſi facit nu-
merum, quæ non capit partem, ſi tempore
mortis eius, de cuius bonis agitur, fuerat ei
delata legitima, *vt dicemus in hoc cap.q. 9. n. 3.*
quanto magis eum facere debet, quæ partem
ſuam capere, & habere videtur? Et hæc quidẽ
dicuntur, quoties omnes filij, per ſe, vel per
alium ad ſuam portionem admittuntur.

SVMMARIVM.

1 *Ius accreſcendi non habet locum in legitima, Sed contra num.* 8.
2 *Ius accreſcendi an habeat locum in querela inofficioſæ donationis,& num* 49.
3 *Coniuncti coniunctione legali ſunt, qui vocantur ad legitimam, Declara, vt num.*30.
4 *Iuris accreſcendi ratio ceſſat in legitima, Sed contra, num.*41.*& ſeq.*
5 *Ius accreſcendi non habet locum in ijs, quæ ſunt merè perſonalia.*
6 *Legitima ius eſt merè perſonale, Sed contra, num.*43.
7 *Legitima ſuccedit loco alimentorum, Declara, vt num.* 44.
9 *Declaratur § ſi quis autem legitimos, verſ. ſi verò aliqui, Auth.quib.mod.nat. eff. ſui coll.*7.
10 *Argumentum a legitima patroni ad legitimam filiorum valet.*
11 *Legitima patroni, eſt quota bonorum, Imo hæreditatis, num.*19. *Diſtingue, vt num.* 22.
12 *Patronus intra debitam portionem non tenetur ad præſtationem legatorum, vel fideicommiſſorum.*
13 *Hæres pro portione hæreditaria tenetur ad præſtationem legatorum, & fideicommiſſorum.*
14 *Ius accreſcendi habet locum in legitima patroni.*
15 *Ius accreſcendi magis habet locum in legitima filiorum, quam in legitima patroni, Sed contra, num.*18.
16 *Coniunctio filiorum in legitima eſt maior, quam patronorum.*
17 *Filij in legitima ſunt coniuncti coniunctione ſanguinis, & legis.*
18 *Legitima exemplo hæreditatis magis debetur filijs, quam patrono.*
20 *Patronus in legitima dicitur hæres, aut bonorum poſſeſſor.*
21 *Filius in legitima non eſt hæres.*
22 *Legitima quando cenſeatur quota bonorum, vel hæreditatis.*
23 *Ius petendi ſupplementum legitimæ eſt ſubrogatum loco querelæ, Declara, vt num.*26.*& ſeqq.*

24 Sub-

Digitized by Google

24 *Subrogatnm in alterius locum cenſetur eodem iure, quo id, in cuius locum ſubrogatur, Declara, vt num. 25.*

29 *Tranſitus eſt facilior in habentibus ſimbolum.*

31 *Ius accreſcendi babet locum inter coniunctos coniunctione legali, etiam in particularibus data vera coniunctione, & num. 38. & 39.*

32 *Legitima eſt quota hæreditatis, Imo quota bonorum, num. 33. Diſtingue tamen, vt num. 22.*

34 *Legitima magnam babet ſimilitudinem cum hereditate, cum ſit quota, & babet vim ſucceſſionis vniuerſalis, quoad iura actiua, licet non, quoad paſſiua.*

35 *Legitimæ ſucceſſio eſt particularis, cum ſit quota bonorum.*

36 *Legitimæ ſucceſſio eſt particularis actu, ſed vniuerſalis potentia.*

37 *Legitima differt a legato in iure accreſcendi.*

40 *Legitima continet prouidentiam legis non hominis.*

45 *Legitima cur ſit relinquenda.*

46 *Legitimæ portio delata repudianti accreſcit alijs non repudiantibus.*

47 *Legitimæ portio delata ei, qui poſtea factus eſt incapax, accreſcit alijs capacibus.*

48 *Legitimæ portio delata ei, qui poſtea deficit, accreſcit alijs.*

50 *Legitima portio delata renuntianti poſt mortem patris, accreſcit alijs non renuntiantibus.*

51 *Teſtator non poteſt probibere ius accreſcendi in legitima, & cur, num. 52. licet aliqui contra ſenſerint, num. 53.*

An, & quando ius accreſcendi locum habeat in legitima, vel eius ſupplemento.

Quæſtio Octaua.

COeterùm, ſi non omnes ad ſuam portionem admittantur, ſed aliquis deficiat, puta repudiet, quo caſu propriè tractari poteſt de iure accreſcendi cum deficiat portio, quæ prius delata fuit, *vt ſcribit Bald. in d. l. planè. 34. §. ſi duobus, verſ. quid, ſi ff. de leg. primo,* quæritur, an ea fratribus accreſcat; Queſtio pendet ex eo, nunquid in legitima, ſiue eius ſupplemento locum habeat ius accreſcendi. Fuerunt autem de hac re duę noſtrorum interpretum ſententiæ, Prima exi-
1 ſtimantium non habere locum. † *Ita enim de legitima cenſuit Bart. in d. l. pater filium. 14. nu. 8. in fi. & num. 14 ff. de inoff. cum quo ſimpliciter tranſeunt Bald. in d. l. plane. 34. §. ſi duobus, verſ. iuxta, & ibi Ang. num. 2. Ang. in d. l. Papinianus. 8. §. vnde, ſi quis, num. 3. verſ. tertius ff. de inoff. Caſtr. in l. & Proculo. 20. num. 3. ff. de leg. 2. Eiuſdem ſententiæ fuerunt Polit. in l. filium, quem. 24. num. 167. & 168. C. fam. erciſ. Surd. conſ. 404. num. 8. vbi ait, reſponſionem eorum, qui dicunt, in legitima eſſe ius accreſcendi, non eſſe tutam. Idem cenſuit Seben. conſ. 76. num. 57. vol. 1. De legitimę vero ſupplemento ita cenſuit Bart. in d. l. pater fi-*
2 *lium, num. 9. & 16.* Vnde inferunt, † nec locum habere in querela inofficioſę donationis, quādo per eam non reſcinditur tota donatio, ſed tantum vſque ad quantitatem legitimæ, licet aliud ſit, quando reſcinditur in totum, quia tunc idem de ea iudicatur, quod de querela inofficioſi teſtamenti, in qua certum eſt ius accreſcendi habere locum, *vt dicemus in hoc cap. q. 30. Ita Bart. in d. l. pater filium, num. 17.* Mouentur autem

Primo, quia ius accreſcendi non habet locum inter coniunctos coniunctione legali, niſi in hæreditate, vel vſufructu *l. & Proculo 20. ff. de leg. 2. iūctal. ſeruus communis. 66. ff. de acq. hered. & l. 1. §. 1. ff. de vſufr. accr. & nos retulimus in 5. cap q. 40. num. 1.* Sed, qui vocantur ad legitimam ſunt coniuncti coniunctione
3 legali, † *vt de filijs ſcribunt Bart. in d. l. pater filium, nu. 14. & ibi Rub. num. 126. Bald. in d. §. ſi duobus, verſ. iuxta, & verſ. quid, ſi, & ibi Ang. num. 2. Caſtr. num. 4. Alex. num. 4. Iaſ. num. 24. verſ. contrariam, Bald. in d. Auth. nouiſſima, num. 9. & ibi Fabia. num. 209. & 220. verſ. vltimo, Caſtr. in d. l. ſi duo patroni. 13. num. 4. ff. de iureiur. & in d. l. & Proculo. 20. num. 3. & ibi Perals. nu. 7. verſ. poteſt etiam inferri 6. & nu. 37. verſ. illud ff. de leg. 2. Fabia. in Auth. preterea, nu. 101. C. vnd. vir. & vx. Ant. de Roſel. de ſucceſſ. ab int. num. 241. Crott. in d. l. re coniuncti, num. 128. verſ. contrariam, Gomez. tom. 1. var. reſol. cap. 10. num. 37. Craſſ. in §. ius accreſcendi q. 23. De matre vero, & fratribus Bart. in d. l. pater filium num. 8. in fi. Caſtr. in d. §. ſi duobus, num. 10. De patronis, demum. Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 241 & ibi Crott. num. 127. verſ. 5. Iaſ. in d. §. ſi duobus, num. 25. Et ſimpliciter de ijs, qui vocantur ad legitimam Crau. conſ. 927. num. 5. Men. conſ. 50. num. 11.* & in legitima non tractatur de hæreditate, quoniam eſt quota bonorum, non hæreditatis, cum intelligatur deducto ære alieno *l. Papinianus. 8. §. quarta ff. de inoff. Paul. lib. 4. ſent. tit. 5. §. quarta*, quod de bonis deducitur, non etiam de hæreditate *l. ſi quis ſeruum. 8. §. vlt. cum l. ſeq. ff. de leg. 2.* neq; tractatur de vſufructu, quoniam legitima debetur etiam in proprietate *l. ſcimus. 36. §. repletionē C. de inoff. teſta. §. probibemus, verſ. non licebit, Auth. de trien. & ſem. coll. 3.* Non poteſt igitur inter eos locum habere ius accreſcendi.

Secundo mouentur, quia ratio iuris accre-
4 ſcendi ceſſat in legitima: † nam ideo ius accreſcēdi fuit introductum, ne alioquin teſtator decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, *vt tradunt omnes, quos retulimus in 3. cap q. 1. num. 6.* Sed hęc ratio ceſſat in legitima, quia, licet portio vacās non accreſcat cōiuncto, non tamen decedet teſtator pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus: Remanebit enim illa portio apud hęredem vniuerſalem qui ſuſtinet cauſam teſtamenti, *vt in bis terminis conſiderant Bart. in d. l. pater filium, nu. 9. & Crott. in d. l. re coniūctis, nu. 128. verſ. hęc tamē;* Tamquam igitur ceſſante cauſa iuris accreſcendi debet & ipſum ius in legitima ceſſare, *ex regula l. adigere. 6. §. quamuis ff. de iur. patr. cap. cum ceſſante, extr. de appell.*

Tertio mouentur, quia ius accreſcendi non habet locum in ijs, quæ ſunt merè per-
5 ſonalia, † quippe, quę non poſſunt in alios trāſferri *l. quia tale. 14. ff. ſol. matr.* Quamobrem nō habet locum in commoditate percipiendi fructus, quæ merè perſonalis eſt, *vt dicemus in hoc cap. q. 20. nu. 37. & ſeq.* neq; in alimentis, quæ & ipſa ſunt merè perſonalia, *vt dicemus*

in

in 10.cap.q.11.nu.5. neq; in ijs, quę ſunt facti,
vt pote, quæ etiam perſonæ cohęrent, *vt di-
cemus in hoc ipſo cap.q.40.* Sed legitimę ius eſt
6 merè perſonale † *vt ſcribit Polet.in d. l.filium,
quem.24.num.* 167.*C.fam.ercis.* cum legitima
debeatur pro alimentis, & eorum loco ſuc-
7 cedat † §.*prohibemus Auth.de trien.& ſem.coll.*
3. Non poterit igitur in ea locum habere ius
accreſcendi.

His tamen non obſtantibus contrariam
opinionem conſtat, & veriorem, & receptio-
rem eſſe, ſcilicet etiam in legitima, legitimę-
que ſupplemento ius accreſcendi habere lo-
8 cum: † *Ita enim de vtroq; ſcripſerunt Bald. in
l.vn.nu.20.verſ. ex prędictis C. quand. non pet.
part. Imol.in d.l. planè 34. §. ſi duobus, num.3.
verſ.tamen fortè, & ibi Alex. num.4. & 5. verſ.
item poſito, & verſ.vnde melius, vbi teſtatur, hanc
eſſe communem, & Iaſ.num.23.& 25. vbi pariter
teſtatur, hanc eſſe communem, & veram, ff. de leg.
primo, Alex.conſ.197.nu 1.4.& 14.vol.6.Crott.
in d.l.re coniuncti, num.127.verſ.2.& num.128.
verſ.contrariam, & ibi Io.Gaud.num.4. Ant. de
Roſel.de ſucc.ab int.num.240.verſ. ſed contrariũ
& verſ.probatur iſta determinatio, & nu. 242.
Rub.in d l. pater filium num. 119. 148. & 203.
Nico. Bello.conſ.83.num.14 vbi ait, ita ſe habere
communem opinionem, Pereg.de fideico.artic.38.
num.5.& 12. Peralt.in d.l. & Proculo. 20.num.
37.verſ.illud ff.de leg.2.Did.Spin. in ſuo ſpec. teſt.
Gl. 9.num. 24.& 25. Et ſimpliciter de legitima
Bald.in d. Auth.nouiſſima, num.9.& ibi Iaſ.nu.
30.Fabia.nu.218 219.220 & 274 Bald.in d. l.
vn.§.in primo, nu. 11. verſ. ſed hic ſuccedit C.de
cad.toll.Caſtr.in d.l.planè.34 §.ſi duobus nu.10.
& conſ.286.num.2.verſ.ſi vero vol.1. Gul. Ben.
in d.cap.Raynutius, in verb. & vxo. nom. Adel.
num.120.Seb.Sap.in d.l.vn. nu. 52. & ibi Cagn.
nu.17.verſ.vltimo C. quand.non pet.part. Alcia.
in d.l.re coniũcti, nu.62.verſ.quod etiam, Fabia.
in d.Auth pręterea, nu. 102.C. vnd. vir. & vxo.
Rub.in d.l.pater filium.14. n. 119.Chaſſan.conſ.
53.num.44 Gabr conſ.11.nu.42. vol. 1. vbi ait,
hoc eſſe receptius, Boſſ.in tit. de bon. publ. num. 2.
verſ.& eſt communis, Purp.conſ 104 num.4.
Crau.conſ.927 nu.5.& 6.in fi. Ceph.conſ. 245.
num.48.Gomez.tom.1.var.reſol. cap. 10. nu.37.
Math.Gribal.lib.10.cõmun.opin. in verb.legiti-
ma, Craſſ.in d.§.ius accreſcendi q.23. Men.conſ.
50.num.11.& conſ.107 num.57.Pereg conſ.46.
num.8.vol.1.Gratia.cap.178.diſcep. for. num. 3.
Hoto.in ſua diſput.de quart.legitim.c.9.num.52.
De legitima vero ſupplemento Bertr.conſ. 14.nu.
5.vol.7.Chaſſa.conſ.53.num. 76. Et videtur etiã
de mente dicentium, ius accreſcendi habere locum
in quota, vt Burſa.conſ.383.num.1.volu.4.* Pro-
batur autem hæc ſententia

Primo *§.ſi quis autem legitimos, verſ.ſi verò
aliqui, Auth.quib.mod.nat.eff.ſui coll.7.* vbi Iu-
ſtinianus de curialibus, & eorum legitima
portione loquens, *Si verò aliqui quidem elegãt,*
inquit, *aliqui vero refutent, ad eos, qui eligunt,
refutantium veniant portiones,* ex quibus verbis
9 intelligimus, † ius accreſcendi habere locum
in legitima curialium. Quo fit, vt multo ma-
gis debeat habere locum in legitima filiorũ,
qui ex iuſtis nuptijs procreati ſunt: Nam pro-
pter vnum quodq; tale, & illud magis *Auth.
multomagis C.de ſacro.eccl.&*, qui per oblatio-
nem curiæ legitimantur, ideo vocantur ad
debitam portionem, quia legitimè natis cõ-
parantur *§.& quoniam variè.verſ.ſi quis igitur
Auth quib.mod.nat.eff.ſui coll. 7.*

Secundo probatur, quia valet argumen-
tum a legitima patroni ad legitimam filiorũ
10 † *l.vlt & ibi Bald.num 3.verſ.in text.ſicut C.de
inoff teſta. Iaſ.in d. Auth.nouiſſima, nu. 5.C.eod.*
quod ſine dubio procedit data rationis pari-
tate, quæ datur in hac materia: nam, vt filij
ſunt coniuncti in legitima coniũctione lega-
li, ita, & patroni, *vt diximus ſupra, num. 3.* &,
vt filiorum legitima non eſt pars hęreditatis,
ſed bonorum, ita etiam legitima patroni,
11 † *vt ſcribunt Iaſ.in d.l.re coniuncti, num. 242.&
ibi Crott.num. 127. verſicul. 5. Iaſ. in d.l. planè.
34.§.ſi duobus.n.25.ff.de leg primo.* Quamobrẽ
nec patronus intra debitam portionem tene-
tur ad legatorum, vel fideicommiſſorum
12 præſtationem † *l.ſi patronus.20.in prin. ff de
don.l cum patronus. 28 ff. de leg. 2.* ad quam te-
neretur, ſi eius legitima pars hæreditatis eſſet
13 † *l.Marcellus.3. in prin.ff. ad Trebell. Et in his
terminis conſiderant. Iaſ in d.l.re coniuncti, num.
242.& ibi Crott.num.127.verſ.5. Iaſ. in d. l. pla-
nè.34 §.ſi duobus, num. 25.ff. de leg. primo.*
Sed in legitima patroni locum habet ius ac-
14 creſcendi † *l.ſiue libertus. 21. §.ex duobus ff. de
iur. patro. & ſcribunt Caſtr.in d.l.ſi duo patroni.
13.nu.5.ff de iureiur. Iaſ.in d.l. re coniuncti, nu.
241.& ibi Crott.num.127.verſ.5. Alcia.num.62.
verſ.quod etiam, Fabia.in d. Auth. nouiſſima,
num.220.* Ergo & in legitima filiorum. *Ita
Rub.in d.l. pater filium num.203. Pereg. d.art.
38.num.5.* Non dico autem magis in hac, quã
15 in illa, † *vt dicunt Caſtrenſ.d. conſ.286.num.2.
verſ.ſi verò, volu.1. Iaſ in d.l.re coniuncti, num.
241.& ibi Io.Gaud.num.5. Iaſ.in d.l planè. 34.
§.ſi duobus num. 25. Peralt. in d. l. & Proculo.
num.38.* quia, quamuis maior ſit coniunctio
16 filiorum, quam patronorum, † *vt ſcribit Io.
Gaud.in d.l.re coniuncti, num.5.* cum illi, &
ſanguinis, & legis coniunctione iungantur
17 † *vt docent Imol.in d.l.planè.34.§.ſi duobus, nu.
3.verſ.nec obſtat, & ibi Alex.num.5. verſ. reſpon-
dent, Iaſ.num.25. Iaſ.in d.l.re coniuncti, nu.241.*
hi verò ſola coniunctione legis, & legitima
exemplo hæreditatis magis filijs, quam pa-
18 trono debeatur, † *vt de hęreditate ſcribunt gl.
in l. ſi legatum.6.§.ſi patronus, in verb.non poſſe,
& ibi Bart.ff.ad l.Corn.de falſ. De legitima verò
Caſtr.d.conſ.286.nu.2.verſ.ſi verò vol.1. Peralt.
in d.l.& Proculo, num.38.* non eſt tamen huius
maioris coniunctionis habenda ratio, quia,
cum hæc maioritas non conſideretur, niſi
reſpectu ſanguinis, cuius coniunctio eſt im-
pertinens in materia iuris accreſcendi, *vt di-
ximus in 5.cap.q. 47.num.* 17. ideò non poteſt
operari, vt maior cenſeatur filiorum, quam
patroni ratio, ad hoc, vt in legitima locũ ha-
beat ius accreſcendi. Quinimo tentari poſſe
videretur, imò contra, maiorem eſſe rationẽ
legitimæ patroni, quam legitimæ liberorum,
quoniam hęc eſt quota bonorum, illa verò
19 quota hæreditatis, † *vt ſcribunt Imol in l.ita
tamen. 27.§.ſi patronus, num. 19. verſ. vel potes,
& ibi Alex.num.2. verſ. vel ſecundum eum ff.ad
Trebell.* Quamobrem patronus in legitima
20 dicitur hæres, aut bonorum poſſeſſor † *l. in
conditionibus.19.§ ſi patronus ff de cond.& dem.*
21 filius verò non item † *l. 2. §. ſi quarta ff.fam.
erciſ.*

treiſ. Et in his terminis opponendo conſiderat Iaſ. in d.l.re coniuncti,num.242.& ſeqq. Sed eſt verius, data paritate caſus parem quoq; vtriuſque legitimæ rationem eſſe: nam, quod dicimus, legitimam eſſe quotam bonorum non
22 hæreditatis, procedit, † quando legitima ſeparatur ab hæreditate, ſiue a ſucceſſione vniuerſali, vt, quando filius inſtituitur in legitima, vel in re certa, vel grauatus fideicommiſſo vniuerſali vult detrahere legitimam, & in his omnibus caſibus, vt legitima filiorum, ita, & legitima patroni dicitur quota bonorum, non hæreditatis, quia intelligitur deducto ære alieno. *Et ita procedunt ea, quæ diximus ſupra num.* 11. *& ſeqq.* Coeterùm, ſi ab hęreditate, ſiue a ſucceſſione vniuerſali non ſeparetur, vt, quia bonorum poſſeſſio contra tabulas agnoſcatur, vel hęreditas, aut teſtamentaria, aut legitima filio, vel patrono in totum, aut pro parte quæratur, nemo rectè dixerit, legitimam eſſe quotam bonorum, cum, nec, vt legitima conſiderari poſſit. *vt latè oſtẽdemus in 9.cap.q. 24. num.* 74. *& ſeqq.* Et in his terminis procedunt iura *ſupra num.* 19. *&* an. in contrarium allegata.

Tertio probatur, quia ius accreſcendi locum habet in querela, *vt dicemus in hoc cap.q.* 30. Ergo, & in iure petendi ſupplementum le-
23 gitimæ, quod eius loco ſubrogatum eſt † *l. omnimodo. 30.in prin.C.de inoff teſt. Fabia.in d. Auth.nouiſſima num.* 121. *C.eod. Ita arguunt Bald.in l.vn. nu.20.verſ. ex prędictis C. quand. non pet.part. Imol.in d.l.planè.34 §.ſi duobus,nu. 3.verſ.tamen fortè,& ibi Alex.num.4.Iaſ.nu.23. Alex.d.conſ.197.nu.4.vol.6.Crott.in d. l. re coniuncti,num.127.& ibi Io. Gaud.num.4. Ant. de Roſell.de ſucc.ab int.nu.242.Bertr.conſ.14 nu.6. vol.7.Fabia.in d. Auth.nouiſſima, num.218. & 220.Rub.in d. l.pater filium num.148. Chaſſa. d.conſ.53.num.76.Peralt.in d.l.& Proculo, nu. 37.verſ.illud, Pereg.d.artic.38.num. 5. Men.d. conſ.207.num.57.*

Nec eſt, quod aliquis obijciat, quod dicimus, ſubrogatum in alterius locum cenſeri eodem iure, quo id, in cuius locum ſubroga-
24 tur † *l.ſi eum.10.§.qui iniuriarum ff.ſi quis cautio.§.fuerat Inſt.de actio.* procedere, ſi ſubroge-
25 tur ad idem, ſecus verò, ſi ad diuerſum † *l. cũ in fundo 81 §.ſi fundus ff.de iur. dot.* & ſupplementi petitionem loco querelæ, non ad idẽ,
26 ſed ad diuerſum ſubrogari, † quia querela datur ad auocandam hęreditatem, & ſic ſucceſſionem vniuerſalem, petitio verò ſupplementi datur ad auocandam legitimam, & ſic ſucceſſionem particularem, & inter coniunctos coniunctione legali non eſt locus iuri accreſcendi in particularibus, ſed tantũ
27 in vniuerſalibus, † *vt in ſpecie declarant Bart.in d.l.pater filium,nu.9.& 13.& ibi Rub. nu. 134. Imol.in d.l.planè.34.§.ſi duobus,nu. 3. Franch. deciſ. 63. num.* 12. quia reſpondeo, imo, ſi vim ipſius querelæ, & id, quod in ea principaliter agitur, ſpectemus, cenſeri petitionem ſupplementi ad idem ſubrogatam, non ad
28 diuerſum: † nam in querela non agitur principaliter de auocanda hæreditate, ſed de impugnando teſtamento, nec in ea locum habet ius accreſcendi reſpectu ipſius hæreditatis quippe, quæ nondum competit, ſed reſpectu ipſius impugnationis teſtamenti, *vt latè oſtendemus in hoc cap.q.*30.&, vt per eam euincatur hæreditas, & habeat eius reſpectu ius accreſcendi locum, fit per quandam conſequentiam, ſcilicet, quia reſciſſo teſtamento non poteſt non eſſe locus inteſtatæ ſucceſſioni, in qua dubium non eſt, quin ius accreſcendi verſetur, *vt diximus in hoc cap. q.*11. *num.* 3. Reſpectu igitur ipſius impugnationis, quæ principaliter conſideratur in querela, & cuius ratione locum habet in ea ius accreſcendi, cenſetur petitio ſupplementi ad idem ſubrogata, quia per eam ita impugnatur voluntas teſtatoris, licet non totum teſtamentum, vt per querelam. Quamobrem is, qui petit ſupplementum, dicitur venire contra voluntatem defuncti, & eodem iure ſuccedere cum eo, qui proponit querelam, *vt diximus in 5. cap.q.43. num.* 60. Tamquam igitur ad idem ſubrogata petitio ſupplementi debet eodem circa ius accreſcendi cenſeri iure, quo cenſetur querela. Imo, cum ſuſtineat teſtamẽtum, quod alioquin per querelam reſcinderètur *d.l.omnimodo.30.in prin.C.de inoff.teſt.* & hoc modo cenſeatur fauorabilior *l.ſi pars.10.ff.de inoff.teſt.* debet potiùs ius accreſcendi recipere, quam querela, *vt ſcribunt Crott. in d.l. re cõiuncti,num.127.verſ.2.Did.Spin.d.gl.9. nu.* 24.

Quarto probatur, quia ius accreſcendi locum habet in legitima reſpectu totius hæreditatis, quippe, quæ accreſcit inſtituto in legitima, ſi deficiat hęres vniuerſalis, *vt dicemus in 7.cap.q.8.num.1.& q.11. num.5. & ſeqq.* Ergo multo magis debet habere locum reſpectu ſui, cum vna portio legitimæ maiorem habeat ſimilitudinem cum alijs partibus, quã cum tota hæreditate, & in habentibus ſym-
29 bolum facilior ſit tranſitus † *l.in rem. 24. §. ită quæcunque ff. de rei vind. Ita arguunt Ant. de Roſel.de ſucceſſ.ab inteſt.num.240. verſ. Probatur iſta determinatio, Rub. in d. l.pater filium, num.119.& ſeq.Peralt.in d. l. & Proculo, num. 39.Pereg.d.artic.38.num.5.Gratia.d.cap.178. num.4.*

Quinto probatur, quia ius accreſcendi locum habet inter eos, qui propriè ſunt coniuncti; Vtique autem de ijs loquor, qui ſimplici coniunctorum appellatione continentur, *ſecundum ea, quæ diximus in 5.cap.q.28.per tot.* Nam, cum ius accreſcendi ſit ius coniunctionis *l.ſi ſub conditione.16.in fin. ff.quib.mod. vſufr.amit.* Conſequens eſt, vt data vera coniunctione detur etiam ius accreſcendi, cum poſita cauſa ponatur effectus, *vt diximus in d.cap.5.q.36 num.5.& q.38.nu.13.verſ primo, & num.71.& 72.* Sed, qui vocantur ad legitimam, propriè ſunt coniuncti: vocantur enim omnes ad ſolidum, licet concurſu faciant
30 partes, † *vt ſcribit Alcia.in d.l.re coniuncti,num. 62.verſ.quod etiam.* Debet igitur inter eos locum habere ius accreſcendi.

Nec eſt, quod obijcias, inter coniunctos ita demum in particularibus eſſe ius accreſcendi, ſi ſint coniuncti coniunctione hominis, ſecus verò, ſi coniunctione legis, vt ſunt coniuncti, qui vocantur ad legitimam, *prout obijciunt ij, qui ſuſtinent contrariam opinionẽ, ſicuti retulimus ſupra num. 2. verſicul. primo,* quia reſpondeo, imò data vera coniunctione legis, quæ ſcilicet initio tribuat ſolidum, partes verò concurſu, verius eſſe locum ha-

bere

bere ius accreſcendi inter coniunctos con-
iunctione legali, etiam in particularibus,
31 † vt ſcribunt Crau. conſil. 927. num. 5. & Men.
conſil. 50. num. 11. & nos latius in reſponſionibus
ad contraria demonſtrabimus.

Neq; obſtant contraria: nam ad primum
reſpondeo, non, legitimam eſſe quotam hæ-
32 reditatis, † Quomodo reſpondent Did. Spin. d.
gl. 9. num. 25. & alij, quia certius, & receptius
33 eſt, eſſe quotam bonorum † vti videre eſt apud
Bart. in l. ex facto. 35. num. 2. ff. de hered. inſt.
Alex. in l. ita tamen. 27. §. ſi patronus, num. 2. ff.
ad Treb. & conſ. 150. num. 8. vol. 2. & conſ. 113.
num. 7. vol. 3. Iaſ. in d. Auth. nouiſſima, num. 3. C.
de inoff. teſt. & in l. non amplius. 26. §. cum bono-
rum, num. 6. ff. de leg. primo, & conſ. 181. verſ. 4.
facit, vol. 2. Affl. deciſ. 162. num. 2. Mantic. de con.
vlt. vol. lib. 7. tit. 8. num. 5. Craſſ. in §. legitima q.
1. num. a. verſ. alij, Surd. conſ. 565. nu. 23. Vand.
lib. 1. q. 5. num. 11. Schin. conſ. 76. num. 56. vol. 1.
Neque magnam habere cum hęreditate ſimi
litudinem, cum ſit quota, & habeat vim ſuc-
ceſſionis vniuerſalis, quoad iura actiua, licet
34 non, quoad paſſiua, † vt reſpondent Alex. in d.
l. planè. 34. § ſi duobus, num. 5. verſ reſpondent,
Crott. in d. l. re coniuncti, nu. 128. verſ. contrariã,
Pereg. d. art. 38. nu. 6. & Gratia. d. cap. 178. nu. 6.
quia ſufficit eſſe quotam bonorum, vt dica-
35 tur particularis, † vt ait Bart. in d. l. pater filiũ.
14. num. 10 ff. de inoff. teſta. Minus eſſe particu-
36 larem actu, ſed vniuerſalem potentia, † vt reſ-
pondent Bald. in d. Auth. nouiſſima, num. 9. &
ibi Fabia. num. 220. Ant. de Roſel. de ſucceſ. ab
inteſt. num. 240. verſ. 3. & verſ. 5. reſp. quoniam
hoc dici poſſet de omni particulari inſtitu-
tione, vt ex ijs patebit, quæ dicemus in 7. cap. q. 7.
num. 1. & ſeqq. & tamen, ſi duorum ſeruus hę-
res inſtituatur in re certa, nemo rectè dixerit,
inter condominos eſſe ius accreſcendi, ſi vni-
uerſalis hæres adeat d. l. & Proculo. 20. ff de leg.
2. Denique non reſpondeo, aliud eſſe in le-
37 gato, aliud in legitima, † vt reſpondent Alex.
in d. l planè. 34. §. ſi duobus num. 5. verſ. reſpon-
dent, Fabia. in d. Auth, nouiſſima, num. 220. Fa-
bia. de Pip. in d. Auth præterea, num. 102. C. vnd.
vir. & vx. quod in illo verſetur ſola coniun-
ctio legis, in hac verò, & legis, & ſanguinis
coniunctio, vt diximus ſupra num. 17. quia ve-
rius eſt, in hac iuris accreſcendi materia ſan-
guinis coniunctionem non attendi, vt dixi-
mus in 5. cap. q. 47. num. 17. ſed reſpondeo, imò
data vera coniunctione legali, magis eſſe, vt
etiam in particularibus locum habeat ius ac-
creſcendi inter eos, qui lege coniunguntur
38 † vt diximus ſupra num. 31. Nam, quæ conſi-
deratur in diſpoſitionibus teſtamentarijs, nõ
eſt vera, & propria coniunctio legis: Nec
enim condomini dici poſſunt coniuncti reſ-
pectu legati, ſiue commodi, cum dominicas,
non æquas partes conſequantur, d. l. & Pro-
culo, & nos late oſtendimus in 5. cap. q. 27. nu. 17.
& ſeqq. ſed dicuntur coniuncti abuſiuè, &
impropriè, conſiderato dominio, cuius reſ-
pectu vocantur ad emolumentum ſeruo cõ-
muni delatum, ideoq; nil mirum, ſi, tamquã
omnimodo diſiuncti non habeant ius accre-
ſcendi. Coeterùm, ſi demus veram coniun-
ctionem legalem, quæ conſideratur in ijs, qui
ſimul, & communiter vocantur ex diſpoſi-
tione legis ad aliquam rem, puta ad querelã,
vel ad legitimam, ita debet inter eos locum
habere ius accreſcendi, vt inter coniunctos
39 coniunctione hominis. † Ita eleganter reſpon-
det Caſtr. d. conſ. 286. num. 2. verſ. ſi verò, vol. 1.
quem probat Pereg. d. artic. 38. num. 5. verſic. 2.
Ad quod reſpexiſſe videtur Baldus in d. l. vn.
num. 20. verſic. ex prædictis C. quand. non pet.
part. quem Fabia. in d. Auth. nouiſſima, nu. 218.
Craſſ. in d. §. Ius accreſcendi q. 23. & alij ſequun-
40 tur, dum ait, † in legitima tractari de proui-
dentia legis, ideòque debere attendi coniun-
ctionem legalem: Significat enim, quod di-
cimus, inter coniunctos coniunctione legali
non habere locum ius accreſcendi, procede-
re, quando talis coniunctio conſideratur cir-
ca prouidentiam, & diſpoſitionem hominis,
vt, quando ex perſona vnius a teſtatore vo-
cati perueniunt ad plures, ſecundum ea, quæ
diximus in d. q. 27. num 6. nam, quia talis con-
iunctio non eſt vera, ſed abuſiua, cum ita vo-
cati ſint veriùs diſiuncti, quam coniuncti,
vt ibi latius oſtendimus num. 17. ideò tunc ve-
rum eſt, inter eos non habere locum ius ac-
creſcendi. Coeterùm, ſi legalis coniunctio
conſideretur circa prouidentiam, & diſpoſi-
tionem legis, vt, cum plures vocantur ad ali-
quam rem a lege, quo caſu dicuntur verè, &
propriè coniuncti magis eſſe, vt talis coniun-
ctio debeat attendi, & parere ius accreſcendi.
Ex quo intelligimus veriſſimum eſſe, quod
ſcripſit Duar. lib. 1. de Iur. accreſ cap. 14. primum
hoc argumentum firmum, ſolidumque non
eſſe, ſed nugatorium.

Ad ſecundum verò reſpondeo, negando
iuris accreſcendi cauſam, ceſſare in legitima:
41 † nam cauſa iuris accreſcendi, quæ conſide-
ratur in diſpoſitionibus legalibus, nõ eſt illa,
ne teſtator decedat pro parte teſtatus, & pro
parte inteſtatus: Alioquin enim, ne in que-
rela quidem locum haberet ius accreſcendi,
42 cum in ea ceſſet illa ratio, † vt in his terminis
conſiderant Imol in d. l. planè. 34. §. ſi duobus,
num. 3. verſ. nec obſtat, Crott. in d. l. re coniuncti,
num. 127. verſ. nec dicatur, Rub. in d. l. pater fi-
lium, num. 131. & nos diximus in 3. cap. q. 1. nu.
10. ſed eſt coniunctio, vt diximus in eodem cap.
q. 2. num. 16. quæ quoniam ita ſubeſt in legiti-
ma, vt in quęrela, ideo operatur, vt etiam in
ea locum habere debeat ius accreſcendi.

Ad tertium deniq; reſpondeo, negando
pariter, legitimam eſſe merè perſonalem,
43 † quod, vel hac vna ratione cõuincitur, quia
trãſmittitur ad hęredes, vt diximus in hoc cap.
q. 7. num. 4. ad quos alioquin non tranſiret, ſi
merè perſonalis eſſet l. 3. §. vlt. ff. quid mod.
vſusf. am l. quia tale. 14 ff ſol. matr.

Nec obſtat, quod debeatur pro alimentis,
& eorum loco ſuccedat, quia reſpondeo,
44 † hanc non eſſe veram, & propriam legitimę
relinquendæ cauſam: nam multis debetur
legitima, quibus non debentur alimenta, vt
filio diuiti, & a matre. Et contra multis debẽ-
tur alimenta, quibus non debetur legitima,
vt naturalibus, & id genus alijs. Itaq; legiti-
mæ relinquendæ cauſa non eſt ab alimentis
deducenda, ſed ab illa ratione naturali, quæ
dictat, vt bona parentum liberis relinquantur
quaſi debita communi parentum, & naturę
45 voto † l. cum ratio. 7. in prin. ff. de bon. damn. l.
ſcripto. 6. in fin ff. vnd. lib. l. de emancipatis 13. C.
de

de legit. hæred. §. primum itaq; Auth. de hæred. & Falc. coll. 1. Et quibus apparet, veriſſimum eſſe, quod a noſtris frequentiùs traditur, etiam in legitima, legitimæq; ſuplemento ius accreſcendi habere locum.

Hinc infertur, ſi poſt mortẽ parentis vnus ex filijs ad legitimam vocatis deficiat, puta repudiet ſuam portionem, vel eius incapax fiat, eam cæteris capientibus accreſcere, vt de
46 repudiante † *ſcribunt Bald. in d. Auth. nouiſſima, num. 9. & ibi Fabia. num. 219. 220. & 221. verſ. 3. & vltimo, Bald. in l. vn. §. in primo nu. 55. verſ. ſed hic ſuccedit C. de cad. toll. & in d. l. vn. nu. 20. verſ. ex prædictis, & ibi Cagn. num. 17. verſ. vltimo C. quand. non pet. part. Imol. in d. l. planè. 34. §. ſi duobus, num. 3. verſ. quid autem, Caſtr. d. conſ. 286. nu. 2. verſ. ſi vera, vol. 1. Ant. de Roſel. de ſucc. ab. int. num. 243. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelaſiam, num. 159. Io. Gaud. in d. l. re coniuncti, num. 4. Peralt. in d. l. & Proculo, nu. 37. verſ. illud. Hoto. in ſua diſpu. de quart. legitim. cap. 9. nu. 52. Men. conſ. 207. nu. 61. Pereg. de fideic. artic. 8. num. 3. & d. artic. 38 num. 5. & conſ. 46. num. 8. vol. 1. Surd. conſ. 529. nu. 1. & 19. verſ. 3.* De eo verò,
47 qui factus eſt incapax, † *Bald. in d. l. vn. §. in primo, num. 18. verſ. ſed hic ſuccedit C. de cad. toll. Io. Gaud. in d. l. re coniuncti, num. 4.* Et generaliter de ijs qui poſt mortem parentis deficiũt,
48 † *Fabia. in d. Auth. nouiſſima, num. 218. Cagn. in d. l. vn. num. 17. verſ. vltimò, C. quand. non pet. part. Pereg. d. artic. 38. num.* 5. Et ſimili modo, ſi ex ijs, quibus inofficioſę donationis querela competit, vt ex legibus debitam portionẽ, aut eius ſupplementum conſequantur, vnus repudiet, accreſcet eius portio cœteris, quoniam in ea tractatur de legitima, in qua ius
49 accreſcendi ſolet habere locum. † *Ita ſcripſerunt Fabia. in d. Auth. nouiſſima, nu. 220. verſ. vltimo, & Rub. in d. l. pater filium, num. 203.* Idem eſt, ſi filius poſt mortem patris, aut matris renuntiet alicui partem ſuam, & renuntiatio vim habeat ſimplicis repudiationis, vt, quia gratuitò, & nullius contemplatione facta ſit: nam ea non excludet ius accreſcendi, *vt diximus in 5. cap. q. 48. num.* 6. ſed operabitur, vt fratres totum trientem, aut ſemiſſem conſequantur, & renuntians non cenſeatur
50 eis partem in legitima feciſſe: † *Ita enim de renuntiante poſt mortem patris ſcribunt Caſtr. in d. l. planè 34. §. ſi duobus num. 9. ff. de leg. primo, Fabia. in d. Auth. nouiſſima, num. 218. & Pereg. d. artic. 38. num. 12. Craſſ. in d. §. legitima q. 7. num. 8. Et ita etiam videntur poſſe intelligi, qui ſimpliciter aiunt, filiam bonis paternis, aut maternis renuntiantem non facere partem alijs in legitima, quos referemus in hoc cap. q. 14. num. 7.*

Planè ſi non gratuito, ſed aliqua re mediãte, puta dote, aut donatione propter nuptias, aut certa annua penſione facta ſit, magis eſt, vt excludat ius accreſcendi, & operetur, vt renuntians cenſeatur fratribus partem feciſſe, *vt diximus in q. præced. num. 9. & ſeqq.*

Adeo autem verum eſt, quod diximus, in legitima locum habere ius accreſcendi, vt
51 procedat, etiam ſi pater id prohibeat: † *vt ſcribunt Bald. in d. l. pater filium 14. ff. de inoff. teſt. Gab. conſ. 94. nu. 12. vol. 1. & apertius Pereg. de fideic. d. art 38. num. 8. & nos dicemus etiam in 10. cap. q. 16. num.* 7. Nec enim talis prohi-
52 bitio valet, quia, † quemadmodum pater nõ poteſt prohibere portionem principalem, ita nec partem accreſcentem, quippe, quę eodẽ cum illa cenſetur iure, *vt dicemus in 9. cap. q. 43. num.* 4. Et, quamquam *Bart. in d. l. pater filium. 14. num. 12. ff. de inoff. & alij* plerią; con-
53 trarium cenſuerint; † eſt tamen eorum opinio communiter improbata, & rectè, quia reſpectu legitimę nulla eſt poteſtas teſtatoris quippe cui lex impoſuit eius relinquendę neceſſitatem, §. *primum itaq; Auth. de hæred. & Falc. coll.* 5. Et ita eſt terminãda iuris accreſcẽdi quæſtio, cum de ſecundo caſu loquimur.

SVMMARIVM.

1 *Filij poſt mortem patris excluſi a legitima non faciunt numerum, & cur num. 2. Sed contra, num. 3. & cur, num. 4.*
5 *Tempore certo cum aliquid requiritur, ſufficit, eo tempore interuenire, licet poſtea deficiat.*

An excluſus, qui facit locum iuri accreſcendi in legitima, faciat numerum.

Quæſtio Nona.

PLanè de illo dubitari poteſt, an ij, qui poſt mortem parentis deficiunt, licet non faciant partem, debeant tamen in numero liberorum computari ad augendã legitimam: Quid enim ſi tempore, quo parens moritur, quinq; ſint filij ſuperſtites, & ad legitimam vocati, deinde vnus ex ijs repudiet ſuam portionem, aut aliter deficiat, eritne adhuc cęterorũ legitima ſemis, an triens? Et, quamquam *Iaſ. in d. l. re coniuncti, nu. 247. qui tamen fatetur cõmunem eſſe in contrarium, Rub. in d. l. pater filium, num. 152. Duar. lib. 1. de Iur. accr. cap. 34 & alij* plerią; cenſuerint,
1 † eſſe ſolum mentem, & excluſos non eſſe in numero computandos ad augendam legitimam, quod tunc ceſſet concurſus filiorum, & ratio paupertatis, ad quam reſpexit Iuſtinia-
2 nus, cum legitimam auxit ad ſemiſſem † *ſecũdum ea quæ diximus in hoc cap q. 6. num. 22. Et in hac ſpecie conſiderant Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 247. & Rub. in d. l pater filium, num. 152.* verius tamen, & receptius eſt, adhuc eſſe ſemiſſem, ſiuè poſt mortem parentis decedat quintus, quod eſt indubitatum, ſiuè fiat in-
3 capax, ſiuè etiam repudiet, aut renuntiet, † *vt de moriente ſcribunt Bald. in l. nõ pro numero. 2. nu. 8. C. ad Tert. & in d. l. vn. §. in primo, nu. 11. verſ. ſed hic ſuccedit C. de cad. toll. Iaſ. in d. Auth. nouiſſima, num. 50. Craſſ. in d. §. Ius accreſcendi, q. 23. De facto verò incapace, Bald. in d. §. in primo, num. 11. verſ. ſed hic ſuccedit, De repudiante demum, & renuntiante Bald. in d. l. vn. num. 20. verſ. ex prædictis C. quand. non pet. part. in d. Auth. nouiſſima, num. 9. & ibi Fabia. num. 218. & 121. verſ. 3. & vltimo, Bald. in d. §. in primo, num. 11. verſ. ſed hic ſuccedit, vbi ſubijcit, etiamſi quatuor repudient, quintum nihilominus totũ ſemiſſem habiturum. Idem ſcripſerunt Caſtr. in d. l. planè. 34. §. ſi duobus, num. 9. ff. de leg. primo, Polit. in d. l. filium, quem. 24. num. 168. C. fam. erciſ.*

rreiſ. Andr. Fach. lib. 4. controu. cap. 31. Nam,
4 cum † huiuſmodi defectus contingat poſt
ius alijs quæſitum, quippe, cum in legitima
ſpectetur tempus mortis, *l. cum quæritur* 6. *C.*
de inoff. teſta. ita, vt, ſi tunc temporis quinq;
ſint filij ſuperſtites, eorum legitima defi-
niatur ſemis *d. Auth. nouiſſima C. de inoff. teſta.*
& §. 1. *Auth. de trient. & ſem. coll.* 3. non poteſt
per conſequentias portionem ſemel a lege
definitam alterare, *vt ſcribunt Caſtr. in d. l. pla-
nè.* 34. § *ſi duobus, nu.* 9. *Polit. in d. l. filium, quẽ,
num.* 168. ne ius vni quęſitum alterius facto,
ideſt repudiatione, vel delicto, vel profeſſio-
ne tollatur.

Nec eſt contrarium, quod Iuſtinianus ad
numerum, & concurſum filiorum reſpexerit
in augenda legitima, quia reſpondeo, nume-
rum hunc eſſe ſpectandum, quo tempore le-
gitima defertur, ideſt, tempore mortis paren-
tis, ad hoc, vt eius quantitas definiri poſſit.
Coeterùm poſtea, quam eſt definita, licet
minuatur numerus, non tamen eſſe minuen-
dam legitimam, quia, quoties aliquid certo
tempore requiritur, ſufficit, ſi eo tempore in-
5 teruenerat, licet poſtea deficiat † *l. filiusf.* 117.
§. cum quis ff. de leg. primo, l. ex facto. 17. *§. ſi quis
autem ff. ad Trebell.* Et hæc de ſecundo caſu.

SVMMARIVM.

1 *Exhæredatus iuſtè non facit partem in legitima,
ſi alij fratres fuerint hæredes vniuerſales in-
ſtituti, Declara, vt num. 2. & ſeqq.*
2 *Legitimæ pars, quæ ſpectaſſet ad filium exhære-
datum, venit in reſtitutionem fideicommiſſi,
Sed contra num. 6. & cur, num. 7. & 8.*
3 *Accreſcens pars venit in reſtitutionem fideicom-
miſſi, Declara, vt num 9.*
4 *Contemplatione alterius, quod alicui aufertur,
debet illi applicari, cuius contemplatione au-
fertur.*
5 *Exhæredatio cenſetur fieri contemplatione hære-
dis, etiam fideicommiſſarij, Sed contra, nu. 10.
Declara, vt num. 11.*
7 *Legitima non continetur fideicommiſſo, ſed de
eo detrahitur.*
10 *Exhæredatio fit propter iniuriam illatam teſta-
tori.*

An iuſtè exhæredatus faciat partem in legitima, ſi fratres fuerint hæredes vniuerſales inſtituti, & grauati fideicommiſſo.

Quæſtio Decima.

TErtius caſus eſt, quando is, qui non
admittitur ad partem, tempore mor-
tis eius, de cuius bonis agitur, erat ca-
pax, & ex teſtamento, & ab inteſtato, ſed fuit
excluſus facto teſtatoris, qui eum iuſtè exhę-
redauit, Et tunc, ſi quæramus, an is faciat par-
tem alijs in legitima, ſeparatum erit videndũ.
Primo, quid, ſi coeteri ſint inſtituti hæredes
vniuerſales, & grauati hæreditatem per fidei-
commiſſum reſtituere. Secundo, quid, ſi ſint
inſtituti hęredes particulares, vel in legitima,
vel in re certa, & vniuerſalis hæres inſtitutus
ſit extraneus.

Et in priore quidem quæſtione fatentur
omnes exhęredatum non facere partem alijs
in legitima, ſed totum trientem, aut ſemiſſem
ad fratres in vniuerſum hæredes inſtitutos
1 pertinere. † *Ita enim cenſuerunt Bart. in d. l. pa-
ter filium.* 14. *num.* 14. *& ibi Rub. num.* 135. *ff.
de inoff. teſt. Imol. in d. l. planè.* 34. § *ſi duobus, nu.*
2. *& ibi Alex. num.* 3. *&* 5. *Iaſ. num.* 21. *&* 23. *ff.
de leg. primo Caſtr. d. conſil.* 286. *num.* 2. *volum.* 1.
Ant. de Roſell. de ſucc. ab inteſt. num. 242. *Crott.
in d. l. re coniuncti, num.* 127. *vbi ait, hanc conclu-
ſionem eſſe communem, & tenendam in conſulen-
do, & iudicando, Fabia. in d. Auth. nouiſſima,
num.* 209. *C. de inoff. teſt. Boer. d. deciſ.* 104. *nu.* 8.
Craſſ. in d §. *legitima q.* 7. *num.* 7. *Men. d. conſil.*
207. *num.* 69. *verſ. ſecundus, Did. Spin. in ſuo
ſpecu. teſta. d. gl.* 9. *num.* 23. Sed hoc ita *Caſtr. in
d. §. ſi duobus, num.* 5. *verſ. mihi videtur, & ibi
Alex. num* 5. *verſ. aduerte, Craſſ. in d.* §. *legitima
q.* 7. *num.* 7. *verſ. aduerte, & alij* plerique inter-
2 pretantur, † vt illa pars, quæ ſpectaſſet ad ex-
hæredatum, pertineat quidem ad fratres in-
ſtitutos, ſed poſtea veniat in hæreditatis re-
ſtitutionem, vtpote, in quam venit etiam id,
3 quod acquiritur per ius accreſcendi, † *vt dice-
mus in 9. cap. q.* 49. *num.* 26. *Et ita etiam ſenſiſſe
videntur, qui ſimpliciter ſcripſerunt, partem legi-
timę, quæ accreſcit alijs, venire in hæreditatis re-
ſtitutionem, vt Surd. conſ.* 529 *num.* 29. *verſ. Nec
dicatur*, Quod, ſi verum eſt, fratres inſtituti
nihil ex hac adiectione partis vtilitatis con-
ſequentur. Id quod etiam videtur ratione
comprobari: Nam, quod alicui aufertur cõ-
templatione alterius, debet illi applicari, cu-
4 ius contemplatione aufertur † *l. poſt legatum.*
5. *§. amittere ff. de his, quib. vt in d. l. pen. Cod. de
legat. l. ſi defunctus.* 9. *C. de ſuis, & legit. & nos di-
ximus in 5 cap. q.* 49. *num.* 2. Sed pars legitimę,
quæ exhęredato aufertur, videtur auferri cõ-
templatione hæreditatis, & per conſequen-
tias contemplatione fideicommiſſarij, cui
5 debet hæreditas reſtitui, † *ſecundum Caſtr. in
d. §. ſi duobus, num.* 4. *verſ. mihi videtur*; Debet
igitur eidem fideicommiſſario vniuerſali ap-
plicari, & eius commodo cedere, non autem
commodo cęterorum filiorum.

Verum his non obſtantibus contrarium
verius eſt, & receptius, non venire ſcilicet eã
legitimæ partem, quæ ſpectaſſet ad exhęreda-
tum, in reſtitutionem hæreditatis, ſed apud
6 eius fratres iure detractionis remanere. † *Ita
enim ſcripſerunt Iaſ. in d. l. planè* 34. *§. ſi duobus,
num.* 26. *in fi. ff. de leg. primo, Crott. in d. l. re con-
iunctis num.* 127. *verſ. præterea, Rub. in d. l. pater
filium.* 14. *num.* 136. *ff. de inoff. teſt. Perig. de fidei.
artic.* 8 *num.* 5. *& d. artic.* 38. *num.* 11. *verſicul. ſed
prior, Men. d. conſil.* 207. *num.* 69. *verſ. ſecundus,
Did. Spin. d. gl* 9 *num.* 23. *Et eſt de mente eorum,
quos referemus in d. cap.* 9. *q.* 49. *nu.* 52. *dicentium
partem legitimæ, quæ accreſcit, non venire in hæ-
reditatis reſtitutionem, Et ita etiam ſenſiſſe vide-
tur Bart. & alij ferè omnes, quos retulimus ſupra
num.* 1. *dum ſimpliciter aiunt, legitimam inſtitu-
torum eſſe totum trientem, aut ſemiſſem, nihil de
reſtitutione ſubijcientes: Sentiunt enim, totam a
filijs grauatis poſſe deduci, cum certi iuris ſit, de fi-
deicommiſſo poſſe detrahi integram legitimam.*
Probatur autem hæc ſententia.

Primo

Primo, quia pars legitimæ, quam quis ha-
bet iure ſuo, non continetur in fideicommiſ-
ſo, ſed de eo detrahitur, tamquam æs alienũ
7 † §. *quamobrem præſentem, Auth. de reſtit. & ea,*
quæ par. coll. 4. cap. Raynutius, & cap. Raynal-
dus, extr. de teſtum. At, cum ex plutibus filijs
vnus a patre fuit inſtè exhæredatus, alij verò
fuerunt inſtituti hæredes vniuerſales, non
dicuntur inſtituti habere totum trientẽ, aut
ſemiſſem pro legitima iure alieno, ideſt, per
ius accreſcendi, ſed iure ſuo, & per quandam
remotionem obſtaculi, *vt latè demonſtrat nri*
ſumus in q. ſeq. num. 25. Non continebitur er-
go pars aliqua trientis, aut ſemiſſis in fideicõ-
miſſo, nec in eius veniet reſtitutionem, ſed
totus triens, aut ſemis de eo deducetur.

Secundo verò dato etiam, quod pars exhę-
redati dici poſſet accreſcere, &, quod eius fra-
tres non cenſerentur eam habere iure ſuo, ſed
iure accreſcendi, adhuc tamen ea non veni-
8 ret in reſtitutionem, quia † pars accreſcens
aſſumit naturam partis principalis, & eodem
cum illa cenſetur iure, *vt dicemus in 9. cap. q.*
49. num. 4. Cum igitur natura partis principa-
lis, ideſt, eius partis legitimę, quam habent in-
ſtituti ex perſona propria, & haberent etiam,
ſi frater non fuiſſet exhæredatus, ſit, vt non
veniat in reſtitutionem, *vt diximus ſupra n. 7.*
Conſequens eſt, vt nec pars accreſcens veni-
re debeat. *Ita Pereg. d. artic. 8. num. 5. & nos*
etiam dicemus in d. 9. cap. q. 49. num. 52.

Nec obſtat, quod in reſtitutionem hæredi-
tatis veniat etiam id, quod acquiritur per ius
accreſcendi, quia, *vt Iaſ. in d. §. ſi duobus, num.*
26. in fi. Rub. in d. l. pater filium, num. 136. & alio-
rum ſolutiones omittam, reſpondeo, id proce-
9 dere, † quando pars ipſa principalis, cui fit
acceſſio, ſubiacet reſtitutioni. Coeterùm,
quando eſt a fideicommiſſo exempta, prout
exempta eſt portio legitimæ, magis eſſe, vt
etiam pars accreſcens a fideicommiſſo ex-
cludatur: Nam, cum, *vt dictum eſt,* pars accre-
ſcens ſumat naturam partis principalis, fit, vt
debeat, vel non debeat in hæreditatis reſtitu-
tionem venire, prout venit, aut non venit
portio principalis.

Deniq; non obſtat, quod exhæredatio cẽ-
ſeatur fieri contemplatione hæreditatis, &
per conſequentias eius, ad quem hæreditas
pertinere debet, quia reſpondeo, imò exhęre-
dationem nullius contemplatione fieri, ſed
10 propter iniuriam illatam teſtatori, † §. *aliud*
quoq; capitulũ, Auth. vt, cũ de app. cogn. coll. 8. Et
in his terminis ſcribunt Caſtr. d. conſ. 286. num. 2.
vol. 1. Iaſ. in d. §. ſi duobus, num. 25. Crott. in d. l.
re coniunctis, num. 128. verſ. ſed iſta ratio, Fabia.
in d. Auth. nouiſſima, num. 221. verſicu. poſtremo,
& ad hoc principaliter ordinari, vt filius ab
hæreditate patris excludatur, licet per quan-
dam conſequentiam proſit ijs, quibus exhæ-
11 redatus obſtare poterat, † *vt ſcribunt Pereg. d.*
artic. 38. num. 11. verſ. ſed prior, & Gratia. cap.
178. diſcept. foren. num. 2. Itaque intra legitimã
prodeſt fratribus, quibus exhæredatus partem
feciſſet, vltra legitimam verò prodeſt extra-
neis, ad quos hæreditas non perueniſſet, ſi fi-
lius non fuiſſet exhæredatus, ſed præteritus.
Non eſt igitur ſimpliciter dicendum, exhæ-
redationem fieri contemplatione, & com-
modo hęredis, aut fideicommiſſarij, quoniã
id, nec principaliter verum eſt, nec per con-
ſequentias, niſi ratione bemis, aut ſemiſſis, de
quo pater diſponere poteſt §. 1. *Auth. de trien.*
& ſem. coll. 3. l. parentibus. 8. C. de inoff. teſt.

SVMMARIVM.

1 *Exhæredatus facit partem in legitima, ſi fratres fuerint particulariter inſtituti, & vniuerſalis hæres inſtitutus ſit extraneus, & cur, num. 2. & ſeqq. Sed contra, num. 9. & cur, num. 10. & ſeqq.*

4 *Exhæredatio cenſetur fieri contemplatione hæredis, Sed contra, num. 40.*

5 *Inſtitutio complectitur id omne, quod alijs, vel nõ eſt datum, vel fuit ademptum.*

7 *Pater de legitima filij qualiter poſſit diſponere, & num. 43.*

8 *Poena vnius non debet eſſe præmium alterius, Sed contra, num. 44. Declara, vt num. 45.*

12 *Declaratur §. quod, ſi legitimorum, Auth. de nat. cur. depn. & num. ſeqq.*

15 *Idem dicitur de eo, quod habetur pro tali, quod de tali.*

15 *Exhæredatus habetur pro mortuo, Declara, vt num. 17. & 18.*

19 *Liberi, qui non admittuntur ad partem, nec ad mitti ſperantur, non faciunt partem.*

20 *Exhæredatus non impedit, quominus alij conſequantur id, quod eſſent habituri, ſi is non eſſet in rerum natura.*

21 *Paria ſunt, filium non eſſe, vel eſſe exhæredatum.*

22 *Filij non exhęredati cenſentur totam ſubſtãtiam ab inteſtato habituri, Declara, vt num. 23.*

24 *Filij non exhæredati vocantur ad totum trientẽ, aut ſemiſſem iure ſuo, & per quandam remotionem obſtaculi, num. 25.*

26 *Legitimam eſſe partem eius, quod quis eſſet ab inteſtato habiturus, qualiter ſit intelligendum, & & num. 27.*

28 *Ius accreſcendi conſideratur etiam in parte legitima, quæ ſpectaſſet ad exhæredatum, Sed contra, num. 29.*

30 *Legitima non debetur, niſi poſt mortem patris.*

31 *Exhæredatio non ſumit vires, niſi poſt aditam hæreditatem, Sed contra, num. 33.*

32 *Exhæredatio non impedit, quominus filius interim ſit ſuus, Sed contra, num. 33.*

34 *Hæreditate non adita corruit exhæredatio.*

35 *Hæreditate non adita corruunt omnia in teſtamẽto relicta.*

35 *Exhæredatio ſub conditione facta nullum reddit teſtamentum.*

37 *Exhæredatio non valet, ſi exprimatur conditio, ſi Titius hæres erit, ſed, ſi non exprimatur valet, licet tacite videatur ineſſe, & cur, num. 38.*

39 *Conditiones ſuſpenſiuæ, & reſolutiuæ qualiter differant.*

41 *Exhæredatio prodeſt ijs, qui referunt perſonam teſtatoris, Declara, vt num. 42.*

45 *Declaratur l. ſi ſequens. 15. ff. ad Syllan.*

46 *Exhæredati partem legitimæ applicari potius extraneo, quam alijs filijs iniquum eſt.*

An

An iuſtè exhæredatus faciat partem fratribus in legitima, ſi inſtitutus ſit extraneus.

Quæſtio Vndecima.

IN poſteriore verò quæſtione, cum ſcilicet alij fratres fuerunt particulariter inſtituti, vel in legitima, vel in re certa, & vniuerſalis hęres inſtitutus eſt extraneus, magna ſolet eſſe controuerſia, nunquid exhæredatus faciat alijs partē in legitima, ita, vt eius portio debeat in hæreditate remanere, & cedere commodo hæredis vniuerſalis, an verò totus triens, aut ſemis debeat ad fratres particulariter inſtitutos pertinere. Fuerunt autem in hac quæſtione duæ noſtrorum interpretū ſententiæ, Prima exiſtimantium exhæredatum facere partem alijs in legitima, & illam, non ad fratres, ſed ad extraneum hęredem
1 vniuerſalem pertinere. † *Fuit hæc opinio Bart. in d.l. pater filium 14. num. 14. ff. de inoff. teſtam. quem ſimpliciter referentes ſequi videntur Bald. in d.l. plane, 34. §. ſi duobus, verſ. iuxta, & ibi Ang. num. 2. & apertè probat ibi Caſtren. num. 5. verſ. mihi videtur ff. de leg. primo, & conſil. 286. num. 2. vol. 1. & poſt eum Bereng. in d. l. in quartam. 90. num. 158. ff. ad l. Falc. Alcia. in d.l. re cõiunctis, num. 62. verſ. Idemq; Corn. (licet ſub dubio) conſ. 150. num. 7. verſ. & ego pro nunc, volu. 1. vbi ait, ſe inclinare in opinionem Bartol.* Mouentur autem

Primo, quia filij particulariter inſtituti, nec iure ſuo, nec iure accreſcendi videntur poſſe totum trientem, aut ſemiſſem vindicare:
2 † Non iure ſuo; quia legitima, quam quis proprio iure vindicat, non eſt, niſi triens, aut ſemis eius portionis, quam is eſſet ab inteſtato habiturus, *vt diximus in hoc cap. q. 6. num. 15.* Cum igitur filij particulariter inſtituti non eſſent ab inteſtato totam hæreditatem habituri propter fratrem exhæredatum, qui ſimul cum eis in ſucceſſione concurriſſet, Conſequens videtur, vt eorum legitima non poſſit
3 eſſe triens, aut ſemis totiùs hæreditatis, † *vt in his terminis conſiderat Bereng. in d.l. in quartam, num. 159.* & conſequenter, vt eum non poſſint vindicare iure ſuo: Nec etiam iure accreſcēdi, non ſolum, quia (ſecundum eos) id locum non habet in legitima, *vt varijs probant argumentis, quę retulimus in hoc cap. q. 8. nu. 3. & ſeqq.* ſed etiam, quia dato, quod regulariter habeat locum, *vt verius eſſe demonſtrauimus ibi nu. 8. & ſeqq.* id tamen procedere videtur, niſi contraria fuerit voluntas teſtatoris; quippe, qui ius accreſcendi prohibere poteſt, *vt dicemus in 10. cap. q. 16. num. 1.* Cum igitur in propoſita ſpecie voluntas teſtatoris videatur eſſe cõtraria, ſcilicet, quia teſtator exhæredando filium cenſetur id facere contemplatione hæredis vniuerſalis, & conſequenter velle, vt il-
4 lius pars ad hunc pertineat, † *vt ſcribunt Bart. in d.l. pater filium, num. 14. Caſtr. in d. §. ſi duobus, nu. 5. verſ. mihi videtur, & nu. 10. & cõſ. 286. nu. 10. vol. 1. Bereng. in d.l. in quartam, nu. 158.* non quidem iure accreſcendi ſed iure inſtitutionis vniuerſalis, quę ambitu ſuo complectitur id omne, quod alijs, vel datum non eſt,
5 vel eſt ademptum, † *vt declarat Caſtrenſ. d. conſ. 286. num. 2. vol. 1.* Conſequens videtur, vt exhæredati portio non poſſit alijs fratribus accreſcere, non, quia ius accreſcendi non poſſit habere locum in legitima, ſed, quia talis cenſetur voluntas teſtatoris, qui extraneum
6 hæredem vniuerſalem inſtituit, † *vt declarat Caſtr. in d. §. ſi duobus, num. 10.*

Et, ſi quis obijciat, in legitima non eſſe attendendam voluntatem teſtatoris, quippe, qui non poteſt eam prohibere, reſpondent, id
7 procedere, † reſpectu illius partis, quam quis vindicat iure ſuo; Coeterùm reſpectu illius, quam per ius accreſcendi, magis eſſe, vt eam teſtator prohibere poſſit; *Ita Bart. in d.l. pater filium, num. 12.*

Secundo mouentur, quia, ſi pars exhęredati pertineret ad filios particulariter inſtitutos, ſequeretur, culpam, & poenam illius, nēpe exhæredati, eſſe præmium, & lucrum aliorum filiorum. At conſequens eſt abſurdum
8 † *l. ſi ſequēs. 15. ff. ad Sylla.* Ergo, & antecedens. *Ita Caſtr. in d. §. ſi duobus, num. 5. verſ. mihi videtur.* Præterea ſequeretur, filios non excluſos poſſe iure legitimę plus conſequi, quam eſſent ab inteſtato habituri: Nam, ſi ex quatuor filijs tres eſſent a patre exhæredati, quartus iure legitimę conſequeretur trientem, & ſic quatuor vncias, & tamen ab inteſtato nõ eſſet habiturus, niſi quadrantem, & ſic tres vncias. At hoc eſſet abſurdum, tum, quia legitima debet ſemper eſſe minor portione ab inteſtato contingente, tum etiam, quia hoc modo imputaretur patri, cur fecerit teſtamētum, & ita quodammodo ei interdiceretur teſtamenti factione, quod abſurdum reputatur *in l. poſthumus. 6. in prin. ff. de inoff.* Ergo, ne hoc ſequatur, debemus potiùs dicere, partem exhæredatorum non pertinere ad fratres, ſed in hæreditate remanere. *Ita arguit Corn. d. conſil. 150. num. 7. verſ. & pro hac opinione, vol. 1.*

Verum his non obſtantibus contrariam opinionem, quæ receptior eſt, veriſſimam eſſe puto, iuſtè ſcilicet exhæredatum non facere partem alijs in legitima, ideſt, non impedire, quominus alij totum trientem, aut ſe-
9 miſsem conſequantur; † *Fuit hæc ſententia Bald. in d. Auth. nouiſſima, num. 6. & ibi Ang. nu. 3. Fabia. num. 209. & 221. Sichar. num. 27. C. de inoff. teſta. Ang. in l. Papinianus. 8. §. vnde, ſi quis, nu. 3. verſ. vltimo ff. eo. Imol. (licet ſub dubio) in d. l. plane. 34. §. ſi duobus num. 3. verſ. tamen fortè, & ibi Alex. num. 5. Iaſ. num. 21. & 23. vbi ait, hanc eſſe communem, & veram opinionem ff. de leg. primo. Ant. de Roſel. in d. tract. de ſucc. ab int. num. 242. Fabia. de Pet. in d. Auth. præterea, nu. 102. C. vnd. vir. & vx. vbi pariter teſtatur, hanc eſſe communem, Boer. d. deciſ. 104. num. 5. & 8. Guidop. d. deciſ. 295. num. 2. & d. deciſ. 599. num. 1. Gabr. conſ. 94. num. 3. vol. 1. Boſſ. in tit. de bon. public. num. 2. vbi, & ipſe teſtatur, hanc eſſe communem, Craſſ. in d. §. legitima, q. 7. num. 7. vbi pariter teſtatur de communi, Pereg. d. artic. 38. nu. 4. & 11. Men. d. conſ. 207. num. 51. verſ. Tertia, & num. 64. Cauall. in tract. cõmu. contra cõmu. q. 370. nu. 4. Cuiac. in expoſ. d. Nouell. 18. Andr. Fach. lib. 4. contro. cap. 31. Gratia. cap. 178. diſcep. for. num. 2. Hoto. in ſua diſputa. de quarta legitimaria, cap. 9. num. 50.* Non moueor autem, vt

10 ita ſentiam ea ratione quia † pars non capiẽ-
tis capienti accreſcit *d.l. planè. 34. §. ſi duobus
ff. de leg primo ut mox ſunt Ant. de Roſell. in d.
tract. de ſucceſſ. ab int. num. 240. verſ. 2. & Men.*
11 *d. conſ. 207. num.* 65. ſiue, quia † in legitima lo-
cum habet ius accreſcendi, *ſecundum veriorē,
& receptiorem ſententiam, quam retulimus in hoc
cap. q. 8. num. 8. ut monetur Boſſ. in d. tit. de pu-
blica. bono. num. 2. Craſſ. in d. §. legitima q. 7. nu.
7. Men. d. conſ. 207. num. 51. verſ. 3. & num. 57.*
quia (*vt* infra latiùs oſtendemus) ius accre-
ſcendi non poteſt in propoſita ſpecie conſi-
12 derari. Neque moueor † *§. quod, ſi legitimo-
rum; Auth. de nat. cur. deput.* quem *Dinus, &
poſt eum Ant. de Roſell. in d. tract. de ſucc. ab int.
num. 240. verſ. 3. & num. 241. & alij* plerique ad
comprobandam hanc ſententiam adduxe-
runt, quia, *ut rectè animaduertit Bart. in d. l. pa-
ter filium, num. 14. quem ab impugnationibus
Aret. defendit ibi Rub. num. 127.* non probat
ille locus hanc ſententiam; Nam loquitur
13 † de curialibus, inter quos debet pater nouẽ
vncias diſtribuere *§. excipitur Auth. de trient.
& ſemiſ. coll. 3. §. ſi quis autem legitimos, Auth.
quib. mod. nat. eff. ſui coll.* 7. ideoque nil mirum
ſi partem exhęredati non poſſit in extraneũ
conferre. Quinimo eo ipſo, quod tribuit pa-
tri facultatem diſtribuendi partem illam ex-
hæredati inter alios filios non ingratos, vide-
14 tur probare, † partem aliorum non augeri ex
fratris exhæredatione, quia, ſi augeretur, &
ſic totus dodrãs cenſeretur legitima eis debi-
ta iure proprio, non poſſet pater de ea diſpo-
nere, & diſtribuendo eam diminuere *l. quo-
niam in prioribus. 32. C. de inoff. teſt. & ibidem ex-
plicat Bart. & rectè*: Sed moueor

Primo, quia, quæ de tali dicuntur, ſunt etiã
15 de eo dicenda, qui pro tali habetur † *l. pen. ff.
de ſtat. hom.* Sed de filio mortuo dicitur, eum
non impedire, quominus alij fratres totum
habeant trientem, aut ſemiſſem, *vt diximus
in hoc cap. q. 6. num.* 5. Idem igitur eſt dicendũ
de filio, exhęredato, qui pro mortuo habetur
16 † *l. 1. §. ſi pater ff. de coniung. cum eman. liber. Et
in his terminis tradunt Bald. in d. Auth. nouiſſi-
ma, num. 6. & ibi Ang. num. 3. Fabia. num. 209.
213. & 221. Sichar. num. 27. Ang. in d. §. ſi duo-
bus, num. 3. & ibi Alex. num. 4. Iaſ. nu. 22. Ang.
in d. l. Papinianus. 8. §. vnde, ſi quis, num. 3. verſ.
vltimo ff. de inoff. Ant. de Roſel. in d. tract. de ſucc.
ab inteſt. num. 241. Crott. in d. l. re coniunctis, nu.
127. Pols. in d. l. filium, quem. 24. num. 166. C.
fam. erciſ. Rub. in d. l. pater filium 14. num. 151.
ff. de inoff. Boer. d. deciſ. 104. num. 5. Curt. Iun.
conſ. 268. nu. 26. Craſſ. in d. §. legitima q. 7. nu. 7.
Andr. Gail. lib. 2. obſ. 122. num. 18. Men. d. conſ.
207. num. 52. Perig. d. artic. 38. num. 11. Did.
Spin. d. gl. 9. nu. 24. Canal. in d. tract. comm. con-
tra comm. q. 370. num. 2. Cuiac. in d. expoſit. No
uell. 18. Gratia. d. cap. 178. diſp. for. num. 2. Hoto.
in d. diſput. de quarta legitimar. cap. 9. num. 51.*

Nec eſt, quod reſpondeas haberi pro mor-
17 tuo, cum tractatur † de ijs rebus, ad quas alij
vocantur inſolidum iure ſuo, *vt in ſpecie d. l.
1. §. ſi pater ff. de con. cum eman. lib.* ſecus verò,
cum tractatur de legitima, ad quam omnes
vocantur æqualiter, & viriliter, *vt declarant
Bart. in d. l. pater filium, num. 7. quem ibi ſimpli-
citer refert Rub. num.* 128. quia verius eſt, imo
18 in legitima † tractari de re, ad quam alij vo-
cantur inſolidũ iure ſuo, *vti poſtea latiùs oſtẽ-
demus*, ideoque in ea, iuſtè exhæredatum ha-
beri pro mortuo *ſecundum ea, quæ diximus. Et
ita in ſpecie reſpondet Men. d. conſ. 207. num. 52.
verſ. Nec obſtat.*

Secundo moueor, quia liberi, qui nõ admit-
tuntur ad partem, nec ſperantur admitti, non
19 faciunt partem † *l. ſi poſt mortem. 10. §. liberi ff.
de bon. poſſ. contra tab.* Sed iuſtè exhęredati, nec
admittuntur ad partem legitimæ, nec admit-
ti ſperantur. Non debent igitur alijs facere
partem in legitima. *Ita Alex. in d. §. ſi duobus,
num. 5. Fabia in d. Auth. nouiſſima, num. 214.
Rub. in d. l. pater filium, num. 137. Boer. d. deciſ.
104. num. 8. Pereg. d. artic. 38. num. 11. Canall.
d. q. 370. num. 4. Men. d. conſ. 207. num. 53.*

Tertio moueor varijs iuris locis, in quibus
exhæredatus non impedit, quominus alij cõ-
ſequantur id, quod eſſent habituri, ſi is non
20 eſſet in rerum natura, † vt ecce in *§. ſed noſtra,
Inſt. de ſucceſſ. libert.* filius liberti a patre exhę-
redatus non impedit, quominus patronus ha-
beat bonorum poſſeſſionem contra tabulas,
vel, vnde legitimi, quam haberet, ſi libertus
nullos reliquiſſet filios. Et ſimili modo *in l. pater
filium 14. ff. de inoff. teſt.* nepos a filio exhære-
datus non impedit, quominus auo præterito
detur querela inofficioſi teſtamenti, quæ da-
retur, ſi filius nullo ſuperſtite nepote deceſ-
ſiſſet: Et *in l. ſi poſt mortem. 10. §. exhæredati ff.
de bon. poſſ. contra tab.* filius exhæredatus non
impedit, quominus alter filius præteritus in-
ſolidum habeat bonorum poſſeſſionem con-
tra tabulas, quam haberet, ſi ſolus ſupereſſet.
Denique *in §. ſoluto, verſ. ſi quis enim. & §. ingra-
titudinẽ Auth. de nupt. coll.* 4. exhæredatus non
impedit, quominus dos, aut donatio propter
nuptias, aut nuptiale lucrum inter eos inſo-
lidum diuidatur, inter quos diuideretur, ſi is
vita functus eſſet. Itaque ex his apparet, ea, quę
locum haberent non exiſtente filio, habere
locum eo exiſtente, ſed exhæredato, quia pa-
ria ſunt, filium non eſſe, vel eſſe exhæredatũ
21 † *d. §. ſed noſtra, Inſt. de ſucc. lib. Et ſcribũt Crott.
in d. l. re coniunctis. num. 127. verſ. 3. Men. d. conſ.
207. num. 54. Did. Spin. d. gl. 9. num.* 24. Sed nõ
exiſtente filio coeteri totum trientem, aut ſe-
miſſem eſſent habituri. Debent igitur & totũ
habere eo exiſtente exhæredato.

Quarto moueor, quia legitima eſt triens,
vel ſemis eius, quod quis eſſet ab inteſtato
habiturus, *vt diximus in hoc cap. q. 6. num.* 15.
Sed filij non exhæredati totam eſſent ab in-
22 teſtato ſubſtãtiam habituri, † *vt ſcribunt Ang.
in d. l. Papinianus. 8. §. vnde, ſi quis, num. 3. verſ.
vltimo, Iaſ. in d. §. ſi duobus. num. 24. Fabia. in d.
Auth. nouiſſima, num. 213. Crott. in d. l. re con-
iunctis, nu. 127. verſ. ſixto, Men. d. conſ. 207. nu.
58. Cuiac. in expoſit d Nouell. 18. Did. Spin. d. gl.
9. num. 23. Andr. Fach. d. lib. 4. contr. cap.* 31. non
23 quidem verè, ſed fictè, † ſcilicet, quia, qui nõ
poteſt venire contra teſtamentum, fingitur
non poſſe ſuccedere ab inteſtato *l. qui repu-
diantis 17. in prin. ff. de inoff.* Erit igitur non ex
hęredatorũ legitima triens, aut ſemis totius
ſubſtantiæ.

Neque huic ſententię aduerſantur cõtraria:
nam ad primum reſpondeo primo, filios
particulariter inſtitutos non vindicare totũ
trientem, aut ſemiſſem iure accreſcendi, ſed
iure

24 iure ſuo: † nam, cum ius accreſcēdi ſupponat
partem fuiſſe alicui delatam, vel a lege, vel a
teſtatore, ſaltem de facto, *ut dicemus in 7. cap.*
q. 20. *num.* 1. & exhæredato nulla portio legi-
timæ delata ſit, cōſequens eſt, vt non poſſint
dici fratres inſtituti partem eius vindicare
per ius accreſcendi, quia portio, quę nulla eſt
non poteſt dici accreſcere *arg. l. ex facto.* 19. *ff.*
de hæred inſt. ſed dicuntur vindicare totum
trientē, aut ſemiſſem iure ſuo, quia, quemad-
modum eum vindicarent proprio iure, &
iure legitimæ ſibi debitæ, ſi frater exhæreda-
tus non eſſet in rerum natura, *ut diximus in*
hoc cap. q. 6. *num.* 14. ita etiam proprio iure de-
bent eum vindicare, quando frater eſt exhæ-
redatus, cum pro mortuo habeatur, *ut dictum*
eſt ſupra num. 16. Exhęredatio igitur non ope-
ratur, vt quicquam alijs accreſcat, ſed ſolum
remouet obſtaculum: Nam a legitima repel-
lit fratrem, qui ſolus inſtitutis obſtare pote-
rat, ne totum trientem, aut ſemiſſem conſe-
25 querentur; † *Ita eleganter explicant Alex. in d. l.*
planè. 34. *§. ſi duobus, num.* 5. *&* 6. *& ibi Iaſ. num.*
24. *uerſ. pro iſta, Crott. in d. l. re coniunctis, num.*
128. *uerſic. hac tamen, & num.* 132. *Polit. in d. l.*
filium, quem, num. 167 *Fabia in d. Auth. nouiſſi-*
ma, nu. 209. *&* 220. *Rub. in d. l. pater filium, nu.*
136 *in fin. Men. d. conſ.* 207. *num.* 71. *Pereg. d.*
articul. 38. *num.* 11. *uerſ. ſed prior, Did. Spin d.*
gl. 9 *num.* 23. *Andr. Fach. d. lib.* 4. *contr. cap.* 31.

Nec obſtat, quod legitima, quam quis
proprio iure vindicat, non eſt, niſi triens, aut
ſemis eius, quod eſſet ab inteſtato habiturus,
26 quia reſpondeo primo, hoc procedere, † ſi res
eodem modo ſe habeat in cauſa teſtati, quo
in cauſa inteſtati, ſecus, ſi diuerſo, vt in caſu
noſtro. *Ita reſpondet Gabr. d. conſ.* 94. *nu.* 3. *uol.* 1.
Secundo reſpondeo, & hic eſſe trientem, aut
ſemiſſem eius, quod fratres inſtituti fuiſſent
27 ab inteſtato habituri, † non quidem verè, ſed
fictè: nam exhæredatus, vt non ſuccedit cō-
tra teſtamentum, ita nec ab inteſtato fuiſſe
ſucceſſurus iudicatur, *ſecundum ea, quæ dixi-*
mus ſupra num. 22. *&* 23.

Denique non obſtat, ſi dicatur, imò etiam
in propoſita ſpecie ius accreſcendi confide-
28 rari poſſe, † quia etiam exhæredato defertur
legitimæ portio a lege, licet poſtea a teſtato-
re auferatur, *ut conſiderat Caſtr. d. conſ.* 286. *nu.*
1. *uol.* 2. quia reſpōdeo, hoc perſpicuè falſum
29 eſſe: † Nam, cum legitima non debeatur, nec
30 deferatur, niſi poſt mortem patris † *l.* 1. *§. ſi*
impubere ff. de coll. bon. & eo tempore iam ſit
ex paterna diſpoſitionē excluſus filius, Con-
ſequens eſt, vt nunquam ei cenſeri poſſit de-
lata legitima.

Nec obſtat, quod exhæredatio non ſumat
31 vires, niſi poſt aditam hæreditatem † *l. filium*
20. *in prin. uerſ. ſed, cum exhæredatio ff. de bon.*
poſſ. contr. tab. l. ſi quis Sempronium 68. *in fi. ff. de*
hæred. inſt. & ideò non videatur impedire,
quominus interim filius ſit ſuus, & ei, quaſi
32 ſuo deferatur portio legitimæ, † *ut in propoſi-*
ta ſpecie conſiderant Ant. de Roſ. in d. tract. de
ſucc. ab int. num. 242. *& Rub. in d. l. pater filium,*
num. 139. *ubi ſuper hoc multa uerba effundit,*
quia reſpondeo, imò verius eſſe, exhæreda-
tionem ſtatim mortuo teſtatore, & ante adi-
tam hæreditatem ſuum effectum operari,
33 † id eſt, ipſo iure filium ab hæreditate exclu-
dere, nec ſuſpendi ex eo, quod, ſi poſtea non
adeatur hæreditas, nullius ſit momenti exhæ-
redatio, quia defectus aditionis non opera-
tur effectum ſuſpenſiuum, ſed extinctiuum:
Nam interim, licet nondum adita ſit hæredi-
tas, valet teſtamentum, & ſimul cum eo valet
exhæredatio, & operatur ſuos effectus: Impe-
dit enim, ne filius ſit hęres ipſo iure, ſed, ſi po-
ſtea non adeatur hæreditas, infirmatur teſta-
mentum, & ſimul cum eo corruit exhęreda-
34 tio † *d. l. filium.* 20. *in prin. uerſ. ſed, cum exhęre-*
datio, exemplo aliarum diſpoſitionum, quę in
35 teſtamento factæ ſunt † *l. eam, quam.* 14. *C. de*
fideic. l. ſi nemo. 9. *ff. de teſtam. tut. l.* 2. *§. adeo ff. de*
uulg. Non ſuſpendit igitur defectus aditionis,
ſed extinguit vim, & effectum exhæredatio-
nis, id, quod, vel ex eo intelligimus, quia, ſi
ſuſpenderet, nullius eſſet momenti exhære-
datio: Nam interim filius eſſet ſuus, & con-
ſequenter impediret, ne hæreditas poſſet in-
ſtituto deferri, vt euenit in ijs caſibus, in qui-
bus exhæredationis ſuſpenditur effectus, pu-
ta, cum exhæredatio fit ſub conditione, ſi in-
ſtitutus adierit hęreditatem: nam, quia natu-
ra conditionis eſt, vt ſuſpendat diſpoſitionē,
ideò fit, vt ante, quam hæres adeat hæredita-
tem, non poſſit exhæredatio, tamquam con-
ditione ſuſpenſa ſuum effectum operari, &
ſic non poſſit impedire, quominus ſuus ſit
hæres ipſo iure. Quo fit, vt hæreditas, tam-
quam filio quæſita non poſſit alteri deferri,
eaq; ratione nullum reddatur teſtamentum
36 † *l.* 3. *§. filius ff. de lib. & poſth. d. l. ſi quis Sempro-*
nium. 68. *in fi. ff. de hæred. inſt.* Atqui non ex-
preſſa conditione valet teſtamentum, & ex
eo defertur hæreditas inſtituto. Non ſuſpen-
dit igitur mora hæredis in adeunda hæredita-
te vim, & effectum exhæredationis. Hinc
intelligimus rationem, cur valeat exhæreda-
tio, ſi teſtator non exprimat hanc conditio-
nem, ſi hæres ſcriptus adierit hæreditatem, li-
cet tacitè videatur ineſſe, nulla verò ſit, ſi ta-
37 lem exprimat conditionem † *d. l. ſi quis Sem-*
pronium 68. *in fi. ff. de hæred. inſt.* Hoc enim
38 ideò fit, † quia non exprimitur conditio eo-
dem modo, quo tacitè ineſt: nam exhæreda-
tioni purè factæ ineſt tacita conditio, niſi hę-
res non adierit hæreditatem, & teſtator expri-
mit conditionem, ſi hæres adierit hæreditatē,
quæ conditiones multum inter ſe diſtant,
quemadmodum, & illæ, ſi hæres voluerit, &,
niſi hæres noluerit: Nam conditiones illæ, ſi
adierit, ſi voluerit, & ſimiles operantur effe-
ctum ſuſpenſiuum, hæ verò, niſi non adierit,
niſi noluerit, & id genus aliæ operantur effe-
ctum reſolutiuum, ſiue extinctiuum. Itaque
non impediunt, quominus diſpoſitio, tam-
quam purè facta valeat interim, & ſuos pro-
ducat effectus, licet adueniente conditione
39 reſoluatur, aut extinguatur † *l. fideicommiſſa.*
11. *§. ſic fideicommiſſum ff. de leg.* 3. *l.* 2. *§. ſi in diē*
ff. pro empt. l. 2. *& ibi gl. in verb. conditionalis ff. de*
in diem addict. Ex his ergo intelligimus, veriſ-
ſimum eſſe, quod ſupra diximus, fratres inſti-
tutos habere totum trientem, aut ſemiſſem
iure ſuo, non verò iure accreſcendi, quia, cū
exhæredato nulla ſit delata portio legitimę,
non poteſt eius reſpectu conſiderari ius ac-
creſcendi.

Secundo verò dato etiam, quod ius accre-

ſcendi conſiderari poſſet, adhuc tamen ve-
tius eſſet, totum trientem, aut ſemiſſem debe-
re ad fratres inſtituros pertinere, quia, *vt latè
oſtendimus in hoc cap. q. 8. num. 8. & ſeqq.* verius
eſt, in legitima locum habere ius accreſcẽdi.
*Ita respondet Alex. in d. §. ſi duobus, num. 5. verſ.
item poſito.*

Nec obſtat, quod ius accreſcendi ceſſat,
quando contraria eſt volũtas teſtatoris, pro-
ut eſſe videtur in caſu noſtro, ſcilicet, quia te-
ſtator inſtituendo extraneum, cenſetur eius
contemplatione filium exhæredare, & con-
ſequenter velle, vt portio exhæredati ad eum
potiùs, quam ad filios particulariter inſtitu-
tos pertineat, quia reſponſio patet ex ijs, quæ
diximus *in q. praeced. num. 10.* Nam verius eſt,
40 † exhæredationẽ, ſi ſpectamus id, quod prin-
cipaliter agitur, nullius contemplatione fie-
ri, licet per conſequentias proſit ijs, quibus
exhæredatus obſtare poterat, & ſic reſpectu
ſubſtantiæ, quæ legitimam excedit, proſit
hæredi vniuerſali, reſpectu verò legitimæ
proſit fratribus, *vt ibidem latiùs oſtendimus.*

Nec eſt, quod objicias, exhæredationem,
tamquam factam propter iniuriam teſtatoris
debere tantum ei prodeſſe, qui refert ipſum
41 teſtatorem, nempe hæredi, † *§. 1. Auth. de
iureiur. a mor. praeſt. coll. 5. vt opponit Bereng. in
d. l. in quartam. 90. num. 160. ff. ad l. Falc.* quia
42 reſpondeo, hoc procedere † reſpectu earum
rerum, quæ ſunt in libera teſtatoris diſpoſi-
tione, non verò reſpectu earum, de quibus te-
ſtator diſponere nequit, vt eſt legitima *l. quo-
niam in prioribus. 32. C. de inoff. teſta.*

Nec obſtat, quod teſtator, licet non poſſit
diſponere de parte legitimæ, quam quis vin-
dicat iure ſuo, poteſt tamen diſponere de ea,
quam vindicat per ius accreſcendi, quia reſ-
pondeo primo, fratres inſtitutos vindicare
totum trientem, aut ſemiſſem iure ſuo, non
verò iure accreſcendi, *vt diximus ſupra num.
24.* & ideo traditionem hanc retorqueri: Se-
cundo reſpondeo, imò veriùs eſſe, teſtatorem
43 non poſſe † in legitima ius accreſcendi pro-
hibere, *vt diximus in hoc cap. q. 8. num. 51.*

Ad ſecundum verò reſpondeo, non eſſe id
abſurdum, quia imò regulariter poena vnius
44 eſt præmium alterius, † *§. ſi quis autem non
implens Auth. de hered. & Falc coll. 1. Auth. hoc
amplius C. de fideico.* Quamobrem dicimus cul-
pam ingrati pręmium, & lucrũ gratis afferre
*§. soluto, verſ. ſi vero filios Auth. de nupt. coll. 4.
Et in his terminis conſiderat Andr. Fach. d. lib.
4. contron. cap. 31.*

Nec obſtat *l. ſi ſequens. 15. ff. ad Sylla.* quia
reſpondeo, quod ibi dicitur, poenam vnius
non debere eſſe pręmium alterius, procedere
45 † in ijs poenis, quæ a fiſco irrogantur ad ſui
commodum, vt in ſpecie S. C. Syllaniani:
Nam, ſi hęres inſtitutus ante vltam defuncti
necem adeat hæreditatem, quia fiſcus ei, tã-
quam indigno irrogat poenam priuationis
hæreditatis, & quidem ad ſui commodum,
ſcilicet, quia aufert ei bona, tamquam indi-
gno, ideo, licet ſubſtitutus necem vlciſcatur,
non tamen bona debebunt ad eum pertine-
re, quia poena illius non debet eſſe pręmium
huius, id eſt ſubſtituti, ſed fiſci. Coeterùm, ſi
tractetur de ijs poenis, quæ a teſtatoribus irro-
gantur, veriùs eſt, poenam vnius ſemper eſſe
præmium alterius, quia, quod vni aufertur,
alijs applicatur *d. §. ſi quis autem non impiens,
& d. §. soluto.*

Deniq; non obſtat, quod hoc poſito ſeque-
retur, filios non exhæredatos poſſe iure legi-
timæ plus conſequi, quam eſſent ab inteſtato
habituri, quia reſpondeo, non eſſe hoc abſur-
dum, quoties ex obſtaculi remotione profi-
ciſcitur, *vt oſtendemus in hoc cap. q. 16. num. 87.*

Ex quibus apparet, ſententiam exiſtiman-
tium, iuſtè exhæredatum non facere in legi-
tima partem alijs, eſſe veriſſimam, & receptiſ-
ſimam, ideoq; non eſſe ab ea conſulendo, &
iudicando recedendum, maximè, cum opi-
nio cõtraria ſummam videatur iniquitatem
continere, cum valde ſit iniquum, exhæreda-
ti partem applicari potiùs extraneo, quam
46 coeteris filijs teſtatoris, † *vt ſcribunt Imol. in
d. l. planè. 34. § ſi duobus, num. 3. verſ. tamen for-
te, & ibi Iaſ. num. 24. verſ. pro iſta ff. de leg. primo,
Crott. in d. l. re coniuncti, num. 127. verſ preterea,
Fabia. in d. Auth. nouiſſima, num. 209. & 220.
verſ 4 & ibi Subar. num. 27. C. de inoff. teſt. Men.
d. conſ. 207. num. 59.*

SVMMARIVM.

1 *Exhæredatus iuſtè facit numerum in legitima, Sed contra, num. 4. & cur, num. 5. & ſeqq.*
2 *Exhæredatus qualiter habeatur pro mortuo.*
3 *Culpa vnius non debet alij nocere, Declara, vt num. 10. & ſeqq.*
6 *Legitima cur aucta ſit ad ſemiſſem.*
9 *Exhæredatus non habetur pro coniuncto, ſed pro mortuo.*
11 *Damnum non conſideratur, vbi res ita ſe poteſt habere ad lucrum, vt ad damnum.*

An iuſtè exhæredatus faciat numerum in legitima.

Quæſtio Duodecima.

HInc ſuccedit illa quæſtio, an iuſtè ex-
hæredatus, licet partem non faciat,
in numero tamen computetur ad
augendam legitimam, vt puta, ſunt quinque
filij, ſed vnus fuit a patre iuſtè exhæredatus,
eritnè coeterorum legitima ſemis, quaſi legi
tima quinq. filiorũ, an verò triens, quaſi legi-
tima quatuor filiorum. Et pleriq. cenſuerunt
in numero computari, & conſequenter legi-
1 timam eſſe ſemiſſem, non trientem. † *Ita enim
cenſuerunt Bart. in d. l. pater filium. 14. num. 15.
ff. de inoff. teſt. quem ibi conatur defendere Rub.
num. 145. & ſeqq. licet poſtea ſubijciat, non eſſe re-
cedendum a communi. Eiuſdem opinionis fuerũt
Ang. in d. l. Papinianus. 8. §. vnde, ſi quis, num.
3. ff. eod Caſtr. in d. l. planè. 34. § ſi duobus, num.
5. verſ. mihi videtur, & ibi Imol. num. 3. verſ. 2.
ff. de leg. primo, Caſtr. d. conſ. 286. num. 2. volu. 1.
Ant. de Roſell. de ſucc. ab int. num. 242. in fi. Be-
reng. in d. l. in quartam. 90. num. 158. ff. ad l. Falc.
Et ab hac non eſſe tutum recedere ſcribit Fabia. in
d. Auth. nouiſſima, num. 212. C. de inoff. teſt. Imò
hanc eſſe magis communem, & ab ea non eſſe con-
ſulendo, & iudicando recedendum teſtatur Ca-
uall. in d. tract. comm. contra commu. q. 370. num.
1. & 4.* Moti ſunt autem

Primo,

Primo, quia legitima quinq; filiorum ſuperſtitum, quorum nemo habetur omnino pro mortuo, eſt ſemis §. 1. *Auth. de trien. & ſem. coll. 3. d. Auth. nouiſſima C. de inoff. teſta.* Sed in propoſita ſpecie ſunt quinq; filij ſuperſtites, & nemo eorũ habetur omnino pro mortuo: Nam exhæredatus, de quo ſolo dubitari poſ-
2 ſet, non habetur omnino pro mortuo, † cum dicatur eius portio fratribus accreſcere, *vt ait Bart. in d. l. pater filium, nu.* 1[illegible] Habetur enim pro mortuo, quoad ſe, quia ſuccedere nõ poteſt, ſed non, quoad alios, quibus eius portio accreſcit, *vt declarant Imol. in d. l. planè. 34. §. ſi duobus, nu. 2. & 3. verſ. 2. & Rub. in d. l. pater filium, num.* 145. Debet igitur eorum legitima cenſeri ſemis.

Secundo moti ſunt, quia, ſi propter vnius exhæredationem aliorum legitima reduceretur ad trientem, ſequeretur vnius culpam
3 alteri nocere. At hoc eſt abſurdum † *l. paterf. 44. ff. de hared. inſt.* Ergo & antecedens. *Ita Caſtr. in d. §. ſi duobus, num. 5. verſ. mihi videtur, & Bereng. in d. l. in quartam, num.* 158.

His tamen non obſtantibus contrarium verius eſt, & receptius, iuſtè ſcilicet exhæredatum non computari in numero liberorum ad augendam legitimam de triente ad ſemiſ-
4 ſem. † *Ita enim cenſuerunt Bald. in d. l. planè. 34. § ſi duobus, verſ. 2. quærit, & ibi Ang. nu. 3. Alex. num. 6. Iaſ. num. 29. verſ. breuiter, vbi ait, magis cõmunem eſſe contra Bart. Idem ſcripſerũt Bald. in d. Auth. nouiſſima, num. 8. & ibi Sichar. num. 27. Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 247. & ibi Crott. num. 132. vbi ait, hanc opinionem eſſe tenendam, Polit. in d. l. filium, quem. 24. num. 166. C. fam. erciſ. Rub. in d. l. pater filium, nu. 151. Curt. Iun. conſ. 208. num. 26. Boer. d. deciſ. 104 nu. 8. Vigl. in §. vlt. num. 5. Inſt. de inoff. Andr. Gail. lib. 2. obſ. 122. num. 18. Pereg. d. artic. 38. num. 4. & 11. Cuiac. in expoſit. d. Nouell. 18. Hoto. in d. diſputa. de quarta legitim. cap. 9. num. 51. Andr. Fach. d. lib. 4. contro. cap. 31.* Probatur autem hæc ſententia.

Primo, quia, cum exhæredatus habeatur pro mortuo, *vt diximus in q. præced. num. 16.* ſequitur, idem eſſe de eo iudicandum, quod
5 de eo, qui non eſt in rerum natura: † Paria enim ſunt non eſſe, vel non poſſe ſuccedere, *vt diximus in hoc ipſo cap. q. 6. num. 7.* Sed, qui non eſt in rerum natura, non computatur in numero liberorum ad augẽdam legitimam, cum in ea ſpectetur tempus mortis, *vt diximus ibi num. 5.* Neq; igitur computari debet exhæredatus. *Ita Bald. in d. §. ſi duobus, verſ. 2. quærit, & in l. vn. nu. 20. verſ. quid ergo C. quãd. non pet. part. Polit. in d. l. filium, quem, num. 166. Boer. d. deciſ 104 num. 8. Andr. Gail. d. lib. 2. obſ. 122. num. 18. Pereg. d. artic. 38. num. 11.*

Secundo probatur argumento ducto a ceſſante ratione incrementi: nam ratio, cur legitima augeatur de triente ad ſemiſſem, eſt, quia propter concurſum plurium filiorum redderentur pauperiores, qui viuo patre fue-
6 runt idonei † §. 1. *Auth. de trien. & ſem. coll. 3.* Sed hæc ratio ceſſat, quando quintus eſt iuſtè exhæredatus, quia non magis concurrit, quam ſi eſſet defunctus. Debet igitur ceſſare
7 & ipſius legitimę incrementum, † *Ita Iaſ. in d. § ſi duobus. num. 19. verſ. breuiter, & in d. l. re coniuncti, nu. 247. Polit. in d. l. filium, quem, nu. 166. Andr. Fach. d. lib. controu. cap. 31.*

Nec eſt, quod reſpondeas, cauſam incrementi ceſſare quidem reſpectu ipſius exhęredati, ſed non reſpectu eorum, quorum con-
8 templatione facta fuit exhęredatio, † *vt reſpõdet Rub. in d. l. pater filium, num. 146.* quia imo verius eſt, exhæredationem nullius contemplatione fieri, licet per conſequentias proſit eis, quibus exhæredatus obſtitiſſet, *vt oſtendimus in hoc cap. q. 10. num. 10. & q. 11. num. 40. & 41.*

Neq; obſtant contraria: nam ad primum reſpondeo, negando minorem, quia verius eſt, vnum ex quinq; filijs, nempe exhæredatũ omnimodo haberi pro mortuo, *vt diximus in q. præced. num. 16.*

Nec obſtat, quod non videatur omnino haberi pro mortuo, cũ tractetur de eius portione cœteris applicanda per ius accreſcendi, quia contrarium verius eſt, & receptius: nam cœteri non habent integram legitimã per hoc ius, ſed per quandam remotionem obſtaculi, *vt oſtendimus in q. præced. num. 24. & 25. Et in ſpecie reſpõdet Alex. in d. §. ſi duobus, num. 6.* Quamobrem dicimus, exheredatum non haberi pro coniuncto, ſed pro mortuo,
9 † *vti videre eſt apud Bald. in d. l. vnic. num. 20. verſ. quid ergo C. quand. non pet. part. & Fabia. in d. Auth. nouiſſima, num. 210.*

Ad ſecundum verò reſpondeo diſtinguen-
10 do: Aut enim † culpa vnius affert damnum alteri principaliter, Et tunc procedit contrarium, vt ſcilicet id ſit abſurdum, Aut verò affert damnum per conſequentias, Et tunc verius eſt, nõ eſſe id abſurdum, Nam, & ſi quintus ob delictum deportetur, diminuitur haud dubiè propter eius culpam legitima cœterorum, quia non erit amplius ſemis, ſed triens, *vt diximus in hoc cap. q. 6. num. 18.* & ſic culpa vnius eſt alijs damnoſa, Et tamen id non cẽſetur abſurdum, quia tale damnum non venit principaliter, ſed per conſequentias. Et ſanè damnum hoc, quod per conſequentiam infertur, prouenit ex culpa, quæ ſui potentia poterat eſſe non tam damnoſa, quam lucroſa: Nam, ſi fuiſſent ſex, aut quatuor filij, & vnus fuiſſet deportatus, aut exhæredatus, culpa illius fuiſſet alijs lucroſa, quia remouiſſet illis obſtaculum, & operata fuiſſet, vt alij totum conſequerentur triẽtem, aut ſemiſſem, quem deportatione, vel exhæredatione ceſſante nõ fuiſſent habituri, *vt diximus in q. præced. nu. 25.* Quamuis igitur eadem culpa caſu damnum afferat, quia, non quatuor, aut ſex ſint filij, ſed quinq;, & vnus deportetur, aut exhæredetur, quo caſu operatur, vt aliorum legitima non ſit amplius ſemis, ſed triens, non tamen id cenſeri debet abſurdum, quia, quando res ita ſe habet ad lucrum, vt ad damnum inſpecta ſui potentia, damnum, quod poſtea percipitur, ob dubium euentum, non cenſetur iniu-
11 ſtum, quia poterat eſſe lucrum † *l. nec emptio. 8. ff. de contrah. empt. & tradũt omnes in l. ſi quis, cum alter. 36. ff. de verb. oblig.* Et hæc de tertio caſu.

SVMMARIVM.

1 *Exhæredatus iniuſtè, qui admittitur ad partem, aut admitti ſperatur, facit partem.*

2 *Exhæredatus iniuſtè, qui nec admittitur, nec admitti ſperatur, quando faciat partem, & num. ſeqq.*

3 *Exhæredati, qui fuit a querela excluſus, portio legitima non accreſcit fratribus, ſi in tota ſua legitima fuerint instituti ſed pertinet ad hæredes vniuerſales, & cur, num. 4.*

5 *Exhæredati, qui fuit a querela excluſus, portio legitima accreſcit fratribus, ſi fuerint instituti in portione minore ſua legitima, & cur, num. 6.*

7 *Exhæredati, qui a querela excluditur, portio legitima accreſcit alijs iniuſtè pariter exhæredatis.*

8 *Exhæredati, qui a querela excluditur, portio legitima accreſcit alijs fratribus exhęredatis, qui queruntur, non etiam inſtitutis & cur, num. 9.*

10 *Instituti, qui excluditur, portio legitima accreſcit alijs fratribus inſtitutis, non etiam exhæredatis.*

11 *Exhæredatus, qui queritur, aut queri poteſt, facit numerum in legitima.*

12 *Exhæredatus iniuſtè, qui non queritur, non facit numerum, ſi alij fuerint in tota legitima instituti, Sed contra num. 13. & 14. & cur, num. 15.*

An iniuſtè exhęredatus faciat partem, aut numerum in legitima.

Quæſtio Decimatertia.

QVartus caſus eſt, quando is, qui non
admittitur ad partem, tempore mortis eius de cuius bonis agitur, erat capax, & ex teſtamento, & ab inteſtato, ſed fuit
a teſtatore iniuſtè exhæredatus, quo caſu vocatur ad querelam inofficioſi teſtamenti, Et
tunc, ſi quæramus, an faciat alijs partem in
legitima, conſtat multum referre, vtrum admitti ſperetur, necne: Nam, ſi ſperetur certū
1 eſt, interim facere partem, † *vt ſcribunt Bart. in l. Papinianus. 8 § quoniam ff. de inoff. Alex. in d. l. planè. 34. §. ſi duobus num. 5 ff. de leg primo, Rub. in d. l. pater filium. 14. num 142. ff. de inoff. Fabia. in d. Auth. nouiſſima, num. 221. in fi. C. eod. Alcia. in d. l. re coniuncti, num 62 verſ. ſed, quid, ſi filius, Pereg. de fideicom. d articul. 38. numer. 11. Cuiac. in expoſ. d. Nouell. 18.*
Coeterùm, ſi non admittatur, nec ſperetur
admitti, puta, quia ſit excluſus tempore, vel
2 repudiatione, refert, † vtrum alij fratres ſint
omnes instituti, an verò omnes exhæredati,
an demum quidam instituti, & quidam exhæredati: Nam primo caſu, quando ſcilicet
omnes instituti ſunt, ſi quidem ſint instituti
in tota ſua legitima, verius eſt, exhæredatum
illis facere partem, & licet deficiat, eius tamē
portionem, non ad fratres inſtitutos, ſed ad
3 hæredem vniuerſalem pertinere † *l. ſiue libertus. 21. §. ex duobus ff. de iur. patr. & ſcribunt Alex. in d. §. ſi duobus num. 5. & 6. Crott. in d. l. re coniuncti num. 129. & ibi Alcia. num. 62. verſ. qui tamen, & in fi. Did. Spin. in ſuo ſpecu. teſta. d. gl. 9. num. 26. Pereg. de fideicomm artic. 38. nu. 6.*
4 Nam, † cum huiuſmodi fratres ſuccedant
diuerſo iure, ſcilicet, quia vnus ſuccedit contra voluntatem defuncti propoſita querela,
alter verò ſecundum voluntatem, tamquam
institutus, Conſequens eſt, vt inter eos non
poſſit eſſe locus iuri accreſcendi, *ſecundum ea, quæ diximus in 5. cap q. 43. num. 58.* Si verò
coeteri fuerint instituti in portione minore
ſua legitima, quo caſu debent agere ad ſupplementum, verius eſt, exhæredati partem il-
5 lis accreſcere, † *d. l. ſiue libertus. 21. §. ex duobus ff. de iur. patr. & ſcribunt Alex. in d. §. ſi duobus. num. 5. & 6. Crott. in d. l. re coniuncti, num. 129. & ibi Alcia. num. 62. verſ. qua ſententia, Pereg. d. articul. 38 num. 6. Did. Spin. d gl. 9. num. 27.*
6 quia, † cum ius agendi ad ſupplementum ſit
ſubrogatum loco querelę, & eodem cum illa
cenſeatur iure, adeo, vt, qui petit ſupplementum, perinde habeatur, ac, ſi contra teſtatoris
voluntatem ſuccederet, *vt diximus in eodem 5. cap. q. 43. nu* 60. fit, vt fratres, quorum vnus
fuit iniuſtè exhęredatus, alter verò institutus
in portione minore ſua legitima, cenſeantur
eodem iure ſuccedere, & per conſequentias,
vt inter eos, tamquam inter eodem iure ſuccedentes locum habeat ius accreſcendi.

Secundo verò caſu, quando ſcilicet alij
fratres fuerunt, & ipſi iniuſtè exhęredati, magis eſt, vt exhęredati deficientis portio coete-
7 ris accreſcat, † quia tractatur de querela, in
qua ius accreſcendi habere locum, certi iuris
eſt, *vt dicemus in hoc cap. q. 10.*

Tertio denique caſu, quando ſcilicet ex alijs
fratribus, qui non excluduntur, quidam fuerunt instituti, quidam verò iniuſtè exhæredati, verius eſt, excluſi partem ſolis exhęredatis,
8 non etiam institutis accreſcere, † *vt rectè ſcribit Craſſ. in §. ius accreſcendi q. 20 num. 2. licet Cuiac. in l. filio 16. in princ. ff. de inoff. contrarium*
9 *cenſuerit:* quia, † cum exhæredati eodem cum
excluſo ſuccedant iure, instituti verò ſuccedant iure diuerſo, Conſequens eſt, vt illis, nō
etiam his debeat competere ius accreſcendi,
ſecundum ea, quę diximus in eodem 5. cap. q. 43. nu. 58. Nam, & ſimili ratione, ſi deficiat vnus
ex institutis, eius portio non exhæredatis, ſed
10 ſolis institutis accreſcet, † *ſecundum Aug. in l. qui repudiantis. 17 ff. de inoff. & Rub. in d. l. pater filium. 14. num. 111. ff. eod.*

Quod, ſi quæramus, an talis iniuſtè exhęredatus in numero computetur ad augendā
legitimam, dubium non eſt, quin computetur, ſi ad querelam admittatur, vel ſpere-
11 tur admitti, † *vt ſcribit Rub. in d. l. pater filium, num.* 142. Coeterùm, ſi ſit omnino excluſus,
plerique cenſent, ita demum computari, ſi
coeteri fuerint instituti in portione minore
legitima, quia, cum institutis in tota legitima
6 non accreſcat portio exhæredati, *vt diximus ſupra num. 3.* non videtur ex eius perſona coe-
12 terorum pars augeri poſſe. † *Ita diſtinguit Roma. in d. l. vn. C. quand. non pet. part.*

Verum hęc opinio non immerito fuit *ab Alex. in d. §. ſi duobus, num. 6. Rub in d. l. pater*
13 *filium, num. 147. & alijs* improbata, † quia non
tractatur hic de parte exhæredati applicanda
institutis per ius accreſcendi, ſed de definienda portione quæ debetur alijs iure proprio, &
ea propria perſona: Nam, licet institutis non
accreſcat exhæredati portio, debet tamen
ſciri, vtrū pars, quæ debetur illis iure proprio,
ſit æſtimanda, vt ſemis, an vero, vt triens, Et
eſt verius, debere eſtimari, vt ſemiſſem, ſi cōputato iniuſtè exhæredato quinque ſint filij.

quia talis exheredatus in numero liberorum computari debet ad augendam legitimam, ſiue cœteri ſint,& ipſi iniuſtè exhæredati, ſiue inſtituti,aut in tota ſua legitima,aut in eius
14 parte, † *vt rectè ſcripſerunt Alex. in d. §. ſi duobus, n. 6. verſ. vnde dic, & Rub. in d. l. pater filium,*
15 *num.* 147. Nam, † cum tempore mortis eius, de cuius bonis agitur,fuerit & ipſe capax, & ad legitimam vocatus, cum exhæredatio patris, tamquam iniuſta non potuerit eius delationem impedire, debet per conſequentias, & ipſe in numero liberorum computari: Nec enim habetur pro mortuo,vt habetur iuſtè exhæredatus, *ſicut in his terminis conſiderat Alex. in d. §. ſi duobus, num. 6. verſ. vnde dic.* Quo fit,vt, quoniam eo computato ſunt quinq; filij,debeat eorum legitima cenſeri ſemis. Et,quamuis poſtea deficiat iniuſtè exhæredatus, puta, quia renuntiet querelæ, aut ab ea tempore excludatur, non tamen ob id aliorum legitima minui debet,quia defectus poſt mortem parentis, legitimęq; delationem contingens non poteſt ius alijs quæſitum auferre, *vt diximus in hoc cap. q. 9. num.* 4.

SVMMARIVM.

1 *Renuntiatio hęreditatis facta in vita patris, aut matris ſine iuramento, non excludit renuntiātem ab hæreditate, ſicut, ſi cum iuramento, num.* 4.

2 *Renuntiatio hęreditatis facta in vita patris, aut matris ſine iuramento non excludit renuntiātem a legitima, ſicut, ſi cum iuramento nu.* 5.

3 *Filius, ſeu filia, quæ ſine iuramento renuntiauit bonis patris,aut matris viuentis, computatur in numero liberorum, ad augendam, vel minuendam legitimam.*

6 *Legitima non debitur ijs, qui ab inteſtato non ſunt ſucceſſuri.*

7 *Filius,aut filia, quæ cum iuramento renūtiauit bonis patris, aut matris viuentis, nec facit partem,nec numerum in legitima, & nu. 8. Declara, vt num.* 12.

9 *Portio filiæ,quæ renuntiauit, quo iure pertineat ad non renuntiantes, & num.* 10.

11 *Renuntiatione excluſus habetur pro mortuo.*

13 *Filia,quæ dote mediante renuntiauit bonis patris, aut matris viuentis cum iuramento, computatur in numero liberorum ad augendam, & minuendam legitimam. Itaq; facit partem, nu.* 14. 15. *&* 16. *& numerum, vt num.* 18. *&* 19. *Licet aliqui contra ſenſerint num.* 17. *&* 20. *& cur, num.* 21.

23 *Filia renuntians bonis paternis,aut maternis mediante dote facit partem, & numerum, etiamſi dos ſit minor legitima*

24 *Portio filiæ, quæ mediante dote renuntiauit, accreſcit maſculis, ſi eorum contemplatione facta ſit renuntiatio.*

25 *Portio filiæ, quæ mediante dote ſimpliciter renuntiauit patri acceptanti pro ſe, & ſuis hæredibus, accreſcit fratribus non renuntiantibus, Sed verius eſt, accreſcere hæredibus num.* 26. *& cur, num.* 27. *&* 28.

An, & quando filia renuntiatione excluſa faciat partem,aut numerum in legitima.

Quæſtio Decimaquarta.

QVintus caſus eſt, quando is, qui non admittitur ad partem,tempore mortis eius,de cuius bonis agitur,erat capax ex teſtamento, ſed non ab inteſtato propter renuntiationem viuo parente factam, non quidem ſimpliciter, quia alioquin non valeret, nec eum excluderet ab inteſtati ſuc-
1 ceſſione † *l. vlt. ff. de ſuis & leg. l. pactum dotale. 3. C. de collat.* & per conſequentias,nec a le-
2 gitima † *l. ſi quando. 35. §. illud C. de inoff. teſta.* quæ pars inteſtatæ ſucceſſionis eſt, *vt diximus in hoc cap. q. 6. num.* 15. Quamobrem non obſtante tali renuntiatione computaretur filius in numero liberorum,& ad augendam,& ad
3 minuendam legitimam, † *vt ſcribit Pereg. de fideic. artic.* 38. *num.* 12. ſed factam cum iuramento, quo caſu excludit renuntiantem ab
4 inteſtati ſucceſſione † *cap. quāuis, De pact. in* 6.
5 & per conſequentias etiam a legitima, † *vt ſcribunt Bald. in d. l. ſi quando. 35. §. illud, num. 2. C. de inoff. teſta. & in l. quamuis. 15. num. 8. C. de fideicom Caſtr. in l. in ratione. 30. in prin. nu. 5. & ibi Alex. num. 7. ff. ad l. Falc. Alex. conſ. 181. num. 3. vol. 5. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & vxor. nom. Adelaſ. num. 50. verſ. ad pręmiſſa, Ruin. conſ. 97. num. 4. vol. 1. & conſ. 27. nu. 8. vol. 3. Rip. lib. 1. reſponſ. cap. 6. num. 13. vbi teſtatur, hanc eſſe cōmunem, Tiraq. de iure primog. q. 55. num. 14. Couar. in d. cap. quamuis, part. 3. §. 3. num. 3. in fin. de pact. in 6. Decia. conſ. 6. num. 45. vol. 1. Sol. in tit. de alien. bon. min. glo. 2. nu. 12. verſ primo, Men. conſ. 6. num. 9. conſ. 71. num 5. & ſeqq. conſil. 831. num. 5. conſil. 918. num. 17. Gratia. cap. 247. diſcep. for. num. 37. volum. 2.* quippe, quæ tamquam pars inteſtatę ſucceſſionis non debetur ijs, qui ab inteſtato ſucce-
6 dere non poſſunt † *l. poſthumus. 6. §. ſi quis ex his ff. de inoff. & ſcribunt Bald. in l. maximum vitium. 4. num. 22. verſ. in contrarium C. de lib. prę t. Alex. in l. Gallus. 29. §. & quid, ſi tantum, num. 17. verſ. nec obſtat tertium ff. de lib. & poſth. Corn. conſ. 150. num. 12. vol. 1. Ruin. conſ. 27. nu. 3. vol. 3. Tiraq. de iur. primog. d. q. 55. nu. 9. Men. conſ. 153. num. 8. conſ. 280. num. 2. & 4. conſ. 502. num. 24. Surd. conſ. 55. num. 2. conſ. 185. num. 1. conſ. 357. num. 44. & conſ. 565. num. 2. Pereg. cōſ. 79. num. 1. volu. 1. & conſil. 5. num. 11. volum. 2.* Et tunc, ſi quæramus, an ita excluſus debeat in numero liberorum computari, vel ad augendam,vel ad minuendam legitimam,conſtat,multum referre,vtrum renuntiatio fuerit facta gratuitò,& mera voluntate, ac liberalitate renūtiantis, an verò aliqua re mediante, puta dote: nam, ſi gratuitò, verius eſt, non cōputari,& ſic,nec facere partem, nec numerū,
7 † *vt de parte ſcribunt Bald. in d. l. vnic. num. 20. verſ. quid de filia, C. quand. non pet. part. Ant. de Roſ. de ſucceſſ. ab inteſt. num. 243. Fabia. in d. Auth. nouiſſima, num. 218. C. de inoff. teſt. Rub. in d. l. pater filium. 14. num. 150. ff. eod. Campe. de dot. part. 1. q. 35. Gabr. conſ. 135. num. 14. & 15.*

vol.2. Pereg.de fideic.d.artic.38 nnm.12.Cuiac.
in expoſitione Nouell.18. Men.conſ. 207. num.
64.Gratia.cap.448. diſcept.for.num. 39. De nu-
mero verò Rub in d l. pater filium 14. num.150.
& 151.ff.de inoff. Pereg.de fideico. d.articul.38.
num. 12. De vtroq; demum Caſtr. in d.l.planè.
34.§. ſi duobus,num.9.ff. de leg. primo, Guidop.
deciſ.295.num.1. verſ. Contrarium, Ruin.conſ.
24.num 5.vol 1. Itaq;, ſi quatuor,aut paucio-
res ſint filij & vnus viuo patre renunciet eius
ſucceſſioni cum iuramento, non faciet par-
8 tem alijs; † & ſic non impediet, quominus il-
li totum habeant trientem , non quidem
9 † iure accreſcendi , vt malè Anto.de Roſ.in d.
tract.de ſucceſſ. ab inteſt.num.243. & alij pleriq;
10 cenſuerunt, ſed iure ſuo, † vt declarant Bald.in d.
l.vn.num.20.verſ. quid de filia C. quand. non
pet.part.& Fabia.in d.Auth.nouiſſima,nu.218.
quia , cum renuntianti nulla pars legitimæ
fuerit delata , non poteſt per conſequentias
ius accreſcendi cōſiderari , & ſic non poſſunt
alij fratres dici habere totum trientem per
hoc ius , ſed potiùs per quandam remotionē
obſtaculi , ſecundum ea,quæ diximus in hoc cap.
q.11.num.24.ſcilicet , quia renunciatione ex-
cluſus habetur pro nullo, ſiue pro mortuo in
11 vita patris , † vt ſcribunt Bald.in d.l. vnic.num.
20.verſ.quid de filia C.quand.non pet.part.Caſt.
in d.l.planè.34.§ ſi duobus,num.9.ff.de leg.prim.
Fabia.in d. Auth.nouiſſima,num.218.C.de inoff.
teſt.Guidop.d.deciſ.295.num.1.verſ.contrarium,
Campeſ.de dot.d.part.1.q.35. Gabr. d. conſ. 135.
num. 14. volum. 2. Cuiac. in d.expoſ.nouell.18.
Et ſimili modo,ſi ex quinq, filijs vnus exclu-
datur a ſucceſſione patris ob renuntiationem
in eius vita factam cum iuramento,legitima
coeterorum non erit ſemis , ſed triens , quia
excluſus,vt pro nullo habetur quoad partem
alijs faciendam , ita etiam pro nullo haberi
debet quoad faciendum numerū exēplo coe
terorū, de quibus diximus in hoc cap. q 6.nu.20.
Planè hoc ita accipiendum eſt , vt procedat,
12 † ſi renuntiatio ſit priuatiua ; nam,ſi ſit tranſ
latiua,vt eſt ea,quæ cum conſenſu patris,aut
matris fit contemplatione maſculorum , ve-
rius eſt,filiam etiam gratuitò renuntiantē fa-
cere partem. & numerum , vt diximus in hoc
cap. q.7. num 13. quia cum talis renuntiatio
vim habeat ceſſionis factæ ſub conditione,ſi
hæreditas renūtianti deferretur,& ceſſio ſup-
ponat præcedentem acquiſitionem , Conſe-
quens eſt,vt ita renuntians cenſeatur per aliū
capere . Quo fit, vt, tamquam ſuccedens de-
beat in numero computari ad augendam, &
& verò etiam minuendam legitimam, ſecun-
dum ea , quæ diximus in eadem q.7.num.15. &
ſeqq.

Coeterùm,ſi renuntiatio facta ſit aliqua re
mediante , puta dote , quomodo regulariter
fieri ſolet a nubentibus , verius , & receptius
eſt , renuntiantem in numero liberorum cō-
putari , & ad augendam , & ad minuendam
13 legitimam † vti videre eſt apud eos, quos referc-
mus in num. ſeqq. Itaque, ſi tres ſint maſculi ,
& vna filia , quæ dote mediante renuntiaue-
rit bonis paternis, nō habebunt maſculi pro
legitima totum trientem , ſed tres tantum
vnius, quia filia, licet renunciauerit, facit ta-
14 men eis partem in legitima. † Ita enim de renū
tiante viuo patre ſcripſerunt Bald. in d. l. vn.
num. 20. verſ. quid de filia C. quand. non pet.
part. Bereng. in d. l. in quartam 90. num. 161.
verſ. altera eſt ff. ad l. Falc. Rub. in d. l. pater fi-
lium 14 num.151. ff. de inoff. Fabia. in d. Auth.
nouiſſima, num. 218. C. eod. Campeſ. de dot. d.
part. 1. q. 35. Guidop. deciſ. 599. num. 1. vbi
teſtatur, ita bis fuiſſe iudicatū Boer. d. deciſ. 104.
num.9.& 10. vbi refert ita fuiſſe deciſum , Corn.
conſ.150.num.10.vol.1. Gabr.d.conſ.135.num.
15.vol.2.Pereg.de fideic.d. artic.38.nu.12. Surd.
d.deciſ.252.in prin. & num. 2. & 3. verſ. ſed po-
ſtea, vbi pariter refert, ita fuiſſe iudicatum, Andr.
Facb.lib.4.contro cap.31. Et accipiendi ſunt , qui
ſimpliciter ſcripſerunt, filiam renuntiantem bonis
paternis , aut maternis mediante dote facere partē
15 alijs in legitima, † vt Bart.in l. 1. §. qui habebat,
num.6. ff.de bon.poſſ.cōtra tab. Bald.in l.duobus.
87. ff. de leg.primo, Caſtr. in l. huiuſmodi. 86. §.
vlt.num.4.ff.eod. Imol.in d.l. planè. 34.§. ſi duo-
bus,num.3.verſ.quid autem, Alex.conſ.149.nu.
7. vol. 7.Crott.in d.l.re coniuncti, num.133.Fa-
bia. in d. Auth. nouiſſima num. 218. in fin.Gul.
Ben.in d.cap. Raynutius,in verb.& vxorem no-
mine Adelaſiam,num.120.Purp.conſ. 104 num.
1.Chaſſa.conſ.55.num. 44. Guidopap.deciſ.295.
num.1.vbi refert,ita fuiſſe iudicatum, Roll.conſ.
11.num.14.vol.1.Craſſ.in §.legitima. q.7.nu.8.
Andr.Gail.lib.2.obſer.122.nu. 17. vbi teſtatur,
hanc eſſe communem, Pereg. de fidei. d. artic.38.
num. 10.Surd. d. deciſ. 252.num.1.Gratia.cap.
676.diſcep for.num.3. & 4. Quemadmodum, &,
qui ſimpliciter dixerunt, filiam renuntiantem bo-
nis paternis , aut maternis facere partem alijs,
16 † vt Ficha. lib.16. commun. opinio. verſ. renun-
tians filia . Quorum ſententia verior eſt , quam
17 † Bald.in d. Auth nouiſſima,num.9.Chaſſa.cōſ.
53.num.75. Peralt. in d l. & Proculo. 20. num.
7.verſ.ſed contrarium,& aliorum contra ſentien-
tium opinio , Et ſimili modo , ſi ſint quatuor
maſculi , & vna filia , quæ dote mediante re-
nuntiauerit bonis paternis legitima coetero-
rum erit adhuc ſemis,ita tamen , vt in eo cō-
putetur portio filiæ,quippe , quę partem illis
facit,vt ſupra diximus, non verò triens , quia
18 filia,vt partem facit,ita,& numerum, † Ita in
ſpecie de renuntiante viuo patre ſcripſerunt Boer.
d. deciſ. 104.num.9.& 10.vbi refert, ita fuiſſe iu-
dicatum,Gabr.d.conſil.135.num.9.vol.2.Pereg.
de fideic.d.artic.38.num. 12. Et accipiendi ſunt,
qui ſimpliciter dixerunt, filiam mediante dote re-
nuntiantem bonis paternis computari in numero
liberorum ad augendam legitimam de triente ad
19 ſemiſſem, † vt Chaſſa.d.conſ.53.num.74.vbi teſta-
tur , hanc eſſe magis communem , & ab omnibus
approbatam & d.conſ.55.num. 44.Andr.Gail.
d.lib.2. obſer. 122. num. 17. vbi pariter teſtatur,
20 hanc eſſe communem , & rectè , tametſi † Andr.
Facb.d.lib.4.contro.cap.31.& alij pleriq; contra-
21 rium cenſuerint : quia † dubium non eſt , quin
is,qui capit partem , & partem faciat , & nu-
merum, cum legitima dicatur triens , aut ſe-
mis pro numero ſuccedentium, vt diximus in
hoc cap.q.6. num. 9. Sed huiuſmodi filia , quæ
dote mediante renuntiauit,vtiq; capit partē,
non quidem verè,ſed fictè,quia, cum habeat
dotem,quę ſuccedit loco legitimæ l. quoniam
nouella.29.C.de inoff. teſt. videtur ipſam legiti-
22 mam, & ſic partem ſuam habere , † vt ſcribūt
Bald.in d.l.vn.num.20.verſ quid de filia, Crott.
in d. l. re coniuncti , num.133. Fabia.in d. Auth.
no-

nouiſſima, num. 218. *Campe. de dot. d. part.* 1. *q.*
35. *Pereg. de fideico. d. artic.* 38. *num.* 12. Debet
igitur, & partem facere, & numerum. Idque
procedit, etiamſi dos habita non ſit æqualis
23 legitimę, ſed minor: † nã, qui partis ſuæ partẽ
capit, perinde facit partem, ac, ſi totam ſuam
portionem conſequeretur, *vt ſpecialiter de le-*
gitima diximus in hoc cap. q. 7. *num.* 9. *Generali-*
ter verò de omnibus dicemus in cap. 7. *q.* 39. *nu.* 1.
& ſeqq.

Planè de illo dubitari poteſt, an id, quod
excedit dotem, debeat applicari fratribus re-
nuntiantis, an verò hæredi vniuerſali, Et
eſt verius multum referre, vtrum renuntiatio
facta ſit contemplatione fratrum, an verò
ſimpliciter: nam ſi fratrum contemplatione
facta ſit (quod etiam viuo patre fieri eum
eius conſenſu poſſe, dubium non eſt *l. vlt. C.*
24 *de pact.*) ad eos pertinebit, † *vt cenſuerunt om-*
nes, quos retulimus in hoc cap. q. 7. *num.* 13. *Et*
in ſpecie de renuntiante viuo patre ſcripſit Gabr.
d. conſ. 135. *num.* 17. *vol.* 2. Cœterùm, ſi ſim-
pliciter facta ſit, puta, quia filia mediante do-
te renuntiauerit patri acceptanti pro ſe, &
ſuis hæredibus, verius eſt, id, quod excedit do-
tem non aliorum portionibus debere appli-
25 cari, † *vt malè cenſuerunt Bertr. conſ.* 62. *verſ.*
alia fuit, volu. 8. *& Gabr. d. conſ.* 135. *num.* 17.
& ſeqq. vol. 2. ſed apud hęredem vniuerſalem
26 remanere, † *vt rectè cenſuerunt omnes, quos re-*
tulimus in eadem q. 7. *num.* 15. *Et in ſpecie de*
renuntiante viuo patre ſcripſerunt Guidop. deciſ.
599. *num.* 1. *Boer. d. deciſ.* 104. *num.* 9. *&* 10. *vbi*
refert ita fuiſſe iudicatum, Gabr. conſ. 92. *num.* 3.
verſ. nec refert, & num. ſeqq. uolu. 2. *Surd. d deciſ.*
252. *num.* 1. *&* 3. *ubi pariter teſtatur ita fuiſſe de-*
27 *ciſum*, quia, † cum illa renuntiatio patri ac-
quiratur, *vt ſcribunt Alex. conſ.* 149. *num.* 5. *uol.*
7. *Soc. Sen. conſ* 34. *num.* 5. *uerſ. ſuccedit, uolum.* 4.
Pariſ. conſ 26. *num.* 31. *vol.* 3. *Andr. Fach. d. lib.* 4.
contro. cap. 31. Conſequens eſt, vt illi prodeſ-
ſe debeat, cui pater voluerit, *vt ſcribunt Crau.*
conſ. 42. *num.* 1. *verſ. ratione, & Caual. in ſuis*
commu. contra commu. q. 115. *nu.* 1. *vbi teſtatur,*
hanc eſſe communem, & ſic hæredi vniuerſali,
quippe, quem teſtator voluit, vniuerſi iuris
28 ſucceſſorem eſſe. Deniq;, cum † huiuſmo-
di filia faciat alijs partem, *vt diximus ſupra*
num. 14. ſequitur, impedire, ne illi totum ha-
beant, ſcilicet, quia facere partem nihil aliud
eſt, quam impedire ius accreſcendi, aut ius
retentionis, quod vice iuris accreſcendi fun-
gitur, *vt dicemus in* 7. *cap. q.* 21. *num.* 7.

SVMMARIVM.

1 *Filia ſtatuto excluſa, an faciat partem, & nume-
rum in legitima, quęſtio eſt anceps, & difficilis.*

2 *Filiam ſtatuto excluſam facere, vel non facere par
tem in legitima, an poſſit iudex ſine reprehen-
ſionis nota, prout ei viſum fuerit, pronuntiare;*

3 *Filia ſtatuto excluſa, cui nominatim fuit legitima
reſeruata facit partem, & numerum, & cur,
num.* 4. *Amplia, etiamſi pars tantum legitimæ
reſeruata ſit, vt num.* 5.

6 *Filia ſtatuto excluſa, cui reſeruatur quota, facit
partem & numerum in legitima, & cur, nu.* 7.

8 *Filia, cui ſtatutum reſeruat dotem, facit partem,
& numerum in legitima. ſi ex ipſius verbis cõ-
ſtet, mentem eius iuſſe, vt dos ſuccederet loco le-
gitima, & cur, numer.* 9.

10 *Filia, quæ propter dotem excluditur a ſucceſſio-
ne, an faciat partem in legitima. pendet ex eo,
nunquid dos ſuccedat loco legitimæ, necne.*

11 *Filia, quæ propter dotem excluditur a ſucceſſione,
facit partem, ſi dos ſuccedat loco legitimæ.*

12 *Filia, quæ propter dotem excluditur á ſucceſſione,
non facit partem, ſi dos non ſuccedat loco legi-
timæ.*

13 *Filia ſtatuto excluſa facit partem, & numerum,
ſi ſtatutum ei reſeruet dotẽ pro ſua legitima, vel
pro ſua quarta, ſeu portione, vel pro ſua Falci-
dia.*

14 *Filia ſtatuto excluſa facit partem, & numerum
in legitima, ſi ſtatutum mandet eam dotari,
vſq; ad quantitatem legitimæ.*

15 *Filia ſtatuto excluſa facit partem, & numerum in
legitima, ſi ſtatutum eam excludat, etiam a ſup
plemento legitimæ, & cur, num.* 16.

17 *Filia quæ non aliter excluditur a ſucceſſione, quã,
ſi fuerit dotata an faciat partem, & numerum
in legitima, variæ ſunt opiniones.*

18 *Filia dotata, quæ ſtatuto excluditur, facit partẽ,
& numerum in legitima, & num.* 30. *&* 3. *ſeqq.
& num.* 36. *& cur, num.* 19. *&* 24. *Declara, vt
num.* 38. *& ſeqq.*

19 *Filia dotata, quæ ſtatuto excluditur, non facit
partem, nec numerum in legitima, ſed eius dos
detrahitur, vt æs alienum, & cur, num.* 21. *&
ſeqq. Sed contra, num.* 30. *& ſeqq.*

22 *Filiæ ſtatuto excluſæ nulla debetur legitima, &
cur, num.* 23.

24 *Filia ſtatuto excluſa habetur pro mortua.*

25 *Filia ſtatuto excluſa habetur pro extranea.*

26 *Dos non ſuccedit loco legitimæ, quando ſtatutum
excludit filiam dotatam, & cur, num.* 27. *Sed
contra, num.* 34. *Declara, vt num.* 69. *& ſeqq.*

28 *Filia dotata, quæ ſtatuto excluditur, facit, aut nõ
facit partem in legitima, prout maſculis eſt vti-
lius, & cur, num.* 29. *Sed contra num.* 30. *&
ſeqq.*

35 *Filia dotata, quæ ſtatuto excluditur, perinde ha-
betur, ac, ſi ad legitimam ipſam vocaretur.*

36 *Filia dotata, quæ ſtatuto excluditur, facit tranſi-
re legitimam de triente ad ſemiſſem.*

39 *Portio filię ſtatuto excluſæ propter maſculos non
applicatur fęminæ non excluſæ, ſed ſolis maſ-
culis.*

40 *Legitimæ computatio quomodo ſit facienda in
terminis ſtatuti excludentis fęminam dotatam
extantibus maſculis, & num. ſeqq.*

41 *Dotes filiarum, an, & qualiter ſint includendę in
hæreditate, quoties agitur de computatione le-
gitimæ in terminis ſtatuti excludentis fœmi-
nas dotatas, & num. ſeqq.*

44 *Filia ſtatuto excluſa propter dotem, facit partem
maſculis, etiamſi ſit dotata in vno numo, Sed
contra num.* 45. *Declara, vt num.* 49.

45 *Portio legitimę, quæ vi ſtatuti fœminis aufertur,
contemplatione maſculorum, applicatur ipſis
maſculis, & eorum legitimam impinguat, &
cur, num.* 46. *Declara, vt num.* 54.

48 *Portio fœminarum maſculis applicatur beneficio
ſtatuti, non iure accreſcendi, & cur, num.* 49.

50 *Portio fœminarum applicatur maſculis, etiam
particulariter inſtitutis, non hæredi vniuerſali,
& num.* 51.

52 *Portio fęminarum, quæ maſculis applicatur, non
venit in reſtitutionem fideicommiſſi, & cur,
num.* 53.

Portio

54 *Portio fœminarum ſtatuto excluſarum non applicatur maſculis, ſed manet in hereditate, ſi excluſio nullius contemplatione facta ſit, & cur, num. 55.*

56 *Fœminæ ſtatuto excluſæ non computantur in numero liberorum, ſi excluſio nullius contemplationi facta ſit.*

57 *Dotes filiarum ſtatuto excluſarum detrahuntur de hereditate, vt æs alienum, etiamſi filiæ faciant partem ad commodum maſculorum, Sed contra num. 58.*

58 *Dotes filiarum ſtatuto excluſarum detrahuntur de legitima maſculorum, ſi filiæ faciant partem ad eorum commodum, & cur, num. 59. Declara, vt num. 61. & ſeqq*

60 *Dotes filiarum ſtatuto excluſarum, quando de hereditate ſint detrahendæ vt æs alienum.*

64 *Filia ſtatuto excluſa non facit partem, aut numerum in legitima, ſi ſtatutum eam ſimpliciter excludat, & poſtea mandet dotari, Sed contra, num. 66. & 67.*

65 *Dos non ſuccedit loco legitimæ, quando ſtatutum ſimpliciter excludit filiam, & poſtea mandat, eam dotari, Sed contra, num. 68. Declara, vt num. 69. & ſeqq.*

69 *Dos a ſtatuto reſeruata filiæ, qualiter dicatur loco legitimæ ſuccedere, & num. ſeqq.*

70 *Partem, vt quis faciat, non eſt neceſſe, vt admittatur eodem iure, ſed ſufficit, ſi diuerſo.*

72 *Dos non ſuccedit loco legitimæ, quando ſtatutum ſimpliciter excludit filiam, etiamſi poſtea debeat dotari, Sed contra num. 75.*

73 *Filia ſtatuto ſimpliciter excluſa non facit partem, aut numerum, etiamſi debeat dotari, Sed contra num. 75.*

74 *Filia ſtatuto ſimpliciter excluſa non computatur in numero liberorum, ſed habetur pro mortua.*

76 *Filia ſtatuto ſimpliciter excluſa, quæ non debet dotari, non facit partem aut numerum in legitima, & cur, num. 77. Sed contra num. 79.*

70 *Filia ſtatuto excluſa, non facit partem, aut numerum quoties tractatur de ſucceſſione matris, Sed contra num. 79.*

80 *Filia, quæ ſtatuto excluditur, an, & quando faciat partem, & numerum in legitima, ſi fuerit agnita a teſtatore, & num. ſeqq. vſq; ad nu. 91.*

86 *Filius non vocatur vt filius ſed, vt extraneus, ſi pater eum voluntarie vocet, Declara, vt nu. 87.*

88 *Filia ſtatuto excluſa facit partem in legitima ſi pater ei relinquat aliquid pro legitima.*

92 *Filia ſtatuto excluſa temporaliter facit partem, & numerum in legitima, & cur. num. 93.*

An, & quando filia ſtatuto excluſa faciat partem, aut numerum in legitima

Quæſtio Decimaquinta

SExtus, & vltimus caſus principalis eſt, quando is, qui non admittitur ad partem, tempore mortis eius, de cuius bonis agitur, eſt capax ſucceſſionis teſtamentariæ, ſed non eius, quæ ab inteſtato defertur, ob diſpoſitionem ſtatutariam, quæ illum ab inteſtati ſucceſſione excludit, vt ſunt filiæ, quæ maſculis extantibus a patris, aut matris ſucceſſione repelluntur, Et tunc in computatione legitimæ dubitari ſolet, an huiuſmodi filiæ faciant partem, & numerum. Quæſtio eſt in foro frequētiſſima, de qua iam variæ ſunt, tamq; diſcrepantes noſtrorum ſententiæ, vt, quoties decidenda proponitur, hæſitent doctores, & ancipiti cura torqueantur, dum inquirunt, quæ ſit verior, & iuri magis conſona
1 ſententia, † *vt videre eſt apud Fulgo. in Auth. nouiſſima C. de inoff. teſta. quem in propoſito referunt Ceph. conſ. 245. num. 51. verſ. quibus, Decia. conſ 46. in prin. vol. 3. Burſa. conſ. 92. num. 38. verſ. & quia, Theſ. decis 159. num. 1. Craſſ. in §. legitima, q. 7 num. 3. Gratia. cap. 676. diſcep. for. num. 9.* adeo, vt pleriq; ſcripſerint, poſſe iudicem ob magnam rei perplexitatem in quā partem maluerit inclinare, & ſine reprehenſionis nota, vel vnā, vel alteram opinionem
2 amplecti; † *Ita enim ſcripſerunt Soc. Sen. conſ. 150. num. 31. verſ. vnde omittendo, vol. 1. Dec. conſ. 607. num. 15 verſ. & poſt longam diſcuſſionem Gabr. tit. de legit. conclu. 2. num. 4. Ceph. d. conſ. 245. num. 51. verſ quibus, Decia. d. conſ. 46. in prin. vol. 3. Craſſ in d. §. legitima, q. 7. num. 3. Burſa. d. conſ. 92. num. 38. verſ. & quia, Theſ. d. decis 159 num. 7. Morot. conſ 23. in fin. Gratia. d. cap. 676 diſcep. for. nu.* 10. Sed malè. meo iudicio, quia perplexitas tanta non eſt, quin adhibita ſpecierum diſtinctione reſolui poſſit. Pro faciliori autem quæſtionis huius diſcuſſione varij ſunt ſubdiſtinguendi caſus, & per ſingulos diſpiciendum, quid iure ſtatuendum ſit, qualiterq; res ſit in iudicio terminā da. Caſus autem, qui in hac re conſiderari poſſunt, multi ſunt.

Primus, quando ſtatutum non excludit abſolutè filiam, ſed ei reſeruat legitimam, aut legitimæ ſupplementum, Et tunc res caret dubio: nam certum eſt, eam, & partem fa-
3 cere, & numerum, † *vt ſcribunt Alex. conſ. 117. num. 16. in fi. vol 6. Corn. conſ. 303. num. 5. verſ. Quicquid. vol. 1. Rub in l. pater filium. 14. num. 161. ff. de inoff. Franch. decis. 549 num. 1. Pereg. conſ. 107. num 8. vol. 3. Et non negat Ruin. conſ. 152. nu. 2. & 3. verſ ex quo igitur, iuncto nu. 5.*
4 *verſ. Non obſtat ergo, vol. 5.* quia, † cum ad partem admittatur, conſequens eſt, vt faciat partem, *ex regula, quam referemus in 7. cap. q. 21. num.* 10. *Et in his terminis conſiderant Alex. d. conſ. 117. num. 17. vol. 6. Rub. in d. l pater filium num.* 161. & per conſequentias etiam numerum, *ex his quæ diximus in hoc cap. q. 6. num.* 10.
5 Idq; procedit, † non ſolum, ſi ſtatutum ei reſeruet totam legitimam, ſed etiam, ſi partem legitimæ: nam, qui admittitur ad partem ſuæ portionis, perinde facit partem, ac, ſi totam portionem conſequeretur *vt oſtendemus in 7. cap. q. 39.* Deniq; procedit, non ſolum, ſi ſtatutum nominatim reſeruet legitimam, ſed etiam, ſi ſimpliciter reſeruet quotam, puta dicat, extantibus maſculis filia nō ſuccedat, niſi in tertia, vel quarta ſuæ portionis: Nam eo ipſo, quod nominat quotam, cenſetur legitimam, aut integram, aut diminutam pro
6 quantitate quotæ reſeruare, † *vt in ſpecie ſcripſerunt Rub. in d. l. pater filium, num. 161. verſ. Tertia. & poſt eum Gabr. conſ. 11. num. 6. vol. 1.*
7 ſcilicet, quia † legitima nihil aliud eſt, quam quota lege reſeruata *§. primum itaq; & §. ſi quis autem non implens, Auth. de hered. & Falc. coll. 1. §. ſi vero habuerint, Auth. quib. mod. nat.*

eff.

Digitized by Google

eſſ. ſui coll. 7. Auth. qt lic. matr. & au. in prin. coll.
8. & §. aliud quoq; capitulum, Auth. ut cum de
app. cogn. eadem coll. Planè, ſi portio reſeruata
ſit minor legitima, & quæramus, cui debeat
reſiduum applicari, res erit ex iis terminãda,
quę dicemus in tertio caſu, *num. 45. & ſeqq.*
Nam ea generaliter locũ habent in omnibus
caſibus, in quibus aliquid filię reſeruatur,
& obid, ea cẽſetur partẽ facere in legitima.

Secundus verò caſus eſt, quando ſtatutum
non reſeruat filię legitimam, ſed dotem, verum
ex verbis ipſius ſtatuti colligimus, mentem
ipſius fuiſſe, vt dos ſuccederet loco legitimę,
Et tunc etiam res procedit ſine dubio;
nam omnes fatentur, huiuſmodi filiam, &
8 partem facere, & numerum. † *Ita enim ſcripſerunt
Bald. conſ. 61. num. 4. uerſ. In contrarium,
uol. 1. Rub. in d. l. pater filium num. 162. Gabr. d.
conſ. 11. num. 6. uol. 1. & clarius Theſ. d. deciſ. 159.*
9 *num. 7. uerſ ſed iſtę duę*, quia † licet non vocetur
ad legitimam, eo tamen ipſo, quod vocatur
ad dotem, quę legitimę loco ſuccedit,
perinde eſt habenda, ac, ſi ad legitimam ipſam
vocaretur, *ut dicemus etiam infra num. 35.*
ſcilicet, quia ſubrogatum cenſetur eodem
iure quo id, in cuius locum ſubrogatur *l. ſi
eum. 10. § qui iniuriarum ff. ſi quis caut. §. furat,
Inſt. de action. Et in his terminis conſiderat
Decia. d. conſ. 46. num. 19. in fi. uol. 3.* & fictio
idem operatur in caſu ficto, quod veritas
in caſu vero *l. ſi is, qui pro emptore 15. in prin.
ff. de uſucap.* Vnde, quemadmodum filia, quę
vocatur ad legitimam, & partem facit, & numerum,
(*vt diximus ſupra num. 3.* ita etiam
debet facere, quę vocatur ad dotem, quę legitimę
loco ſuccedit, & pro legitima reputatur.
Hinc frequentiùs dici ſolet, deciſionem
huius quęſtionis, an filia dotata, quę ſtatuto
excluditur, faciat partem, & numerum, pendere
ex eo, nunquid dos, quæ ei a ſtatuto reſeruatur,
ſuccedat loco legitimæ, nec ne;
10 † *uti uidere eſt apud Curt. Iun. conſ. 168. num.
28. uerſ confirmantur, Gabr d. conſ. 11. num. 1.
uerſ. 2. uol 1. Boſſ in tit. de bono. publ. num. 2. uerſ.
Tamen magis. Decia. d. conſ. 32. num. 105. uerſ.
2. uol. 2. & d. conſ 46. num. 30. uol. 3. Pereg. de
fideic. artic. 38. num. 20 Morot. d. conſ. 23. nu. 1.*
Nam, ſi ſuccedit, facit partem, & numerum,
11 † *ut ſcribunt Gabr. d. conſ. 11. num. 9. uerſ. Tertia
eſt, & conſ. 15. num. 20. uol. 1. Pariſ. conſ. 53. num.
76. uol. 3. Ceph. conſ. 245. num. 30. & 34. Decia.
d. conſ. 32. num. 105. uerſ. 2. uol. 2. & d. conſ 46.
num. 26 vol 3. Pereg. de fideic. d. artic. 38. nu. 20.
Morot. d. conſ. 23. num. 2. & 20 vbi teſtatur, hanc
eſſe communem reſolutionem.* Si verò non ſuccedit
non facit, ſed dos, tamquam æs alienum
12 debet de hęreditate deduci, † *vt ſcribunt Ruin.
conſ. 152. num. 5 & 7. verſ & propterea, volum. 5.
Pariſ. conſ. 54. num. 14. volu. 2. Gabr. d. conſ 11.
num. 11. & conſ. 121. num. 54. vol. 1. Theſ. d. deciſ.
159. num. 5. vbi ait, ſe non reperire aliquem in
hac re contradicentem, & num. 10. vbi ſubijcit,
hanc opinionem eſſe tenendam, uti veriorem, &
magis communem, nec ab ea iudicando, & conſulendo
recedendum.* Ita diſtinguendo declarãt
*Pariſ conſ. 25. num 39. vol. 2. & conſ. 53. nu. 76.
vol. 3. Curt. Iun. d. conſ. 268. num. 29. Boſſ. in d.
tit. de bon publ. num. 2. verſ. Tamen magis, Decia.
d. conſ. 46. num. 30. vol. 3. Theſ. d. deciſ. 159. num.
7. verſ ſed iſtæ duę.*

Quando autem ex verbis ſtatuti colligatur,
mentem eius fuiſſe, vt dos ſuccederet loco
legitimæ, ſi quæramus, conſtat a noſtris
colligi multipliciter, &

Primo, ſi ſtatutum iubeat, vt filia ſit contenta
dote pro ſua legitima: nam ita dicendo
ſatis apertè demonſtrat, ſe dotem legitimæ
loco ſubrogare, & velle, vt hanc filia loco illius
habeat, vt dicimus de patre, qui relinquit
aliquid filię ſtatuto excluſæ pro ſua legitima,
*ſicuti videre eſt apud Ruin. conſ. 118. num.
25. vol. 3. Decia. d. conſ. 32. num. 109. vol. 2. Pereg.
de fideico. d. artic. 38. num. 26.* Quamobrem in
hac ſpecie, & partem faciet, & numerum;
13 † *Ita ſcribunt Bald. conſ. 61. num 4. verſ. In cõtrarium,
volum. 1. Rub. in d. l. pater filium, num.
162. Gabr. d. conſ. 11. num 6. vol 1. Theſ. d. deciſ.
159. num. 11.* Idem eſt, & ſi dicat, pro ſua quarta,
vel pro ſua portione, vel, pro ſua Falcidia,
vt docet Rub. in d. pater filium, nu. 162. ſcilicet,
quia his verbis, vt plurimum legitima denotatur,
ſi ad eos referantur, quibus legitima iure
communi debetur, *vt oſtendemus in 7 cap.
quęſt. 12.*

Secundo verò, ſi ſtatutum mandet filiam
dotari vſque ad quantitatem legitimæ, ſatis
videbitur demonſtrare, mentem ſuam eſſe, vt
dos ſuccedat loco legitimæ. Quamobrem, & in
hac ſpecie filia, & partem faciet, & nume-
14 rum; † *Ita ſcribunt Corn. conſ. 303. num. 5. verſ.
Quicquid vol. 3. & Theſ. d. deciſ. 159 num. 11. &
rectè, licet contrarium cenſuerit Ruin. d. conſ. 152.
num 5. & ſeqq. volum. 5. cuius opinionem dubitabilem
eſſe ſcripſit Pereg d. artic. 38. num. 22. verſ.
Quinimo.*

Tertio, ſi ſtatutum nominatim excludat
filiam etiam a ſupplemento legitimæ, hoc
ipſo denotare intelligetur, dotem legitimæ
15 loco reſeruari, & ſubrogari; † *Ita ſcribunt Soc.
Sen. conſ. 75. num. 10. verſ. ſed in caſu noſtro, vol.
3. Decia. d. conſ. 32. num. 106. & 107 volu. 2. & d.
conſ. 46. num. 19. verſ. Item, dum regula, volu. 3.
Honded. conſ. 63. num. 132. vol. 1. Morot. d. conſ.
23 num. 13. Tametſi contrarium cenſuerit Ruin.
d. conſ. 52. num. 9. verſ. & etiam ex alio, iuncto*
16 *num. 10. vol. 2.* Nam, † cum excluſio, quę eſt,
veluti regula loquatur de legitima, & ab ea
excipiatur dos, conſequẽs eſt, vt hęc debeat,
vt legitima cenſeri, ſcilicet, quia exceptio debet
eſſe de regula *l. nam, quod liquida 4. § fin.
ff. de pen. leg. Et in his terminis arguunt Gabr. d.
conſ. 11. num. 12. verſ. & hac opinio, & num. 13.
vol. 1. Decia. d. conſ 46. num. 17. & ſeqq. ac pręcipuè
num. 19. verſ. Item, dum regula, & num. 39.
verſ. Non obſtat tertium, volu. 3. Morot. d. conſil.
23. num. 13. verſ. 7.* Deniq;, cum ſupplementum,
a quo filia excluditur, ſit legitima, ſiue
pars legitimæ, conſequens, eſt a contrario ſenſu,
vt id, quod eſſet ſupplendum, a quo filia
non excluditur, & ſic dos debeat etiam pars
legitimæ cenſeri, *vt conſiderat Soc. Sen. d. conſ.
75. num. 10. verſicul. quod etiam patet, volum. 3.*
ſcilicet, quia ſupplementum, & id, quod ſuppleri
debet, eiuſdem rei partes eſſe intelliguntur,
& ſimul vnam rem, puta vnam legitimã
integraliter cõſtituere *l. omnimodo. 30. in prin.
& l. ſcimus. 36 in prin. C. de inoff. teſta.*

Tertius caſus eſt, quando ſtatutum reſeruat
dotem, & ex verbis non apparet, vtrum
voluerit illam legitimæ loco ſubrogare, ſed

ſumus

Digitized by Google

ſumus in caſibus, in quibus filia non aliter
excluditur a ſucceſſione patris, quam, ſi ſit
dotata, vt euenit, cum ſtatutum ita concipi-
tur, filia a patre dotata ei non ſuccedat, quo
caſu cenſetur excluſionem qualificare, vt ita
demum procedat, ſi tempore, quo defertur
hæreditas, & ſic tempore mortis patris filia
reperiatur ab eo dotata, Et tunc, ſi quæramus,
an in computatione legitimæ ſit eius haben-
da ratio, ita, vt partem faciat, & numerum,
conſtat, rem eſſe mirum in modum agitatã,
adeo, vt nulla fortaſſis in forenſibus contro-
uerſijs occurrat quæſtio, de qua tot, & tam
17 variæ reperiantur noſtrorum opiniones, † vti
videre eſt apud Corn. conſ. 197. num. 6. & ſeqq.
vol. 1. Dec. conſ. 607. num. 15. Soc. Iun. conſil. 25.
num. 3. & ſeqq. vol. 1. Anto. Gabr. lib. 6. commun.
concl. tit. de legitim. concluſ. 2. per tot. Hyer. Gabr.
concl. 15. num 9. & ſeqq. vol. 1. Craſſ. in d. §. legi-
tima, q 7 num. 4. Pereg. de fideic. d. artic. 38. num.
17. & ſeqq. Theſ. d. deciſ. 159. per tot. Sed ex ijs
tres ſunt, quæ principem locum obtinere vi-
dentur.

Prima exiſtimãtium, filiam in hac ſpecie,
18 & partem facere, & numerum, † Quę fuit opi-
nio Bald. in l. huiuſmodi. 86. § ſi Titio, verſ. Not.
ergo, & ibi Caſtr. num. 2. verſ. videtur etiam ff. de
leg. primo, Bald. d. conſ. 61. num. 4. verſ In contra-
rium vol. 1. Caſtr. conſil. 52. num. 1. & conſil. 286.
num. 3. verſ. ex hoc dico, volum. 1. Curt. Iun. conſ.
268. num. 20. & ſeqq. vbi num. 25. ait, ab hac opi-
nione non eſſe in iudicando recedendum, Corn.
conſil 197. num. 8. in fin. & nu. ſeqq. vol. 1. Pariſ.
conſ. 36. num. 29. vol. 2. vbi teſtatur, hanc eſſe ma-
gis communem opinionem, & conſil. 53. num. 76.
volum. 3. Fabia. in d. Auth nouiſſima, num. 221.
verſ. 2. caſu C. de inoff. teſta. Soc. Sen. conſil. 75. nu.
8 & 9. verſ ex quibus in propoſito, & nu. 11. verſ.
Antiquando, & 3. vol. 3. Boſſ. in tit. de bon. publi-
cat. num. 2. verſ Deciſum fuit, vbi refert, ita fuiſſe
deciſum, Capy. deciſ. 158. num. 6. verſ. & ex hoc di-
cit, & num. 7. Ceph. conſil. 45. num. 20. & ſeqq. &
num. 33. verſ 5. & num. 39 & 41. Decia conſ. 32.
num. 104 & 105. vol. 2. vbi teſtatur, hanc eſſe ve-
riorem & magis communem, & conſ. 46. num. 20.
verſ His pręmiſſis, vol 3. Franch. deciſ. 549. nu. 1.
vbi ait, de hoc apud eos non eſſe dubium, & num.
3. vbi refert, ita fuiſſe iudicatum, Men. conſ. 401.
nu. 142. Andr. Fach. lib 4. controu. cap. 31. Grati.
cap. 594. diſcept. for. num. 22. & cap. 676. num. 3.
& 11. vbi ait, ſi authoritatibus, & rationibus eſt
iubarendum, hanc opinionem ſemper praualere,
& num 12. vbi teſtatur, ita Rotam tenere, Ma-
reſco. lib. 1. varia. reſol cap. 10. num 11. & 12. vbi
refert, ita fuiſſe a Rota reſolutam. Eiuſdem opi-
nionis fuerunt omnes, qui cenſuerunt, eam facere
partem, & numerum in duobus caſibus ſequenti-
bus, in quibus ſtatutum excludit etiam non dota-
tam, quam tamen, vel mandat dotari, vel dicimus
eſſe dotandam de bonis paternis Nam ijdem mul-
to magis cenſent, eam facere partem, & numerum,
ſi non aliter excludatur, quam, ſi prius fuerit do-
tata. Mouentur autem ea potiſſimum ratio-
19 ne, quia, † cum ad partem admittatur, non
quidem ſub nomine legitimæ, ſed ſub nomi-
ne dotis, quę in his terminis legitimæ loco
ſuccedit, ut oſtendemus infra num. 34. & 68.
Conſequens eſt, vt partem faciat, ex regula,
quam referemus in 7. cap. q. 21. num. 10. & per
conſequentias, etiam numerum, per ea, quæ
diximus in hoc cap. quæſt. 6. num. 10.

Secunda vero fuit opinio pręcedenti con-
traria exiſtimantium, imo eam, nec partem
facere, nec numerum, ſed deducta dote, tam-
quam ære alieno legitimam maſculorum eſ-
ſe computandam eo modo, quo computare-
20 tur, ſi filia non eſſet in rerum natura. † Fuit
hęc opinio Bald. in l. Papinianus. 8. §. unde, ſi
quis, & ibi Aug. n. 2. & 3. verſ. ubi uero ff. de inoff.
Ang. in l. planè 34. §. ſi duobus num. 4. & ibi
Imol. nu. 3. uerſ. quid autem ff. de leg. prim. Ang.
in Auth. nouiſſima num. 3. C. de inoff. teſta. &
conſ. 105. in fi. & conſ. 300. nu. 1. uerſ. In contra-
rium, & num ſeqq. Alex. conſ. 36. num. 7. uolu. 7.
Soc. Sen conſ. 84. num. 9. uerſ. Quibus pręmiſſis,
ubi ait, hanc eſſe probabiliorem, & communiorem,
& conſ. 150. num. 19. uol. 1. & conſ. 288. num. 26.
uol. 2. Corn. conſ. 7. nu. 4. uerſ Quin inſuper, uolu.
2. & conſ. 199 num. 2. uol. 3. Dec. conſil. 298. num.
2. Soc. Iun. conſil. 25. num. 13. uerſ. 3. & ultima,
iuncto uerſ. & licet, uol. 1. ubi ait, hanc in puncto
iuris eſſe ueriorem, & nu. 14. uerſ. &, ſicut, ſubij-
cit, eſſe communem, Boſſ. in d. titul. de bono. public.
num. 3. ubi teſtatur, ita Mediolani ſeruare Ma-
giſtratum, Crau. conſ. 966. num. 1. ubi ait, hanc
eſſe frequentiorem, & ueriorem, & num. 8. Pereg.
de fideic. d. artic. 38. num. 24 uerſ. At in alijs, ubi
ait, hanc opinionem eſſe communiter receptam, &
ita Patauij iudicatum. Huius autem opinio-
nis fundamentum in eo potiſſimum conſi-
21 ſtit, quia, † cum huic filiæ non debeatur legi-
22 tima, † ut ſcribunt Ant. de Roſel. de ſucc. ab inteſt.
num. 247. Gul. Ben. in cap. Raynutius, in uerb.
& uxorem nomine Adelaſiam, num. 50. uerſ. Ad
præmiſſa, Soc. Sen. d. conſ. 288. num. 16. uerſ. Pręte-
rea, & num. 17. & 26. uerſ. ſecundum, uolum. 2.
Ruin. conſil. 17. num. 5 uerſ. ſed pręmiſſis, uolu. 2.
Soc. Iun. d. conſ 25. num. 8. uol. 1. Dec. conſ. 295.
num. 2. conſ. 298. num. 2. & conſil 302. nu. 7. uerſ.
circa ſecundum ubi teſtatur, hanc eſſe communẽ,
Pariſ conſ. 25 nu. 39. uol. 2. Theſ. d. deciſ. 159. n. 2.
quippe, quæ, vt pars inteſtatę ſucceſſionis ijs
tantum debetur, qui ab inteſtato ſunt ſucceſ-
23 ſuri, † ut diximus in hoc cap. q. 6. num. 15. Et in
propoſito conſiderant Imol. in d. l. planè. 34. §. ſi
duobus, num. 3. uerſ. Quid autem ff. de leg primo,
Caſtr. d. conſ. 286. nu. 3. uerſ. Breuiter, uol. 1. Ant.
de Roſell. de ſucceſſ. ab inteſt. num. 247. Soc. Sen.
d. conſ. 288. num. 26. uerſ. ſecundum, uol. 2. Crott.
in d. l. re coniuncti, num. 131. Corn. conſ. 7. nu. 4.
uol. 2. Cran. d. conſ. 966. num. 2. Pereg. de fideic. d.
artic. 38. num. 15. uerſ. ſed horum, & num. 16. &
24 uerſicul. At in alijs cauſis Andr. Fach. d. lib. 4.
contro. cap. 31. Conſequens eſt, vt in eius com-
putatione non ſit illius habenda ratio: Non
enim pro numero ſuperſtitum, ſed pro nu-
mero ſuccedẽtium fit legitimæ computatio,
ut diximus in hoc cap. q. 6. num. 9. Et, quemad-
modum non eſſet in conſideratione, ſi tem-
pore mortis patris iam fuiſſet defuncta, ita
etiam non debet cõſiderari, ſi eo tempore ſit
excluſa, ſcilicet, quia pro defuncta habetur,
24 † ut in ſpecie ratiocinatur Caſt. d. conſ. 268. num.
3. uerſ. Nec poſſunt conquere, uol. 1. Deniq; ha-
betur pro extranea, cuius certum eſt, nullam
in computatione legitimę habẽdam eſſe ra-
25 tionem, † ut in propoſito conſiderant Caſtr. d.
conſ. 268. num. 3. uerſ. Breuiter, & uerſ. Præterea,
uol. 1. Soc. Sen. d. conſ. 84. num. 8, uol. 1. Soc. Iun. d.
conſ. 25. num. 7. uol. 1.

Nec

Nec obſtat, ſi dicatur, hanc filiam, licet nõ
vocetur ad legitimam vocari tamen ad do-
tem, quæ ſuccedit loco legitimę, ideoq; per-
inde eſſe habendam, ac, ſi ad legitimam ip-
ſam vocaretur, quia (ſecundum eos) verius
eſt, imo dotem non ſuccedere loco legitimę,
26 † *vt ſcribunt Rub. in d. l. pater filium, num. 161.*
verſ. Tertia, Gabr. d. conſ. 11. num. 3. vol. 1. latè
Pereg. d. artic. 38. num. 21. verſ. Quorum opinio.
27 Nam, † cum dos, & legitima ſint res diuerſæ,
adeo, vt ab vna ad aliam non poſſit rectè
duci argumentum, cum dos poſſit etiam ijs
deberi, quibus non debetur legitima, & con-
tra, Conſequens eſt, vt hęc non poſſit dici lo-
co illius ſuccedere, *vt in propoſito conſiderant*
Pereg. d. artic. 38. num. 21. & Theſ. d. deciſ. 159.
num. 3. Deniq; non videtur dos, quę huic fi-
lię debetur, dici poſſe ſuccedere loco legiti-
mę, quæ, ei non debetur, & ſic eius reſpectu
nulla eſt, cum non entis nullę ſint qualitates
l. eius, qui. 41. ff. ſi cert. pet. Et in his terminis ar-
guit Soc. Sen. d. conſ. 288. num. 16. verſ. Pręterea,
vol. 2.

Tertia deniq; fuit opinio media diſtin-
guentium, Aut maſculis vtilius eſt, filiam
dotatam computari, & procedet prima ſen-
tentia, aut verò contra vtilius eſt, non com-
putari, & procedet ſecunda. Itaq; ſecundum
hanc opinionem filia excluſa cõputabitur,
aut non computabitur in numero liberorũ,
28 prout maſculis erit vtilius. † *Ita cenſuerunt*
Rub. conſ. 122. num. 3. Gabr. conſ. 108. num. 8.
vol. 2. Ceph. d. conſ. 245. num. 37. & 42. verſ. 3.
reſpondetur, Decia. d. conſ. 46. num. 36. verſ. &
eandem tenet, vol. 3 Hond. conſ. 1. num. 105. vol.
2. vbi teſtatur, hanc eſſe veriorem, & magis com-
muniter receptam, Pereg. conſ. 107. num. 7. vol. 3.
Craſſ. in d. § legitima q. 7. num. 6. Gratia d. cap.
676. diſcep. for. num. 13. Quod videtur habere
29 rationem: Nam, † cum excluſio foeminarũ
ad vnum dirigatur finem, vt maſculis proſ-
piciatur, Conſequens videtur, vt ex eorum
vtilitate, & commodo debeat interpretatio-
nem recipere, ita, vt ijs tantum caſibus, & reſ-
pectibus facta intelligatur, in quibus maſcu-
li ſint maius emolumentum percepturi, quã
ad eos deberet iure communi pertinere. Et
ita (ſecundum eos) diſcrepantes, ac diſſiden-
tes veterum ſententiæ videntur poſſe con-
ciliari.

Ex his autem, quę potiùs (ſecundum no-
ſtram opinionem) ſit probanda, ſi quæra-
mus, non ſecundam, aut tertiam, ſed primã,
vti veriorem, & receptiorem conſulendo, iu-
30 dicandóq; probandã arbitriamur, ſeũ decla-
tione tamen, quam poſtea ſubijciemus *infra*
nu. 38 & ſeqq.: Nam, ſi de ſecũda loquamur,
& conſideremus effectus, qui ex ea reſultant,
facilimè intelligemus, non poſſe eam ſecun-
dum iuris regulas ſuſtineri: Vult enim in cal-
culanda legitima primùm omnium debere
deduci dotem, tamquam æs alienum, deinde
ita fieri cõputationem, vt legitima ſit triens,
aut ſemis reſidui pro numero maſculorum,
qui ſupererunt, non habita ratione filię, per-
inde, ac, ſi non eſſet in rerum natura. Hæc au-
tem ſuppreſſio vnum ex duobus effectibus
operatur: Aut enim efficit, vt maſculi pro le-
gitima minus conſequantur, quam eſſent iu-
re communi habituri, ſi filia dotata ſuccede-
ret, aut, vt conſequantur plus: Nam, ſi, vt tan-
tumdem, fruſtratoria eſſet diſputatio, ſcilicet,
quia, ſiue vno modo, ſiue alio fieret compu-
tatio, ſemper idem reſultaret effectus. Si igi-
tur efficit, vt minus conſequantur, prout eue-
nit, cum quatuor ſunt maſculi, & vna tantũ
filia, cui pater dedit dotem, vel maiorem le-
gitima, vel æqualem, vel etiam minorem,
quo caſu detracta dote, & non connumerata
filia maſculi ſunt minus habituri, quam iure
communi, ſcilicet, quia eorum legitima non
erit, niſi triẽs reſidui, in quo minus contine-
bitur, quam ſi eſſet ſemis totius patrimonij
computata dote, & connumerata filia, licet
cum maſculis concurreret, non poteſt talis
ſuppreſſio non eſſe iniuſta, tamquam repu-
gnans menti ſtatuentium, & finali eorum in-
31 tentioni: † Nam mens illorum eſt, vt maſcu-
lis proſpiciant, & per foeminarum excluſio-
nem efficiant, vt ij plus de paterna ſubſtantia
ferant, quam eſſent habituri iure communi,
quippe, quo foeminę ſimul cum maſculis ad-
mittuntur, & partem bonorum paternorum
in alienas transferunt familias, & tamen con
trariũ effectum operarentur, quia efficerent,
vt maſculi propter excluſionem filię minus
vi ſtatuti conſequerentur, quam ea vocata, &
concurrente iure communi. At hoc eſt abſur
dum, quia repugnat regulæ *l. quod fauore 6. C.*
de legib. & regulæ *l. legata inutiliter 19. in prin.*
ff. de leg. primo, & l. legata inutiliter. 14. ff de
adim. legat. Ergo non debet admitti. *Ita ratio-*
cinantur Corn. d. conſ. 197. num. 8. verſ Pro quo
etiam facit, vol. 1. Alcia. in d. l. re coniunctis. num.
63 Ceph. d. conſ. 245. num. 24. & ſeqq Decia. d.
conſ. 32 nu. 105. verſ. primo, vol. 2. & d. conſ. 46.
num. 25. vol. 3. Quamobrem, & tertiæ ſenten-
tiæ ſectatores in hac ſpeciè fatentur, debere
filiam in numero computari ad augendam
legitimam de triente ad ſemiſſem, *uti uidere*
eſt apud eos, quos retulimus ſupra num 29. & re-
feremus etiam infra num. 36. Si verò efficiat, vt
maſculi iure legitimę conſequantur plus
quam eſſent iure communi habituri, prout
euenit in omnibus caſibus, in quibus filiarũ
numeratio non efficit, vt legitima tranſeat
de triente ad ſemiſſem, & dos, vel eſt minor
ea legitima, quæ filiabus iure communi de-
beretur, vel eſt ei æqualis, tunc, licet huiuſmo
di ſuppreſſio videatur maſculis fauorabilis,
eo, quod illorum legitimam impinguet, alio
tamen reſpectu cenſetur iniqua, & per con-
ſequentias reijcienda, ſcilicet, quia cedit in
præiudicium patris, quippe, cui imponit ne-
ceſſitatem relinquendi filijs ſuis maiorem
patrimonij quantitatem, quam iure commu
32 ni teneatur eis relinquere: † Nam pater, qui
filiæ dotem conſtituit, vel minorem legiti-
ma, vel ei æquiualentem, non tenetur filijs
ſuis relinquere, niſi trientem omnium bono-
num computata etiam dote, quippe, quæ in
legitimam filię debet imputari *l. quoniam*
nouella. 29. C. de inoff. teſta. Itaq; de reſiduo, &
ſic de beſſe totius patrimonij liberè poterit
diſponere fauore cuiuslibet, etiam extranei,
ſiue id faciat directò, ſiue per fideicommiſ-
ſum, *Auth. de trien. & ſem in prin. verſ. frequẽ-*
ter, & §. 1. in prin. & verſ. licebit, coll. 3. At, ſi ob
id, quod maſculis extantibus filia dotata re-
pellitur a ſucceſſione patris, non eſſet in com-
pura-

putatione legitimę eius habenda ratio,& dos deberet, vt æs alienum deduci, patet non poſſet liberè diſponere de beſſe ſui patrimonij, ſed teneretur plus, quam trientem filijs ſuis relinquere, partim iure dotis, & partim iure legitimæ, quia deberet filiæ, vel inter viuos, vel cauſa mortis dotem congruam conſtituere, & præterea filijs maſculis relinquere trientem reſidui, qui cum dote ſemper excederet trientem omnium bonorum, ſiue dos conſtituta ſit maior, aut æquiualens legitimæ, ſiue etiam minor, vt computando facilè quiſque poterit intelligere. At hoc eſt abſurdum, quia repugnat intentioni ſtatuentium, quippe, qui voluerũt quidẽ fauere maſculis, ſed in prę iudicium filiarum, non etiam in prę iudicium patris: Voluerũt enim bona, quę iure communi debuiſſent ad filias pertinere, transferre in maſculos, & ita eis fauere, & proſpicere in præiudicium foeminarum, ſed non ampliare neceſſitatem relinquẽdi in perſona patris, & liberam ei de beſſe diſponendi facultatem auferre, & ita fauere filijs in præiudicium patris, & per conſequentias eorum, ad quos bona ex illius diſpoſitione pertinere debent. Ergo non eſt admittendum. *Ita eleganter ratiocinantur Soc. Sen. conſ. 75. num. 10. verſ. Alias nedum filia, vol. 3. Brun. in tract. de ſtatu. exclu. foem. artic. 13. num. 24. & ſeqq. Hond. conſil. 63. num. 123. verſ. & quia, & num. 132. verſ. Tum, quia, vol. 1. Morot. d. conſ. 23. num. 26. Et conſiderat etiam Pereg. (licet ad contrarium effectum) d. articul. 38. num. 24. verſicul. 3. conſiderabam.*

Hinc intelligimus tertiam ſententiam, quæ vult, filiam dotatam non computari in numero liberorum, ſi hoc maſculis ſit vtilius, & ita in hac parte cũ ſecunda opinione conſentit, non eſſe iuri conſonam, propterea, quod ei ſemper obſtat ſupradicta conſideratio.

Quamobrem verius eſt, filiam, quæ non aliter excluditur a ſucceſſione patris, quam, ſi fuerit dotata, non haberi pro mortua, ſed pro vocata, eaq; ratione, & partem facere, & nu-
33 merum, † *vt rectè docuerunt omnes, quos retulimus ſupra num. 18. Et in ſpecie declarant Caſtr. conſ. 52. num. 1. vol. 1. Soc. Sen. d. conſ. 75. num. 8. & 11. verſ. Aliquando, & 3. vol. 3. Corn. d. conſ. 197. num. 8. in fin. & num. ſeqq. vol. 1. Pariſ. conſ. 53. num. 76. volu. 3. Ceph. d. conſil. 245. num. 31. Hond. d. conſ. 1. num. 104. volu. 2. Gratia. d. cap. 594. diſcep. for. num. 22.* quia, licet non vocetur ad legitimam, vocatur tamen ad dotem, quæ in his terminis sẽper ſuccedit loco legitimę,
34 † *vt ſcribunt Bald. d. conſ. 61. num. 4. verſ. In contrarium vol. 1. Angel. in l. vn. §. in primo, num. 3. verſ. Ex prædictis C. de cad. toll. Soc. Sen. d. conſil. 288. num. 27. volu. 2. & d. conſil. 75. num. 8. 9. & 11. verſ. Aliquando, & 3. vol. 3. Corn. d. conſ. 197. num. 10. vol. 1. Pariſ. d. conſil. 53. num. 77. volu. 3. vbi teſtatur, hanc eſſe communem opinionem, Gabr. d. conſ. 11. num. 5. verſ. Etenim, quando, & num. 6. vol. 1. Boſſ. in d. tit. de bono. public. num. 2. in fin. vbi pariter teſtatur, hanc eſſe communem opinionem, Ceph. d. conſ. 245. nu. 31. & 38. Decia. d. conſ. 32. num. 105. verſ. 2. vol. 2. vbi ait, hanc eſſe veriſſimam, & communem opinionem, & d. conſ. 46. num. 39. verſ. Item, & 2. vol. 3. vbi pariter ait, hanc eſſe veriorem, & magis communem, Men. d. conſ. 401. num. 142. Craſſ. in d. §. legitima, q. 7. num. 4. verſ. Aut verò ſtatutum, Honde. d. conſ. 63. num. 127. & 129. volum. 1. Morot. d. conſ. 23. num. 2. in prin. & verſ. ſed, licet, And. Facb. d. lib. 4. controu. cap. 31. Mareſco. d. lib. 1. varia. reſol. cap. 10. num. 11. & 12. Rota apud Farin. in recoll. part. 2. deciſ. 408. num. 2.* Quamuis enim hoc non colligatur clarè ex verbis ſtatuti, ſufficit tamen ſtatutum non aliter excludere filiam, quam, ſi fuerit dotata, vt intelligamus mentem eius fuiſſe, vt dos ſuccederet loco legitimę. quia voluit, eam priùs, quam excluderetur, habere dotem, & ſic aliquid, quod legitimæ locum teneret. Quamobrem perinde eſt habenda, ac, ſi legitimam ipſam conſe-
35 queretur, † *per ea, quæ diximus ſupra num. 9. Ita in ſpecie declarant Andr. Facb. d. lib. 4. contr. cap 31. Gratia. d. cap. 676 diſcep. for. num. 11.*

Hinc infertur primo, ſi connumeratis foeminis quinq;, aut plures ſint filij, puta, quia defunctus reliquerit quatuor, aut pauciores maſculos, & tot filias, quæ compleant, aut excedant numerum quinq; filiorum, legitimam eorum non eſſe cõputandam, vt trientem, ſed, vt ſemiſſem, quia, licet filiæ, vt dotatæ ſint ſtatuto excluſæ, nihilominus in numero computantur, & faciunt tranſire legitimã
36 de triente ad ſemiſſem, † *per ea, quæ diximus ſupra num. 31. Ita in ſpecie cenſuerunt Ang. in d. l. vn. §. in primo, num. 3. verſ. ex prædictis Cod. de cad. toll. Caſtr. in d. l. huiuſmodi 86. §. ſi Titio, num. 2. verſ. videtur etiam ff. de leg. primo, & d. conſ. 52. num. 1. & d. conſ. 286. num. 3. verſ. ex hoc dico, vol. 1. Fabia. in d. Auth. nouiſſima, nu. 221. verſ. 2. caſu C. de inoff. teſta. Soc. Sen. d. conſil. 75. num. 9 verſ. ex quibus in propoſito, vol. 3. Corn. d. conſ. 197. num. 8. in fin. & num. ſeqq. vol. 1. Gabr. d. conſ 11. num. 9. verſ. Tertia eſt, vol. 1. Capy. d. deciſ 158. num. 6. verſ. & ex hoc dicit, & num. 7. vbi refert ita fuiſſe deciſum, Boſſ. in d. tit. de bono. public. num. 2. verſ. Deciſum fuit, vbi pariter refert, ita fuiſſe iudicatum, Ceph. d. conſ. 245 num. 20. & ſeqq. & num. 33. verſ. 5. Decia. d. conſ. 32. num. 104. & 105. vol. 2. vbi teſtatur, hanc eſſe veriorem & magis communem, & d. conſ. 46. nu. 20. verſ. His præmiſſis, vol. 3. Craſſ. in d. §. legitima, q. 7. nu. 4. verſ. aut vero ſtatutum, & nu. 6. Franco. d. deciſ. 549. num. 3. vbi pariter refert, ita fuiſſe iudicatum, Pereg. de fideic. d. artic. 38. nu. 18 & 24. verſ. Ego autem ſæpius, & verſ. Quocirca, vbi refert, ita ſe obtinuiſſe, Morot. d. conſ. 23. num. 2. Gratia. d. cap. 594. diſcep. for. num. 22. vbi refert, ita fuiſſe a Rota deciſum, & d cap. 676. num. 12. vbi teſtatur, ita ſeruare Rotam.*

Secundo infertur, ſiue legitima ſit triens, ſiue ſemis pro numero maſculorum, & foeminarum, in faciendis eius partibus habendã etiam eſſe rationem filię dotatę, quia, licet ſit excluſa, facit tamen partem in computatio-
37 ne legitimę, † *vt ſcribunt omnes, quos retulimus ſupra num. 18.*

Sed hoc ita intelligẽdum eſt, vt faciat partem, non ad excluſionem maſculorum, *vt putabant ij, quos referemus infra num. 44.* ſed ad
38 eorum commodum, & vtilitatem, † *ſecũdum ea, quæ dicemus infra nu. 45.* & ſic, non per ſe, ſed per alios; *Ita in ſpecie declarant Pariſ. d. cõſ. 36. num. 29. vol. 2. vbi teſtatur, hanc eſſe magis communem opinionem, Decia. d. conſil. 32. num. 104. & 105. uol. 2. vbi pariter teſtatur, hanc eſſe veriorem, & magis communem, & d. conſ. 46. nu.*

42.

*42. vol. 3. Hond. d. conſ. 1. num. 104. & 105. vol. 2.
vbi ait, hanc eſſe veriorem, & magis communiter
receptam, Pereg. de fideic. d. artic. 38. nu. 18. iun-
cto num. 24. verſ. Ego autem ſæpius, vbi ait, hanc
opinionem eſſe multum æquam, & rationabilem;
Gratia. d. cap. 594. diſcep. for. num. 22. & d. cap.
676. num. 12. vbi teſtatur, ita ſeruare Rotam:*
Nam per ſe non poteſt dici facere partem,
quia cum maſculis non cõcurrit in legitima;
licet occaſione dotis eam aliqualiter dimi-
nuat, ſcilicet, quia dos ei data, vel promiſſa,
vel relicta debet vſq; ad quantitatem legiti-
mæ ei iure communi debitæ in portionem
maſculorum imputari, vel de ea detrahi, aut
ſolui a maſculis, tamquam onus eis a ſtatuto
impoſitum, *vt oſtendemus infra nu. 58. & ſeqq.*
Itaq; diminuit quidem legitimam filiorum,
ſed per modum imputationis, ſiue detractio-
nis, non per modum concurſus, eaq; ratione
non poteſt dici facere partem maſculis in le-
gitima, ſed tantum eam diminuere, *vt patebit
ex ijs, quæ latè dicemus in q. ſeq. num. 121. & ſeqq.*
Sed facit partem per maſculos, quibus reſi-
duum applicatur, *vt oſtendemus infra nu. 45.
& ſeqq.* quia, qui per alium admittitur ad par-
tem, vtiq; facit partem, *vt dicemus in 7. cap. q.
40. num. 1. & ſeqq.*

Huius autem rei vtilitas in eo conſiſtit, quia,
ſi duo ſint maſculi, & duæ foeminæ, vna do-
tata, & conſequenter excluſa, altera verò nõ
dotata, & ſic non excluſa, in computatione
legitimæ fient quidem quatuor partes, ita, vt
etiam excluſa computetur in numero ad fa-
ciendam vnam partem, ſed ad commodum
maſculorum, nõ ad commodum proprium,
aut alterius foeminæ non excluſæ; Nam ipſa
non habebit, niſi dotem, ſoror verò non ex-
cluſa habebit ſolummodo ſuã quartam par-
tem; At maſculi habebunt ſuas duas portio-
nes, & præterea portionem foeminæ excluſę,
quippe, quę eis applicatur, cum onere tamen
imputandi, ſeu detrahendi dotẽ excluſę datã,
39 aut promiſſam, aut relictam, † *ſecundũ ea, quæ
dicemus infra num. 58. & ſeqq. Ita in ſpecie decla-
rant Hond. d. conſ. 1. nu. 76. & ſeqq. vol. 2. & Pe-
reg. de fideic. d. artic. 38. nu. 24. verſ. ſi vero extent.*

Hinc intelligimus, quoties de legitimæ cõ-
putatione diſputatur in terminis ſtatuti ex-
cludentis foeminas dotatas a ſucceſſione pa-
40 tris, † quinque potiſſimum eſſe excutiendas
dubitationes.

Primùm enim videndum eſt, an illæ foe-
minæ debeãt in numero computari, ad hoc,
vt ſciamus, vtrum legitima ſit triens, an verò
ſemis, Et in hoc articulo diximus, eſſe com-
putandas ex veriore, & receptiore ſententia,
quam omnia ferè ſuprema tribunalia proba-
uerunt, *vt patet ex ijs, quæ diximus ſupra nu. 36.*

Secundo verò definita quantitate legiti-
mæ videndum eſt, an illæ foeminæ debeant
in numero computari ad faciendam partẽ,
ita, vt legitima debeat in tot partes diſtribui,
quot ſunt filij, & filię, non obſtante, quod ſint
excluſæ, Et in hoc etiam articulo diximus,
eſſe computandas, non ad ſui commodum,
ſed ad commodum illorum, quibus earum
portio applicatur, & ſic facere partem, non
per ſe, ſed per alium, *vt patet ex ijs, quæ di-
ximus ſupra num. 38.*

Tertio videndum eſt, an in calculanda le-
gitima dotes filiarum debeant includi in hę-
reditate, ſeu patrimonio patris, ad hoc, vt
pinguior ſit legitima, Et in hoc articulo di-
ſtinguendum eſt, aut dotes ſunt pares, vel mi-
nores ea parte legitimę, quæ iure communi
debuiſſet ad filias pertinere, Et ſine dubio sũt
includendæ, vt, quæ debent in maſculorum
41 legitimam imputari; † *Ita ſcribunt Caſtr. in d.
l. huiuſmodi. 86. §. ſi Titio, num. 2. verſ. Hunc ca-
ſum ff. de leg. primo, Capy. d. deciſ. 158. num. 7.
Franch. d. deciſ. 549. num. 2. & 3. vbi refert ita
fuiſſe iudicatum, Pereg. de fideicom. d. articul. 38.
num. 18. & 24. verſicul. Ego autem ſæpius.*
Aut verò ſunt maiores, & tunc, aut ſunt con-
ſtitutæ inter viuos, & ſunt includendæ vſque
ad quantitatem legitimæ debitæ filiabus, ita,
vt, ſi iam fuerint ſolutæ, debeant addi patri-
monio, ſi verò non fuerint ſolutę, ſed tantum
promiſſæ, non debeant detrahi, vt æs alienũ,
ſed in patrimonio relinqui, Pro eo verò,
quod legitimæ quantitatem excedit, non sũt
addendæ, ſi iam fuerint ſolutæ, &, ſi tantum
promiſſæ, ſunt detrahendæ, vt æs alienum, &
42 ſic ante legitimæ computationem, † ſcilicet,
quia ſunt in legitimam maſculorum impu-
tandæ, aut de ea detrahendæ vſque ad quan-
titatem legitimę iure communi debitæ filia-
bus, ſed non vltra, *vt dicemus infra num. 58.
& ſeqq.* Aut verò ſunt conſtitutæ per vltimã
voluntatem, puta, quia teſtator, vel titulo in-
ſtitutionis, vel titulo legati vocauerit filias
ad aliquam rem, vel ſummam maiorem
legitima, Et tunc non fiet earum detra-
43 ctio, ſed in hæreditate relinquentur, † quia
vſq; ad quantitatem legitimę deducentur de
portione fratrum, pro reſiduo verò ſoluen-
tur, vt alia legata, & ſic poſt legitimę com-
putationem, *vt oſtendemus infra nu. 61. & ſeqq.*

Quarto videndum eſt, an, ſi dotes filiarum
ſint minores legitima, debeat reſiduum ad
maſculos pertinere, an verò potiùs remanere
in hæreditate, & per conſequentias cedere
commodo illorum, qui fuerunt hęredes vni-
uerſales inſtituti, aut, quibus filij per fideicõ-
miſſum rogati ſunt hæreditatem reſtituere,
Et in hoc articulo, licet plerią; cenſuerint, nõ
cedere id commodo maſculorum, ſed in hę-
reditate remanere, quod filiæ, quæ propter
dotem excluduntur, faciant partem maſcu-
lis, etiamſi in re minima, puta in vno numo
44 dotatæ ſint, † cum ius accreſcendi, tamquam
indiuiduum, non poſſit habere locum pro
parte, & pro parte non, *vt oſtendemus in 7. cap.
q. 39. In qua ſententia fuerunt Bart. in l. 1. §. quę
habebat, num. 6. verſ. Quod eſt verum ff. de bon.
poſſ. contra tab. Bald. in d. l. huiuſmodi. 86. §. ſi Ti-
tio, & ibi Imol. num. 7. verſ. vltima ff. de leg. prim.
Bald. d. conſ. 61. num. 4. verſ. In contrarium, vol.
1. Alex. conſil. 197. num. 12. vol. 6. Gabr. d. conſil.
11. num. 43. & conſ. 15. nu. 21. vol. 1. Burſa. conſ.
115. num. 9. vol. 1. Gratia. d. cap. 676. diſcep. for.
nu. 4.* Verius tamen eſt, multum referre, vtrũ
ſtatutum excludat filias cõtemplatione maſ-
culorum, an verò ſimpliciter, & abſoluté:
Nam, ſi contemplatione maſculorum, vt in
terminis, de quibus loquimur, receptius eſt,
reſiduum illud debere maſculis applicari, &
45 illorum legitimam impinguare. † *Ita enim
ſcripſerunt Bald. in l. ſi defunctus. 9. num. 1. &
ibi Caſtr. num. 1. C. de ſuis, & legit. Ang. in d. l.*

on. ſ.

Digitized by Google

vn.§.in primo,num.3. uerſ. Ex prædictis Cod.de cad.toll.Caſtr.in d.l.huiuſmodi. 86.§.ſi Titio,nu. 2.verſ. videtur etiam, & verſ. Hunc caſum ff. de leg.primo,Soc.Sen.conſ.5.num. 7.verſ.7.volu. 1. Fabia.in d. Auth.nouiſſima,num.221.verſ 2.caſu,Curt.Iun.conſ.268.num. 51.& ſeqq.Pariſ.d. conſ.36.num.29.vol.2.vbi teſtatur,hanc eſſe magis communem opinionem,Gabr.d.conſ.11.nu.9. verſ.Tertia eſt,vol.1.& conſ.135.n. 10.vol.2.vbi pariter teſtatur,hanc eſſe communem,Ceph.d.cõſ. 245.num.20.& ſeqq.& nu.34.38. & 46. vbi ait, contrariam ſententiam eſſe magis cõmuniter improbatam.Decia.d.deciſ. 46.nu.31.& ſeqq.vol.3. Boſſ.in d.tit.de bono publ.num.2. verſ.deciſum fuit,Capy.d.deciſ.158.num.6.verſ. & ad quæſtionem.Craſſ in d.§.legitima.q.7. num.4. verſ. Aut verò ſtatutum,Men.conſ.207.num.67. Theſ. d. deciſ.159.num.13.Pereg.de fideic.d. artic.38.nu. 18.iuncto nu.24.verſ. Ego autem ſæpius, Morot. d.conſ 23.num.20 verſ. Huic effectui, vbi ſimiliter atteſtatur, hanc eſſe magis receptam opinionẽ, & Mareſcot. d lib.1. variar.reſol.cap.10.num.12. vbi refert,ita fuiſſe a Rota reſolutum, Gratia. d. cap.676.diſcep.forenſ.num.12.Rota apud Farin.
46 *in recoll d.part.2.deciſ 408.num* 6. quia, † cum id foeminis auferatur contemplatione maſculorum, conſequens eſt, vt eis, non etiam alijs debeat applicari, *ex regula, quam retulimus in 5.cap.q.49 num.1. & ſeqq.*

Nec obſtat, quod filiæ, quæ propter dotem excluduntur, licet non admittantur ad integram ſuam portionem, admittuntur tamen, ſiue admitti finguntur ad aliquam eius partem, ideoque perinde debent facere partem maſculis, ac, ſi totam ſuam portionem fuiſſent conſecutæ, *vt diximus ſupra nu.44. & dicemus infra num.55. & latiùs in 7.cap.q.*
47 39. quia id procederet, † ſi maſculi vellent conſequi partem foeminarum per ius accreſcendi: nam tunc verum eſſet, non poſſe eos admitti, quia, cum foeminę, quę dotem habent, videantur habere partem ſuæ legitimę, quippè cuius loco dos ſuccedit, Conſequens eſſet, vt perinde deberent facere partem, ac, ſi totam ſuam portionem eſſent conſecutæ, *ſecundum ea, quæ ſupra diximus, quæq; in his terminis procedunt.* At in caſu noſtro maſculi nõ conſequuntur id, quod foeminis aufertur, iure accreſcendi, ſed beneficio ſtatuti, & ex tacita quadã eius vocatione, & adiudicatione,
48 † *vt in ſpecie declarant Caſtr. d conſ.52. num. 1. verſ.& , ſi hoc erit, vol.1. Curt. Iun. d. conſ. 268. num.51.& 52.verſ.Nec præmiſſa, Gabr. d. conſ. 11.n.9.verſ.Tertia eſt,vol.1.& d conſ.135.n. 10. vol.2 Ceph.d.conſ.245.num.49.Decia.d.conſ.46. num.42.verſ.Non obſtat octauum,vol.3.Morot.*
49 *d.conſ.23.nu.20.verſ. Huic effectui, & num. 22.* ſcilicet, quia † ſtatutum eo, ipſo, quod excludit foeminas contemplatione maſculorum cenſetur includere maſculos, & eos vocare ad partes, a quibus illas excludit, *vt diximus in 5.cap.q.49.num.* 4. ideoq; nil mirum, ſi admittantur, etiamſi foeminæ partem aliquam habere intelligantur, quia eatenus tantum partem facere cenſentur, quatenus de paternis bonis conſequuntur, *vt rectè declarat Caſt. d.conſ.52.num.1.& ſeqq.vol.1.*

Hinc infertur primo, ſi maſculi ſint inſtituti particulariter, & hæres vniuerſalis ſit inſtitutus extraneus, partem legitimę, quæ foeminis aufertur, non ad extraneum, ſed ad maſculos particulariter inſtitutos pertinere.
50 † *Ita enim ſentiunt omnes, quos retulimus ſupra num.45. Et in ſpecie declarat Ceph. d. conſil.245. num.47.uerſ. Præterea.*

Secundo infertur, ſi ex pluribus maſculis quidam in re certa fuerint inſtituti, quidam verò hæredes vniuerſales, partem foeminarũ
51 æqualiter omnibus applicari, † quia non cõſideratur, vt pars hæreditatis, ſed, vt pars legitimę, quę ęqualiter inter liberos eius capaces eſt diuidenda §.1. *Auth.de trien. & ſem. coll. 3. Auth.nouiſſima C. de inoff. teſt.*

Tertio infertur, ſi cum maſculis adſit etiã foemina non excluſa, partem excluſarum, ſolis maſculis, non etiam foeminæ non excluſæ applicari, *ſecundum ea quæ diximus ſupra num.39.& in 5 cap.q.49.num. 13.*

Quarto infertur, ſi omnes maſculi fuerint hæredes vniuerſales inſtituti, & grauati hæreditatem reſtituere, partem illam, quæ foeminis aufertur, non venire in reſtitutionem, ſed apud eoſdem maſculos, aut eorum hære-
52 des iure detractionis remanere. † *Ita rectè ſcripſerunt Curt. Iun.d conſ.268.num.51. Pereg.de fideic.d.artic.38.nu.18.Morot.d.conſ.23. nu.22.*
53 quia, † cum habeatur iure legitimæ, conſequens eſt, vt in hæreditatis reſtitutionem venire nequeat, *ex ijs, quæ diximus in hoc cap.q.* 10.*nu.6.& dicemus in 9.cap.q 49.nu.55.& ſeqq.*

Sed hęc dicuntur, quoties excluſio fit contemplatione maſculorum. Coeterùm, quoties fit ſimpliciter, vt euenit, cum ſtatutum excludit dotatam, & maritatam extra territorium, tunc verius eſt, partem illam, quæ foeminis aufertur, non applicari maſculis, ſed remanere in hæreditate, & per conſequẽtias cedere commodo illorum, ad quos hæreditas ex diſpoſitione teſtatoris peruenire debet, puta hæredum vniuerſalium, aut eorum, quibus per fideicommiſſum debet hæreditas
54 reſtitui. † *Ita enim ſcripſerunt Ceph.d. conſ.245. num 47.uerſ.Prętерea.Decia.d conſ 46.num.42. uerſ.& fortè.uol.3.Craſſ in d.§.legitima, q.7.nu.*
55 3.Quod probatur ratione: Nam, † aut maſculi volunt illam portionem vindicare per ius accreſcendi, & non poſſunt, quia hoc ius, tãquam indiuiduum non poteſt habere locum pro parte, & pro parte non, *ut diximus ſupra num. 44. Et in his terminis poſſunt procedere dicta illorum, quos ibi retulimus.* Aut verò volunt eam vindicare ex vi, & authoritate ſtatuti, & multo minus poſſunt, quia, cum ſtatutum ſimpliciter loquatur, nec de maſculis faciat mentionem, Conſequens eſt, vt non poſſit cenſeri ad eorum vtilitatem, & commodum reſpexiſſe, & hoc modo eos, quaſi incluſos tacitè vocaſſe. Quo fit, vt, ſi quaſi incluſi, & vocati partem excluſarum vindicent, debeant a petitione repelli.

Probabiliùs ſanè dici poſſet, huiuſmodi foeminas, quæ nullius contemplatione excluduntur, pro nullis, ſeu non exiſtẽtibus habendas, ideoq; in computatione legitimę nõ eſſe conſiderandas, ſed detractis earum dotibus, vt ære alieno (quatenus nondum ſolutę ſint) legitimam ex aliorum numero debere computari, & inter eos diuidi, ita, vt foeminę excluſæ, nec numerum, nec partem alijs fe-
56 ciſſe intelligantur, † & in his terminis procedat,

dat opinio illorum, quos retulimus ſupra nu.
20. Ita in ſpecie declarant Pariſ.d.conſ.36.num.
28.& 29.vol.2.vbi teſtatur, hanc eſſe magis com-
munem concluſionem, Ceph. d.conſ. 245.num.42.
Hond.d.conſ.1.num.104. vol.2.

Quinto, & vltimo videndum eſt, poſito,
quod foeminæ dotatæ faciant numerum, &
partem ad commodum maſculorum, quali-
ter earum dotes ſint detrahendę, aut ſoluen-
dæ, vtrum de legitima maſculorum, an verò
de tota hæreditate, Et in hoc articulo, licet
Gabr.conſ.108.num.8.volu.2. Decia. d.conſ.46.
num. 37. volum. 3. & alij plerique cenſuerint,
57 † eſſe detrahendas de tota hæreditate, quaſi
ęs alienum, verius tamen, & receptius eſt, eſſe
58 detrahendas de legitima maſculorum; † Ita
enim rectè ſcripſerunt Caſtr.in d.l.huiuſmodi.86.
§.ſi Titio, nu.2.verſ.videtur etiam ff.de leg.prim.
& d.conſ.52.num.3.verſ.reſpondetur, & verſicu.
verum, & d.conſil.286. num. 3. verſ. ex hoc dico,
vol.1.Gabr.d.conſ.11.nu.9.verſ.tertia eſt, vol.1.
Capy.d.deciſ.158.num.6.verſicul. & ex hoc dicit,
Ceph.d.conſil.245.num.20. Franch.d. deciſ.549.
num.2.& 3. vbi refert ita fuiſſe deciſum, Hond.
d.conſ.63.num.123.& 132.verſ. meritò, volu.1.
Pereg de fideic.d.artic.38.num. 18. iuncto num.
24.verſ. Ego autem ſæpiùs, & verſ. Quocirca,
Morot.d.conſil.23.num.20.& 24.verſ.4.& nu.
25.Rot.apud Fariu.in recoll.d.part.2. deciſ.408.
59 num.1.vbi ita fuit deciſum, quia † alioquin ni-
mium grauaretur hæreditas, & conſtringere-
tur poteſtas diſponendi, quæ iure communi
patri conceditur. contra ea, quæ diximus ſupra
num.32. Nam priùs detraherentur dotes filia-
rum excluſarum, deinde de reſiduo detrahe-
retur triēs, aut ſemis pro numero liberorum,
etiam computatis foeminis, & poſtremo de-
traheretur etiam Trebellianica, ſi maſculi
fuiſſent per fideicommiſſum grauati hæredi-
tatem reſtituere, & ita patris diſpoſitio redu-
ceretur ad minimum, & redderetur quodam-
modo illuſoria, quod eſſet abſurdiſſimum,
vti rectè animaduertit Morot.d.conſil.23.num.
26.& conſiderat etiam Pereg. (licet ad contrariũ
effectum) d.articu.38.num.24.verſicu.2.quia.
Quod igitur dici ſolet, dotes filiarum exclu-
ſarum eſſe detrahendas, vt æs alienum, pro-
60 cedit † in ijs caſibus, in quibus foeminæ non
computantur in numero, nec faciũt partem,
quod earum dotes non ſuccedant loco legi-
timæ, ſecundum eam ſententiam, quam retu-
limus ſupra num.20. Nam tunc verum eſt, de-
bere priùs detrahi dotes, vt æs alienum, dein-
de de reſiduo debere computari, & diuidi le-
gitimam pro numero ſuccedentium. Cœte-
rùm in caſibus, in quibus filiæ computantur
in numero, & faciunt partem ad commodũ
maſculorum, quod earum dotes ſuccedant
loco legitimę ſecundum eam ſententiam,
quam nos diximus eſſe veriorem, & receptio-
rem, non poteſt illud procedere, ut in ſpecie
declarant Hond.d.conſ.63.nu.125.vol.1. Morot.
d.conſ.23.num.24 uerſ.4. quæritur, & Rota
apud Fariu.in recoll.d.part.2.deciſ. 408.num.1.
ubi ait, hanc eſſe communem Dd. ſententiam,
61 ſed detractio eſt aliter facienda: Nam, † aut
dotes excedunt quantitatem portionis, quæ
iure communi debuiſſet ad filias pertinere,
Et pro rata debitæ portionis debent in maſ-
culorum legitimam imputari, vel de ea de-
trahi, aut ſolui a maſculis, tamquam onus ſi-
bi a ſtatuto impoſitum, ſecundum ea, quæ di-
ximus ſupra num. 58. & mox etiam dicemus,
Pro eo verò, quod excedit, debet detractio
fieri eo modo, quo voluntaria debita, vel re-
licta detrahuntur, ſcilicet, vt æs alienum, &
ſic ante legitimæ computationem, ſi dotes
fuerint inter viuos conſtitutæ, vel, vt legata,
& ſic poſt computationem legitimæ, ſi per
62 vltimam voluntatem conſtitutæ ſint. † Ita
declarant Caſtr.d.conſ. 286.num. 3. uerſ.ex hoc
dico, uol.1. Capy.d. deciſ. 158. num.6. uerſ.& ex
hoc dicit, Pereg.de fideic.d.art.38. num. 18. iun-
cto num.24.uerſ. Ego autem ſæpiùs, & Rota
apud Fariu.in recoll.d.part.2. deciſ. 408.num.6.
Aut verò dotes non excedunt quantitatem
iure communi debitam, ſed ſunt æquales, aut
minores, Et tunc ſine dubio ſunt detrahendę
de legitima maſculorum, aut ab eis ſoluen-
63 dę, tamquam onus a ſtatuto impoſitum, † ſe-
cundum ea, quæ diximus ſupra num. 58. &, ſi
quid ſupereſt, maſculis applicabitur, per ea,
quæ diximus ſupra num. 45. Ita in ſpecie decla-
rant Caſtr.d.conſ. 286.num. 3. uerſ.ex hoc dico,
uol.1.Capy.d.deciſ.158.num.6.uerſ.& ex hoc di-
cit, Pereg.d. artic. 38. num. 24. Et ita facienda
eſt legitimæ computatio, cum de tertio caſu
loquimur.

Quartus caſus eſt, quando ſtatutum exclu-
dit filiam, etiam non dotatam, quam tamen
mandat dotari, Et tunc res minorem videtur
habere dubitationem: Nam ferè omnes fa-
tentur, in computatione legitimę non eſſe il-
lius habendam rationem, ſed ſpectandum ſo-
lum eſſe numerum maſculorum, ita, vt, ſi
quinq; ſint filij, legitima ſit ſemis, aliàs non
ſit, niſi triens, non obſtante, quod adſit filia,
quę compleat numerum quinq; liberorum,
quia, cum ea ſit ab inteſtato excluſa, & per
conſequentias etiam a legitima, quę eſt pars
inteſtatę ſucceſſionis, Conſequens eſt, vt in
eius computatione non magis ſit conſiderã-
da, quam, ſi non eſſet in rerum natura, ſecun-
dum ea, quæ diximus ſupra num. 24. Quamo-
brem, nec partem faciet, nec numerum, ſed
eius dos, vt ęs alienum erit deducenda, ſecũ-
dum eam ſententiam, quam retulimus ſupra
num. 20. quęq; in his terminis videtur eſſe re-
64 ceptiſſima, † uti uidere eſt apud Alex. conſ. 31.
num.12.uol.4.Soc.Sen.d.conſ.75.num.9. uerſ.&
ad maiorem, & num.11.uerſ & tunc, quia, uol.3.
& conſ.82.num.36.uerſ. 3. opinio uolu.4. Corn.
conſ.199 nu.2.uerſ. Quod maximè, uol. 3. Pariſ.
conſ.25.num.38. & ſeqq. ubi num. 40. ait, hanc
opinionem eſſe probabiliorem, & firmiorem, ac
communiorem, & conſ.54.num.14.uol.2 & conſ.
53.num.76.& conſ.55.nu.16. uol.3. Ruin. conſ.
17.num.4 iuncto num.6.& conſ.52.num.10 uol.
2.conſil.152.num.5.uol.3.Boſſ. in d.titu.de bono.
publica.num. 2. uerſ. tamen magis, Gabr.d.conſ.
11.num.11.uerſ. idcirco rectè, ubi ait, hanc opinio
nem, non ſolum eſſe ueram, ſed etiam communem,
& num.22.uol.1.Craſſ.in d §.legitima, q.7.nu.4.
uerſ. quid dicendum, ubi teſtatur, hanc eſſe magis
communem, Men.d.conſ.401.num.143.uerſicu.
Illud etiam, ubi pariter teſtatur, hanc eſſe ueriorẽ,
& magis communem, Morot.d.conſ. 23.num.2.
& Andr.Fach.d.lib.4.controu.cap. 31.

Nec obſtat, ſi dicatur, eam, licet non voce-
tur ad legitimam, vocari tamen ad dotem,

quæ ſuccedit loco legitimæ, ideoq; perinde habendam, ac, ſi ad legitimam ipſam vocaretur, *per ea quæ diximus ſupra num.* 35. quia reſpondent, hoc procedere, quando ſtatutum excludit filiam dotatam, quo caſu non aliter cenſetur eam excludere, quam, ſi tempore mortis patris dos ei fuerit, aut data, aut promiſſa, aut relicta; Tunc enim verum eſt, dotē ſuccedere loco legitimæ, *ut declarant omnes, quos retulimus ſupra num.* 34. Cœterùm, quādo eam excludit ſimpliciter, & poſtea mandat dotari, tunc (ſecundum eos) verius, & receptius eſt, dotem non ſuccedere loco le-
65 gitimæ, † *vt in ſpecie declarant Soc. Sen. d. conſil. 288. num. 27. vol. 2. & d. conſ. 75. num. 8. verſicul. Præterea, & num. 9. & 11. verſic. Aliquando, & 2. vol. 3. Pariſ. d. conſ. 25. nu. 38. & 39. & d. conſ. 54. num. 14. vol. 2. & d. conſ. 53. num. 76. volu. 3. Gabr. d. conſ. 11. num. 4. & 5. vol. 1. Boſſ. in d. tit. de bono. publica. num. 2. verſ. Tamen magis, & in fi. vbi teſtatur, hanc eſſe communem opinionem, Morot. d. conſil. 23. num. 2. verſ. ſed, licet, vbi ait, hanc eſſe communem, & veram diſtinctionem.*

Verùm hæc ſententia, licet ita ſit recepta, vt difficile ſit, contrarium in iudicijs obtine-
66 re, mihi tamen non videtur vera, † quia ex ea reſultant illa eadē abſurda, quę conſiderauimus in caſu pręcedenti, *num. 30. & ſeqq.* nam ſi quatuor ſint maſculi, & vna filia, quę dotari debeat, & hęc non computetur in numero liberorum, minus illi iure legitimę cōſequentur, quam eſſent iure cōmuni habituri, quod, quia repugnat menti ſtatuentium, quippe, qui maſculis fauere, & illorum iura augere, non minuere voluerunt, ideo non eſt aliquatenus admittendum, *ſecundum ea, quę diximus num.* 31. Si vero filię cōputatio non operetur tranſitum legitimę de triente ad ſemiſſem, vt, quia quinque ſint maſculi, quo caſu legitima eſt ſemis, etiamſi filia non cōputetur in numero, vel tres tantū, aut pauciores ſint maſculi, & vna filia, quo caſu, etiāſi computaretur, non tamen efficeret, vt legitima tranſiret de triente ad ſemiſſem, tunc grauaretur pater, ſiue patris hæreditas maiore onere, quam ſit ei iure communi impoſitum, quia deberet pati, vt de ſuo patrimonio detrahatur dos filiæ, deinde de reſiduo detrahatur ſemis, aut triens pro filiorum legitima, quod, quia eorumdem ſtatuentium menti repugnat, ideo non eſt etiam admittendum, *ſicuti oſtendimus ſupra num.* 32.

Quamobrem verius eſt, quod alij tradiderunt, ſiue ſtatutum excludat dotatam, ſiue nō dotatam, quam tamen mandet dotari, eodē ſemper modo faciendam eſſe legitimę computationem, ita, vt definiatur triens, aut ſemis pro numero maſculorum, & fœminarum, quæ dotari debent, & detractis dotibus reſiduum maſculis applicetur, quia fœminę, licet ſint excluſæ, in numero tamen computātur ad commodum maſculorum, quippe,
67 quorum portionem impugnant. † *Ita in ſpecie de filia, quam ſtatutum mandat dotari ſcripſerunt Caſtr. in d. l. huiuſmodi. 86. §. ſi Titio, nu. 2. verſ. videtur etiam ff. de leg. primo, Curt. Iun. d. conſ. 268. num. 18. & 25. vbi ait, ab hac opinione non eſſe iudicando recedendum, Alcia. in d. l. re coniuncti, num.* 63. Quamobrem ea, quæ de computatione legitimę diximus in caſu præcedenti, *num. 40. & ſeqq.* debent etiam in hac ſpecie cenſeri repetita.

Nec obſtat, quod ex frequentiori dd. opinione non cenſeatur dos legitimę loco ſuccedere, quoties ſtatutum ſimpliciter excludit filiam, & poſtea mandat eam dotari, licet aliud ſit, quando non excludit, niſi dotatam, *vt patet ex ijs, quos retulimus ſupra num.* 65. quia reſpondeo primo diſtinctionem illam non eſſe veram: Nam, ſiue vno modo, ſiue alio ſtatutum excludat filiam a ſucceſſione patris, ſemper verum eſt, dotem ſuccedere
68 loco legitimæ, † *vt rectè docent Curt. Iun. d. conſ. 268. num. 29. & 36. Decia. d. conſ. 46. nu. 20. vol. 3. Hond. d. conſ. 63. num.* 129. & 130. *volu.* 1. ſi ſucceſſionem eo modo intelligimus, quo fieri dicitur in hac materia: Nam, cum dotē dicimus ſuccedere loco legitimæ, non intel-
69 ligimus † id fieri, quoad titulum, ita, vt filia, quæ vi ſtatuti dotem habet, dici poſſit habere legitimam, aut dotem iure legitimæ, quia tunc ſolum id dici poteſt, cum ei legitima debetur: nam eo caſu, ſi dotem habeat, aut datam inter viuos, aut in teſtamento relictā, rectè dicetur habere legitimam, quia habet rem, quæ in legitimam imputatur *l. quoniam nouella. 29. C. de inoff. teſta.* Cœterùm, cū ei legitima non debetur, prout euenit, cum ſtatuto excluditur ab inteſtati ſucceſſione, ſiue ſit dotata, ſiue dotanda, *vt ſcribunt omnes, quos retulimus ſupra num.* 22. verius eſt, non poſſe dici habere dotem iure legitimę, quia reſpectu filiæ ceſſat imputatio, cum dos in legitimam, quæ eius reſpectu nulla eſt, imputari nequeat. Minus intelligimus, ſuccedere, quoad naturam, & iura legitimæ, quia dos, quę a ſtatuto reſeruatur, non cenſetur eodem iure, quo legitima, nec eandem, quam illa naturam habet, *vt eſt notiſſima doctr. Bart. in l. Titio centū. 70. §. Titio genero ff. de cond. & dem.* ſed intelligimus, ſuccedere, quoad debitum, ſiue dandi neceſſitatem: Nam loco legitimæ, quam pater ei relinquere tenebatur, ſuccedit dos, quam, aut pater viuens, aut eius filij de paterna ſubſtantia dare compelluntur. Vnde reſpectu neceſſitatis dos hęc ſuccedit loco legitimæ. Quamobrem in computatione quantitatis, quam pater filijs relinquere tenetur, perinde habenda eſt dos, ac, ſi eſſet legitima, quia, qui legitimam iure communi relinquere tenebatur, iure ſtatutario tenetur eius loco dare, aut relinquere dotem, quæ proinde hoc reſpectu dicitur legitimæ loco ſuccedere.

At, dices, ſi dos, neq; quoad titulum, neq; quoad ius, & naturam ſuccedit loco legitimæ, qui fieri poteſt, vt filia, quæ dotem habet, faciat partem in legitima, cum regula ſit, eū, qui non admittitur ad partem, (prout non admittitur hæc filia) non facere partē, *vt oſtēdemus in 7. cap. q. 21. nu.* 24. Verum reſpondeo, ad hoc, vt quis faciat partem, non requiri tituli, ſiue iuris identitatem: Nec enim neceſſe eſt, vt admittatur eodem iure, & titulo, ſed
70 ſufficit, etiamſi diuerſo, † *vt not. Bald. in d. l. huiuſmodi. 86. §. ſi Titio, verſ. Not. ergo, & ibi Alex. num. 1. verſ. Not. & Iaſ. num. 2. ff. de leg. primo.* Itaq; in hoc non ſpectamus titulum, aut naturam rei, ſed effectum, qui, quoniam ita ſubeſt in filia, quæ dotem habet, vt in ea,

quæ

quæ vocatur ad legitimam, ideò operatur, vt non minus faciat partem, quam, ſi ad legitimam ipſam vocaretur, *ſecundum ea, quæ diximus ſupra num.* 35.

71 Secundo reſpondeo diſtinguendo, † aut quætimus, an dos ſuccedat loco legitimę ad excluſionem maſculorum, ita, vt filia, quæ dotem habet, perinde faciat partem maſculis, ac, ſi legitimam ipſam conſequeretur, Et (*quicquid cẽſuerint ij, quos retulimus ſupra n.* 44.) verum eſt, non ſuccedere, ſiue ſtatutum ſimpliciter excludat filiam, & mandet dotari, ſiue ita demum excludat, ſi fuerit dotata, quia, cum ad legitimam non vocetur, *vt oſtẽdimus ſupra num.* 22. Conſequens eſt, vt non poſſit dici in ea facere partem maſculis, ſcilicet, quia partem hoc modo facere non intelligitur, niſi, qui admittitur ad partem, aut partem partis, *vt oſtendemus in 7. cap. q. 21. num. 10. & q. 39.* Aut verò quætimus, an ſuccedat loco legitimæ ad commodum maſculorum, ita, vt filia, quæ dotem habet, fingatur ad legitimam vocata, ad hoc, vt maſculi conſequantur id, quod ſupra dotem debuiſſet ad eam iure legitimæ pertinere. Et eſt verius ſuccedere, quia, cum excluſio ad hunc vnum tendat finem, vt pars, quæ iure communi debuiſſet eſſe filiæ, maſculis applicetur, Conſequens eſt, vt, quoad illos debeat filia haberi pro vocata, quia alioqnin non poſſet maſculis applicari pars, quæ non eſſet *l. ex facto. 19. de hæred. inſt.* Qua ratione fit, vt etiam renunciatione excluſa faciat partem, & numerum in legitima, *vt oſtendimus in hoc cap. q. 7. nu. 13. & ſeqq.* quia, cum eius renunciatio debeat iis prodeſſe, quorum contemplatione facta fuit, ſequitur, debere, & ipſam in partibus faciendis numerari, ad hoc, vt eius pars vocatis applicetur, *ſicuti oſtendimus ibi num.* 14.

Quintus caſus eſt, quando ſtatutum excludit filiam, non dotatam, aut, quam mandet dotari, ſed ſimpliciter, & abſolutè, ita, vt inſpectis verbis nihil ei cenſeatur reſeruaſſe, ſed ſumus in caſibus, in quibus ex diſpoſitione iuris dotari debet, vt, quia tractetur de ſucceſſione patris, quo caſu, licet ſtatutum expreſſim non mandet filiam dotari, debet tamen ei congrua dos conſtitui habita ratione qualitatis perſonarum, & quantitatis patrimonij, *vt docet Bald. in l. fin. col. 2. verſ. ſed pone C. de dot. prom.* Et tunc res etiam videtur ſine difficultate procedere; Nam ferè omnes fatentur, in computatione legitimæ non eſſe habendam rationem huius filiæ perinde, ac, ſi non eſſet in rerum natura, ſed computationem eſſe faciendam habita tantum ratione maſculorum, & dotem eſſe detrahendam de toto patrimonio, tãquam æs alienum, quod in hac ſpecie dos non ſuccedat loco legiti-

72 mæ, † *vt ſcribunt Soc. Sen. d. conſ. 75. nu. 8. verſ. Præterea, & num. 9. & 11. verſ. Aliquando, & 2. volu. 3. Pariſ. d. conſ. 53. num. 76. vol. 3. Gabr. d. conſ. 11. num. 4. vol. 1. Craſſ. in d. §. legitima, q. 7. num. 4. verſ. Aut vero ſtatutum, Hond. d. conſ. 63. num. 130. volum. 1.* Ita enim ſenſiſſe videntur, qui ſimpliciter dixerunt, filiam excluſam propter maſculos, quæ debet dotari, non fa-

73 cere partem, aut numerum in legitima, † *vt Ang. in d. l. Papinianus. 8. §. unde, ſi quis num. 2. ff. de inoff. Caſtr. conſ. 445. num. 2. volu. 2. Soc. Sen. d. conſ. 75. num 11. verſ. & tunc, quia. volu. 3. Corn. conſ. 7. num 4. verſ. quin inſuper, volum. 2. Gratia. cap. 448. diſcep. forenſ. num. 37.* Quemadmodum, & ij qui dixerunt, filiam ſtatuto ſimpliciter excluſam non computari in numero liberorũ, ſed haberi pro mortua,

74 † *vt Ruin. conſ. 84. num. 6. vol. 3. Pariſ. d. conſil. 53. num. 76. vol. 3. Crott. in d. l. re coniunctis, num. 131. in fi. Rub. in d. l. pater filium. 14. num. 153. ff. de inoff. Ceph. d. conſ. 245. n. 39. & 41. verſ. quibus, Decia. d. conſ. 32. num. 109. verſ. Neq; obſtat, vol. 2. Pereg. de fideic. d. artic. 38. num. 15. verſicu. ſed horum.* Eiuſdem opinionis fuerunt omnes, qui cenſuerunt, non computari filiam, quam ſtatutum mandat dotari, *quos retulimus ſupra num.* 64. Nam ijdem multo magis cenſent, non computari, ſi de dote conſtituenda non loquatur.

Verùm, vt liberè dicam, quod ſentio, puto ſpeciem hanc non eſſe a duabus ſuperioribus diſtinguendam, quia, quoties tractamus de ſucceſſione patris, nil refert, vtrum ſtatutum excludat filiam dotatam, vel, quam mandet dotari, an verò ſimpliciter: Semper enim verum eſt, huic filiæ, vel expreſſim, vel tacitè cenſeri reſeruatam dotem, quæ legitimę loco ſuccedit, *ſecundum ea, quæ diximus ſupra num.* 68.

Quamobrem verius eſt, etiam in hac ſpecie filiam non haberi pro mortua, ſed in numero computari ad commodum maſculorum, ita, vt faciat tranſire legitimam de triẽte ad ſemiſſem, & operetur, vt, ſi quid ſupra dotem ſuperſit ad integram ſuæ portionis quãtitatem, totum id cedat commodo maſculorum, ſecundum ea, quæ diximus in tertio caſu, quippe, quę etiam in his terminis proce-

75 dunt, † vt rectè cenſuerunt *Caſtr. d. conſ. 286. num. 3. verſ. Prędicta, & verſ. ex hoc dico, volu. 1. Decia. d. conſ. 46. num. 29. verſ. Aliquando, & vltimo, vol. 3.* Et a conſilio Neapolitano fuiſſe deciſum refert *Capy. d. deciſ. 158. num. 7. vbi loquitur in his terminis, vt patet ex num. 1. & ſeqq.*

Nec eſt contrarium, quod Pedemontanus ſenatus bis contrarium iudicauerit, & ita in futurum iudicandũ cenſuerit, *vti refert Theſ. d. deciſ. 159. in fi.* quia, cum illud non ſit Principis mandatum, non impedit, quin cognita veritate poſſit Senatus contrariam ſententiã amplecti, ſecundum quam priore loco fuerat pronuntiatum *prout refert idem Theſ. ibi nu.* 18. & iterum de iure pronuntiandum varijs probauerat argumentis vir tunc temporis inter primarios iuris antiſtites nulli ſecundus, LVDOVICVS nempe MOROTIVS, quem probitas, & integritas, ac in iure dicendo prudentia ſingularis ad ſummum poſtea dignitatis gradum euexit, *vti videre eſt in eius conſil. 23. per totum.* Quamobrem non abre *Franch. d. deciſ. 549. num. 1.* ſcripſit non dubitare conſilium, quin filia, quæ dotem habere debet, partem faciat ad commodum maſculorum, quicquid ſcripſerit Theſ. *d. deciſ.* 159. Et, ſi meis temporibus huiuſmodi quęſtio decidenda proponeretur, non dubito (ita notã habeo doctrinam, & prudentiam eorum, qui ſunt in hoc corpore) quin ſecũdum Morotij ſententiam Senatus ſit pronuntiaturus. Temporum enim, & perſonarum, quę in Senatu ſedent, varietas operatur, vt varię quoque de

eadem re ſententiæ plerumque profetantur.

Sextus caſus eſt, quando ſtatutum ſimpliciter, & abſolutè excludit filiam, & ſumus in caſibus, inquibus ea, ne ex diſpoſitione quidem iuris communis debet dotari, Et tunc multo magis fatentur omnes, eam, nec partem facere, nec numerum, & maſculorum legitimam eſſe computandam nulla illius habita ratione, perinde, ac, ſi non eſſet in
76 rerum natura. † *Ita enim præter eos, quos retulimus in duobus caſibus præcedentibus num. 64. & 73. ſenſiſſe videntur, qui ſimpliciter tradiderunt, filiam ſtatuto excluſam non facere partem, aut numerum in legitima, vt Caſtrenſ. in d.l. planè. 34.§. ſi duobus num. 8 & ibi Iaſ. num. 23. ff. de leg. primo, Polit. in l. filium, quem habentem. 24. num. 167. in fin. C. fam. ercis. Soc. Sen. conſil. 153 num. 12. vol. 2. & conſil. 67. num. 10. volum. 4. Crott. in d. l. re coniuncti, numer. 129. verſ. Tertia, vbi ait, hãc concluſionem eſſe veram, & indubitatam, & num. 131. verſicul. prior opinio, Dec. conſ. 383. num. 5. vbi teſtatur, hanc eſſe communem, Soc. Iun. conſil. 67. num. 65. volum. 2. Rub. in d. l. pater filium. 14. num. 142. ff. de inoff. Bereng. in l. in quartam 90. num. 155. & 157. verſicul. Item, ſi quis ff. ad l. Falc. Men. d. conſ. 401. num. 143. Cutac. in expo. nouell. 18. Quemadmodum, & ij, qui ſcripſerunt, filiam totaliter excluſam nulla re reſeruata non facere partem alijs, vt Rub. in d. l. pater filium, numer. 153.*
77 quia, † cum non admittatur ad partem, aut aliquid, quod ſuccedat loco partis, cõſequẽs eſt, vt non faciat partem, *ex regula quam referimus in 7. cap. q. 21. num. 4.* Idque adeo verum eſſe cenſent, vt dicant procedere, etiamſi ſtatutum nõ aliter excludat filiam, quam, ſi fuerit ab alio dotata, vt euenit, cum dotatã ab vno excludit etiam ab aliorum non dotãrium ſucceſſione, puta dotatam a patre excludit etiam a ſucceſſione matris, & tractamus de ſucceſſione, & bonis illius, qui nõ dotauit Nã, licet requirat dotationẽ ab vno factã, ad hoc, vt filia cenſeatur ab omnium ſucceſſione excluſa, & ſic qualificet excluſionem, nõ ſolum reſpectu dotantis, ſed etiam reſpectu aliorum, tamen, quia dos non datur ab eo, de cuius bonis agitur, ideo reſpectu illius non poteſt filia dici habere dotem, quæ ſuccedat loco legitimę cum non entis nullę ſint qualitates, ſed debet cenſeri excluſa ſine aliqua reſeruatione, & ſic totaliter. Quo fit, vt, tamquam non vocata ad partem, nec aliud, quod ſuccedat loco partis, debeat haberi pro mortua, ita, vt nec partem faciat
78 nec numerum in legitima. † *Ita in ſpecie de excluſa a ſucceſſione matris ſcripſerunt Caſtr. d. conſ. 286. num. 3. verſ. Breuiter, iuncto verſicul. Prędicta, & verſ. Nouſit eſt, vol. 1. Curt. Iun. d. conſ. 268. num. 17. Decia. d. conſ. 46. num. 29. verſ. Aliquando, & vltimo, vol. 3.*

Et ita noſtri frequentiùs tradiderunt. Mihi verò, non minus in hac ſpecie videtur filia, quæ contemplatione maſculorum excluditur, in numero computanda, quam in ſpeciebus præcedentibus.
79 † Quod, vt liquidò demõſtrem, conſidero, finem, & intentionem ſtatuẽtiũ, qui maſculis extantibus excludũt filiam a patris, aut matris ſucceſſione, nõ eſſe, vt patrẽ, aut matrẽ eximant a neceſſitate relinquendę quantitatis, quam lex pro liberorũ legitima definiuit, aut eam in aliqua parte diminuant, & ſic augeant teſtandi, & diſponendi libertatem minus, vt eos grauent maiore onere, quam ſit eis iure communi impoſitum, ſed tantum, vt partem, quę iure cõmuni debuiſſet ad foeminam pertinere, transferant in maſculos, & ita efficiant, & illi, tam ſuam, quam foeminæ portionem ſtatuti beneficio conſequantur. Quod non obſcurè ſignificant dicentes, ſtatuta foeminas propter maſculos excludẽtia duplicem habere vim, vnam excluſiuam reſpectu foeminarũ, alterã verò incluſiuam reſpectu maſculorũ, quibus excluſarum partes applicantur, *vt retulimus in 5. cap. q. 49. num. 4.* Hic autem finis, licet principaliter reſpiciat ademptionem, & trãſlationem partis ab inteſtato contingentis, tamen per neceſſariam conſequẽtiam reſpicit etiam tranſlationem partis legitimę, quippe, quæ ab inteſtati ſucceſſione regulatur, cũ ſit pars eius partis, quam quis eſſet ab inteſtato habiturus, *vt diximus in hoc cap. q. 6. num. 15.*

Hinc fit, vt, ſi volumus, ſtatutum ſuum quidem conſequi finem, ſed illum nõ excedere, neceſſariò fateri debeamus, talem filiam, quę ſtatuto excluditur, debere inter filios connumerari, quoties de legitimæ computatione tractatur: Nam, aut per eius ſuppreſſionẽ minor fiet legitima, quam eſſet iure communi, vt, quia quatuor ſint maſculi, & vna filia, & non debet admitti ſuppreſſio, quia nõ ſolum excederet finem, & intentionem ſtatuẽtum, quippe; qui noluerunt patris obligationem diminuere, *vt rectè ſcripſit Caſt. d. conſ. 52. nu. 1. verſ. reſponderi poteſt, vol. 1. licet Bald. d. conſ. 61. nu. 4. verſ. in contrarium, vol. 1. contrarium ſentire videatur,* ſed etiam ei repugnaret: Noceret enim maſculis, quibus alioquin ſtatuẽtes voluerunt proſpicere, *vt oſtendimus ſupra nu. 31.* Aut verò per eius ſuppreſſionem, non minuitur, ſed augetur quantitas neceſſariò relinquenda, vt euenit, cum tractatur de ſucceſſione patris, de cuius bonis debet filia habere dotem, & ideò non debet admitti, quia excederet etiam finem, & intentionem ſtatuentium, quippe, qui noluerunt grauare patrem maiore onere, quam ſit ei iure communi impoſitum, *vt oſtendimus ſupra nu. 32.* Aut deniq; per eius ſuppreſſionem, nec augetur, nec minuitur, ſed remanet eadem, vt euenit, cum tractamus de ſucceſſione matris, de cuius bonis nõ debet filiæ dos conſtitui, Et tunc, aut filiæ ſuppreſſio prodeſſet etiam alijs, quibus ſtatuentes noluerunt proſpicere, puta foeminæ indotatæ, & ſic non excluſæ, & non debet admitti, quia repugnaret menti, & finali intentioni ſtatuentium, quippe, qui partem foeminæ voluerunt in maſculos, nõ etiam in alios transferre, *vt oſtendimus ſupra num. 13.* Aut deniq; non prodeſſet alijs, vt, quia ſoli ſuperſint maſculi, qui ſint ſucceſſibiles, & tunc, ſiue ſupprimatur filia, ſiue numeretur ſemper idem reſultat effectus.

Ex quo intelligimus filiam neceſſariò debere in tribus caſibus numerari inter liberos, cum ſcilicet fieri debet tranſitus de triente ad ſemiſſem, & , cum pater in plus grauaretur, quã iure cõmuni; deniq;, cũ vnius filię excluſio, non ſolũ maſculis, ſed etiam alteri filiæ prodeſſet; In alijs verò non referre, vtrum nume-

numeretur, nec ne. Et ita quæſtionem hanc
eſſe definiendam arbitror, ſiue ſtatutum ex-
cludat dotatam, ſiue non dotatam, quæ ta-
men dotari debeat, ſiue etiam ſimpliciter,
ita, vt nulla ſit ei dos conſtituenda.

Septimus caſus eſt, quando filia ſtatuto ex-
cluſa ſimul cum maſculis hæres inſtituitur,
vel ad aliquid vocatur, & ita agnoſcitur ab
eo, de cuius bonis agitur, Et tūc, ſi quæramus,
an ea debeat in numero computari, noſtri
communiter diſtinguunt, aut verſamur in
terminis, in quibus filia excluſa, etiam amota
vocatione computatur in numero liberorū,
puta, quia tractetur de ſtatuto excludente
filiam dotatam, *iuxta terminos tertij caſus*,
Et res caret dubio; nam, ſi computatur, etiāſi
non fuerit vocata, Conſequens eſt, vt multo
magis computari debeat, ſi ſit vocata, & ita
cum prouiſione legis concurrat etiam proui-
ſio teſtatoris. Et ita in ſpecie filiæ, quæ non
80 aliter excluditur, quam, ſi ſit dotata † ſcrip-
ſerunt *Pariſ. conſil. 54. num. 19. volu. 2. Mareſc.
d. lib. 1. variar. reſol. cap.* 10 *num.* 11. Aut verò
verſamur in terminis, in quibus amota vo-
catione filia non computatur in numero,
vt, quia tractetur de ſucceſſione matris, vel
etiam de ſucceſſione patris, ſed filia, vel ſim-
pliciter ſit excluſa, vel ita excluſa, vt tamen
debeat a fratribus dotari, *vt in terminis quar-
ti, & quinti caſus*, Et tunc res eſt mirum
in modum controuerſa: Nam plerique cen-
ſuerunt, eam non debere computari, quia
81 vocatur, vt extranea, non, vt filia: † *Ita
enim cenſuerunt Ant. de Roſell. de ſucc. ab int.
num. 245. & num. ſeqq. Pariſ. conſil. 54. num. 15.
volum. 2. Ruin. conſil. 152. num. 13. verſicul. &
eiuſdem ſententia, volum. 5. vbi teſtatur, hanc
opinionem eſſe communem, & maiori authorita-
te comprobatam, & meliori ratione fundatam,
Gabr. conſil. 121. num. 54. volum. 1. Crau. conſil.
966. num. 9. in prin. & verſicul. apparet ex
his, vbi pariter teſtatur, hanc eſſe crebriorem,
& veriorem, Surd. conſil. 404. num. 9. Gratia.
d. cap. 676. diſcep. forenſ. num.* 14. Alij verò
contra, imò computari, quia vocatur, vt
filia, non, vt extranea, cum teſtator eam vo-
cando videatur a ſtatutaria diſpoſitione re-
ceſſiſſe, & filiam in iure ſuo reintegraſſe.
82 † *Ita cenſuerunt Caſtrenſ. d. conſil. 52. num. 2.
volum. 1. Ruin. conſ. 40. num. 10. & 11. & conſil.
118. num. 24. verſicul. ſed dato etiam, volum. 3.
Pariſ. conſil. 53. num. 79. & 80. volum. 3. Theſ. d.
deciſ. 159. num. 15. licet num. 17. fateatur, ma-
gis communem eſſe in contrarium*. Alij diſtin-
guunt, aut teſtator eam inſtituit hæredem
vniuerſalem, vel in quota, & debet com-
putari, aut verò eam inſtituit in dote, vel
re certa, vel aliquid ei reliquit titulo lega-
83 ti, & non debet computari. † *Ita diſtin-
guunt Pariſ. d. conſil. 54. num. 18. & 19. volu.
2. Pereg. de fideicomm. d. articul. 38. numer.
26. verſicul. ſed contra, vbi ait, ita eſſe tenen-
dum*.

Ego verò in hac opinionum varietate
84 putarim diſtinguendum, † aut is, de cuius bo-
nis agitur, inſtituit filiam, vel hæredem vni-
uerſalem, vel particularem, Et verius cre-
diderim, debere eam, tamquam agnitam
in numero computari, quia, cum in perſona
teſtatoris nulla fuerit inſtituendi neceſſitas,
ſtante diſpoſitione ſtatutaria, quæ illum ab
huiuſmodi neceſſitate exemerat, Conſequēs
eſt, vt eam inſtituendo cenſeatur a ſtatutaria
diſpoſitione receſſiſſe, & ad meram iuris cō-
munis diſpoſitionem reſpexiſſe, ſecundum
quam ita filia, vt maſculus debet inſtitui.
85 † *Et ita in ſpecie declarant Soc. Sen. d. conſil. 75.
num. 3. 5. & 7. verſicul. ex quibus concludo volu.
3. vbi ait, ſi in hoc non reperire contradicto-
rem, Ruin. conſil. 17. num. 8. verſicul. Et ſic iſto
caſu, uol. 2. Rota apud Farin. in recoll. part. 2. de-
ciſ. 408. nu. 1 ubi ita deciſum*.

Nec obſtat, ſi dicatur, imò eo ipſo, quod
teſtator eam inſtituere non tenetur, ſi inſti-
tuat, videri eam, vt extraneam, non, vt fi-
86 liam inſtituere, † *ſicuti not. gloſ. in l. 1. §. ſi
quis autem, in uerb. filio ff. de ſucceſſ. ed.* quia
87 poſſet hoc procedere, † ſi nulla inſpecto iu-
re communi ſubeſſet inſtituendi neceſſitas,
vt euenit in filio naturali, vel etiam legiti-
mè nato, quem pater alteri filio pupillari-
ter ſubſtituit, *in quibus terminis loquitur glo.
in d. §. ſi quis autem*. Cæterùm, quando in-
ſpecto iure communi ſubeſt inſtituendi ne-
ceſſitas, quæ ſtatuto ſit ſublata, licet pater, aut
mater, ſi nolit, non teneatur ſtare iuri com-
muni, ſed poſſit vti beneficio ſtatuti, & fi-
liam præterire, tamen, ſi inſtituat, cenſetur,
quatenus relinquit, noluiſſe inhærere diſpoſi-
tioni ſtatutariæ, ſed potiùs redire ad ius com-
mune, ſecundum quod, non minus eam,
quam filium inſtituere compellitur, *ut re-
ctè declarant ij, quos ſupra retulimus*. Idque
faciliùs procederet, ſi nominatim diceret,
ſe eam inſtituere pro ſua legitima, vel pro
ſua parte, vel pro ſua Falcidia: nam tunc res
eſſet clara, quia teſtator cenſeretur haud du-
biè ad ius commune reſpexiſſe, quo pater fi-
liam in legitima, vel aliqua re pro legitima
88 inſtituere tenetur, † *ut in ſpecie declarant De-
cia. d. conſil. 32. num. 109. uolum. 2. & Rota
apud Farin. in recoll. d. part. 2. deciſ. 408. num. 5.
Et conſentit Ruin. conſi. 118. num. 25. uolum. 3.
licet de legato loquatur. Nec improbat Pereg. de
fideicomm. d. artic. 38. num. 26. Tametſi contra-
rium cenſuerit Gabr. d. conſil. 11. numer. 7. & 8.
uolu. 1.* Aut verò huiuſmodi filiam non in-
ſtituit, ſed ei ſimpliciter legauit, vel dotem,
vel quid aliud, Et tunc veriſſimum eſſe pu-
to, quod alij tradiderunt, non videri teſtato-
rem ad ius commune reſpexiſſe, ſed rem il-
lam filiæ, non vt filiæ, ſed, vt extraneæ reli-
89 quiſſe, † *vt rectè declarant Soc. Sen. d. conſil. 75.
num. 4. vol. 3. & Ruin. d. conſil. 17. num. 8. verſ. &
90 ſic iſto caſu volu.* 2. quia, † cum iure communi
non ſufficiat relinquere legitimam titulo le-
gati, ſed neceſſariò debeat relinqui titulo in-
ſtitutionis §. *aliud quoque capitulum, Auth.
vt, cum de app. cogn. coll. 8. & diximus etiam
in 7. cap. q. 11. num. 4.* Conſequens eſt, vt te-
ſtator, qui filiæ legat, non cenſeatur ad ius
commune reſpicere, ſed id facere, vel, vt ali-
quod in filiam præbeat affectionis ſignum, ſi
ſit mater, aut etiam pater, qui vltra dotem
aliquid ei relinquat, vel, vt compenſet cum
debito, quod, vel expreſſim, vel tacitè cen-
ſetur a ſtatuto impoſitum, nempe cum de-
bito dotis, quæ filiæ conſtitui debet, & ita
potiùs reſpicere ad diſpoſitionem ſtatuta-
riam, quam ad diſpoſitionem iuris cōmunis,

vt declarant Ruin.d. conſ. 17. num. 7. volum. 2.
Pereg. d. articul. 38. num. 26. verſ. ſed contra.
Hæc autem, quæ diximus ita ſunt intelligen-
91 da, vt procedant † poſita illorum ſententia,
qui cenſent, filiam, etiam, quæ dotari debet,
in numero non computari, *ſecundum ea, quæ*
diximus ſupra num.64.& 73 Nam ſecundum
eam, quam nos diximus eſſe veriorem, vt ſci-
licet, in numero computetur, ſiue dotata, ſiue
dotanda, ſiue etiam ſimpliciter excludatur,
ſuperuacua eſſet diſtinctio, & res ex ijs eſſet
decidenda, quæ diximus in caſibus præcedē-
tibus.

Octauus, & vltimus caſus eſt, quando ſtatu-
tum excludit filiam, non perpetuò, ſed tēpo-
raliter, prout euenit, cum eam excludit, quā-
diu, vel, donec extabunt maſculi, Et tunc res
eſt poſita extra omnem dubitationem: nam
certum eſt, huiuſmodi filiam debere inter li-
beros computari, vt partem faciat, & numerū
92 in legitima. † *Ita enim ſcripſerunt Soc.Sen.conſ.*
241.num.13.vol.2.& d.conſ.75.in prin. verſicu.
Quare capio, & num.2.verſ. vnde, cum fuerint,
vol.3. Dec.conſ.607.num.16.Ruin. conſ. 36.nu.
12.verſ. In caſu tamen noſtro, vol.3. Gabr.conſil.
18.num.42.& 43.verſ. & in terminis, volum.2.
Decia.d.conſ.32.num.108.verſ.3. volu.2.Hond.
d.conſ.1.num.106.vol. 2. vbi teſtatur, hanc opi-
nionem eſſe communiter receptam, Pereg.de fideic.
d.articul.38.num.25. Morot. d.conſil.23. num.
93 *14.verſicul.* 8. quia, † cum deficientibus maſ-
culis ſit eius portio filiæ reddenda, conſe-
quens eſt, vt interim debeat eſſe penes maſcu-
los. *Ita ratiocinatur Gabr.d. conſil. 18.nu.44.*
vol.2. Et hęc de liberorum legitima.

SVMMARIVM.

1 *Ius accreſcendi locum habet etiam in legitima parentum, & cur, num. 6.*

2 *Parentibus ita, vt liberis leges proſpiciunt.*

3 *Legitima parentum aucta eſt hodie ad trientem, licet nonnulli contrarium cenſuerint numero 4.*

5 *Declaratur §. ſi vero habuerint, Auth. Quib. mod nat.eff. ſui, coll. 7.*

7 *Fratres vtrinque coniuncti ſimul cum parentibus ad inteſtati fratris ſucceſſionem admittuntur.*

8 *Fratribus debetur legitima, ſi frater inſtituerit turpem perſonam.*

9 *Legitima matris eſt triens eius portionis, quam fuiſſet ab inteſtato habitura, ſi etiam fratres ad legitimam vocentur, Sed contra num.12.*

10 *Legitima fratrum non eſt aucta ad trientem, ſed adhuc hodie eſt quadrans, licet plerique contrarium cenſuerint, num. 11.*

12 *Legitima matris quanta ſit, & quomodo computanda, quoties filius inſtituit turpem perſonam, & ita fecit etiam locum fratribus, & num. ſeqq.*

14 *Teſtator diſponendo non poteſt excedere beſſem ſui patrimonij, ſed debet relinquere trientem ijs, quibus legitima debetur.*

55 *Legitima debet ex vniuerſo computari.*

16 *Legitima matris eſt triens omnium bonorum, ſi fratres iuſtè fuerint exhæredati, & cur, nu. 17.& 18.*

59 *Exhæredati fratres habentur pro mortuis.*

20 *Ius accreſcendi non poteſt habere locum inter matrem, & fratres in legitima, Sed contra, nu. 23. & cur, num.24. Declara, vt num.25.*

25 *Mater, & fratres non poſſunt dici coniuncti in legitima, Declara, vt num. 25.*

22 *Mater, & fratres diuerſo iure vocantur ad legitimam, & num.41. Declara, vt numer. 29. & ſeqq.*

26 *Ius accreſcendi, an, &, quando locum habeat inter diuerſo iure ſuccedentes, & num. ſeqq.*

30 *Plus, & minus non faciunt differre ſpecie.*

31 *Diuerſo iure ſuccedere qui dicantur, & num. ſeqq.*

35 *Legitima matris eſt triens trientis, ſi duo fratres fuerint a fratre præteriti, & inſtituta ſit perſona honeſta, & cur nu. ſeqq. Sed contra num.53. & cur, num. ſeqq.*

36 *Legitima eſt triens eius portionis, quam quis eſſet ab inteſtato habiturus, Declara, vt num. 71. & 74.*

37 *Legitima matris, vt ſit triens omnium bonorum, ſi fratres ſint præteriti, debet fieri per ius accreſcendi, Sed contra num. 39. 55. & 82.*

38 *Ius accreſcendi non poteſt habere locum inter matrem, & fratres, quoties hi fuerunt a fratre præteriti, & cur, num.40. & ſeqq. & num. 47. Sed contra num. 85.*

40 *Mater, & fratres ſunt coniuncti coniunctione legali.*

42 *Ius accreſcendi non habet locum in legitima, ſi vnus ſit inſtitutus, alter verò præteritus, Declara, vt num. 86.*

43 *Ius accreſcendi ceſſat, quoties de parte vacante fuit a lege, vel a teſtatore diſpoſitum, Declara, vt num. 87.*

44 *Contemplatione alterius, quoties quis a ſucceſſione remouetur, illi debet ſucceſſio applicare, cuius contemplatione ſit remotio, Declara, ut nu. 88. & ſeqq.*

45 *Fratres a fratre præteriti remouentur a ſucceſſione contemplatione hæredis inſtituti. Declara vt num.90.*

46 *Præteritio eſt tacita quædam exhæredatio.*

43 *Abſurdum eſt, quem facto teſtamento plus conſequi contra voluntatem teſtatoris, quam eſſet ab inteſtato habiturus, & num.49. Declara, vt num. 91.*

50 *Pater liberè poteſt diſponere de eo, quod excedit legitimam, etiam fauore cuiuslibet extranei.*

55 *Abſurdum eſt, melioris conditionis eſſe venientē contra teſtamentum, quam, qui ſecundum illud venit, Declara, vt num. 92.*

52 *Abſurdum eſt, plus conſequi inſtitutum vigore clauſulæ codicillaris teſtamento exiſtente nullo, quam eo exiſtente valido, Declara, vt num.94.*

56 *Paria ſunt, non extare, vel extare, & non poſſe ſuccedere.*

57 *Fratres a fratre præteriti pro mortuis habentur, etiam ab inteſtato, vt num. 59. Declara, vt num.61.*

58 *Fratres a fratre præteriti finguntur non eſſe ab inteſtato ſucceſſuri.*

60 *Mater fingitur ſola ab inteſtato ſucceſſura, quoties fratres fuerunt a fratre præteriti.*

62 *Fratres a fratre præteriti non admittuntur ad partem, ideoq; non faciunt partem matri in legitima.*

63 *Legitima regulatur a ſucceſſione inteſtati, Declara, vt num.64.*

65 *Declaratur §. 1. verſ. hoc obſeruando, Auth. de trien.& ſem.coll.3.& num. ſeqq.*

68 *Fra.*

68 *Fratres præteriti habentur pro exhæredatis.*

69 *Benignior pars in dubijs quæſtionibus eſt tenenda.*

70 *Legitima cur matri debeatur.*

72 *Legitima debet æſtimari ex numero eorum, qui contra teſtamentum venire poſſunt, non eorũ, qui ab inteſtato ſunt ſucceſſuri, & cur, nu. 73.*

75 *Legitima, an debeat vniuerſaliter, an vero ſingulariter computari.*

76 *Filius naturalis ſuccedit in duabus vncijs non extantibus legitimis.*

77 *Filius naturalis non poteſt venire contra teſtamentum patris.*

78 *Legitima matris eſt triens omnium bonorum, etiamſi defuncti filius naturalis extet.*

79 *Adoptiuus vocatur ad inteſtati patris ſucceſſionem.*

80 *Adoptiuus non poteſt venire contra teſtamentum patris adoptiui.*

81 *Legitima filiorum naturalium, & legitimorum eſt triens, vel ſemis omnium bonorum, etiamſi filius adoptiuus extet.*

82 *Mater conſequitur trientem omnium bonorum pro legitima, non iure accreſcendi, ſed iure ſuo, & proprio, ſcilicet per remotionem obſtaculi, quoties fratres fuerunt præteriti, & num. ſeqq.*

95 *Legitima patris eſt triens omnium bonorum, ſi fratres fuerint a fratre præteriti.*

96 *Legitima aui, vel auiæ eſt triens omnium bonorum, ſi nepos in teſtamento fratres vtrinque coniunctos prȩterierit.*

97 *Legitima parentum eſt triens omnium bonorum, ſi filius in teſtamẽto præterierit nepotes ex fratre, qui ſimul cum illis poterant ab inteſtato ſuccedere.*

98 *Legitima matris eſt triens omnium bonorum, ſi filius in teſtamento prȩterierit fratres vtrinq; coniunctos, etiamſi adiecerit illa verba, &, quod plus petere non poſſit.*

99 *Ius accreſcendi poteſt in matris legitima prohiberi, Sed contra, num. 101.*

100 *Verba hæc, &, quod plus petere non poſſit, inducunt limitationem, quæ ius accreſcendi excludit.*

102 *Declaratur §. ſi verò legitimos, Auth. quib. mod. nat. eff. ſui, coll 7.*

103 *Legetima matris eſt triens omnium bonorum, etiamſi fratres fuerint inſtituti, & num. ſeqq. Sed contra, num. 109. & cur, num. ſeqq. Declara, vt num. 124. & ſeqq.*

105 *Legitima debetur ex neceſſitate.*

106 *Fratres cenſentur a fratre inſtituti, vt extranei, non, vt ij, quibus legitima debetur, ſi perſona turpis non fuit a fratre vocata, Declara, vt num. 122.*

107 *Ratio, qua dd. mouentur, non ſpecies ab eis propoſita debet attendi.*

108 *Argumentum non poteſt ſumi a contrario ſenſu a dicto doctoris, Declara, vt num. 110.*

111 *Fratres inſtituti faciunt partem matri, etiamſi non vocentur ſub nomine legitimæ.*

117 *Abſurdum eſt, quem iure legitimæ plus conſequi, quam eſſet ab inteſtato habiturus.*

118 *Abſurdum eſt, inſtitutum, & grauatum fideicommiſſo plus conſequi iure legitimæ, quam detrahit, quam ſit portio, in qua fuit inſtitutus.*

125 *Fratres inſtituti faciunt partem matri in legitima, Sed contra num. 126. Declara, vt nu. 127.*

128 *Diminutio, quæ fit per imputationem, qualiter differat ab ea, quæ fit per concurſum, & num. ſeqq.*

135 *Concurſu, quando dicatur fieri diminutio.*

136 *Legitima matris eſt triens omnium bonorum, etiamſi fratres fuerint inſtituti, per imputationem tamen diminutus.*

137 *Fratres etiam in re minima inſtituti faciunt partem matri in legitima, & num. 144. Sed contra num. 145. & ſeq.*

138 *Legitima matris eſt triens eius portionis, quam fuiſſet ab inteſtato habitura ſi fratres, etiam in re minima fuerint inſtituti, Sed contra, num. 143. Declara, vt num ſeqq.*

139 *Fratres inſtituti eatenus obſtant matri in legitima, quatenus percipiunt ex iudicio teſtatoris, & cur, num. 140.*

141 *Fratres in aliqua re inſtituti non poſſunt dici penitus excluſi, ſiu pro mortuis haberi.*

142 *Fratribus inſtitutis, ſi quid ſupereſt ad integram legitimam, matri eſt relinquendum.*

145 *Fratres inſtituti impediunt, ne mater integrum habeat omnium bonorum trientem. Declara, vt num. ſeqq.*

146 *Fratres inſtituti diminuunt matris legitimam per modum imputationis, non per modum cõcurſus.*

147 *Legitima matris quanta ſit, ſi ex pluribus fratribus, quidam vocati ſint ad rem, vel quantitatem parem legitimæ, vel etiam maiorem, quidam verò ad minorem.*

148 *Legitima matris eſt triens omnium bonorum, ſi fratribus aliquid ſit relictum titulo legati, uel fideicommiſſi, Declara, ut num. ſeqq.*

149 *Legata fratribus relicta non ſoluuntur, niſi detracta priùs matris legitima, Declara, ut num. 154.*

150 *Legata fratribus relicta detrahuntur ante matris legitimam, & cur, num. 153. Sed contra num. 154.*

151 *Fratres, quibus legata relicta ſunt, faciunt partem matri in legitima, Declara, ut num. 152. Sed contra num. 154. & ſeqq.*

155 *Legata fratribus relicta in matris legitimam imputantur, & cur, num. 156.*

157 *Fratres, utrum ſint inſtituti, an legato honorati non refert in computanda matris legitima.*

158 *Legitima matris eſt triens omnium bonorum, ſi ex pluribus fratribus, quidam ſint uocati, quidam uero præteriti, & cur, num. 159. Declara, ut num. 160. & ſeqq.*

164 *Teſtamentum eſt ipſo iure nullum, ſi mater in eo fuerit præterita.*

165 *Clauſula codicillaris operatur, ut uenientes ab inteſtato cenſeantur grauati hæreditatem ſcriptis in teſtamento reſtituere, ſi teſtamentum ſit nullum ex cauſa præteritionis.*

166 *Legitima matris eſt triens trientis, quoties ab inteſtato ſucceditur, & cur, num. 167. Fallit, vt num. 169. Sed contra num. 170. & ſeqq.*

168 *Mater in reſtitutione hæreditatis nõ detrahit, niſi tertiam portionis ab inteſtato contingentis;*

171 *Legitima matris eſt triens omnium bonorum, etiamſi ab inteſtato ſuccedatur, & cur, nu. 172. Declara, ut num 173. & ſeqq.*

175 *Fratres, qui ſuas portiones reſtituerunt fideicõmiſſario, non obſtant matri in computatione legitimæ, licet nomine maneant hæredes.*

176 *Mater grauata fideicommiſſo non detrahit Trebellianicam, niſi pro rata ſuæ portionis.*

178 *Legitima reſeruata matri ſtatuto excluſæ eſt triẽs omnium bonorum, ſi, neq; ſoror, neque frater utrinque coniunctus extet, & cur, num. 179.*

180 *Legitima reſeruata matri ſtatuto excluſæ eſt tertia portionis ab inteſtato contingentis inſpecto iure communi, ſi extet frater utrinq; coniunctus,& cur, num. 181. Sed contra num. 182.*

183 *Legitima reſeruata matri ſtatuto excluſæ eſt tertia portionis ab inteſtato contingentis inſpecto iure communi, ſi extet ſoror ſtatuto excluſa, & cur, num. 184. Sed contra, num. 185. & ſeq. Declara, ut num. 187. & ſeqq.*

184 *Matri ſtatuto excluſæ nulla debetur legitima.*

188 *Soror ſtatuto excluſa, qualiter habeatur pro mortua.*

191 *Legitima matris eſt triens omnium bonorum, ſi ſoror ſtatuto excluſa fauore conſanguineorum fuerit á fratre præterita, non inſtituta turpi perſona,& cur, num. 192.*

193 *Legitima matris eſt triens omnium bonorum, etiamſi ſorori ſtatuto excluſæ frater aliquid in teſtamento legauerit, & cur, num. 194. & ſeq. Sed contra num. 196.*

197 *Sororis etiam ſtatuto excluſæ ratio eſt habenda in computatione legitimæ matri debita, ſi frater inſtituit turpem perſonam.*

198 *Legitimæ matri debitæ computatio, qualiter extantibus fratribus utrinque coniunctis ſit facienda, compendioſè definitur.*

An, &, quando ius accreſcendi locum habeat in legitima parentum.

Quæſtio Decimaſexta..

NVnc tranſeamus ad legitimã parentum,& diſpiciamus, an, & quando
in ea locum habeat ius accreſcendi.
Conſtat autem in hac quæſtione
varios etiam eſſe diſtinguendos caſus, quorum.
Primus eſt, quando parentes non concurrunt cum fratribus vtrinq; coniunctis, ſed
ſunt ſoli, vt, quia filius, de cuius bonis agitur,
fuerit vnicus, & deceſſerit ſine liberis, patre,
matreq; ſuperſtitibus, Et tunc, ſi ſimus in caſibus, in quibus eis legitima debeatur, vt, quia
factus ſui iuris teſtatus ſit, & parentes in certis rebus hęredes inſtituerit, aut inteſtatus decedens eos grauauerit reſtitutione hęreditaris, non puto dubitandum, quin etiam inter
eos locũ habeat ius accreſcendi, ſi alteruter
1 deficiat.† *Ita enim ſenſiſſe videntur omnes, quos
retulimus in hoc cap. q. 8. num. 8. dum ſimpliciter
ſcribunt, in legitima locum habere ius accreſcendi:
Nam, cum generaliter loquantur, nec ſe reſtringant ad legitimam liberorum, conſequens eſt, vt
generaliter ſint accipiendi, tam de parentum, quã
de liberorum legitima;* Neq; enim in hac re diſcrimen aliquod eſt inter parentes, & filios
conſtituendum, cum legum intentio ſit, ſimilem parentibus,& filijs prouidentiam afferre
2 † *l. cum oportet. 6. in prin. C. de bon. quę lib. §. ſi
vero contigerit, verſ. & hęc quidem, Auth. vt, cũ
de app. cogn. coll.* 8. Quamobrem, vt filiorum
legitimam Iuſtinianus auxit ad trientem *§.
1. Auth. de trien. & ſem. coll. 3. §. quamobrem præſentem, Auth. de reſtit. & ea, quæ par. coll. 4. Auth.
de imm. don. a par. in fil. fact. coll. 7. in prin. Auth.
nouiſſima C. de inoff.* ita etiam auxit legitimã
parentum, vt eſt frequentior noſtrorum opi-
3 nio,† *ſicuti videre eſt apud gl. in d. Auth. nouiſſima, in verb. titulo, verſ. Item intelligo, & ibi Cin.
num 4. Bart. num. 2. Iaſ. num. 35. Fabia. nu. 40.
C. de inoff. teſt. gl. in d. Auth. de trient. & ſem. coll.
3. in prin. in verb. hoc obſeruãdo in omnibus, & ibi
Bart. num. 9. uerſ. & nota, Ang. num. 10. gl. in §.
primum itaq; in uerb. patribus, Auth. de hęred. &
Falcid. coll. 1. gl. in Auth. licet, in uerb. legitima,
C. de nat. lib. gl. in §. ſi uero habuerint, in uerb. legitima, Auth. quib. mod. nat. eff. ſui coll. 7. & ibi
Bart. in §. ſi quis igitur, num. 6. Ang. conſ. 105.
num. 4. Ant. de Roſell. de ſucceſ. ab inteſt. in fin.
Alex. conſ. 140. num. 9. uolum. 1. Afflict. deciſ.
204. nu. 4. And. Barba. in l. cum acutiſſimi. 30.
num. 57. C. de fideic. Corn. conſ. 188. nu. 13. uol.
2. Crott. in d. l. re coniunctis, num. 178. Polit. in l.
filium, quem. 24. num. 170. C. fam. ercij. Bereng.
in l. in quartam 90. in 2. part. præfat. num. 162. ff.
ad l. Falc. Hyer. Laur. in l. in fideicõmiſſaria. 18.
num. 70. ff. ad Treb. Cagn. in l. 1. num. 22. & in
l. Papinianus. 8. §. quarta, num. 4. ff. de inoff.
Bartol. de Hucio de mater. quartar. num. 3. Rollanden. de inſtit. parin. rub. 19. num. 5. Couar. in
epit. tit. de ſponſ. part. 2. cap. 8. §. 4. num. 12. Vaſq.
lib. 3. Illu. contro. cap. 102. num. 18. uerſ. Intellige,
Craſſ. in §. legitima, q. 9. Mareſc. lib. 1. uaria. reſol. cap. 10. num. 20. Gratia. tom. 3. diſcep. for. cap.
448. num. 17. & 18.* Et, quamquam pleriq; cõ-
4 trarium verius arbitrentur, † *ut Rub. in d. l.
pater filium, 14. num. 46. & ſeqq. ff. de inoff. ubi
ait, hanc in puncto iuris eſſe ueriorem, & D. Io.
Vaudus doctiſſimus olim præceptor meus in illis
iuris quæſtionibus, quas edidit adhuc adoleſcens,
& prius, quam ad doctoratus gradum promoueretur lib. 1. quæſt. 50. num. 2. & ſeqq.* non eſt tamen recedendum a communi, quæ etiam
verior eſt, vt apertè probat textus *in §. ſi uero
habuerint, Auth. quib. mod. nat. eff. ſui coll. 7.* ad
quem hactenus nemo (quem viderim) ani-
5 maduertit: Nam ibi† Iuſtinianus loquens de
ijs, qui filios habent naturales, *Si uerò*, inquit,
*habuerint ij, quos prædiximus aliquos aſcẽdẽtiũ,
legitimam eis relinquant partem, quam lex, & nos
conſtituimus, reliquam uero totam in naturales
filios habeant relinquendi licentiam*, quibus verbis ita clarè oſtendit, parentibus eſſe pro legitima relinquendum trientem, vt nullus (meo
iudicio) ſuperſit probabili dubitationi locus:
Nam diligenter ponderanda ſunt illa verba,
quam lex, & nos conſtituimus, quippe, quæ ſignificant, parentibus non ſolum eſſe relinquendam illam partem, quam lex conſtituit,
ſed etiam illam, quam conſtituit Iuſtinianus:
Sunt enim verba copulatiuè prolata, quæ
vtriuſq; copulati concurſum,& verificationẽ
requirunt *l. ſi hæredi plures. 5. ff. de cond. inſt.*
Pars autem, quam lex conſtituit, eſt quarta
*§. ſi quis autem non impleus, Auth. de hæred. &
Falc. coll.* 1. Ergo, vt prędicta verba verificentur, debet pręter quartam relinqui parentibus etiam ea portio, quam conſtituit Iuſtinianus. Hęc autem nihil aliud eſt, quam vncia,
quippe, quam ſolam veteri legitimę Iuſtinianus adiecit: nam, cum eam non ſuſtulerit,
ſed tantum auxerit ad trientem, non poteſt
pars ab eo conſtituta dici totus triens, ſed tãtum vncia, ſcilicet, quia quadrans, qui in triẽte continetur, iam fuerat lege antiqua conſtitutus. Ergo probant verba prędicta, parentibus eſſe relinquendum trientem, & ſic par-
tem

tem legitimam, quam, & lex conſtituit, & Iuſtinianus, lex reſpectu quadrantis, qui trienti ineſt, Iuſtinianus verò reſpectu vnciæ, in qua fuit aucta legitima. Hic (meo iudicio) verus eſt huiuſce loci ſenſus, quem comprobat
5 Iuſtiniani conſuetudo, quippe, qui, quoties loquitur de parte, quam lex conſtituit, aut definiuit, aut dari vult, ſemper intelligit quadrantem, *uti uidere eſt in d. §. ſi quis autem non implens, Auth. de hæred. & Falc. coll. 1.* quoties verò loquitur de portione a ſe conſtituta, vel definita, eam intelligit, quam ipſe, vel auxit, *ut in §. quamobrem præſentem, Auth. de reſtit. & ea, quæ par. coll. 4. & Auth. de imm. donat. a par. in fil. fact. coll. 7. in prin.* vel diminuit, vt in patrono *§. non autem, Auth. de hæred. & Falc. coll. 1.*

Hinc intelligimus, veriſſimum eſſe, quod ſupra diximus, leges ita parentibus, vt filijs proſpicere, ideoq; nullam inter eos eſſe conſtituendam differentiam, maximè in materia iuris accreſcēdi, in qua parentum eadem eſt,
6 quæ, & liberorum ratio: † nam, vt liberi, ita & parentes communiter ad legitimam vocātur *§. primùm itaq; Auth. de hæred. & Falc. coll. 1.* ſuntque proinde legali coniunctione iuncti, *ut diximus in hoc cap. q. 8. num. 3.* &, vt illi conſtituunt vnum corpus, idemque ſernnt quatuor, quod vnus eſſet habiturus *§. 1. Auth. de trien. & ſem. coll. 3. Auth. nouiſſima C. de inoff. teſta.* ita, & hi, cum pater, & mater ſuperſtites concurſu diuidant inter ſe trientem, quem alioquin alter ſolus altero non exiſtente inſolidum eſſet habiturus. Quamobrem, vt in legitima liberorum locum habet ius accreſcendi, *ſicuti latè oſtendimus in d. q. 8. num. 8. & ſeqq.* ita etiam locum habere debet in legitima patrem, & cum iiſdem declarationibus, & diſtinctionibus, quas in illa retulimus *in q. 6. & 9. qq ſeqq.* Hinc infertur

Primo, ſi tempore quo filins moritur, vnus ex parentibus iam deceſſerat, vel factus erat incapax, ſuperſtitem, & capacem habiturum quidem totum trientem, ſed iure ſuo, & per quandam remotionem obſtaculi, nō etiam, iure accreſcendi, per ea, quæ de filijs diximus *in hoc cap. q. 6. num. 12. & ſeqq.*

Secundo infertur, ſi quo tempore moritur filius, pater, & mater fuerint ſuperſtites, &, tamquam capaces fuerint ad legitimam vocati, poſteaq; vnus eorum defecerit, puta repudiauerit, partem eius ad alterum per ius accreſcendi pertinere, quippe, quod in hac ſpecie propriè locum habet, vt patet ex iis, quæ de filijs diximus *in hoc eodem cap. q. 8. nu. 46. & ſeqq.*

Tertio infertur, ſi vnus ex parentibus iuſtè fuerit exhæredatus, alter verò inſtitutus, hunc iure legitimæ totum trientem habiturum, non quidem iure accreſcendi, quippe, quod in hac ſpecie conſiderari nequit, ſed iure ſuo, & per remotionem obſtaculi, ſecūdum ea, quæ de filijs diximus *in hoc cap. q. 11. num. 24. & ſeq.*

Quarto infertur, ſi mater ſtatuto ſit excluſa, patrem quoq; iure ſuo, non etiam iure accreſcendi totum trientem habiturum, *per ea, quæ de filia ſtatuto excluſa diximus in q. præced. per tot.* &, ſi quid matri fuerit ſtatuto reſeruatum, debere id detrahi de triente, ita, vt illud tantum, quod trientem excedit, remaneat in libera diſpoſitione filij, ſecundum ea, quæ de filia diximus, *in d. q. præcid. nu. 58. & ſeqq.*

Secundus verò caſus eſt, quando parentes non ſunt ſoli, ſed cum eis, vel altero eorum concurrunt etiam fratres vtrinq; cum defuncto coniuncti, qui de iure communi ſimul cum eis ad inteſtati fratris ſucceſſionem ad-
7 mittūtur † *Auth. defuncto C. ad Tert. §. ſi igitur defunctus, Auth. de hæred. ab int. uen. coll. 9. §. hinc nos, uerſ. ſi autem inteſtatus, Auth. de nupt. coll. 4.* & frater, qui deceſſit, inſtituit quidem parentes, ſiue (vt frequentiùs accidit) parentē, puta matrem in legitima; aut etiam in re certa, quæ legitimæ loco cedat, ſed hæredem vniuerſalem inſtituit turpem perſonam, puta meretricem, & ita effecit, vt etiam fratribus
8 legitima debeatur † *d. §. primū itaq; Auth. de hæred. & Falc. coll. 1. l. fratres. 21. & l. fratres. 27. C. de inoff. teſt. §. ſoror, Inſt. eo.* Et tunc dubitari ſolet, an matris legitima ita ſit computanda, vt ſit triens totius ſubſtantiæ, an verò triens eius tantum portionis, quam eſſet ab inteſtato habitura.

In hac autem quæſtione, quæ (meo iudicio) non fuit hactenus, vt oportet excuſſa, puto diſtinguēdum eſſe: Aut enim fratres ad ſuam legitimæ portionem admittuntur, vel admitti ſperantur, vt, quia fuerint in legitima inſtituti, vel ad aliquam rem particularem quouis titulo vocati, & ad eam admittuntur, vel ſperantur admitti Et tunc, licet vulgò dici ſoleat, matris legitimam eſſe trientem eius tantum portionis, quam eſſet ab inteſtato ha-
9 bitura. † *uti uidere eſt apud Gabr. conſil. 94. nu. 8. 17. & 23 uerſ. hac uero, uol. 1.* & hæc ſententia ita coaluerit, & ſuas in hominum animis radices fixerit, vt fruſtratorius videatur omnis, qui in ea euellenda, & extirpanda impendetur, labor, mihi tamen ita perſpicuè videtur falſa, vt auſim dicere, neminem futurum, qui ea, vt oportet, intellecta non ſit in contrariam ſententiam iturus. Quod, vt liquidò demonſtrem, præmitto, quæſtionem non in eo conſiſtere, an fratres, qui ad legitimam, vel rem certam, quæ legitimæ loco cedat, admittuntur, faciant partem matri, & ſic impediāt, ne illa totum trientem habere poſſit, quia hoc caret dubio: Nam, cum ad partem admittantur, vel admitti ſperentur, conſequens eſt, vt faciant partem, *ſecundum ea, quæ diximus in 7. cap. q. 21. nu. 10.* ſed conſiſtere in eo, an matris legitima ita ſit computanda, vt ſit triens omnium bonorum, diuidendus tamen inter matrem, & fratres pro rata, quæ vnicuiq; eorum debetur, an verò ſit triens eius tantum portionis, quam eſſet ab inteſtato habitura. Vtilitas magna eſt, quia, ſi eſt triens totus ſubſtantiæ, mater habebit iure legitimæ ſextantem, ſiue duas vncias totius hæreditatis, etiamſi ſuperſint duo fratres, qui & ipſi legitimam ſibi debitam integraliter conſequantur: Nam, cum duo fratres iure legitimæ non conſequantur, niſi ſextantem, ſcilicet, quia eorum legitima non eſt aucta ad trientem, vt aucta eſt matris legitima, ſed adhuc
10 hodie eſt quarta † *ſicuti rectè docuerunt gl. in d. Auth. nouiſſima, in uerb. titulo, uerſ. ſed de collateralibus, & ibi Iaſ. num. 35. C. de inoff. teſta.*

Bald.

Bald.in l.fratres.27.num.9.in fi. C.eod. Ant.de
de Roſell.de ſucc.ab inteſt.in fin.Bereng. in d. l.in
quartam 90. in 2. part. præf. num. 163. ff. ad l.
Falcid.Cagn.in d.l.1.num.22.& in d.l.Papinia-
nus.8.§.quarta,num.4. in fi. ff. de inoff. Afflict.
deciſ.204.num. 4. vbi refert ita fuiſſe iudicatum,
Craſſ.in d.§.legitima q.10. verſ. contrarium, &
eſt receptior opinio, tametſi pleriq; contrarium
11 cenſuerint, † *vt Cyn in d. Auth. nouiſſima, nu.*
4.& ibi Fabia.num.41.Bart.in d. Auth.de trien.
& ſem.coll.3.in prin.num. 9. verſ. & nota, & ibi
Ang.num.1.Ang.in l.1.num.7.ff.de inoff. Bart.
de Hucio de materia quartarum, num. 3. Alex.
conſil.63.num.3.volum.2.Nat.conſil.478.nu.1.
& hac ratione non poſſint ſinguli pro legiti-
ma ferre, niſi quartam trientis, quem vnus-
quiſq; eſſet ab inteſtato habiturus, & ſic vn-
ciam, & per conſequentias non poſſint am-
bo conſequi, niſi duas vncias, Conſequens
eſt, vt aliæ duæ, quæ ſuperſunt ad integrum
trientem omnium bonorum, debeant eſſe
matris, ſi eius triens debet ex vniuerſa ſub-
ſtantia æſtimari; At, ſi eſt triens eius tantum
portionis, quam eſſet ab inteſtato habitura,
concurrentibus duobus fratribus mater iure
legitimæ non habebit, niſi vnciam, & tertiam
alterius vnciæ, vtpote, ex quibus conficitur
tertia tertiæ, quam duobus fratribus concur-
rentibus mater eſſet ab inteſtato habitura.
Hoc igitur præmiſſo, dico matris legitimam
non eſſe trientem eius tantum portionis, quã
eſſet ab inteſtato habitura, ſed triẽtem totius
ſubſtantiæ, in quo tamen continebitur qua-
drans, qui æqualiter inter eam, & fratres erit
12 diuidendus: † Nam, quia fratres non concur
runt cum matre in triente, ſed tãtum in qua-
drante, cum (vt dictum eſt) eorum legitima
non ſit triens, ſed quadrans, ideo faciunt qui-
dem ei partem reſpectu quadrantis, ſed non
reſpectu trientis. Quo fit, vt, quia concurſu
non ferunt, niſi duas vncias, & ſic duas tertias
quadrantis, reliquæ duæ debeant eſſe matris,
quippe, quę trientem integrum habere debet,
quatenus fratrum concurſu non minuitur:
Fratres enim, qui non concurrunt in triente,
reſpectu illius, quod excedit quadrantem, de-
bent haberi pro mortuis, *ſecundum ea, quæ di-*
cemus infra num. 57. ſcilicet, quia eadem eſt
reſpectu illius partis, in qua non concurrunt,
quæ totius legitimæ, a qua totaliter excludũ-
tur, ratio. Quamobrem non debent impedi-
re, quominus matris legitima reſpectu illius
exceſſus, ita computetur, vt eſſet computan-
da, ſi fratres non eſſent in rerum natura, *ſecun-*
dum ea, quæ dicemus num.57.& ſeqq. Et ſanè ita
faciendam eſſe computationem patet ex eo,
13 quia † dubium non eſt, quin poteſtas teſtato-
ris, qui, vel filios, vel parentes habet, ita ſit
reſtricta, vt integrum trientem omnium bo-
norum debeat eis iure legitimę relinquere,
& ſolum de beſſe, & ſic octo vncijs liberam
14 habere diſponendi facultatem † *Auth. de*
trien.& ſem.coll.3.in prin. verſ. frequenter, & §.
1.in prin.& verſ.licebit, & in ſpecie de legitima
parentum conſtat ex §. ſi vero habuerint, Auth.
quib.mod.nat.eff. ſui coll. 7. & declarat Gabr. d.
conſil.94.num.15.volum.1. At, ſi non fieret eo
modo, quem ſupra expoſuimus, computatio,
non relinqueret totum trientem, ſed tantum
quadrantem, & tertiam vnius vnciæ, quia
fratres non haberent, niſi duas vncias, mater
verò, non, niſi vnciam, cum tertia alterius, &
ſic remanerent duæ partes vnius vnciæ, de
quibus vltra beſſem liberam teſtator haberet
diſponendi facultatem. Ergo, ne hoc contin-
gat, debemus legitimam ex vniuerſo compu-
15 tare † *vt eſſe faciendam conſtat ex d.§.1.verſicu.*
ſi verò vltra quatuor, Auth. de trient. & ſem.
coll.3.& d. Auth. nouiſſima Cod.de inoff.teſtam.
& inter vocatos ita diſtribuere, vt quilibet
eam tantum capiat partem, quæ pro diuerſi-
tate perſonarum fuit vnicuiq; iure definita.
Alioquin enim ſequeretur fratrem, qui inſti-
tuit turpem perſonam, melioris eſſe condi-
tionis, quam ſit is, qui inſtituit perſonam non
turpem: Nam hic non poſſet diſponere, niſi
de beſſe totius patrimonij, quia deberet inte-
grum trientem relinquere matri, etiamſi ha-
beret fratres vtrinque coniunctos, *vt demon-*
ſtrabimus in caſu ſeq. num. 53. & ſeqq. At ille
poſſet diſponere de beſſe, & duabus tertijs
vnius vnciæ, quia relicta legitima matri, quę
eſſet triens trientis, & ſimili modo relicta le-
gitima fratribus, quæ eſſet quadrans aliarum
portionum ab inteſtato contingentium, poſ-
ſet de reſiduo liberè diſponere, & ita relinque
re perſonæ turpi beſſem, & duas tertias alte-
rius vnciæ, quod eſſet abſurdiſſimum, ſcilicet,
quia hoc modo perſona, cuius odio fratres
ad querelam, & legitimam vocantur, com-
modum ex hac vocatione conſequeretur, &
ita odium redundaret in fauorem, & benefi-
cium, quod nemo ſanæ mentis rectè dixerit
admittendum.

Aut verò, fratres, neq; admittuntur, neq;
admitti ſperantur ad ſuam partem legitimæ,
Et tunc ſubdiſtinguendum eſt: Aut enim ex-
cluduntur facto teſtatoris, vt, quia iuſtè fue-
runt ab eo præteriti, vel exhæredati, fortè,
quia commiſerint vnam ex ijs cauſis, quæ
enumerantur *in §. ingratitudinẽ, Auth.de nupt.*
coll.4. Et mater iure legitimæ habebit integrũ
16 trientem omnium bonorum, † *vt rectè ſcripſe-*
runt Gabr.d.conſ.94.num.4.verſ.tametſi, & nu.
5.& 16.vbi ait, in hoc omnes conſentire, vol. 1. &
Cuiac.in expoſ. d. Nouell. 18. non, quod pars
17 fratrum excluſorum ei accreſcat, † *vt malè*
putarunt Gabr.d.conſ.94. num. 4. vol. 1. & alij
quia ius accreſcendi non magis in hac ſpecie
conſiderari poteſt, quam in ſpecie filiorum
a patre exhæredatorum *per ea, quæ diximus*
in q.11. num. 23. & ſeqq. ſed habebit iure ſuo,
& per quamdam remotionem obſtaculi,
18 † *ſecundum ea, quæ diximus ibi num.24.* ſcilicet
quia fratres exhæredati pro mortuis haben-
19 tur, † *vt ſcribit Gabr.d. conſ. 94. num. 5. vol. 1.*
ideoq; non obſtant matri, quominus id ha-
beat, quod eſſet habitura, ſi ſola ſupereſſet.

Aut deniq; excluduntur facto ſuo, puta re
pudiatione, Et tunc magna ſolet eſſe quęſtio,
nunquid mater integrum trientem obtinere
poſſit. Quæſtio pendet ex eo, nunquid inter
matrem, & fratres poſſit eſſe locus iuri accre-
ſcendi, ita, vt in hac ſpecie pars fratrum, qui
fuerunt ab ea excluſi, debeat ad matrem per
ius accreſcendi pertinere. Fuerunt autem de
hac re duę veterum interpretum ſententię:

Prima exiſtimantium ius accreſcendi inter
20 eos non poſſe habere locum. † *Quę fuit opinio*
corũ, quot referemus in caſu ſeq. n. 38. & ſeqq. dũ
ni-

Digitized by Google

*negant, inter matrem, & fratres locum habere poſ-
ſe ius accreſcendi. Et in ſpecie, cum frater inſtituit
turpem perſonam, ita cenſuit Sur d. conſ. 404. nu.
7. vbi ait, Bartoli opinionem in his terminis pro-
cedere, & num. 8. ſubijcit, reſponſionem eorum,
qui dicunt, in legitima locum habere ius accreſcen-
di, non eſſe tutam.* Mouentur autem, vt ita ſen-
tiant.

Primo, quia ius accreſcendi non habet lo-
cum inter eos, qui nullo coniunctionis nexu
iunguntur, niſi tractetur de hæreditate, ſiue
ſucceſſione vniuerſali, *vt oſtendimus in 5. cap.
q. 41. num. 1. & ſeqq.* Atqui mater, & fratres
21 nullo iunguntur coniunctionis nexu; † *vt
ſcripſit Corn. conſ. 150. num. 6. vol. 1.* quia non
iunguntur coniunctione teſtamentaria, cum
ſupponamus teſtatorem eos coniunctim nõ
vocaſſe: Alioquin enim non eſſet tractandũ
de iure accreſcendi in legitima, ſed de eo,
quod habet locum in legatis, ſiue particula-
ribus inſtitutionibus, *de quo dicemus in hoc cap.
q. 20. num. 4. & 5.* Neq; iunguntur coniunctio-
ne legitima, quia (ſecundum veriorem ſen-
tentiam) legitima coniunctione iuncti dicũ-
tur ij, qui ex diſpoſitione iuris ad eandem
rem ita vocantur, vt concurſu faciant partes
*l. & Proculo. 20. ff. de leg. 2. & latè oſtendimus in
5. cap. q. 27. num. 1.* Sed mater, & fratres non
faciunt partes concurſu, quia concurſus tri-
buit partes æquas, & viriles, *vt diximus in ea-
dem q. 27. num. 30.* cum alioquin hi partes inę-
quales, ideſt mater trientem, fratres vero
quadrantem conſequantur, *vt ſupra dictũ eſt.*
Et in legitima non tractatur de hæreditate,
ſiue ſucceſſione vniuerſali, cum legitima nõ
ſit quota hæreditatis, ſed bonorum, *vt dixi-
mus in hoc cap. q. 8. num. 33.* & ſic non ſit ſuc-
ceſſio vniuerſalis, ſed particularis, *vt oſtendi-
mus ibi num. 35.* Ergo non poteſt inter matrẽ,
& fratres locum habere ius accreſcendi,

Secundo verò dato etiam, quod dici poſ-
ſint legitima coniunctione iuncti, non tamẽ
(ſecundum eos) poſſunt habere ius accreſcẽ-
di, quia inter coniunctos coniunctione lega-
li ius accreſcendi ceſſat, niſi in hęreditate, vel
vſufructu, *vt ex veterum ſententia diximus in 5.
cap. q. 40. num. 1. & ſeqq.* Sed in legitima non
tractatur de hæreditate, cum (vt dictum eſt)
legitima non ſit quota hęreditatis, ſed bono-
rum, neq; tractatur de vſufructu, cum debea-
tur in proprietate *l. ſcimus. 36. §. repletionem C.
de inoff. teſt. §. prohibemus, verſ. non licebit, Auth.
de trient. & ſem. coll. 3.* Ergo in ea non poterit
inter matrem, & fratres locum habere ius ac-
creſcendi. *Ita arguunt Bart. in d. l. pater filium.
14. nu. 8 ff. de inoff. Caſtr. in l. planè 34. §. ſi duo
bus, nu. 10. ff. de leg. primo Franch. deciſ. 63. nu. 5.*

Tertio demum, dato etiam, quod aliàs in
legitima locum habeat ius accreſcendi, ad-
huc tamen (ſecundum eos) ceſſare debet in-
ter matrem, & fratres: Nam inter diuerſo iure
ſuccedentes locũ non habet ius accreſcendi
*l. ſed, cum patrono. 6 in prin. ff. de bon. poſſ. & nos
latè diximus in 5. cap. q. 43. num. 1. & ſeqq.* Sed
22 mater, & fratres ſuccedũt diuerſo iure, † quia
veniunt ex diuerſis legum diſpoſitionibus:
Mater enim vocatur ad trientem ex noua
Iuſtiniani conſtitutione *in d. §. 1. verſ. hoc ob-
ſeruando, Auth. de trient. & ſem. coll. 3.* fratres ve-
rò vocantur, etiam hodie iure antiquo, quod
in eis mutatum nõ eſt, *vt diximus ſupra num.
10.* Ergo inter matrem, & fratres non poteſt
eſſe locus iuri accreſcendi. *Ita arguunt Bart.
in d. l. pater filium. 14. nu. 11. ff. de inoff. Imol. in
d. l. planè. 34. §. ſi duobus, num. 3. ff de leg. primo,
Ant. de Roſell. de ſucceſſ. ab inteſt. in fin. Alcia. in
d. l. re coniuncti, num. 62. verſ. vnde, Franch. d.
deciſ. 63. num. 6. Craſſ. in d. §. legitima, q. 8.*

His tamen non obſtantibus verius, & re-
ceptius eſt, inter matrem, & fratres ius accre-
ſcendi habere locum, & per conſequentias
matrem in hac ſpecie habituram trientem
omnium bonorum, partim iure ſuo, ſeu iure
primeuæ vocationis, partim iure accreſcen-
di, iure ſuo pro ea parte, quam etiam fratribus
concurrentibus fuiſſet habitura, iure verò ac-
creſcendi pro ijs, quæ ad ipſoſmet fratres, ſi
non fuiſſent excluſi, pertinuiſſent, ſcilicet,
quia earum reſpectu ius accreſcendi locum
23 habet. † *Ita enim cenſuerunt omnes, quos retu-
limus in hoc cap. q. 8. numer. 8. dum ſimpliciter
ſcribunt, in legitima locum habere ius accreſcen-
di, Et ſpecialiter de legitima debita matri, & fra-
tribus ita ſcribunt Gabr. d. conſ. 94. num. 17. vol.
1. Perig. de fidei. artic. 38. nu. 6. & 13. verſ. quin-
tus, & Cuiac. in expoſ. nouell. 18. Et rectè*: Nam
24 † cum eadem in matre, & fratribus, qui cõ-
muniter ad legitimam vocãtur, militet ratio,
quæ & in filijs, Conſequens eſt, vt ita inter
hos, vt inter illos iuri accreſcendi debeat eſſe
locus, *per ea, quæ diximus in d. q. 8. num. 8. &
ſeqq.*

Neq; obſtant contraria: Ad primum enim
25 reſpondeo diſtinguendo, † Aut cõſideramus
legitimam reſpectu illius maioris quãtitatis,
quæ matri debetur ſupra fratrum legitimam,
ideſt, reſpectu illius vnciæ, quam mater habe-
re debet præcipuam, ob id, quod eius legiti-
ma debet æſtimari, vt triens, cum alioquin
legitima fratrum debeat æſtimari, vt qua-
drans. Et hoc reſpectu verum eſt, matrem, &
fratres cenſeri omnimodo diſiunctos, ideoq;
eius reſpectu non poſſe inter eos habere lo-
cum ius accreſcendi, *vt oſtendemus in q. ſeq. n.
4. & ſeqq.* Aut verò conſideramus legitimam,
reſpectu eius quadrantis, qui inter eos diui-
dendus eſt concurſu, Et verius eſt, hoc reſpe-
ctu cenſeri eos cõiunctos, & per conſequen-
tias habere ius accreſcendi, *vt patebit ex ijs,
quæ dicemus in d. q. ſeq. num. 4. & ſeqq.*

Ad ſecundum verò reſpondeo, imo data
vera coniunctione legali, ita in particulari-
bus, vt in vniuerſalibus locum habere ius ac-
creſcendi, *vt oſtendimus in hoc cap. q. 8. nu. 38.
& ſeqq.* Cum igitur in legitima detur vera le-
gis coniunctio, ſcilicet, quia ad eam plures
ſimul vocantur, puta plures filij, vel parentes
vel fratres, vel parentes, & fratres, ita, vt idem
fęrant pauciores, quod plures eſſent habitu-
ri, Conſequens eſt, vt, licet nõ ſit vniuerſalis,
ſed particularis ſucceſſio, nihilominus in ea
locum habeat ius accreſcendi, *ſicuti latè in ſu-
pra relato loco demonſtrauimus.*

Ad tertium deniq; variæ reſponſiones af-
feruntur: Primum enim reſpondent veteres,
26 id procedere, † quoties remedia ſunt contra-
ria, & incompatibilia, vt euenit in bonorum
poſſeſſionibus contra tabulas, & ſecundum
tabulas: nam, quia ſunt inter ſe contrariæ, &
incompatibiles, eaq; ratione non poſſunt ſi-
mul

mul eſſe reſpectu vnius, & einſdem hæredi-
27 tatis † *l.illud 4. §.ſi quis eum l.non putauit.* 8 §.
ſi & exbaredatus ff.de bon.poſſ. contratab. ideo
fit, vt portio venientis vno iure non accreſ-
cat alteri, quia, quod accreſcit debet eſſe eiuſ-
dem iuris, & qualitatis, cuius id cui fit accaſ-
ſio. At nos loquimur de legitima, quæ eſt
eiuſdem qualitatis, &, licet debeatur ex diuer
ſis conſtitutionibus, non tamen nouum eſt,
duas conſtitutiones, & leges cõiungi, & fieri,
tamquam vnam *l. Gallus. 29. §. ille caſus ff. de
lib.& poſth. Ita reſpondet Bald. in d.l.pater filiũ.
14.& ibi Rub.num.123.ff.de inoffic. Fabia. in d.
Auth.nouiſſima,num.220.&222.C. eod. Cagn.
in d.l. vn. num. 61. verſ. Ad legem, & ibi Clau.
Tut.num.143.verſ.gl.fin.& num. 149.in fin.C.
quand.non pet.part.Pereg.de fideic.d. articul.38.
num. 6.*

Verùm ex ijs, quæ diximus *in 5.cap. q. 43.
num. 1. & ſeqq.* ſatis apertè conſtat, imò ius
accreſcendi ceſſare inter eos, qui diuerſo ſuc-
cedunt iure, licet non vtantur remedijs con-
trarijs.

Secundo igitur reſpondent alij, inter di-
uerſo iure ſuccedentes tunc ceſſare ius accreſ
28 cendi, † cum adſunt alij, qui eodem iure ſuc-
cedunt. Coeterùm, ſi omnes deficiant, ma-
gis eſſe, vt etiam inter ſuccedentes diuerſo iu-
re locum habeat ius accreſcendi. *Ita reſpon-
det Rub.in d.l.pater filium.num.*120. Sed malè,
quia *in l.ſed,cum patrono,* defecerãt omnes hę-
redes inſtituti, qui ſuccedebant eodem iure,
& tamen non potuit patronus venire per ius
accreſcendi, tamquam diuerſo ſuccedens
iure.

Tertio demum reſpondent alij, negando
matrem, & fratres diuerſo iure ſuccedere,
29 † quia, cum legitima ſit pars inteſtatę ſucceſ-
ſionis, & ab inteſtato mater, & fratres ſucce-
dant eodem iure, Conſequens eſt, vt etiam
eodem iure cẽſeantur in legitima ſuccedere
Ita reſpondet Rub. in d.l pater filium, nu. 120.
Nec obſtat, quod matri debeatur tertia, fra-
tribus verò quarta, quia reſpondẽt, ex hoc nõ
ſequi, eos vocari diuerſo iure: Nam plus, &
30 minus non faciunt differre ſpecie † *l. fin. ff.de
fund.inſtr.Ita Rub.in d. l pater filium, nu.* 120.

Verùm hæc reſponſio, licet in ſe vera ſit,
non tamen tollit obiectum, quod ex iuris di-
uerſitate proficiſcitur: Semper enim verum
eſt, matrem vocari ad trientem nouo iure, nẽ-
pe conſtitutione Iuſtiniani, fratres verò vo-
cari iure antiquo, & ſic alio iure, ideoque
non videri inter eos poſſe ius accreſcendi ha-
bere locum

Quamobrem, vt aliorum reſponſionibus
omiſſis, dicam, quod ipſe ſentio, puto dupli-
cem ad hoc argumentum reſponſionem af-
ferri poſſe, vnam, ſi dicamus, iuris diuerſita-
tem, quæ ius accreſcendi excludit, non æſti-
31 mari † ex qualitate ipſius iuris ſucceſſionem
deferentis, vtrum ſcilicet ſit antiquũ, an no-
uum, ciuile, an prætorium, ſed ex cauſa, & ti-
tulo delationis, an ſcilicet deferatur ex teſta-
mento, an contra teſtamentum, vel ab intẽ-
ſtato, vel, an deferatur titulo vniuerſali, an
verò ſingulari: Nam, ſi titulus, & cauſa eſt di-
uerſa, puta, quia vnus veniat contra teſtamẽ-
tum, alius verò ſecundum teſtamentum, vel
vnus veniat titulo vniuerſali, alius verò titu-
lo ſingulari, cenſebuntur vocati ſuccedere
diuerſo iure, ideoq; a iure accreſcendi repel-
lentur *d.l. ſed, cum patrono.* Coeterùm, ſi cauſa
ſit eadem, licet ius deferens ſit diuerſum, pu-
ta, quia vnus vocetur iure ciuili, alius verò
iure prætorio, vel vnus iure antiquo, alius ve-
rò iure nouo, verius eſt, ita vocatos non dici
ſuccedere diuerſo, ſed eodem iure. Quamo-
brem a iure accreſcendi non repellentur.
Exempla ſint.

Primum, in ſuis, & emancipatis, qui ſucce-
32 dunt diuerſo iure, † ſi cauſam efficientem ſpe-
ctamus, ſiue reſpiciamus ad illud ius, quod
olim obtinebat, ſiue ad illud, quo poſt Iuſti-
niani conſtitutionem vtimur: Nam olim ſui
vocabantur ad ſucceſſionem patris iure ciui-
li *l. 1. §. 1. ff. de bon. poſſ. contratab.* tametſi iure
etiam prætorio admitti poſſent *l. is, qui in
poteſtate. 15. in prin. ff. de leg. præſt.* emancipa-
ti verò ſolo iure prætorio poterant ſuccedere
*l. ſed, cum patrono. 6. §. 1. ff. de bon. poſſ. §. eman-
cipatos, Inſt. de exh. lib. §. emancipati, Inſt.
de hared. quæ ab inſt. def* Hodie verò, licet
emancipati vocentur etiam iure ciuili *§. 1.
Auth.de hared.ab int.ven.coll.9. Auth.in ſucceſ-
ſione C.de ſuis, & legit.* tamen vocantur diuerſo
iure, quia ſui vocantur iure antiquo, nempe
lege xij.tab. *§. ſui autem, Inſt. de hared. qual. &
diff. §. 1. Inſt. de hared. quæ ab int. def.* emanci-
pati verò iure nouo, ideſt, cõſtitutione Iuſti-
niani, quæ, quoad illos ius antiquũ mutauit *d.
§. 1. Auth.de hared.ab int.ven.coll. 9.* & tamen
inter ſuos, & emancipatos & olim fuit, & ho-
die eſt iuri accreſcendi locus, *vt diximus in 5.
cap. q. 43. num. 51.*

Secundum exemplum ſit in agnatis, & co-
33 gnatis, qui & ipſi vocantur diuerſo iure, † ſi
ſpectamus cauſam efficientem: Nam illi vo-
cantur iure antiquo, ideſt lege xij.tab. *l. capitis
minutione 11. ff. de ſuis, & legit. tit. Inſt. de leg.
agn.ſucc. in prin.* hi verò vocantur iure nouo,
nempe conſtitutionibus principum *l. ſi ab eo.
9. l. de emancipatis. 13. & l. fin. C. de legit. hær.* ac
potiſſimum nouella Iuſtiniani cõſtitutione,
quæ omnem ſuſtulit agnatorũ, & cognato-
rũ differẽtiam *in §. nullã, Auth. de hęred. ab int.
ven. coll. 9.* & tamen certum eſt, inter eos, tam-
quam inter eodem iure ſuccedẽtes ius accre-
ſcendi habere locum, *vt patet ex ijs, quæ dixi-
mus in hoc cap. q. 1. nu. 3.* ſed hoc ideo fit, quia,
licet diuerſo ſuccedant iure, ſi reſpicimus ad
cauſam efficientem, ſuccedunt tamen eodẽ
iure, ſi reſpicimus ad titulum, & cauſam ſuc-
ceſſionis, ſcilicet, quia ſuccedunt omnes, vel
contra teſtamentum, vel ab inteſtato, & ad
excluſionem iuris accreſcendi diuerſitatem
ex qualitate tituli, non ex qualitate iuris æ-
ſtimamus, *vt ſupra dictum eſt.* Quamobrem,
& in propoſito, licet mater vocetur ad trien-
tem iure nouo, fratres verò ad quadrantem
iure antiquo, non tamen dicentur ſuccedere
diuerſo iure eo modo, quo diuerſitatem in-
telligimus, cũ de iuris accreſcendi excluſio-
ne loquimur, ſed dicentur ſuccedere eodem
iure, ideſt, eodem titulo, & cauſa, qua com-
muniter vocantur ad legitimam, eaq; ratio-
ne poterit etiam inter eos ius accreſcendi ha
bere locum.

Secundo puto reſponderi poſſe, negan-
do, matrem, & fratres ſuccedere diuerſo iure,

etiamſi

etiam ſi ius cōſideremus, vt cauſam efficientem, ſeu vocantem ad legitimam: Nam, licet mater vocetur ad trientem, fratres verò ad quadrantem, & conſequenter reſpectu illius vnciæ, quam mater habet ſupra fratrum legitimam, non poſſint dici ſuccedere eodem iu-
34 re,† tamen reſpectu illius quadrantis, qui cō-curſu inter eos eſt diuidendus, magis eſt, vt eodem, non diuerſo ſuccedant iure, ſcilicet, quia ſuccedunt iure antiquo, quo ſimiliter ad quadrantem vocatur mulier: Nam, cum Iuſtiniani conſtitutio non ſuſtulerit veterem legitimam, ſed illam auxerit, non poteſt mater dici habere totum trientem iure nouo, ſed tantum illam vnciam, quæ veteri legitimæ fuit adiecta; Quamobrem dicetur etiam hodie habere tres vncias iure antiquo, & vnam iure nouo, *vt probat d. §. ſi verò habuerint, Auth. quib. mod. nat. eff. ſui, coll. 7. ſicuti demonſtrauimus ſupra num.* 5. & ſic dicetur eodem iure ſuccedere, quo ſuccedunt fratres, reſpectu quadrantis, in quo locum habet ius accreſcē-di, licet diuerſo iure ſuccedat reſpectu vnciæ, quę fuit adiecta, & in qua ius accreſcendi ceſſat, *vt oſtendemus in q. ſeq. num. 4. & 5.*

Tertius caſus eſt, quando cum parente, puta matre ſuperſunt etiam fratres vtrinq; cōiuncti, ſed verſamur in terminis, in quibus illi, neq; ex diſpoſitione teſtatoris quicquam conſequuntur, neq; ex diſpoſitione legis vocantur ad legitimam, vt euenit, cùm fratribus præteritis, & matre in legitima, vel in re certa inſtituta teſtator ſcripſit extraneum, non turpem, ſed honeſtum hæredem vniuerſalem, quo caſu non debetur fratribus legitima; Et tunc, ſi quæratur, an legitima matris ſit triens omnium bonorum, an verò triens eius portionis, quam eſſet ab inteſtato habitura, conſtat, rem eſſe in duas diuiſam ſententias, quarum prima fuit exſtimantium, non eſſe, niſi trientem portionis ab inteſtatò con-
35 tingentis.† *Fuit hæc opinio Bart. in d. l. pater filium. 14. num. 8. in fi. ff. de inoff. Bald. (licet ſub dubio) in l. planè. 34. §. ſi duobus, verſ. deinde, & ibi Ang. num. 5. Imol. num. 4. verſ. ſed certè (quē male pro contraria citat Surd. d. conſ. 404. num. 6.) Caſtr. num. 10. licet, ex ipſe dubitatiuè loquatur, dum ait, hanc partem fortè ſecuriorem eſſe, ff. de leg. primo. Eandem opinionem ſecuti ſunt Bereng. in d. l. in quartam. 90. nu. 156. ff. ad l. Falc. Alcia. in d. l. re coniunctī. num. 62. verſ. vnde, ſi filius, Franch. deciſ. 63. vbi, licet num. 9. in fi. ſcripſiſſet, vtranq; opinionem fulcitam eſſe rationibus, & in quacunq; partem inclinet iudex, non poſſe errare, & nu. 12. non poſſe negari, quin pro vtraq; opinione ſint Dd. magnę authoritatis, & in numero modica differentia, ſubijcit tamen num. 10. eos, qui diſcuſſionem fecerunt, adhęſiſſe opinioni Bartoli, & nu. 16. refert, ſecundum eam ſæpè fuiſſe iudicatam a conſilio Neapolitano; Hanc etiam veriorem ſcribit Craſſ. in §. legitima, q. 8. licet fateatur, contrariam eſſe magis communem. Quinimo Burſa. conſ. 11. num. 4. vol. 1. ait, hanc opinionem fortè, tamquam communiorem, & veriorem teneri poſſe. In hanc etiam ſe tranſiiſſe ſcribit Theſ. deciſ. 172. nu. 4. in fi. tametſi contrarium poſtea fuiſſe a Pedemontano ſenatu deciſum atteſtetur. Hanc nouiſſimè, tamquam veriorem amplexus eſt Andr. Fach. lib. 4. contr. cap. 29.* Mouentur autem, vt ita ſentiant.

Primo, quia legitima non eſt, niſi triens eius portionis, quam quis eſſet ab inteſtato
36 habiturus,† *vt diximus in hoc cap. q. 6. num.* 15. Sed mater ab inteſtato non erat, niſi trientē habitura, quoniam aliæ duæ partes debuiſſēt ad fratres vtrinq; coniunctos (quos ſupponimus eſſe duos) pertinere, quippe, qui de iure communi cum matre concurriſſent in ſucceſſione fratris, *vt diximus ſupra num.* 7. Ergo eius legitima non erit, niſi triens trientis. *Ita arguunt Ang. in d. § ſi duobus, nu. 5. & ibi Imol. num. 4. verſ. ſed certè, Bereng. in d. l. in quartam 90. num. 156. Franch. d. deciſ. 63. num. 6. & 10. vbi ait, hoc Bartoli fundamentum remanere firmū, Craſſ. in d. § legitima, q. 8. Theſ. d. deciſ. 172. num. 5. Andr. Fach. d. lib. 4. cap. 29.*

Secundo mouentur, quia, vt propter fratrū excluſionem matris legitima ſit triens omnium bonorum, non poteſt fieri iure proprio ipſius matris, quippe, quo iure nō, niſi ad tertiam tertiæ venire poteſt, *vt ſupra dictum eſt,*
37 ſed debet fieri iure accreſcēdi,† quaſi portio fratrum accreſcat portioni matris, *vt ſcribunt Bart. in d. l. pater filium, nu. 8. in fi. Caſtr. in d. §. ſi duobus, num. 10. Franch. d. deciſ. 63. num.* 5.
38 Atqui per hoc ius fieri non poteſt; † Ergo matris legitima non poterit eſſe triens omnium bonorum. Minorem autem probant multipliciter, &

Primo, quia, cum fratres ab initio non vocentur ad aliquam portionem, Conſequens eſt, vt non poſſit tractari de iure accreſcendi,
39 † quippe, quod ſupponit, partem accreſcentē fuiſſe alicui delatam, vel à lege, vel a teſtatore, ſaltem de facto, *vt dicemus in 7. cap. q. 16. num. 1. Et in propoſito conſiderant, Imol. in d. §. ſi duobus, num. 4. verſ. ſed certè, Ant. de Roſil. de ſucc. ab int. in fin. & Franch. d. deciſ. 63. num. 12. & fatentur etiam ij, quos referemus infra nu.* 55.

Secundo, quia dato etiam, quod in hac ſpecie ius accreſcendi conſiderari poſſet, deberet tamen ceſſare ex eo, quia, cum mater, & fratres ſint coniuncti cōiunctione legali,
40 † *vt in propoſito conſiderant Bart. in d. l. pater filium, num. 8. Caſtrenſ. in d. §. ſi duobus num.* 10. *Franch. d. deciſ. 63. num.* 5. & diuerſo ſuccedant
41 iure, † *vt conſiderant Bart. in d. l. pater filium, num. 11. Imol. in d. §. ſi duobus, num. 3. Alciat. in d. l. re coniunctī, nu. 62. verſ. vnde, ſi filius, Frāch. d. deciſ. 63. num. 6. Craſſ. in d. §. legitima, quæſt.* 8. Conſequens videtur, vt inter eos ius accreſcendi non poſſit habere locum, *vt ex eorum ſententia conſiderauimus ſupra num. 22. & in hoc cap. q. 8. num.* 3.

Tertio, quia poſito etiam, quod aliàs in legitima locum haberet ius accreſcendi, vt eſt receptior opinio, deberet tamen ceſſare in hac ſpecie ex eo, quia, quando vnus eſt inſtitutus, alter verò præteritus, ceſſat etiam in le-
42 gitima ius accreſcendi † *l. ſiue libertus. 21. §. ex duobus ff. de iur. patr. & nos diximus in hoc cap. q. 13. nu.* 3. Sed in propoſita ſpecie mater fuit inſtituta, fratres verò præteriti. Non poterit igitur inter eos ius accreſcendi habere locum.

Quarto, quia ceſſat ius accreſcendi, quoties de parte vacante fuit a lege, vel a teſta-
43 tore diſpoſitum, † *vt dicemus in 10. cap. q. 8. nu. 2. & q. 19. num.* 47. Quamobrem dicimus, ſubſtitutionem excludere ius accreſcendi *l. 2. §. ſi*

duo

*duo ff. de bon. poſſ. ſec. tab. & latè dicemus in eodem
cap. 10. q. 20. num. 2. & ſeqq.* Sed in caſu propo-
ſito de parte, quę debuiſſet ad fratres pertine-
re fuit a teſtatore diſpoſitū per extranei hære
dis inſtitutionem, quę complectitur omnes
portiones alijs non datas, vel ademptas. De-
bet igitur ceſſare ius accreſcendi. *Ita arguūt
Bart. in d. l. pater filium, num. 8. verſ. prætereà
tunc, Franch. d. deciſ. 63. num. 8.*

Tertio principaliter mouentur, quia, quo-
tiesquis a ſucceſſione remouetur contempla
tione alicuius, debet illi ſucceſſio applicari,
44 cuius contemplatione fit remotio, † *vt dixi-
mus in 5. cap. q. 49. num. 1. & ſeqq.* Sed fratres
præteriti remouentur a ſucceſſione fratris cō-
45 templatione extranei hæredis inſtituti, † non
matris, quippe, quam teſtator voluit id ſolū
habere, quod ei reliquit. Ergo illorum portio
non debet applicari matri, ſed extraneo. *Ita
arguunt Iaſ. conſ. 61. col. 3. verſ. confirmatur. &
verſ. confirmantur etiam, volu. 3. Burſa. d. conſil.
114. num.* 10. *vol.* 1. Et verò, ſi fauore hæredis
vniuerſalis cenſetur facta exhæredatio ex-
preſſa, ideoq; exhęredati portio illi applica-
tur, *vt ſcribunt ij, quos retulimus in hoc cap. q. 11.
num.* 4. Conſequens eſt, vt idem ſit dicendum
in præteritione, quæ eſt exhęredatio tacita,
46 † *vt in his terminis arguunt Caſtr. in d. §. ſi duo-
bus, num. 10. Iaſ. d. conſ. 61. col. 2. verſ. moueor, &
3. vol. 3. Alcia. in d. l. re coniunctis, num. 62. verſic.
vnde, ſi filius, Franch. d. deciſ. 63. num. 8.* & ita
matris legitima non ideo non augeatur, quia
in legitima non habeat locum ius accreſcen-
47 di, ſed, quia talis eſt voluntas teſtatoris, † *vt
declarat Caſtr. in d. § ſi duobus, num.* 10.

Quarto, & vltimo mouentur, quia, ſi dice-
remus, matris legitimam in hac ſpecie eſſe
trientem omnium bonorum, multa ſequerē-
tur abſurda.

Primùm enim ſequeretur, matrem poſſe
plus conſequi, ſi filius teſtatus ſit, quam, ſi in-
teſtatus deceſſiſſet: Nam, ſi defunctus tres, aut
plures habuerit fratres, & matrem, hæc ab in-
teſtato non eſſet tertiam hæreditatis partem
habitura, ſed minorem, nempe quartam, ſi
tres ſint fratres, quintam, ſi quatuor, & ſic de-
inceps, & tamen, ſi facto teſtamento dicere-
mus eius legitimam eſſe tertiam totius ſub-
ſtantię, ſemper haberet trientem non habita
ratione fratrum. Ergo plus conſequeretur fa-
cto teſtamento, quam eſſet ab inteſtato habi-
48 tura, quod eſſet abſurdum, † ſcilicet, quia ſe-
cundum hoc imputaretur filio, cur teſtamen-
tum fecerit, & ita ei quodammodo interdi-
ceretur teſtamenti factione *cōtra l. poſthumus.
6. in priu. ff. de inoff. teſt.* & præterea eſſet con-
tra mentem legis, quæ vult legitimam eſſe
multo minorem, quam ſit portio ab inteſta-
to contingens, cum illam definierit, olim
quartam, hodie tertiam eius, quod quis eſſet
ab inteſtato habiturus, *vt dictum eſt ſupra
num. 36. Ita arguunt Bald. in d. §. ſi duobus. verſ.
deinde, & ibi Aug. num. 5. Iaſ. d. conſ. 61. colum. 2.
in priu. vol. 3. Burſa d. conſ. 114. num. 5. verſ. at
ſecus, & num. 7. verſ. &, ſi aliter, & num. 9. verſ.
vnde concluſio. & conſil. 115. nu. 11. vol. 1. Franch.
d. deciſ. 63. num. 8. Theſ. d. deciſ. 172. num. 5.*

Nec obſtat, ſi dicatur, non eſſe hoc abſur-
dum, cum generale ſit in omnibus caſibus, in
quibus teſtator nō inſtituit omnes, qui eſſent
ab inteſtato ſucceſſuri, quia hoc verum eſt,
49 † ſi inſtituti veniant ex iudicio teſtatoris; Tūc
enim abſurdum non eſt, poſſe quem ex teſta-
mento plus habere, quam eſſet ab inteſtato
habiturus: Nam, ſi, verbi gratia, teſtator ha-
bens quatuor fratres, vnum ſolum inſtituat,
dubium non eſt, quin is totam ex teſtamento
conſequatur hæreditatem, cum alioquin ab
inteſtato non, niſi quartam eſſet habiturus.
Quemadmodum, &, ſi paterfa. ex quatuor fi-
lijs vnum inſtituat hæredem vniuerſalē, cœ-
teros verò particulariter, vel in legitima, vel
in aliqua re certa, quę legitimæ loco cedat,
ſed hoc ideo non cenſetur abſurdum, quia
frater, vel filius inſtitutus capit id, quod exce-
dit portionem ab inteſtato contingentem ex
voluntate, & iudicio teſtatoris, qui de eo po-
terat pro arbitrio diſponere, non ſolum fauo-
re filij, vel fratris, ſed etiam fauore cuiuſlibet
50 extranei † §. 1. *verſ. Licebit, Auth. de trient. & ſem.
coll. 3. & Auth. vt lic. matr. & aui in prin. coll. 9.*
Cœterùm, ſi inſtitutus contra voluntatē te-
ſtatoris plus capiat facto teſtamento, quam
eſſet ab inteſtato habiturus, tunc cenſetur ab
ſurdum, quia per indirectū impediretur libe-
ra teſtamēti factio, quod eſſet abſurdiſſimum.

Secundo ſequeretur, matrem venientem
contra teſtamentum plus conſequi, quam, ſi
veniret ſecundum teſtamentum, quia, ſi fi-
lius inſtituiſſet fratres hæredes vniuerſales,
quo caſu mater inſtituta in legitima deberet
venire ſecundum teſtamētum, eius legitima
non eſſet, niſi tertia tertiæ *vt receptior videtur
opinio, ſicuti referemus infra num.* 109. & tamē,
ſi fratribus præteritis inſtitueret hæredem vni
uerſalem extraneum, quo caſu mater petens
legitimæ ſupplementum cēſetur venire con-
tra teſtamentum, *vt oſtendimus in hoc cap. q. 13.
num.* 6. legitima ipſius eſſet tertia omnium
bonorum. Ergo melioris eſſet conditionis ve
niens contra teſtamentum, quam veniēs ſe-
51 cundum, quod eſſet abſurdum † *l. maximum
vitium. 4. C. de lib. pręter. Ita arguunt Bart. in d.
l. pater filium, num. 8. verſ. præterea non debet,
Franch. d. deciſ. 63. num.* 7. Et ſimili modo eſ-
ſet melioris conditionis, quod filij ſint exclu-
ſi, quam, ſi eſſent inſtituti, quod & ipſum ab-
ſurdum eſt, *vt conſiderat Franch. d. deciſ. 63.
num. 9.*

Tertio ſequeretur, filium poſſe fratribus,
aut ſororibus vtrinq. coniunctis exiſtentibus
inſtituendo turpem perſonam diminuere
matris legitimam, quod tamen facere non
poſſet inſtituendo perſonam honeſtam: Nā
inſtituta perſona turpi fratres, tamquam in
legitima concurrentes facerent partem ma-
tri, & ſic impedirent, ne illa totum haberet
trientem, *vt oſtendimus ſupra num.* 12. & tamē
inſtituendo perſonam honeſtam deberet ma
ter integrum conſequi trientem, & hoc mo-
do perſona turpis plus conſequeretur, quam
honeſta, quod eſſet abſurdiſſimum, *ut ibi di-
ximus poſt num.* 15.

Quarto ſequeretur, hęredem inſtitutum in
teſtamento nullo, quod virtute clauſulæ co-
dicillaris in vim fideicōmiſſi ſuſtinetur, plus
conſequi, quam, ſi teſtamentum eſſet validū:
Nam, ſi filius matrem, & fratres in teſtamen-
to præterierit, inſtituta perſona non turpi hę-
rede vniuerſali, & appoſita clauſula codicil-

lari,

lari, licet teſtamentum ob matris præteritio-
nem cenſeretur ipſo iure nullum, nihilomi-
nus ſuſtineretur in vim fideicōmiſſi virtute
clauſulę codicillaris, quippe, quę operaretur
vt mater, & fratres ab inteſtato venientes cē-
ſerētur rogati hæreditatem inſtituto reſtitue-
se, detracta a matre legitima, nō etiam a fra-
tribus, quippe, quibus nulla legitima debetur
vbi perſona non turpis eſt vocata; Mater au-
tem non poſſet iure legitimę retinere, niſi ter-
tiam eius portionis, quam eſſet ab inteſtato
habitura, & ſic tertiā tertiæ, propterea, quod
fratrum, vt ab inteſtato ſuccedentium inter-
uentus impediret, ne illa integrum bonorum
triētem habere poſſet, *ut dicemus infra n. 166.*
& tamen, ſi teſtamentum eſſet validum, ma-
ter haberet trientem omnium bonorum. Er-
go plus haberet inſtitutus vigore clauſulæ co
dicillaris, teſtamento exiſtente nullo, quam
eo exſtiente valido, quod eſſet abſurdiſſimū,
52 & contra mentem iuris. † Ne igitur tot, tan-
taq; abſurda ſequantur, debemus potiùs dice
re, matris legitimam in hac ſpecie non eſſe
trientem omnium bonorum, ſed eius tantū
portionis, quam eſſet ab inteſtato habitura.

Verùm his non obſtantibus contrariam
ſententiam, quæ receptior eſt, veriorem eſſe
puto, matris ſcilicet legitimam in ſpecie pro-
poſita eſſe tertiam omnium bonorum, non
tertiam eius, quod fuiſſet ab inteſtato habitu-
53 sa. † *Fuit hac ſententia Iacobi Butrigarij, quem
ſequuntur Bald. in d. Auth. nouiſſima, num. 10.
& ibi Iaſ. num. 43. Fabia. num. 44. & 45. vbi ait,
hanc partem eſſe veram, & tenendam, C. de inoff.
teſta. Bald. in l. vn. § in primo, num. 11. C. de cadu.
toll. & conſil. 350. num. 1. & 2. vol. 4. Caſtr. conſil.
286. num. 2. verſ. in 4. volum. 1. Ant. de Roſel. de
ſucceſſ. ab int. nu. 238. & 240. verſ. Non obſtant
notata, & num. 249. verſ. & ex iſtis, Alex. in d. l.
planè. 34. §. ſi duobus, num. 9. ff. de leg. primo, vbi
teſtatur, hanc eſſe magis communem, Soc. Sen. conſ.
75. num. 7. vol. 3. Crott. in d. l. re coniunctis. num.
529. verſ. Quarta, Bertr. conſ. 315. verſ. Quibus
præmiſſis, volu. 1. & conſil. 142. num. 6. volum. 3.
part. 1. vbi ait, eſſe difficile contrarium obtinere,
licet opinio præcedens habeat multa, & magna
motiua, & defenſores toto orbe famoſos. Idem
tenuit conſ. 202. num. 6. volum. 4. & conſ. 14. nu.
6. volu. 7. vbi ait, ab hac opinione non eſſe receden-
dum in conſulendo, & iudicando, Rub. in d. l. pa-
ter filium. 14. num. 114. vbi teſtatur, magis com-
munem eſſe contra Bartolum, & num. 115. ſubij-
cit. hanc etiam in puncto iuris eſſe veriorem, Gab.
conſil. 94. num. 11. 14. & 19. verſ. verior, volu. 1.
vbi ſcribit, hanc, non ſolum veriorem, ſed etiam
receptiorem eſſe, Oſaſ. conſ. 56. num. 2. vbi pariter
teſtatur, hanc eſſe crebriorem, Beret. conſil. 85. nu.
1. & 2. vbi ſimiliter atteſtatur, hanc eſſe commu-
niorem, & veriorem, a qua non ſit recedendum,
tam in ſcholis, quàm, vbi agitur de cauſis finien-
dis. Burſa. conſil. 115. num. 5. & 9. volu. 1. & tam-
quam veriorem ſuſtinent etiam Surd. conſil. 404.
num. 5. verſ. verior, & num. ſeqq. Pereg. de fideico.
d. artic. 38. num. 13. verſ. cœterum. Et ita fuiſſe
declaratum a Pedemōtano Senatu teſtatur Theſ.
d. deciſ. 172. num. 6. verſ. ſecundus; Hanc etiam
receptiorem eſſe fatentur multi ex ijs, qui contra-
riam ſequuntur opinionem, vt Caſtr. in d. §. ſi
duobus, num. 10. dum ait, ſe conſulendo ſecutum
eſſe ſententiam plurium, cum omnes concordent,
excepto Bartolo, licet poſtea ſubijciat, contrariam
forte ſecuriorem eſſe. Idem fatetur Craſſ. in d. §.
legitima, q. 8. Eandem opinionem probarunt
Cuiac. in expoſ. nouell. 18. & nouiſſimè Gratia.
cap. 178. diſcep. for. num. 1. vbi teſtatur, ita ſerua-
re Rotam Romanam, & Mareſco. lib. 1. variar.
reſol. cap. 10. num. 1. vbi pariter refert, ita fuiſſe
a Rota deciſum.* Non moueor autem, vt ita
ſentiam, ea ratione, qua *Ant. de Roſell. de ſucc.
ab inteſt. num. 240. verſ. Non obſtant notata, &*
54 *alij* plerique mouentur, quod ſcilicet † in le-
gitima locum habeat ius accreſcendi, *vt va-
rijs argumentis probauimus in hoc cap. q. 8. num.
8. & ſeqq.* quia, licet hoc verum ſit, non tamē
pertinet ad quęſtionem propoſitam, vtpote,
in qua ius accreſcendi conſiderari nequit: nā
ius accreſcendi non conſideratur, niſi in par-
te alicui delata, vel de iure, vel de facto, *vt
diximus ſupra num. 39. & dicemus in 7. cap. q.
16. nu. 1.* Cum igitur in ſpecie propoſita nulla
legitimę portio fratribus præteritis deferatur,
ſcilicet, quia fratribus non debetur legitima,
niſi perſona turpis fuerit a fratre inſtituta, *vt
diximus ſupra num. 8.* Qua ratione legitima
non ſimpliciter, ſed interdum fratribus debe-
ri dicitur *in d. § primum itaq; Auth. de hæred. &
Falc. coll. 1.* conſequens eſt, vt in ea ius accreſ-
55 cendi conſiderari nequeat, † *vt rectè anima-
duerterunt ex contrariæ ſententia ſectatoribus ij,
quos retulimus ſupra nu. 39. & ex noſtris faten-
tur etiam Caſtrenſ. d. conſ. 286. num. 2. verſ. in 4.
vol. 1. Fabia. in d. Auth. nouiſſima, num. 43. Rub.
in d. l. pater filium, num. 116. Pereg. de fideicom. d.
artic. 38. nu. 13. Surd. d. conſ. 404. num. 6. 7. & 8.*
ſed moueor.

Primo, quia, ſi fratres verè non exiſterent,
aut non eſſent ab inteſtato ſucceſſuri, haud
dubiè matris legitima eſſet triens totius ſub-
ſtantiæ, *vt de caſu non exiſtentiæ caret dubio, de
caſu verò, quo ab inteſtato non ſunt ſucceſſuri
ſcribunt Bald. in d. Auth. nouiſſima, num. 10.
Surd. d. conſ. 404. num. 5. verſ. verior, & nos etiā
dicemus infra num. 178.* Ergo idem dicendum
eſt, quoties finguntur non exiſtere, aut non eſ
ſe ab inteſtato ſucceſſuri, ſcilicet, quia idem
operatur fictio in caſu ficto, quod veritas in
caſu verò *l. ſi is, qui pro emptore. 15. ff. de vſucap.*
Atqui fratres præteriti in teſtamento fratris,
qui turpem perſonam non inſtituit, eo ipſo,
quod teſtamentum impugnare nequeunt, fin
guntur non exiſtere, cum paria ſint, non ex-
56 tare, vel extare, & non poſſe ſuccedere † *l. pa-
ter filium. 14. ff. de inoff. & nos diximus in hoc
cap. q. 6. num. 7. Et in his terminis conſiderant
Bald. in d. l. vn. § in primo, num. 11. C. de cad. toll.
Rub. in d. l. pater filium, num. 114. Oſaſ. d. conſil.
56. num. 3. Surd. d. conſ. 404. num. 6.* Quamobrē
57 dicuntur haberi pro mortuis, † *vti videre eſt
apud Ant. de Roſell. de ſucceſſ. ab int. num. 249.
verſ. & ex iſtis, Iaſ. in d. Auth. nouiſſima, num.
49. Soc. Sen. d. conſ. 75. num. 7. vol. 3. Bertr. d. conſ.
14. num. 5. vol. 7. Surd. d. conſ. 404. num. 5. verſic.
verior, Mareſco. d. lib. 1. varia. reſol. cap. 10. nu. 2.*
ſeu finguntur, nō eſſe ab inteſtato ſucceſſuri,
58 † *vt generaliter dicimus de ijs, qui teſtamentum
impugnare nequeunt l. qui repudiantis. 17. in
prin. ff. de inoff. noſque diximus in hoc cap. q. 11.
num. 27. Et in his terminis conſiderant Caſtr. d.
conſ. 286. num. 2. verſ in 4. vol. 1. Bertr. d. conſil.
14 num. 6. volu. 7.* & ſic habentur pro mortuis
etiam

59 etiam ab inteſtato, † *vt rectè declarat Ant. de
Roſell.de ſucceſſ.ab inteſt.num.249.verſ.& nota,*
Ergo matris legitima erit tertia totius ſubſtā-
tiæ, quaſi tertia eius, quod ab inteſtato fingi-
60 tur habitura, † *vt declarant Caſtr. d.conſil. 286.
num.2.verſ.in 4.& Surd.d.conſ.404. num.6.*

61 Nec obſtat, ſi dicatur, hoc procedere † in ijs,
qui vocantur ſucceſſiuè, & virtute ſucceſſorij
edicti, non etiam in ijs, qui veniūt ex eodem
gradu, *vt reſpondet Bart.in d. l. pater filium. 14.
num.13.verſ.Non obſtat ff. de inoff.* quia verus
eſt, imo procedere etiam in ijs, qui veniunt ex
eodem gradu: nam, ſi tempore mortis eius, de
cuius bonis agitur, vnus ſit excluſus, habebi-
tur pro mortuo, & alij perinde admittentur,
ac, ſi ſoli ſupereſſent *l. ſi poſt mortem. 10. §. libe-
ri, & §. ſeq. ff. de bon.poſſ contra tab. & patet ex ijs,
quæ diximus in hoc cap.q.6.num.13. & quæſt.14.
num.15.*

Secundo moueor, quia, qui non admitti-
tur ad partem, nec admitti ſperatur, non fa-
cit partem, *ut dicemus in 7.cap. q. 21. num. 24.*
Sed in propoſita ſpecie fratres nec admittun-
tur, nec admitti ſperantur ad partem legiti-
mæ, quippe, quæ eis non debetur, niſi, cùm
turpis perſona fuit a fratre inſtituta, *ut ſupra
dictum eſt*; Non debent igitur facere partē ma-
62 tri in legitima. † *Ita Bald. in d. l. planè 34. §. ſi
duobus, uerſ. deinde ff. de leg. primo, & d.conſ.350.
num.1.uol.4. Fabia in d. Auth. nouiſſima, num.
44. Soc Sen. d.conſ.75.num.7. uol. 3. Rub. in d.l.
pater filium, num. 114. Bertr. d. conſ. 14. num. 6.
uol.7. Surd. d. conſ.404. nu.6. Gratia. d.cap. 178.
diſcep.for num.2.*

Nec eſt, quod reſpondeas, imo fratres face-
re partem in ſucceſſione inteſtati, ideoq; cen-
ſeri etiam facere partem in legitima, quippe,
63 quæ ab inteſtati ſucceſſione regulatur, † *Quo-
modo reſpondet Bereng. in d.l. in quartam, num.*
64 156. quia hoc verum eſt, † ſi ſpectamus veſita-
tem. Cœterùm, ſi fictionem, quæ in propoſi-
to debet attendi, magis eſt, vt nō cenſeantur
facere partem matri, etiam in inteſtati ſucceſ
ſione: Nam, cùm tractetur de ſuccedendo
contra teſtamentum, & hoc ius non compe-
tat fratribus præteritis, conſequens eſt, vt, li-
cet verè fuerint ab inteſtato ſucceſſuri, & ſic
partem in ſucceſſione matri facturi, tamen
fingātur nō ſucceſſuri, & per conſequentias,
nec in ſucceſſione, nec in legitima partem
matri facturi, *ſecundum ea, quę ſupra diximus,
& dicemus etiam infra num.74.*

Tertio moueor *§. 1 uerſ. hoc obſeruādo, Auth.*
•65 *de trien. & ſem. coll. 3.* vbi Iuſtinianus, † poſtea,
quam ſtatuit, legitimam filiorum eſſe trien-
tem totius ſubſtantiæ, ſi quatuor, aut paucio-
res ſint filij, ſemiſſem verò, ſi quinq; aut plu-
res, & cauit ne pater poſſit de huiuſmodi por
ſione diſponere, ſed tantum de reſiduo, ſu
bijcit, *in uerſ hoc obſeruando*, idem eſſe obſer-
uandum in omnibus perſonis, quibus anti-
quæ quartæ ratio lege de inofficioſo fuerat
decreta, & ſic etiam in parentibus, vt noſtri
frequentiùs interpretantur, *ſicuti uidere eſt
apud eos, quos retulimus ſupra num. 3.* Ergo de-
clarat, ſe velle, vt etiā legitima parentum ſit
triens, de quo teſtator non poſſit diſponere,
ſed tantum de reſiduo. *Ita Gabr. d. conſ. 94. nu.
12. uol. 1.*

Nec eſt, quod reſpondeas, id procedere,
66 † ſi mater ſit ſola, ſecùs verò, ſi cum fratri-
bus in inteſtati ſucceſſione concurrat, *Quo-
modo reſpondet Andr. Barb. d. lib. 4. contro. cap.*
29. quia, cùm dicat trientem inter eos eſſe di-
uidendum, quibus debetur, haud dubiè vult,
67 † ſi vnus tantum ſit, cui debeatur, ei ſoli to-
tum trientem applicandum, licet ab inteſta-
to plures concurrerent. Idem igitur eſt in ma-
tre ſeruandum. *Ita Gabr. d. conſ 94. num. 12. &
14. uol. 1.*

Quarto moueor, quia fratres ab eo præteri-
ti, qui turpem non inſtituit perſonam, habē-
68 tur pro exhæredatis † *l. ſicut certi. 9. & l. ſi, cùm,
uel in utero. 10. in fi. C. de teſta. mil. §. fin. Inſt. de
exh. lib. & eſt de mente eorum, quos retulimus ſu-
pra num. 46.* Atqui exhęredati non faciunt
partem in legitima, *ut latè oſtendimus in hoc
cap.q.11. num.9. & ſeqq. & de fratribus diximus
ſupra num.* 16. Ergo nec præteriti. *Ita Gabr.
d.conſ.94.nu.15.uol. 1. Gratia. d.cap. 178. diſcep.
for. num.2.*

Quinto, & vltimo moueor, quia in dubijs
quæſtionibus ea pars eſt tenenda, quæ eſt be-
69 nignior † *l. cum in teſtamento. 25. ff. de reb. dub. l.
2. §. ſed, ſi ſint ſui ff. ad Tert.* Sed benignior eſt
pars, quæ fauet matri, quippe, cui legitima
70 debetur † ſola pietatis, & miſerationis gratia
*l. nam, & ſi parentibus. 15. in prin. ff. de inoff. l.
ſcripto. 6. §. fin. ff. und. lib.* in ſolatium ſcilicet
amiſſi filij *l. iure ſuccurſum. 7 ff. de iur. dot.* Qua
ratione ſucceſſio filij dicitur matri luctuoſa,
& triſtis *l. fin. C. de inſt. & ſubſt. tut. Inſt. de Tert.
in prin.* Nec aliam ob cauſam matri proſpi-
citur in alijs iuris articulis, vt, cùm dicimus,
tacitam pupillarem non admitti contra ma-
trem *l. fin. C. de inſt. & ſubſt. l. precibus. 8. C. de
impub. & al. ſubſt. & eſt frequentior opinio Bart.
& aliorum in l. 2. in prin. ff. de vulg. de cuius ve-
ritate non eſt hic commodus inquirendi locus:* &
compendioſam factam verbis communibus
cenſeri omni tempore fideicommiſſariam,
ſi mater ſuperſit, ad hoc, vt illa, tamquam
hęres filij poſſit detrahere legitimam, & Tre-
bellianicam. *ſicuti videre eſt apud Bart. & alios
in l. centurio 15. ff. de vulg. & in d. l. precibus. 8.
C. de imp & al. ſubſt. de cuius quoq; ueritate com-
modius alibi dicemus.* Ergo, quando aliqua ſub-
eſſet dubitatio, debemus hanc potiùs, quam
priorem ſententiam amplecti. *Ita Rub. in d.
l. pater filium, num. 115. Surd. d. conſ. 404. nu.6.*

Neque huic ſententię aduerſantur contra-
ria: Ad primum enim reſpondent veteres
frequentiùs, & rectè, quod dicimus, legitimā
eſſe quotam eius, quod quis eſſet ab inteſtato
71 habiturus, procedere, † ſi res eodem modo
ſe habeat ab inteſtato, quo facto teſtamento,
vt euenit, cùm omnibus, qui ab inteſtato ſunt
ſucceſſuri, debetur etiam facto teſtamento
legitima. Cœterùm, ſi non omnibus, ſed tan-
tum quibuſdam, verius eſſe, legitimam cen-
ſeri tertiam totius ſubſtantiæ. *Ita reſpondent
Bald. in d. Auth. nouiſſima, num. 11. & ibi Fa-
bia. de Gioch. nu. 45. verſ. non obſtat C. de inoff.
teſtam. Gabr. d. conſ. 94. num. 12. & 13. volum.
1. Burſa. d. conſ. 115. num. 10. vol. 1. Pereg. de fi-
deic. d. art. 38. nu. 13. verſ. 3 Surd. d. conſ. 404. nu.
6. 7. & 8.* Nam legitima debet æſtimari ex nu-
mero eorum, qui contra teſtamentum veni-
re poſſunt, non eorum, qui ab inteſtato ſunt
72 ſucceſſuri, † *vt ſcribit Surd. d. conſil. 404. nu. 8.*

quia,

73 quia, † cùm ſit introducta ad hoc, vt ea reli-
cta poſſit is, de cuius bonis agitur, ſecurè te-
ſtari *l. Papinianus. 8 §. ſi quis mortis ff. de inoff.*
& impedire, ne teſtamentum, aut per quere-
lam, aut alio modo reſcindatur, §. 1. *verſ. hoc
obſeruando Auth. de triun. & ſem. coll. 3.* fit, vt in
ea non ſit eorum, qui teſtamentum impugna
re nequeunt, habenda ratio. Deniq; cùm de
portione, quæ pro legitima debetur, non poſ-
ſit teſtator diſponere, Conſequens eſt, vt ea
debeat integraliter iis applicari, quibus de iu-
re debetur, *vt in propoſito conſiderat Gabr. d. cõſ.
94. num. 14. vol. 1.*

Secundo reſpondent, etiam in propoſito
legitimam eſſe partem eius quod mater eſſet
74 ab inteſtato habitura, † non quidem verè, ſed
fictè: Nam, quia perſonæ, quæ teſtamentum
impugnare nequeunt, perinde habentur, ac,
ſi non extarent, ſiue non eſſent ab inteſtato
ſucceſſuræ, *vt diximus ſupra num. 58. & 64.*
ideò fit, vt, quemadmodum, ſi fratres non ex-
tarent, vel non eſſent ſucceſſuri, matris legiti-
ma eſſet triens totius ſubſtantiæ, quaſi triens
eius, quod ab inteſtato eſſet habitura, ita etiã
debeat cenſeri triẽs omnium bonorum, quã-
do fratres, vt præteriti finguntur, non extare,
ſiue nõ eſſe ab inteſtato ſucceſſuri, quaſi triẽs
eius, quod ab inteſtato fingitur inſolidum ha
bitura. Itaq; argumentum retorquetur, *vt
animaduertit Surd. d. conſ 404. num. 7.*

Hinc intelligimus, effectu non referre,
vtrum legitimam ex vniuerſo computemus,
75 an verò ſingulariter, † ſiue legitima debeatur
omnibus, qui ab inteſtato ſunt ſucceſſuri, ſiue
non: Nam, ſi debetur omnibus, ſiue vno, ſiue
alio modo fiat computatio, ſemper res in idẽ
reincidit, quia, ſi computetur ex vniuerſo, &
ſic dicatur pars totius ſubſtantiæ diuidenda
inter omnes vocatos, *vt dicitur in Auth. de
triun. & ſem. coll. 3. in prin. verſ. frequenter, & in
§. 1. in prin & verſ. licebit, & in d. Auth. nouiſſi-
ma C. de inoff. teſt.* ferent ſinguli eandem quã-
titatem, quam eſſent habituri, ſi computatio
fieret ſingulariter. Itaq;, ſi quatuor ſint fi-
lij, ſinguli habebunt vnciam iure legitimæ,
ſiue vno, ſiue alio modo fiat computatio, *vt
in ſpecie declarat Mareſco. d. lib. 1. varia. reſol.
cap. 10. num.* 20. Si verò non omnibus, qui ab
inteſtato ſucceſſuri ſunt, legitima debeatur,
tunc poteſt quidem vtroq; etiam modo fieri
computatio, ſed, ſi fiat ſingulariter, ita eſt fa-
cienda, vt fieret, ſi excluſi non eſſent in rerum
natura, vel non eſſent ſucceſſuri, quia, qui te-
ſtamentum impugnare nequeunt, perinde
habentur, ac, ſi non extarent, ſiue non eſſent
ab inteſtato ſucceſſuri, *vt diximus ſupra num.
57. & 58.* Vnde, quia tunc ſoli capaces vni-
uerſam hæreditatem inter ſe diuiderent, &
conſequenter pinguiorem facto teſtamento
legitimam haberent, ideo maiorem etiam
habere debent, cum plures eſſent ab inteſta-
to ſucceſſuri, qui tamen facto teſtamento nõ
admittuntur. Itaq effectu nulla eſt inter hu
iuſmodi ſpecies differentia, eo ſolo excepto,
quod in priore, legitima eſt quota illius, quod
quis fuiſſet ab inteſtato habiturus verè, in po
ſteriore verò, quod fuiſſet habiturus fictè
ſecundum ea, quæ ſupra diximus. Huius rei
exempla ſint.

Primum, ſi defunctus reliquerit matrem,
& filium naturalem: Nam, licet ab inteſtato
non eſſet mater totam hæreditatem habitu-
ra, ſcilicet, quia naturalis in ſextante ſucce-
76 deret † §. *ſi quis autem defunctus, Auth quib.
mod. nat. eff. ſui, coll. 7. Auth. licet C. de nat. lib.*
tamen, quia contra teſtamentum venire ne-
77 quit, † *l. fin. C. de nat. lib. & ſcribunt gl. in l. 1. in
prin. in verb. naturales, & ibi Bart. num. 1. ff. de
bon. poſſ. contra tab. Vaſq. lib. 3. Illu. contro. cap.
102. num. 18. verſ. ſed, licet,* ideo fit, vt conditio
a patre teſtamento non ſit eius habenda ra-
tio, perinde, ac, ſi non eſſet in rerum natura,
ſiue non eſſet ab inteſtato ſucceſſurus, & per
conſequentias, vt matris legitima ſit triens
totius ſubſtantiæ, quaſi triens eius, quod eſſet
ab inteſtato habitura, ſi verè naturalis non
78 exiſteret † § *ſi verò habuerint, & ibi gl. in verb.
legitima, Auth. quib. mod. nat. eff. ſui, coll. 7. glo. in
d. Auth. licet, in verb legitima C. de nat. lib. & de-
clarant Couar. in epit. tit. de ſponſal. part. 2. cap 8.
§. 4. num. 12. Vaſq. d. lib. 3. Ill contro cap. 102. nu.
18. Craſſ. in d. § inſtitutio q 6 num. 1.*

Secundum exemplum ſit ſi defunctus, re-
liquerit duos filios, vnum legitimum, & na-
turalem, alterum verò adoptiuum: Nam, li-
cet ille non eſſet inſolidum ab inteſtato ſuc-
ceſſurus, ſcilicet, quia etiam adoptiuus ad in-
79 teſtati patris ſucceſſionem vocaretur † *l. pen.
§ ſed, ne articulum C. de adopt §. ſed hodie, Inſt.
eo. §. ſed ea omnia, Inſt. de hæred. quæ ab int. def.*
tamen, quia contra teſtamentum venire ne-
80 quit † *d. l. pen. §. ſed, ne articulum, C. de adopt. d.
§. ſed ea omnia, verſ. teſtamento autẽ facto, Inſt.
de hæred quæ ab int. def. §. ſed hæc quidem, verſic.
circa adoptiuos, Inſt. de exhær. lib. §. tam autem,
Inſt. de inoff. teſt.* ideò non erit in computan-
da legitima filij naturalis habenda adoptiui
ratio, perinde, ac, ſi non eſſet in rerum natu-
ra. Quamobrem illius legitima erit triens
81 totius ſubſtantiæ, † non eius partis, quam re
vera fuiſſet ab inteſtato habiturus, *ſecundum
ea, quæ ſupra diximus, tametſi contrarium, &
malè ſcripſerit Bereng. in d. l. in quartam. 90. nu.
156. verſ ſimilis ff. ad l. Falc.*

Tertium exemplum ſit in ſpecie, de qua lo-
quimur; Nam, & ſi mater non ſit ab inteſtato
vniuerſam ſubſtantiam habitura, ſi extent
fratres vtrinque coniuncti, tamen, quia facto
teſtamento cenſentur illi excluſi, ideo perin-
de habentur, ac, ſi non eſſent ab inteſtato ſuc-
ceſſuri, eaq; ratione matris legitima cenſetur
tertia totius ſubſtãtiæ, quaſi tertia illius, quod
eſſet habitura, ſi fratres re vera non exiſterẽt,
ſiue non eſſent ſucceſſuri, *ſecundum ea, quæ ſu-
pra dicta ſunt.*

Ad ſecundum verò reſpondeo primo, ma-
trem conſequi totum trientem, non iure ac-
82 creſcendi, † quippe, quod in propoſita ſpecie
conſiderari nequit, *vt rectè probant ex contra-
riæ ſententiæ ſectatoribus ij, quos retulimus ſu-
pra nu. 39. & admittunt omnes, qui communem
ſententiam amplectuntur, ſicuti oſtendimus nu.*
83 55. ſed iure ſuo, & proprio, † *vt reſpondet Surd.
d. conſ. 404. nu.* 8. ſcilicet per remotionem ob-
ſtaculi, vt in ſimilibus terminis diximus de
filijs exhæredatis, vel aliter excluſis *in hoc cap.
84 q. 6. num. 13. & q. 11. num. 23.* Nam, quia † fra-
tres vtrinque coniuncti matri obſtitiſſent, ne
totum trientem conſequeretur, ſi & ipſi fuiſ-
ſent ad legitimam vocari, & propter teſtamẽ-

tum a fratre conditum, In quo perſona turpis nõ fuit inſtituta, factum eſt, vt ad legitimam non vocentur, ideo ſequitur, eos non obſtare matri, & per conſequentias matrem perinde vocari ad totum trientem, ac, ſi fratres non eſſent in rerum natura, *vt latè oſtendimus ſupra num. 57. & ſeqq.*

Secundo reſpondeo, dato etiam, quod mater deberet conſequi reſiduum per ius accreſcendi, non tamen hoc eſſe inconueniẽs, quia verius, & receptius eſt, etiam in legitima
85 ius accreſcendi habere locum, † *vt oſtendimus in hoc cap. q. 8. num. 8. & ſeqq. & ſpecialiter de matre, & fratribus demonſtrauimus ſupra num. 23. & ſeqq.* vt proinde malè Surdus *d. cõſ.* 404. *num.* 8. dicat, hanc reſponſionem non eſſe tutam, quia imo eſt tutiſſima, & veriſſima: nam data vera cõiunctione legali, quæ haud dubiè datur in legitima, quin etiam inter huiuſmodi coniunctos locum habeat ius accreſcendi, hodiè non dubitatur, *vt oſtendimus in d. q. 8. num. 38. & ſeqq. vbi demonſtrauimus, qualiter l. & Proculo, ſit accipienda, &, quomodo vis eius ſit reſoluenda.*

Neque obſtat, quod ius accreſcendi ceſſat etiam in legitima, quãdo vnus eſt inſtitutus, alter verò prẹteritus, quia reſpõdeo hoc pro-
86 cedere, † quando præteritio talis eſt, vt faciat locum contratabulas bonorum poſſeſſioni: nam tunc verum eſt, partem excluſi non accreſcere inſtituto, *vt in ſpecie l. ſiue libertus. 21. §. ex duobus ff. de iur. patr.* ſcilicet, quia inter ſuccedentes diuerſo iure locum non habet ius accreſcendi *l. ſed, enim patrono. 6. in prin. ff. de bon. poſſ.* Coeterùm, quando præteritio nulli remedio facit locum, ſed totaliter excludit præteritum a ſucceſſione, verius eſt, partem illius coeteris qui vocantur, accreſcere.

Minus obſtat, quod ceſſet ius accreſcendi, quotiès de parte vacante fuit a lege, vel a teſtatore diſpoſitum, quia reſpondeo, hoc pro-
87 cedere, † ſi tractemus de eo iure accreſcendi, quòd a teſtatore prohiberi poteſt, puta de eo, quod habet locum in legatis, & fideicõmiſſis, vel etiam In hæreditatibus ceſſante abſurditate, quod teſtator decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, *ſecundum ea, quæ dicemus in 10. cap. q. 16. num. 5. & ſeqq.* Coeterùm, ſi tractemus de iure accreſcendi, quod a teſtatore prohiberi nequit, vt in legitima, *ſicuti demonſtrauimus in hoc cap. q. 8. num. 51. & ſeqq.* verius eſt, non ceſſare, licet teſtator de parte vacante diſpoſuerit, quia talis diſpoſitio, tamquam ab eo facta, qui non poteſt, nullius eſt momenti, *vt diximus ibi num. 52. & dicemus etiam infra num.* 98.

Ad tertium reſpondent nonnulli, id pro-
88 cedere, † quoties excluſus, & incluſus tales ſunt, vt inter eos ius accreſcendi locum habere poſſit, puta, quia veniãt omnes eodem iure, vt ſunt filij, & filiæ, qui inſpecto iure communi pariter ad inteſtati ſucceſſionem ita vocantur, vt inter eos locum habere poſſit ius accreſcendi, *ſicuti oſtendimus in hoc cap. q. 1. num. 3.* Nam, ſi vnus ex ijs contemplatione alterius excludatur, puta filia contemplatione maſculi, verum eſt, quod illi aufertur, debere ei applicari, cuius contemplatione aufertur, & ſic maſculo, *vt diximus in 5. cap. q. 49. num. 13.* ſed in caſu propoſito extraneus hæres inſtitutus non eſt talis, vt inter eum, & fratres præteritos eſſe poſſit ius accreſcendi, cum ſuccedant diuerſo iure: Extraneus enim ſuccedit ex teſtamento, cum alioquin fratres præteriti eſſent ab inteſtato ſucceſſuri. Nil mirum igitur, ſi pars, quæ fratribus aufertur, non applicetur extraneo, ſed matri. *Ita reſpondet Mareſco. lib. 1. varia. reſol. cap. 10. num. 4. & ſeqq.*

Verum hæc reſponſio (meo iudicio) non
89 eſt vera, † Primo, quia ſupponit maſculũ, cui pars foeminæ excluſæ applicatur, venire iure accreſcendi, quod perſpicuè falſum eſt: Nam hoc ius ſupponit, partem accreſcentem fuiſſe alicui delatam, aut de iure, aut de facto, *vt diximus in hoc cap. q. 6. num. 12. & dicemus in 7. cap. q. 16. num. 1.* quod in ſpecie propoſita dici nequit, cum excluſæ nulla hæreditatis portio deferatur, non obſtante, quod iure cõmuni debuerit pariter cum maſculo admitti, quia ius commune ſtatutaria diſpoſitione cenſetur ſublatum, ideoq; non poteſt ex ipſius vi dici aliqua portio delata foeminæ, quę ſtatuto excluſa fuit, *vt dicemus in eodem 7. cap. q. 16. num. 1. & ſeqq.* Quamobrem venit potiùs ex beneficio ſtatuti, & tacita quadam eius vocatione, quam ex iure accreſcendi, *vt oſtendimus in q. præced. num. 48.*

Secundo, quia, ſi hæres inſtitutus non eſſet extraneus, ſed vnus ex fratribus, ceſſaret allegata ratio, ſcilicet, quia tũc inter inſtitutum, & præteritos, tamquam pariter ab inteſtato ſuccedentes poſſet eſſe locus iuri accreſcendi, & tamen certum eſt, hoc non obſtante, matris legitimam etiam eo caſu eſſe tertiam totius ſubſtantiæ, & conſequenter, quod alijs præteritis auſertur, non fratri inſtituto, ſed matri virtualiter applicari, *vt oſtendemus infra num.* 136.

Tertio, quia vis argumenti contrarij non deducitur a iure accreſcendi, ſed a voluntate teſtatoris: nam, quia teſtator præterеundo, & ſic excludendo fratres cenſetur hoc facere, vt faueat extraneo, quem hæredem vniuerſalẽ inſtituit, non etiam, vt faueat matri, quippe, quam voluit id ſolum habere, quod ei iure debetur, nempe legitimam, ratio non videtur ſuadere, vt quod hęredis contemplatione factum eſt, non ipſi hæredi, ſed matri proſit, & in hoc conſiſtit vis, quam ſupra relata reſpõſio non videtur ſuſtuliſſe.

Quamobrem ego reſpondeo, quoties teſtator excludit aliquem a bonis ſuis, aut illum exhæredando, aut prætereundo, talem excluſionem, ſi principaliter intelligatur, non poſ-
90 ſe dici fieri contemplatione alicuius, † quia eſt excluſio (vt ita dixerim) priuatiua, non contemplatiua: Fit enim principaliter ad priuandum eum, qui excluditur, nõ etiam, quod ad alium habeatur reſpectus, & cõtemplatio, ſed per conſequẽtias prodeſſe ijs, ad quos bona pertinere debent, prout iure diſponitur. Itaq; reſpectu eius quantitatis, de qua teſtator potuit diſponere, prodeſt iis, qui ab ipſomet teſtatore vocati ſunt, reſpectu verò illius, de qua non poteſt diſponere, vt eſt triens totius ſubſtantiæ, qui pro legitima relinquendus eſt perſonis a iure vocatis, prodeſt alijs non excluſis, quippe, qui remoto per priuationis beneficium obſtaculo illorum, qui potiꝰ nem

minue-

minuere potuiſſent, vocantur ad integrum
trientem, perinde, ac, ſi excluſi non eſſent in
rerum natura, ſcilicet, quia, qui facto teſta-
mento non vocantur, perinde habentur, ac, ſi
non eſſent ab inteſtato ſucceſſuri, *vt diximus
ſupra num.* 58 Et ita difficultatem hanc reſol-
uendam arbitror *prout etiam dixi in quæſtione,
an portio filij exhæredati debeat alijs filijs applica-
ri, an vero extraneo hæredi inſtituto in quæſt.* 10.
num. 11.

Ad quartum deniq; reſpondeo, negãdo,
ſequi aliquod abſurdum, vel ſequi abſurdum
quod ſit conſiderabile: Primum enim nõ eſt
abſurdum, quem facto teſtamento plus con-
ſequi contra voluntatem teſtatoris, quam, ſi
91 ab inteſtato ſuccederet: † nam hoc euenit in
omnibus caſibus, in quibus ab inteſtato plu-
res ſunt ſucceſſuri, & facto teſtamento maior
eorum pars remanet excluſa: Semper enim
aliorum non excluſorum portio ex neceſſi-
tate debita ita augetur, vt plerunq; excedat
partem ab inteſtato contingentem, & tamen
id non cenſetur abſurdum, quia eſt quidam
effectus neceſſariò proueniens ex remotione
obſtaculi: nam, quanto plures ſunt, qui remo-
uentur, tanto maior eſt pars eius, qui rema-
net, quippe, qui ſolus fingitur eſſe in rerum
natura, ideoq; totum id habere debet, quod
eſſet habiturus, ſi excluſi verè non eſſent in
rebus humanis. Exemplum ſit in pluribus fi-
lijs iuſtè a patre exheredatis: nam, ſi teſtator
ex quinq; filijs quatuor iuſtis de cauſis exhę-
redet, quis dubitat, quin is, qui remanet, ſit iu-
re legitimę plus habiturus, quam eſſet eius
pars ab inteſtato contingens. Ab inteſtato
enim haberet ſextantem, & duas quintas al-
terius vnciæ, cum alioquin facto teſtamento
ſit habiturus ſemiſſem omnium bonorum,
ſecundum vnam opinionem, quæ vult, ex-
hęredatos facere numerum, vel ſaltem trien-
tem, ſecundum aliam, & tamen non cenſe-
tur hoc abſurdum, ſcilicet, quia prouenit ex
remotione obſtaculi, vt patet ex ijs, quæ di-
ximus *in hoc cap. q.* 11. *num.* 9. Idq; procedit,
etiam in ipſiſmet fratribus iuſtè exhęredatis
& per conſequentias a legitima excluſis
etiamſi turpis perſona fuerit inſtituta: nam,
quia pro mortuis habentur, eaq; ratione par-
tē non faciunt, *vt diximus ſupra n.* 16. ideo fit,
vt non impediant, quominus matris legiti-
ma ſit triens omnium bonorum, etiamſi ab
inteſtato minus eſſet habitura, neq; id cenſea
tur abſurdum; cum proueniat a remotione
obſtaculi, *vt in his terminis conſiderat Gabr. d.
conſ.* 94. *num.* 16. *vol.* 1. nam portio maior eſt,
ſi ſpectamus veritatem, & id, quod eſſet, ſi fra
tres ab inteſtato ſuccederẽt, ſed nõ eſt maior,
ſi ſpectamus fictionem, & id, quod eſſet, ſi
verè fratres ab inteſtato non ſuccederent,
prout facto teſtamento ſpectare debemus, *ſi-
cuti demonſtrauimus ſupra num.* 64 Denique,
cum portio matris nõ minuatur ab inteſta-
to per exiſtentiam fratrum vtrinq; coniun-
ctorum fauore teſtatoris, ſed fauore ipſorum
fratrum, quippe, quibus lex voluit proſpice-
re vocãdo eos ad fratris ſucceſſionem ſimul
cum matre, non etiam fauere defuncto, cui
ſemper prohibita eſt diſpoſitio vltra beſſem
ſui patrimonij, & fratribus excluſis ceſſet ip-
ſorum fauor, & ſic cauſa diminutionis, con-
ſequẽs eſt, vt ceſſare etiam debeat ipſa dimi-
nutio, & per conſequentias, vt non ſit abſur-
dum, matris legitimam eſſe maiorem, quam
ſit portio ab inteſtato contingens, quia non
eſt maior, ſi fratribus circumſcriptis ſpecte-
mus id, quod mater eſſet ab inteſtato habitu-
ra. *Ita reſpondent Gabr. d. conſ.* 94. *num.* 15. *&
ſeq. vol.* 1. *& Pereg. de fideic. d. artic.* 38. *num.* 13.
verſ. 4.

Secundo verò non ſequitur aliud abſur-
dum, quod ſupponitur, nempe matrem veniẽ
tem contra teſtamentum plus conſequi, quã,
ſi veniret ſecundum teſtamentum, quia, cum
tractemus de fratre, qui deceſſit teſtatus, &
matre, quæ petit legitimam, aut eius ſupple-
mentum, haud dubiè ſupponimus, eam, aut
fuiſſe in legitima inſtitutam, quo caſu venit
ex teſtamento, aut fuiſſe inſtitutam in aliqua
re particulari, & agere ad ſupplementum le-
gitimæ, quo caſu effectu cenſetur venire con
tra teſtamentum. *vt diximus in hoc cap. q* 13.
num. 6. Hoc autem poſito nulla eſt differen-
tia, vtrum veniat contra teſtamentum, an ve-
92 rò ſecundum; † Nam, ſiue fuerit inſtituta in
legitima, & ſic agat ex teſtamento, ſiue fue-
rit inſtituta in aliqua re particulari, & ſic
agat ad ſupplementum legitimæ, ſiue contra
teſtamentum, ſemper eius legitima erit eadẽ
nempe triens totius ſubſtantiæ, non habita
ratione fratrum, niſi quando & ipſi vocãtur
ad legitimam, vel aliam portionem, aut rem,
quæ pro legitima habeatur. *ſecundum ea quæ
ſupra diximus, & dicemus etiam infra in caſibus
ſeqq. Et ita declarant omnes, qui communem ſen-
tentiã amplectũtur, quos retulimus ſupra nu.* 53.

Tertio, licet teſtator inſtituendo turpem
perſonam faciat, vt mater iure legitimę non
conſequatur integrum trientem, quem alio-
quin eſſet habitura, ſi inſtituiſſet perſonam
non turpem, non tamen hoc cenſetur abſur-
93 dum, † quia non reſpicit fauorem ipſius teſta
toris, aut hęredis inſtituti, ſed fauorem fratrũ,
qui propter interuentum perſonę turpis ad
legitimam vocantur, & in ea cum matre cõ-
currunt, ſaltem reſpectu quadrantis, qui in
triente continetur, *ſecundum ea. quæ diximus
ſupra num.* 12. Teſtator enim non habet ma-
iorem diſponendi poteſtatem, ſi turpem in-
ſtituat perſonam, quam, ſi perſonam honeſtã
inſtitueret, ſcilicet, quia vtroq; caſu non, niſi
de beſſe totius patrimonij poteſt diſponere
ideoq; licet inſtituendo perſonam turpem fa
ciat locum fratribus, non tamen hoc dici po-
teſt redundare, aut in fauorem ipſius teſtato-
ris, reſpectu maioris poteſtatis, aut in fauorẽ
hæredis inſtituti reſpectu maioris commodi,
ſed ſolum in fauorem ipſorum fratrum, quip
pe, qui, quaſi purificata conditione, vel ad
querelam, vel ad legitimam admittuntur, a
qua fuiſſet excluſi, ſi frater perſonam non
turpem inſtituiſſet. *Ita reſpondet Gabr. d. conſ.
94. num.* 17. *vol.* 1. Et, licet propter hoc matris
legitima diminuatur, non tamen ſequitur, id
eſſe abſurdum, quia talis diminutio non fit iu
dicio teſtatoris, ſed diſpoſitione legis, quę fra
tres vocat ad legitimam, & hoc modo opera
tur, vt, quaſi ceſſante remotione obſtaculi,
fratres obſtent matri, ne totum trientem con
ſequatur. Vt enim abſurdum non eſt, fratres
ab inteſtato obſtare matri, ne totam conſe-

quatur hęreditatem, quoties & ipſi ad eam
vocantur, ita etiam abſurdum cenſeri non
debet, eos facto teſtamento matri obſtare, nę
iure legitimę totum trientem conſequatur, ſi
& ipſi ad legitimam vocentur, prout vocan-
tur, quãdo perſona turpis fuit hęres inſtituta:
Regulare enim eſt, vt, qui vocatis non obſta-
rent, ſi propter demeritum, vel aliam qualita
tem a teſtatore excluderentur, aut exhereda-
tione, aut pręteritione interueniente, obſtẽt,
ſi teſtator aliquid faciat, propter quod illi nõ
excludantur, ſcilicet, quia tunc ceſſat obſta-
culi remotio. Quamobrem inſtitutio perſo-
nę turpis a teſtatore facta, quæ fratrum voca-
tionem operatur, verius dici debet obſtaculi
conſeruatio, quæ a defuncti voluntate pen-
det, quam legitimę diminutio, quippe, quæ
non fit a teſtatore, ſed a lege, quæ fratres ſi-
mul cum matre vocat ad legitimam.

Quarto, & vltimo verum non eſt, ſequi ab
ſurdum, quod hæres inſtitutus in teſtamento
nullo, quod virtute clauſulę codicillaris ſu-
ſtinetur in vim fideicommiſſi, conſequatur
plus, quam, ſi teſtamentum eſſet validum,
94 † quia (vt infra latiùs demonſtrabo) verius
eſt, idem conſequi: Nam, ſi teſtamentum eſ-
ſet validum, conſequeretur iure directo, ſiue
iure inſtitutionis beſſem, & triens omnium
bonorum daretur matri, *vt ſupra dictum eſt.*
Sed quia teſtamentum non valet, & ſolum
iure fideicõmiſſi ſuſtinetur virtute clauſulæ
codicillaris, ideo mater, & fratres, qui ab inte
ſtato ſuccedunt, debent ei reſtituere beſſem,
& ſolum retinere trientem, in quo, quia con-
tinetur, & legitima matri debita, & Trebel-
lianica debita, tam matri, quã fratribus, ideo
diuiſio ita erit facienda, vt quadrans, qui in
triente continetur, diuidatur inter matrem,
& fratres iure Trebellianicæ, reſiduum verò
iure legitimę maneat penes matrem. *ſicuti la-
tius oſtendemus infra num. 172. & ſeqq. Ita reſ-
pondet Gabr. d. conſ. 94. num. 17. verſ. Tertium,
& num. 18. vol. 1.*

Ex his intelligimus, veriſſimam eſſe ſentẽ-
tiam exiſtimantium, matris legitimam eſſe
trientem omnium bonorum, quoties fratres,
neq; ex diſpoſitione teſtatoris ad aliquid vo-
cãtur, neq; ex diſpoſitione legis vocantur ad
legitimam, quod adeo verum eſt, vt procedat
95 non ſolum in matre, ſed etiam in patre, † *vti
videre eſt apud Surd. d. conſ. 404. num. 5. verſ. ve-*
96 *rior*, & verò etiam in auo, vel in auia, † *vt in
ſpecie Franch. d. deciſ. 63. in prin.* ſiue pręteriti
ſint fratres, ſiue filij fratrum, quippe, quorum
eadem eſt, quæ & fratrum ratio, cum & ipſi
ſimul cum parentibus ad inteſtati ſucceſſio-
97 nem vocentur † *§. 1. Auth. vt frat. filij, coll. 9.
Et in ſpecie declarant Bertr. d. conſ. 315. in fin.
vol. 1. Surd. d. conſ. 404. num. 4.* Quinimo pro-
cedit, etiamſi matre inſtituta in legitima, vel
(quod idem eſt) in eo, quod illi ex neceſſita-
te debetur, aut etiam in re certa, quę legitimę
loco cedat, teſtator adiecerit illa verba, &
quod plus petere non poſſit: Adhuc enim il-
lis nõ obſtantibus matris legitima erit triens
totius ſubſtantię non eius, quod re vera fuiſ-
98 ſet ab inteſtato habitura, † *vt rectè ſcripſerunt
Bertr. d. conſ. 315. in fi. vol. 1. Rub. in d. l. pater fi-
lium, non. 120. Pereg. de fideic. d. artic. 38. num.
13. verſ. ſecundus.*

Nec obſtat, ſi dicatur, per prædicta verba
cenſeri prohibitum ius accreſcẽdi, quod pro-
99 hiberi potuit † *vt arguit Bart. in d. l. pater filiũ,
num 12. vbi ait, in his terminis facilius procedere
ſuam opinionem*, ſiue, eẽſeri inductam limita-
100 tionem, quæ ius accreſcendi excludit, † *vt ar-
guit Iaſ. d. conſ. 61. col. 4. verſ. 5. vol. 3. qui in his
terminis Bart. ſententiam probat ibi col. 3. verſ.
ego, quoq; , & verſ. confirmantur etiã, vbi ait, ne-
minem in hoc caſu Bartolo contradicere*, quia reſ
pondeo primo, matrem in ſpecie propoſita
non conſequi totum trientem iure accreſcẽ-
di, ſed iure ſuo, & per remotionem obſtaculi,
vt diximus ſupra num. 82. ideoq; prohibitio-
nem, & limitationem teſtatoris nihil operari,
vt diximus in hoc cap. q. 11. num. 43.

Secundo reſpondeo, dato etiam, quod cõ-
ſequeretur partes fratrum excluſorum per ius
accreſcendi, veriùs tamen, & receptiùs eſſe,
101 prohibitionem non valere, † tamquam fa-
ctam in re, de qua teſtator diſponendi facul-
tatem non habet, *vt oſtendimus in hoc cap. q. 8.
num. 51. & ſeqq.*

Nec obſtat *§. ſi vero legitimos, Auth. quib.*
102 *mod. nat. eff. ſui, coll. 7.* vbi † teſtator poteſt diſ-
ponere de dodrante, qui curialibus pro legiti-
ma debetur, quia reſpondeo, id ſpecialiter eſ-
ſe receptum in legitima curialium, vtpote,
quæ fuit quidem a Iuſtiniano definita, vt ſit
dodrans omnium bonorum, & conſequenter
maior legitima communi, ſed cum hac qua-
litate, vt de eo, quod aliorum legitimam ex-
cedit, poſſit pater diſponere, dummodo id di-
ſtribuat inter ipſosmet curiales, quod ideo fa-
ctum eſt, quia tale incrementum fuit a Iuſti-
niano factum fauore curiæ, cuius non inter-
eſt, vni potius, quam alij maiorem partem
competere, dummodo totus dodrans in cu-
ria remaneat. Quamobrem illa conſtitutio
non eſt ad legitimã communem extendẽda.

Quartus caſus eſt, quando cum matre ſu-
perſunt etiam fratres vtrinque coniuncti, &
verſamur in terminis, in quibus ipſi fratres,
licet non vocentur ex diſpoſitione legis ad le
gitimam, vocantur tamen ex diſpoſitione te-
ſtatoris ad hæreditatem, vel quid aliud, prout
euenit, cum teſtator eos inſtituit hęredes vni-
uerſales, vel etiam particulares in re, vel ſum-
ma certa, quæ non eſt minor legitima, Et
tunc, ſi quæramus, an matris legitima ſit
triens omnium bonorum, an verò triens eius
tantum portionis, quam eſſet ab inteſtato
habitura, conſtat, rem etiam eſſe controuer-
ſam: Nam plerique cenſuerunt, etiam in hac
ſpecie, matris legitimam eſſe trientem om-
nium bonorum, non verò eius portionis, quã
103 eſſet ab inteſtato habitura: † *Ita enim cenſue-
runt Oldradus, & Albericus, quos referunt, &
ſequuntur Fabia. in d. Auth. nouiſſima, num. 45.
& Surd. d. conſ. 404. nu. 9. vbi, licet fateatur, mi-
nus eſſe dubitationis, ſi fratres ſint pręteriti, nihi-
lominus etiam ſi fuerint inſtituti, vult idem eſſe
dicendum.*

104 Mouentur autem, quia † ratio, propter quã
ex frequentiori Dd. ſententia diximus matris
legitimam eſſe trientem omnium bonorum,
quoties fratres fuerũt a fratre pręteriti, militat
etiã, quoties fuerũt inſtituti: Nã ratio eſt, quia,
cùm agitur de ſucceſſione teſtamentaria, fra-
tres, qui non concurrunt in legitima, haben-
tur

ſur pro mortuis, ideoq; perinde eſt facienda
computatio, ac, ſi mater ſola exiſteret, quo
caſu ſine dubio eius legitima eſſet triens om-
nium bonorum, *vt diximus ſupra nu. 55. verſ.
primo, & nu. ſeqq.* At hęc ratio militat etiam,
quando fratres fuerunt inſtituti, ſeu vocati,
qui, ne in hoc quidem caſu concurrunt in le-
gitima, quippe, quæ eis non debetur, niſi per-
ſona, turpis fuerit inſtituta. Nec debet atten-
di, quod a fratre fuerint inſtituti, quia, cum il-
la inſtitutio non fuerit neceſſaria, ſed volun-
taria, nihil poteſt operari ad computationē
legitimę, quippe, quę tota in neceſſitate con-
105 ſiſtit † *§. primum itaq;, Autb. de bered. & Falc.
coll. 1. §. ſi verò filios, Autb. quib. mod. nat. eff. ſui,
coll. 7.* Itaque cenſentur inſtituti, vt extranei,
106 nō, vt ij, quibus legitima debetur, † *vt dicimus
de filio, qui a patre vocatur voluntariè l. 1. §. ſi
quis autem, & ibi gl. in verb. filio ff. de ſucceſſ. ed.
& in propoſito conſiderat Surd. d. conſ. 404. nu. 9.*
Ergo, licet fratres fuerint à fratre inſtituti, ni-
hilominus matris legitima erit triens omniū
bonorū. *Ita ratiocinatur Surd. d. conſ. 404. n. 9.*

Nec obſtat, ſi dicatur Dd., qui tractant de
hac quęſtione, & ſuſtinent, matris legitimam
eſſe trientem omnium bonorum, loqui de
fratribus pręteritis, ideoq; tacitè innuere, ſe
aliud ſentire in fratribus inſtitutis, quia reſpō
dent, nullam in hoc eſſe vim faciendam: Nā
Dd. loquūtur de fratribus præteritis, eo, quod
talis erat caſus contingentia, ſed mouentur
ratione, quæ militat etiam in fratribus inſti-
tutis, ideoque nō ſpecies ab eis propoſita, ſed
107 ratio, in qua fundantur, debet attendi. † *Ita
reſpondet Surd. d. conſ. 404 num. 9.* Quod etiam
videtur alia ratione cōfirmari: Nā, ſi in hoc
vis fieret, argumentum ab authoritate Dd.
duceretur a contrario ſenſu, ſcilicet, quia ex
eo, quod cenſent omnes, matris legitimam
eſſe triētem omnium bonorum, ſi fratres ſint
præteriti, inferretur à contrario ſenſu, eos
contrarium ſentire, ſi non fuerint pręteriti,
ſed inſtituti. Atqui hoc abſurdum eſt, quia, a
dicto doctoris non poteſt ſumi argumentum
108 a contrario ſenſu, † *vt ſcribunt Alex. in l. 1. nu.
28. verſ. non multum ff. de leg. primo, Oſaſ. deciſ.
58. num. 30. Burſa. conſ. 184. num. 55. Surd. conſ.
85. num. 39. Seraph. deciſ. 822. num. 6.* Ergo nul-
la in hoc vis eſt facienda.

Et, ſi dicas multos loqui ſpecificè, reſpon-
dent, eos, vel loqui dubitatiuè, vt Baldum,
qui ſubijcit, opus eſſe maiore indagatione,
vel loqui in alijs terminis, nempe in filia, cui
de iure communi debetur legitima etiam fa-
cto teſtamento, *vt Soc. & Caſtr.* cum alioquin
nos loquamur de fratribus, quibus facto te-
ſtamento legitima non debetur, ſi non fuerit
inſtituta turpis perſona. *Ita reſpondet Surd. d.
conſ. 404. num. 9.*

Prædictis tamen non obſtantibus, contra-
rium alij frequentiùs tradiderunt, ſcilicet in
hac ſpecie matris legitimam non eſſe trientē
omnium bonorum, ſed trientem eius portio-
nis, quam fuiſſet ab inteſtato habitura, & ſic
trientem trientis, ſi cum matre duo fratres
109 concurrant. † *Ita enim cenſuit Bald. in d. Autb.
nouiſſima, nu. 12. licet ſubijciat, hoc indigere ma-
iore indagatione, ideoq; ſe non firmare. Eiuſdem
opinionis fuerunt Ang. in d. l. planè. 34. § ſi duo-
bus, nu. 5. ff. de leg. primo, Anto. de Roſell. de ſucc.
ab inteſt. in fi. Corn. conſ. 150. nu. 10. vol. 1. Gab.
d. conſ. 94. num. 20. & ſeqq. volu. 1. vbi ait, in hoc
caſu Bart. opinionem eſſe veriorem, Beret. conſil.
85. num. 3. Burſa. conſ. 115. num. 8. & 10. verſic.
quinimo, & num. 11. vol. 1. Theſ. deciſ. 172. num.
6. verſ. Tertius, vbi teſtatur, ita fuiſſe a Pedemon-
tano Senatu deciſum Pereg. de fideic. artic. 38 nu.
13. verſ. Quartus, Andr. Fach. lib. 4. contro. cap.
29. Gratia. cap. 178. diſcep. for. num 8. & 11. vbi
ait, hanc opinionem eſſe veriorem, & num. 12. eſſe
communem ſententiam, & cap. 448. num. 18. &
ibi Rota num. 45 & ſeqq. Mareſ. lib. 1. varia. re-
ſol. cap. 10. num. 14. vbi teſtatur, hanc eſſe magis
cōmunē, & n. 16.* Mouentur autē, vt ita ſentiant
110 Primo, quia, † cum fratres ad partem ad-
mittantur, conſequens eſt, vt faciant partem,
*ex ijs, quæ dicemus in 7 cap. q. 21. num. 10. Et in
his terminis arguunt Bald. in d. Autb. nouiſſi-
ma, nu. 12. C. de inoff. teſta. Corn. d. conſ. 150. nu.
10. volum. 1. Gabr. d. conſ. 94. num. 20. vol. 1. Pe-
reg. de fideic. d. artic. 38 num. 13. verſ. quartus.*

Nec obſtat, ſi dicatur, eos vocati quidem
ad partem, ſed hæreditatis, non legitimæ,
quippe, quę eis non debetur niſi turpis perſo-
na fuerit inſtituta, ideoq; reſpectu legitimæ
nō poſſe facere partēm, quia reſpondent, imo
ſufficere, quem aliquo iure admitti ad partē,
etiamſi ſub alio nomine, vt partem faciat,
111 † *vt diximus in q. præced. n. 9. & 35. & dicemus in
7. cap. q. 21. num. 21. & in propoſito reſpondent
Bald. in d. Autb nouiſſima, nu. 12. Corn. d. conſ.
150. num 10. vol. 1. Beret. d. conſ. 85. nu. 3. Grati.
d. cap. 178. diſcep. for. nu. 13. Mareſ. d. lib. 1. varia.
reſol. cap. 10. nu. 16. & 19.* Nam, &, qui iure do-
minij partem retinet, non admittitur ad eam,
tamquam ad partem legati, cum legatum in
eius perſona non conſtiterit *§. ſed, ſi rem, Inſt.
de legat.* ſed tamquam ad rem ſuam, & tamen
facit partem *l. huiuſmodi. 86. §. ſi Titio & Mæ-
uio ff. de leg. pri. ſecundum communem intellectū,
quem referemus in eodem 7. cap. q. 28. licet nos aliā
eiuſce rei rationem eſſe arbitremur, vt ibi latius
oſtendemus.* Et filius a patre inſtitutus non ad-
mittitur ad partem legitimę, quippe, quę eo
caſu non poteſt conſiderari, *vt oſtendemus in
9. cap q. 24.* & tamen alijs fratribus facit partē
in legitima, *vt diximus in hoc cap. q. 7. nu. 1.* Sic
igitur, & frater, licet ad legitimā nō vocetur,
eo tamē ipſo, quod vocatur ad hęreditatem,
ſiue ſucceſſionem, debet facere partem in le-
gitima, quę eſt pars ſucceſſionis. *Ita ſcribunt
Burſa. d. cōſ. 115. nu. 10. vol. 1. Rota apud Grati.
cap. 448. diſcep. for. nu. 48. Mareſco. d. lib. 1. varia.
reſol. cap. 10. nu. 9. 16. & 19.*

Secundo mouētur, quia in hoc caſu ceſsāt
omnes rationes, quę pro cōmuni adducuntur
ad probādum matris legitimam eſſe tertiam
112 omnium bonorum, † *vt conſiderant Gabr. d.
conſ. 94. nu. 20. vol. 1. Beret. d. cōſ. 65. nu. 3. Grati.
d. cap. 448. nu. 19. & ibi Rota, nu. 48. Mareſco. d.
lib. 1. varia. reſol. cap. 10. num. 9.*

Primùm enim ceſſat ratio remotionis ob-
113 ſtaculi; † Nam fratres præteriti ideo matri nō
obſtant, quia, cū non ſuccedāt, debent haberi
pro mortuis, *vt diximus ſupra nu. 57.* cū paria
ſint, nō extare, vel nō ſuccedere, *vt diximus in
hoc cap. q. 6. nu. 7.* At hæc ratio ceſſat in fratri-
bus inſtitutis, quia, cum ſuccedant, conſe-
quens eſt, vt non poſſint haberi pro mortuis,
vt arguunt Bald. in d. Autb. nouiſſima, num. 12.

Anto.de Roſell.de ſucceſſ.ab inteſt.in fin.Corn.d. conſ.150.num.10.& d.conſ.197.nu.8.verſ.Idem videtur velle,volu.1. Gabr. d. conſ. 94. num. 20. & 23.vol.1.Beret.d.conſ.85.nu.3. verſ. & abundè,Rota apud Gratia.d.tom.3. diſcep. forenſ.cap. 448.num.48.Mareſco.d.lib.1.varia. reſolut. cap. 10. num. 9. & 16. Ergo in his ceſſat ratio remutionis obſtaculi, *vt conſiderant Burſa.d.cõſ. 115.num.8.vol.1.Gratia.d.cap.178.diſcep foren. num.13.*

Secundo verò ceſſat ratio diſparitatis cau-
114 ſæ teſtati, & cauſæ inteſtati, † propter quam recedimus a regula: Nam, quando fratres sũt præteriti, ideo matris legitima cenſetur triens omnium bonorum, non verò triens eius portionis, quam eſſet ab inteſtato habitura, *ſecundum regulam, quam retulimus in hoc cap. q. 6.num.15.* quia cauſa teſtati non ſe habet eodem modo, quo cauſa inteſtati, *vt diximus ſupra num.71.* Sed hic ſe habet eodem modo, quia fratres ita ſuccedunt ex teſtamento, vt ab inteſtato, *vt conſiderant Gabr.d. conſ.94.nu. 20.& 22.vol.1. Beret.d.conſ. 85.num. 3. verſ. & abundè,Pereg.de fideicomm. d. artic.38.num.13. verſ.Quartus.* Ergo, tamquam ceſſante cauſa receſſus debemus ſtare regulæ, & ſecundum eam definire, matris legitimam eſſe trientem eius, quod eſſet ab inteſtato habitura. Quamobrem in regula vim conſtituunt *Rota apud Gratia.d.cap. 448. diſcep. forenſ. num. 44.& Mareſcot. d.lib. 1.varia.reſol.cap. 10. numer. 15.*

Tertio demum ceſſat iniquitas *conſiderata a Fabia.in d. Auth. nouiſſima, nu. 44. verſicul.*
115 *Præterea*, quod ſcilicet † iniquum ſit, matris legitimam minui per exiſtentiam fratrum, qui non conſequuntur id, quod matri aufertur: Nam, hic conſequuntur; Ergo ceſſat iniquitas. *Ita arguit Gabr.d.conſ 94. nu. 20.vol. 1.*

Tertio mouẽtur, quia, ſi diceremus, matris legitimam eſſe trientem omnium bonorum, in ſpecie, qua fratres inſtituti ſunt, multa
116 † ſequerentur abſurda.

Primum enim ſequeretur, matrem, etiam in re minima inſtitutam poſſe iure legitimę plus conſequi, quam eſſet ab inteſtato habitura, & plus, quam ſingulos fratres hæredes vniuerſales inſtitutos; Nam, ſi teſtator tres habens fratres eos hæredes vniuerſales inſtituerit, & matrem in re certa, hæc iure legitimæ conſequeretur trientem omnium bonorum, cum alioquin ab inteſtato non eſſet habitura, niſi quadrantem, & ſinguli fratres non eſſent habituri, niſi ſextantem, & duas tertias vnius vnciæ, & per conſequentias multo minorem quãtitatem, quam mater, quod eſt ab-
117 ſurdum, † & contra mentem legis, quæ vult legitimam eſſe minorem ea portione, quam quis eſſet ab inteſtato habiturus, & contra mentem teſtatoris, qui matrem in re minima inſtituendo, voluit, eam multo minus habere, quam ſingulos fratres vniuerſaliter inſtitutos. *Ita arguunt Burſa.d.conſ.115.nu.11.vol. 1.Andr.Fach.d.lib.4. contro. cap.29.Rota apud Gratia. d. cap.448.diſcep.for.num.50.Mareſcot. d.lib.1.variar.reſolut.cap.10.nu.17. verſ.ſecundum.*

Secundo ſequeretur, ſi teſtator inſtitueret tres fratres, & matrem æqualiter, & in portione matris apponeret fideicommiſſum, matrem in eius reſtitutione plus eſſe habituram iure legitimæ, quam ſit portio, in qua fuit in-
118 ſtituta, quod eſſet abſurdiſſimum, † *vt conſiderant Rota apud Gratia. d. cap. 448. num. 50. verſ.ſecundum, & Mareſco.d.lib.1. cap.10.num. 18.verſ. tertium.*

Quarto mouentur, quia in hoc videntur
119 omnes Dd. conſenſiſſe: † Nam, aut conſideramus Bartolũ, & ſequaces, Et hi ſine dubio cenſent, in hac ſpecie matris legitimam eſſe tertiam eius, quod ab inteſtato fuiſſet habitura, quia, ſi id cenſent procedere, cum frater in teſtamento fratres præterijt, multo magis cẽſent, id procedere, ſi fuerint inſtituti, cum faciliùs faciat partem is, qui ad partẽ, aut aliud, quod ſuccedat loco partis, admittitur, quam, qui totaliter excluditur, *vt patebit ex ijs, quæ dicemus in 7.cap.q.21.num.10. & ſeqq.* Aut verò conſideramus Buttigarium, & eius ſequaces, qui numero ſunt maiores, Et etiam hi cẽſent, in hac ſpecie matris legitimam nõ eſſe, niſi trientem eius, quod ab inteſtato fuiſſet habitura; Nam eo ipſo, quod loquuntur de fratribus præteritis, & in totali eorum excluſione vim, & fundamentum conſtituunt, tacitè fatentur, ſe contrarium ſentire, ſi nõ fuerint excluſi, ſed vocati, *vt conſiderant Gabr.d. conſ.94.num.20.vol.1. Beret.d. conſ.85.num.3. verſ.Igitur,cum ceſſent,Gratia.d.cap.178.diſcep. for.nu.13.& d. cap.448.num. 20.* Et, quamuis Baldus hoc abſolutè non firmauerit, dicens rem indigere maiore indagatione, non ideò tamen, hoc fecit, quod non crediderit, matris legitimam diminui propter res fratribus relictas, ſed, quia dubitauit, an id, quod ſupereſt ad integrũ trientem, & fratribus non eſt datũ, matri reliquendum ſit, quod tamẽ eſſe relinquendum cœteri frequentiùs tradiderunt, *vt oſtendemus infra num.142. Et in ſpecie declarãt Gabr.d.conſ.94.num.21.vol.1. & Beret.d.conſil. 85.num.3. verſ. & abundè.* Præterea, quamuis Baldus de hoc dubitarit, cœteri tamen, qui frequentiùs hanc opinionem amplectuntur, de eo non dubitant, *vt ait Gratia. d. cap. 178. diſcep.for.nu.12.* Deniq;, licet a dicto doctoris regulariter non poſſit ſumi argumentum a
120 contrario ſenſu, hoc tamen fallit, † quando ſumitur a ratione, qua doctor mouetur: nam, ſi ea ceſſet in ſpecie, quæ proponitur, dubium non eſt, quin a contrario ſenſu, quaſi a ceſſãte ratione rectè poſſit argumentum deduci *l. 1.§ huius ff.de off.eius.*

Neque obſtat, quod imò ratio, qua mouẽtur, quando fratres ſunt præteriti, militet etiã, quando ſunt inſtituti, cum non vocentur ad legitimam, ideoque eius reſpectu debeãt haberi pro mortuis, ſeu pro non exiſtentibus, quia reſpondent, negando, eandem ſubeſſe
121 rationem; Nam, † quando ſunt præteriti, ideo habentur pro mortuis, quia, cum non admittantur ad partem, nec ad aliud, quod loco partis ſuccedat, tamquam omnino excluſi non poſſunt matri obſtare, quominus totum id conſequatur, quod eſſet habitura, ſi fratres re vera nõ exiſterent, *vt diximus ſupra nu. 56. & ſeqq.* At, cum fratres non fuerunt præteriti, ſed inſtituti licet ex diſpoſitione legis nõ admittãtur ad partẽ, nẽpe ad legitimã, tamen ex diſpoſitione teſtatoris admittũtur ad id, quod ſuccedit loco partis, ſiue pro parte habetur, ſcilicet,

quia,

quia,cum a fratre ſint agniti,perinde ſunt ha-
bendi , ac, ſi ad legitimam fuiſſent admiſſi,
*vt declarat Gratia.d.tom.1.diſcep foren.cap.178.
num.8.& 11.*Nec enim neceſſe eſt, eos vocari
ſub nomine legitimæ, vt faciant partem , ſed
ſufficit, qualitercunque admitti , *vt diximus
ſupra num.*111. Non poſſunt igitur haberi
pro mortuis.

Nec obſtat, quod non admittantur, vt fra-
tres ad legitimam vocati , ſed , vt extranei ab
extraneo inſtituti , ideoq; reſpectu legitimæ
perinde ſit, ac , ſi non eſſent in rerum natura,
quia reſpondent, hoc non officere : Nam,
122 † quoties is,qui ab inteſtato facit partem,in-
ſtituitur ab eo,de cuius bonis agitur, licet ta-
lis inſtitutio ſit voluntaria,nõ neceſſaria , ni-
hilominus operatur, vt is etiam facto teſta-
mento faciat alijs partem , quia cauſa teſtati
fouet cauſam inteſtati , & teſtator fecit id,
quod lex ab inteſtato feciſſet: Alioquin enim
magnum ſequeretur abſurdum, quia, ſi frater
ab inteſtato faceret codicillos , quo caſu cen-
ſeretur tacitè inſtituere venientes ab inteſta-
to *l.3.in prin.& l.conficiuntur.8.in prin. ff. de-
iur.codic.* operaretur, vt mater iure legitimæ
non poſſet habere integrum omnium bono-
rum trientem , *vt ſcribunt ij quos referemus in-
fra num.* 166. At , ſi expreſſim eoſdem fratres
ab inteſtato venientes inſtitueret , non idem
operaretur. Itaq; potentior eſſet tacita inſti-
tutio, quam expreſſa , quod eſt abſurdum , *&
contra regulam l.cum ex filio. 39. §.filio ff. de-
vulg.* quia hoc modo imputaretur defuncto,
cur teſtatus eſſet , & ita , quodammodo ei in-
terdiceretur teſtamenti factione,quod abſur-
dum reputatur *in d.l poſthumus. 6.in prin.ff.de
inoff.*

Nec obſtat,ſi dicatur,argumentum proce-
dere, ſi frater inſtituat fratres in tota ea por-
tione,quam eſſent,ab inteſtato habituri,ſecus
verò , ſi in ea tantum, quam eſſent habituri
nomine legitimæ, ſi perſonaſtur pis ad bona
fratris vocaretur,quia (ſecundum eos) verius
123 eſt procedere † etiam in hoc caſu : Nam, ſi
frater grauet venientes ab inteſtato fideicom-
miſſo vniuerſali , fratres effectu non conſe-
quuntur integram portionẽ ab inteſtato cõ-
tingentem , ſed tantum portionem æquiua-
lentem ei,quam iure legitimæ deberent con-
ſequi,nempe quartam Trebellianicam, ſcili-
cet, quia , licet totam iure directo portionem
conſequantur, debent tamen eam reſtituere
retenta quarta,& tamen impediunt,ne mater
integrum trientem habere poſſit *vt oſtende-
mus infra nu.*173. Ergo etiam facto teſtamẽ-
to, ſi fratres,vel ex voluntate teſtatoris,vel ex
diſpoſitione legis conſequantur tantam quã-
titatem, quantam eorum legitima cõtineret,
debet hoc ſufficere,ne mater integrum trien-
tem habere poſſit.

Et hæc quidem ſunt,quæ noſtri frequẽtiùs
tradiderunt. Cæterùm,ſi quis a nobis inqui-
rat, quid de propoſita ſpecie ſentiamus , rem
adhibita diſtinctione terminandam arbitra-
124 mur : Aut enim quærimus, an fratres eo ipſo,
quod ex diſpoſitione teſtatoris vocantur ad
hæreditatem, impediant, ne mater integrum
omnium bonorum trientem conſequatur,
non obſtante , quod ipſi non vocentur ad le-
gimam, Et veriſſimum eſſe cenſemus, impe-
dire, *prout rectè ſcripſerunt Gabr.d. conſ. 94.nu.
20.volum.1.Beret d.conſ. 85.num.3. verſicul.&
abundè* , & in hoc cum communi potiùs, quã
cum aliorum opinione conſentimus , quia,
cùm fratres,qui ſuccedunt,non poſſint habe-
ri pro mortuis,conſequens eſt,vt debeant ob-
ſtare matri , ne totum id conſequatur , quod
eſſet habitura, ſi re vera fratres non exiſterẽt,
*vt diximus ſupra num.*113.

Sanè in eo diſſentimus, quod ipſi putant,
ideo fratres impedire , quia faciunt partem
125 matri in legitima,† *vti videre eſt apud Bald.in
d.Auth.nouiſſima num.12.C.de inoff. teſta.Soc.
Sen.d.conſ.75.num.7.volu. 3. Corn. d.conſ.150.
num.10.vol.1.Gabr.d.conſ 94.num. 20.volu. 1.
Beret.d.conſ.85.num.3.verſ.& abundè , & nu.4.
Burſa.d conſ.115.num.9.vol.1. Pereg.de fideico.
d.articul.38.num.13.verſic. Quartus, Rot. apud
Gratia d.cap.448.diſcep.forenſ.num.48 Mareſc.
d.lib.1.variar.reſolut.cap. 10. num.9. 16. & 19.*
126 quod nos verum non putamus , † ſed cenſe-
mus ideo impedire,& obſtare,quia,quod ca-
piunt fratres , debet vſq; ad eam quãtitatem,
ad quam aſcenderet eorum legitima,ſi frater
perſonam turpem inſtituiſſet , in matris legi-
timam imputari , ita , vt tanto minus capiat
mater , quantum habent fratres, dummodo
legitimam cuiuſq. partem non excedat;Itaq;
dicimus,impedire, non per modum concur-
127 ſus , ſed per modum imputationis;† Nam
concurſus per quem partes fiunt , non poteſt
conſiderari,niſi inter eos,qui vocantur ad eã-
dem rem *l.huiuſmodi. 86.§. quibus ff. de leg. pr.*
Sed mater, & fratres non vocantur ad eandẽ
rem : mater enim vocatur ad legitimam , nõ
ad hæreditatem , fratres verò cõtra vocantur
ad hæreditatem, non ad legitimam; Ergo in-
ter eos non poteſt conſiderari concurſus , &
per conſequentias nõ poſſunt fratres dici ob-
ſtare matri per modum concurſus, & , quod
concurrendo faciant ei partes, ſed per modũ
imputationis, quia , vt mater ad totum voce-
tur , debet fieri per remotionem obſtaculi,
*vt diximus ſupra num.*82.quæ ceſſat, quatenus
capiunt fratres,cum illi , tamquam ſuccedẽ-
tes non poſſint haberi pro mortuis, *vt ſupra-
dictum eſt.* Ex quo ſequitur, id , quod ipſi ca-
piunt , tamquam limitationem remotionis
debere matris portionem limitare, & pro ra-
ta eam diminuere , qui modus diminuẽdi di-
citur fieri per imputationem. Et, quamuis
etiam per concurſum fiat diminutio *l.vnic.§.
vbi autem legatarij, verſ.ſin verò non omnes C.
de cad.toll.* re vera tamen nullum inter ſe dif
128 ferunt hæc diminuendi genera. † Quamobrẽ
non immeritò diſtinguuntur *a Gabr. quo ne-
mo (quem viderim) meliùs in hac materia locu-
tus eſt.in d conſ 94.num.20.verſ.vel certè,& nu.
23.verſ vel,ſi id.volu. 1. quem ſequitur Beret.d.
conſ.85.num.5. verſ. Concludendum.*

Differunt enim primo, quia, quoties dimi-
nutio fit per concurſum,is, cui fit,non dicitur
129 habere totam rem , ſed tantum partem † *d.l.
vn.§.vbi autem legatarij,in prin.C.de cad. toll. l.
ſi pluribus. 33. & l. duobus. 87. ff. de leg.primo,*
nam alia pars ad concurrentem pertinet.
Quamobrem dicitur ei facere partem , *vt pa-
tebit ex locis,quos referemus in 7.cap.q. 21.nu.*6.
At,quoties fit per imputationem,is,cui fit,di-
citur habere totã rem , puta totam Falcidiã,

vel Trebellianicam, vel legitimam, ſed di-
minutam, quatenus in eam imputatum eſt
130 † *l. in quartam. 90. ff. ad l. Fal. l. quoniam nouella.*
29. l. omnimodo. 30. in prin. & §. imputari, & l.
ſcimus. 36. in prin. C. de inoff. teſt. §. vlt. Inſt. eod. §.
1. Auth. de trien. & ſem. coll. 3.

Secundo differunt, quia, qui per concurſũ
diminuit facit partem, etiamſi non totam
131 partem conſequatur: † nam ius accreſcendi,
tamquam indiuiduum non poteſt habere lo-
cum pro parte, & pro parte non. Quamobrẽ
is, qui ad partem ſuæ partis admittitur, per in-
de facit partem, ac ſi totam ſuam portionem
conſequeretur, *vt dicemus in 7. cap. q. 39. num. 1.*
& ſeqq. At, qui diminuit per modum imputa-
tionis, eatenus tantum diminuit, quatenus
132 imputatur. † Itaq; in reſiduo manet integra,
& non diminuta portio *d. l. in quartam. 90. ff.*
ad l. Falc.

Tertio differunt, quia, ſi per concurſum
fiat diminutio, & vnus non concurrat, eius
deficientia prodeſt alijs omnibus concurren-
133 tibus, † ſcilicet, quia pars illius cœteris, qui
ſunt pares, accreſcit *d. l. vn. §. his ita definitis C.*
de cad. toll. & nos latè oſtendimus in 5. cap. q. 45.
num. 1. & ſeqq. & q. 47. num. 5. At, vbi per im-
putationẽ diminutio fit, ſi ex perſona vnius
ceſſet imputatio, ea res non proderit alijs, ſed
ei ſoli, cui per imputationem facienda erat
134 diminutio, † *vt patebit ex ijs, quæ dicemus infra*
num. 147. & 160.

135 Per concurſum igitur fit diminutio, † cum
fratres ob perſonę turpis inſtitutionem ad le-
gitimam vocantur, *ſecundum ea, quæ diximus*
in 2. caſu num. 7. & ſeqq. Quamobrem eo caſu
rectè dicentur, partem matri facere in legi-
tima, non reſpectu trientis, ſed reſpectu qua-
drantis, in quo concurrunt, *ſecundum ea, quæ*
diximus num. 12. At, cum ad legitimam non
vocantur, & ſic in ea non concurrunt, ſed ex
diſpoſitione teſtatoris, aut legis vocantur ad
hæreditatem, vel quid aliud, non rectè dicẽ-
tur, facere partem in legitima, ſed tantum
eam diminuere pro rata illius, quod capiunt,
ſcilicet, quia debet id, tamquam remotionis
obſtaculi limitatio in matris legitimam im-
putari, *ſecundum ea, quæ diximus.*

Hinc infertur primo, ſi fratres omnes fue-
rint hæredes vniuerſales inſtituti in tãta por-
tione, quanta eſſet eorum legitima, ſi frater
turpem perſonam inſtituiſſet, aut etiam in
maiore, omnes obſtare matri, & eius legiti-
mam diminuere vſque ad eam quantitatem,
ad quam aſcenderet eorum legitima, ſed nõ
vltra. Quod, ſi omnes fuerint inſtituti in por-
tione minore, eatenus tantum obſtare, &
matris legitimam diminuere, quatenus quiſ-
que capit, *vt oſtendemus infra num. 139. & ſeqq.*
At, ſi quidam fuerint in portione æquiualen-
te legitimæ, aut etiam maiore, quidam verò
in minore inſtituti, illos obſtare matri, & di-
minuere vſq; ad integram ſuæ legitimæ quã-
titatem, non etiam vltra, hos verò eatenus
tantum, quatenus capiunt, reſiduumq; penes
matrem remanere, *vt oſtendemus num. 147.*

Secundo infertur, ſi ex pluribus fratribus
vnus, aut duo fuerint inſtituti, alij verò præ-
teriti, inſtitutos non obſtare matri, niſi pro ra-
ta illius portionis, quam eſſent iure legitimæ
habituri, ſi frater inſtituiſſet turpem perſonã,
& ſic pro quarta portionis ſibi ab inteſtato re
vera contingentis, quia fratres præteriti, qui
teſtamentum impugnare nequeunt, haben-
tur quidem pro mortuis, quoad matrem, quæ
vocatur ad legitimam, ſed non, quoad fratres
inſtitutos, quippe, quibus etiam amota inſti-
tutione legitima non debetur, ideoque inſti-
tuti poſſunt quidem obſtare matri, ne finga-
tur ab inteſtato ſucceſſura pro ſuis portioni-
bus, ſed non pro portionibus fratrum præteri-
torum. Quamobrem, ſi duo ſint fratres, &
vnus ſit hæres vniuerſalis inſtitutus, alter ve-
rò præteritus, inſtitutus obſtabit matri in vn-
cia, quæ iure legitimæ deberet ad eum perti-
nere, ſi perſona turpis fuiſſet inſtituta, ſed nõ
obſtabit in altera, quæ ſpectaſſet ad præteri-
tum, quia, cum inſtitutus non vocetur ad le-
gitimam, & per conſequentias non poſſit in
ea concurrere, & per concurſum facere par-
tem, conſequens eſt, vt alterius fratris amotio
non poſſit operari, quoad ipſum inſtitutum,
ita, vt fingatur in maiore parte fuiſſe ab inte-
ſtato ſucceſſurus, quam re vera ſuccederet,
ſed operetur tantum, quoad matrem, ita, vt
fingatur, etiam pro ipſius præteriti portione
ſucceſſura.

Aut verò quærimus, an fratres eo ipſo, quod
fuerunt a fratre inſtituti, operentur, vt matris
legitima ſit ſolum triẽs eius portionis, quam
fuiſſet ab inteſtato habitura, & ſic impediãt,
ne ſit triens omnium bonorum, Et verius ar-
bitramur hoc non operari, ſed non obſtante
inſtitutione fratrum, matris legitimam debe-
re computari, vt trientem omnium bonorum,
in quem tamen imputetur id, quod capiunt
fratres vſque ad eam quantitatem, quam iu-
re legitimę conſequerentur, ſi frater inſtituiſ-
136 ſet turpem perſonam, † *ſecundum ea, quæ ſu-*
pra diximus. Itaq;, ſi teſtator duos habens fra-
tres eos inſtituat hæredes vniuerſales, matrẽ
verò inſtituat in legitima dicimus ita faciẽ-
dam eſſe computationem, vt matris legitima
ſit triens omnium bonorum, in quo tamen
contineatur quadrans, qui vtiliter inter eam,
& fratres eſſet diuidendus, ſi perſona turpis
fuiſſet inſtituta, & fratres inſtituti obſtẽt ma-
tri vſque ad quantitatem eius portionis, quã
iure legitimæ conſequerentur, ſi in ea cum
matre concurrerent, & ſic vſq; ad quantitatẽ
duarum vnciarum, ſed non vltra, quia voca-
tio fratrum a teſtatore facta non operatur
aliud, quàm, vt, licet ij non vocentur ad legi-
timam, tamen propter fratris agnitionem ha-
beantur pro vocatis, & perinde obſtent ma-
tri, ac, ſi re vera fuiſſent ex diſpoſitione legis
ad legitimam vocati, *vt diximus ſupra n. 11.*
Sed, ſi lex eos vocaret ad legitimam, vt, quia
perſona turpis eſſet inſtituta, non obſtarent
matri, niſi in duabus vncijs, quę iure legitimę
deberent ad eos pertinere, quia, cum reſpectu
illius vnciæ, quam mater debet habere præci-
puam ob id, quod eius legitima cõſideratur,
vt triens, cum alioquin legitima fratrum cõ-
ſideretur, vt quadrans, fratres, tamquam non
vocati habeantur pro mortuis, *vt diximus ſu-*
pra num. 12. Conſequens eſt, vt illius reſpe-
ctu non poſſint obſtare matri, ſed ſolum reſ-
pectu quadrantis, qui concurſu eſſet inter eos
diuidendus. Ergo nec in maiore quantitate
debent ei obſtare, quoties ex diſpoſitione te-

ſtatoris

ſtatoris vocantur ad hæreditatem. Alioquin
enim diſponendi facultas, quæ iure conſtrin-
gitur ad beſſem, ampliaretur ad duas tertias,
vnius vnciæ, de quibus vltra beſſem poſſet te-
ſtator liberè diſponere, quod eſſet abſurdum,
& contra mentem legis, *vt oſtendimus ſupra
num. 13. & ſeqq.*

Quintus caſus eſt, quando frater inſtituit
quidem omnes fratres, ſed id, quod eis reli-
quit, non continet integram legitimæ quan-
titatẽ, quæ vnicuiq; eorum deberetur, ſi per-
ſona turpis fuiſſet inſtituta, Et tunc, licet ple-
rique cenſuerint, huiuſmodi fratres, etiam ad
quid minimum vocatos, perinde facere par-
tem matri, ac, ſi integraliter ad ſuam portio-
137 nem eſſent admiſſi, † *per ea, quæ diximus in q.
praecd. num. 44. & latius dicemus in 7. cap. q. 39.
num. 1. & ſeqq. In qua ſententia fuerunt Bald. in
d. Auth. nouiſſima, num. 12. C. de inoff. teſta. Soc.
Sen. conſ. 75. num. 7. vol. 3. Corn. conſ. 150. num.
10. vol. 1.* Ideoq; matris legitimam in hac ſpe
cie non eſſe, niſi trientem eius portionis, quã
138 ab inteſtato fuiſſet habitura, † *vti videre eſt
apud Bald. in d. Auth. nouiſſima, num. 12. Corn.
conſ. 197. num. 8. verſ. Idem videtur velle vol. 1.
Gabr. d. conſ. 94. num. 23. vol. 1. Beret. d. conſ. 85.
num. 5. verſ. Concludendum, Gratia d. cap. 445.
diſcep. for. num.* 18. verius tamen, & receptius
eſt, eos non obſtare matri, niſi, quatenus per-
139 cipiunt ex iudicio teſtatoris, † *vt ſcribũt Gabr.
d. conſ. 94. num. 23. verſ. vel, ſi id, vol. 1. Beret. d.
conſ. 85. num. 5. verſ. Concludendum, Gratia. cap.
178. diſcep. for. num. 8. & Mareſco. d. lib. 1. varia.
reſo. cap. 10. num. 9. vbi refert, ita fuiſſe à Rota de
140 ciſum,* Nam, † cum fratres a teſtatore inſtituti
ideo obſtent matri, quia non cenſentur ex-
cluſi, ſed vocati, *vt oſtendimus in caſu praecd.
num. 124. & ſeqq.* Conſequens eſt, vt eatenus
id debeat intelligi, quatenus inſtituti ſunt,
ſcilicet, quia pro rata relictæ quantitatis non
poſſunt dici penitus excluſi, ſeu pro mortuis
141 haberi, † *vt in propoſito conſiderant Gabr. d.
conſ. 94. num. 20. & 23. vol. 1. Beret. d. conſ. 85.
num. 3. verſ. & abundè, Mareſco. d. lib. 1. cap. 10.
num. 9.* Cœterùm, ſi quid ſupereſt ad integrũ
omnium bonorum trientem, quin id matri
debeat relinqui, non eſt hodie dubitandum,
142 † *vt ſcribunt Gab. d. conſ. 94. num. 21. & 23.
vol. 1. Pereg. de fideic. d. artic. 38. num. 13. verſ.
Tertius*, ſcilicet, quia matris legitima non eſt
in hac ſpecie triens eius portionis, quam fuiſ-
ſet ab inteſtato habitura, ſed triens omnium
143 bonorum, † *vt rectè ſcripſerunt Gabr. d. conſ. 94.
num. 23. verſ. vel, ſi id, vol. 1. & Beret. d. conſ. 85.
num. 5. verſ. vel, ſi ipſa*, eatenus tamen diminu-
tus, quatenus fratribus relictum eſt, nõ, quod
fratres pro quantitate relicti cenſeantur ma-
144 tri partem in legitima feciſſe, † *vt putarunt
Gabr. d. conſ. 94. num. 20. uol. 1. Beret. d. conſ. 85.
num. 3. in prin. & uerſ. & abundè, & nu. 4. uerſ.
eadem ratione, Grati. d. cap. 178. diſc. for. nu. 8. &
Mareſ. d. lib. 1. uaria. reſol. cap. 10. num.* 9. quia
cum ad legitimam non fuerint vocati, conſe
quens eſt, vt non poſſint dici feciſſe partem
ſicuti oſtendimus ſupra num. 126. & ſeqq. ſed,
quia, quod fratribus relictum eſt, debet in ma
tris legitimam imputari, ſiue, de ea deduci,
per ea, quæ diximus in 4. caſu num 127. & ſeqq.
Itaq; fratres diminuunt quidem matris legi-
timam, quia impediunt, ne illa totum trien-
145 tem effectu conſequatur, † *ut declarant Gabr.
d. conſ. 94 num. 20. uol. 1. & Beret. d. conſ. 85. nu.
3. in prin. & uerſ. & abunde*, ſed non faciunt
partem, quia ad partem non vocantur, & ſic
diminuunt per modum inputationis, non
146 per modum concurſus, † prout rectè decla-
rãt *Gabr. d. conſ. 94. num. 23. uerſ. uel, ſi id, uol. 1.
& Beret. d. conſ. 85. num. 5. uerſ. uel, ſi ipſa*, cum
quibus in hoc ipſe cõſentio, licet diſſentiam
in eo, quod ipſi putant, hoc pendere ex ar-
bitrio matris, ſi ita fieri computationem ſibi
credat eſſe vtilius, cum alioquin ego verius
eſſe putem, ita iure, nec aliter, nec alio modo
faciendam eſſe computationem, per ea, quæ
diximus in quarto caſu, & dicemus etiam in
caſibus ſequentibus.

Sextus caſus eſt, quando frater inſtituit
omnes fratres, ſed quibuſdam reliquit tantã
quantitatem, quantam eorum fert legitima
vel etiam maiorem, quibuſdam verò mino-
rem, Et tunc res erit ex iis decidenda, quæ di-
ximus in duobus caſibus præcedentibus:
147 † Nam, cum hic caſus mixtus ſit, conſequens
eſt, vt debeat ſecundum naturam ſimpliciũ
regulari, *ut diximus in 5. cap. q. 32. nu. 23.* Qua-
mobrem matris legitima erit etiam triens
omnium bonorum, ſed de eo deducendum
erit, quod fratribus eſt relictum, ſcilicet vſq;
ad quantitatem legitimæ reſpectu eorum,
quibus æquiualens quantitas, aut etiam ma-
ior fuit relicta, & eatenus, quatenus fert reli-
ctum reſpectu aliorum, & totum reſiduum
remanebit apud matrem, tamquam eam,
quæ vocatur ad integrum trientem, niſi, qua-
tenus ei fratres obſtant, & obſtare nõ intelli-
guntur, niſi, quatenus accipiunt; Nam, cum
hæc diminutio non fiat per modum concur-
ſus, quippe, qui non poteſt in fratribus, tam-
quam ad legitimam nõ vocatis conſiderari,
ſed fiat per modum imputationis, cum ma-
ter, tamquam fratres in inteſtati ſucceſſione
repreſentans, debeat id omnem eam impu-
tare, quod ipſimet fratres capiunt, vſq; ad le-
gitimam, Conſequens eſt, vt eatenus fieri de-
beat diminutio, quatenus ipſi capiunt, & to-
tum reſiduum debeat penes matrem integrũ
nec per imputationem diminutum remane-
re, *ſecundum ea quæ diximus ſupra num. 132. &
ſeqq.*

Septimus caſus eſt, quando frater non in-
ſtituit fratres heredes vniuerſales, aut particu
lares, ſed eis reliquit aliquid titulo legati
aut fideicomiſſi. Et tunc frequentiùs quidem
conſentiunt noſtri matris legitimam eſſe tri-
148 entem omnium bonorum, † *uti uidere eſt apud
Bertr. d. conſ. 315. in fi. uol. 1. & conſ. 14. num. 6.
iuncto themate, & conſ. 202. num. 6. uol. 7. & fuiſ-
ſe a Pedemontano Senatu declaratum teſtatur
Theſ. d. deciſ. 172. num. 6. uerſ. primus*, ſed diſſen
tiunt in eo, quia pleriq; putant, integrum tri-
entem eſſe matri relinquendum non habita
ratione legatorum, quæ fratribus relicta ſunt
& ita faciendam eſſe computationem, vt
priùs de toto patrimonio deducatur triens
pro matris legitima, deinde de reſiduo ſol-
uantur legata, quæ fratribus ſunt relicta.
149 † *Ita enim cenſuit Bertr. d. conſ. 202. nu. 6. uol. 7.*
Alij verò (& quidem frequentiùs cenſent,
priùs eſſe deducendum, id, quod fratribus re-
lictum eſt, deinde de reſiduo dettahendum

Digitized by Google

eſſe triētem, qui matri pro legitima debetur
150 † *ut Theſ. d. deciſ. 172. num. 6. uerſ. Primus eſt, ubi refert, ita fuiſſe declaratum & Mareſco. d. lib. 1. uaria. reſol. cap. 10. n. 9. & 15. uerſ. 2.* Et ita fratres reſpectu illius, quod eſt relictum, tam-
151 quam agnitosfacere partem matri, † *ut ſcribunt Gabr. d. conſ. 94 nu. 20. & 21. uol. 1. Beret. d. conſ. 85. num. 3. verſ. & abundè, Gratia. d. cap. 578. diſcep. for. num. 8. Mareſc. d. lib. 1. varia. reſol. cap. 10. num. 9. vbi refert ita fuiſſe a Rota deciſum, & num. 15. verſ. 2.* quia operantur, vt tanto minus cenſeatur eſſe in patrimonio defuncti, quantum importat id, quod eis relictum
152 eſt, † *vt declarant Gratia. d. cap. 178. num. 9. & Mareſc. d. lib. 1. cap. 10. nu. 9.* Et hoc ideo, quia
153 † nimium grauaretur hæres vniuerſalis; nā mater haberet integrum trientem pro legitima, deinde fratres caperent ſibi relicta, ideoque inſtitutio vniuerſalis redderetur quodāmodo inutilis, & fruſtratoria, quod eſſet abſurdum. *Ita ratiocinantur Theſ. d. deciſ. 172. num. 3. & Gratia. d. cap. 178. diſcep. for. num. 11.*

Sed mihi neutra opinio videtur vera, non prima, quia fratres, quatenus ex iudicio teſtatoris capiunt, debent obſtare matri, ne totum trientem conſequatur, *per ea, quæ diximus ſupra num. 124. & ſeqq.* Quemadmodum enim obſtarent reſpectu totius legitimę, ſi ad totam, etiam ſub alio nomine vocarentur, *vt oſtendimus d. num. 124.* ita etiam debent ei obſtare reſpectu partis, ſi vocentur ad aliquid, quod partem legitimæ contineat, ſcilicet, quia eadem eſt ratio partis, quoad partem, quæ totius, quoad totum *l. quæ de tota. 75. in prin. ff. de rei vind.* Neq; ſecunda, quia, ſi priùs deducentur relicta, verum non eſſet, matris legitimam eſſe trientem omnium bonorum, quę defunctus reliquit tēpore mortis, quod tamen eſſe verius ſupra diximus.

Quamobrem eodem modo rem terminādam arbitror, quo quartam, & quintam ſpe-
154 ciem definiuimus: † Aut enim quærimus, an matris legitima ſit triens omnium bonorum, non obſtante, quod fratribus ſit aliquid relictum, an verò triens eius tantum portionis, quam fuiſſet ab inteſtato habitura, Et dicimus, eſſe trientem omnium bonorum, *vt rectè cenſuerunt ij, quos retulimus ſupra num. 148.* per ea, quæ ſupra diximus *num. 136. & ſeqq.* Aut verò quærimus, an in eum debeat imputari, quod fratribus relictum eſt, Et dicimus, debere imputari, ita vt pro illius rata cenſea-
155 tur matris legitima diminuta, † *vt rectè cenſuerunt Gabr. d. conſ. 94. num. 23. vol. 1. Beret. d. conſ. 85. num 5. verſ. concludendum*: Nam, qua ratione debet imputari, quod capiunt fratres, ſi fuerint hæredes inſtituti, eadē ratione debet imputari, quod capiunt alio titulo, ſi fuerint legato, aut fideicommiſſo honorati ſcilicet, quia, eadem ſemper viget ratio: Nam,
156 † cum mater ideo vocetur ad totum trientē, quia per fratrum excluſionem tollitur obſtaculum, quod ei fuiſſet impedimento, ne trientem integraliter haberet, Conſequens eſt, vt eatenus id debeat admitti, quatenus fratres excluduntur; Atqui pro rata illius, quod eis relictum eſt, non excluduntur, ſed vocantur. Ergo pro illius rata debēt fratres cenſeri matri obſtare, & per conſequentias operari, vt, licet eius legitima ſit triens omnium bonorum, tamèn in eo contineatur id, quod fratribus eſt relictum, vtpotè, a quo non cenſentur excluſi.

Nec obſtat, ſi dicatur, fratres non vocari ad relictum, tamquam ad legitimam, ſed, tāquam ad legatum, vel aliud relictum, ideoq; reſpectu legitimę ſemper verum eſſe, eos nō vocari, & per conſequentias nō obſtare, quia reſponſio patet ex ijs, quæ diximus *ſupra nu. 111. & ſeqq.* Nam ad hæc, vt ij, qui ab inteſtato ſucceſſuri ſunt, obſtent vocatis ad legitimam, non eſt neceſſe, eos vocari, tamquam ad legitimam, ſed ſufficit vocari ad aliquid ex iudicio teſtatoris: Nā talis, vocatio operatur, vt non cenſeantur ab emolumento excluſi, & per conſequentias, vt reſpectu illius, quod percipiunt, non poſſint haberi pro mortuis. Quo fit, vt pro illius rata debeant cenſeri vocatis ad legitimam obſtitiſſe, *vt patet ex ijs, quæ diximus ſupra num. 139. & ſeqq. & dicemus etiam infra num. 163. & ſeqq.*

Hinc intelligimus, nullam in hac re conſtituendam eſſe differentiam inter fratres inſtitutos, & fratres ad legatum, vel aliud reli-
157 ctum vocatos, † *vt nec conſtituunt Gabr. d. conſ. 94 num. 20. & 23. vol. 1. Beret. d. conſ. 85. num. 3. verſ & abundè, & num. 5. verſ. Concludendum, Pereg. de fideic. d. artic. 38. num. 13. verſ Tertius, Gratia. d. cap. 178. nu. 8. & d. cap. 448. num. 18. Mareſco. d. lib. 1. cap. 10 nu. 9. qui, vel ſimpliciter de relictis, vel etiam ſpecialiter de legatis loquuntur*, quia diminutio legitimæ, quæ matri fit, non pendet ex titulo, ſed ex vocatione, & emolumento quod in eius executionem percipitur. Itaq; ea omnia, quę de fratribus inſtitutis diximus in caſibus precedentibus, debent etiam in hac ſpecie cenſeri repetita.

Octauus caſus eſt, quando ex pluribus fratribus vtrinq; coniunctis vnus tantum, aut duo, vel plures, non etiam omnes fuerunt a fratre vocati, & ſic ſupereſt aliquis, qui ab eo fuit preteritus, Et tunc receptum eſt, matris legitimam eſſe trientem omnium bonorum,
158 † *Ita enim cenſuerunt Bertr. d. conſ. 315. in fin. vol. 1. Theſ. d. deciſ. 172 num. 6. in fin. vbi ait, in hanc partem inclinaſſe ſenatum, licet caſus non*
159 *fuerit deciſus.* quia, † cum cauſa teſtati non ſe habeat eodem modo, quo ab inteſtato, conſequens eſt vt perinde ſit facienda computatio, ac, ſi mater ſola exiſteret, *ſecundum ea, quæ ſupra diximus.*

160 Sed hoc ita puto intelligēdum, † vt matris legitima debeat quidem ex vniuerſo computari, ita, vt ſit triēs totius ſubſtantiæ, ſed de eo debeat deduci, ſiue in eo computari, quod ſingulis fratribus relictum eſt, aut iure inſtitutionis, aut iure legati, dummodo in perſona ſingulorum non excedat eam quantitatē, quam vnuſquiſq; iure legitimæ fuiſſet habiturus, ſi ad eam vocatus eſſet, vt, ſi ſint duo fratres, & vnus fuerit inſtitutus, aut aliter vocatus, alter vero præteritus, debeat in triēte matris computari vncia, quam vocatus iure legitimæ fuiſſet habiturus, ita, vt eius reſpectu cēſeatur is matri obſtitiſſe, & , ſi fuerint vocati plures, cenſeantur ij matri obſtitiſſe vſque ad eam quantitatem, quam vnuſquiſque iure legitimæ fuiſſet habiturus, ſi ad eam aſcēdat quantitas relicti, vel pro rata, *ſecundum ea,*

quæ

qua diximus in 5. & 6. caſu, Nam, qua ratione
matri obſtant omnes, ſi pariter omnes vocã-
tur, eadem ratione debent obſtare ij, qui vo-
cantur, licet alij ſint prę teriti, quia non poſ-
ſunt illi, tamquam agniti a teſtatore haberi
pro mortuis, & per conſequentias eorum reſ
pectu non poteſt dici ceſſare obſtaculum, &
mater fingi in eorum portionibus ab inteſta-
to ſucceſſura.

Non dico autem ita faciendam eſſe com-
putationem, vt fieret, ſi ſoli inſtituti, aut ali-
ter vocati fuiſſent ab inteſtato cum matre
161 ſucceſſuti †, *vt putauit Beret. d. conſ. 85. in fi. &
videtur etiam ſenſiſſe Gratia. d. cap. 448. diſcep.
for. num.* 18. quia hoc modo obſtarent matri
in maiore quantitate, quam eſſet eorum legi-
tima, ſi ad eam vocarentur, quod eſſe non de
162 bet, ſcilicet, quia † fratrum prę teritio debet
quidem operari, vt illi habeantur pro mor-
tuis, quoad matrem, cui legitima debetur,
ſed non, quoad fratres, quibus ea non debe-
tur, niſi perſona turpis fuerit inſtituta. Itaq;
163 dico † matrem iure legitimę debere conſe-
qui trientem omnium bonorum, perinde, ac,
ſi ſola fuiſſet ab inteſtato ſucceſſura, ſed, quia
fratres vocati, tamquam agniti non poſſunt
haberi pro mortuis, ideo reſpectu illarum
portionum, quas ipſi iure legitimę conſeque
rentur, ſi ad eam eſſent vocati, cenſeri matri
obſtare, & eius legitimam diminuere, & ſic
matrem effectu debere conſequi trientem,
non ſolum ſuę portionis ab inteſtato contin-
gentis, ſed etiam eius, quæ debuiſſet ad fra-
tres præteritos pertinere, ſed non eius, quæ
ſpectaſſet ad fratres inſtitutos, aut aliter vo-
catos pro rata legitimę, quę eis deberetur, ſi
frater perſonam turpem inſtituiſſet, quia li-
cet, quoad matrem, quę vocatur ad legitimã,
pro mortuis habeantur fratres præteriti, &
verò etiam inſtituti, reſpectu illius quantita-
tis, in qua nunquam poſſunt cum matre con-
currere, id eſt, reſpectu vnciæ, quam mater de-
bet habere præcipuam ob id, quod eius legi-
tima conſideratur. vt triens, legitima verò
fratrum conſideratur. vt quadrans, *ſecundum
ea, quæ diximus ſupra num.* 12. non tamen de-
bent haberi pro mortuis reſpectu illius, in
qua poſſent concurrere, ſi teſtator ad æqui-
ualentem quantitatem eos vocauerit, quia
vocatio facta a teſtatore, operatur quidem
pro rata illorum, qui vocantur, ſed non pro
rata aliorum, quippe, quorum excluſio, tam-
quam obſtaculi remotio debet quidem ope-
rari reſpectu matris, quæ vocatur ad legiti-
mam, ſed non reſpectu fratrum, quibus legi-
tima non debetur. Itaq; vocatio facta a teſta-
tore non impedit quidem, quin matris legiti-
ma ſit triens omnium bonorum, ſed effectu
eam diminuit, eo ipſo, quod in eam imputa-
tur, quod fratribus relictum eſt, vſq; ad eam
quantitatem, ad quam aſcenderet cuiuſq; le-
gitima: Nam, ſi plus, aut omnibus vocatis,
aut vni relictum eſſet, quam cuiuſq; legiti-
ma pateretur, non deberet id in portionem
matris im putari. Quinimo, ſi cui minus
legitima ſit relictum, id ſolum imputabitur
quod relictum eſt, etiamſi alijs plus ſit legiti-
mam relictum Nam talis exceſſus non eſt
imputandus, quia imputatio debet ex ſingu-
lis æſtimari, & catenus fieri, quatenus cuiq;
relictum eſt, dummodo legitimam cuiuſq;
portionem non excedat: Fit enim diminutio
non ratione concurſus, cum fratres re vera
non concurrant in legitima, ſed ratione ceſ-
ſationis remotionis obſtaculi; nam catenus
ceſſat remotio, quatenus quiſq; ad emolu-
mentum vocatur.

Nonus caſus eſt, quando is, de cuius bonis
agitur, deceſſit inteſtatus, & nihilominus tra-
ctatur de legitima a matre deducenda, vt
euenit, cum defunctus, non teſtamentum
condidit, ſed codicillos, in quibus rogauit
venientes ab inteſtato, vt hæreditatem reſti-
tuant perſonę non turpi, vel, fecit quidem te-
ſtamentum, ſed in eo matrem preterijt, & ap-
poſuit clauſulam codicillarem, quo caſu ab
inteſtato quidem ſucceditur, propterea quod
164 teſtamentum eſt ipſo iure nullum † §. *ſanci-
mus Auth. vt cum de app. cogn. coll. 8. Auth. in
teſtamento C. ad Tert. & ſcribunt Bart. in l. filio
præterito.* 17. *nu.* 21. *ff. de iniuſt. nupt. Corn. conſ.*
150 *num.* 8. *vol.* 1. *Franch. d. deciſ.* 63. *num.* 13. &
14. ſed virtute clauſulę codicillaris cenſentur
venientes ab inteſtato rogati hęreditatem
165 ſcriptis in teſtamento reſtituere † *l. eam, quam*
14 *l. ex teſtamento.* 29 *C de fideic. l. quia autem.*
6. *in prin. ff. ſi quis om. cau. teſt. l. fin. C. de codic. Et
declarant Franch. d. deciſ. 63. num. 14. Gratia.
tom. 3. diſcep. for. cap. 448. num.* 9. Et in his om-
nibus caſibus, & alijs ſimilibus cenſent no-
ſtri frequentiùs, matris legitimam non eſſe,
niſi trientem eius portionis, quæ ei ab inte-
166 ſtato contingit. † *Ita enim cẽſuerunt Bald. in d.
Auth. nouiſſima, num.* 12. *C. de inoff. teſta. in d. l.
vn. §. in primo, num.* 11. *C. de cad. toll. & d. conſ.*
350. *num.* 2. *vol.* 4. *Franc. d. deciſ.* 63. *num.* 15.
Gratia. d. cap. 178 *diſcep. for. num.* 13. *Nec impro
bat Surd. d. conſ. 404. nu. 6. verſ. Inuenio, & nu.*
167 9. *in fin.* quia, † cum fratres ad partem admit-
tantur, conſequens eſt, vt faciant partem. *ex
ijs, quæ dicemus in 7. cap. q. 21. num. 10. vt in his
terminis conſiderat Bald. in d. Auth. nouiſſima,
num.* 12. & *d. conſ.* 350. *num.* 2. *vol.* 4.

Nec eſt contrarium, quod admittantur ad
partem inteſtatæ ſucceſſionis, non verò ad
partem legitimæ, quippe, quæ eis non debe-
tur, etiamſi rogati ſint hæreditatem reſtituere
niſi fideicõmiſſarius ſit perſona turpis, quia
reſpondent, hoc non obeſſe: Sufficit enim
eos qualitercunq; admitti ad partem, vt par-
tem faciant, *vt retulimus ſupra num.* 111. *Et in
his terminis conſiderat Bald. in d. Auth. nouiſſi-
ma, num.* 12. Nam, cum faciant partem in ſuc
ceſſione inteſtati, conſequens eſt, vt debeant
etiam facere partem in legitima, quippe, quę
eſt pars inteſtatæ ſucceſſionis, *vt diximus in
hoc cap. q. 6. num. 15. Et in his terminis conſiderat
Bald. d. conſ. 350. num. 2. vol. 4.*

Hinc inferunt, matrem in reſtitutione fi-
deicommiſſi non detracturam nomine legi-
timæ, niſi tertiam ſuæ portionis ab inteſtato
contingentis, ſiue filius ab inteſtato fecerit
codicillos, in quibus grauauerit legitimos
ſucceſſores reſtitutione hæreditatis, ſiue cõ-
diderit quidem teſtamentum, ſed in eo ma-
trem prætererit appoſita clauſula codicilla-
168 ri, † *vti videre eſt apud Franch d. deciſ. 63. num.*
12. *in fi. vbi refert, ita fuiſſe deciſum.*

Planè, ſi fratres ab inteſtato repudiarent
ſuam hæreditatis partem, fatentur matrem
pro

169 pro legitima totum trientem habiturã,† quia
repudiatione excluſi pro mortuis habentur
*l. qui repudiantis. 17. in princ. verſ quaſi ff. de
inoffic. teſt.* ideoq; perinde res eſt habenda, ac,
ſi mater ſola exiſteret. *Ita declarat Bald. in
d. l. vn. §. in primo, num. 11. C. de cad. toll.*

Verùm hęc ſententia mihi non probatur,
170 † quia rationes, & argumenta, quæ militant
in cauſa teſtati, militant etiam in cauſa inteſtati,
*vt animaduertit Gabr. d. conſ. 94. num. 19.
volum.* 1. ideoque puto verius, etiamſi ab inteſtato
ſuccedatur, matris legitimam eſſe
171 trientem omnium bonorum, † *vt rectè cenſuit
Gabr. d. conſ. 94. num. 17. verſ. Tertium, & num.*
172 *ſeqq.* quia † fratres, qui ad legitimam non vocantur,
non debent in ea computanda haberi
in conſideratione, & per conſequentias
non debent impedire, quominus ita fiat cõputatio,
vt fieret, ſi ipſi re vera non exiſterent,
per ea, quæ diximus ſupra nu. 56. & ſeqq.
173 Sed, quia ſanè † in tali legitima continetur
etiam Trebellianica, cum ſimus in caſibus,
in quibus non, niſi vna quarta deduci poteſt,
& huiuſmodi Trebellianica, nõ ſolum à matre
poteſt detrahi, ſed etiam à fratribus, ſi nõ
fuerit eis prohibita, ideo, ſi quid ab eis fuerit
ex hac cauſa detractum, erit de triente deducendum,
ita, vt pro illius rata cenſeatur
matris legitima diminuta; *Ita rectè declarat
Gabr. d. conſ. 94. num. 18. vol.* 1. Alioquin enim
poteſtas diſponendi non eſſet libera ſupra
trientem, quod eſſet abſurdum, ſcilicet, quia
teſtator liberam habere debet de beſſe diſponendi
facultatem fauore cuiuſlibet extranei,
ſiue id faciat inſtituendo, ſiue legatum, aut
fideicommiſſum relinquendo, *§. 1. verſ. licebit,
Auth. de trien. & ſem. coll. 3.*

Hinc intelligimus, cum quæritur, quantum
mater habere debeat iure legitimæ, quoties
cum fratribus ab inteſtato ſuccedit, eſſe
174 diſtinguendum: † Aut enim teſtator grauauit
omnes venientes ab inteſtato, & ſic, non
ſolum matrem, ſed etiam fratres, Et tunc, ſi
ſimus in caſibus, in quibus ipſi fratres nihil
retinere poſsũt, vt quia teſtator eis prohibuerit
detractionẽ Trebellianicę, mater iure legitimæ
habebit integrum omnium bonorum
trientem, quia, cum fratres ob Trebellianicę
prohibitionem nihil effectu conſequantur
ex bonis defuncti, ſequitur, eos quaſi mortuos
non debere matri obſtare, quominus totum
id conſequatur, quod eſſet habitura, ſi re vera
fratres non exiſterent, *vt diximus ſupra num.
56. & ſeqq.* Alioquin enim ſequeretur illud abſurdum,
quod cõſiderauimus *in quarto caſu:*
ſcilicet, quia plus iure fideicommiſſi poſſet
filius extraneo relinquere quam iure directo:
Nam, ſi conderet teſtamentum, & fratribus
excluſis extraneum inſtitueret, non poſſet ei
relinquere, niſi beſſem, quia trientem deberet
relinquere matri pro ſua legitima. At, ſi, non
teſtamentum, ſed codicillos cõderet, & in eis
relinqueret eidem extraneo fideicõmiſſum
vniuerſale prohibita fratribus Trebellianica,
extraneus poſſet conſequi multo maiorem
quantitatem beſſe: Nam, ſi vnus tantum eſſet
frater, cõſequeretur extraneus decem vncias,
quoniam mater pro legitima non detraheret,
niſi duas: Si verò eſſent duo, extraneus
conſequeretur decem vncias, & duas
tertias alterius vnciæ; quia mater non haberet
pro legitima, niſi vnciam, & tertiam alterius.
Deniq; ſi eſſent tres, extraneus conſequeretur
vndecim vncias, quia matris legitima
non eſſet, niſi vncia, ideſt, tertia quadrantis,
in quo ſuccederet: Quo enim maior eſt fratrũ
numerus, eo minor fieret matris legitima,
maiorq; quantitas, de qua teſtator poſſet diſponere.
At hoc abſurdiſſimum eſt, quia non
poteſt quis plus conſequi iure fideicommiſſi,
quam iure directo, *vt diximus ſupra num. 52.*
imo, vt plurimum, debet conſequi minus,
propter detractiones, quæ regulariter diminuunt
hæreditatem fideicõmiſſariã. Deniq;
non poteſt diſponẽdi poteſtas excedere beſſem
patrimonij, quia triens omnimodo relinquendus
eſt, vel matri, & fratribus, vel ſoli
matri, ſi fratres excludantur, *vt oſtendimus ſupra
num. 14.*

Nec eſt cõtrarium, quod in ſpecie propoſita
fratres ab inteſtato ſucceſſerint, & ſuam
hęreditatis partem fuerint conſecuti, ideoq;
non poſſint haberi pro mortuis, quia hoc
verum eſt, ſi ſpectamus nudum hæredis nomen.
Cęterùm, ſi rem, & effectũ, magis eſt,
vt non cenſeantur ſucceſſiſſe, quia, qui totam
ſuam portionem reſtituunt, licet nomine
maneãt hæredes, effectu tamen pro hæredibus
non habentur *§. restituta, Inſt. de fideic.
hered. & nos latiùs oſtendemus in 7. cap. q. 69.*
Quamobrem non magis obſtabunt matri,
175 quam, ſi re vera non ſucceſſiſſent, † vt apertè
probat *l. 2. §. ſed ſi ſint ſui ff. ad Tert.* vbi Vlpianus,
Sed, ſi ſint ſui, inquit, *verùm hæreditas ad
eos nõ pertineat, videamus, an mater admittatur,
vt puta, abſtinuit ſe hæreditate. Aphricanus, &
Publicius tentant dicere, in caſu, quo ſe abſtinent
ſui, matrem venire, & tunc ei obſtint, quoties
rem habent, ne nudum nomen ſui hæredis noceat
matri; Quæ ſententia æquior eſt:* Generale
enim eſt vt, qui non obſtant, ſi nõ ſuccedant,
nec obſtare intelligantur, ſi ſuccedant, ſed
nudo tantum nomine, non etiam effectu *l. &
ſi ex modica. 6. § ſi filius ff. de bon. lib. & nos latè
oſtendemus in d. cap. 7. q. 45. & q. 69.*

At, ſi ſimus in caſibus, in quibus omnes
fratres detrahũt Trebellianicam, vt, quia nõ
ſit eis prohibita, verius eſt, debere eam de ma
tris legitima deduci *per ea, quæ ſupra diximus.*
Quod, ſi non omnes, ſed aliqui tantum detrahant,
vt, quia quibuſdam ſit prohibita, quibuſdam
verò non, id ſolum erit de matris legitima
deducendum, quod detrahetur, ſcilicet,
quia mater integrum debet habere trientem,
niſi, quatenus per fratrum capionem diminuitur.

Nec obſtat, ſi dicatur, matrem non poſſe
conſequi Trebellianicam, quę a fratribus debuiſſet
deduci, propterea, quod in ea nõ eſt locus
iuri accreſcendi, *vt oſtẽdimus in hoc cap. q.
5. nu.* 5. quia reſpondeo, matrem non conſequi
totum trientem iure accreſcendi, ſed iure
ſuo, nec ſub nomine Trebellianicæ, ſed ſub
nomine legitimæ, quæ, quatenus fratres capiunt,
diminuitur, quatenus verò non capiũt,
non diminuitur. Itaq; retinet trientem non
diminutum, non per ius accreſcendi, ſed per
remotionem obſtaculi, ſcilicet, quia fratres,
qui non capiunt, non obſtant matri, & ſic
eius legitimam non diminuunt.

Pla-

Planè, ſi mater non legitimam vellet de-
176 trahere, ſed Trebellianicam, † fortè, quia hoc
ei vtilius eſſet, propter eas res, quæ in legiti-
mam, non etiam in Trebellianicam impu-
tantur, *vt tradunt omnes in l. in quartam. 90. ff.
ad l. Falc. & in l. filium, quem habentem. 24. C.
fam. erc. & in ſpecie declarat Pereg. de fideic. ar-
tic. 3. num.* 50. tunc procederet contrarium:
Poſſet enim detrahere Trebellianicam de
ſua portione, non etiam de portione fratrũ,
nec Trebellianica, quam fratres non poſſent
detrahere, matri accreſceret, *ſecundum ea,
quæ diximus in eadem q. 5. num.* 5. Coeterùm, ſi
malit detrahere legitimam, verius eſt, de toto
patrimonio debere eam deduci, & integrali-
ter retineri, niſi, quatenus per fratrum capio-
nem diminuitur, *ſecundum ea, quæ ſupra dixi-
mus.*

Aut verò teſtator non grauauit omnes ve-
nientes ab inteſtato, ſed ſolam matrem, Et
177 tunc eius legitima ita erit computanda, † vt
ſit quidem triens omnium bonorum, ſed de
eo deducantur viriles quadrantis partes, quas
ſinguli fratres conſequerentur, ſi ad legiti-
mam eſſent vocati, *ſecundum ea, quæ de fra-
tribus inſtitutis diximus ſupra nu.* 124. *& ſeqq.*
Itaque mater effectu iure legitimę conſeque-
tur vnciam, quam debet habere præcipuam
ob id, quod eius legitima eſt triens, cum alio-
quin legitima fratrum non ſit, niſi quadrans,
vt ſæpè dictum eſt. Deinde de quadrante con-
ſequetur virilem, quam pro numero fratrum
conſequeretur, ſi ad legitimam concurrerẽt,
& ſic, vno fratre exiſtente conſequetur di-
midiam quadrantis duobus verò extantibus,
vnciam, & ſic deinceps, & hoc modo illius
legitima non diminuetur, niſi pro rata illarũ
partium, quas fratres conſequerentur, ſi &
ipſi ad legitimam eſſent vocati.

Decimus, & vltimus caſus eſt, quando inte-
ſtati ſucceſſio nõ regulatur ſecundum diſpo-
ſitionem iuris communis, ſed ſecundum di-
ſpoſitionem ſtatutariam, quæ extantibus cõ
ſanguineis, vel agnatis foeminas à ſucceſſio-
ne excludit, ſola matri reſeruata legitima,
Et tunc, ſi quæramus, an legitima, quæ ma-
tri reſeruatur, ſit triens omnium bonorum an
verò triens eius portionis, quam de iure com-
muni fuiſſet ab inteſtato habitura, conſtat,
multum referre, vtrum præter matrem extet,
etiam ſoror ſtatuto excluſa, nec ne: Nam, ſi
nulla ſoror extet, ſi quidem ſucceſſio defera-
tur ijs ſolis, qui de iure communi non potuiſ-
ſent cum matre concurrere, puta conſangui-
neis tantum, aut etiam vlterioribus agnatis,
omnes fatentur, matris legitimam eſſe trien-
178 tem omnium bonorum, † *vti videre eſt apud
Gratia. cap.* 178. *diſcep. for num.* 16. *&* 17. *vbi
refert, ita ſæpius fuiſſe à Rota deciſum, prout
etiam refert ipſa Rota apud eundem Gratia. cap.*
448. *num.* 61. *&* 62 *& Mareſco. d. lib.* 1. *variar.
179 reſol. cap.* 10. *num.* 13. quia, † cum huiuſmodi
ſtatutum cenſeatur ei reſeruare legitimam de
iure communi debitam, *vt oſtendemus infra
num.* 184. & de iure communi matris legiti-
ma non extantibus fratribus vtrinque coniũ-
ctis ſit triens omnium bonorum, quaſi triens,
eius, quod in ſolidũ eſſet habitura, *vt diximus
ſupra n.* 3. Conſequẽs eſt, vt omniũ etiam bo-
norũ trientem cenſeatur ei ſtatutũ reſeruaſſe.

Coeterùm, ſi ſucceſſio deferatur fratribus
vtrinq; coniunctis, aut ſolis, aut ſimul cum
conſanguineis tantum, frequẽtiùs receptum
eſt, matris legitimam, non eſſe trientem to-
tius ſubſtantiæ, ſed trientem eius tantum por
tionis, quam de iure communi fuiſſet ab inte-
180 ſtato habitura. † *Ita enim ſcripſerunt Burſa. d.
conſ.* 114. *in prin. & per tot. & conſ.* 115. *num.* 1.
& 5. *vol.* 1. *Rota apud Gratia d. tom.* 3. *diſcep. for.
cap.* 448. *num.* 41. *& ſeqq. Mareſco. d. lib.* 1. *varia.
reſol. cap.* 10. *num.* 14. *vbi ait, hanc eſſe veriorem,
181 & magis communem:* Nam, † cum talis ſit, quo
ties fratres ſuccedunt ex teſtamento fratris,
vt retulimus ſupra num. 109. conſequens eſt, vt
talis etiam eſſe debeat, quoties ſuccedunt ex
diſpoſitione ſtatutaria, ſcilicet, quia eadem
eſt vtriuſq; ſpeciei ratio. Quamobrẽ de vtraq;
ſimul loquũtur *Rota apud Gratia. d. cap.* 448.
n. 47. *& ſeqq. & Mareſco. d. lib.* 1. *cap.* 10. *nu.* 14.
Et verò, vt in illa, ita etiam in hac ceſſant
omnes rationes, propter quas diximus, ma-
tris legitimam eſſe trientem omnium bono-
rum, quando fratres ſunt pręteriti, *vt conſide-
rat Rota apud Gratia. d. cap.* 448. *num.* 48. Nã,
cum fratres ſuccedant, conſequens eſt, vt nõ
poſſint haberi pro mortuis, *vt arguunt Rota d.
cap.* 448. *num.* 48. *& Mareſco. d. lib.* 1. *cap.* 10.
num. 16. Deniq, cum ad partem admittantur,
conſequens eſt, vt partem faciant, *vt conſide-
rat ibi Rota, nu.* 48. & hoc non obſtante, quod
non vocentur ad legitimam, quia ſufficit, eos
admitti ad partem, etiam ſub alio nomine,
vt partem matri in legitima fecisse intelligã-
tur, *vt ſcribunt Rota d. cap.* 448. *num.* 48. *& Ma-
reſco. d. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 16. Alioquin enim
ſequerentur illa abſurda, quę ex veterum ſen-
tentia conſiderauimus *ſupra nu.* 116. *& ſeqq.*
ac potiſſimum illud, quia, ſi quatuor eſſent
fratres, plus haberet mater, quam ſinguli fra-
tres: Mater enim haberet tertiam, & ſinguli
fratres non haberent, niſi duas vncias, quod
eſſet abſurdum, quia hoc modo mater, cui
ſtatuentes voluerunt officere haberet plus,
quam de iure communi fuiſſet habitura, &
contra maſculi, quibus voluerint proſpi-
cere, haberent minus, quam amoto ſtatuto
fuiſſent habituri. Ergo, ne hoc abſurdum ſe-
quatur, debemus dicere, legitimam non eſſe,
niſi trientem eius partis, quam mater fuiſſet
ab inteſtato habitura. *Ita arguit Alex. conſ.*
140. *num.* 9. *vol.* 1. *& videtur etiam ſenſiſſe Ma-
reſco. d. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 18.

Verùm, cum legitima, quam ſtatutum
matri reſeruat, debeat ſecundum iuris com-
munis diſpoſitionem regulari, *vt omnes faten-
tur, & nos dicemus infra num.* 184. & ſecundũ
ius commune matris legitima, etiam, quæ ab
inteſtato debetur, ſit triens omnium bonorũ,
de quo tamen debet deduci, quod vtrinque
coniuncti perciperent, ſi ad legitimam voca-
rentur, *vt oſtendimus ſupra num.* 171. *& ſeqq.*
Conſequens eſt, vt eodem modo debeat defi-
182 niri, quoties à ſtatuto reſeruatur. † Quamo-
brem habebit mater iure legitimæ vnciam,
quæ illius debet eſſe præcipua, deinde de qua-
drante habebit virilem, pro numero fratrum
vtrinque coniunctorum, totumq; reſiduum
ad eoſdem fratres ſimul cum conſanguineis
tantum pertinebit.

At, ſi præter matrem extet etiam ſoror
vtrinq;

vtrinque coniuncta, quę ex diſpoſitione ſta-
tutaria ſit a ſucceſſione excluſa, dubitari ſo-
let, an eius ſit habenda ratio in computatio-
ne legitimæ, quæ matri reſeruatur. Et nonul-
li quidem cenſuerunt eſſe habēdam, & com-
putationem ita faciendam, vt matris legiti-
ma ſit triens eius portionis, quam, etiam con-
numerata ſorore fuiſſet ab inteſtato habitu-
ſa, & ſic non extantibus fratribus vtrinque
coniunctis, ſed tantum conſanguineis, vel
vlterioribus agnatis, & ſorore excluſa ſit triēs
ſemiſſis, extante verò vno fratre vtrinq; con-
183 iuncto cum ſorore ſit triens trientis.† *Fuit hęc
opinio Alex.conſ.197.num.6.& ſeqq. volu.6.&
Barba.conſil.68.num.19.vol.3.* Mouentur autē,
vt ita ſentiant

Primo, quia huiuſmodi ſtatutum, quod
matri reſeruat legitimam, debet intelligi de
ea portione, quę inſpecto iure communi ma-
tri debetur: nam de iure municipali nulla ei,
tamquam ab inteſtato excluſę deberetur le-
184 gitima, † *vt ſcribunt Ang.conſ.105. nu 4. Alex.
conſ.3.num.10.vol.7.Gul.Ben.in d.cap. Raynu-
tius, in verb.& vxorem nomine Adelaſiam, nu.
43.& ſeq.& patet etiam ex ijs, quæ diximus in
quæſt.præced.num.* 22. Sed inſpecto iure com-
muni matris legitima, cum extant frater, &
ſoror vtrinque coniuncti, eſt triens trientis, *vt
retulimus ſupra nu.* 166. Ergo ſtatutum debet
cenſeri tertiam trientis reſeruaſſe. *Ita arguit
Alex.d.conſ.197.num.6.vol.6.*

Secundo mouētur, quia, cum ſoror exclu-
datur fauore, & contemplatione maſculorū,
Conſequens eſt, vt eius portio, non matri,
ſed ipſiſmet maſculis debeat applicari, *ex ijs,
quæ diximus in quæſt.præced.nu.*45. Sed, ſi di-
ceremus, matris legitimam eſſe trientem to-
tius ſubſtantiæ, pars ſororis effectu applicare-
tur matri, quia haberet tertiam non ſolū pro-
prię portionis, ſed etiam eius, quæ iure com-
muni debuiſſet ad ſororem pertinere. Ergo,
ne hoc abſurdum contingat, debemus potiùs
ita ſtatutum interpretari, vt voluerit matri
reſeruare tertiam eius tantum portionis, quā
de iure communi fuiſſet habitura. *Ita arguūt
Alex.d.conſ.197.num.9.vol.6.& Barba.d.conſil.
68.num.20.& 21. vol.3.*

Sed alij frequentiùs tradiderunt, imo non
eſſe habendam ſororis excluſæ rationem, &
per conſequentias, matris legitimam ita eſſe
computandam, vt non extantibus fratribus
vtrinq; coniunctis, ſed tantū conſanguineis,
aut vlterioribus agnatis ſit triens omniū bo-
norum, non habita ratione ſororis excluſæ,
extantibus verò fratribus vtrinq; coniunctis,
aut ſolis, aut ſimul cum conſanguineis, ſit
triens eius portionis, quam ab inteſtato fuiſ-
ſet habitura non connumerata ſorore perin-
185 de, ac, ſi non eſſet in rerum natura. † *Ita enim
cenſuerunt Burſa.d.conſ.*114. *num.*5. *& Rota
186 apud Gratia.d. cap.* 448. *num.* 42. quia, † cum
ſoror, tamquam excluſa habeatur pro mor-
tua, Conſequens eſt, vt non poſſit impedire,
quominus matris legitima ita computetur,
vt computaretur, ſi illa re vera non exiſteret.
*Ita arguit Rota d.cap.*448. *num.*42.

At ego neutram opinionem veram eſſe
187 puto, non primam, quia, licet rectè ſupponat,
ſororem non obſtante excluſione eſſe com-
putandam in numero ſuccedentium ad mi-
nuendam portionem matri ab inteſtato con-
tingentem, & per conſequentias ad minuen-
dam eius legitimam, *vt infra demonſtrabo*, nō
tamen rectè ſupponit, ex hoc ſequi, matris le-
gitimam eſſe tertiam eius, quod ab inteſtato
fuiſſet habitura: Nam, ſi hoc non operatur,
cū re vera ab inteſtato ſuccedit, ſcilicet, quia
mater ſemper debet habere vnciam præci-
puam, etiamſi ab inteſtato ſuccedatur, dein-
de pro numero fratrum, & ſororum ſuccedē-
tium debet habere virilem quadrātis, in quo
concurrerent, ſi omnes ad legitimam voca-
rentur, *vt oſtendimus ſupra num.* 173. quanto
minus id operari poterit, cum a ſucceſſione
excluditur. Neque ſecundam, quia, præter id,
quod idem ſupponit, quoties ſucceſſio defer-
tur fratribus vtrinq; coniunctis, vel ſolis, vel
ſimul cum conſanguineis tātum, vult etiam
ſororis excluſæ non eſſe habendam rationē,
quod ego verum non arbitror, quia, cum le-
gitima, quam ſtatutum matri reſeruat, ſit ea,
quę ex diſpoſitione iuris communis matri
debetur, *vt diximus ſupra num.* 184. & ſecun-
dum ius commune ſoror vtrinq; coniuncta
computetur in numero ſuccedētium ad mi-
nuendam matris legitimam, *vt oſtendimus
num.*173. Conſequens eſt, vt debeat etiam in
hac ſpecie computari.

Nec obſtat, quod ſit excluſa, & per conſe-
quentias debeat haberi pro mortua, quia hoc
188 verum eſt, † quoad eos, quorum contempla-
tione excluditur, ideſt, quoad cōſanguineos.
Coeterùm, quoad matrem, cuius in hoc nul-
la habetur ratio, magis eſt, vt non habeatur
pro excluſa, & conſequenter, vt, quoad eam
ita ſit facienda computatio, vt fieret, ſi non
eſſet excluſa.

Quamobrem ſi defunctus reliquerit ſoro-
rem vtrinq; coniunctam, & matrem, & ſuc-
ceſſio lege municipali deferatur conſangui-
neis tantum, mater iure legitimæ habebit
189 † in primis vnciam, quam diximus, eſſe illius
præcipuam ob id, quod eius legitima eſt triēs,
cum alioquin legitima ſororis non ſit, niſi
quadrans, deinde habebit dimidiam quadrā-
tis, & ſic ſeſcunciam, quam cum ſorore con-
currens percepiſſet, in alia verò dimidia cen-
ſebitur ſoror ei obſtitiſſe, perinde, ac, ſi fratri
ab inteſtato ſucceſſiſſet, & talis dimidia cum
reſiduo patrimonij ad fratres conſanguineos
pertinebit, quia totum id, quod ſorori aufer-
tur a ſtatuto, debet ei applicari, cuius con-
templatione aufertur, *per ea, quæ diximus in* 5.
*cap q.*49.*num.*1. *& ſeqq.*

At, ſi defunctus reliquerit vnum, aut plu-
res fratres vtrinq; coniunctos, mater habebit
190 † ſimiliter vnciam, tamquam præcipuam, ob
id, quod ſupra diximus, de quadrante verò
non feret, niſi eam partem virilem, quam
pro numero fratrum computata etiam ſoro-
re percepiſſet, ſi omnes ad legitimam fuiſsēt
vocati; Itaque, ſi vnus tantum frater vtrinq;
coniunctus cum ſorore ſuperſit, mater effe-
ctu habebit ſextantem, ſi verò ſuperſint duo
fratres cum ſorore, habebit vnciam, & tres
quartas alterius vncię, totumq; reſiduum erit
fratribus vtrinque coniunctis, vel ſolis, vel ſi-
mul cum conſanguineis applicandum, *per
ea, quæ ſupra diximus.*

Sed hæc procedunt, quoties ſtante ſtatuto
ſoc-

foeminarum excluſiuo ſuccediturab inteſta
to. Cocterùm, quoties ſucceditur ex teſtamẽ
to, & quærimus, an matris legitima, quam ei
ſtatutum reſeruauit, debeat eſſe triens omniũ
bonorũ non habita ratione ſororis excluſæ,
an verò triens eius portionis, quam iure cõ-
muni fuiſſet ab inteſtato habitura, conſtat,
eſſe diſtinguendum: Aut enim teſtator inſti-
tuta matre ſororem præterijt non inſtituta
turpi perſona, Et tunc omnes fatentur matris
legitimam eſſe trientem omnium bonorum,
191 † *vti videre eſt apud Ant. de Roſell. de ſucc. ab
inteſt. num. 238. Oſaſ. conſ. 56. num. 2. Pereg. de
192 fideic. d. artic. 38. nu. 13. verſ. Sextus*, quia, † cum
ſoror habeatur pro mortua, conſequens eſt
vt non debeat impedire, quominus matris
legitima ita computetur, vt, ſi re vera non
exiſteret, *vt in his terminis arguunt Ant. de
Roſ. de ſucc. ab int. d. num. 238. & Oſaſ. d. conſ.
56. nu. 3*. Et verò, ſi matris legitima eſt triens
totius ſubſtantiæ, quando ſorores ab inteſta-
to non ſunt excluſę, Conſequens eſt, vt mul-
to magis debeat eſſe talis, ſi ſint excluſę. De-
niq; ſi fratres, qui ab inteſtato ſunt ſucceſſuri,
non impediunt, quando ſunt in teſtamento
præteriti, quominus mater integrum habeat
trientem, quanto minus debent impedire ſo-
rores, quæ non ſunt ab inteſtato ſucceſſuræ.

Aut verò frater non preterijt ſororem, ſed
aliquid ei reliquit, Et tunc dubitant noſtri,
nunquid illud debeat de matris legitima de-
duci, ita, vt tanto minus capiat mater, quan-
tum eſt in relicto. Dubitationem autẽ fecit,
quia, ſi pater leget aliquid filię ſtatuto exclu-
ſæ ſolet id maſculorum legitimam diminue-
re, *vt oſtendimus in q. præced. num. 82*. Ergo idẽ
dicendum videtur, &, ſi quid legetur ſorori
excluſæ.

Sed hoc non obſtante cenſent, non eſſe id
in matris legitimam imputandum, ſed priùs
de toto patrimonio detrahendum eſſe trien-
tem pro matris legitima, deinde de reſiduo
ſoluendum eſſe legatum relictum ſorori.
193 † *Ita enim cenſuit Mareſco. d. lib. 1. varia. reſol.
cap. 10. nu. 10. vbi refert, ita fuiſſe a Rota deciſũ*,
194 quia, † cũ ſoror, vt excluſa habeatur pro ex-
tranea, conſequens eſt, vt matri obſtare ne-
queat, quominus integrum omnium bono-
rum trientem conſequatur; *Ita ratiocinatur
Mareſco. d. lib. 1. cap. 10. num. 10.*

Nec eſt contrarium, quod a teſtatore fue-
rit agnita, quia reſpondent, talem agnitionẽ
fuiſſe merè voluntariam, ideoq; illius reſpe-
ctu debere ſororem cenſeri, vt extraneam, &
per conſequentias id, quod ei relictum eſt,
eodem modo regulari, quo regulantur ea,
quæ extraneis relinquuntur, & ſic debere ſol-
ui poſt integram legitimæ detractionem, nõ
etiam ante. *Ita declarat Mareſc. ibi.*

Nec obſtat, quod dicitur de filia, quia reſ-
pondent, longè aliam eſſe rationem filię, ali-
195 am ſororis: Nam † filia amoto ſtatuto voca-
tur ad legitimam. Vnde, quia pater eam vo-
cando pro rata illius, quod relinquit, cenſetur
illam in ſuitate, & priſtino iure reintegrare,
& per conſequentias vim ſtatuti amouere,
fit, vt pro quantitate relicti fratribus obſtet,
tanquam non excluſa, *ſicuti latè demonſtraui
mus in q. præced. num. 82. & ſeqq.* At ſoror etiã
amoto ſtatuto non vocatur ad legitimam,
niſi perſona turpis fuerit inſtituta, ideoq; li-
cet frater aliquid ei leget, non tamen cenſeri
poteſt reintegrata in iure, quod ei non com-
petebat, & per conſequentias, non poteſt, vt
agnita obſtare matri quę iure ſuo vocatur ad
legitimam. *Ita reſpondendo declarat Mareſ. d.
lib. 1. cap. 10. num. 11.*

Sed mihi res videtur eodem modo, quo iu-
196 re communi definienda: † Nam, cum matris
legitima, quam ei ſtatutum reſeruat, ſit ea,
quæ iure communi matri debetur, *vt diximus
ſupra nu. 184.* & iure communi debeat in ma-
tris legitimam imputari, quod fratribus, aut
ſororibus relictum eſt, vſq; ad eam quantita-
tem, quam haberent iure legitimę, ſi frater
perſonam turpem inſtituiſſet, *vt oſtendimus in
4. caſu, & 4. ſeqq.* Conſequens eſt, vt id etiam
imputari debeat in legitimam, quam matri
ſtatutum reſeruat.

Nec obſtat, quod in hac ſpecie loquamur
de ſorore ſtatuto excluſa, quia, cum talis ex-
cluſio non cenſeatur facta fauore matris, ſed
tantũ fauore agnatorum, Conſequens eſt vt,
quoad matrem haberi debeat pro non exclu-
ſa, vt per conſequentias, vt, cum agitur de cõ-
putanda matris legitima, ita facienda ſit cõ-
putatio, vt fieret, ſi ſtatutum non extaret, *ſi-
cuti latè ſupra oſtendimus.*

Hinc infertur, ſi frater inſtituat turpem per-
ſonam, in computanda matris legitima ha-
bendã eſſe rationem ſororis, tametſi ſtatuto
197 excluſę, † *vt ſentit Pereg. de fideic. d. artic. 38.
num. 13. verſ. Sextus*, ſcilicet, quia reſpectu ma
tris non habetur pro excluſa. Quamobrem
computatio ita erit facienda, vt ſoror cenſea-
tur matri partem in legitima feciſſe, non qui-
dem reſpectu illius vnciæ, quam debet habe-
re præcipuam, ſed reſpectu quadrantis, qui vi-
riliter inter matrem, & ſororem eſſet diuidẽ-
dus *ſecundum ea, quæ diximus num. 12. & ſeqq.*
& pars, quæ iure communi debuiſſet ad ſoro-
rem pertinere, vi ſtatuti conſanguineis appli-
cabitur.

Ex his intelligimus, in definienda quanti-
tate legitimæ, quę fratribus extantibus matri
198 debetur, † illud in primis obſeruandum eſſe,
computationem numquam ſingulariter, ſed
ſemper ex vniuerſo eſſe faciendam, ita, vt le-
gitima definiatur triens omnium bonorum,
non verò triens eius portionis, quam mater
eſſet ab inteſtato habitura, quia alioquin, ſi
fieret ſingulariter, ſemper illud ſequeretur
abſurdum, quod legitima non contineret in-
tegrum omnium bonorum trientem, ſcilicet,
quia fratres, quorum legitima non eſt, niſi
quadrans, non poſſent integrum trientis re-
ſiduum abſorbere, & hoc modo teſtator poſ-
ſet ſupra beſſem de aliqua portione liberè
diſponere, quod iuris ratio non permittit, *vt
latè oſtendimus in 2. caſu num. 13. & ſeqq.*

Secundo obſeruandum eſt, de illo triente
ſemper eſſe detrahendam vnciam, quam ma-
ter debet habere præcipuam ob id, quod eius
legitima cenſetur triens, cum alioquin legi-
tima fratrum non ſit, niſi quadrans, ideoq;
reſpectu illius vnciæ numquam fratres poſ-
ſe obſtare matri, ſed ſemper debere haberi
pro mortuis, *vt oſtendimus ſupra num. 12.*

Tertio obſeruandum eſt, quadrantem, qui
facta vnciæ detractione ſupereſt, illis tantum
eſſe

eſſe aſſignandum, qui vocantur ad legitimã. Itaq; , ſi fratres , neq; ex diſpoſitione legis ad eam vocentur, neque ex diſpoſitione teſtatoris vocentur ad aliud, vt, quia fuerint a fratre præteriti, & inſtituta ſit perſona honeſta , totus quadrans erit aſſignandus matri , quippe, quæ ſola vocatur ad legitimam, ſcilicet, quia fratres, vt excluſi pro mortuis habẽtur, ideoq; matri obſtare nequeũt, *vt oſtendimus in 3. caſu n. 53. & ſeqq.* Si vero fratres vocẽtur ex diſpoſitione legis, tunc, aut vocantur ad legitimã, vt, quia perſona turpis fuerit a fratre inſtituta, & quadrans erit aſſignandus matri, & fratribus qui proinde , tamquam ad legitimam vocati partem ei facere intelligentur , non quidem reſpectu vnciç , quæ illius debet eſſe præcipua , ſed reſpectu ſolius quadrantis , qui inter eos communis eſt, & concurſu diuidendus , *vt oſtendimus in 2. caſu num. 23. & ſeqq.* Aut verò non vocantur ad legitimam, ſed ad aliud, puta ad Falcidiam , vel Trebellianicã, & tunc totus quadrans erit quidem aſſignandus matri, vt, quç ſola vocatur ad legitimam, ſed fratres eum diminuent , non per modum concurſus, quippe, qui non datur, ſed per modum imputationis , ſcilicet , quia in eum erit imputandum, ſiue de eo detrahendum, quod a fratribus iure Falcidiæ , aut Trebellianicæ percipietur , ita , vt eatenus cenſeatur matris legitima diminuta , quatenus ab eis fuerit perceptum, *vt oſtendimus in 9. caſu , num. 173. & ſeqq.* Idem eſt, & ſi fratres, aut aliqui eorum non vocentur ex diſpoſitione legis ad legitimam, ſed ex diſpoſitione teſtatoris vocentur ad hæreditatem , vel aliquod relictum : Non enim cenſebuntur, partem matri facere in legitima , vtpote , ad quam non vocantur , ſed cenſebuntur eam tantum per imputationem diminuere, ſcilicet, quia, quod fratres, vel hçreditario , vel alio iure capiunt , debet vſque ad eam quantitatem, quam iure legitimç cõſequerentur , ſi frater perſonam turpem inſtituiſſet, in matris legitimam imputari , ſiue de ea deduci , *vt latè oſtendimus in 4. caſu , & 4. ſeqq.* Et ita hanc cõtrouerſam, quæ alioquin, vt difficilima , torſit aliorum ingenia , tute definiendam arbitror.

SVMMARIVM.

1 *Ius accreſcendi locum habet in legitima fratrum.*
2 *Fratribus præteritis datur querela, ſi perſona turpis fuerit a fratre inſtituta.*
3 *Fratres integram legitimam conſequũtur , ſi mater iuſtè fuerit exhæredata, ſeu præterita, Declara, vt num. 5.*
4 *Fratribus accreſcit matris legitima , ſi turpis perſona fuerit inſtituta, & mater repudiet, Declara, vt num. 5.*
6 *Fratribus accreſcit matris legitima , etiamſi turpis perſona non fuerit inſtituta , Sed contra, num. 7.*
8 *Legitima matris excluſa remanet apud hæredem, ſi turpis perſona non fuerit inſtituta , & nu. 10 Declara, vt num. 9.*
11 *Legitima matris, quç renuntiauit, applicatur fratribus , ſi eorum contemplatione facta ſit renũtiatio, Declara, vt num. 12.*

An, & quando ius accreſcendi locum habeat in legitima fratrum.

Quæſtio Decimaſeptima .

SVpereſt, vt tranſeamus ad fratrum legitimam, & diſpiciamus, an in ea locum habeat ius accreſcendi . Sed , quia huiuſce quçſtionis deciſio, vt plurimùm pendet ab ijs, quæ diximus *in q. præced. num. 12 & ſeqq.* ideo breuiter agẽdo pro eius diſcuſſione tres arbitror eſſe diſtinguendos caſus , quorum

Primus eſt , quando fratres non concurrũt cum aſcendente, ſed ſunt ſoli, & verſamur in terminis, in quibus ipſis debetur legitima, vt, quia frater turpem perſonam inſtituerit , Et tunc non puto dubitandum , quin inter eos
1 locum habeat ius accreſcendi , † ſiue fuerint a fratre præteriti, quo caſu tractatur de quere-
2 la † *l. fratres, 27. C. de inoff. teſta. §. ſoror, Inſt. eod.* in qua certum eſt , id habere locum , *vt oſtendemus in hoc cap. q. 30. num. 1. & ſeqq.* ſiue fuerint in aliqua re particulari inſtituti , quo caſu tractatur de ſupplemento legitimæ , in quo ius accreſcendi habere locum, verius, & receptius eſſe demonſtrauimus *in hoc cap. q. 8. num. 8. & ſeqq.*

Secundus verò caſus eſt , quando fratres non ſunt ſoli , ſed cum patre , vel matre concurrunt , & pariter verſamur in terminis , in quibus, non ſolum parenti , ſed etiam ipſis fratribus legitima debetur, vt euenit, cum frater inſtituit turpem perſonam, Et tunc , ſi parens, puta mater deficiat, eadem dicenda sũt, quæ , ſi deficiant fratres, diximus *in q. præced. num. 16. & ſeqq.* Nam, aut mater deficit facto teſtatoris, vt, quia iuſtè fuerit ab eo pçterita, ſiue exhæredata , fortè , quia commiſerit vnã ex ijs cauſis , quæ enumerantur *in §. ſancimus itaq; Auth. vt, cum de app. cogn. coll. 8.* Et fratres
3 totam legitimam conſequentur, † non iure accreſcendi, ſed iure ſuo , & per obſtaculi remotionem, *ſecundum ea, quç diximus ibi num.* 17. Aut verò deficit facto proprio, puta repudiatione. Et tunc verius, & receptius eſt, ma-
4 tris portionem fratribus accreſcere.† *Ita enim cenſuerunt omnes, qui generaliter ſcripſerunt , in legitima locum habere ius accreſcendi. quos retulimus in hoc cap. q. 8. num. 8. Et in ſpecie de fratribus Bald. in d. l. pater filium , quem , vbi turpis perſona fuit inſtituta , non improbant Rub. ibi, num. 124. & Fabia. in d. Auth. nouiſſima, num. 222. C. de inoff. teſtam.* Nam, ſi portio fratrum matri accreſcit , quando ſimul omnes ad legitimam vocantur , *vt oſtendimus in q. præced. nu. 23 & ſeqq.* Cur non , & fratribus accreſcet portio matris?

Planè hoc ita accipiendum puto , vt fra-
5 tres habeant ius accreſcendi † reſpectu illius quadrantis , quem omnimodo fuiſſent habituri, etiam non exiſtente matre : Nam, cum illum diuidant cum matre concurſu , *vt oſtẽdimus in q. præced. num.* 12. non poſſunt non eius reſpectu cenſeri cum ea cõiuncti , & per conſequentias non poſſunt non habere ius accreſcendi , quippe , quod ex coniunctione naſcitur, *vt diximus in 5. cap. q. 36. nu. 3.* Coeterùm

terùm reſpectu illius vnciç, quæ ſupra eorum
legitimam matri competijſſet, verius eſſe pu-
to, non habere eos ius accreſcendi. Quod, vt
liquidò conſtet, animaduertendum eſt, quo-
ties legitima debetur matri, & fratribus ob
perſonæ turpis inſtitutionem, dupliciter eam
conſiderari ſolere: Primùm enim conſidera-
tur, vt legitima, quæ eſt inter eos communis,
Et hoc reſpectu non eſt, niſi quadrans, quip-
pe, qui ſolus inter eos diuidendus eſt viriliter,
& æqualiter, ita, vt, ſi cum matre duo fratres
ſuperſint, ſinguli ferant vnciam, ſi verò ſu-
perſit vnus frater, ſinguli ferant ſeſcunciam.
Reſpectu igitur huius quadrantis, qui cōcur-
ſu diuidendus eſt, non poſſunt fratres non cē-
ſeri cum matre coniuncti, & per conſequen-
tias non poſſunt non habere ius accreſcendi.
Secundo verò conſideratur, vt legitima, quç
eſt propria matris, Et hoc reſpectu non eſt, ni-
ſi vncia, quia portio matris, quæ eſt triens, nō
excedit legitimam communem, quç eſt qua-
drans, niſi in vncia, quam proinde mater ha-
bere debet pręcipuam ex nouella Iuſtiniani
conſtitutione, quæ parentum legitimam au-
xit ad trientem, vt noſtris communiter viſum
eſt. Reſpectu igitur huius vnciæ veriſſimum
eſſe puto, fratres, vt omnimodo diſiunctos
non habere ius accreſcēdi, quia generale eſt,
vt, quoties vnus ad ſolidum vocatur, alij ve-
rò cum eo concurrunt, non reſpectu totius,
ſed tantum reſpectu quarumdam partium,
cenſeantur hi cum illo coniuncti, & habeant
ius accreſcendi reſpectu illarum partium, in
quibus concurrunt, non etiam reſpectu alia-
rum, in quibus non concurrunt, vt ecce, ſi te-
ſtator ita dixerit, lego fundi Tuſculani partē
dimidiam Caio, eundem fundum lego Seio,
dicetur Caius cum Seio re coniunctus reſpe-
ctu illius dimidiæ, quæ, non ſolum illi, ſed
etiam huic fuit relicta. Cæterùm reſpectu
alterius dimidiæ, quæ relicta fuit ſoli Seio, di-
cetur omnimodo diſiunctus, & non habebit
ius accreſcendi *l. Mortuo. 42. in prin. ff. de leg.
2. & diximus in 5. cap. q. 10. num. 24.* Sed in pro-
poſita ſpecie mater vocatur ad totum trien-
tem, fratres verò non vocantur, nec cum ea
concurrunt in toto triente, ſed tātum in qui-
buſdam eius partibus, id eſt, in tribus vncijs,
quæ viriliter inter matrem, & fratres diuiden-
dę ſunt. Debent igitur cenſeri coniuncti, &
habere ius accreſcendi reſpectu quadrantis,
non verò reſpectu illius vnciæ, quam mater
debuit habere pæcipuam.

Tertius caſus eſt, quando fratres non ſunt
ſoli, ſed in legitima non concurrūt cum ma-
tre, vt, quia frater, non turpem, ſed honeſtum
in teſtamento hæredem inſtituerit, quo caſu
legitima debetur quidem matri, ſed non fra-
tribus, Et tunc, ſi mater deficiat, cenſent ple-
6 rique illius partem fratribus accreſcere, † *vt
Bald. in d. l. pater filium. 14. ff. de inoff. teſt. & alij*,
ijs moti rationibus, quibus in legitima locum
eſſe iuri accreſcendi probauimus *in hoc cap. q.
8. num. 9. & ſeqq.*

Sed contrarium verius eſt, & receptius,
7 † *vti videre eſt apud Rub. in d. l. pater filium. 14.
num. 124. & 125. vbi ait, Bald. ſententiam non
poſſe defendi, & Fabia. in d. Auth. nouiſſima, nu.
222.* Nam ius accreſcendi non poteſt ei com-
petere, qui non eſt coniunctus, *vt diximus in
5. cap. q. 36. num. 6.* ſeu, qui nullam portionem
habet, *vt dicemus in 7. cap. q. 70. num. 1.* cum
portio portioni, non perſonæ accreſcat *l. ſi
Titio. 39. §. 1. ff. de vſufr.* Sed fratres in hac ſpe-
cie non ſunt cum matre coniuncti in legiti-
ma, vt pote, ad quam non vocantur, niſi, quā-
do turpis perſona fuit inſtituta, *vt diximus in
q. præced. num. 8.* Itaq; ſunt potiùs nulli, quam
coniuncti, *vt in ſpecie declarat Rub. in d. l. pater
filium, num. 116.* nec per conſequentias vllam
legitimæ partem habent. Non poteſt igitur
eis ius accreſcendi competere. Quamobrem
matris legitima remanebit apud hæredem
8 vniuerſalem, † *vt ſcribit Rub. in d. l. pater filiū,
num. 125.* non quidem iure accreſcendi, ſed
9 iure inſtitutionis vniuerſalis, † quæ ambitu
ſuo complectitur id omne, quod ab alijs non
capitur, *ſecundum ea, quæ diximus in 5. cap. q.
43. num. 31.* Idq; procedet, ſiue mater fuerit
particulariter inſtituta, ſiue præterita, vel cū
10 cauſa, vel ſine cauſa: † Nam, ſi fuerit parti-
culariter inſtituta, & repudiet, vel aliter defi-
ciat, remanebit id, quod ei relictum eſt, in hę-
reditate, vt remanent legata, *ſicuti demoſtrabi-
mus in 9. cap. q. 1. num. 9.* quibus inſtitutiones
particulares comparantur *l. quoties. 13. C. de
hæred. inſt.* Si verò fuerit præterita cum cauſa,
multo magis id eſt dicēdum, quia, cum veni-
re non poſſit contra filij teſtamentum, niſi
remedio querelæ quæ non impedit, quomi-
nus inſtitutus interim adeundo fiat hæres,
adeo, vt ſit opus iudicis ſententia, quæ teſta-
mentum reſcindat, ad hoc, vt hæreditas ab
eo poſſit auocari *l. Papinianus. 8. § ſi ex cauſa
ff. de inoff.* fit, vt, ſi teſtamentū nō reſcindatur,
puta, quia mater repudiet querelā, non poſſit
nō per cōſequentias apud eū hæreditas rema
nere, qui iam aditione factus fuit hæres. De-
niq; idem eſt, &, ſi fuerit ſine cauſa pręterita
quia, licet poſſit dicere teſtamētum nullum.
§ ſancimus, Auth. vt, cum de app. cogn. coll. 8. ſi
tamen repudiet, poteſt hæres inſtitutus agno-
ſcere bonorum poſſeſſionem ſecundum ta-
bulas, vt eſt generale, quoties is, qui poterat
dicere teſtamentū nullum, ius ſuum omittit
l. filio pręterito. 17. ff. de iniuſt. rupt.

Planè, ſi mater renuntiet iuri ſuo contem-
platione filiorum, eorumdemq; fratrum de-
functi, non proderit illa renuntiatio hęredi
11 vniuerſali, ſed fratribus, † vt eſt generale in
omni renuntiatione alterius contemplatio-
ne facta, *ſicuti demoſtrauimus in 5. cap. q. 48. nu.
15. & in hoc cap. q. 7. num 13. & q. 14. num. 24.
Et in his terminis ſcribit Rub. in d. l. pater filium,
num. 124.* Sed tunc non habebunt fratres ma-
tris legitimam iure accreſcendi, ſed iure ceſ-
12 ſionis, & donationis ſibi factæ, † *vt diximus
in eodem 5. cap. q. 48. num. 4. & in hoc cap. q. 7. nu.
15. Et in propoſito conſiderat Rub. in d. l. pater
filium, num. 125.* Et hęc de legitima.

SVMMARIVM.

1 *Defunctorum cauſę, quæ conſiderantur, vt diſ-
poſitiones, vocantur vltimæ voluntates.*
2 *Vltimæ voluntates cur ita dicantur, & num. 4.*
3 *Voluntas morte finitur.*
5 *Voluntas vltima ſemper præualet in poſtremis
hominum diſpoſitionibus.*
6 *Poſteriora derogant prioribus.*

T Ius

7 *Ius accreſcendi locum habet in vltimis voluntatibus.*
8 *Vltimarum voluntatum genera quę.*
9 *Inſtitutionibus dantur hæreditates.*
10 *Inſtitutio non poteſt fieri in codicillis, & cur, num. 11.*
51 *Codicillis hæreditas dari nequit.*
12 *Ius accreſcendi locum habet in inſtitutionibus, & cur num. 13.*

An ius accreſcendi locum habeat in inſtitutionibus.

Quæſtio Decimaoctaua

HVnc videamus de ijs defunctorum cauſis, quæ conſiderantur, vt diſpoſitiones, quęq; vltimę, ſiue poſtremę
8 voluntates appellantur † *l. eunuchis. 5. l. vlt. C. qui teſt. fac. poſſ. l. 2. C. de bon. quę lib. l. vlt. C. de don. cauſ. mort. l. hac edictali. 6. in prin. verſ. ſin autem C. de ſecun. nupt. §. non autem, verſ. quia verò, Auth. de hæred. & Falc. coll. 1. §. optimè, verſ. ſi verò inæqualia Auth. de nupt. coll. 4.* ſiue, quia
8 † conferuntur in id tempus, poſt quod iam aliud velle non poſſumus *l. 1. C. de ſacr. Eccl.*
3 cum voluntas morte finiatur † *l. locatio. 4. ff.*
4 *locat.* ſiue, quia † in ijs ſemper ea præualet vo-
5 luntas, quę eſt vltima † *l. ſi quis in principio teſtamenti. 22. ff. de leg. 3. l. per fideicommiſſum. 89. ff. de cond. & demon. l. tranſlatio. 6. in fin. ff. de adim. legat.* cum poſteriora derogent prio-
6 ribus † *l. Diui 6. § licet ff. de iur. cod.* In his autē, ſi quærimus, an habeat locum ius accreſcendi, conſtat generaliter loquendo habere lo-
7 cum † *l. vn. §. hac autem omnia C. de cad. toll. & ſcribunt Bart. in l. ſi quando. 112. in prin. num. 1. & 2. ff. de leg. primo, & conſ. 5. num. 1. lib. 1. Bald. in d. l. vn. § in primo, num. 13. & §. cum autem in prin. C. de cad. toll. & in cap. 1. in prin. num. 1 De duob. fratr. de nou. ben. inueſt. & in l. ſi mihi & Titio. 110. in prin. verſ. ſed, qua ſit ratio & ibi Ang. num. 2. Imol. num. 1. Alex. num. 2. & 5. Iaſ. num. 1. Alcia. nu. 12. ff. de verb. oblig. Ang. in l. qui repudiantis. 17. num. 1. ff. de inoff. teſt. Alex. in l. ſtipulatio iſta 38 §. in ſtipulationibus num. 7. verſ. non reperio ff. de verb. oblig. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelaſiam, nu. 144. Port. in §. ſi quis alium, num. 10. Inſt. de inut. ſtip. Iaſ. in d. l. re coniunctis, num. 97. & 106. & ibi Croti. num. 146. Polit. num. 95. verſ. ſuperiora, Alcia. num. 49. Rum. conſ. 131. num. 8. vol. 3. Curt. Iun. conſ. 259. num. 1. & 13. Gozad. in l. vn. num. 2. verſ. 3. C. quand. non pet. part. Cagn. in rubr. C. eod. nu. 54. Peral. in l. & Proculo. 20. num. 24. ff. de leg. 2. Nico. Bell. in §. ſi quis ita, num. 5. Inſt. de verb. oblig. Mynſ. in §. vlt. num. 2. Inſt. de donat. Craſſ. in d. §. Ius accreſcendi q. 26. Duar. lib. 1. de Iur. accr. cap. 16.* Sed, ſi ſpecialiter quçramus, in quibus vltimis voluntatibus id procedat, neceſſariò diſtinguenda ſunt vltimarum voluntatum genera:
8 † Nam quædam reſpiciunt emolumentum, quædam onus. Et, quę emolumentum, vel conſiſtunt in dando, vel in auferendo, de quibus ſingulis ſeparatim tractantes videamus primo de ijs, quæ in dando conſiſtunt. Harum autem varia poſſunt exempla afferri.

Primum in inſtitutionibus: Nam his dan-
9 tur hæreditates † Quamobrem dicimus, in-
10 ſtitutiones non poſſe fieri in codicillis † *l. ſi idem. 7. C. de codicill.* quoniam in ijs hæreditas
11 dari nequit † *l. quod per manus 10. ff. de iur. cod. l. 2. C. de codic. §. codicillis, Inſt. cod. l. aſſe toto. 77. ff. de hæred. inſt. l. inſtitutio talis. 10. in prin. l. quidam. 27. §. hæredi ff. de cōd. inſtit. l. Scæuola. 76. ff. ad Trebell.* In inſtitutionibus autem, quin habeat locum ius accreſcendi, non eſt dubi-
12 tandum † *l. filius a patre 28. §. fin. ff. de lib. & poſth. l. liber homo. 59. §. ſi ita ſcriptum, & §. cum quis, l. hæredes ſine partibus. 63. l. ſi ita quis hæredes inſtituerit. 66. ff. de hæred. inſt. l. hæredi. 31. l. ſeruus communis ab extero 66. ff. de acq. hæred. l. Lucius Titius 90. §. quiſquis ff. de leg. 2. l. 2. §. ſi duo ff. de bon. poſſ. ſec. tab. l. hæc ſcriptura. 26. §. vlt. ff. de cond. & demon. l. vnic. §. his ita definitis C. de cad. toll. Et ſcribunt Bald. in l. cum quidā. 19. in prin. & verſ. ego addo, Et ibi Ang. ante nu. 1. Iaſ. num. 3. & 5. ff. de lib. & poſth. Bald. in l. ſed, ſi plures. 10. § ad ſubſtitutos, verſ. Not. hic ff. de vulg. Papienſ. in form. lib. quo ag. ex ſubſt. in verb. breuiloci, num. 20. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelaſiam, num. 115. Pariſ. conſ. 44. nu. 2. volu. 3. Cagn. in d. rub. C. quand. non pet. part. num. 54. & in l. vnic. num. 5. C. eod. Decia. conſ. 40. num. 8. vol. 1.* quia,
13 † cum habeat locum in hæreditatibus teſtamentarijs, *vt diximus in hoc cap. q. 1. num. 2.* Conſequens eſt, vt debeat etiam habere locum in inſtitutionibus, quibus hęreditates teſtamento dantur. Qua ratione fit, vt ea omnia, quę de teſtamentarijs hęreditatibus diximus *in eadem q. 1. num. 2. & ſeqq.* perinde ſint habenda, ac, ſi ſpecialiter de inſtitutionibus eſſent dicta. ſcilicet, quia, quibus caſibus locū habet, aut ceſſat ius accreſcendi in hæreditatibus teſtamentarijs, iiſdem locum habet, aut ceſſat in inſtitutionibus, vt proinde non ſit neceſſe, hic ea repetere, quæ latiùs ibi commemorauimus.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutionibus dantur hęreditates.*
2 *Subſtitutio non poteſt fieri in codicillis, & cur.*
3 *Ius accreſcendi locum habet in ſubſtitutionibus directis, & cur num. 4.*
5 *Subſtitutio eſt inſtitutio, tametſi ſecunda.*
6 *Ius accreſcendi locum habet in ſubſtitutione vulgari.*
7 *Ius accreſcendi locum habet in ſubſtitutione reciproca.*
8 *Ius accreſcendi locum habet in ſubſtitutione pupillari.*
9 *Ius accreſcendi locum habet in ſubſtitutione exemplari.*

An ius accreſcendi locum habeat in ſubſtitutionibus.

Quæſtio Decimanona.

SEcundum exemplum afferri poteſt in ſubſtitutionibus: nam, & his dantur hę-
1 reditates. † Quamobrem dicimus etiā, ſubſtitutiones non poſſe fieri in codicillis, quo-

1 quoniam ijs hereditates dari nequeũt † *l. Scæ-*
uola. 76. ff. ad Treb. §. codicillis. Inſt. de codicill.
l. ſi idem. 7. C. eod. vtiq; autem loquimur de di-
rectis; nam de fideicommiſſarijs dicemus in-
fra *q. 21. per tot.*
In directis igitur ſubſtitutionibus, quin ius
accreſcendi locum habeat, non eſt etiam du-
3 bitandum † *l. vn. §. his ita definitis C. de cad. toll.*
l. teſtamento. 6. C. de imp. & al. ſubſt. l. liber homo.
59. §. cum quis ff. de hæred. inſt. l. cohæredi. 41. §.
vlt. ff. de vulg. Et ſcribunt Bald. in d. l. liber homo
59. §. cum quis ff. de hæred. inſt. in l. ſed, ſi plures.
10. §. ad ſubſtitutos, verſ. Not. hic ff. de vulg. Pa-
pien. in d. form. libell. quo ag. ex ſubſt. in verb.
breuiloq., nu. 20. & in gl. ult. nu. 1. Iaſ. in d. l. re
coniunctis, nu. 206. Seb. Sap. in d. l. teſtamento. 6.
nu. 5. C. de impub. & al. ſubſt. Cagn. in rub. Cod.
quand. non pet. part. num. 54. Ceph. conſ. 29. nu. 7.
Decia. conſ. 40. nu. 8. uol. 1. Burſa. conſ. 383. nu. 1.
Gratia. cap. 533. diſcep. for. num. 9. Coſta de port.
4 *rat. q. 135. num.* 14. Nam, † cum habeat locũ
in inſtitutionibus, *ut diximus in q. præced. n. 12.*
Conſequens eſt, vt debeat etiam habere lo-
cum in ſubſtitutionibus quippe, quæ, & ipſæ
5 inſtitutiones ſunt, tametſi ſecundæ † *l. ex facto.*
43. §. Lucius ff. de uulg. Deniq;, cum habeat
locum in hæreditatibus teſtamentarijs, *ut di-*
ximus in hoc cap. q. 1. num. 2. debet etiam per
conſequentias habere locum in ſubſtitutio-
nibus, quibus teſtamentariæ hæreditates dan-
tur. Quamobrem locum habet in ſubſtitutio-
6 ne vulgari † *d. l. teſtamento. 6. C. de impub. & al.*
ſubſt. & ſcribit Pariſ. conſ. 43. num. 56. uol. 2. ſiue
7 ſit ſimplex, ſiue reciproca, † *d. l. teſtamento. 6. &*
ibi Bart. in prin. Bald. nu. 1. C. de imp. & al. ſubſt.
Nec enim reciproca ſubſtitutio ius accreſcẽ-
di excludit, *ut oſtendemus in 9. cap. q. 31. num. 5.*
& cap. 10. q. 20. nu. 64. Et ſimili modo locum
8 habet in ſubſtitutione pupillari † *d. l. cohæredi.*
41. §. ult. ff. de uulg. & ſcribit Bald. in d. l. ſed, ſi
plures. 10. §. ad ſubſtitutos, uerſ. Not. hic ff. eod.
9 Nec non, & in exemplari. † Planè in milita-
ri, an habeat locum, ſi quæramus, res erit ex
ijs terminanda, quæ dicemus *in 10. cap. q. 24.*
ubi latè exequemur, an, & quando ius accreſcen-
di locum habeat in teſtamento militis. Quibus
autem caſibus locum habeat, aut ceſſet ius
accreſcendi in ſubſtitutionibus non poteſt
non eſſe superuacuum in hoc loco quærere,
quia res eſt eodem modo definienda, quo
materiam teſtamentariæ hæreditatis defini-
nimus *in hoc cap. q. 1. num. 2. & ſeqq.* ita, vt, quę-
cunq; ibi diximus, debeant, vt in inſtitutioni-
bus, ita, & in ſubſtitutionibus cenſeri repeti-
ta, propterea, quod teſtamento non dantur
hęreditates, niſi per inſtitutionem, aut ſubſti-
tutionem.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator legando dat.*
2 *Legatum eſt donatio.*
3 *Legatum olim his potiſſimum relinquebatur ver-*
bis, do lego.
4 *Ius accreſcendi locum habet in legatis, Declara ut*
num. 8. & ſeqq. uſque ad num. 23. & num. 29.
& ſeqq.
5 *Ius accreſcendi locum habet in inſtitutione parti-*
culari.
6 *Inſtitutio particularis habetur pro legato.*
7 *Inſtitutio particularis plerunq; legatũ appellatur.*
23 *Ius accreſcendi locum habet in legatis, ſiue ſint*
uniuerſalia, ſiue particularia.
24 *Ius accreſcendi olim habebat locum in legato vin-*
dicationis, ſed non in legato damnationis, &
nu. ſeqq. & cur, num. 27. Sed hodie locum
habet etiam in legato damnationis, num. 28.
31 *Ius accreſcendi locum habet in legatis puris.*
32 *Ius accreſcendi locum habet in legatis conditio-*
nalibus.
33 *Ius accreſcendi locum habet in legato proprietatis,*
Declara, ut num. 34.
35 *Ius accreſcendi locum habet in legato uſusfru-*
ctus, Declara, ut num. 36.
37 *Ius accreſcendi non habet locum, quoties legatur*
commoditas utendi fruendi, & cur, num. 38.
39 *Ius accreſcendi locũ habet in legato habitationis.*
40 *Ius accreſcendi locum habet in legato uſus, Decla-*
ra, ut num. 42.
41 *Vſus eſt indiuiduus.*
43 *Ius accreſcendi locum habet in legato generis.*
44 *Ius accreſcendi locum habet in legato quantitatis,*
ſiue ſummæ.
45 *Ius accreſcendi locum habet in legato liberatio-*
nis.
46 *Ius accreſcendi locum habet in legato dotis.*
47 *Ius accreſcendi non habet locum in uſufructu,*
quoties fuit ad certum, & determinatũ uſum
relictus.
48 *Ius accreſcendi non habet locum in legato uſuſ-*
fructus, quoties ex coniecturis, uel ex conſuetu-
dine Bulgari reſtringitur ad alimẽta, & n. 49.

An in legatis locum habeat ius accreſcendi.

Quæſtio Vigeſima.

TErtium exemplum earum diſpoſitio-
num, quæ in dando conſiſtunt, af-
ferri poteſt in legatis: Nam per ea te-
1 ſtator aliquid dat, ſeu confert legatario † *l. le-*
gatum. 119. in prin. ff. de leg. primo, Quamobrẽ
2 legatum definitur donatio † *in l. legatum. 37. ff.*
de leg. 2. & §. 1. Inſt. de legat. & olim his potiſſi-
3 mum relinquebatur verbis, do lego † *l. planè.*
34. §. ult. l. ſi fundum 81. §. Stichum, §. Titio, &
§. his verbis l. huiuſmodi. 86 §. quibus l. ſi quis in-
quilinos. 115. § ſi ita legatum. ff. de leg. pri. l. quęſi-
tum. 76. § cum vir. ff. de leg. 3. l. 1. in prin. ff ad l.
Falc. In his autem, ſi quęramus, an habeat lo-
cum ius accreſcendi, conſtat generaliter, &
4 ſimpliciter loquẽdo habere locum † *l. ſi duo-*
bus 16. §. ult. l. planè. 34. §. ſi duobus, & § inde di-
citur, & d. l. legatũ. 119 §. 1. ff de leg. pri. l. Meuio.
42. in prin. ff. de leg. 2. l. hęc ſcriptura. 16. §. fi. l. ſi
ſeparatim 30. & l. ſi quis legata. 53. §. ult. ff. de eõd.
& dem. l. 1. in prin. & § interdũ, & l. idẽ Neratius.
4. §. 1. & tot. tit. ff. de uſufr. accr. l. ſi ſeruo. 31. ff. de
ſtatulib l. Titio, & Seio. 34. cũ l. ſeq. ff. ad l. Aquil. l.
vn. §. vbi autẽ legatarij C. de cad. toll. § ſi eadem
Inſt. de legat. Et ſcribunt gl. in l. vn. in verb. hęrede
C. ſi liber. imp. ſoc. lib. 10. gl in l. aquã 16. in verb.
Ius aquę ff. quemad. ſeru. amit. Cin. in l. vn. nu. 6.
& ibi Seb. Sap. nu. 1. & 2. Claud. Tut. num. 2. Io.
Guter. num. 28. C. quand. non pet. part. Bart. in
l. ſi mihi, & Titio. 110. in prin. nu. 3. & ibi Imol.
nu. 1. ff. de verb. oblig. Bald. in d. l. vn. §. vbi au-

tem legatarij. in prin. Cod. de cad. tollend. Ang. de
Gamb. de teſta. gloſ. 42. num. 4. verſ. & eſt ſciendũ,
Port. in tit. Inſt. de Orfic. num. 5. Iaſ. in d. l. re
coniunctι, num. 97. & ibi Crott. num. 146. Ioan.
Gaud. num. 70. Gomez. tom. 1. var. reſolu. cap. 10.
num. 6. Molin. de Iuſt. de Iur. diſp. 288. num. 7.
tom. 2. Craß. in §. Ius accreſcendi q. 26. Menoch.
conſil. 231. num. 62. in fin. Pereg. conſil. 52. num.
19. volum. 1. Surd. conſil. 123. num. 19. & conſil.
211. num. 12. Viu. deciſ. 406. num. 5. Ruſtic. ad l.
cum auus. 101. lib. 3. cap. 18. num. 59. Gratia. cap.
178. diſcept. forenſ. num. 7. Balduι. in §. vltim. nu.
17. & ibi Mynſ. num. 1. Inſt. de Orfic. Donell. lib.
8. comm. cap. 20. in fin. Quo fit, vt per conſe-
quentias habeat etiam locum in inſtitutione
5 particulari † vt ſcribit Pereg. conſ. 77. num. 20.
6 volum. 5. quippe, quę pro legato habetur † l.
quoties. 13. C. de hered. inſt. & legatum ſæpiſſi-
7 mè nuncupatur, † vt in l. ex facto. 35. ff. de hered.
inſt. & nos latius dicemus in 7. cap. q. 9. num. 8. &
ſeqq. Sed, ſi ſpecialiter quæramus, quibus
8 caſibus id procedat, † multa conſiderari de-
bent.

Primum enim debet conſiderari perſona
teſtatoris, qui legatum reliquit, Et hac inſpe-
9 cta dicimus, † in primis, Ius accreſcendi ha-
bere locum in legatis, ſiue a pagano relicta
ſint, in quibus terminis loquuntur, aut intelli-
gendi ſunt omnes loci, quos ſupra retulimus,
ſiue etiam a milite: Nam, licet valde cōtro-
uerſum ſit, an in teſtamento militis locum
habeat ius accreſcendi, vt patet ex ijs, quę di-
cemus in 10. cap. q. 24. nu. 1. & ſeqq. huiuſmodi
tamen controuerſia non verſatur circa lega-
ta, ſed circa hæreditates, ſcilicet, quia in lega-
tis haud dubiè locum habet, dummodo lega-
tarij ſint aliqua coniunctione iuncti l. ſi miles.
32. ff. de mil. teſt. & nos latè oſtēdemus in d. q. 24.
num. 5. & ſeqq.

Secundo dicimus in legatis habere locum
ius accreſcendi, niſi teſtator contrarium vo-
10 luerit: † Nam certum eſt, poſſe teſtatorem
in legatis ius accreſcendi prohibere, vt oſten-
demus in eodem cap. 10. q. 16. num. 5. quia, cum
in ijs ius accreſcendi proueniat ex tacito iu-
dicio, ſeu coniecturata voluntate defuncti,
vt docuimus in 2. cap. q. 2. num. 47. Conſequens
eſt, vt contraria ipſius voluntate tolli poſſit,
ſicuti conſiderauimus in d. cap. 10. q. 16. num. 6.
Idq; adeo verum eſt, vt procedat non ſolum,
ſi teſtator id expreſsè prohibeat, ſed etiam, ſi
tacitè, vt dicemus in eodem cap. 10. q. 19. num. 2.
Qualiterenim cunque conſtet de contraria
ipſius voluntate, certum eſt, ceſſare ius accre-
ſcendi. Itaq;, ſi teſtator apponat aliquam di-
ctionem taxatiuam, vel limitatiuam, nō po-
terit inter coniunctos legatarios habere locũ
ius accreſcendi, vt latius oſtendimus ibi nu. 24.
& ſeqq.

Secundo conſiderari debet perſona lega-
tarij deficientis, Et hac inſpecta dicimus in
primis, ius accreſcendi habere locum in lega-
11 tis, qualitercunq; portio deficiat. † Itaq;, ſiue
a principio non cōſtiterit in perſona legata-
rij, vt, quia habita ſit pro non ſcripta, ſiue cō-
ſtiterit, & poſtea facta ſit caduca, aut quaſi ca-
duca, locum habebit ius accreſcēdi, d. l. vn. §.
in primo, §. pro ſecundo, & §. vbi autē legatarij C.
de cad. toll. & nos latè oſtendemus in 7. cap. q. 22.
num. 1. & ſeqq. & q. 33. & 2. ſeqq.

Secundo dicimus, in legatis ita demũ ha-
bere locum ius accreſcendi, ſi portio deficiat
12 ante, quam fuerit acquiſita. † Coeterùm, ſi
poſt, magis eſt, vt ius accreſcendi ceſſet, niſi
legatus ſit vſusfructus l. 1. §. interdũ ff. de vſufr.
accr. Qua de re latè dicemus in eodem 7. cap. q.
59. num. 22. & 103.

Tertio dicimus, in legatis non habere lo-
13 cum ius accreſcendi, † ſi coniūctus ad portio-
nem ſuam admittatur, aut admitti ſperetur
aliquo iure actionis, retentionis, vel alterius
æquitatis per ſe, vel per alium: Nam, ſi aliquo
ex ſupradictis modis admittitur ad partē, aut
admitti ſperatur, facit partem, ideſt impedit
ius accreſcendi, vt latiſſimè oſtendemus in eodē
7. cap. q. 36. nu. 5. & 6. & q. 39. nu. 1. & ſeqq.

Tertio conſiderari debet perſona eius le-
gatarij, cui portio debet accreſcere, Et hac in-
ſpecta dicimus in primis, ius accreſcendi ha-
14 bere locũ in legatis, † ſiue ſint relicta duobus,
aut pluribus extraneis, ideſt, ijs, qui hæredes
non ſunt, vt in d. l. vn. §. vbi autem legatarij C.
de cad. toll. d. §. ſi eadē Inſt. de legat. & alibi paſſim,
ſiue duobus, aut pluribus hæredibus, vt in
l. planè. 34. §. inde dicitur ff. de leg. primo (nam, &
in prælegatis ius accreſcendi habere locum
non ambigitur) ſiue etiã hęredi, & extraneo,
vt in d. l. planè. 34. §. ſi duobus, & l. legatum 119.
§. 1. ff. de leg. primo.

Secundo dicimus, legatarium ita demum
15 habere ius accreſcendi, † ſi ad partem ſuam
fuerit admiſſus: nam ei, qui nō admittitur ad
partem, nihil poteſt accreſcere, quia portio
portioni accreſcit, vt oſtendemus in 7. cap. q. 73.
num. 1. & ſeqq.

Tertio dicimus, legatarium habere ius ac-
16 creſcendi, † ſi fuerit admiſſus ad ſuam portio-
nem de iure communi, vt demonſtrabimus in
eodem 7. cap. q. 60. num. 1. Coeterùm, ſi de iure
ſpeciali, ſi quidem contra voluntatem teſta-
toris, non habebit ius accreſcendi. vt oſtende-
mus in eodem 7. cap. q. 61. nu. 31. & ſeqq. Si verò
ſecundum voluntatem, habebit, niſi petat ab
eo, qui contra teſtatoris voluntatem admit-
titur, qua de re latius ibi dicemus. Planè, ſi lega-
tum ſit relictum ad pias cauſas, magis eſt, vt
habeat ius accreſcēdi, quoquo modo pia cau-
ſa admittatur. Et ita videntur accipiendi, qui
ſimpliciter dixerunt, ius accreſcendi habere
locum in legatis ad pias cauſas relictis, quos
referemus in eadem q. 61.

Quarto dicimus, legatariũ, qui ad ſuã por-
tionē admiſſus eſt, ita demum habere ius ac-
17 creſcendi, † ſi eam retinuerit; Coeterùm, ſi eã
amiſerit, magis eſt, vt ius accreſcendi nō ha-
beat, quia, cum portio portioni accreſcat, Cō-
ſequens eſt, vt ei, qui portionē non habet, ni-
hil poſſit accreſcere, vt latè oſtēdemus in eodē 7.
cap. q. 74. nu. 1. & 2. Planè, ſi legatus ſit vſusfru-
ctus, eius pars accreſcet etiã ei, qui partem ſuã
amiſit, quia portio vſusfructus non portioni,
ſed perſonę accreſcit, vt dicemus ibi n. 28. & ſeqq.

Quinto dicimus, legatarium, ſi non amiſe-
rit ſuam portionem, ſed eã in alium trãſtule-
rit, cenſeri quoq; per conſequentias, & ius ac-
18 creſcendi tranſtuliſſe, † quia ius accreſcendi,
tãquam reale ſequitur rē, & tranſit ad omnes,
ad quos ipſa res transfertur, vt oſtendemus in
eodem 7. cap. q. 62. num. 9. & multis qq. ſeqq.

Sexto dicimus, in legatis habere locum ius
accreſ-

accreſcendi, etiam ſine acceptatione lega-
19 rij,† quia portio accreſcit ipſo iure, *ſicuti de-
monſtrabimus in 8. cap. q. 2. num. 1. & ſeqq.*

Septimo dicimus, in legatis non habere lo-
20 cum ius accreſcendi, inuito legatario,† ſed eo
tantum volente, *ut oſtendemus in eodem cap. 8.
q. 8. num. 16.* Poteſt enim in legatis iuri accre-
ſcendi renuntiari, *ut dicemus in 10. cap. q. 27.
num. 3.* Planè, ſi tractemus de iure non de-
creſcendi, magis eſt, vt id etiam inuito lega-
tario locum habeat, *ut oſtendemus in eodem
cap. 8. q. 8. nu. 1.* ita, vt ei renuntiari nequeat, *ſi-
cuti dicemus in eodem cap. 10 q. 27. num. 4.*

Octano dicimus, in legatis partem accreſ-
21 cere, nõ viriliter, ſed proportione legati,† *uti
videre eſt in eodem cap. 8. q. 11. num. 4.*

Nono dicimus, in legatis partem, quæ pro
non ſcripta habetur, accreſcere ſine onere,
eam verò, quæ facta eſt caduca, aut quaſi ca-
22 duca, cum onere,† *qua de re latiſſimè dicemus
in eodem cap. 8 q. 13. & 3. qq. ſeqq.*

Quarto conſiderari debet genus ipſum le-
gati, Et hoc inſpecto dicimus in primis, ius
accreſcendi habere locum in legatis, ſiue ſint
23 vniuerſalia, ſiue particularia, † *vt ſcribũt Caſt.
in l. Lucius. 78. §. qua habebat ff. ad Treb. Polit.
in d. l. re coniuncti, num. 78. in fi. Gomez. tom. 1.
var. reſol. cap. 10. num. 38. Mantic. de coniect.
ult. volu. lib. 10 titu 3. nu. 1. Vin. deciſ. 406. nu. 6.*

Secundo dicimus, ius accreſcendi olim
24 habuiſſe locum in legato vindicationis† *l. ſi
ſeruo. 31. ff. de ſtatulib. l. Titio, & Seio. 34. cum
l. ſeq. ff. ad l. Aquil. l. ſi duobus. 16. § ult. ff de leg.
25 primo,* ſed non in legato damnationis, † *l. hu-
iuſmodi. 86. §. ſi Titio, & Moeuio ff de leg pri. l.
ſi Titio 7. ff. de leg. 2. & ſcribunt Cuiac. in l. pla-
nè. 34. § ſi duobus, & in l. ſi quando 112. § hæres
ff. de leg. primo, & lib. 26. obſ cap. 29. & ad l vnũ
ex familia. 69. § rogo ff de leg. 2. in 19. lib. quæſt.
Papin. Did. Spin. in ſuo ſpec. teſt gl 9. num 19. &
20. uerſ. 2. & nos diximus in 5. cap. q. 38. num.
26 58.* vt de vtroque conſtat † *ex Vlp. tit. 24. Inſt.
& ſcribunt Cuiac. in d. l. unic. §. his ita definitis,
& §. ubi autem legatarij Cod. de cadu. tollend. in
l. ſi poſt mortem. 10. §. liberi ff. de bon. poſſ. con-
tratab. & ad l. 2. ff. de uſufruct. accreſcen. tracta.
5. Ad Aphric. & in l. huiuſmodi. 87. §. ſi Titio,
& Moeuio ff. de leg. primo, in 32. lib. edict. Salu.
Iulia. & ad l. ſi duobus. 16. & l. ſi pluribus. 33.
ff. eod. Hoto. in ſpito. tit. ff. de uſufr acer. num. 10.
& 11 & lib. 6. obſ. cap. 12. Vueſ. in d §. ſi eadem,
num. 1. Inſt de legat.* Et ratio diuerſitatis erat,
27 quia, † aut legatũ relinquebatur coniunctim,
aut diſiunctim, ſi coniunctim, ſi quidem per
vindicationem, concurſu partes fiebant, *ut
diximus in eodem 5. cap. q. 32. num. 24. & 25.*
Si verò per damnationem, partes fiebant ini-
tio, *ut ibi diximus.* Vnde ſequebatur, inter con-
iunctos locũ habere debuiſſe ius accreſcẽdi
in legato vindicationis, non etiã in legato dã-
nationis, quia regula eſt, toties ius eſſe accre-
ſcendi, quoties partes non initio, ſed concur-
ſu fiunt, *ut oſtendimus in eodem 5. cap. q. 38. nu.
42. & ſeqq.* At, ſi diſiunctim legatum relin-
quebatur, ſi quidem per vindicationem, par-
tes ſimili modo concurſu fiebant, *ut diximus
in eodem 5. cap. q. 12. num. 37.* eaq; ratione non
concurrente altero totum alter iure ſuo reti-
nebat. Si verò per damnationem relinque-
batur, non poterat inter legatarios concurſus
conſiderari, quia vnus vocabatur ad rem, al-
ter verò ad æſtimationem, *ut ibidem oſtendi-
mus.* Quamobrem inter eos, tamquam voca-
tos ad res diuerſas nõ poterat habere locum
ius accreſcendi, *ſecundum ea, quæ diximus in
28 eodem 5. cap. q. 42. nu. 1.* Sed hodie ſublato † Iu-
ſtiniani conſtitutione legatorum diſcrimine
*in l. 1. C. comm. de leg. l. un. §. ubi autem legatarij,
C. de cad. toll. § ſed olim Inſt. de legat.* idem dici-
tur de legato damnationis, quod de legato
vindicationis. Itaq; ſiue coniunctim, ſiue di-
ſiunctim per damnationem legetur, partes
concurſu fiunt, & non concurrentis pars ad
collegatarium pertinet, vel per ius accreſcen-
di, vel per ius non decreſcendi, *ſecundum di-
ſtinctionem, quam expoſuimus in d. 5. cap. q. 37.
num. 2. & ſeqq. & q. 39. num. 3. & ſeqq.* Et ita do-
cuit Iuſtinianus *in d. l un. §. ubi autem legatarij,
& ibi Cuiac. C. de cadu. toll. Idem Cuiac. in d. l. ſi
duobus. 16. & d l. ſi pluribus. 33. ff. de leg. primo,*
Hinc intelligimus, leges illas Digeſtorum, in
quibus ideo ceſſabat ius accreſcẽdi, quia tra-
ctabatur de legato damnationis, *quas retuli-
mus ſupra num. 25* hodie cenſeri correctas, &
ideo in earum ſpeciebus ius accreſcendi lo-
cum habiturum.

Quinto conſiderari debet modus legandi,
29 Et hoc inſpecto dicimus, † in primis, ius accre
ſcẽdi habere locum in legatis, ſi fuerint duo-
bus, aut pluribus relicta coniunctim, ſiue re,
& verbis, ſiue re tantum, ſiue etiam (vt cõmu-
niter eſt receptum) verbis tantum, *ſicuti de re,
& verbis diximus in 5. cap. q. 39. num. 1. & ſeqq.
De re tantum in q. 37 nu. 1. & ſeqq. De verbis tã-
tum in q. 38. nu. 8 & ſeqq.* Cœterùm, ſi omni-
modo diſiunctim, & ſeparatim ſint relicta,
magis eſſe, vt ius accreſcendi ceſſet, quia inter
eos, qui neq; re, neq; verbis coniunguntur, ius
accreſcendi locum habere nequit, ſiue tracte-
mus de proprietate, ſiue de vſufructu, *vt dixi-
mus in eodem 5. cap. q. 41. nu. 1. & 5.*

Secundo dicimus, in legatis non habere lo-
30 cum ius accreſcendi, quoties † vni relicta ſũt,
ſi ab eo perueniatur ad plures, quos noſtri
legali coniunctione iunctos appellant, *vti vi-
dere eſt apud eos, quos retulimus in eodem 5. cap. q.
40. nu. 28.* vt euenit, in legato relicto ſeruo cõ-
muni; Nam inter condominos non eſt ius ac-
creſcendi, niſi in vſufructu, *vt diximus in d. q.
40. num. 27.* Idem eſt, & in legato, quod ante
agnitionem tranſmiſſum eſt ad hæredes: nã
inter eos ius accreſcendi ceſſat, *vt diximus in
eadem q. 40 num. 58.*

Tertio dicimus, in legatis habere locũ ius
31 accreſcendi, ſiue purè relicta ſint, † *vt in d. l. pla
nè. 34. §. ſi duobus, & l. legatum. 119. §. 1. ff. de leg.
pri. l. Moeuio. 42. in prin. ff. de leg. 2. & ferè omni-
bus locis, quos retulimus ſupra nu. 4.* ſiue ſub cõ-
32 ditione, † *vt in l. hæc ſcriptura. 26. § fin. & l. ſi ſe-
paratim. 30. & l. ſi quis legata. 53. § ult. ff. de cõd.
& dem. & de vſufructu ſub conditione relicto cõ-
ſtat ex l. idẽ, & ſi 7. §. ſi mihi ff de vſuf. acc. & ſcri-
bunt Iaſ conſ. 76. in fi. volu. 3. Men. de præſ lib 4.
præſ. 159. in fi.* Deniq; habere locũ in legato,
quod ad tempus relictũ eſt, *vt oſtendemus in 7.
cap q. 20.* & verò etiam in legato annuo, ta-
metſi nonnulli contrarium cenſuerint, *vt latè
oſtendemus in 10. cap. q. 11. nu. 17. & ſeqq.*

Sexto cõſiderari debẽt res ipſæ, quę legãtur,
Et hoc reſpectu dicimus in primis, ius accreſ.

33 habere locum in legato proprietatis† *l.1.§.interdũ ff.de vſuſ.acc.l.legatũ.119.§.1.ff.de leg.pri.*
l.Mœuio.4. in prin ff.de leg.2.l.ſi ſeparatim 30.
ff.de cond.& dem.l.Titio,& Seio.34.cum l.ſeq.ff.
ad l.Aquil.& eſt apud omnes in confeſſo,vti vide-
re eſt apud eos,quos retulimus in 5.cap.q.37.num.
8.& 17.q.38.num.13.& q.39.nu.3.& referemus
in 7.cap.q.59.nu.10.& in ſpecie ſcribit etiam Go-
mez.tom.1.varia reſol.cap.10.nu.40. ſiue lege-
tur res propria teſtatoris,ſiue res hæredis, ſiue
34 etiam aliena, † *vt diximus in 5.cap. q.9.nu.7.*
Planè,ſi legetur res legatarij,magis eſt, vt ius
accreſcendi ceſſet,quia, licet is non admitta-
tur ad partem,cum in illius perſona legatum
non conſiſtat, facit tamen partem iure reten-
tionis *l.huiuſmodi.86.§.ſi Titio ff. de leg. primo,*
ſecundum communem intellectum, *de cuius tamẽ*
veritate dicemus in 7.cap.q.28. Deniq; in legato
proprietatis ita demum habet locum ius ac-
creſcendi, ſi portio deficiat ante acquiſitio-
nem,ſecus,ſi poſt,*vt diximus ſupra num.12.&*
latius dicemus in 7.cap.q.59.num.22.

Secundo dicimus, ius accreſcendi habere
35 locum in legato vſusfructus † *l.1.in prin.& §.*
interdum l.idem Neratius.4.in prin.& §.non ſo-
lum l.ſi mulieri.9.& tot.tit.ff.de vſuſr. accreſc.&
ſcribunt Azo in ſumm.ff.de vſuſru.accr.num.1.
Bart.in l.hæredes mei.57.§.cum ita,nu.4 in fi.ff.
ad Treb.Ang.conſ.153.nu.2.verſ. quod autẽ di-
xi,Aug.de Gamb.de teſta.gl.42.nu. 6. Caſt.conſ.
218.num.1.verſ.2.vol.2. Roma.conſ.308.in fin.
Ruin.conſ.91.nu.14.vol.2.Pariſ. conſ.43.nu. 7.
& 55.vol.2.& cõſ.37.nu.7.vol.3.Brun de dimin.
& deter.concl 8.nu.29.Clau.Tut.in l.vn.num.2.
C.quand.non pet. part. Zanch. in l. hæredes mei.
57.§.cum ita,part.10.nu.70.Ceph.conſ.126.in
prin.verſ.2.Decia.conſ.52.nu.45.& 63.verſ.non
obſtat ſecũdum,vol.1.Gomez d.tom.1.varia.reſ.
cap.10.nu.40.Mantic.de con.vlt.vol.lib.11.tit.5.
nu.23.Men.de præſ.lib.4.præſ.159 num.1.Surd.
conſ.439.nu.11.Pereg.conſ 59.nu.3.vol. 1.Bal-
dui.in §.finitur,num.5.Iuſt.de vſufr.Donell.lib.
10.comm.cap.23.Hoto in ipſt.tit.ff.de vſuf.accr.
per tot.Et patet etiã ex ijs, quæ diximus in 5. cap.
q.37.num.6 q 38.num.12.& q. 39. num. 3. ſiue
in perſona vtriuſque ſit formalis, ſiue in vno
formalis,in altero verò cauſalis,*vt in ſpecie,*
quam retulimus in 5 cap q. 10. num. 1. & ſeqq.
Nam, & de formali ad cauſalẽ, & de cauſali
36 ad formalem ius datur accreſcendi † *d. l.idem*
Neratius.4.§.non ſolum,l.ſi tibi 5. l.ſi mulieri.9.
in prin.ff.de vſuf.acer. & ſcribunt Caſtr.d.conſil.
218.nu.1.vol.1.Alex conſ.56.nu.2.vol.3. Pet.in
l.Titia.35 §.Titia,num.36.ff. de leg. 2. Et rectè,
quicquid ſcripſerit Ceph.conſ.126.nu.10.verſ. 2.
& in fi.verſ.ad ſecundum. Nec ſolum,ſi portio
deficiat ante acquiſitionẽ,ſed etiam, ſi poſt,
vt dicemus in 7.cap.q.59. num. 103. tametſi in
proprietate non, niſi ante acquiſitionem lo-
cum habeat,*vt ibi dicemus nu.22.* Planè,ſi non
vſusfructus, ſed commoditas vtendi fruendi,
quæ longe ab vſufructu diſtat, legata ſit, ma-
gis eſt, vt in tali legato ius accreſcendi ceſſet,
37 † *vt ſcribunt gl.in l.dominus.63.§.1. in verb. re-*
currit,verſ.vel non fuit,& ibi Ang. num. 2.ff. de
vſuf. Ang.in l.1.nu.1.verſ. quarta ff. de vſuf.acc.
& d.conſ.153.nu.2.verſ quod autem dixi,Zanch.
in d.§.cum ita part.10.nu.71.& Pereg. d.conſil.
38 *59.num.12.volu.1.* ſcilicet, quia † facultas illa
percipiendi fructus conſiſtit potius in facto,
quam in iure, ideoq; non recipit ius accreſcẽ-
di,quippe quod in ijs,quæ facti ſunt,locũ ha-
bere nequit *vt dicemus in hoc cap. q.41. per tot.*
Ita Pereg.d.conſ.59.num.12.vol.1.

Tertio dicimus, habere locum in legato
39 habitationis, † *vti videre eſt apud Bart. in d.l.*
hæredes mei.57 §.cum ita,num.4 in fi.& num.9.
verſ.item fallit ff.ad Treb.& in l.codicillis. 34.in
prin.num.3.verſ vel ſolue ff.de vſufr.leg. Pariſ.
d.conſ.43.num 7.& 45.vol.2. Alcia.conſ.39.nu.
16.verſ.ſed etiam,lib.9.Mantic. de con. vlt.volu.
lib.11.tit.5.num.23. etiamſi pars deficiat poſt
acquiſitionem,*vt dicemus in 7.cap q.59.n.124.*

Quarto dicimus, habere locum in legato
40 vſus † *ſecundum Bart.in d.§. cum ita, num. 9.*
verſ. item fallit, Sed, cum vſus ſit indiuiduus
41 † *l.vſus pars.20.ff. de vſu, & hab.* Conſequens
eſt, vt in eo, nec ius accreſcendi, nec ius non
decreſcendi locum habere poſſit,*ex ijs, quæ di-*
cemus in hoc cap.q.32.& in ſpecie de vſu dicemus
in cap.10.q.11.num.2.& in hoc cap.q.44.per tot.
niſi fortè reſpiciamus ad vtendi commodita-
42 tem, † ad quam ſine dubio reſpicitur, cum di-
cimus, fructuarium in vſu concurrere cum
vſuario,& ſic re coniunctum eſſe,quoties vni
legatur vſus, alteri verò fructus *l. per ſeruum.*
14.alias eſt l.ſed,ſi de fructu.ei. §. fin. ff. de vſu,
& hab.& apud Paul.lib.3.ſent.tit.6.§.ſi alteri,
vbi Cuiac. ſcilicet,quia vſus non ineſt fructui,
vt ſeruitus,ſed,vt commoditas. *l. ſi alij. 48. in*
prin. & ibi declarat glo. in verb. & vſum ff. de
vſufr. & poſt eam Rub.in l.Gallus.29.§.quidam
rectè, num. 134. verſ. ſed nunc tene ff. de lib.&
poſth.

Quinto dicimus, locum habere in legato
43 generis, † *vt in ſpecie, quam retulimus in 5. cap.*
q.10.num.28.

Sexto dicimus, habere locum in legato
44 quantitatis, † ſeu ſummæ, *vti videre eſt apud*
Aug.in l. huiuſmodi. 86. §. quibus ff. de leg. pri-
mo,& eſt de mente omnium, quos retulimus in eo-
dem.5.cap.q.8.num.7.& q.21.nu.4.& 5.

Septimo dicimus,habere locum in legato
45 liberationis, † *l.ſi is, qui duos. 30. & ibi Bartol.*
num.1.ff.de lib. leg.

Octauo dicimus, habere locum in legato
46 dotis, † *vti videre eſt apud eos, quos referemus in*
eodem cap.10.q.11.num. 34.

Planè in legato alimentorum magis eſt,vt
ius accreſcendi ceſſet, *vt dicemus in eodem cap.*
10.q.11.num.5. quia, cum alimenta naturali-
ter homini taxata ſint, conſequens eſt, vt in-
crementum recipere non poſſint, *vt oſtende-*
mus ibi num.3. Idem eſt, &, ſi fructus aut etiã
vſusfructus alienius fundi legetur pro alimẽ-
tis, *vt dicemus ibi num. 10.* Et ita etiam viden-
tur intelligendi, qui ſcripſerunt in vſufructu
ceſſare ius accreſcendi, quoties is fuit ad cer-
47 tum, & determinatũ vſum relictus, † *vt Ang.*
d.conſ.153.in fi.Zanch.in d.§.cũ ita,part.10.nu.
71.& Men.d.lib.4.præſ.159.num.4. Sentiunt
enim de vſufructu relicto pro alimentis. Qua
ratione fit, vt, &, ſi quid annuum pauperibus
relinquatur, ceſſet in eo ius accreſcendi, pro-
pterea, quod cenſetur relictum pro alimẽtis,
vt dicemus in eadem q. 11.num.16. Et ſimili ra-
tione,ſi legetur vſusfructus, & ex coniecturis,
aut ex præſumpta mente teſtatoris legatum
48 reſtringatur ad alimenta, † vt in ſpecie *Curt.*
Iun. conſ. 14. per tot. ſuper qua conſuluerunt

etiam

etiam Iaſ. conſ. 79. per tot. uol. 3. & Ruin. conſil. 33. per tot. uolum. 2. & in omnibus caſibus, in quibus legatum vſusfructus relictum vxori propter liberorum exiſtentiam reſtringitur ad alimenta, *ſecundum ea, quæ diximus in 5. cap. q. 10. nu. 41.* non habebit in eo locum
49 ius accreſcendi, † *vt in ſpecie declarat Curt. Iun. d. conſil. 14. per tot.* Denique ceſſat ius accreſcēdi in omnibus legatis, quæ cauſam reiterabilem non habēt, *vt dicemus in eodem cap. 10. q. 11. num. 9.*

Septimo, & vltimo conſiderari debet legis diſpoſitio, qua inſpecta dicimus in primis, ius accreſcendi non habere locum in legatis, ſi de parte vacante lex diſponat, & eam certis applicet perſonis, *vt in exemplis, quæ referemus in eodem cap. 10. q. 8. num. 1. & ſeqq.*

Secundo dicimus, in legatis ceſſare ius accreſcendi, quoties lex, aut potentiam cauſæ efficientis, aut vocati portionem, aut etiam vtrunque limitauit, *vt in exemplis, quæ referemus in eodem cap. 10. q. 12 num. 1. & ſeqq. q. 13. num. 1. & ſeqq. & q. 14. num. 1. & ſeqq.* Et hæc de legatis.

SVMMARIVM.

1 *Ius accreſcendi locum etiam olim habebat in fideicommiſſis, Sed contra num. 2. Diſtingue tamē, vt num. 12. & ſeqq.*
3 *Declarantur l. fin. §. Seio ff. de leg. 2. & l. vxorem. 39. §. agri plagam ff. de leg. 3.*
4 *Declaratur l. pater filium. 36. § filium ff. de leg. 3. & num. 16.*
5 *Fideicommiſſum magnam habuit cum legato dānationis ſimilitudinem, & num. ſeqq.*
13 *Diſpoſitionis collectiuæ, & copulatiuæ differētia, & num. ſeqq.*
17 *Declaratur l. quidam. 6. §. vlt. cum 2. ll. ſeqq. ff. de reb. dub.*
18 *Declaratur l. Lucius Titius. 90. §. Lucius Titius ff. de leg. 2.*
19 *Ius accreſcendi hodie locum habet in fideicōmiſſis, & num. 20. & 28.*
21 *Fideicommiſſa, vel ſunt vniuerſalia, vel ſingularia.*
22 *Ius accreſcēdi locum habet in fideicommiſſis particularibus.*
23 *Ius accreſcendi non habet locum in fideicommiſſis vniuerſalibus, Sed contra num. 26. Declara, vt num. 32. & ſeqq.*
24 *Iuris accreſcendi cauſa ceſſat in fideicōmiſſis vniuerſalibus, Declara, vt num. 32. & 33.*
25 *Fideicommiſſarius non poteſt cogere hæredem, vt adeat, & reſtituat, niſi paratus ſit etiam recipere partes aliorum confideicommiſſariorum, Declara, vt num. 34. & 35.*
27 *Ius accreſcēdi locum habet in fideicommiſſis vniuerſalibus, ſiue ſint pura, ſiue conditionalia.*
29 *Declaratur l. vni. § hæc autem omnia C. de cadu. toll.*
30 *Declaratur l. filiusf. 117. §. Diui primo ff. de leg. primo.*
31 *Declaratur l. cum pater. 79. § hæreditatem ff. de leg. 2.*

An ius accreſcendi locum habeat in fideicommiſſis.

Quæſtio Vigeſimaprima.

QVartum exemplum afferri poteſt in fideicommiſſis, de quibus etiam videndum eſt, nunquid recipiant ius accreſcendi. Et, ſi quidem ſpectemus id ius, quod olim obtinebat, ideſt, ius Digeſtorum, res videtur eſſe dubia, propterea, quod, licet in plerisque locis de fideicommiſſo tractaretur, nihilominus portio non capientis ſuppo-
1 nitur capienti accreuiſſe, † *vt in l. filiusf. 117. §. Diui, primo ff. de leg. primo l. cum quidam 24. l. vnum ex familia. 69. §. rogo, & l. cum pater. 79. §. hæreditatem, & §. libertis ff. de leg. 2 l. libertis. 4. in prin. verſ. ſed, etſi deceſſerit ff. de alim. leg. l. quidam. 6. §. vltim. cum 2. ll. ſeqq. ff. de reb. dub. & l. Plautius. 49. in prin. verſ. nam, & Diuus ff. ad l. Falcid.*

Sed verius, & certius eſt, in fideicommiſſis olim non habuiſſe locum ius accreſcendi,
2 † *vt ſcripſit Cuiac. in l. ſi duobus. 16. in l. ſi pluribus. 35. & in l. ſi quando. 112. §. hæres ff. de leg. primo, in d. l. vnum ex familia. 69. §. rogo ff. de leg. 2. in 19. lib. quæſt. Papin. & in l. mulieri, & Titio. 73 ff. de cond. & dem. in 32. lib. quæſt. eiuſd. Papin. & lib. 26. obſeru. cap. 29.* Nam hoc non obſcurè probāt *l. fin. §. Seio ff. de leg. 2. & l. vxorem 39. §. agri plagam ff. de leg. 3.* in quibus
3 † ideo partem, non totum capit coniunctus etiam coniuncto deficiente, quia de fideicōmiſſo tractabatur: Fuerat enim teſtatoris diſpoſitio concepta verbo, volo, quo fideicommiſſa relinqui moris fuit *§. vlt. Inſt. de ſing. reb. per fideic. rel. Vlpia. tit. 25. Inſt. §. verba, Et in propoſito conſiderat Cuiac. in d. l. mulieri, & Titio, noſq; diximus in 5. cap. q. 25. num. 60. vbi §. Seio interpretati ſumus, & dicemus etiam in hoc cap. q. 33. num. 42. vbi §. agri plagam interpretabimur.* Id ipſum probat *l. pater filium. 36. § fi-*
4 *lium. 36. §. filium ff. de leg. 3.* vbi Scæuola † de fideicommiſſo loquens ſcribit, pluribus vocatis ad eum, qui ſupereſſet virilem partem pertinere, ſignificans aliorum partes ei non accreſcere. Et ſanè, cum fideicommiſſum magnam haberet cum legato damnationis
5 ſimilitudinem, † ſcilicet, quia, vt dānationis legatum ad hæredis factum, ſeu dationem dirigebatur, cum ita conciperetur, hæres meus dato, hæres meus damnas eſto dare ita etiam ad grauati factum, ideſt reſtitutionem dirigebatur fideicommiſſum. Qua ratione fit, vt patificentur diſpoſitiones, quibus hæres dam-
6 natus, aut rogatus eſt dare, † *in l. non ad ea. 88. verſ. quod, ſi purè ff. de cond. & dem.* & per fideicommiſſum eædem res relinqui potuerint,
7 quæ, & per damnationem legari, † *vt ſcribit Vlp. tit. 25. Inſt. §. res per fideicommiſſum*, Et, ſi generaliter homo, vel alia res per fideicommiſſum fuiſſet relicta, electio eſſet hæredis,
8 † vt & in legato damnationis ſeruabatur † *l.*
9 *ſi ita ſit adſcriptum. 14. ff. de leg. primo, l. ſi ita relictum. 44. §. vlt. ff. de leg. 2. l. qui concubinam. 29. §. cum ita legatum ff. de leg. 3.* Denique, ſi diſiunctim per fideicommiſſum eadem res

T 4 fuiſſet

fuiſſet duobus relicta, vni danda eſſet res, al-
teri verò æſtimatio ad exemplum legati dā-
10 nationis, † *vt diximus in 5.cap q. 12. num. 37.*
& 40. Conſequens eſt, vt, quemadmodum in
legato damnationis non habebat olim locū
ius accreſcendi, *vt oſtendimus in q. præced. nu.*
25. ita etiam nō habuerit in fideicommiſſis,
11 † *vt conſiderat Cuiac. in d.l. ſi duobus. 16. & d.l.*
ſi pluribus. 33 & d.l. ſi quando 112. §. hæres, &
d.l. vnum ex familia. 69. §. rogo ff. de leg. 2. in 19.
lib. quæſt. Papin. & d. lib. 26. obſ. cap. 29.

Neque obſtant leges in contrarium addu-
12 ctæ, quia loquuntur † de fideicommiſſo pluri-
bus relicto collectiuè, puta liberis, vel liber-
tis, vel agnatis, cum alioquin nos loquamur
de fideicommiſſo duobus, aut pluribus reli-
cto copulatiuè: Magna enim eſt inter hæc
13 diſpoſitionum genera differētia: † Nam, vbi
copulatiuè diſpoſitio fit, partes in legato dā-
nationis, & fideicommiſſo cenſentur (inſpe-
cto iure vetere) enumeratione perſonarum
initio factæ, quod non euenit, vbi fit colle-
ctiuè, quia, cum perſonę ſint incertæ, neceſ-
ſariò debet expectari dies ceſſionis, vt intelli-
gamus qui ſint vocati: Quo fit, vt, ſi interim
aliqui moriantur, non faciant partem alijs,
ſed ſuperſtites intelligantur ad totam rē vo-
14 cati, † *vt declarat Cuiac. in d.l. vnum ex familia.*
69. *§. rogo ff. de leg. 2. in 19. lib. quæſt. Papin.* Quę
diſtinctio fit etiam in contractibus: nam, li-
cet in ijs regulariter non habeat locum ius
accreſcendi, quoties duo, vel plures copulati-
uè vocantur, locum tamē habet, quoties vo-
15 cantur collectiue, † *vt latè oſtendemus in hoc*
cap. q. 32. num. 35. & ſeqq.

Nec eſt contrarium, quod etiam in ſpecie
l. pater filium. 36. §. filiam ff. de leg. 3. vocatio
fuerit facta collectiuè, cum teſtator rem ad
vernas, id eſt domi natos libertos pertinere
voluerit, & tamen ſcripſit Scæuola, ad eum,
qui ſupererat, virilem tantum partem perti-
16 nere, quia reſpondeo, in eius legis ſpecie † te-
ſtatorem non vernas ſimpliciter vocaſſe, ſed
adiecisse illa verba, *quos hoc teſtamento nomi-*
naui, & hoc modo per relationem certas per-
ſonas demonſtraſſe, ideoq; perinde accipien-
dum, ac ſi nominatos copulatiuè ad fideicō-
miſſum inuitaſſet, *vt eleganter animaduertit*
Cuiac. in d.l. vnum ex familia. 69. §. rogo ff. de
leg. 2 in 19. lib. quæſt. Papin.

Minus obſtat, quod in ſpecie *d.l. quidam. 6.*
§. vlt. cum 2. ll. ſeqq. ff. de reb. dub. diſpoſitio
fuerit facta copulatiuè, & tamen locum ha-
buerit ius accreſcendi, quia reſpondeo, id ſin-
gulari quadam ratione factum eſſe: nam, quia
17 fuerat ibi † per fideicommiſſum relicta pars
virilis Titio, & poſthumo, & eo non nato nō
potuit ſciri, quæ pars ei relicta cenſeretur, pro-
pter incertum numerum poſthumorum, qui
naſci poterant, ideo propter hanc incertitudi-
nem receptum eſt, poſthumum non natum
non cenſeri partem Titio feciſſe, eaque ra-
tione totum ad Titium debuiſſe pertinere,
ſecundum ea, quæ diximus in 5. cap. q. 31. nu. 10.
& ſeqq. & q. 38. num. 75.

Planè, ſi teſtator poſt plures nominatos
hæc adiecisſet verba, *donec ad vnum res perue-*
18 *nerit*, vt fit in ſpecie † *l. Lucius Titius. 90. §. Lu-*
cius Titius ff. de leg. 2. magis eſt, vt etiam inſpe-
cto iure vetere debuerint partes deficientium
ad ſuperſtites pertinere, *vt voluit Cuiac. in d. §.*
rogo, ſed magis iure ſubſtitutionis, quam iure
accreſcendi, quia prædicta verba ſpeciē quā-
dam reciprocæ ſubſtitutionis continere vi-
dentur *l. codicillis. 34 in prin. ff. de vſufru. leg. &*
nos oſtendimus in 5. cap. q. 26. num. 14.

Denique non obſtat *l. Plautius. 49. in prin.*
verſ. nam, & Diuus ff. ad l. Falc. vbi, licet diſpo-
ſitio non fuiſſet facta collectiuè, nihilomi-
nus in ea locum habuit ius accreſcendi, quia
reſpondeo, multum referre, vtrum fideicom-
miſſum ſit relictum duobus, aut pluribus, an
verò vni tantum, puta ſeruo: Nam, ſi duobus,
quia enumeratione perſonarum partes fiunt
l. cui fundus. 55. verſ. nam, quamuis ff. de cond. &
dem. ideo fit, vt olim, nec in legato damna-
tionis, nec in fideicommiſſo, quod ei aſſimi-
latur, locum habuerit ius accreſcendi, *ſecun-*
dum ea, quę ſupra diximus, quęq: in his terminis
procedunt. At, ſi fideicommiſſum fuerit vni
tantum relictum, puta ſeruo, & ex eius perſo-
na debuerit ad plures peruenire, vt, quia ſer-
uus ſit, vel futurus ſit communis, ſi quidem
fideicommiſſum in omnium perſonis cōſti-
terit, vt, quia ſint omnes capaces, & vnus po-
ſtea repudiet; nec olim poterat, nec hodie po-
teſt eſſe locus iuri accreſcendi, quia, cum par-
tes fiant initio, conſequens eſt, vt etiam is, qui
non admittitur ad partem, faciat partem *l. &*
Proculo. 20. ff. de leg. 2. quæ in his terminis proce-
dit, vt oſtendimus in 5. cap. q. 40. num. 17. & ſeqq.
Si verò diſpoſitio initio non, niſi in vnius
perſona conſtiterit, vt, quia alter ex condomi
nis ſit hæres, cui a ſemet ipſo, nec legatum,
nec fideicommiſſum poteſt relinqui, tunc to-
tum debuit etiam olim ad ſocium pertinere,
ſiue per vindicationem, ſiue per damnatio-
nem, ſiue etiam per fideicommiſſum fuiſſet
facta diſpoſitio, *Et in his terminis procedit l.*
Plautius, in contrarium allegata, quia tunc, nec
inſpecta perſona ſerui potuerunt partes intel-
ligi factæ initio, cum vni tantum eſſet reli-
ctum legatum, nec inſpecta perſona domi-
norum, cum vnus tantum eſſet capax, & ſer-
uus communis eius tantum perſonam repræ-
ſentet, qui capax eſt, & in cuius perſona initio
conſiſtit diſpoſitio. Quamobrem ſeruus, vt
inſolidum ad rem vocatus ei ſoli debuit ac-
quirere, cui potuit, *ſecundum regulam l. proin-*
de 7 §. vlt. cum 2. ll. ſeqq ff. de ſtip. ſeru. & ea,
quæ latè diximus in d. q. 40. num. 11. & 3. ſeqq.

Sed hodie ſublato conſtitutione Iuſtinia-
ni legatorum per vindicationem, & per dam-
nationem diſcrimine *l. 1. C. commu. de legat. &*
§. ſed olim, Inſt. de legat. & ſimili modo ſubla-
to diſcrimine legatorum, & fideicommiſſo-
rum *l. 2. C. commu. de legat. & §. ſed non vſque*
Inſt. de legat. dubium non eſt, quin etiam in fi-
deicommiſſis locum habeat ius accreſcendi
19 † *d.l. vn. §. ſin autem aliquid ſub conditione, & §.*
vbi autem legatarij C. de cadu. toll. & in ſpecie de-
clarat Cuiac. in d. §. rogo, Et vera ſit eorum ſen-
20 tentia, qui id ſimpliciter tradiderunt, † *vt*
Bart. in l. ſi mihi, & Titio. 110. in prin. num. 3.
& ibi Imol. num. 1. ff. de verb. oblig. Bald. in d.l.
vn. §. vbi autem legatarij, in prin. C. de cadu. toll.
Io. Gaud. in d.l. re coniunctis, num. 70. Purp. conſ.
345. num. 2. & conſ. 372. num. 1. Ptreg. conſ. 52.
num. 19. vol. 1. Myns. in §. vlt. num. 1. Inſt. de
Orficia. Coſta de port. rat. q. 135. num. 14.

Sed,

Sed, quia fideicommiſſorum quædam vni-
21 uerſalia ſunt, quędam verò ſingularia † *l. vlt. §. ſin autem ſub conditione Cod. comm. de legat. l. vlt. C. de fideic. §. vlt. Inſt. de fideic. hæred. l. Paulus reſpondit 14. §. vltim. ff. de vſur. §. his igitur, Auth. de hæred. & Falc. coll. 1. & conſtat etiam ex tit. Inſt. de fideic. hæred. & ex tit. de ſing. reb. per fid. rel.* de ſingularibus quidem nulla eſt
dubitatio, quin ius admittant accreſcendi
22 † *d. l. vn. §. vbi autem legatarij C. de cadu. toll. & ſcribunt Curt. Iun. conſ. 259. num. 13. Rip. in d. l. re coniuncti, num. 179. & ibi Alcia. num. 49. Gomez. d. tom. 1. variar. reſolut. cap. 10. num. 38. Mantic. de con. vltim. vol. lib. 10. tit. 3. num. 1. Pereg. de fideic. artic. 9. num. 1. Craſſ. in §. ius accreſcendi q. 21. num. 2. verſ. contrariam, Men. conſil. 661. num. 4. Vin. deciſ. 406. num. 6.*

Cœterùm de vniuerſalibus magna ſolet
eſſe quæſtio, in duas potiſſimum diuiſa ſentẽ-
tias: Prima enim fuit exiſtimantium, in ijs ius
23 accreſcendi locum non habere, † *Qua fuit opinio Papien. in form. libell. quo agit. ex ſubſt. gl. vlt. num. 1. & Bert. conſ. 104. num. 8. qui verius eſſe profitetur, ut indiſtinctè locum non habeat ius accreſcendi in fideicommiſſis vniuerſalibus. Idem cenſuit Ant. Gou. de iur. accr. num. 22.* Mouen-
tur autem, vt ita ſentiant

Primo, quia ceſſat in fideicommiſſis vni-
24 uerſalibus iuris accreſcendi cauſa, † quæ eſt,
ne teſtator decedat pro parte teſtatus, & pro
parte inteſtatus, *vt tradunt omnes quos retulimus in 3. cap. q. 1. num. 1.* nam, licet portio fidei-
cõmiſſi deficiens coniunctio non accreſcat,
non tamen decedet teſtator pro parte teſta-
tus, & pro parte inteſtatus, quoniam illa por-
tio remanebit apud hęredem grauatum, qui
teſtati cauſam ſuſtinebit, *vt diximus in 5. cap. q. 41. num. 7.* Debet igitur in ijs ceſſare ius ac-
creſcendi *ex regula l. adigere. 6. §. quamuis ff. de iur. patro. & cap. cum ceſſante, de appellat.*

Secundo mouentur, quia ius ſingulare in
vno denotat ius commune in contrarium
l. ius ſingulare. 15. ff. de legib. Sed ſingulare eſt
in fideicommiſſario, qui coegit hęredem adi-
re, & reſtituere, vt recipiat etiam partes alio-
rum fideicommiſſariorum, qui ſibi hęredita-
tem reſtitui non petierunt, ne alioquin is, qui
coactus eſt adire, damnum aliquod ex adi-
25 tione patiatur † *l. 1. §. ſed & quoties l. coge 16. §. ſi quis hęres, §. Marianus, & §. idem Marianus, & §. ſi ſeruo, & l. ex aſſe. 28. ff. ad Trebell.*
Ergo regulariter, & ſic iure communi non
debet partes deficientium recipere.

Verùm his nõ obſtantibus verius eſt, quod
alij frequentiùs tradiderunt, habere ſcilicet
ius accreſcendi locum etiam in fideicommiſ
26 ſis vniuerſalibus. † *Ita enim cenſuerunt Bart. conſ. 53. num. 1. lib. 1. Bald. in d. l. vn. num. 13. & ibi Seb. Sap. nu. 48. Pic. in eiuſdem nu. 2. C. quand. non pet. part. Caſtr. in l. Lucius. 78. §. pater puerum, & §. quæ habebat ff. ad Treb. & conſ. 406. num. 1. verſ. contrarium, vol. 2. Ang. de Gamb. de teſta. gl. 42. num. 3. verſ. & ius accreſcendi & num. 4. verſ. & eſt ſciendum, Guidop. deciſ. 335. Alex. conſ. 109. num. 2. vol. 2. Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 206. & ibi Polit. num. 78. in fi. Rip. num. 179. Alcia. num. 49. Ioan. Gaud. num. 70. Soc. Sen. conſ. 94. in fi. volum. 4. Corn. conſ. 238. num. 3. vol. 2. Dec. conſ. 480. nu. 8. verſ. venio ad ſecundum, Curt. Iun. conſ. 83. num. 13. conſ. 262. num. 6. & conſ. 259. num. 10. & 13. Bertr. conſ. 128. num. 2. vol. 2. part. 1. conſ. 14. num. 2. vol. 2. part. 2. conſ. 271. num. 5. & conſ. 329. num. 6. vol. 3. part. 1. conſ. 318. num. 5. vol. 4. conſ. 83. num. 3. vol. 5. conſ. 28. num. 3. & 4. & conſ. 121. nu. 3. vol. 7. Pariſ. conſ. 25. num. 10. in fi. & num. 12. vol. 2. & conſ. 131. nu. 28. vol. 4. Seb. Sap. in l. teſtamento 6. num. 5. C. de impub. & al. ſubſt. Alcia. conſ. 21. num. 1. lib. 9. Purp. conſ. 180. num. 1. conſ. 345. num. 2. & conſ. 372. num. 1. Cagn. in rub. C. quand. non pet. part. nu. 54. verſ. maior, Zanch. in l. hęredes mei, 57. §. cum ita part. 2. num. 34. & part. 4. num. 488 ff. ad Treb. Crau. conſ. 316 ante num. 1. Nat. conſ. 323. num. 3. Bened. de Plumb. inter conſ. vlt. vol. conſ. 62. num. 2. & 6. verſ. & breuiter, vol. 1. Couar. in cap. Raynaldus §. 1. nu. 4. de teſta. Gomez d. tom. 1. varia. reſol. cap. 10. num. 23. Decia. conſ. 40. num. 10. vol. 1. Peral. in l. & Proculo 20. num. 24. ff. de leg. 2. Mantic. de con. vlt. vol. lib. 10. tit. 3. num. 1. Craſſ. in d. §. ius accreſcendi q. 21. num. 2. verſ. contrariam, Burſa. conſ. 71. n. 12. & conſ. 383. nu. 1. vbi loquitur de ſubſtitutione fideicommiſſaria, Pereg. de fideic. art. 9. nu. 8. & conſ. 52. nu. 12. vol. 5. Hond. conſ. 49. num. 73. vol. 2. Mago. deciſ. Flor. 52. num. 14. Men. conſ. 209. num. 12. conſ. 376. num. 31. conſ. 528. num 20. & 21. conſ. 661. nu. 4 & conſ. 1069. num. 23. Vin. d. deciſ. 406. num. 6. Gratia. cap. 533. diſcep. foren. num. 9. vbi pariter loquitur de ſubſtitutione fideicommiſſaria.* Et hoc, ſiue fi-
deicommiſſa ſint pura, ſiue conditionalia,
27 † *vt ſcribunt Bart. d. conſ. 53. num. 1. lib. 1. Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 206. Curt. Iun. d. conſ. 259. num. 1. Dec. d. conſ. 480. num. 8. verſ. venio ad ſecundum, Peralt. in d. l. & Proculo. 20. num. 24. ff. de leg. 2. Couar. in d. cap. Raynaldus §. 1. num. 4. Nat. d. conſ. 323. num. 3.* Probatur autem
hęc ſententia,

Primo ijs locis, in quibus indefinitè ſcribi-
tur, ius accreſcendi habere locum in fideicõ-
28 miſſis, † *vt in d. l. vn. §. ſin autem aliquid ſub conditione, & §. vbi autem legatarij C. de cad. toll.*
nam, cũ in definita oratio æquipolleat vni-
uerſali *l. ſi plures 96. ff. de leg. 3.* perinde eſt, ac ſi
dictum eſſet, habere locum in omnibus fidei-
commiſſis, & per cõſequentias etiam in vni-
uerſalibus.

Secundo probatur *eadem l. vn. §. hæc autem omnia C. de cad. toll.* nam ibi Iuſtinianus ait,
29 † ſe ſancire, vt omnia, quę in ſuperioribus le-
gis partibus diſpoſuit, locum habeant in om-
ni vltimo elogio, & conſequenter etiam in
fideicommiſſis vniuerſalibus. Sed inter cœ-
tera, quæ fuerunt in ſuperioribus diſpoſita,
potiſſimum eſt ius accreſcendi, *vti videre eſt in §. his ita definitis, & d. §. vbi autem legatarij,*
Ergo vult, id etiã in fideicommiſſis vniuerſa-
libus habere locum.

Tertio probatur *l. filiusf. 117. §. Diui primo, ff. de leg. primo,* vbi Martianus ſcribit, *eum, qui rogatus eſſet ſub conditione fratris ſui filijs reſtituere, ante diem fideicommiſſi cedentem, ne quidẽ ex voluntate eorum poſſe reſtituere ijs in poteſtate patris agentibus, cum poſſit die fideicommiſſi cedẽte ſui iuris conſtitutis ipſis debere reſtitui, vel, ſi aliquis ex ijs ante deceſſerit, non omnibus:* ex
30 quibus verbis apparet, † ſi plures ſint fidei-
commiſſarij, quibus ſub conditione reſtitui
debeat hæreditas, ſingulorum intereſſe, ne re-
ſtitutio fiat ante conditionis euentum, non
ſolum,

ſolum, quia poſſunt interim fieri ſui iuris,
quo caſu fideicōmiſſum ipſiſmet filijs acqui-
retur, ſed etiam, quia, ſi aliquis ex ijs ante de-
ceſſerit, quam dies fideicommiſſi cedat, non
omnibus erit hæreditas reſtituenda, quo caſu
coeterorum intereſſe non poteſt cōſiderari,
niſi ratione iuris accreſcendi, quia, cum ſoli
ſuperſint tempore, quo dies fideicommiſſi
cedit, ipſis ſolis hæreditas reſtitui debet. Om-
nimodo igitur etiam in fideicommiſſis vni-
uerſalibus locum habet ius accreſcendi.

Quarto probatur *l. cum pater. 79. §. hæredi-*
31 *tatē ff. de leg.* 2. vbi Papinianus ait, † cum pater
rogatus eſt hæreditatem reſtituere filijs ſuis,
vel, cui eorum voluerit, ſi moriatur nemine
electo, deberi totum fideicommiſſum ijs,
qui ſunt ſuperſtites tempore mortis. Ergo
coeterorum ante defunctorum portiones il-
lis accreſcunt, & per conſequentias, etiam
in fideicommiſſis vniuerſalibus eſt locus iu-
ri accreſcendi.

Neq; obſtant contraria: nam ad primum
reſpondeo, duos in hac re poſſe conſiderari
32 caſus, † quorum.

Primus eſt, quando fideicommiſſarij vni-
uerſales ſunt omnimodo diſiuncti. Et tunc
verum eſt, inter eos non habere locum ius
accreſcendi, *vt diximus in 5. cap. q. 41. num.* 6.
quia ceſſat cauſa, propter quam dicimus id
habere locum in hæreditatibus inter omni-
modo diſiunctos, *ε oſtendimus ibi num.* 7. Et
in his terminis procedit contrarium.

Secundus verò caſus eſt, quādo fideicom-
miſſarij vniuerſales ſunt coniuncti, vel re, &
verbis, vel re tantum, vel etiam (vt noſtris
communiter viſum eſt) verbis tantum, Et
tunc verius eſt, inter eos locum habere ius
accreſcendi, *vt ſcribunt omnes, quos retulimus*
ſupra nu. 26. quippe, qui de coniunctis loqũtur:
Nec enim in hoc caſu verum eſt, ceſſare cau-
ſam iuris accreſcendi, quoniam in legatis, &
fideicommiſſis eius cauſa non deducitur ab
illa regula, quæ vult, neminem poſſe decede
re pro parte teſtatum, & pro partem inteſta-
tum, ſed a vi, & natura coniunctionis, *vt dixi-*
mus in 3. cap q. 2. *num.* 1. & 2. Alioqnin, ne in-
ter legatarios quidem, & fideicommiſſarios
particulares locum haberet ius accreſcendi,
cum in ijs ceſſet prędicta ratio, *vt diximus*
in eod. 3. cap. q. 1. nu. 6. quod tamen perſpicuè
falſum eſt. Magis igitur eſt, vt data coniun-
ctione, & ſic data iuris accreſcendi cauſa de-
tur etiam ipſum ius accreſcendi, tam in fidei-
commiſſis vniuerſalibus, quam in particula-
ribus, quippe quorum idem ius eſt in materia
iuris accreſcendi, eademq; natura, *vt diximus*
in 4. cap. q. 3. num. 2. Contra verò data omni-
moda diſiunctione ceſſet, tam in his, quam
in illis ius accreſcendi, *vt diximus in 5. cap. q.*
33 41. *num.* 1. & 6. † *Et ita in ſpecie declarant Caſtr.*
in d. l. Lucius. 78. §. qua habebat ff. ad Treb. Seb.
Sap. in d. l. vn. num. 48. & ibi Pic. in eiuſdem num.
2. C. quand. non pet. part. Sap. in d. l. teſtamento.
6. num. 6 C. de impub. & al. ſub. Curt. Iun. d. conſ.
83. num. 13. & d. conſ. 259. num. 10. & 13. Alcia.
in d. l. re coniunctis, num. 49. & ibi Rip. num. 179.
Oagn. in d. rub. C. quand. non pet. par. num. 54.
verſ. maior, Perali. in d. l. & Proculo. 20. nu. 24.
ff. de leg. 2. Pereg. de fideico. d. artic. 9. nu. 1. Vin.
d. deciſ. 406. num. 7.

Ad ſecundum verò reſpondeo primo ſin-
gularitatem, quæ circa recipiendas deficien-
tium fideicommiſſariorum partes ibi conſi-
34 deratur, non habere locum in caſu, † quo fi-
deicommiſſarij ſunt coniuncti (recipiuntur
enim tunc iure communi) ſed tantum in ca-
ſu, quo, vel ſunt omnimodo diſiuncti, vel ex
diſpoſitione teſtatoris debuit pars tantum
hæreditatis reſtitui: nam tunc, ne cogatur hę-
res inuitus ſubire onera hęreditaria ratione
aliarum partium, receptum eſt, vt, ſi fideicō-
miſſarius partis hæreditatis deſideret, eam
adiri ſuo periculo, debeat totam hæredita-
tem recipere, *d. l. cogi. 16. §. ſi quis hæres ff. ad*
Trebell.

Secundo reſpondeo dato etiam, quod illa
ſingularitas poſſet conſiderari in fideicom-
miſſario coniuncto non tamen in eo conſi-
ſtere, vt aliorum partes vacantes vindicare
poſſit, ſed, vt inuitus eas ſuſcipere cogatur,
35 † ne grauatus ex aditione coacta ſentiat ali-
quod incommodum, *vt in d. l. cogi. 16. § idem*
Maianus. ff. ad Treb. nam hoc eſt ſingulare,
quia regulariter partes legatorum, aut fidei-
commiſſorum volentibus, non etiam inuitis
coniunctis accreſcunt *l. vn. §. vbi autem lega-*
tarij C. de cad. toll. & nos latè dicemus in 8. cap.
q. 8. num. 26.

Hinc intelligimus, in materia iuris accre-
ſcendi non eſſe conſtituendam differentiam
inter fideicommiſſa vniuerſalia, & parti-
cularia, nec inter legata, & fideicommiſſa,
ſed, quæ cunq; de legatis diximus *in q. præced.*
cenſeri debere etiam in fideicommiſſis, cum
vniuerſalibus, tum particularibus repetita.
Et hæc de fideicommiſſis.

SVMMARIVM.

1 *Donatio cauſa mortis in multis participat de na-*
tura contractuum, & in quibus, num. ſeqq.

2 *Donatio cauſa mortis non fit, niſi præſenti.*

3 *Legata, & fideicommiſſa etiam abſentibus relin-*
qui poſſunt.

4 *Filiusfa. non poteſt legatum, aut fideicommiſſum*
relinquere.

5 *Filiusf. poteſt patre permittente donare cauſa*
mortis.

6 *Donatio cauſa mortis annua una eſt.*

7 *Stipulatio annua eſt una.*

8 *Legata annua tot ſunt, quot anni.*

9 *Ius accreſcendi locum habet in donatione cauſa*
mortis.

10 *Declaratur l. un. §. hæc autem omnia C. de cadu.*
tollend.

11 *Donatio cauſa mortis participat de natura con-*
tractuum, & ultimarum uoluntatum.

12 *Donatio cauſa mortis ferè in omnibus compara-*
tur legatis.

13 *Donatio cauſa mortis connumeratur inter ulti-*
mas uoluntates.

14 *Donatio cauſa mortis non requirit inſinuationē.*

15 *Falcidia detrahitur de donationibus cauſa mortis*

16 *Donatio cauſa mortis extinguitur præmoriente*
donatario.

17 *Donatio cauſa mortis in quibus differat a legatis,*
& num. ſeqq.

An

An ius accreſcendi locum habeat in donationibus cauſa mortis.

Quæſtio Vigeſimaſecunda.

QVintum exemplum earum diſpoſi-
tionum, quæ in dando conſiſtunt,
afferri poteſt in donatione cauſa
mortis, in qua dubitari ſolet, an locũ habeat
ius accreſcendi. Dubitatio autem naſcitur
ex eo, quia huiuſmodi donatio in multis par-
1 ticipat de natura contractuum: † Primum
enim exemplo ſtipulationis non fit, niſi inter
2 præſentes † *l. inter mortis. 38. in prin. ff. de mort.*
cauſ. dona. cum alioquin legata, & fideicom-
3 miſſa etiam abſentibus relinqui poſſint † *l.*
miles. 77. in prin. ff. de leg. 2. §. vlt. Inſt. de hered.
inſtit. Secundo verò filiusf. qui legatum, vel
4 fideicommiſſum relinquere nõ poteſt † *l. 1. §.*
1. ff. de leg. 3. exemplo contractuum mortis
cauſa donare poteſt, ſaltem patre permitten-
5 te † *l. tam is, 25. §. 1. ff. de mort. cauſ. don.* Tertio
demum annua donatio facta cauſa mortis
6 vna eſt † *l. ſenatus. 35. §. vlt. ff. de mort. cauſa. do-*
7 *nat.* vt vna eſt annua ſtipulatio † *l. ſi Stichum.*
16. §. 1. ff. de verb. oblig. cum alioquin annua
8 legata tot ſint, quot anni † *d. l. ſenatus. 35. §.*
vlt. d. l. ſi ſtichum. 16. §. 1. & dicemus etiam in 10.
cap. q. 11. num. 28. Cum igitur in contractibus
regulariter non habeat locum ius accreſcen-
di, *vt oſtendemus in hoc cap. q. 32. num. 10. &*
ſeqq. Conſequens videtur, vt nec in mortis
cauſa donatione locum habere debeat.

Sed hoc non obſtante verius, & receptius
eſt, ius accreſcendi etiam in mortis cauſa do-
9 natione habere locum. † *Ita enim ſcripſerunt*
Bart. in l. ſi mihi, & Titio. 110. in prin. num. 2.
& ibi Imol. num. 1. Caſt. num. 2. Alex. num. 8.
Iaſ. num. 8. Alcia. num. 14 Zaz. num. 13. verſ. 4.
fallit ff. de verb. oblig. Bart. in d. l. re coniunctis,
num. 70. & ibi Iaſ. num. 251. Crott. num. 146.
Rip. num. 232. vbi teſtatur, hanc eſſe communem,
& Io. Gaud. num. 8. in fi. Bart. in l. cum hi. 8. in
prin. num. 2. & ibi Caſtr. num. 7 ff. de tranſact.
Bart. in l. vn. §. hæc autem omnia, num. 1. C. de
cad. toll. & in l. illud. 37. in prin. nu. 1 ff. de mort.
cauſ. donat. & conſ. 58. num. 2. lib. 1. Bald. in l. vn.
num. 35. & ibi Io. Gut. num. 27 & 28. C. quand.
non pet. part. Bald. in l. 2. verſ. in iure verò, & ibi
Caſtr. num. 9. Imol. & Alex. num 9. verſ. in alia,
Iaſ. num. 20. ff. de leg. primo, Bald. in d. l. vn. §.
tum autem, ante num. 1. C. de cad. toll. in cap. 1. §.
&, quia vidimus, num. 4. De his, qui feud. dar.
poſſ. & in cap. 1. in prin. num. 1. De duob. fratr.
de nou. ben. inueſt. & conſ. 280. num. 2. verſ. præ-
terea vol. 3. Ang. de Gamb. de teſta. gl. 42. num. 4.
verſ. & eſt ſciendum, & gl. 100. num. 7. Rollan-
din. de don. cauſ. mort. rubr. 1. num. 19. Gul. Ben.
in d. cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine
Adelaſiam. num. 148. verſ. 5. Ruin. conſ. 28. nu.
1. vol. 2. Dec. conſ. 662. num. 2. Chaſſa. conſ. 51.
num. 4. Io. Fich. lib. 9. recep. ſent. in verſ. ius accre-
ſcendi, Gomez. tom. 1. varia. reſol. cap. 10. num.
7. Molin. de Iuſt. & iur. diſpu. 283. num. 7. tom.
2. Duar. lib. 1. de iur. accr. cap. 16. Mynſ. in §.
vlt. nu. 1. Inſt. de Orfitia. Mantic. de con. vlt. vol.
lib. 1. tit. 14. num. 2. Craſſ. in d. §. ius accreſcendi,
q. 26. Ruſtic. ad l. cum auus. 101. lib. 3. cap. 18. nu.
59. Quod non obſcurè probat *l. vn. §. ſin autẽ*
aliquid ſub conditione C. de cad. toll. vbi, cum
10 Iuſtinianus ſcripſiſſet, † ſi pendente conditio-
ne deceſſerit vocatus, eius portionem ad ſub-
ſtitutum, vel coniunctum pertinere, & ſic ac-
creſcere, ſubijcit, *cum certi iuris ſit, & in inſti-*
tutionibus, & legatis, & fideicommiſſis, & mortis
cauſa donationibus poſſe ſubſtitui, nam his ver-
bis oſtendit, ſe in præcedentibus, etiam de
donatione cauſa mortis ſenſiſſe, quia alio-
quin fruſtra de ea locutus eſſet in ratione. Et
quamquam non loquatur, niſi de ſubſtitutio-
ne, ſufficit tamen hoc, vt intelligamus, dictũ
præcedens etiam ad donationes cauſa mor-
tis pertinere. Idipſum probat *eadem l. vn. §.*
hæc autem omnia C. de cad. toll. vbi Iuſtinianus
ait, in donationibus cauſa mortis habere lo-
cũ omnia, de quibus ſupra locutus eſt. Cum
igitur in ſuperioribus, & ferè in tota illa con-
ſtitutione locutus ſit de iure accreſcendi, Cõ-
ſequens eſt, vt id etiam in donationibus cau-
ſa mortis locum habeat.

Et ſanè, licet donatio cauſa mortis mixtũ
videatur eſſe genus participans de natura cõ-
11 tractuum, & vltimarum voluntatum † *§. 1.*
Inſt. de donat. & in ſpecie declarant Bald. in l. hac
conſultiſſima. 8. nu. 7. verſ. tamen C. qui teſt. fac.
poſſ. Caſtr. in d. l. 2. num. 4. ff. de leg. primo, Alex.
conſ. 116. num. 10. vol. 2. & conſ. 76. num. 13. vol.
5. Pariſ. conſ. 97. num. 4. vol. 3. Nat. conſ. 473.
num. 18. Roll. conſ. 82. num. 20. vol. 1. Surd. conſ.
71. num. 11. Ruſtic. in d. l. cum auus lib. 3. cap. 18.
num. 54. In vniuerſum tamen magis vltimis
voluntatibus, quam contractibus æquipara-
tur, cum in omnibus, aut ſaltem ferè in om-
12 nibus dicatur legatis comparari † *l. Marcel-*
lus. 15. §. 1. l. illud. 37. in prin. ff. de mort. cauſ. don.
l. vlt. C. eod. §. 1. Inſt. de donat. Quamobrem
cenſetur vltima voluntas, & inter vltimarum
13 voluntatum ſpecies connumeratur † *d. l. vlt.*
C. de mort. cauſ. donat. & ſcribunt Alex. conſ. 53.
num. 9. vol. 7. Dec. d. conſ 662. nu. 2. eaq; ratione
14 inſinuationi nõ ſubijcitur † *vlt. C. de don. cauſ.*
15 *mort.* Falcidiam patitur † *l. cum pater. 79. § co-*
rum ff. de leg. 2. l. ſi mortis. 5. C. ad l. Falc. l. ubi ita
donatur. 27. ff. de mort. cauſ. don. l. 1. §. ſi quis ex
mortis ff. quo. lega. & extinguitur præmoriente
16 donatario † *l. ſi ij, qui. 26. l. Seia. 42. in prin. ff. de*
mort. cauſ. don. §. 1. Inſt. de donat. & id genus
alijs iuribus cenſetur, quæ ſunt propria vlti-
marum voluntatum. Nil mirum igitur, ſi &
in iure accreſcendi ſecundum earum naturã
reguletur. Deniq; cum ius accreſcendi ex-
preſsè non connumeretur inter caſus, in qui-
bus donatio cauſa mortis differt a legatis,
17 † *ut ait Bart. in d. l. re coniunctis, num. 69. & uide-*
re eſt apud gl. in d. §. 1. in uerb. ferè legatis, quæ ca-
ſus omnes recenſet, Conſequens eſt, vt in hoc
debeat ſecundum naturam legatorum regu-
lari, ſcilicet, quia generaliter verum eſt, huiuſ
modi donationem in ijs omnibus compara-
ri legatis, in quibus non reperitur expreſſim
18 conſtituta differentia, † quia alioquin fruſtra
Iuſtinianus conſtituiſſet, vt per omnia legatis
compararetur *in d. l. ult. Cod. de don. cauſ. mort. &*
in d. §. 1. Inſt. de dona. ſi non intelligeretur cõ-
parata, niſi in his caſibus, qui ſunt in iure ex-
preſſi, quoniam, & ante Iuſtinianum in illis
erat ſimilis legatis *d. §. 1. Inſt. de donat.* Vt igi-
tur

Digitized by Google

tur aliquid per Iuſtiniani conſtitutionem eſ-ſcatur inductum, fatendum eſt, cenſeri donationem cauſa mortis legatis comparatam in ijs omnibus, in quibus expreſsè non reperitur comparata contractibus, & a legatis diſtincta. Quo fit, vt, quęcunq; de legatis diximus *in q.20.* debeant intelligi dicta, & de donationibus cauſa mortis, ne fruſtra cogamur hic omnia repetere, quæ latiùs ibi commemorauimus.

SVMMARIVM.

1 *Donatio inter virum, & vxorem, aut patris in filium, quem habet in poteſtate, non valet, ſed morte confirmatur.*
2 *Ius accreſcēdi an locum habeat in donationibus, quæ morte confirmantur, diſtingue, vt ibi, & num. 3. & cur, num. 4. & ſeqq.*
4 *Donationes, quæ non valent, ſed expreſſim in teſtamento confirmantur, non continent nouam diſpoſitionem.*
5 *Donationes, quæ non valent, ſed expreſſim in teſtamento confirmantur, cenſentur vltimæ voluntates & ſecundum earum naturam, & iura regulantur.*
6 *Donationes, quæ ſola morte confirmantur, non cenſentur iure vltimarum voluntatum, ſed iure contractuum.*
7 *Donationes quæ confirmantur teſtamento, qualiter diſtinguantur ab ijs, quæ confirmantur morte & num. ſeqq.*
8 *Falcidia quādo detrahatur de donationibus, quæ morte confirmantur.*
9 *Inſinuatio non requiritur in donationibus cauſa mortis.*
10 *Inſinuatio requiritur in donatione inter viuos.*
11 *Donationes, quæ morte confirmantur, an, & quādo debeant inſinuari.*

An ius accreſcendi locum habeat in donationibus, quæ morte confirmantur.

Quæſtio Vigeſimatertia.

SExtum exemplum afferri poteſt, in donationibus, quæ inter viuos factæ non valent, ſed morte confirmantur, vt ſunt donationes inter virum, & vxorem, vel, quas parentes conferunt in filios, quos habent in
1 poteſtate † *l. donationes quas parentes. 25. C. de don. int. vir. & vxo.* In his autem, an locum habeat ius accreſcendi, ſi quæramus, puto diſtinguendum; Aut enim huiuſmodi donationes fuerunt expreſſim teſtamento, vel codicillis confirmatæ, Et in eis locum habebit
2 ius accreſcendi † *Ita enim accipiendi ſunt, qui ſimpliciter ſcripſerunt, ius accreſcendi habere locum in donationibus, quæ morte cōfirmantur, vt Gomez. tom. 1. varia. reſol. cap. 10. num. 6.* Aut verò non expreſſim, ſed ſolo donatoris ſilentio fuerunt confirmatæ, Et tunc verius eſt, in
3 eis non habere locum ius accreſcendi. † Cuius diuerſitatis ratio eſt, quia, quando fuerunt expreſſim confirmatæ, licet non contineant
4 nouam diſpoſitionem † *l. ex verbis. 14. C. de don. int. vir. & vxo.* cenſentur tamen vltimæ voluntates, & ſecundum earum naturam, &
5 iura regulantur, † vt probant illa verba, *quando fideicommiſſi partibus funguntur*, quæ leguntur, *in l. in donationibus. 12. C. ad l. Falcid.* Vnde, quia de natura vltimarum voluntatū eſt, vt recipiant ius accreſcendi *d. l. vnic. §. hæc autem omnia C. de cad. tollend. & nos diximus in hoc cap. q. 18. num. 7.* fit, vt etiam in huiuſmodi donationibus locum id habere debeat. At, quando non expreſſim, ſed morte tantū confirmatæ intelliguntur, non, vt poſtremæ vo-
6 luntates, ſed, vt contractus æſtimantur. † Vnde, quia in contractibus regulariter non habet locum ius accreſcendi, *vt oſtendemus in hoc cap. q. 32. num. 10. & ſeqq.* fit, vt neq; in huiuſmodi donationibus locum habere poſſit. Quę diſtinctio fit etiam in alijs iuris articulis,
7 † *vt videre eſt apud Bart. in l. ſi quando. 112. in prin. num. 3. ff. de leg. primo:* Nam de donationibus, quæ expreſſim fuerunt confirmatæ, detrahitur Falcidia, de ijs verò, quæ ſola morte
8 confirmatæ ſunt, non detrahitur † *d. l. in donationibus. 12. Cod. ad l. Falc. & ſcribit Craſſ. in §. Falcidia, q. 8. num. 2.* Et inſinuatio, quæ non in
9 donationibus cauſa mortis † *l. fin. Cod. de don. cau. mort.* ſed in donationibus inter viuos eſt
10 neceſſaria † *l. lata. 27 l. ſancimus. 34. in prin. C. de donat. §. alia, verſicul. & cum retro, Inſtit. eod.* requiritur in ijs donationibus, quæ ſola morte confirmantur, non etiam in ijs, quas defun-
11 ctus expreſsè cōfirmauit † *d. l. donationes quas parentes 25. verſ. ſi vero C. de don. int. vir. & vx.*

SVMMARIVM.

1 *Mortis cauſa capio non eſt diſpoſitio.*
2 *Mortis cauſa capi quid dicatur, & cur ita dicatur num. 3.*
4 *Ius accreſcendi locum habet in mortis cauſa capione, Sed contra num. 9. Diſtingue tamen, vt num. 21. & ſeqq. & num. 29 & ſeqq.*
5 *Declaratur l. 2 baſi. 41. §. Stichus ſeruus ff. de fideic. libert. & num. 15. & ſeqq.*
6 *Declatur l. ſi duobus. 23. ff. de cond. & dem. & num. 27.*
7 *Declaratur l. cum hæres. 4. §. ſi duobus ff. de ſtatulib. & num. 28.*
8 *Mortis cauſa capio eſt vltima voluntas, Declara, vt num. 31.*
10 *Declaratur l. pen. §. 1. ff. de cond. & dem.*
11 *Perſonis certis quæ deferuntur, ad alios transferre non poſſunt.*
12 *Mortis cauſa capio confertur in certas perſonas.*
13 *Mortis cauſa capio eſt facti.*
14 *Conditio voluntaria debet impleri in forma ſpecifica.*
23 *Hæredis mentio a teſtatare facta poſt expreſſum nomen proprium, quid operetur, & num. ſeqq.*
31 *Ius accreſcendi in quibus vltimis voluntatibus locum habeat.*

An

An ius accreſcendi locum habeat in mortis cauſa capionibus.

Quæſtio Vigeſimaquarta.

SEptimum exemplum afferri poteſt in mortis cauſa capione, quę, licet propriè
1 loquendo non ſit diſpoſitio, † cum ij, qui mortis cauſa capiunt, non ſint, niſi in cõditione, quæ diſpoſitionem nõ inducit. Qua ratione dicimus, eos non eſſe legatarios *l. ſi quis ſub conditione dandorum. 8. ff. ſi quis om. cauſ. teſt.* quia tamen & ipſa commodum, & emolumentum affert, ideo non debet ab ijs diſpoſitionibus ſeparari, quæ in dando conſiſtunt. Dicitur autem mortis cauſa capi, quod conditionis implendæ cauſa ſoluitur
2 † *l. id autem. 75. ff. ad l. Falc. l. qui pretio. 8. verſ. nam, & quod, & l. inter mortis. 38. ff. de mort. cauſ. donat.* Nam ſolui dicitur habito reſpectu ad eum, qui cõditionem implere debet, capi verò habito ad eum, in cuius perſona debet impleri conditio. Sed illo quidam reſpectu conditio continet onus, & in materia iuris accreſcendi pertinet ad illam quæſtionem, quam proponemus *in hoc cap. q. 28. nu. 1. & ſeqq.* an ſcilicet in onere conditionis locũ habeat ius accreſcendi, Hoc verò reſpectu cõtinet emolumentum, & pertinet ad quęſtionem in hoc loco propoſitam: Dicitur autem
3 capio, quia, † quod ſoluendum eſt, non poteſt peti, cum (vt dictum eſt) conditio non inducat diſpoſitionem, & per conſequẽtias nullam in conditione poſitis actionem, ſeu petitionem patiat, ſed tantum poteſt capi, ſi ſub conditione vocatus voluerit implere cõditionem, & ſoluere.

In hac autem mortis cauſa capione an locum habeat ius accreſcendi, ſi conditio in perſona duorum, aut plurium ſit implenda, & vnus eorum capere nolit, aut non poſſit, quæri ſolet. Fuerunt autem in hac re duæ noſtrorum Interpretum ſententię, Prima exi-
4 ſtimantium, habere locum. † *Quæ fuit opinio Bart. in l. ſi mihi, & Titio. 110. in prin. nu. 3. & ibi Caſtr. num. 2. ff. de verb. oblig. Bart. conſ. 58. num. 2. lib. 1. Bald. conſ. 280. num. 2. verſ. præterea, vol. 3. Ang. in l. vn. §. quæ autem num. 1. C. de cad. toll. Ang. de Gamb. conſ. 35. num. 8. Caſtr. in l. eum hi. 8. in prin. num. 7. ff. de tranſ. Alex. conſ. 109. num. 13. vol. 7. & Duar. lib. 1. de iur. accreſ. cap. 16.* Mouentur autem, vt ita ſentiant

Primo *l. Thais. 41. §. Stichus ſeruus ff. de fid.*
5 *libert.* vbi, † cum teſtator ita ſcripſiſſet, *Stichus ſeruus meus, iubeo, vt det, prę ſtet, & filię, & vxori meæ hæredibus meis ſine vlla controuerſia tot aureos, & vt ipſum manumittant, fidei eorum committo*, & vxor ab hæreditate mariti ſe abſtinuiſſet, ideoq; eſſet quęſitum, an tota ſumma eſſet filię pręſtanda, Reſpondit Scæuola, *filiæ, quæ hæres ex aſſe extitiſſe proponeretur, pro ſolido dandum*, & hoc modo ſupponit, partẽ, quę erat ſoluenda vxori, accreuiſſe filiæ. Habet igitur etiam in mortis cauſa capione ius accreſcendi locum.

Secundo mouentur *l. qui duobus. 23. ff. de cond. & demon.* vbi Iulianus, *Qui duobus hæredibus decem dare iuſſus eſt, & fundum ſibi habere*, inquit, *verius eſt, vt conditionem ſcindere non poſſit, ne etiam legatum ſcindatur. Igitur, quamuis alteri quinq; dederit nullã partem fundi vindicabit, niſi alteri quoq; adeunti hæreditatem reliqua quinq; numerarit, aut illo omittente hæreditatem, ei, qui ſolus adierit hæreditatem, tota decẽ*
6 *dederit*, quibus verbis ſignificat, † partem dimidiam, quæ conditionis implendę cauſa erat ſoluenda cohęredi, qui repudiauit, accreſcere alteri, qui adiuit. Habet igitur etiam in mortis cauſa capione locum ius accreſcendi.

Tertio facit *l. cum hæres. 4. §. ſi duobus ff. de ſtatul.* vbi Paulus. *Si duobus decẽ datis liber eſſe iuſſus ſit*, inquit, *& vnus quinq; accipere noluerit, melius eſt, dicere poſſe eum eadem quinq; alteri offerentem ad libertatem peruenire.* Itaq; ſignifi-
7 cat, † partem, quã vnus ex coniunctis capere non vult, alteri coniuncto accreſcere, & per conſequentias, etiam in mortis cauſa capione ius accreſcendi habere locum.

Quarto videtur hęc pars ea ratione confirmari, quia ius accreſcendi locum habet in omni vltima voluntate *l. vn. §. hęc autem omnia C. de cad. toll. & nos diximus in hoc cap. q. 18. num. 7.* Sed etiam mortis cauſa capio vltima
8 voluntas eſt † *l. pen. C. ad l. Falc. & ſcribunt Duar. d. lib. 1. de iur. accr. cap. 16. & Mantic. de con. vlt. vol. lib. 1. tit. 14. num. 1.* Ergo etiam in ea locum habebit ius accreſcendi.

Verum his non obſtantibus contraria ſentẽtia verior eſt, & receptior, non habere ſcilicet in mortis cauſa capione ius accreſcendi
9 locum; † *Fuit hęc ſententia Imol. in d. l. ſi mihi, & Titio. 110. in prin. nu. 1. verſ. ſed attende & ibi Alex. num. 9. Iaſ. num. 8. verſ. 7. Zaz. num. 2. ff. de verb. oblig. Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 252. & ibi Crott. num. 147. Rip. num. 232. ubi teſtatur hanc eſſe communem, Alcia. num. 15. Io. Gaud. num. 8. in fi. Io. Guter. in l. un. num. 29. uerſ. ſed prædictis C. quand. non pet. part. Ruin. conſ. 204. num. 5. uol. 1. Mantic. de con. ult. uol. lib. 1. tit. 14. num. 3. Pereg. conſ. 52. num. 19. uol. 1.* Probatur autem hæc ſententia.

Primo *l. pen. §. 1. ff. de cond. & dem.* vbi Pomponius, *Si Symphoro, & Ianuario centum Titius præſtiterit*, inquit, *fundum ei lego, Symphoro mortuo, an legatum perijſſet. Sed hoc quoq; ſic puto interpretandum, ut, ſi, dum quiſq; eorum uiuet, præſtitiſſet. Sed benigna interpretatione dicendum, ſi non poſt moram Titij Symphorus deceſſit, partem dimidiam Ianuario dantem, partẽ fundi dimidiam legatarium eſſe conſecuturum*,
10 quibus verbis ſignificat, † conditionem, quæ ſecundum verba teſtatoris in perſona duorum impleri debet, ita intelligi, ſi vterq; viuat, & ideo alterutro defuncto nõ poſſe eam in perſona ſuperſtitis impleri; Quinimo ſtricta ratione totũ legatũ cenſeri defeciſſe, quia conditio pro parte impleri nequit, ſed benigna interpretatione receptum eſſe, vt legatarius pręſtando dimidiam pecunię partem ſuperſtiti, dimidiam quoq; partem legati conſequi poſſit. Itaq; habet in confeſſo, partem, quæ erat ſoluenda defuncto, non poſſe ſolui ſuperſtiti, & per conſequentias in mortis cauſa capione locum non habere ius accreſcendi.

Secundo probatur, quia, quæ conferuntur in certas perſonas, ad alios tranſire nullo mo

do

11 do poſſunt † §. ſoluitur Inſt. de ſociet. l. ſi ita expreſſum. 68. ff. de cond. & dem. Sed mortis cauſa
12 capio conſertur in certas perſonas † l. cum ita datur. 93. ff. de cond. & dem. & ſcribit Mantic. d. lib. 1. tit. 14 num. 3. Non poterit igitur de vna perſona in aliam tranſire.

Tertio probatur, quia ius accreſcendi non habet locum in iis, quæ ſunt facti, vt diximus in hoc cap. q. 41. Sed mortis cauſa capio dicitur
13 eſſe facti † l. qui hæredi. 44. in prin. ff. de cond. & dem. & in propoſito ſcribit Pereg. d. conſ. 52. nu. 19. vol. 1. Non habebit igitur in ea ius accreſcendi locum.

Quarto probatur, quia conditio volunta-
14 ria debet impleri in forma ſpecifica † d. l. qui hæredi. 44. in prin. & l. Mæuius. 54. ff. de cond. & dem. Sed forma ſpecifica eſt, vt in ſingulorum perſona, non, niſi pro parte ſolutio fiat propter diuiſionem initio factam ſaltem tacitè l. non ad ea. 88. ff. eod. Non poterit igitur in perſona vnius tota pecunia ſolui.

Neq; obſtant contraria: nam ad primum variæ ſolent reſponſiones afferri: Etenim in
15 primis reſpondent nonnulli, ideo ibi † locū eſſe iuri accreſcendi, quia conditio dandi fuerat adiecta libertati, quæ, tamquam indiuidua pro parte præſtari non poterat l. ſi pariter 9. in fi. ff. de lib. cauſ. & ideò ſeruus, vt inſolidum libertatem conſequebatur, ita etiam inſolidum conditioni parere debuit: Aliud verò dicendum eſſe, quando conditio apponitur rei diuiduę, puta fundo, vel id genus aliis rebus: nam tunc, quia pro parte legatum præſtari poteſt, ideo etiam pro parte impletur conditio. Ita reſpondent Imol. in d. l. ſi mihi, & Titio. 110. in prin. num. 1. verſ. ſed attende, & ibi Alex. num. 9. verſ. vel reſponde, Iaſ. num. 8. verſ. 7. ff. de verb. oblig. Io. Gutter. in d. l. vn. num. 29. verſ. ſed prædictis Cod. quand. non pet. part. Mantic. d. lib. 1 tit. 14. num. 3.

Verùm hæc reſponſio, licet in ſe vera ſit, vt poſtea oſtendemus, non tamen tollit diffi-
16 cultatem, quæ naſcitur ex d. §. Stichus, quia, † licet non tractaretur de libertate, ſed de re diuidua, puta fundo, adhuc tamen idem in ſpecie d. l. eſſet ſtatuendum, vti conſtat ex d. l. qui duobus. 23. ff. de cond. & dem.

Quamobrem alii ſecundo loco reſpondēt,
17 diſtinguendo, † Aut is, qui conditionem implere debet, totum conſequitur emolumentum, Et tunc debet etiam totum conditionis onus ſubire, vt in d. §. Stichus, eaq; ratione locum habebit in mortis cauſa capione ius accreſcendi: Aut verò nō conſequitur, niſi partem emolumenti, Et tunc verius eſt, cum nō debere pręſtare, niſi partem oneris, vt in d. l. pen. Ita reſpondent Crott. in d. l. re coniunctis, nu. 147. Alcia. in d. l. ſi mihi, & Titio, nu. 15. Mantic. d. lib. 1. tit. 14. num. 3.

Sed neq; hæc reſponſio tollit dubitationē
18 propoſitam, quia, † vt legatarius totū emolumentum conſequatur, pendet ab eo nunquid tota conditio poſſit in perſona ſuperſtitis impleri: nam, ſi poteſt, totum emolumentum legatarius conſequetur, quaſi in totum impleta conditione; Cœterùm, ſi pro parte tantum impleri poſſit, non, niſi partem emolumenti conſequetur. Itaque non ab emolumento debemus ad conditionis implementum argumentari, ſed contra, quoniam illud eſt conſequens, hoc verò antecedens.

Tertio igitur reſpondent alii, ideo totam pecuniam hæredi ſuperſtiti præſtandam eſſe
19 in ſpecie d. §. Stichus, quia, † cum ſoluatur in recompenſationem oneris manumittendi, & id onus inſolidum remaneat apud hęredem ſuperſtitem, cum ſeruus ſit hæreditarius, ratio poſtulat, vt, qui inſolidum grauatur, inſolidū etiam percipiat emolumentum. Ita Io. Guter. in d. l. vn. num. 29. verſ. difficultas C. quand. non pet. part.

Verùm hæc reſponſio merito fuit ab Alex. in d. l. ſi mihi, & Titio, num. 9. verſ. & iſta reſpon-
20 ſio, improbata, † quia pecunia, quam pręſtat ſtatuliber, non recompenſationis, ſed implēdæ conditionis cauſa ſolui dicitur. Alioquin, ſi cauſa recompenſationis, non poſſet ſeruus ad libertatem vnquam peruenire, niſi ſoluta pecunia, quod tamen plerumque falſum eſt l. cum ita datur. 93. in fi. ff. de cond. & dem.

Quamobrem verius eſt, in hac re diſtin-
21 guendum eſſe, † Aut conditio debet impleri in perſona eorum, qui non ſunt hæredes, Et In hoc caſu procedunt ea, quę diximus, vt ſcilicet vno ex iis deficiente, non poſſit in alterius perſona tota conditio impleri, & conſequenter, vt non habeat locum ius accreſcendi. Aut verò conditio debet impleri in perſona hæredum, Et tunc verius eſt, ſi vnus ex iis deficiat, puta repudiet hæreditatem, aut viuo teſtatore moriatur, totam conditionem in perſona ſuperſtitis implendam eſſe. Ita diſtinguunt Imol. in d. l. ſi mihi, & Titio, num. 1. verſ. ſed attende, & ibi Alex. num. 9. verſ. non obſtat, Iaſ. num. 8. verſ. 7. Zaſ. num. 2. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & vxorem. Adel. nu. 149. Dnar. d. lib. 1. de iur. accr. cap. 16. Mantic. d. lib. 1. tit. 14 num. 3. Et videtur fuiſſe de mente Bald. in d. l. vn. num. 22. C. quand. non pet. part. Et de hoc caſu loquuntur leges in contrarium allegatæ in primo, & 2. fundamento contrariæ ſententiæ: Ratio autem diuerſitatis eſt
22 quia † teſtator ponendo in conditione hęredes cenſetur habere rationem, non perſonarum (prout habet, cum ponit extraneos) ſed hæreditatis, vt ſcribunt Iaſ. in d. l. ſi mihi, & Titio, num. 8. verſ. 8. & Mantic. d. lib. 1. tit. 14. num. 3. Quod, vel ex eo intelligimus, quia ad huiuſmodi emolumentum non vocantur niſi, qui hæreditatem habent, id eſt, qui hęredes extiterunt, & pro qua parte extiterunt l. ita liber eſſe iuſſus. 8. §. 1. l. ſi quis teſtamento 12. ff. de ſtatulib. vt accidit in omnibus rebus, quæ hæredibus deferuntur, ſecundum ea, quæ dicimus in 8. cap. q. 10. num. 8. & ſeqq. Cum igitur ob vnius defectum totā hęreditatem habeat ſuperſtes, Conſequens eſt, vt in eius quoque perſona tota conditio impleri debeat, quippe, cum is ſolus hæres ſit, ſolúſque comprehenſus in conditione, quę de hærede loquitur.

Nec eſt, quod aliquis obiiciat, imo in ſpecie d. §. Stichus, videri teſtatorem habuiſſe ra-
23 tionem perſonarum, quia † conditionem exprimendo nominauit filiam, ex vxorem, quę nominatio denotat eum ad perſonas, non ad hæreditatem reſpexiſſe l. ſi hæredes nominatim. 127. ff. de leg. primo, l. nonnunquam 24. ff. ad Trebell. Et, licet ſubiecerit illa verba, hæredibus meis; quia tamen prius nominauit perſonas,

nas, quam hæredum nomen expreſſerit, adhuc videri dicendum, cum ad perſonas, non ad hæreditatem reſpexiſſe *iuxta regulam l. ſi hominumis ſeruus. 37. inſ. ff de ſtip. ſeru. Et in his terminis ſcribit gl. in d. l. cum ita datur. 93 §. vlt. in verb. hæredi Titio ff. de cond. & dem.* quia reſpondent pleriq; quod dicimus teſtatorem qui nominat, cenſeri habere rationem perſo-
24 narum, non hæreditatis; procedere, † ſi exprimat nomina propria. In ſpecie autem *d. §. Stichus*, non propria, ſed appellatiua nomina expreſſiſſe, quia dixit, *præſtet, & filiæ, & vxori meæ, hæredibus meis*, ideoq; cenſeri adhuc ad hæreditatem reſpexiſſe, *ex doct. Caſtr. in l. 1. nu. 2. C. de impub & al ſubſt. Ita reſpondit Alex. in d. l. ſi vnibi, & Titio, num. 9. verſ. Nec obſtat, ſi dicatur.*

Verùm, vti fatear, hanc reſpōſionem pro-
25 bare nullo modo poſſum, † quia, ſiue propriū nomen exprimatur, ſiue nomen appellatiuū, dummodo non ſit nomen hæredis, ſemper verum eſt, diſpoſitionem cenſeri factam nominatim *l. 2 ff. de lib. & poſt.* Nihil enim intereſt, vtrum proprium exprimatur nomen, an alia demonſtratio, quæ nominis vice fungatur *l. certum. 6. ff. ſi cert. pet.* Quamobrem non eſt vis in hac nominum diuerſitate facienda, ſed aliter obiectio diſſoluenda; Nam contra-
26 rium procedit, † reſpectu partium, cum ſcilicet quærimus, vtrum hæredes cenſeantur vocati viriliter, an verò pro portione hæreditaria. Coeterū reſpectu ipſius vocationis nihil intereſt, vtrum prius exprimatur nomen hæredis, quam nomen proprium, an verò poſt: nam ſemper verum eſt, eum, qui nomē hæredis exprimit, cenſeri eos tantum vocare, qui ſunt hæredes, & in quos cadit hæreditar a qualitas, *ut eſt notiſſima doct. gl. in l. ex facto 17. §. fin in verb. ſine hærede ff. ad Trebell.* Cum igitur *in ſpecie d. §. Stichus*, qualitas hæreditaria non concurreret, niſi in perſona filiæ, cum vxor ab hę editate mariti ſe abſtinuerit, Cōſequens fuit, vt in ſola filiæ perſona, tamquā ea, quæ ſola in conditione comprehendebatur, debuerit impleri conditio, non obſtante, quod hæredum mentio poſt nominationem facta ſit.

Ad ſecundum verò reſponſio patet ex ijs,
27 quæ ſupra diximus: nam Iulianus ibi † loquitur de conditione in perſona hęredum implēda, quo caſu diximus, vno deficiente totam conditionem in perſona alterius adeuntis implendam eſſe.

28 Ad tertium reſpondeo, procedere † in terminis, in quibus tractatur de re indiuidua, vt de libertate, vel alia re ſimili: nam, quia teſtatoris diſpoſitio eſſet inutilis, ſi diceremus in mortis cauſa capione non habere locum ius accreſcendi, ſcilicet, quia ſoluendo partē non poſſet pro parte conſequi libertatem, ideo, ne hoc contingat, receptum eſt, vt totū coniunctò ſoluendo liber fiat; Coeterùm, ſi tractemus de re diuidua, vt de fundo, vel alia re ſimili, magis eſt, vt ius accreſcendi eſſet, ſi conditio in perſona eorum, qui non ſunt hęredes, ſit implenda, *ſecundum reſponſionem, quam retulimus ſupra nu. 21. quaq; in his terminis eſt veriſſima.*

Ad Quartum deniq; reſpondent plerique,
29 multum referre, † vtrum id, quod conditionis implendæ cauſa ſoluen um eſt, conſtet pondere, numero, vel menſura. nec ne: nam ſi conſtet, verius eſſe putant, non habere ius accreſcendi locum in mortis cauſa capione, *vt in d. l. pen. ff. de cond. & dem.* aliàs contra, & in hoc patem eſſe mortis cauſa capionis, & aliarum vltimarum voluntatum cauſam. *Ita reſpondet Alcia. in d. l. re coniuncti. num. 33.*

Verùm hæc reſponſio non eſt recipienda,
30 † quia, prįter id, quod nimium reſtringit diſpoſitionem *d. l. pen.* conſtat etiam ex ijs, quę diximus *in 5. cap. q. 8. num. 7. & q. 21. num. 4.* quantitates in iuris accreſcendi materia non differre a ſpeciebus, & ideo, ſi in mortis cauſa capione locum haberet ius accreſcendi, quādo ſpecies eſt ſoluenda, vtiq; haberet etiam locum, quando eſt ſoluenda quantitas. Cum igitur in hoc caſu locum non habeat, Conſequēs eſt, vt nec in illo debeat habere locum.

Quamobrem verius eſt, quod dicimus in vltimis voluntatibus locum habere ius ac-
31 creſcendi, procedere † in ijs, quæ diſpoſitionē inducunt, queq; iuris ſunt, non facti, Conditionem autem non inducere diſpoſitionem, ſed capionem *d. l. ſi quis ſub conditione. 8. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt.* nec in iure cōſiſtere, ſed in facto *d. l. qui heredi 44. in prin. ff. de cōd. & dem.* ideoq; in ea locū non habere ius accreſcendi *Ita declarat Pereg. d. conſil. 52. num. 19. volu. 1.* Et hæc de ijs diſpoſitionibus, quæ in dando conſiſtunt.

SVMMARIVM.

1 *Ius accreſcendi non habet locum in exhæredationes & cur, num. 5.*
2 *Exhęredatio facta a quota, uel re certa non trahitur ad uniuerſum, licet inſtitutio trahatur, & cur, num. 3. & ſeqq.*
4 *Exhæredatio eſt odioſa, inſtitutio uerò fauorabilis.*
6 *Habitus poteſt incrementum recipere, priuatio uero priuationi accedere non poteſt.*
7 *Exhæredatio fauorabilis facta in re certa trabitur ad totam hæreditatem, Sed contra num. 10. & cur, num. 11. & 12. Declara ut num. 13.*
8 *Exhæredatio minus ritè facta habetur pro pręteritione.*
9 *Prœteritio facta fauore filij non uitiat teſtamentum.*
14 *Exhæredatio facta ab ea parte, quam filius eſſet ab inteſtato habiturus, an, & quando ualeat, & num. ſeqq.*
16 *Partis appellatione totum etiam continetur.*
18 *Exhæredatio facta a parte hęreditatis cur reddat nullum teſtamentum.*

An ius accreſcendi locum habeat in exhæredationibus.

Quæſtio Vigeſimaquinta.

TRanſeamus nūc ad eas diſpoſitiones quæ conſiſtunt in auferendo, cuiuſmodi ſunt exhæredationes, vt pote quibus hæreditas aufertur. Quamobrem dicimus exhæredationes codicillis fieri nō poſſe *§. codicillis, Inſt. de codic.* quoniam ijs hęreditas auferri

auferri nequit *l. Scæuola. 76. ff. ad Treb. l. 2. C. de
eodic. l. hæreditas. 4. C. de his, quib. vt indign.* &
videamus, an in ijs locum habeat ius accreſ-
1 cendi. Conſtat autem non habere, † *vt ſcri-
bunt Bald. in l. cum quidam 19. & ibi Angel. &
Imol. num. 2. Alex num. 3. Iaſ. num. 3 ff. de lib.
& poſth. Bald. in l. 1. num. 11. Cod. de lib. preter.*
& in hoc ab inſtitutione differre. Itaque, li-
cet inſtitutio in quota hæreditatis, vel re cer-
ta facta trahatur ad vniuerſum, *vt dicemus in
7. cap. q. 1. num. 6. & q. 7. num. 2.* non tamen ad
vniuerſum trahetur exhęredatio, ſi a parte
hæreditatis, vel a re certa facta ſit, ſed tam-
quam vitioſa nullum reddet teſtamentum
2 † *l. cum quidam. 19. & ibi Bart. Bald. Ang. Imol.
Caſtr. Alex. & Iaſ. ff. de lib. & poſth. Bald. in d.
l. 1. nu. 11. C. de lib. præter. Duar. ad tit. ff. de lib. &
poſth. cap.* 4. Cuius diuerſitatis ratio duplex af-
3 ferri poteſt, † vna, quę ſumitur ex verbis Pauli
in d. l. cum quidam: nam inſtitutio eſt fauora-
bilis, ideoq; benignè accipienda. At verò ex-
hęredatio eſt odioſa, & ideo interpretatione
4 non debet adiuuari. † *Ita Bald. in d. l. cum qui-
dam, & ibi Ang. & Caſtr. num. 1. Alex. num. 1.
Iaſ. in prin. & nu. 1. & 5. verſic. vnde tene, Bald.
in d. l. 1. num. 11. C. de lib. præt. Duar. ad tit. ff. de
5 lib. & poſt. d. cap.* 4. Altera verò, quia † inſtitu-
tio eſt habitus, qui ſui natura poteſt incremẽ-
tum recipere. At verò exhęredatio eſt pri-
uatio, quæ priuationis incrementum non ad-
mittit: Non enim, vt acquiſitio acquiſitioni,
ita, & priuatio priuationi accedere poteſt.
6 † *Ita Bald. in d. l. cum quidam. 19. verſ. vnde, &
ibi Ang. & Imol. num. 2. Caſt. num. 2. Alex. nu. 3.*
Nam, & ſimili ratione, licet aditio partis tra-
hatur ad totum, non tamen ad totum trahi-
tur partis repudiatio, *vt dicemus in 9. cap. q. 28.*

Planè, ſi exhęredatio non notæ cauſæ, nec
mala mente facta ſit, ſed fauore filij, *ſecundũ
l. multi non notæ. 18. ff. de lib. & poſth.* dubitari
ſolet, an in ea procedat diſpoſitio *d. l. cum qui-
dam*, vt ſcilicet non trahatur ad totam hęre-
ditatem, nec recipiat ius accreſcendi, ſi fuerit
facta a parte hæreditatis, vel a re certa. Fue-
runt autem interpretes noſtri in hac re diſſi-
dentes: nam pleriq; cenſuerunt exhæredatio-
nem ad totam hæreditatem trahi, & ea ratio-
7 ne ſuſtineri. † *Ita enim cenſuerunt Imol. in d. l.
cum quidam. 19. num. 2. & ibi Alex. num. 4. Iaſ.
num.* 4. Mouentur autem

Primo, quia in huiuſmodi exhęredatione
ceſſat ratio, qua mouetur Paulus *in d. l. cum
quidam*: nam ideo ſcribit, exhæredationem a
re certa factam non trahi ad totam hęredita-
tem, quia, tamquam odioſa non debet exten-
di, *vt diximus ſupra num.* 4. Sed hæc ratio ceſ-
ſat in exhæredatione non notæ cauſa facta,
quippe, quæ fauorabilis eſt *d. l. multi*. Debet
igitur in ea ceſſare legis eius diſpoſitio. *Ita
Alex in d. l. cum quidam; num. 4. & ibi Iaſ. nu.* 4.
Alioquin enim videretur quodammodo re-
prehendi Paulus, qui ſe fundat in odio, ſi diſ-
poſitio prædicta ſibi locum vindicaret, etiã,
vbi verſetur fauor, *vt ibidem Iaſ. conſiderat.*

Secundo mouentur, quia, quę dicuntur de
pręteritione, dicuntur etiam de exhęredatio-
8 ne minus ritè facta † *l. non putauit. 8. §. non
quæuis ff. de bon. poſſ. contratab.* Sed pręteritio
filij non eius odio, ſed fauore facta, valet
9 † *l. ſi emancipatus filius. 16. ff. eod.* Debet igitur
valere etiam exhæredatio, quæ filij fauorem
reſpicit, licet minus ritè, id eſt, a re certa, vel
quota hęreditatis facta ſit. *Ita Imol. in d. l. cum
quidam num.* 2.

Verum his non obſtantibus contraria ſen-
tentia verior eſt, & receptior, non valere ſci-
licet exhęredationem, nec trahi ad totam hę-
reditatem, ſed filium cenſeri præteritum.
10 † *Ita enim ſcripſerunt Bald. in d. l. cum quidam,
verſ. ego addo, & ibi Ang. & Caſtr. num. 2. verſ.
11 quæritur, ea potiſſimum ratione moti,* quia, † cum
exhæredatio ſit priuatio non habitus, non
poteſt per ius accreſcendi recipere incremẽ-
tum, nec ad ſe trahere partem aliquam, *ſecun-
dum ea, quæ diximus ſupra num.* 5.

Neque obſtant contraria: nam ad primum
reſpondeo rationem odij non eſſe ſolam, cũ
etiam alia ratio conſideretur, *vt ſupra dixi-
mus*, & ideo, licet illa ceſſet in exhęredatio-
ne non notæ cauſa facta, non tamẽ in ea poſ-
ſe ius accreſcendi habere locum, quia ſubeſt
adhuc alia ratio, quę ſola ſufficit ad eius ex-
12 cluſionem. † *Ita Bald. in d. l. cum quidam, &
ibi Ang. & Caſtr.*

Ad ſecundum verò reſpondeo, non nega-
ri, quin valeat teſtamentum, ſed hoc dici,
13 † non valere exhęredationem, tamquam a
parte tantum hęreditatis, vel re certa factam,
ideoque filium cenſeri præteritum, ſed, quia
præteritio fauore filij facta non reddit nullũ
teſtamentum, fit, vt idem ſit dicendum, quo-
ties exhęredatio fuit minus ritè facta. *Ita
Caſtr. in d. l. cum quidam, num. 2. verſ. quæritur.*

Prætetea dubitari ſolet, an diſpoſitio *d. l. cũ
quidam*, procedat etiam in exhæredatione fa-
cta ab ea parte, quam filius eſſet ab inteſtato
14 habiturus, Et in hac re conſtat, † eſſe diſtin-
guendos duos caſus, quorum

Primus eſt, quando exhęredatio fit ſine ex-
preſſione certæ partis, vt, cum pater ſimplici-
ter ait, exhęredo filium ab ea parte, quam ha-
beret ab inteſtato, Et tunc verius eſt, exhære-
15 dationem valere, † quia, licet fratres eius vi-
uo patre decederent, quo caſu tota hęreditas
ab inteſtato ad exhæredatum pertineret, ad-
huc tamen rectè diceretur exhæredatus, quia
partis appellatione etiam totum continetur
16 † *l. vxori. 32 in prin. ff. de leg. 3. Ita Caſtr. in d. l.
cum quidam, num.* 3.

Secundus verò caſus eſt, quando teſtator
exprimit certam partem, puta dicit, exhære-
do Titium filium meũ a dimidia parte meæ
hæreditatis, cum habeat duos filios, Et tunc,
ſi quidem frater non exhęredatus ſuperuiuat
patri, & ei ſuccedat, fatentur omnes exhęre-
17 dationem valere, † *vt Bart. in d. l. cum quidam,
& ibi Imol. num. 2. verſ. quid autem, & Alex. nu.
18 4. verſ. item in quantum*, quia † ceſſat tunc ra-
tio, propter quam dicimus, teſtamentum, ſi
filius a parte tantum exhæredetur, non vale-
re: nam ratio eſt, quia filius in alia parte con-
tinuat dominium, & eſt hæres ipſo iure ab
inteſtato *l. in ſuis. 11. ff. de lib. & poſt.*, &, quia te-
ſtator non poteſt decedere pro parte teſtatus,
& pro parte inteſtatus *l. ius noſtrum. 7. ff. de reg.
iur.* ideo non poteſt non vitiari teſtamẽtum,
vt in ſpecie declarat Bartol. in d. l. cum quidam.
Sed hæc ratio ceſſat, cum filius ab inteſtato
non eſt ſucceſſurus, niſi in ea parte, a qua fuit
exhęredatus, quoniam in alia parte non con-

tinuat

tinuat dominium. Debet igitur valere exhę-
redatio. *Ita Bart.in d.l.cum quidã, & ibi Alex.*
num.4.verſ.item, in quantum. Coeterùm, ſi fra-
ter non exhæredatus moreretur viuo teſtato-
re, vel poſt eius mortem abſtineret ſe ab hę-
19 reditate paterna, procederet † adhuc diſpoſi-
tio *d. l. cum quidam*, quia frater ab inteſtato
ſuccederet in tota hęreditate & in teſtamẽto
20 non eſſet, niſi a dimidia exhęredatus. † *Ita*
Caſtr.in d.l.cum quidam.nu.3. & ibi Alex.nu.4.
verſ.item in quantum, & Iaſ.nu.2. Et hęc de ijs
diſpoſitionibus, quę reſpiciũt emolumentũ.

SVMMARIVM.

1 *Tutela continet onus tutoris.*
2 *Ius accreſcendi non habet locum in tutela teſta-*
mentaria, & cur, num. 3.

An ius accreſcendi locum habeat in tutela teſtamentaria.

Quæſtio Vigeſimaſexta.

NVnc videamus de ijs, quæ reſpiciunt
onus. Horum autem duo ſunt gene-
ra: Quædam enim principaliter fiũt,
quædam vero veniunt acceſſoriè ad aliam
diſpoſitionem. Prioris generis exempla duo
ſunt.

Primum in teſtamentaria tutela, quæ non
ad commodum, ſed ad onus tutorũ refertur
1 † *l.quęro.32.§.vlt.ff.de teſta.tut.l.1.C.quod cum*
eo, §. 1. Inſt. de legit. patr. tut. In hac autem, ſi
quęramus, an locus ſit iuri accreſcendi, ideſt,
an, ſi duo pluresùe ſint teſtamento tutores
dati, & vnus decedat, eius onus alteri accreſ-
cat, ita, vt is inſolidum adminiſtrare debeat,
an verò in locum deficientis alius ſit dandus
a magiſtratu, conſtat, non eſſe locum iuri ac-
creſcendi, ſed in locum deficientis magiſtra-
2 tum poſſe alium dare tutorem † *l. ſi quis ſub*
conditione 11 verſ planè ff. de teſta. tute. l. 2. C. in
quib cauſ.hab.tut.tut.dar.poſſ. & ſcribunt Alex.
in l ſi mihi, & Titio. 110. in prin. num. 22. ff. de
verb.oblig. Iaſ.in d.l.vn.num.47. C.quand. non
pet.part. & in d. l. re coniuncti, num. 257. quia
3 † non, vt emolumentum, ita, & onus augeri
poteſtate iuris æquum eſt *l.cum quidam 19.ff.*
de lib.& poſth.

SVMMARIVM.

1 *Ius accreſcendi locum habet inter executores te-*
ſtamentarios, & cur, num.2. Fallit, vt num.3.
4 *Dictio, vnà, coniunctionem, & concurſum extre-*
morum requirit.
5 *Executores teſtamentarij, etiamſi per dictionem,*
vnà, deputati ſint, nihilominus altero deficien-
te ſuperſtes ſolus exequi, & cur, num.6.

An ius accreſcendi locum habeat inter executores teſtamentarios.

Quæſtio Vigeſimaſeptima.

SEcundum exemplum afferri poteſt in
duobus, aut pluribus executoribus te-
ſtamentarijs, inter quos an locum ha-
beat ius accreſcendi, ſi fortè vnus eorum mo
riatur, vel in remotis agat, vel exequi nolit,
quęri ſolet. Et conſtat habere locum. Itaque
coeteri poterunt executionis officium ſoli
1 adimplere † *cap.vlt.§. vlt. de teſta. in 6. & ſcri-*
bunt Bart.conſ.147.num.1.lib.1. Ang. in l. Impe-
ratores.21.§ ſi magiſtratus, verſicu.in text.ibi, &
ibi Imol.num.3. ff de appell. Alex. in l. ſi mihi, &
Titio.110.in prin.num.22. ff. de verb. oblig. Iaſ.
in d.l.re coniuncti, num.254. & in d.l.vn. nu. 45.
2 *C.quand.non pet.part.* ne † propter vnius defe-
ctum impediatur, vel nimium differatur vo-
luntas teſtatoris *d.cap.vlt.§.vlt.teſta.in 6.*

Planè, ſi teſtator aliud expreſſerit, non po-
terit executionis officium ſolius adimplere
3 † *d.cap.vlt.§.vlt. Bart. d. conſil. 147. num. 1.*

Hinc dubitari poteſt, ſi teſtator ita dixerit,
deputo Titium executorem meum vnà cũ
Sempronio, an his verbis cenſeatur prohi-
buiſſe, ne alteruter ſolùs etiam in alterius de-
fectum executionis officium adimpleat. Du-
bitationem facit illa dictio, vnà, quę coniun-
ctionem, & concurſum extremorum requirit,
4 † *vt latè oſtendimus in 5 cap.q 26.nu.151.* ideo-
que teſtator ita loquendo videtur prima frõ-
te voluiſſe, tale officium ſimul, & cõiunctim,
non ſeparatim exerceri.

Sed eſt verius, non obſtantibus illis verbis
poſſe ſuperſtitem inſolidum officio deman-
5 dato perfungi, ſi alter deficiat, † quoniam il-
la verba denotant ſimplicem coniunctionẽ
a teſtatore factam, & perinde habentur, ac, ſi
teſtator dixiſſet, deputo ſimul Titium, &
Sempronium, vel, deputo Titium, cum Sem-
pronio executores meos *l. vlt. in prin. Cod. de*
impub. & al. ſubſt. quo caſu dubium non eſt,
quin altero deficiente poſſit alter executionis
6 officium ſolus adimplere. † *Ita Bart. d. conſil.*
147.num.2. & Iaſ.in d.l. re coniuncti, num. 254.
Et hæc de ijs oneribus, quæ principaliter im-
ponuntur.

SVMMARIVM.

1 *Onus acceſſorium, vel eſt conditionis, vel modi, vel*
legatorum, aut fideicommiſſorum.
2 *Conditio caſualis eſt indiuidua.*
3 *Conditio pluribus adſcripta poteſt, aut non poteſt*
ab vno tantum impleri, prout voluerit teſtator,
ſi de illius voluntate conſtet, & cur, num.4.
5 *Conditio duobus adſcripta non poteſt ab vno tã-*
tum impleri, ſi ex verbis, aut aliqua circunſtã-
tia conſtet, teſtatorem voluiſſe, eam ab vtroque
ſimul impleri.
6 *Conditio fit indiuidua propter formam datam a*
teſtatore.
7 *Pluralis locutio concurſum omnium requirit,*
nec in vno tantum verificari poteſt, Declara,
vt num. 12.

8 Declaratur l.peu.iu prin.ff.de cond.& demon.& nnm.13. & ſeqq.

7 Conditio duobus, aut pluribus adſcripta poteſt ab vno tantum impleri,& cur, num. 10.

11 Pluralitas in conditioutbus reſoluitur in ſuas ſingnlaritates.

16 Declaratur l. peu. §.1. ff. de coud. & dem.

17 Conditio diuidua duobus, aut plnribus adſcripta poteſt ab vno pro parte impleri, & cnr,n.20.

18 Conditio,quæ in dando conſiſtit,eſt diuidua.

19 Conditio dandi pluribus adſcripta poteſt ab vno pro parte impleri,& cur,num. 20.

21 Couditio dandi pluribus adſcripta poteſt ab vuo pro parte impleri, etiamſi fuerit ad certum factnm deſtinata,& cur,nu.22.Fallit,vt nu.23.

24 Conditio vni tantum adſcripta non poteſt diuidi, ſed in totum impleri debet,& cur, num. 52.

25 Conditio vni tantum adſcripta diuidi nou poteſt, etiamſi alias ſit diuidua,vt, quia in dando cōſiſtat,& cur,num.52.

26 Conditio dandi vni adſcripta non poteſt pro parte impleri, adſcripta verò pluribus poteſt, & cur,num. 27.

28 Declaratur l.qui hæredi.44. §. ſi duorum ff. de cond.& dem.& nn.31.56. & 61.

29 Declaratnr l. cui fundus.55.ff. de cond.& dem. & num.34.46.& ſeqq. & nu.51.57. & ſeqq.

30 Conditio dandi primordialiter vni tantum adſcripta,quando poſſit diuidi, ſi ab eo peruenia tur ad plures, & nn.ſeqq. & num. 46. & ſeqq. vſq; ad num. 65.

35 Legatum conditionale nou tranſmittitur, ſi legatarius moriatnr pendente conditione.

36 Conditionis implendæ ius non tranſmittitur ad hæredes. Declara,vt num. 37.

39 Conditio habetur pro impleta, quoties ſtat per eū, in cuius perſona erat implenda,quominns impleatur, Amplia,vt num.49.& 50.Declara,vt num. 40. & ſeq.

42 Declaratur l.cum quidam.7.C.de cond. inſert. & num.ſeq.

44 Hæreditaria iura per legem xij.tab.ipſo iure diuiduntur inter hæredes. Declara,vt num.45.

53 Declaratur l.qui duobus.23. ff de cond.& dem.

58 Snbſtitui poſſunt plures in vnius locum.

62 Plures in vnius locum ſubrogati pro vna perſona reputantur.

65 Conditio indiuidua pluribus adſcripta non, niſi in totum ab vno impleri poteſt, & cur, nu. 66. Declara,vt num. 70. & ſeqq.

66 Indiuidui partem, qui facit, nihil feciſſe intelligitur.

67 Facta ſunt indiuidua.

68 Conditiones, quæ conſiſtuut in faciendo, ſuut indiuidua.

69 Conditiones,quæ conſiſtunt in faciendo, non, niſi in totum impleri poſſunt,Declara,vt num.70. & ſeqq.& num. 78. & ſeqq.

71 Operis effectus in partes ſcindi non poteſt.

72 Opus dici non poteſt, cui propria forma, quæ ex conſumatione contingit,data non eſt.

73 Conditio, ſi domum ædificauerint, vel aliud opus fecerint,duobus adſcripta non,niſi in totum ab vuo impleri poteſt.

74 Cōditio duobus adſcripta,ſi rationes reddiderint, non poteſt ab vno impleri, niſi vtriuſq; rationes reddiderit,& reliqua ſoluerit, Declara, ut num.76.77.& 84.

75 Conditio, ſi rationes reddiderit, continet etiam reliquorum ſolutionem, quę eſt diuidua.

81 Conditio pluribus ad ſcripta, ſi continet facta diuerſa,non cenſetnr una ſed multiplex.

82 Factum unius eſt diuerſum a facto alterius.

85 Conditio pluribus adſcripta, ſi ab uno fuerit impleta,an,& quando proficiat etiam alijs,& nu. ſeqq. uſq; ad num. 93.

90 Qui per alium facit,per ſe ipſum facere nidetur.

93 Conditio pluribus adſcripta, ſi ab uno fuerit impleta, prodeſt ei ad conſequendam partem ſuā, & num. ſeqq.

95 Conditio pluribns adſcripta, ſi ab uno fuerit impleta, quando ei proficiat ad conſequēdam etiā alterius non implentis partem,& nu. ſeqq. uſq; ad num. 104.

97 Declaratnr l. ſi plures.6. C.de cond. inſert.& nu. ſeqq. uſq; ad num. 104.

103 Cōditio operis faciēdi, ſi duobus fuerit adſcripta, & unus tantū faciat, an alter adhuc admitti poſſit, ſi ſuam impēſę partem offerat,& nu. ſeq.

105 Ius accreſcendi, an, & quando locum habeat in onere conditionis implendę,& nu. ſeqq. nſq; ad num. 109.

110 Modus in materia iuris accreſcendi non differt a conditione.

111 Legatorum, aut fideicommiſſorum onus, qnando coniunctio accreſcat,& nu. ſeqq. uſq; ad finem.

112 Onus legati, a quo teſtator unnm ex hæredibus exemit, accreſcit alijs.

113 Legatarius poteſt, quem uelit, ex hæredibus conuenire, ſi omnes ſint inſolidum obligati.

114 Hæres nou tenetur ſoluere legatum pro parte cohæredis, qui non eſt ſoluendo.

115 Duo, pluresuè rei debendi poſſuut etiam in teſtamento conſtitui.

116 Rei debendi inſolidum omnes obligantur.

117 Hæredes tenentur, ut rei debendi, ſi teſtator inſolidum eos grauauerit.

118 Hæredes, an inſolidum, an uerò pro parte teneantur legata ſoluere, ſpectāda eſt uolūtas teſtatoris

119 Hæredes in ſolidū obligātur, ſi in diuerſis orationibꝰ fuerint grauati, Declara, ut n.120.& ſeqq.

122 Hęredibus alternatiuè grauati tenentur inſolidū, & cur.num.123.Declara,vt num.124.

125 Alternatiua poſita inter perſonas reſoluitur in coniunctiuam, Declara, ut num.126.

127 Alternatiua poſita inter perſonas honoratas reſoluitur in coniunctiuam, ſecus uerò, ſi ponatur inter perſonas grauatas, & cur, num.128.

129 Alternatiua poſita inter tutores teſtamento datos reſoluitur in coniunctiuam,& cur, num. 131. & ſeqq.& nu. 138.et ſeq.

130 Tutela eſt onus, Declara,vt num.132.

131 Tutela principaliter eſt honor, non onus, Declara,ut num. 136.

133 Inſtitutio eſt honor.

134 Magiſtratus, officia dicuntur honores, & cur num.136.

136 Tutela eſt munus publicum.

137 Legata,& fideicommiſſa dicuntur honores.

140 Declaratur l.eadem.9.in prin.ff.de duob. reis,& num.145. & ſeqq.

141 Hæredes copulatiuè grauati non teuentur inſolidū, ſed pro partibus hęreditarijs,& cur,n.142

143 Copulatiuę natura eſt, vt rem in partes diſtribuat, nō uero cuilibet actū inſolidū attribuat.

144 Hæredes grauati ſoluta oratione nou obligantur inſolidum ſed pro hæreditarijs partibus.

148 Hæredes collectiuè grauati non tenentnr inſolidū ſed pro partibus hæreditarijs,& cur n. 149.

150 Hęredes diſtributiuè grauati, quando inſolidum teneantur.

An

An, & quando ius accreſcendi locum habeat in onere conditionis, vel modi, vel legatorum aut fideicommiſſorum.

Quæſtio Vigeſimaoctaua.

EOrum autem onerum, quæ non principaliter imponuntur, ſed acceſſoriè, & de quibus poſteriore loco videndũ eſt, triplex eſt genus: Vel enim eſt onus conditionis, vel modi, vel legatorum, aut fidei-
1 commiſſorum † *l. quoniam in prioribus. 32. C. de inoff. teſta. l. vn. §. ne autem C. de cad. toll.* Conditionis onus dicitur, cum teſtator ſub conditione diſponit, puta, inſtituit, vel legat, vel per fideicommiſſũ relinquit donatùe cauſa mortis.

In quo quidem genere, cum quærimus, an locus ſit iuri accreſcendi, duo ſine dubio ſupponimus, Primo, cõditionẽ non vni tantũ ex vocatis, ſed duobus, aut pluribus eſſe iniunctã: Nam, ſi vni tantũ, res non ad hãc quæſtionem pertineret, ſed ad eam, quã proponemus *in 8. cap. q. 15. nu. 6. & q. 16. n. 42. & 52. & ſeqq.* an ſcilicet portio vacans cũ onere cõditionis accreſcat. Secũdo verò ſupponimus, cõditionem non eſſe caſualẽ, aut mixtam quæ parũ a caſuali differt, ſed eſſe poteſtatiuã, quæ ſcilicet a voluntate, poteſtate, & facto ipſorũ vocatorũ dependet, vt ſunt omnes conditiones, quæ in dando, vel faciendo conſiſtunt *d. l. vn. §. ne autem Cod. de cad. toll.* Nam ad caſualem non poteſt iuris accreſcendi quæſtio adaptari, ſcilicet, quia, cum diuiſionem non recipiat,
2 † *vt declarat Bart. in l. Stichum, qui meus. 6. num. 3. ff. de leg. primo, & in l. in conditionibus. 19. §. ſi a primo, numer. 1. ff. de cond. & dem.* Conſequens eſt, vt nec in ea quæri poſſit, an pars parti accreſcat, *vt & de conditione poteſtatiua dicemus infra num.* 106. Quamobrem, aut conditio purificatur, & in vtriuſq; perſona locum habet diſpoſitio, nec de iure accreſcendi tractari poteſt, reſpectu ipſius conditionis, ſed tantum reſpectu legati, ſi fortè vnus ex legatarijs repudiet, aut aliter deficiat *ſecundum ea, quæ dicemus in 7. cap. q. 35. num. 1. & ſeqq.* Aut verò conditio deficit, & extinguitur in vtriuſq; perſona diſpoſitio, ideoque fruſtra quæritur, an reſpectu conditionis locum habeat ius accreſcendi, cum iam conſtet, eam defeciſſe, & per conſequentias vocatos, non ſolum a parte accreſcente ſed etiam a parte principali totaliter excluſiſſe.

In poteſtatiua autem conditione, cũ quærimus, an locũ habeat ius accreſcendi, quinq; ſunt neceſſariò diſcutiẽda: Primùm enim videndum eſt, an, ſi duobus, aut pluribus cõiunctim ſit adſcripta conditio, poſſit vnus ſine alio eam implere: Secundo verò dato, quod poſſit, an debeat eam implere in totum, an verò poſſit eam implere pro parte. Tertio, ſi in totũ impleat, an hoc proficiat etiam alijs non implentibus. Quarto ad quid vnius implemẽtum ei proficiat, an ſolum ad cõſequẽdam partem ſuam, an verò etiam ad conſequendam partem aliorum non implentiũ. Quinto demum, an, & quando in tali onere conditionis cenſeatur eſſe locus iuri accreſcendi.

Et in prima quidem quæſtione conſtat multum referre, vtrum appareat, quæ circa hoc fuerit mens teſtatoris, nec ne: Nam, ſi
3 apparet, ei ſtandum eſt, † *l. ſi ita fuerit 13. in prin. verſ. Nam voluntatis ff. de man. teſt. Et in ſpecie declarat Bart. in l. ſi plures 6. num. 3. C. de cond. inſer. Et eſt de mente omnium, quos referemus infra num. 5.* quia † in conditionibus pri-
4 mum locum obtinet voluntas defuncti, eaque regit conditiones *l. in conditionibus. 19. in prin. ff. de cond. & demon.* Quamobrem vnus tantum implere non poterit, ſi ex verbis, aut aliqua circunſtantia conſtet, teſtatorem voluiſſe conditionem ab vtroq; ſimul impleri
5 † *l. ſi ita fuerit. 13. in prin. verſ. niſi aliud, & verſ. quæ res efficit ff. de manu. teſt. Et in ſpecie declarant gl. in l. pen. in prin. verb. ſimul ff. de cond. & dem. Petr. de Bellap. in d. l. ſi plures. 6. num. 4. & ibi Cin. num. 5. Bald num. 1. & Caſtr. num. 3. C. de cond. inſert.* Et eo caſu conditio dicetur indiuidua etiam reſpectu perſonarum pro-
6 pter formam datam a teſtatore, † *vt declarat Bald. in d. l. ſi plures. num. 1.*

Cæterùm, ſi ſimus in dubio, ita videtur facienda interpretatio, vt vnus ſine alio non poſſit implere conditionem, & ita alter alterum impediat, ne emolumentum a teſtatore relictum conſequatur, quia, cum teſtator ſupponatur ita dixiſſe, Inſtituo Titium, & Sempronium, vel eis lego fundum, ſi domum ædificauerint, vel aſcenderint capitolium, vel decem dederint, & ita conditionem in perſona duorum, aut plurium, non diſiunctim, ſed coniunctim concepiſſe, Conſequens videtur, vt ad eius verificationem non ſufficiat vnius implementum, ſcilicet, quia copulatiuæ orationis, ſiue pluralis locutionis natura eſt, vt omnium concurſum requirat, nec in vno tan-
7 tum verificari poſſit † *l. ſi hæredi. 5. ff. de cond. inſt. Et in ſpecie de conditione duobus, aut pluribus adſcripta conſtat ex l. hoc articulo. 29. ff. de hered. inſt. & l. pen §. 1. ff. de cond. & dem. Ita ratiocinantur gloſ. in d. l. ſi plures. 6. in verb. debeant, & ibi Petr. de Bellap. num. 1. Cin. num. 4. & Caſtr. num. 1. C. de cond. inſert.* Quinimo videtur hoc apertè ſcribi *in d. l. pen. in prin. ff. de condit. & demon.* vbi Pomponius, *Tales conditiones*, inquit, *ſi monumentum, puta, fecerint, pluribus præpoſita, non poſſunt, niſi in omnibus*
8 *ſimul perſonis exiſtere*: Nam his verbis † non obſcure ſignificare videtur, conditionem duobus, aut pluribus adſcriptam non poſſe ab vno tantum impleri, ſed ab omnibus ſimul implendam eſſe.

Verùm hoc non obſtante certi iuris eſt, poſſe vnum etiam altero contradicente, vel negligente implere conditionem, ſeu facere id, quod teſtator iuſſit, & ita conſequi emo-
9 lumentum ſibi ab eo relictum. † *Ita enim ſcribitur in d. l. pen. §. 1. verſic. ſed hoc humanius ff. de cond. & dem. d. l. ſi ita fuerit. 13. in prin. verſ. ſolummodo, & §. 1. ff. de manu. teſt. l. ſi quis ita libertatem. 13. §. ſi duo ff. de ſtatulib. Et nouiſſimè definiuit Iuſtinianus in d. l. ſi plures. 6. vbi hoc not. Petr. de Bellap. num. 1. & 4. Cin. num. 1. & 5. Bart. num. 3. & Caſtrenſ. nu. 1. C. de cond. inſert.*

10 Et hoc ideo, quia † non eſt veriſimile, teſta-
torem voluiſſe, vnius factum, aut negligen-
tiã alteri obeſſe, ſi paratus ſit id facere, quod
ipſe præcepit, cum iniquum ſit, ex alterius fa-
cto quem priuari hæreditate, aut legato ſibi
relicto, vt in his terminis ait Alphenus *in l. paterſa. 44. verſicul. Reſpondi ff. de hæred. inſt.*
Quamobrem ex hac veriſimili voluntate te-
ſtatoris, ita fit interpretatio, vt, licet coniun-
ctim adſcripſerit conditionem, perinde tamẽ
habeatur, ac, ſi cuilibet eã ſeparatim adſcrip-
ſiſſet, & ita pluralitas in plures ſingularitates
11 reſoluatur † *ſecundum l. falſa. 33. §. vlt. ff. de cond. & dem. & l. qui concubinam. 29. §. ſi Stichus ff. de leg. 3. Ita ratiocinantur gl. in d. l. ſi plures, in verb. debeant, & ibi Petr. de Bellap. num. 1. Cin. num. 4. & Caſtr. num. 1.*

Neq. obſtat contrarium, quia reſpondeo,
12 id procedere † inſpecta vi verborum, quippe,
quę, quoties pluraliter proferuntur, omnium
concurſum, & verificationem requirũt. Coe-
terùm inſpecta veriſimili mente teſtatoris,
magis eſt, vt pluralitas debeat in plures ſingu-
laritates reſolui, *ſecundũ ea, quę ſupra diximus.*
Quamobrem, & veteres prudentes de condi-
tione pluribus adſcripta loquentes dicunt, eã
non, niſi per omnes expleri poſſe, ſed huma-
niùs dici, poſſe vnum ſine altero eam imple-
re, & conſequi relictum, *vti videre eſt in d. l. hoc articulo. 29. ff. de hæred. inſt. & d. l. pen. §. 1. ff. de cond. & dem.* ſignificantes, non poſſe, ſi ſpecte-
mus rigorem verborum, ſecus verò, ſi æquita-
tem, cui mens teſtatoris præſumitur fuiſſe cõ-
formis, *vt rectè declarat gl. in d. l. pen. §. 1. in verb. non poteſt.*

Neq; obſtat *d. l. pen. in prin.* vbi ſimpliciter
dicitur, huiuſmodi conditiones non, niſi in
omnibus perſonis ſimul exiſtere poſſe, quia,
reſpondent noſtri frequentiùs, illud procede-
13 re, † quando conſtat, talem fuiſſe mentem
teſtatoris, *ſecundũ ea, quæ diximus ſupra nu. 3.*
ſecus verò, quando ſumus in dubio: nam tũc
verius eſt, poſſe vnum ſine alio implere, *per ea, quæ ſupra diximus. Ita ſenſiſſe videntur omnes, quos retulimus ſupra num. 5.*

Sed hęc reſponſio, licet in ſe vera ſit, non
tamen tollit dubitationem, quę ex illo loco
naſcitur, quia
14 Pomponius ibi † non ſupponit, conſtare,
qualis fuerit mens teſtatoris, ſed ſimpliciter
loquitur de cõditionibus pluribus adſcriptis,
& ait, eas non, niſi per omnes ſimul expleri
poſſe, ideoque non poſſumus ſine commen-
to dicere, loqui eum de ſpecie, in qua cõſtet,
quid teſtator voluerit, quia, quoties id ſen-
tiunt veteres prudentes, ſatis apertè dicunt, ſi
appareat, quid ſenſerit teſtator, ei ſtandum
eſſe, *vti videre eſt in d. l. ſi ita fuerit 13. in prin. verſ. niſi aliud, & verſ. nam voluntatis ff. de man. teſt.*

Quamobrem verius eſt, Pomponium ibi
15 loqui † de conditione indiuidua, in qua, quid
ſtatuendum eſſet, non ſatis conſtabat inter ve-
teres: Licet enim in cauſa libertatis faterentur omnes, poſſe vnum ſine altero implere
conditionem, tamen in alijs cauſis, an idem
eſſet ſtatuendum, ambigebant: Nam Vlpia-
nus *in d. l. ſi ita fuerit. 13. in prin. verſicul. Idem quærs poteſt ff. de man. teſt.* noluit rem decide-
re, ſed ſimpliciter ſcripſit voluntatis eſſe quę-
ſtionem; At Pomponius *in d. l. pen. in prin.* ſe-
cundum vim verborum ab omnibus eſſe im-
plendam definiuit. Vnde Iuſtinianus *in d. l. ſi plures*, reſecãs Vlpiani dubitationem idem
in omnibus ſeruandum eſſe conſtituit, vt ſci-
licet conditio, licet pluribus adſcripta, per
vnum tamen impleri poſſit, ideoq; non eſt
hodie ſententiæ Pomponij, tamquam a Iu-
ſtiniano correctæ habenda ratio.

Nec eſt contrarium, quod idem Pompo-
nius *in d. l. pen. §. 1.* fateatur, humanius eſſe, &
ita ſolere fieri interpretationem, *vt, cum duobus fundus legatus ſit, ſi decem dediſſent, & alteri dando partem legatum quoq; debeatur*, quia id
16 admittit † in conditione dandi, quæ eſt diui-
dua, non etiam in conditione faciẽdi, de qua
initio locutus eſt: Alioquin enim, ſi idem in
vtroq; conditionis genere ſeruandum fuiſſet
ex ipſius ſententia, non fuiſſet neceſſaria Iu-
ſtiniani conſtitutio, quæ Vlpiani, & aliorum
antiquorum dubitationem reſecaret, quam
tamen ad hoc fuiſſe neceſſariam, ipſemet
profitetur *in d. l. ſi plures.* Magis igitur eſt, vt
contrarium ſenſerit Pomponius. Et ita defi-
nienda eſt prima dubitatio.

Huic ſuccedit ſecunda, in qua videndum
eſt, an dato, quod vnus tantum implere poſ-
ſit, debeat in totum implere conditionem, an
verò ſufficiat, ſi eam impleat pro parte. Et in
hac quæſtione diſtinguendum eſt, aut condi-
tio eſt diuidua, aut indiuidua. Si diuidua pro
17 parte impleri poteſt † *l. ſi quis legata. 53. §. vlt. l. cui fundus 55. verſ. Diſſimilis, & l. pen §. 1. ff. de cond. & dem. Et ſcribunt gl. in d. l. ſi plures. 6. in verb. conditionem, & ibi Petr. de Bellap. num. 5. & 7. Cin num. 5. verſ. 2. opp. & num. 7. Bart. nu. 2. Bald. num. 18. & 22. Caſtr. num. 3. C. de cond. inſert. gl. in d. l. paterſa. 44. in verb. monumentum ff. de hæred. inſt. & in d. l. ſi quis legata. 53. §. vlt. in verb. conſequetur ff. de cond. & dem.* Exem-
plum ſit in conditione dandi, quę eſt diuidua
18 † *l. ſi ſtatulibera. 6. §. fin. ff. de ſtatulib. l. qui hæredi. 44. §. ſi duorum, & d. l. cui fundus. 55. verſ. Diſſimilis, & d. l. pen. §. 1. ff de cond. & dem. Et in ſpecie declarant gl. in l. ſi legato. 11. §. 1. in verb. dando, & in d. l. ſi ita fuerit. 13. §. 1. in verb. exoluerit ff. de manu. teſta. gl. in d. l. paterſa. 44. in verb. monumentum ff. de hæred. inſt. Bart. in d. l. ſi plures. 6. num. 1. & ibi Caſtr. num. 3. Cod. de hæred. inſt. Bart. in d. l. ſi quis legata. 53. §. vlt. ff. de cond. & dem.* Nam, ſi teſtator inſtituat,
aut aliter vocet duos ſub conditione, ſi Ti-
tio centum dederint, aut dederint fundum,
poterit vnuſquiſque pro ſua parte implere
conditionẽ, & dando quinquaginta, vel fun-
di dimidiam ad emolumentum ſibi relictũ
19 admitti † *d. l. ſi quis legata. 53. §. vlt. d. l. cui fundus. 55. verſ. Diſſimilis, & d. l. pen. §. 1. ff. de cond. & dem. d. l. ſi legato. 11. §. 1. ff. de manu. teſtam. Et ſcribunt gl. in d. l. ſi plures 6. in verb. conditionem, verſ. & nota, & ibi Petr. de Bellap. nu. 5. & Caſt. num. 3. C. de cond. inſ. gl. in d. l. cui fundus. 55. in verb. ſub conditione, & ibi Bart. in prin. & nu. 3. ff. de cond. & dem. gl. in d. l. paterſ. 44 in verb. mo-*
20 *numentũ ff. de hær. inſt.* quia, † licet sũma vniuer-
ſę cõditionis ſit omnibus cõmuniter adſcrip-
ta, in enumeratione perſonarũ videtur ſtatim,
& ex ipſo teſtamento in partes diuiſa, *vt in propoſito ratiocinatur Iabolenus in d. l. cui fũdus, verſ. In hac enim quæſtione, & verſ. nam quãuis,*

Idque

Idque adeò verum eſt, vt procedat, etiamſi
pecunia fuerit ad certum factum deſtinata,
21 † puta, quia teſtator dixerit, lego Titio, & Seio
fundum, ſi decem dederint in funus, impen-
ſasq; perferendi corporis in aliam regionem:
Adhuc enim dando quiſque ſuam pecuniæ
partem legatum conſequetur *d. l. pen. §. 1. ff.*
22 *de cond. & dem.* quia, † licet factum illud non
poſſit fortaſſis expediri ſine totius pecuniæ
ſolutione, quia tamen non eſt ipſiſmet lega-
tarijs iniunctum, ſed indicta ſola pecuniæ da
tio, quæ diuiſionem recipit, ideo ſufficit vni-
cuique pro ſua parte implere conditionem,
vt locum habeat diſpoſitio, *per ea, quæ ſupra
diximus*. Planè, ſi ipſiſmet legatarijs factum
23 eſſet iniunctum, aliud eſſet dicendum, † quia
conditio non ſolum in dando conſiſteret, ſed
etiam in faciendo, ideoq; res eſſet ex ijs deci-
denda, quæ de faciendi conditionibus dice-
mus *infra num. 65. & ſeqq.*

Hinc intelligimus, magnam eſſe differen-
tiam, vtrum conditio dandi vni ſit adſcripta,
an verò duobus, aut pluribus: Nam, ſi vni, pu-
ta, quia teſtator aliquem inſtituerit, vel aliter
vocauerit ſub conditione, ſi centum Titio
dederit, vel dederit fundum, non poterit eam
pro parte implere, etiamſi partem tantum
relicti conſequi velit, ſed neceſſariò debebit,
eam in totum implere, &, vel centum ſolue-
re, vel integrum fundum præſtare, aliàs ab
24 emolumento repelletur † *l. qui putat. 73 in
prin. ff. de hæred. inſt. Et ſcribunt Bartol. in
l. Stichum, qui meus. 6. num. 3. ff. de legat. primo,
& alij omnes, quos referemus infra numer. 26.*
Non enim refert, vtrum conditio conſiſtat in
dando, an in faciendo, ſeu, vtrum ſit diui-
dua, an indiuidua, quoties vni tantum ad-
ſcribitur, quia ſemper eſt in totum implenda,
25 † *vt declarant Petr. de Bellap. in d. l. ſi plures. 6.
num. 7. & ibi Bald. num. 22. Bartol. in d. l. Sti-
chum, qui meus 6. num. 3. ff. de legat. primo.*
At, ſi conditio fuerit adſcripta duobus, aut
pluribus, & conſiſtat in dando, poterunt
ſinguli pro ſua parte, & conditioni parere,
& conſequi relictum, *vt ſupra dictum eſt.*
26 † Ita in ſpecie diſtinguit Iabolenus *in d. l. cui
fundus, & poſt eum Bartol ibi num. 3. gloſſ. in
d. l. ſi plures. 6. in verb. conditionem. verſicul. &
nota, & ibi Petr. de Bellap. num 7. Cin. num 7.
Bartol. num. 2. Bald. numer. 18. & 22. Caſtrenſ.
num. 3. gloſſ. in d. l. qui putat. 73. in prin. in verb.
non implet conditionem ff. de hæred. inſt.*
27 Cuius diuerſitatis ratio eſt, quia, † quando
teſtator vni tantum relinquit fundum, aut
quid aliud ſub conditione, talis diſpoſitio
tamquam vna cenſetur indiuidua, ex veriſi-
mili mente ipſius teſtatoris, quippe, qui non
præſumitur voluiſſe, vt legatarius poſſit
pro parte eam acceptare, & pro parte reſpue-
re, ne alioquin videatur ipſius iudicium fa-
ſtidire, *vt oſtendemus in 9. cap. quæſt. 23. num.
18 & ſeqq* ideoque nil mirum, ſi tamquam
indiuidua non poſſit in partes ſcindi, ſed,
aut in totum acceptari, aut in totum reſpui
debeat; At, quando relinquit eandem rem
duobus ſub vna conditione, licet inſpectis
verbis vna tantum videatur diſpoſitio, re ve-
ra tamen inſpecta mente cenſetur duplex,
quia teſtator enumerando perſonas videtur
diſpoſitionem ſuam in tot partes diſtribuere,
quot ſunt perſonæ *d. l. cui fundus, verſ. In hac
enim quæſtione, & verſ. nam, quamuis*, ideoque
nil mirum, ſi poſſit pro parte habere locum,
& pro parte non. Quam eſſe veram huiuſce
rei rationem, vel ex eo intelligimus, quia, &
ſi purè ſit eadem res duobus relicta, poteſt
vnus acceptare partem ſuam, & partem ſocij
deficientis reſpuere, quia non accreſcit ei in-
uito, ſed volenti *l. vn. §. vbi autem legatarij C.
de cad. tollend. & latè dicemus in 8. cap. quæſt. 8.
num.* 16. Et tamen, quando ſocius deficit,
perinde habetur, ac, ſi ſoli ſuperſtiti tota res
fuiſſet initio relicta *l. vtrum 8. in prin. ff. de
reb. dub.* Sed hoc ideo fit, quia tale legatum,
non cenſetur vnum, ſed duplex, cum teſta-
tor enumerando perſonas videatur illud pro
numero vocatorum diuidere, ideoque, tam-
quam duplex poteſt reſpectu vnius accep-
tari, & reſpectu alterius reſpui, etiamſi ei-
dem vtrumque debeatur *l. ſed duobus. 5. ff. de
leg. 2.*

Hinc de illo dubitari poteſt, an, ſi dandi
conditio primordialiter ſit vni tantum in-
iuncta, & poſtea perueniatur ad plures, de-
beat ab eis impleri in totum, an verò poſſit
impleri etiam pro parte. Dubitationem facit
l. qui hæredi. 44. §. ſi duorum ff. de cond. & dem.
28 vbi Paulus, † *Si duorum ſeruo legatum ſit*, in-
quit, *non poſſe per partes conditioni pareri,
quidam aiunt, ſed ſimel dandam pecuniam.
Sed ego contra puto.* Contra verò *in d. l. cui
fundus. 55. verſicul. In eo vero ff. eod.* Iabo-
29 lenus, † *In eo vero, quod vni ſub conditio-
ne relictum eſt*, inquit, *ſcindi ex accidente condi-
tio non debet, & omnis numerus eorum, qui in lo-
cum eius ſubſtituuntur, pro ſingulari perſona eſt
habendus.*

Pro conciliatione noſtri communiter di-
30 ſtinguunt, † aut ad plures peruenitur ex diſ-
poſitione teſtatoris, vel expreſſa, vel tacita,
& ſcinditur conditio, aut peruenitur ex acci-
dente, & tunc conditio non ſcinditur, ſed in
totum impleri debet. *Ita diſtinguit Bartol.
in d. l. cui fundus, num. 3. & 4. verſic. ego dico.*

Hinc inferunt primo, ſi a perſona ſerui per-
ueniatur ad plures dominos, poſſe vnum-
31 quemque pro ſua parte implere † *d. l. qui hæ-
redi. 44. §. ſi duorum ff. de cond. & demon.* quia
ad eos peruenitur ex diſpoſitione teſtatoris
ſaltem tacita, non ex accidenti, *vt eſt de men-
te Bartol. in d. l. cui fundus, numer. 4. verſicul.
ego dico.*

Secundo inferunt, idem eſſe, ſi a perſona
vnius vocati perueniatur ad plures ſubſtitu-
tos: nam, quia ad eos peruenitur ex diſpoſi-
tione teſtatoris expreſſa, ideo fit, vt, & ipſi
32 poſſint pro parte implere conditionem. † *Ita
cenſuit Bart. in d. l. cui fundus, num. 4. verſicul.
Opp. dicitur hic.*

Tertio inferunt, ſi a perſona vnius legata-
rij perueniatur ad plures hęredes, non poſſe
eos ſcindere conditionem, ſed debere eam in
33 totum implere, † quia ad eos non peruenitur
ex diſpoſitione teſtatoris, ſed ex accidente, &
ex perſona hæredum conditio obligationis
immutari non debet *l. 2. §. ex his ff. de verbor.
34 oblig.* Et ita intelligunt † *d. l. cui fundus. 55. verſ.
In eo vero, vti videre eſt apud gloſſ. ibi, in verb.
ex accidente, & ibi Bartol. num. 2. Petr. de Bel-
lap. in d. l. ſi plures. 6. num. 7, & ibi Cin. num. 7.*

Bart.num.2.Bald.num.18.Ang.num.1.Caſtr.
num.1.

Et, ſi dicas, quomodo poteſt hoc procede-
re, cum legatum conditionale non tranſmit-
tatur ad hæredes, ſed fiat caducum, ſi legata-
rius moriatur prius, quam impleta ſit condi-
35 tio † ſiue ſit caſualis, ſiue etiam poteſtatiua
l. vn. §. ſin autem aliquid ſub conditione C. de
cad. toll. Nec enim ius implendæ conditionis
36 tranſit ad hæredes † *l. a teſtatore. 108. ff. de cõd.*
37 *& dem.* Reſpondent, hoc eſſe verum, † ſi le-
gatarius decedat ante, quam is, in cuius per-
ſona implenda eſt conditio, ſit in mora. Coe-
terùm, ſi poſtea, vt, quia obtulerit ei pecuniã,
quam is acceptare recuſauerit, & poſtea de-
ceſſerit relictis pluribus hæredibus, tunc ad
eos tranſmittit ius implendæ conditionis, &
38 procedunt ea, † quæ ex ipſorum ſententia ſu-
pra diximus, nempe eos non poſſe per partes
implere conditionem, ſed debere eam im-
plere in totum, aliàs a legato repelli. *Ita reſpõ-*
dent Petr. de Bellap. in d. l. ſi plures. 6. nu. 11. verſ.
Quicquid dixi. & ibi Cin. nu. 10. in fin. & Caſtr.
num. 3. C. de cond. inſer. Bartol. in d. l. tui fundus,
num. 4. verſ. ſed puto verius, & nu. 5. & ibi Imol.
num. 1. verſ. Item not. & verſ. ſequens autem.

Et, ſi obijcias, non debere ampliùs impleri
conditionem, cum habeatur pro impleta, eo
ipſo, quod ſtetit per eũ, in cuius perſona erat
39 implenda † *l. 3. ff. de cond. inſt. l. iurè ciuili. 24.*
& l. cum pupillus. 87. in prin. ff. de cond. & dem. l.
in iure ciuili. 122. ff. de reg. iur. l. ſi poſt diem 5. §.
Item, ſi quia ff. quand. dies leg. ced. l. Moeuia. 13.
in prin. ff. de ann. lega. Reſpondent, hoc pro-
40 cedere, † quando conditio erat implenda in
perſona tertij. Coeterùm, quando in perſo-
na hæredis, magis eſſe, vt adhuc ſit implenda,
41 non obſtante recuſatione: Nam hæres, † licet
recuſando operetur, vt cõditio habeatur pro
impleta, & ſic, vt res debeatur legatario, &
dominium in eum transferatur, tamen, quia
pro conſequenda poſſeſſione debet adhuc
conueniri, ideo, ſi fuerit poenitentia ductus,
poteſt purgare moram, & ſibi conſulere per
viam retentionis, ſcilicet, quia, ſi legatarius,
aut eo defuncto ipſius hæredes agant, & pe-
tant legatum, poteſt opponere exceptionem
conditionis non impletæ, & dicere, ſe non ob-
ſtante priſtina recuſatione eſſe paratum reci-
pere pecuniam: Et in his terminis procedent
ea, quæ ex ipſorum ſententia ſupra retuli-
mus. *Ita reſpondent Caſtr. in d. l. ſi plures. 6. nu.*
3. C. de cond. inſert. Imol. in d. l. tui fundus. nu. 1.
verſ. & ſi dicas.

Verùm, quia obſtat adhuc *l. cum quidam. 7.*
42 *C. eod.* vbi † ſeruus, cui ſub conditione, ſi decẽ
hæredi dediſſet, fuerat relicta libertas, fit li-
ber, eo ipſo, quod hæres pecuniam oblatam
recipere recuſauit, nec eam tenetur ampliùs
ſoluere, etiam ſi poſtea ſit paratus hæres eam
acceptare. Reſpondent, diuerſam eſſe rationẽ
43 libertatis, aliam legati: Nam † in libertate,
vbi ſemel impleta, aut habita pro impleta
conditione competit nihil ampliùs reſtat a-
gendum: Nec enim debet ſeruus contra hæ-
redem agere, vt manumittatur, cum ipſo iure
liber fiat, ideoq; non poteſt hæres ſibi conſu-
lere per retentionem, cum nihil ſit, quod reti-
neri poſſit. At in legato, licet ob recuſationẽ
conditio habeatur pro impleta, reſtat tamen
faciendum ab hærede, ſcilicet, quia debet ad-
huc præſtare legatum, &, vt id faciat debet le-
gatarius, aut eo mortuo ipſius hæredes con-
tra eum agere, ideoq; ſubeſt anſa retentionis.
Ita reſpondent Bart. in d. l. cui fundus, nu. 4. verſ.
ſed puto verius, Caſtr. in d. l. ſi plures, num. 3.

Deniq;, ſi dicas, etiam ſuppoſita tranſmiſ-
ſione, videri conditionem per partes poſſe
impleri, quia, licet defunctus non potuerit le-
gatum ſcindere, id eſt, pro parte agnoſcere, &
pro parte non, eius tamen hæredes hoc face-
re poſſunt *l. legatarius. 38. in prin. ff. de leg. primo*
ſcilicet, quia per legem xij. tab. ipſo iure diui-
44 duntur omnia, quæ in eos transferuntur † *l. hæ-*
redes. 26. §. Idem iuris ff. fam. erciſcund. l. ea, quæ.
6. Cod. eod. l. pacto ſucceſſorum. 26. Cod. de pact.
45 Reſpondent, hoc procedere, † quoad iura hę-
reditaria, cuiuſmodi ſunt dominia, obliga-
tiones, & actiones *l. 2. §. incertam ff. de Præto.*
ſtipul. l. 1. C. ſi cert. pet. Conditionem autem,
hoc ius implendæ conditionis non eſſe ius
hæreditarium, cum non ſit in obligatione,
ſed in mera implendi facultate, ideoq; non
diuidi inter hęredes. *Ita reſpondent Petr. de*
Bellap. in d. l. ſi plures, num. 8. verſ. Reſpondeo, &
ibi Cin. num. 8. verſ. 2. reſpondeo Bald. num. 22.
verſicul. opp. obligatio, Bart. in d. l. cui fundus,
num. 3. in fi. & num. 4. & ibi Imol. nu. 2. verſ. In
ea gl. ibi;

Hæc ſunt, quæ noſtri paſſim, & communi-
ter tradiderunt, & a quibus in foro non vide-
tur recedendum. Verùm, ſi quis diligenter at-
tendat, facilimè deprehendet, ea nihil aliud
continere, quam commentitiam quandam
interpretationem iuris regulis repugnantem
ad hoc ſolum excogitatam, vt vnius loci per-
peram intellecti ſenſus pertinaciter defende-
retur. Nam, quia Iabolenus *in d. l. tui fundus,*
46 ſenſerat † conditionem, ſi decem dederit,
vni tantum adſcriptam non poſſe pro parte
impleri, adeo, vt, ne ex accidente quidem
ſcindi debeat, ſed omnis numerus eorum, qui
in locum eius ſubſtituuntur, pro ſingulari per-
ſona ſit habendus, veteres interpretes, dum
putant, hoc accidens non aliter poſſe conſi-
derari, quã in ſpecie, qua plures hæredes vni
legatario ſucceſſerint, animaduertentes, huic
ſenſui multa obſtare principia, quæ, aut trãſ-
miſſionem impediunt, aut implendæ condi-
tionis neceſſitatem excludunt, aut faciunt di-
uiſioni locum, ita, vt ſtatim, atq; vni obſtacu-
lo per alicuius rei ſuppoſitionem occurreris,
ſtatim inſurgat alterum, quod ſuppoſitioni
reſragatur, ideo, vt poſitum intellectum quo-
quo modo ſuſtineant, coacti ſunt, tot, tantaſ-
que comminiſci in hoc concurrentes circun-
ſtantias, vt apertè demonſtrent, non potuiſſe
Iabolenum (quamuis oculatum) ad eas reſpe-
xiſſe, maximè, cum repugnent ijs regulis, quæ
per manus omnium tradebantur, quæque
etiam hodie non permittunt, vt talis intelle-
47 ctus ſtare poſſit, † non obſtantibus ijs, quæ
pro eo ſuſtinendo ſunt veteres commenti.

Primum enim ſtare non poteſt, vt ſenſerit
Iabolenus de pluribus hæredibus, qui in lega-
48 tarij locum ſucceſſerint, tum, quia † loquitur
de ijs, qui in locum eius ſubſtituuntur, quæ
verba, tanquam hominis factum denotan-
tia, non videntur poſſe referri ad hæredes,
quippe, qui ſuccedunt, non ſubſtituuntur

l. 1.

Digitized by Google

l. 1. §. non ſolum ff. vt leg. nom. cau. tum etiam,
quia dato etiam, quod dici poſſent ſubſtituti,
ideſt, ſubrogati, vel a lege, vel ab ipſomet le-
gatario, non tamen poſſet ad eos adaptari
quæſtio propoſita, cum ſcilicet pro parte poſ
ſint implere conditionem, cum, vt dictum
eſt, ius implendæ conditionis ad eos non
transferatur *d. l. a teſtatore. 108. ff. de cōd. & dem.*
Et, ſi dicas, hoc eſſe intelligendum, ſi legata-
rius deceſſerit poſt pecuniam hæredi oblatā,
vt reſpondent veteres, obſtat illud, quia, quo-
ties per eum, in cuius perſona debet impleri
conditio, ſtat, quominus impleatur, ſolet ea
pro impleta haberi, & perinde admitti lega-
tarius, ſic, ſi eam impleuiſſet, etiamſi in perſo-
49 na hæredis impleri debuerit † *l. ſi poſt idem. 5.
§. Item, ſi qua ff. quand. dies leg. ced.* & verò etiā
ſi legatum debeat ab hærede præſtari, ita, vt
50 neceſſaria ſit legatarij petitio † *l. Iulianus ait
45. ff. de cond. & dem.*

Secundo verò dato etiam, quod legatū ob
hæredis mori cenſeretur tranſmiſſū ad hære-
des legatarij, nō tamen ſtare poteſt, vt de his
51 hęredibus loquatur Iabolenus, quia, † ſi in eos
eſſet tranſmiſſum legatum cum onere con-
ditionis, talis conditio cenſeretur diuidua, li-
cet in perſona defuncti non potuerit, ſcindi,
quod patet ex eo, quia ceſſat in hæredibus ra-
tio, propter quam conditio dandi in perſona
legatarij eſt indiuidua: Ideo enim legatarius
52 eam ſcindere non poteſt, quia † hoc modo
ſcinderet legatum, quod ei facere nō eſt per-
miſſum, vt apertè probat *l. qui duobus. 23. ff. de
cōd. & dem.* vbi Iulianus *Qui duobus hęredibus
decem dare iuſſus eſt*, inquit, *& fundum ſibi, ve-
rius eſt, vt conditionem ſcindere non poſſit, ne le-
gatum ſcindatur*: Diligenter enim ponderan-
da ſunt illa verba, *ne legatum ſcindatur*, quip-
53 pe, quæ ſignificant, † ideo legatarium non
poſſe pro parte implere conditionem, quæ
alioqnin ſui natura eſt diuidua, quia alio-
quin pro parte tantùm legatum agnoſceret,
quod iuris ratio non permittit. At hęc ra-
tio ceſſat in hæredibus legatarij, quippe, qui
poſſunt legatum ſcindere *d. l. legatarius. 38. in
prin. ff. de leg. primo.* Ergo poterunt etiam ſcin-
dere conditionem, ita, vt implendo quiſque
pro ſua parte, partem etiam legati conſequa-
tur.

Tertio demùm nō eſt vera diſtinctio Bar-
toli exiſtimantis, poſſe diuidi conditionem,
ſi a perſona vnius perueniatur ad plures ex
diſpoſitione teſtatoris, vel expreſſa, vel taci-
ta, puta, quia res tranſeat ad plures ſubſtitu-
tos, vel ad plures dominos, ſecus verò, ſi per-
ueniatur ex accidente, prout euenit, cum res
tranſit ab vno legatario ad plures eius hęre-
54 des, quia, † ſi perueniri cenſetur ex diſpoſitio-
ne teſtatoris, quando tranſitus fit a ſeruo ad
dominos, debet etiam cenſeri ex eadem diſ-
poſitione perueniri, quando tranſitus fit a le-
gatario ad plures eius hæredes: Nam eadem
eſt vtriuſq; ſpeciei ratio, ſcilicet, quia domini
non magis veniunt ex iudicio, & diſpoſitio-
ne defuncti, quam hęredes *l. qui liberis 8. §. hęc
verba ff. de vulg.* Quamobrem ad ſubſtitutio-
nem factam his verbis, Quiſquis mihi hæres
erit, ad quam ij tantum vocantur, qui ſcripti
ſunt, & ſic, qui veniunt ex diſpoſitione teſta-
toris, neq; hęredes, neque etiam domini ad-
mittuntur *§. ſubſtituitur Inſt. de pupil. d. l. qui
liberis. 8. §. hęc verba ff. de vulg.* Nec dicas, do-
minos non vocari quidem ex diſpoſitione
expreſſa, ſed vocari ex tacita, vt *videtur ſen-
ſiſſe Bartol. in d. l. cui fundus, num. 3. & 4.* quia
idem dicitur de hæredibus: Nam, quia teſta-
tor poteſt diſponendo efficere, ne res tranſeat
in hæredes, & ſic poteſt eis adimere emolu-
mentum, ideo, ſi non adimat, cenſetur tacitè
id eis relinquere, vt dicimus de eo, qui mori-
tur inteſtatus *l. 3. in prin. & l. conficiuntur. 8.
in prin. ff. de iure codic.* Quia ratione fit, vt ita
hęredes, vt domini fideicōmiſſo grauari poſ-
ſint *l. a patre. 4. & l. ſi fuerit 5. ff. de leg. 3.* ſcilicet,
quia fideicōmiſſū ab ijs omnibus relīqui po-
teſt, quibus, vel datur, vel non adimitur, cū
adimi potuerit, & ſic, qui veniunt ex iudicio
teſtatoris, vel expreſſo, vel tacito *l. 1. §. ſciendū
ff. de leg. 3.* Alioquin enim, ſi non venirent ex
diſpoſitione ſaltem tacita, non poſſent one-
rari, *quoniam, qui fortuito, non iudicio teſtato-
ris conſequitur hæreditatem, vel legatum, non de-
bet onerari, nec recipiendum eſt, vt, cui nihil dede-
ris eum rogando obliges*, vt ait Paulus *in l. ſed, &
ſi ſic. 6. verſ. ſic autem ff. de leg. 3.*

Quamobrem ego puto, rem aliter eſſe de-
finiendam, quoties ab vno peruenitur ad plu-
res, & quęrimus, an conditio pro parte imple-
ri poſſit: Nam ita diſtinguendum arbitror,
55 † Aut diſpoſitio non valet ex perſona vocati,
ſed ex perſona aliorum, vt euenit, cum ſeruo
relinquitur, quo caſu diſpoſitio non poteſt
valere ex perſona ipſius ſerui, quippe, qui eſt
incapax, ſed valet ex perſona dominorum,
vtpote, a quorum capacitate pendet ſerui ca-
pacitas *l. ſi mihi, & tibi 12. §. regula ff. de leg. pri.*
56 Et verum eſt, poſſe ſcindi conditionem † *d. l.
qui hæredi. 44. §. ſi duorum ff. de cond. & dem.*
Aut verò diſpoſitio valet in perſona vocati,
cui conditio fuit adſcripta, ſed ex accidenti
peruenitur ad plures, ita, vt conditio non am-
plius ab illo, ſed a ſubrogatis in eius locum
ſit implenda, Et tunc verius eſt, conditionem
57 ſcindi non poſſe, † *vt in d. l. cui fundus. 55.
verſ. In ea verò.* Exemplum ſit, cum legatum
vni primordialiter relinquitur ſub conditio-
ne, ſi decem dederit, & ei, ſi defecerit, ſubſti-
tuuntur plures (poſſunt enim, & plures in
58 vnius locum ſubſtitui † *l. poteſt. 36. verſ. & vel
plures ff. de vulg. §. & plures, Inſt. eod.*) Nam
tunc, licet ex accidente, ideſt, morte primi le-
gatarij res in ſubſtitutos transferatur, ita, vt
ab eis implenda ſit conditio, non tamen po-
59 terit impleri pro parte, † quia, cum in vnius
locum fuerint omnes ſubrogati, debent om-
nes pro vna perſona reputari, & per conſe-
quentias etiam omnes ſimul implere condi-
tionem, eo modo, quo implere debuiſſet is,
cui primordialiter res fuerat relicta. Hic eſt
60 verus Iaboleni ſenſus, † cui congruunt om-
nia ipſius verba, *vt rectè animaduerterat Iaco.
de Aren. quem retulit, licet non probarit Bart. in
d. l. cui fundus, num. 4. verſ. Opp. hic dicitur.*

Nec eſt obſcura diuerſitatis ratio inter plu
res dominos, & plures ſubſtitutos: Nam,
61 † quoties ad plures dominos res tranſit, diſ-
poſitio non cēſetur vna, ſed multiplex, quia,
cum non valeat ex perſona ſerui, ſed ex per-
ſona dominorum, perinde res eſt habenda,
ac, ſi ipſis dominis res primordialiter fuiſſet

relicta, ideoq; iam vſque ab initio cenſetur
in partes diuiſa, *vt nos latè oſtendimus in 5. cap.
q. 27. nu. 29. & ſeqq.* Quamobrem, & pro par-
te ſuſtineri poteſt, ſi vnus dominorum velit,
alter verò nolit legatum agnoſcere *l. & Pro-
culo. 20. ff. de leg. 2.* At, quoties res tranſit ad
plures ſubſtitutos, diſpoſitio cenſetur vna, nõ
multiplex, quia, cum in perſona illius, cui pri-
mordialiter fuit relicta, conſtiterit, & non po-
tuerit cenſeri in partes diuiſa, Conſequens
eſt, vt, nec poſſit cenſeri diuiſa in perſonis
ſubſtitutorum, quippe, qui, tamquam in illius
locum ſubrogati debent pro vna tãtum per-
62 ſona reputari † *l. ſi nepotes. 7. ff. de collat. bono. &
in propoſito ſcribit etiã Iabolenus in d. l. cui fun-
dus. 55. in fi. ff. de cond. & dem.* & eodẽ cum illo
cenſeri inte *l. hæredem 60. ff. de reg. iur.* Quem-
admodũ igitur ille non poterat ſcindere con-
ditionem, ne etiam legatum ſcinderet, *vt di-
ximus ſupra num.* 24. ita nec ſcindere poterũt
in ipſius locum ſubſtituti.

Nec obſtat, ſi dicatur, quoties res tranſit in
ſubſtitutos non videri tranſire ex accidente,
prout ſupponit Iabolenus, ideoq; ad eos non
videri poſſe illius verba referri, ſed potiùs ad
eos, in quos ex facto legatarij res transferetur,
63 † *vt explicat ibi gl. in verb. ex accidente*, quia ve-
rius eſt, imo etiam in ſubſtitutos tranſire ex
64 accidente: † Nam tranſit ex morte legatàrij
ante impletam conditionem contingente,
quæ dicitur accidens, ad differentiam repu-
diationis, quæ in propoſito conſiderari ne-
quit: Nec enim legatarij repudiatio poſſet
huiuſmodi tranſitum operari, cum ante im-
pletam conditionem facta nullius ſit mo-
menti *l. ſi ita ſcriptum. 46 §. 1. ff. de leg. 2.*

Sed hæc quidem dicuntur, quoties condi-
tio ſui natura eſt diuidua. Coeterùm, quoties
eſt indiuidua, certum eſt, debere in totum im-
pleri ab eo, qui vult conſequi relictum, etiãſi
alij negligant, aut recuſent implementum
65 † *l. ſi ita fuerit. 13. in prin. ff. de man. teſta. l. ſi
quis ita libertatem. 13. §. ſi duo ff. de ſtatulib. d. l.
paterfa. 44. & ibi gl. in verb. monumentum ff. de
hæred. inſt. d. l. ſi plures. 6. & ibi Petr. de Bellap.
num. 5. & 7. Cin. num. 5. verſ. 2. opp. & num. 7.
Bart. num. 1. Bald. num. 17. 18. & 22. C. de cond.
inſert gl. in d. l. ſi quis legata. 53. §. vlt. in verb.
ſimul ff. de cond. & dem. Bart. in d. l. cui fundus.
55. nu. 3 ff. de eod.* quia, qui partẽ indiuidui fa-
66 cit, nihil feciſſe intelligitur † *l. ſi is, qui qua-
dringenta. 79. §. quędam ff. ad l. Falcid. Ita ratio-
cinatur Cin in d. l. ſi plures, n. 5. verſ. ratio, quia.*
Exemplum ſit in omnibus cõditionibus, quę
conſiſtunt in faciendo: Nam, quia facta ſunt
67 indiuidua † *l. 4. §. Cato verſ. ab omnibus ff. de
verb. oblig.* ideo, & indiuiduæ cenſentur con-
68 ditiones, quæ in faciendo conſiſtunt, † *vt de-
clarant gl. in d. l. ſi plures, in verb. conditionem,
Bart. in d. l. cui fundus, nu. 2. & conſ. 195. nu. 1.
lib. 1.* Quamobrem non poterunt per partes
adimpleri, eaq; ratione, niſi in totum fuerint
impletæ, non poterit eſſe diſpoſitioni locus.
69 † *Ita declarant Petr. de Bellap. in d. l. ſi plures, nu.
5. Bart. d. conſ. 195. num. 1. lib. 1.*

Sed hoc verum eſt, ſi tractemus de ijs con-
ditionibus, quæ continent vnum tantum fa-
ctum communiter ab omnibus expediendũ,
70 & ſic ſunt ſimplices, † vt, ſi domum ædifica-
uerint, vel aliud opus fecerint: Nam, quia
operis effectus in partes ſcindi non poteſt
71 † *l. ſtipula ione non diuiduntur. 72. in prin. & l. in
executione 85. verſ ſecũda ff. de verb. oblig.* cum
opus diu non potuit, cui propria forma, quæ
73 ex conſummatione contingit, data non eſt, † *d.
l. ſi is, qui quadringenta. 79 §. quędã ff. ad l. Falc.*
ideo non poterit vnus ex vocatis illud facere
pro parte, &, ſi ita faciat, non dicetur condi-
73 tionem impleuiſſe † *d. l. ſi ita fuerit. 13. in prin.
ff. de man. teſta d. l. paterfa 44. ff. de hæred. inſt.
Et ita in ſpecie declarant gl. in d. l. ſi plures. 6. in
verb. ſi plures, & ibi Petr. de Bellap. num. 5. Cin.
num. 5. verſ. hoc verum eſt, Bart. num. 1. Bald. nu.
17. verſ. Item pone, & Caſt. nu. 1. C. de cõd. inſert.*
Idem eſt, & in conditione, ſi rationes reddi-
derint: Nam, ſi communiter geſta ſit admi-
niſtratio, non aliter quis videbitur conditio-
ni paruiſſe, quam, ſi, tam propriç, quam alte-
rius adminiſtrationis rationes reddiderit, &
74 vtriuſq; reliqua exoluerit † *d. l. ſi quis ita liber-
tatem. 13. §. ſi duo, verſ. ſed, ſi actus ff. de ſtatu-
lib. d. l. ſi ita fuerit. 13. §. 1. ff. de manu. teſta. &
declarat Bald. in d. l. ſi plures, num. 17. verſ. Item
pone.*

Nec obſtat, ſi dicatur, huiuſmodi condi-
tionem in ſe continere reliquorum ſolutio-
75 nem, quæ ſui natura diuiſionem recipit † *l. ſi
ſtatulibera 6. §. fin. ff. de ſtatulib. l. cum ſeruus.
81. ff. de cond. & dem.* ideoq;, licet in totum
debeat quis implere conditionem, quoad ip-
ſam redditionem rationum, videri tamen,
quoad reliquorum ſolutionẽ ſufficere, ſi par-
tem ſuam exoluat, quia verius eſt, imo non
76 ſufficere, † *vt patet ex iuris ſupra allegatis*; Nam
77 quia † reliquorum ſolutio non conſideratur
in hac conditione, vt quid principale, ſed, vt
quid acceſſorium, ideo debet ſecũdum illius
naturam regulari. Quo fit, vt, licet ſui natura
ſit diuidua, tamquam conſiſtens in datione
pecuniæ quæ partes recipit, tamen, quia pen-
det a redditione rationum, quæ eſt indiuidua,
tamquam reſpiciens factum hominis, quod
pro parte expediri non poteſt, ideo, & ipſa cẽ-
ſetur indiuidua. *Ita declarat gl. in d. l. ſi ita
fuerit 13. §. 1. in verb. exoluerit ff de man. teſt.*

Coeterùm, ſi tractemus de ijs conditioni-
bus, quæ continent plura facta a ſingulis ex-
pedienda, magis eſt, vt ſufficiat, vnumquẽq;
factum ſuum expedire, ad hoc, vt locum ha-
78 beat diſpoſitio. † Exemplũ ſit ſi teſtator duos
vocauerit ſub conditione, ſi in Capitolium
aſcenderint, vel ierint in exercitum: Sufficit
enim vnum aſcendere, vel in exercitum pro-
ficiſci, vt in eius perſona locũ habeat diſpo-
ſitio, licet alter non aſcendat, aut non eat, &
ſic conditio non impleatur in totum. *vt in
ſpecie declarant Petr. de Bellap. in d. l. ſi plures, nu.
5. & ibi Cin. num. 5. verſ. Hoc verum eſt, Bald,
79 num. 17. verſ. modo quæro.* non, quia † huiuſ-
modi conditio ſit diuidua. *vt putauit gl. in d.
l. ſi plures in verb. ſi plures*, quia, cum merum
factum contineat, quod haud dubiè pro par-
te expediri nequit, Conſequens eſt, vt ſit in-
80 diuidua, ſed, quia † non cenſetur vna, ſed,
multiplex: Tot enim cenſentur conditiones,
81 quot facta, † *vt declarant Petr. de Bellap. in d. l.
ſi plures, num. 5. & ibi Cin. nu. 5. verſ. Hoc verum
eſt*, quippe, quæ ſunt inter ſe diuerſa: Alius
82 enim eſt aſcenſus tuus, alius meus, † *l. ſi non
ſortem 26. §. libertus ff. de cond. indeb. vt in ſpecie*

de-

declarant Bart. in d. l. ſi plures, nu. 1. & ibi Bald. num. 20. Caſt. num. 2. Itaq; eſt diuidua hoc reſpectu, quia factum vnius poteſt a facto alterius ſeparari, ſed per ſe, & reſpectu ſui ſine dubio eſt indiuidua, quia continet facta, quæ
83 per partes explicari non poſſunt.† *vt declarãt Bart. in d. l. ſi plures, nu. 3. in fi. & ibi Caſtr. nu. 2.* Idem eſt, &, ſi duobus ſit adſcripta conditio, ſi rationes reddiderint, & ſimus in caſibus, in quibus ſeparatim geſtæ ſint rationes: Nam ſufficiet vnicuiq; ſuas rationes reddere, vt emolumentum ſibi relictum conſequatur
84 † *d. l. ſi ita fuerit 13. §. 1. ff. de man. teſta. d. l. ſi quis ita libertatem. 13. §. ſi duo ff. de ſtatul.* quia cõditio non continet vnum factum, ſed duo, eaq; ſeparata, *ſecundum ea, quæ ſupra diximus.* Et hęc de ſecunda dubitatione.

Succedit tertia, in qua videndum eſt, an, ſi vnus in totum impleat conditionem, hoc etiam proſit alijs non implentibus, ita, vt, & ipſi, quaſi purificata conditione poſſint ad emolumentum admitti. Et conſtat in hac re varios eſſe diſtinguendos caſus, quorum

Primus eſt, quando factum tale eſt, vt per alium expediri non poſſit, Et tunc res caret dubio: nam certum eſt, vnius implementum
85 alijs non prodeſſe.† Exemplum ſit in ijs conditionibus, quæ continent facta diuerſa, vt, ſi Capitolum aſcenderint, ſi ierint in exercitũ, ſi operas præſtiterint, & id genus alia, *ſecundũ ea, quæ diximus ſupra num. 78. & ſeqq.* Nam, licet vnus impleat ex ſui parte, non tamen alijs non implentibus proficiet, *vt docet Bald. in d. l. ſi plures, nu. 20. & probant etiam loci, quos*
86 *referemus infra num. 91.* quia † licet conditio ſit impleta ex parte vnius, non tamen poteſt cenſeri impleta ex parte alterius, cum facta ſint diuerſa, *vt diximus ſupra num. 82.* ideoq; quod ab illo faciendum erat, nemo fecerit. Deniq; cum in hac ſpecie tot cenſeãtur conditiones, quot facta, Conſequens eſt, vt, licet vna ſit impleta, non tamen dici poſſit impleta alia, quæ eſt ab illa diuerſa.

Secundus verò caſus eſt, quando factum tale eſt, vt etiam per alium expediri poſſit, & ex ijs, quæ teſtator ſcripſit, aũt dixit, conſtat, eius mentem fuiſſe, vt vnius factũ ſufficeret; Et tunc res etiam procedit ſinè difficultate; nam certi iuris eſt, vnius factum etiam alijs
87 proficere † *d. l. ſi ita fuerit 13. in prin. verſ. quod, ſi ex ijs ff. de man. teſta. & ſcribunt Petr. de Bellap. in d. l. ſi plures 6. num 6. & ibi Cin. num. 6. Bart.*
88 *num. 3. Caſtr. num. 3. C. de cond. inſert.* quia † in conditionibus id tantum ſpectandum eſt, quod voluit teſtator, cum ſola ipſius voluntas regat conditiones *d. l. in conditionibus. 19. in prin. ff de cond. & dem.*

Tertius caſus eſt, quando non conſtat, quæ fuerit mens teſtatoris, ſed apparet, eum, qui impleuit conditionem, id coniuncti voluntate, vel nomine feciſſe, Et tunc ſimiliter non eſt dubitandum, quin eius factum, etiam alij
89 proſit, † *vt docet Bald. in d. l. ſi plures num. 20.* quia, cum per alium, & poſſit expediri, & fuerit expeditum, Conſequens eſt, vt perinde ſit, ac, ſi fuiſſet ab eo factum, a quo fieri debuerat, ſcilicet, quia, qui per alium facit, per ſe
90 ipſum facere videtur † *l. in ædibus. 19. §. quod ſibi ius ff. de donat. l. qua ratione. 9. § hæc quoq; ff de acq. rer. dom. l. ita autem 5. §. geſſiſſe ff. de adm. tuto. l. 2. ff. de fideiuſſ. & nom. tut. l. 1. §. vlt. ff. ſi menſ. falſ. mod. dix.*

Quartus, & vltimus caſus eſt, quando, nec de mente teſtatoris, nec de mente implentis conſtat, & ſic ſumus in dubio, Et tunc, licet Baldus *in d. l. ſi plures, num. 20.* cenſuerit, præſumi factum de voluntate, vel nomine alterius, contrariũ tamen verius eſt, & receptius, ideoq; vnius implementum alijs non profi-
91 cere.† *Ita enim ſcribitur in d. l. ſi ita fuerit 13. in prin. verſ. faciendo tamen ff. de man. teſta. & declarat Bart. in d. l. ſi plures, num. 3. Et ſenſiſſe videntur, qui ſimpliciter ſcripſerunt, vnius implementum alijs non prodeſſe, vt Petr. de Bellap. in d. l. ſi plures, num. 6. & ibi Bald. num. 2. Caſtr. num 1. Id ipſum probat d. l. ſi plures, dum ait, non implentem ab emolumento repelli, quod etiam ibi dixerunt gl. in verb. repellantur, Petr. de Bellap.*
92 *num. 3. Cin num. 3.* quia, † cum teſtator vtriq; conditionem iniunxerit, & hoc modo declarauerit, mentem ſuam eſſe, vt vterq; faciat, conſequens eſt, vt, ſi vnus tantum faciat, non cenſeatur, quoad non facientem ſatisfactum voluntati defuncti, *d. l. ſi ita fuerit 13. in prin. verſ. ſolummodo ff. de man. teſta.* quippe, quæ in cõditionibus debet in forma ſpecifica adimpleri *l. qui hæredi. 44. in prin. & l. Mœuius 54. ff. de cond. & dem.* ideoq; quoad ipſum nõ debeat locum habere diſpoſitio. *Ita ſenſiſſe videntur, licet non ita declarent Petr. de Bellap. in d. l. ſi plures, num. 3. & ibi Cin. num. 4.* Et hoc de tertia dubitatione.

Sequitur quarta, in qua videndum eſt, ad quid implementum conditionis implenti proſit; Et quidem ad conſequendum id, quod ei relictum eſt, quin proficiat, nulla eſt dubi-
93 tatio † *d. l. cui fundus 55. verſ. & ideo, & d. l. pen. §. 1. ff. de cond. & dem.* Quamobrem poterit
94 haud dubiè ſuam relicti partem petere †. *d. l. ſi quis legata. 53. §. vlt. ff. de cond. & dem. d. l. ſi plures 6. & ibi Bald. num. 17. & Caſtr. num. 1. & 3. C. de cond. inſert. gl. in d. l. cui fundus, in verb. alteri, & in verb. legatum.*

Sed, an ei proficiat, etiam ad conſequendã partem coniuncti non implentis; dubitari poteſt. Sed eſt verius, multum referre, vtrum is, qui non paruit, poſſit adhuc implere conditionem, nec ne: Nam ſi poteſt, vt quia conditio in dando conſiſtat, & nondum ſit a dãdi facultate excluſus, vel, ſi conſiſtit in faciẽdo, tractetur de facto iterabili, prout euenit, cum appoſita eſt conditio, ſi Capitolium aſcenderint, vel ierint in exercitum, aut operas præſtiterint *ſecundum ea, quæ diximus ſupra num. 78. & ſeqq.* verius eſt, non prodeſſe
95 ad conſequendam coniuncti partem. † *vt declarat Bald. in d. l. ſi plures, num. 21.* quia coniunctus, quandiu poteſt implere conditionem, facit partem, tamquam is, qui ad partẽ ſperatur admitti *ſecũdum ea, quæ diximus in 7. cap. q. 37 nu. 1. & ſeqq.*

11 Coeterùm, ſi non poſſit ampliùs eam implere, vt, quia tractetur de opere, quod vbi ſemel perfectum eſt, iterationem non patitur, quo caſu propter conditionis defectum cenſetur ſocius ab emolumento excluſus *d. l. ſi ita fuerit 13. in prin. verſ. Non enim ff. de manu. teſt. & declarat Bald. in d. l. ſi plures, num. 21.* quæri poteſt, an ei, qui paruit, proficiat implementum, etiam ad conſequendam excluſi

cluſi partem. Et, ſi quidem tractetur de hære-
ditate, res caret dubio: nam certum eſt, ad
96 implẽtem totam hæreditatem pertinere †. *d.
l. paterfa. 44. & ibi gl. in verb. hæredem eſſe, ff. de
hæred. inſt. Men. conſ. 78. num. 27.* ne alioquin
teſtator decedat pro parte teſtatus, & pro par-
te inteſtatus, *vt oſtendimus in 3. cap. q. 1. num. 1.
& ſeqq.* Coeterùm, ſi tractetur de legatis, &
fideicommiſſis, res in dubium reuocari ſolet.
Dubitationem autem fecit *d. l. ſi pluris. 6. C.
de condit. inſert.* vbi Iuſtinianus, *videtur autem
nobis*, inquit, *vnumquemq; neceſſitatem habere,
conditionem implere, & pro portione ſibi contin-
gente accipere, quicquid ex hoc commodi eſt.* Nam
97 his verbis videtur ſignificare, † conditionis
implementum proficere quidem implenti
ad conſequendam partem ſuam, ſed non ad
conſequendam partem alterius non implen-
tis, *vt declarant ibi Petr. de Bellap. nu. 2. & Cin.
num. 2.*

Sed hoc non obſtante verius, & receptius
eſt, proficere, etiam ad conſequendam alte-
rius excluſi partem, vel per ius non decreſcē-
98 di, vel per ius accreſcendi, † ſecundum diſtin
ctionem, quam retulimus *in 4. cap. q. 2. num. 3.
& ſeqq. Ita enim ſcribitur in d. l. ſi quis legata. 53.
§. vlt. & ibi gl. in verb. conſequetur ff. de cond. &
dem. & declarant gl. in d. l. ſi plures, in verb. repel-
lantur. & ibi Petr. de Bellap. num. 9. Cin. num. 9.
Bald. num. 17. verſ. 2. opp. Ang. num. 2.* Nam,
99 † cum pars non capientis capienti accreſcat
in legatis, & fideicommiſſis, *vt de legatis dixi-
mus in hoc cap. q. 20. num. 4 & ſeqq. De fideicom-
miſſis vero in q. 21. num. 19. & ſeqq.* vt pote, in
quibus is, qui non admittitur, nec admitti
ſperatur ad partem, non facit partem, *vt oſten-
dimus in 7. cap. q. 21. num. 24. & q. 36. num. 5.*
Conſequens eſt, vt debeat etiam huius, qui
conditione defectus eſt, portio coniuncto ac-
creſcere. *ſecundum ea, quę dicemus in eodem 7.
cap. q. 34. num. 1. & ſeqq.*

Neq; obſtat *l. ſi plures*, quia reſpondent no-
ſtri frequentiùs, quod ibi dicitur, poſſe im-
plentẽ cõſequi partem ſuam, & ita innuitur,
non poſſe eum petere partem ſocij non im-
100 plentis, ita eſſe intelligendum, † vt non poſſit
eam petere iure ſuo, ideſt, iure primæuę vo-
cationis, ſed non negetur, quin eam poſſit pe-
tere iure accreſcendi. *Ita enim reſpõdent Petr.
de Bellap. in d. l. ſi plures, num. 9. & ibi Cin. nu. 9.
Bald. num. 17. verſ. 2. opp.* Sed, quia, vt ſæpè de-
monſtrauimus, partem, cum dicunt veteres
ad aliquem pertinere, ſignificant, non poſſe
eum conſequi totum, eoq; modo excludunt
ius accreſcendi, *vt in l. ſi. §. Seio ff. de leg. 2. l. vxo
rẽ 41. §. agri plagã ff. de leg. 3.* ideo non videtur
hæc reſponſio dubitationẽ, quæ ex hoc loco
naſcitur, ſuſtuliſſe.

Probabiliùs ſanè dici poſſet, Ideo Iuſtinia-
101 num ſcripſiſſe, † implentem poſſe conſequi
partem ſibi relictam, non totum, quia quæ-
ſtio ibi propoſita non erat, an pars ſocij defi-
cientis poſſit a coniuncto per ius accreſcendi
vindicari, ſed, an vnus poſſit ſine alio imple-
re conditionem, & conſequi partem ſuam,
quoties conditio duobus coniunctim fuit ad
ſcripta; nam, cũ de hoc dubitaſſet Vlpianus,
tollendæ huius dubitationis gratia voluit
Iuſtinianus rem conſtitutione definire Itaq;
ſtatuit poſſe vnumquem q; ſeparatim imple-
re, & conſequi partem relicti. Quid autem de
alia parte ſit ſtatuendum, non definiuit, quia
res non pertinebat ad quæſtionem ibi propo-
ſitam, ſed ad eam, quæ tractatur *in l. vn. C. de
cadu. toll.* ad quem ſcilicet portio deficientis
pertinere debeat. Quamobrem ſecundum
diſtinctiones ibi propoſitas erit res definien-
da: Nam, aut teſtator deficienti dedit ſubſti-
tutum, & ei ſine dubio pars non implentis
erit applicanda; aut verò non dedit, & tunc,
aut ijs quibus communiter adſcripta eſt con
ditio, erant etiam in legato coniuncti, vel re,
& verbis, vel re tantum, vel etiam (vt noſtris
communiter viſum eſt) verbis tantum, & erit
danda coniuncto, *ſecundum ea, quæ diximus
ſupra num. 98. quæq; in his terminis procedunt*,
aut verò non erant coniuncti, & portio non
implentis in hæreditate, ſiuè apud hæredem
remanebit, *ſecundum ea, quæ dicemus in 9. cap.
q. 1. num. 9. & q. 8. num. 1. & ſeqq.*

Verùm, licet hæc declaratio in ſe vera ſit,
non eſt tamen (meo iuditio) ad tollendam
dubitationem neceſſaria, quia Iuſtinianus
102 ibi, † non dicit, implentem conſequi partem
ſuam, ſed *pro portione ſibi contingente accipere,
quicquid ex hoc commodi eſt*, quibus verbis nõ
ſolum comprehendit partem principalem,
ſed etiam partem accreſcentem, quippe quæ
nihil aliud eſt, quam commodum, quod im-
plens cõditionem percipit pro portione ſibi
contingente: Nam, cum portiò portioni ac-
creſcat *l. ſi Titio. 39 in ſi. ff. de vſufr.* & quidem
pro portione legati *l. Meuio. 42. in prin. ff. de
leg. 2.* Conſequens eſt, vt dici poſſit commo-
dum, quod implens percipit *ex hoc* ideſt ex
implemento conditionis pro portione ſibi
contingente. Quod etiam clariùs oſtendunt
hæc verba ſequentia, *vt ij quidem, qui comple-
uerint iuſſa, ad lucrum vocentur*, Non enim ait
Iuſtinianus, implentes vocari ad partes ſibi
relictas, ſed ad lucrum, cuius appellatione
etiam pars accreſcens continetur *l. vn. §. pro
ſecundo, verſ. ſed, vt manifeſtetur, §. ne autem hoc
C. de cad. toll.* Et ita locum hunc intelligendũ
eſſe puto.

De illo ſanè dubitari poteſt, an, quod di-
ximus, cenſeri ſocium, qui non impleuit, a
ſua parte excluſum, & eam implenti accre-
ſcere, quoties conditio conſiſtit in facto non
iterabili, procedat, etiamſi ſocius, qui non
impleuit, paratus ſit implenti pro ſua parte
contribuere, & ſoluere expenſas in re factas,
aut etiam prætium operæ, quam alter ſolus
in re facienda pręſtitit. Et conſtat, eſſe diſtin-
guendum, aut opus ab vno tantum factum
eſt, poſtea, quam ſocius facere recuſauit dato
ei termino ad inſtantiam alterius, Et non
erit amplius admittendus, ſed procedent ea,
quæ ſupra diximus, ſcilicet alterum, qui tota-
liter impleuit, rem in ſolidum cõſequi debe-
re, partim iure ſuo, & partim iure accreſcẽdi.
103 † *Ita declarat Caſtr. in d. l. ſi plures. num. 1. verſ.
Breuiter puto.* Aut verò per ſimplicem vnius
negligentiam, aut alterius feſtinantiam opus
ab vno tantum factum eſt, Et tunc eſt verius,
eum, qui non fecit adhuc poſſe admitti, &
alteri partem in legato facere, ſi præſter ea,
quæ ſupra diximus, ne alioquin vnius feſti-
104 nantia alteri noceat † *Ita declarant Bald. in d.
l. ſi plures, num. 21. & ibi Caſtr. num. 1. verſ. Bre-*

uiter

liter puto. Et hæc de quarta dubitatione.

Superest quarta, & vltima, in qua videndũ eſt, an, & quando ius accreſcendi locum habeat in onere conditionis. Huius autem quæſtionis deciſio pendet ex ijs, quæ ſupra diximus, quippe, quæ non aliam ob cauſam fuerunt a nobis præmiſſa, quam, vt intelligeremus, quibus caſibus in onere conditionis ius accreſcendi conſiderari poſſit. Conſtat autẽ ex ijs, tres eſſe diſtinguendos caſus, quorum

Primus, eſt quando conditio duobus, aut pluribus adſcripta eſt quidem indiuidua, ſed continet plura facta, quæ a ſingulis expediẽda ſunt, vt, ſi Capitolium aſcenderint, ſi ierint in exercitum, vel id genus alia fecerint. Et tunc certum eſt, in tali onere non habere lo-
105 cum ius accreſcendi, † quia, ſi vnus nõ faciat, non tenetur alter pro eo facere, cum nec poſſit: Eſt enim factum, quod per alium expediri nequit *d. l. vn. §. ne autem hoc, verſ. ſin vero talis C. de cad. toll.* Quamobrem non facientis portio ſine onere conditionis coniuncto accreſcet, *vt oſtendemus in 8. cap. q. 17. nu. 58. & ſeq.*

Secundus verò caſus eſt, quando conditio duobus, aut pluribus adſcripta eſt indiuidua, & cõtinet vnum factum, quod communiter ab omnibus expediendum eſt, Et tunc, licet is, qui admitti vult, teneatur inſolidũ implere conditionẽ, & ſic ſolus facere, quod vterq; ſimul facere tenebatur, non tamen propriè loquentibus dici poteſt, onus conditionis illi
106 accreſcere, † quia in indiuiduis, vt, quæ partes non recipiunt, non poteſt conſiderari ius accreſcendi, quippe quod partium diuiſionẽ ſupponit, *vt oſtendimus in primo, cap. q. 1. num. 28. & cap. 5 q. 42. num. 3.* Quamobrem dicetur totum facere ex natura ipſius conditionis, & facti, quod per partes expediri nequit *d. l. ſi ita fuerit 13. in prin. ff. de manu. teſta.* Sanè, ſi rẽ ipſam ſpectemus, magis eſt, vt pars oneris cẽſeatur ei accreuiſſe, quia debuit, & poſſe, & pro ſocio operari, & ſic eam oneris partem ſuſtinere, quę ſpectabat ad ſocium, eoq; reſpectu dici poterit, etiam in hac ſpecie, locum
107 habere ius accreſcendi, † *vt dicit Imol. in d. l. paterfa. 44. num. 5. ff. de hæred. inſtit.*

Tertius deniq; caſus eſt, quando conditio duobus, aut pluribus adſcripta eſt diuidua, quod ſcilicet in dando conſiſtat, Et tunc, ſi vnus impleat, & ſuam legati partem conſequatur, alter verò non impleat, & ideo repellatur, ſi ille partem huius conſequi velit, debet haud dubiè etiam pro illius parte implere
108 conditionem, † *vt declarant gl. in d. l. ſi plures, in verb. repellantur, & ibi Bald. num. 22.* quia pars non niſi cum onere conditionis accreſcit *d. l. ſi quis legata. 53. §. vlt. ff de cond. & dem. d. l. vn. §. pro ſecundo, & §. ne autem hoc C. de cad. toll. & nos latè dicemus in 8. cap. q. 16. num. 42.* Quamobrem in hac ſpecie rectè dicemus, in onere conditionis habere locum ius accre-
109 ſcendi, † *vt dicit Bald. in d. l. vn. nu. 22. C. quand. non pet. part. & ſenſit etiam Imol in d. l. paterfa. 44. num. 5. ff. de hæred. inſt. licet de ſuperiori ſpecie loquatur.* Et ita rem definiendam arbitror, cum de onere conditionis loquimur.

At, ſi tractemus de onere modi, quem teſtator duobus; aut pluribus adiecit, vt, cum dixit, Inſtituo Titium, & Sempronium, vel, lego Titio, & Sempronio fundum, vt dent, vel faciant aliquid, & quærãtur, an in tali onere locum habeat ius accreſcendi, conſtat eaſdem eſſe faciendas diſtinctiones, quas in onere conditionis adhibuimus, ſcilicet, quia in materia iuris accreſcendi nulla eſt inter onus modi, & onus conditionis differentia.
110 † Quamobrem communiter de ijs tractat Iuſtinianus *in d. l. vn. §. pro ſecundo C. de cad. toll. & Bald. in d. l. vn. num. 22. C. quand. non pet. part. & nos etiam agemus in 8. cap. q. 16. nu. 42. & ſeqq. & q. 17. num. 131. & ſeqq.*

Solum igitur remanet diſpiciendum de onere legatorum, & fideicõmiſſorum, quod etiam acceſſoriè venit ad aliam teſtatoris diſpoſitionem, vel expreſſam, vel tacitam, ſcilicet, quia hæres ideo ad lega totum, vel fideicommiſſorum præſtationem obligatur, quia defuncti hæreditatem adiuit, vel ex teſtamento, quo caſu venit ex diſpoſitione teſtatoris expreſſa, vel ab inteſtato, quo caſu venit ex tacita *l. conficiuntur. 8. in prin. ff. de iur. cod.* In hoc igitur onere, ſi quæramus, an locum habeat ius accreſcendi, tres ſunt diſtinguendi caſus quorum

Primus eſt, quando vnus ex heredibus non adijt ſuam partem hereditatis, ſed ea coheredi accreuit, Et tunc non eſt dubium, quin, vt in hæreditate, ita etiam in onere legati, aut fideicommiſſi, quod ei annexum eſt, locum
111 habeat ius accreſcendi, † ſcilicet, quia pars hæreditatis cum tali onere accreſcit *l. ſi duobus. 16. §. 1. ff de leg. primo, l. mortuo 50. §. fin. ff. de leg. 2. & latè oſtendemus in eodem cap. 8. q. 17. num. 130.*

Secundus verò caſus eſt, quando omnes hæredes adeunt hæreditatem, ſed vnus legatum, aut fideicommiſſum pro ſua parte non præſtat, ideo, quia a teſtatore fuit exemptus, Et tunc ſimiliter verum eſt, onus eius alijs accreſcere, & conſequenter alios hæredes, non ſolum pro ſua parte, ſed etiam pro parte exẽpti teneri legatum, aut fideicommiſſum præ-
112 ſtare † *l. ab omnibus 107. & ibi Bart. Bald. Ang. Caſtr. & Imol. ff. de leg. primo*, quia teſtator non ideo cenſetur exemiſſe, quod voluerit legatũ aut fideicommiſſum in parte diminuere, ſed, quia voluit illi gratificari, liberando eum ab onere, & totum id alijs imponendo.

Tertius deniq. caſus eſt, quando omnes hæredes adeunt hæreditatem, ſed vnus ex ijs ideo non præſtat ſuam legati, aut fideicommiſſi partem, quia non eſt ſoluendo, Et tunc diſtinguendum eſt, aut hæredes ſunt inſolidũ obligati, Et poterit legatarius, aut fideicommiſſarius, quem velit eligere, & ab eo vel to-
113 tum relictum petere, vel eius partem † *l. ille, aut ille. 25. & ibi gl. in verb. ab vtro ff. de leg. 3. l. ſi ex toto. 8. §. 1. & ibi Bald. in prin. verſ. In text. ibi, aget, Iaſ. num. 6. Duar. verſ. Notandum eſt, & Cuiac. verſ. Secundum caput ff. de leg. primo*, vt generaliter obſeruatur in ijs omnibus, qui inſolidum tenentur *l. 3. §. 1. ff de duob. reis l. 2. C. eod. l. Inter eos. 22. §. duo rei, verſ. Plane ff. de fideiuſſ. l. liberũ 16. & l. reos. 23. C. eod.* Aut verò non ſunt inſolidum obligati, Et tunc verius eſt, onus vnius alijs non accreſcere: Legatorum enim, & fideicommiſſorum petitio aduerſus hæredes pro partibus hæreditarijs cõpetit, nec pro ijs, qui ſoluendo non ſunt, onẽ-
114 rari cohæredes oportet † *l. legatorum. 34. in prin.*

Digitized by Google

prin.& ibi Bart.Bald. Caſtr. & Imol.ff.de leg.2.
Hinc nobis erit diſpiciendum , quando
hæredes pro legatorum, aut fideicommiſſo-
rum præſtatione cēſeantur inſolidū obligati;
In qua quidē quæſtione generaliter definien
dum eſt, tunc hęredes cenſeri inſolidum ob-
ligatos,cum fuerunt a teſtatore conſtituti,ve-
luti duo,pluresùe rei debendi, quod etiam in
115 teſtamentis fieri poſſe,dubium non eſt † l. ea-
dem.9.in prin. & ibi Cuiac. in 27. lib. quaſt. Pa-
pin. ff. de duob.reis,l. ſi ex toto.8.§. 1. & ibi gl. in
verb.cum vtro velit,Imol.num.1.Caſtr. num. 2.
verſ. Item nota,Alex. num.3. Duar. verſ. obſer-
uandum, & Cuiac. verſ. ſecundum caput ff. de
leg.primo.& facit etiam l.ſi Titio,aut Seio. 16.ff.
de leg.2.Nam huiuſmodi reorum natura eſt,vt
116 omnes inſolidum teneantur † l. 2.& l.3.§.1. ff.
de duob.reis,§.ex huiuſmodi, Inſt. eod. Quando
autem cenſeantur , vt duo , pluresùe rei de-
bendi conſtituti, ſi quæramus, conſtat varios
eſſe diſtinguendos caſus , quorum
Primus eſt , quando teſtator expreſſim di-
xit , ſe velle , vt omnes inſolidum teneantur,
Et tunc res caret dubio: nam certum eſt, om-
nes inſolidum teneri, & conſequenter cenſe-
ri reos debendi conſtitutos, ſiue alternatiuè,
117 ſiue etiam copulatiuè grauati ſint. † Ita ſcri-
bunt gl. in l. ſiue a certis. 17. in verb pro hæredi-
tarijs ff. de duo. reis,Bart. in d.l.ſi ex toto.8.§.1.
num.1.verſ.ſed huic,& ibi Bald. num.2. verſ. In
gl.ſcilicet,Caſtr.nu.2.Iaſ.num. 3.ff. de leg. primo.
Nam , quoties conſtat de mente teſtatoris,
vtrum voluerit eos inſolidum , aut pro hære-
ditarijs partibus teneri , non eſt vlteriùs am-
bigendum , ſed eius voluntas eſt ſeruanda,
118 † vt declarant gloſſ. in d. l. ſiue a certis 17.in verb.
pro hæreditarijs ff. de duob. reis, & Imol. in d.l.ſi
ex toto. 8.§. 1.num.2.verſicul. In gl. velit ff. de
leg.primo.
Secundus verò caſus eſt , quando teſtator
non expreſſit dictionem, inſolidum, ſed gra-
uauit hæredes in diuerſis orationibus , Et tūc
ſimiliter cenſetur eos inſolidum grauaſſe, &
ita, veluti duos reos debendi conſtituiſſe.
119 † Ita ſcribunt gl.in d.l.ſiue a certis. 17. in verb.
pro hæreditarijs,verſ.velibi verbum , ff. de duob.
reis.Bart. in d. l ſi ex toto. 8. §. 1.num. 1. & ibi
Bald.num.2.verſ.in gl. ſcilicet,Imol.num. 2.verſ.
In gl velit, Soc.Sen.num.2. ff.de leg. primo.
Nec eſt contrarium, quod , vbi hæredes in
diuerſis orationibus grauantur , non vidētur,
poſſe cenſeri duo rei, quia non cenſentur gra
120 uati præſtare eandem ſuam, ſed diuerſam † l.
ſi pluribus 45. §. 1. ff. de leg. 2. Qua ratione mo
tus Alex. in d.l.ſi ex toto.8. §. 1. num. 4. ſupra-
dictam opinionem reprobauit , quia reſpondeo
121 diſtinguendo, † aut teſtator ſemel expreſſit
ſummam, puta dixit, Titio decem Caius hę
res dato, & Seius hęres dato , Et procedet id,
quod ſupra diximus,ſcilicet hæredes vti reos
debendi cenſeri inſolidum obligatos ad eiuſ-
dem ſummę præſtationem,ut in ſpecie declarat
Soc.Sen.in d.l.ſi ex toto.8.§.1.num.2.verſ. Sed tu
conſidera . Aut verò bis expreſſit ſummam,&
tunc,aut eam expreſſit ſimpliciter, puta dixit,
Titius hæres meus decem Caio dato , Seius
hæres meus decem Caio dato , Et non cenſe-
buntur hęredes grauati ſoluere eadem decē,
ſed diuerſa , ideoq; non cenſebuntur duo rei
debendi,vt in ſpecie d.l.ſi pluribus, quæ in his
terminis procedit,ut declarant Soc.Sen.in d.l.ſi
ex toto.8.§. 1. uerſ.ſed tu conſidera, & ibi Duar.
uerſ.3.nota.Aut denique expreſſit dictionem,
eandem , vel æquipollentem , Et tunc verius
eſt , cenſeri hæredes duos reos debendi , quia
inſolidum omnes ad eiuſdem ſummæ præ-
ſtationem tenentur,uti declarat Alex.in d.l. ſi
ex toto 8.§. 1.num.4.
Tertius caſus eſt,quando teſtator grauauit
hæredes in eadem oratione , ſed alternatiuè,
ſiue disiunctiuè, puta dixit, ille, aut ille hęres
meus decem Titio dato, Et tunc ſimiliter res
procedit ſine difficultate:nam certum eſt,te-
ſtatorem cenſeri eos , vt reos debendi conſti-
tuiſſe,& voluiſſe,vt quilibet inſolidum tenea
122 tur † l.ille,aut ille.25.in prin.& ibi Bart. ff.de leg.
3.d.l.ſi ex toto.8.§.1.& ibi gloſ.in uerb. cum utro
uelit,Bart.in prin.& num.1.Bald. in prin.& nu.
2.in prin.& uerſ. In gl.ſcilicet, Angel. & Caſtr.
num.1.& 2.Imol.in prin.& num. 1.& 2. uerſ.ſi
autem ponitur,Alex.nu.1.& 2.Soc. Sen. in prin.
& nu.2. Iaſ.nu.1.in prin.& uerſ. Not. 1. Duar.
uerſ.obſeruandum,& Cuiac.uerſ.ſecūdum caput
ff. de leg.primo,Tametſi diſſētiat ibi AEmil.Ferr.
num.6.& 8. uerſ.2. animaduertendum , & num.
ſeqq.quem merito Duar.ibi reprobauit. Id ipſum
ſcripſerunt gl. in d.l. ſiue a certis. 17. in uerb. pro
hæreditarijs,uerſ.uel dic ff.de duob.reis, Bartol.in
Auth. ſi quando num.1.C.de cauſſ.pec. Bald.in l.
cum quidam.4 num.1.& ibi Iaſ.num. 2. Cod. de
uerb. ſign. Cuiac.ad l eandem. 9 ff de duob. reis,
in 27.lib quaſt. Papin. Et eſt de mente eorum om-
nium , quos referemus infra num. 127. ſcilicet,
123 quia † alternatiuę natura eſt,vt cuilibet actū
inſolidum attribuat l. ſiue, qui ducenta. 14. §.
utrum ff. de reb.dub. Et in propoſito ratiocinan-
tur Bald.in d.l. ſi ex toto 8 §.1.num. 2.uerſ. Ra-
tio differentiæ,& ibi Iaſ.nu. 2. Idque procedit,
124 † ſiue propria tantum nomina expreſſa ſint.
ut in d.l.eandem 9.in prin.ff. de duob. reis,ſecun-
dum ueram lectionem, quam referemus infra nu.
147. ſiue etiam nomina appellatina. ut in d.l.
ſi ex toto.8.§. 1.& ibi declarat Cuiac. uerſ. ſecun-
dum caput ff de leg.primo .
Nec obſtat, quod alternatina poſita inter
125 perſonas reſoluitur in coniunctiuam † l. cum
quidam 4. C. de verb. ſign. & nos diximus in 5.
126 cap.q.16. nu.14. quia hoc verum,eſt ſi † pona-
tur inter perſonas honoratas, in quibus termi-
nis procedunt ea,quæ ibi diximus, ſecus verò, ſi
inter perſonas grauatas : nā tunc retinet pro-
priam naturam , & operatur , vt quilibet ex
127 grauatis inſolidum teneatur, † vt ſupra dictū
eſt. Ita in ſpecie diſtinguunt gl. in d.l ſi ex toto. 8.
in verb. ab alterutro, in fin. & ibi Bart. num. 2.
Bald.num.2.verſ. Sed contra.Caſtr.num. 2.verſ.
Sed contra.Iaſ num.13.verſ.In eadem gl. Duar.
verſ.obſeruandum. Eandem diſtinctionem facit
Cin.in d.l.cum quidam.4.nu.3. & 4.verſ.ſi vero
profertur,& ibi Bart.num.1. Bald.num.1. verſ.
Opp.& videtur, Iaſ num.2.C.de verb. ſign. Bart.
in d.l ille,aut ille.25. in prin. vbi reprobat gl.con-
trarium ibi ſentientem ff de leg. 3.
128 Ratio autem diuerſitatis eſt , quia † in du-
bio nō eſt recedendum a propria vi,naturaq;
verborum , niſi conſtet de contraria volun-
tate teſtatoris l.non aliter.67.in prin.ff.de leg.3.
aut ambiguitas inutilem ſit diſpoſitionem
redditura,ſi ſtamus verbis:nam tunc ita faciē
da eſt interpretatio, vt actus potiùs ſuſtinea-
tur,

tur, quam petat *l. quoties. 80. ff. de verb. oblig.*
l. vbi eſt. 22. §. 1. ff. de reb. dub. l. cogi. 16. in prin.
verſ. In ambiguo ff. ad Treb. Sed, cum teſtator
alternatiuè duos vocat, eius ſermo eſt ambi-
guus, quia ſignificat, aut vni, aut alteri dandũ
eſſe, ſed, cui præciſè, non oſtendit. Itaq; ſi vo-
lumus ſeruare propriam vim, atq; naturam
verborum, neceſſariò debemus, aut ita diſpo-
ſitionem interpretari, vt per eam voluerit te-
ſtator perſonæ vocationem in arbitrium hę-
redis conferre, ita, vt poſſit vni gratificari, &
alterum excludere, quod ferendum non eſt,
quia, licet teſtator hoc facere poſſit *l. cum
quidam 24. ff. de leg. 2. l. vtrum. 8. §. cum quidam
ff. de reb. dub.* non tamen in dubio cenſetur id
voluiſſe, *vt in propoſito conſiderant Bald. in d.
l. cum quidam. 4. num. 1. C. de verb ſign. & Duar.
in d. l. ſi ex toto. 8. §. 1. verſ. dixerit aliquis ff. de
leg. primo*, Aut propter ambiguitatem, & in-
certitudinem perſonarum vocatarum debe-
mus interpretari diſpoſitionem inutilem,
*ſecundum l. Item, ſi ſeruus. 9. § vlt. cum. a ll. ſeqq.
ff. de ſtip ſeru. Et in his terminis conſiderat Bald.
in d. l. cum quidam. 4, in prin. C. de verb. ſign.* Er-
go, ne hoc contingat, debemus potius rece-
dere a propria vi, atq; natura verborum, &
ita facere interpretationem, vt teſtator, qui
alternatiuè locutus eſt, cenſeatur disiunctiuã
pro coniunctiua poſuiſſe, & vtrunq; ſimul
vocaſſe, aut alterum tantum, ſi alteruter defi-
ciat. At hæc ratio ceſſat, cum teſtator alter-
natiuè duos, aut plures hæredes grauat, quia,
licet alternatiua propriam retineat vim, atq;
naturam, non tamen inutilem reddit diſpo-
ſitionem, nec eius impedit effectum, ſed eum
potiùs reddit faciliorem, & ſecuriorem, ſcili-
cet, quia ſecundum eius vim poterit legata-
rius, vel ab vtroq; hærede, vel ab vno tantum
pro arbitrio legatum exigere. Nil mirum igi-
tur, ſi ſtamus verbis, & a propria ipſorum vi,
atq; natura non recedimus, quoties alternati-
ua ponitur inter grauatos.

Nec eſt, quod aliquis obijciat, imo alter-
natiuam reſolui in coniunctiuam, etiamſi
ponatur inter grauatos, quia ita reſoluitur,
quoties ponitur inter eos, qui teſtamento dã-
129 tur tutores † *d. l. cum quidam. 4. C. de verb. ſign.*
quo caſu non videtur poni inter perſonas ho-
noratas, ſed inter grauatas, cũ tutela ſit onus,
130 & grauamen † *l. tria onera. 3. & l. tria onera. 5.
ff. de excuſ. tuto. §. fin. Inſt. de leg. patr. tutel.* quia
reſpondent noſtri frequentiùs, imo poni in-
ter perſonas honoratas: Nã tutela, quatenus
per ſe, & principaliter conſideratur, non eſt
131 onus, ſed honor † *l. teſtamento centurio. 51. in fi.
ff. de manu. teſta.* cum ſit poteſtas, quæ confer-
tur in tutorem *l. 1. ff. de tutel. §. 1. Inſt. eo.* Et
quamuis in conſequentiam onus contineat,
132 † non eſt tamen eius habenda ratio, quia in
omnibus actibus id ſolum attenditur, quod
eſt principale, non, quod venit in conſequen-
tiam *l. 1. in prin. ff. de auth. tuto. Ita reſpondent
Cin. in d. l. cum quidam. 4. num. 3. verſ. Adhuc
opponunt, & ibi Bald. num. 2. Iaſ. num. 2. verſ.
Nec obſtat text. C. de verb. ſign. Imol. in d. l. ſi ex
toto. 8. §. 1. in fin. & ibi Alex. num 6 verſ. dum
autem, Iaſ. num. 13. ff. de leg. primo*, Alioquin,
ne inſtitutio quidem dici poſſet honor, quia,
qui hæres inſtituitur, ſine dubio oneratur, nõ
ſolum præſtatione legatorum *l. penalis. 32. §.
ſi Titio ff. ad l. Falc.* ſed etiam æris alieni ſolu-
tione *l. æris alieni. 15. C. de donat.* & tamen in-
133 ſtitutio dicitur honor † *l. Iulianus. 26 ff. ſi quis
omiſ. cauſ. teſt. l. filiũ. 5. §. ſed & ſi pertio ff. de leg.
præſt.* Vnde Cic. pro P. Quinctio, *Hæredem*,
inquit *teſtamento reliquit tunc P. Quinctium,
vt, ad quem ſummus moerór morte ſua veniebat,
ad eundem ſummus honor quoq; perueniret.*
Deniq; magiſtratus, & officia non ideo mi-
134 nus honores appellantur † *in tit. ff de mune. &
hono.* quod onus, & quidem grauiſſimum, ac
omnium (vt ipſe meo malo experior) labo-
rioſiſſimum cõtineant, quia in dignitatibus,
& omnibus publicis muneribus cuiuſmodi
135 eſt tutela † *l. 1. §. æque ff. de muner. & hono. tit.
Inſt. de excuſ. tuto. in prin.* non conſideratur
exercitium, ſed exercendi poteſtas, quæ con-
136 fertur in vocatum: Nam, quia † per huiuſ-
modi vocationem datur aliquid, nempe po-
teſtas, quam aliàs vocatus non haberet, ideo
hoc reſpectu dicitur honor, exemplo aliarũ
diſpoſitionum, quibus aliquid datur, vt lega-
137 torum, fideicommiſſorum, & ſimilium † *l. 3. §.
1. verſ. Nec enim ff. de leg. præſt. l. qui tutelam. 28.
in prin. ff. de teſta. tut. l. amiciſſimos. 39 in prin. ff.
de excu. tuto. l. fideicommiſſa. 11. §. plerunq; ff. de
leg. 3. l. ſed & ſi ſuſcepit 52. §. 1. ff. de Iudic.*

Hinc intelligimus, non eſſe neceſſarium
dicere hoc ſpecialiter fauore pupilli receptũ
138 eſſe, vt plures habeat adminiſtratores, † *vt
cenſuerunt Bart. in d. l. cum quidam. 4. num. 1. &
ibi Alex. num. 6. verſ. dum autem, Iaſ. nu. 2. verſ.
Nec obſtat text. C. de verb. ſign. Imol. in d. l. ſi ex
toto. 8. §. 1. in fi. & ibi Iaſ. in fi ff de leg. primo*,
quia nulla in hoc ſpecialitas conſiderari po-
139 teſt, † cum regulariter obtineat in omnibus
caſibus, in quibus alternatiua ponitur inter
honoratos, cuiuſmodi ſunt tutores teſtamẽ-
to dati, *vt ſupra dictum eſt.*

Quartus caſus eſt, quando teſtator graua-
uit hęredes, non alternatiuè, ſed copulatiuè,
puta dixit, Titius, & Moeuius hæredes mei
decem Caio danto. Et in hoc caſu dubitatio-
nem facit *l. eandem 9. in prin. ff. de duob. reis*,
140 vbi Papinianus, † poſtea, quã dixit, duos reos
debendi fieri etiam teſtamento, ſubijcit hoc
exemplum, *vt puta, ſi pluribus hęredibus inſti-
tutis teſtator dixit, Titius, & Moeuius Sempro-
nio decem danto.* Vult igitur, etiam per copulã
debendi reos conſtitui.

Verùm hoc non obſtante certi iuris eſt,
hæredes copulatiuè grauatos non cenſeri
reos debendi, & ſic non teneri ſingulos inſo-
141 lidum, ſed pro ſua quemque parte † *l. ſiue a
certis. 17. ff. de duob. reis. l. turpia. 57. §. vltim. &
l. ſi hæredis nominatim. 127. ff. de legat. primo.
Et ſcribunt gloſſ. in d. l. ſiue a certis, in verbo.
pro hæreditarijs, verſic. vel dic, Bart. in d. l. ſi ex
toto. 8. §. 1. num. 1. & ibi Bald. num. 2. verſ. In gl.
ſcilicet, Caſtr. num. 2. Imol. num. 2. verſ ſi autem
grauantur, Alex. num. 2. & 4. Soc. Sen. num. 2.
Iaſ. num. 2. & Cuiac. verſ. Secundum caput ff. de
142 de leg. primo*, quia † copulatiuæ natura eſt, vt
rem in partes diſtribuat, non verò cuilibet
143 actum inſolidum attribuat † *l. reos. 11. § cum
tabulis ff. de duob. reis, l. cum fundus. 55. ff. de con-
dit. & demonſtr. Et in his terminis ratiocinantur
Bald. in d. l. ſi ex toto. 8. §. 1. num. 2. verſ. Ratio
differentia, & ibi Caſtr. num. 2. Iaſ nu. 3.* Idem
eſt, &, ſi copulam non expreſſerit, ſed ora-
tione

Bart.num.2.Bald.num.18.Ang. num. 1. Caſtr. num.1.

Et, ſi dicas, quomodo poteſt hoc procedere, cum legatum conditionale non tranſmittatur ad hæredes, ſed fiat caducum, ſi legatarius moriatur priùs, quam impleta ſit condi-
35 tio † ſiue ſit caſualis, ſiue etiam poteſtatiua *l. vn. §. ſin autem aliquid ſub conditione C. de cad. toll.* Nec enim ius implendæ conditionis
36 tranſit ad hæredes † *l. a teſtatore. 108. ff. de cõd.*
37 *& dem.* Reſpondent, hoc eſſe verum, † ſi legatarius decedat antè, quam is, in cuius perſona implenda eſt conditio, ſit in mora. Cœterùm, ſi poſtea, vt, quia obtulerit ei pecuniã, quam is acceptare recuſauerit, & poſtea deceſſerit relictis pluribus hæredibus, tunc ad eos tranſmittit ius implendæ conditionis, &
38 procedunt ea, † quæ ex ipſorum ſententia ſupra diximus, nempe eos non poſſe per partes implere conditionem, ſed debere eam implere in totum, aliàs a legato repelli. *Ita reſpõdent Petr.de Bellap.in d.l.ſi plures.6. nu.11. verſ. Quicquid dixi. & ibi Cin.nu.10.in fin.& Caſtr. num.3.C.de cond.inſer.Bartol.in d.l.cui fundus, num.4.verſ.ſed puto verius, & nu. 5. & ibi Imol. num.1.verſ. Item not.& verſ.ſequens autem.*

Et, ſi obijcias, non debere ampliùs impleri conditionem, cum habeatur pro impleta, eo ipſo, quod ſtetit per eũ, in cuius perſona erat
39 implenda † *l. 3. ff. de cond.inſt. l. iure ciuili. 24. & l.item pupillus. 87.in prin. ff.de cond. & dem.l. in iure ciuili. 122. ff. de reg.iur. l.ſi poſt diem 5. §. Item, ſi quia ff.quand. dies leg.ced.l.Mœuia. 13. in prin. ff.de ann. lega.* Reſpondent, hoc pro-
40 cedere, † quando conditio erat implenda in perſona tertij. Cœterùm, quando in perſona hæredis, magis eſſe, vt adhuc ſit implenda,
41 non obſtante recuſatione: Nam hæres, † licet recuſando operetur, vt cõditio habeatur pro impleta, & ſic, vt res debeatur legatario, & dominium in eum transferatur, tamen, quia pro conſequenda poſſeſſione debet adhuc conueniri, ideo, ſi fuerit pœnitentia ductus, poteſt purgare moram, & ſibi conſulere per viam retentionis, ſcilicet, quia, ſi legatarius, aut eo defuncto ipſius hæredes agant, & petant legatum, poteſt opponere exceptionem conditionis non impletæ, & dicere, ſe non obſtante priſtina recuſatione eſſe paratum recipere pecuniam: Et in his terminis procedent ea, quæ ex ipſorum ſententia ſupra retulimus. *Ita reſpondent Caſtr.in d l. ſi plures. 6. nu. 3.C.de cond inſert.Imol.in d. l.cui fundus. nu. 1. verſ.& ſi dicas.*

Verùm, quia obſtat adhuc *l.cum quidam.7.*
42 *C.eod.* vbi † ſeruus, cui ſub conditione, ſi decẽ hæredi dediſſet, fuerat relicta libertas, fit liber, eo ipſo, quod hæres pecuniam oblatam recipere recuſauit, nec eam tenetur ampliùs ſoluere, etiamſi poſtea ſit paratus hæres eam acceptare, Reſpondent, diuerſam eſſe rationẽ
43 libertatis, aliam legati: Nam † in libertate, vbi ſemel impleta, aut habita pro impleta conditione competit nihil ampliùs reſtat agendum: Nec enim debet ſeruus contra hæredem agere, vt manumittatur, cum ipſo iure liber fiat, ideoq; non poteſt hæres ſibi conſulere per retentionem, cum nihil ſit, quod retineri poſſit. At in legato, licet ob recuſationẽ conditio habeatur pro impleta, reſtat tamen faciendum ab hærede, ſcilicet, quia debet adhuc præſtare legatum, & vt id faciat debet legatarius, aut eo mortuo ipſius hæredes contra eum agere, ideoq; ſubeſt anſa retentionis. *Ita reſpondent Bart.in d.l.cui fundus, nu.4. verſ. ſed puto verius, Caſtr.in d.l.ſi plures, num.3.*

Deniq; , ſi dicas, etiam ſuppoſita tranſmiſſione, videri conditionem per partes poſſe impleri, quia, licet defunctus non potuerit legatum ſcindere, ideſt, pro parte agnoſcere, & pro parte non, eius tamen hæredes hoc facere poſſunt *l.legatarius.38.in prin.ff.de leg.primo* ſcilicet, quia per legem xij.tab.ipſo iure diui-
44 duntur omnia, quæ in eos transferuntur † *l.hæredes.26.§.Idem iuris ff. fam. erciſcund.l. ea, quæ. 6.Cod.eod. l. pacto ſucceſſorum. 26. Cod. de pact.*
45 Reſpondent, hoc procedere, † quoad iura hæreditaria, cuiuſmodi ſunt dominia, obligationes, & actiones *l. 2. §. incertam ff. de Prętor. ſtipul. l. 1. C.ſi cert. pet.* Conditionem autem, ſiue ius implendæ conditionis non eſſe ius hæreditarium, cum non ſit in obligatione, ſed in mera implendi facultate, ideoq; non diuidi inter hęredes. *Ita reſpondent Petr. de Bellap in d.l.ſi plures, num.8.verſ. Reſponde, & ibi Cin.num.8.verſ.2. reſpondeo Bald.num. 22. verſicul. opp. obligatio, Bart. in d. l. cui fundus, num.3.in fi.& num.4.& ibi Imol.nu.1. verſ. In ea gl.ibi;*

Hæc ſunt, quæ noſtri paſſim, & communiter tradiderunt, & a quibus in foro non videtur recedendum. Verùm, ſi quis diligenter attendat, faciliimè deprehendet, ea nihil aliud continere, quam commentitiam quandam interpretationem iuris regulis repugnantem ad hoc ſolum excogitatam, vt vnius loci perperam intellecti ſenſus pernicaciter defenderetur. Nam, quia Iabolenus *in d. l. cui fundus,*
46 ſcripſerat † conditionem, ſi decem dederit, vni tantum adſcriptam non poſſe pro parte impleri, adeo, vt, ne ex accidente quidem ſcindi debeat, ſed omnis numerus eorum, qui in locum eius ſubſtituuntur, pro ſingulari perſona ſit habendus, veteres interpretes, dum putant, hoc accidens non aliter poſſe conſiderari, quã in ſpecie, qua plures hæredes vni legatario ſucceſſerint, animaduertentes, huic ſenſui multa obſtare principia, quæ, aut trãſmiſſionem impediunt, aut implendæ conditionis neceſſitatem excludunt, aut faciunt diuiſioni locum, ita, vt ſtatim, atq; vni obſtaculo per alicuius rei ſuppoſitionem occurreris, ſtatim inſurgat alterum, quod ſuppoſitioni refragatur, ideo, vt poſitum intellectum quoquo modo ſuſtineant, coacti ſunt, tot, tantasque comminiſci in hoc concurrentes circumſtantias, vt apertè demonſtrent, non potuiſſe Iabolenum (quamuis oculatum) ad eas reſpexiſſe, maximè, cum repugnent ijs regulis, quæ per manus omnium tradebantur, quæque etiam hodie non permittunt, vt talis intelle-
47 ctus ſtare poſſit, † non obſtantibus ijs, quæ pro eo ſuſtinendo ſunt veteres commenti.

Primum enim ſtare non poteſt, vt ſenſerit Iabolenus de pluribus hæredibus, qui in lega-
48 tarij locum ſucceſſerint, tum, quia † loquitur de ijs, qui in locum eius ſubſtituuntur, quæ verba, tanquam hominis factum denotantia, non videntur poſſe referri ad hæredes, quippe, qui ſuccedunt, non ſubſtituuntur

l. 1.

l. 1. *§. non ſolum ff. vt leg. nom. cau.* tum etiam,
quia dato etiam, quod dici poſſent ſubſtituti,
ideſt, ſubrogari, vel a lege, vel ab ipſomet le-
gatario, non tamen poſſet ad eos adaptari
quæſtio propoſita, num ſcilicet pro parte poſ
ſint implere conditionem, cum, vt dictum
eſt, ius implendæ conditionis ad eos non
transferatur *d. l. a teſtatore. 108. ff. de cōd. & dem.*
Et, ſi dicas, hoc eſſe intelligendum, ſi legata-
rius deceſſerit poſt pecuniam hæredi oblatā,
vt reſpondent veteres, obſtat illud, quia quo-
ties per eum, in cuius perſona debet impleri
conditio, ſtat, quominus impleatur, ſolet ea
pro impleta haberi, & perinde admitti lega-
tarius, ſic, ſi eam impleuiſſet, etiamſi in perſo-
49 na hæredis impleri debuerit † *l. ſi poſt diem. 5.*
§. Item, ſi qua ff. quand. dies leg. ced. & verò etiā
ſi legatum debeat ab hærede præſtari, ita, vt
50 neceſſaria ſit legatarij petitio † *l. Iulianus ait*
45. ff. de cond. & dem.

Secundo verò dato etiam, quod legatū ob
hæredis moram cenſeretur tranſmiſsū ad hære-
des legatarij, nō tamen ſtare poteſt, vt de his
51 hęredibus loquatur Iabolenus, quia, † ſi in eos
eſſet tranſmiſſum legatum cum onere con-
ditionis, talis conditio cenſeretur diuidua, li-
cet in perſona defuncti non potuerit, ſcindi,
quod patet ex eo, quia ceſſat in hæredibus ra-
tio, propter quam conditio dandi in perſona
legatarij eſt indiuidua: Ideo enim legatarius
52 eam ſcindere non poteſt, quia † hoc modo
ſcinderet legatum, quod ei facere nō eſt per-
miſſum, vt apertè probat *l. qui duobus. 23. ff. de*
cōd. & dem. vbi Iulianus *Qui duobus hęredibus*
decem dare iuſſus eſt, inquit, *& fundum ſibi, ve-*
rius eſt, vt conditionem ſcindere non poſſit, ne le-
gatum ſcindatur: Diligenter enim ponderan-
da ſunt illa verba, *ne legatum ſcindatur*, quip-
53 pe, quæ ſignificant, † ideo legatarium non
poſſe pro parte implere conditionem, quæ
alioqnin ſui natura eſt diuidua, quia alio-
quin pro parte tantùm legatum agnoſceret,
quod iuris ratio non permittit. At hęc ra-
tio ceſſat in hæredibus legatarij, quippe, qui
poſſunt legatum ſcindere *d. l. legatarius. 38. in*
prin. ff. de leg. primo. Ergo poterunt etiam ſcin-
dere conditionem, ita, vt implendo quiſque
pro ſua parte, partem etiam legati conſequa-
tur.

Tertio demùm nō eſt vera diſtinctio Bar-
toli exiſtimantis, poſſe diuidi conditionem,
ſi a perſona vnius perueniatur ad plures ex
diſpoſitione teſtatoris, vel expreſſa, vel taci-
ta, puta, quia res tranſeat ad plures ſubſtitu-
tos, vel ad plures dominos, ſecus verò, ſi per-
ueniatur ex accidente, prout euenit, cum res
tranſit ab vno legatario ad plures eius hęre-
54 des, quia, † ſi perueniri cenſetur ea diſpoſitio-
ne teſtatoris, quando tranſitus fit a ſeruo ad
dominos, debet etiam cenſeri ex eadem diſ-
poſitione perueniri, quando tranſitus fit a le-
gatario ad plures eius hæredes: Nam eadem
eſt vtriuſq; ſpeciei ratio, ſcilicet, quia domini
non magis veniunt ea iudicio, & diſpoſitio-
ne defuncti, quam hęredes *l. qui liberis 8. §. hęc*
verba ff. de vulg. Quamobrem ad ſubſtitutio-
nem factam his verbis, Quiſquis mihi hæres
erit, ad quam ij tantum vocantur, qui ſcripti
ſunt, & ſic, qui veniunt ex diſpoſitione teſta-
toris, neq; hęredes, neque etiam domini ad-
mittuntur *§. ſubſtituitur Inſt. de pupil. d. l. qui*
liberis. 8. §. hęc verba ff. de vulg. Nec dicas, do-
minos non vocari quidem ex diſpoſitione
expreſſa, ſed vocari ex tacita, *vt videtur ſen-*
ſiſſe Bartol. in d. l. cui fundus, num. 3. & 4. quia
idem dicitur de hæredibus: Nam, quia teſta-
tor poteſt diſponendo efficere, ne res tranſeat
in hæredes, & ſic poteſt eis adimere emolu-
mentum, ideo, ſi non adimat, cenſetur tacitè
id eis relinquere, vt dicimus de eo, qui mori-
tur inteſtatus *l. 3. in prin. & l. conficiuntur. 8.*
in prin. ff. de iure codic. Quia ratione fit, vt ita
hęredes, vt domini fideicōmiſſo grauari poſ-
ſint *l. a patre. 4. & l. ſi fuerit 5. ff. de leg. 3.* ſcilicet,
quia fideicōmiſsū ab iis omnibus relīqui po-
teſt, quibus, vel datur, vel non adimitur, cū
adimi potuerit, & ſic, qui veniunt ex iudicio
teſtatoris, vel expreſſo, vel tacito *l. 1. §. ſecundū*
ff. de leg. 3. Alioquin enim, ſi non venirent ex
diſpoſitione ſaltem tacita, non poſſent one-
rari, *quoniam, qui fortuito, non iudicio teſtato-*
ris conſequitur hæreditatem, vel legatum, non de-
bet onerari, nec recipiendum eſt, vt, cui nihil dede-
ris eum rogando obliges, vt ait Paulus *in l. ſed, &*
ſi ſic. 6. verſ. ſic autem ff. de leg. 3.

Quamobrem ego puto, rem aliter eſſe de-
finiendam, quoties ab vno peruenitur ad plu-
res, & quęrimus, an conditio pro parte imple-
ri poſſit: Nam ita diſtinguendum arbitror,
55 † Aut diſpoſitio non valet ex perſona vocati,
ſed ex perſona aliorum, vt euenit, cum ſeruo
relinquitur, quo caſu diſpoſitio non poteſt
valere ea perſona ipſius ſerui, quippe, qui eſt
incapax, ſed valet ex perſona dominorum,
vtpote, a quorum capacitate pendet ſerui ca-
pacitas *l. ſi mihi, & tibi 12. §. regula ff. de leg. pri.*
56 Et verum eſt, poſſe ſcindi conditionem † *d. l.*
qui hæredi. 44. §. ſi duorum ff. de cond. & dem.
Aut verò diſpoſitio valet in perſona vocati,
cui conditio fuit adſcripta, ſed ex accidenti
peruenitur ad plures, ita, vt conditio non am-
plius ab illo, ſed a ſubrogatis in eius locum
ſit implenda, Et tunc verius eſt, conditionem
57 ſcindi non poſſe, † *vt in d. l. cui fundus. 55.*
verſ. In ea verò. Exemplum ſit, cum legatum
vni primordialiter relinquitur ſub conditio-
ne, ſi decem dederit, & ei, ſi defecerit, ſubſti-
tuuntur plures (poſſunt enim, & plures in
58 vnius locum ſubſtitui † *l. poteſt. 36. verſ. & vel*
plures ff. de vulg. §. & plures, Inſt. eod.) Nam
tunc, licet ex accidente, ideſt, morte primi le-
gatarij res in ſubſtitutos transferatur, ita, vt
ab eis implenda ſit conditio, non tamen po-
59 terit impleri pro parte, † quia, cum in vnius
locum fuerint omnes ſubrogati, debent om-
nes pro vna perſona reputari, & per conſe-
quentias etiam omnes ſimul implere condi-
tionem, eo modo, quo implere debuiſſet is,
cui primordialiter res fuerat relicta. Hic eſt
60 verus Iaboleni ſenſus, † cui congruunt om-
nia ipſius verba, *vt rectè animaduerterat Iaco.*
de Aren. quem retulit, licet non probarit Bart. in
d. l. cui fundus, num. 4. verſ. Opp. hic dicitur.

Nec eſt obſcura diuerſitatis ratio inter plu
res dominos, & plures ſubſtitutos: Nam,
61 † quoties ad plures dominos res tranſit, diſ-
poſitio non cēſetur vna, ſed multiplex, quia,
cum non valeat ex perſona ſerui, ſed ex per-
ſona dominorum, perinde res eſt habenda,
ac, ſi ipſis dominis res primordialiter fuiſſet

relicta, ideoq; iam vſque ab initio cenſetur
in partes diuiſa, *vt nos latè oſtendimus in 5. cap.
q. 27. nu. 29. & ſeqq.* Quamobrem, & pro par-
te ſuſtineri poteſt, ſi vnus dominorum velit,
alter verò nolit legatum agnoſcere *l. & Pro-
culo. 20. ff. de leg. 2.* At, quoties res tranſit ad
plures ſubſtitutos, diſpoſitio cenſetur vna, nõ
multiplex, quia, cum in perſona illius, cui pri-
mordialiter fuit relicta, conſtiterit, & non po-
tuerit cenſeri in partes diuiſa, Conſequens
eſt, vt, nec poſſit cenſeri diuiſa in perſonis
ſubſtitutorum, quippe, qui, tamquam in illius
locum ſubrogati debent pro vna tãtum per-
62 ſona reputati † *l. ſi nepotes. 7. ff. de collat. bono. &
in propoſito ſcribit etiã Iabolenus in d. l. cui fun-
dus. 55. in fi. ff. de cond. & dem.* & eodẽ cum illo
cenſeri iure *l. hæredem 60. ff. de reg. iur.* Quem-
admodũ igitur ille non poterat ſcindere con-
ditionem, nec etiam legatum ſcinderet, *vt di-
ximus ſupra num. 24.* ita nec ſcindere poterũt
in ipſius locum ſubſtituti.

Nec obſtat, ſi dicatur, quoties res tranſit in
ſubſtitutos non videri tranſire ex accidente,
prout ſupponit Iabolenus, ideoq; ad eos non
videri poſſe illius verba referri, ſed potiùs ad
eos, in quos ex facto legatarij res transfertur,
63 † *vt explicat ibi gl. in verb. ex accidente*, quia ve-
rius eſt, imo etiam in ſubſtitutos tranſire ex
64 accidente: † Nam tranſit ex morte legatarij
ante impletam conditionem contingente,
quæ dicitur accidens, ad differentiam repu-
diationis, quæ in propoſito conſiderari ne-
quit: Nec enim legatarij repudiatio poſſet
huiuſmodi tranſitum operari, cum ante im-
pletam conditionem facta nullius ſit mo-
menti *l. ſi ita ſcriptum. 46 §. 1. ff. de leg. 2.*

Sed hæc quidem dicuntur, quoties condi-
tio ſui natura eſt diuidua. Coeterùm, quoties
eſt indiuidua, certum eſt, debere in totum im-
pleri ab eo, qui vult conſequi relictum, etiãſi
alij negligant, aut recuſent implementum
65 † *l. ſi ita fuerit. 13. in prin. ff. de man. teſta. l. ſi
quis ita libertatem. 13. §. ſi duo ff. de ſtatulib. d. l.
paterfa. 44. & ibi gl. in verb. monumentum ff. de
hæred. inſt. d. l. ſi plures. 6. & ibi Petr. de Bellap.
num. 5. & 7. Cin. num. 5. verſ. 2. opp. & num. 7.
Bart. num. 1. Bald. num. 17. 18. & 22. C. de cond.
inſert gl. in d. l. ſi quis legata. 53. §. vlt. in verb.
ſimul ff. de cond. & dem. Bart. in d. l. cui fundus.
55. nu. 3. ff. de eod.* quia, qui partẽ indiuidui fa-
66 cit, nihil feciſſe intelligitur † *l. ſi is, qui qua-
dringenta. 79. §. quędam ff. ad l. Falcid. Ita ratio-
cinatur Cin. in d. l. ſi plures, n. 5. verſ. ratio, quia.*
Exemplum ſit in omnibus cõditionibus, quę
conſiſtunt in faciendo: Nam, quia facta ſunt
67 indiuidua † *l. 4. §. Cato verſ. ab omnibus ff. de
verb. oblig.* ideo, & indiuiduæ cenſentur con-
68 ditiones, quæ in faciendo conſiſtunt, † *vt de-
clarant gl. in d. l. ſi plures, in verb. conditionem,
Bart. in d. l. cui fundus, nu. 2. & conſ. 195. nu. 1.
lib. 1.* Quamobrem non poterunt per partes
adimpleri, eaq; ratione, niſi in totum fuerint
impletæ, non poterit eſſe diſpoſitioni locus.
69 † *Ita declarant Petr. de Bellap. in d. l. ſi plures, nu.
5. Bart. d. conſ. 195. num. 1. lib. 1.*

Sed hoc verum eſt, ſi tractemus de ijs con-
ditionibus, quæ continent vnum tantum fa-
ctum communiter ab omnibus expediendũ,
70 & hę ſunt ſimplices, † vt, ſi domum ædifica-
uerint, vel aliud opus fecerint: Nam, quia
opeus effectus in partes ſcindi non poteſt
71 † *l. ſtipula i. non vondiuiditur. 72. in prin. & l. in
executione 85. verſ ſecũda ff de verb. oblig.* cum
opus dici non poſſit, cui propria forma, quæ
73 ex conſumatione contingit, data non eſt, † *d.
l. ſi is, qui quadringenta. 79 §. quędã ff. ad l. Falc.*
ideo non poterit vnus ex vocatis illud facere
pro parte, &, ſi ita faciat, non dicetur condi-
73 tionem impleuiſſe † *d. l. ſi ita fuerit. 13. in prin.
ff. de man. teſta d. l. paterfa 44. ff. de hæred. inſt.
Et ita in ſpecie declarant gl. in d. l. ſi plures. 6. in
verb. ſi plures, & ibi Petr. de Bellap. num. 5. Cin.
num. 5. verſ. hoc verum eſt, Bart. num. 1. Bald. nu.
17. verſ. Item pone, & Caſt. nu. 1. C. de cõd. inſert.*
Idem eſt, & in conditione, ſi rationes reddi-
derint: Nam, ſi communiter geſta ſit admi-
niſtratio, non aliter quis videbitur conditio-
ni paruiſſe, quam, ſi, tam proprię, quam alte-
rius adminiſtrationis rationes reddiderit, &
74 vtriuſq; reliqua exoluerit † *d. l. ſi quis ita liber-
tatem. 13. §. ſi duo, verſ ſed, ſi actus ff. de ſtatu-
lib. d. l. ſi ita fuerit. 13. §. 1. ff. de manu. teſta. &
declarat Bald. in d. l. ſi plures, num. 17. verſ. Item
pone.*

Nec obſtat, ſi dicatur, huiuſmodi condi-
tionem in ſe continere reliquorum ſolutio-
75 nem, quæ ſui natura diuiſionem recipit † *l. ſi
ſtatulibera 6. §. fin. ff. de ſtatulib. l. cum ſeruus.
81. ff. de cond. & dem.* ideoq;, licet in totum
debeat quis implere conditionem, quoad ip-
ſam redditionem rationum, videri tamen,
quoad reliquorum ſolutionẽ ſufficere, ſi par-
tem ſuam exoluat, quia verius eſt, imo non
76 ſufficere, † *vt patet ex locis ſupra allegatis*; Nam
77 quia † reliquorum ſolutio non conſideratur
in hac conditione, vt quid principale, ſed, vt
quid acceſſorium, ideo debet ſecũdum illius
naturam regulari. Quo fit, vt, licet ſui natura
ſit diuidua, tamquam conſiſtens in datione
pecuniæ quæ partes recipit, tamen, quia pen-
det a redditione rationum, quæ eſt indiuidua,
tamquam reſpiciens factum hominis, quod
pro parte expediri non poteſt, ideo & ipſa cẽ-
ſetur indiuidua. *Ita declarat gl. in d. l. ſi ita
fuerit 13. §. 1. in verb. exoluerit ff de man. teſt.*

Coeterùm, ſi tractemus de ijs conditioni-
bus, quæ continent plura facta a ſingulis ex-
pedienda, magis eſt, vt ſufficiat, vnumquẽq;
factum ſuum expedire, ad hoc, vt locum ha-
78 beat diſpoſitio. † Exemplũ ſit ſi teſtator duos
vocauerit ſub conditione, ſi in Capitolium
aſcenderint, vel ierint in exercitum: Sufficit
enim vnum aſcendere, vel in exercitum pro-
ficiſci, vt in eius perſona locũ habeat diſpo-
ſitio, licet alter non aſcendat, aut non eat, &
ſic conditio non impleatur in totum. *vt in
ſpecie declarant Petr. de Bellap. in d. l. ſi plures, nu.
5. & ibi Cin. num. 5. verſ. Hoc verum eſt, Bald.
79 num. 17. verſ. modo quæro.* non, quia † huiuſ-
modi conditio ſit diuidua, *vt putauit gl. in d.
l. ſi plures in verb. ſi plures*, quia, cum merum
factum contineat, quod haud dubiè pro par-
te expediri nequit, Conſequens eſt, vt ſit in-
80 diuidua, ſed, quia † non cenſetur vna, ſed,
multiplex: Tot enim cenſentur conditiones,
81 quot facta, † *vt declarant Petr. de Bellap. in d. l.
ſi plures, num. 5. & ibi Cin. nu. 5. verſ. Hoc verum
eſt*, quippe, quæ ſunt interſe diuerſa: Alius
82 enim eſt aſcenſus tuus, alius meus, † *l. ſi non
ſortem 26. §. libertus ff. de cond. indeb. vt in ſpeciè*
de-

Digitized by Google

declarant Bart. in d. l. ſi plures, nu. 1. & ibi Bald. num. 20. Caſt. num. 2. itaq; eſt diuidua hoc reſpectu, quia factum vnius poteſt a facto alterius ſeparari, ſed per ſe, & reſpectu ſui ſine dubio eſt indiuidua, quia continet facta, quæ
83 per partes explicari non poſſunt, † *vt declarāt Bart. in d. l. ſi plures, nu. 3. in fi. & ibi Caſtr. nu. 2.* Idem eſt, &, ſi duobus ſit adſcripta conditio, ſi rationes reddiderint, & ſimus in caſibus, in quibus ſeparatim geſtæ ſint rationes: Nam ſufficiet vnicuiq; ſuas rationes reddere, vt emolumentum ſibi relictum conſequatur
84 † *d. l. ſi ita fuerit 13. §. 1. ff. de man. teſta. d. l. ſi quis ita libertatem. 13. §. ſi duo ff. de ſtatul.* quia cōditio non continet vnum factum, ſed duo, eaq; ſeparata, *ſecundum ea, quæ ſupra diximus.* Et hęc de ſecunda dubitatione.

Succedit tertia, in qua videndum eſt, an, ſi vnus in totum impleat conditionem, hoc etiam proſit alijs non implentibus, ita, vt, & ipſi, quaſi purificata conditione poſſint ad emolumentum admitti. Et conſtat in hac re varios eſſe diſtinguendos caſus, quorum

Primus eſt, quando factum tale eſt, vt per alium expediri non poſſit, Et tunc res caret dubio: nam certum eſt, vnius implementum
85 alijs non prodeſſe. † Exemplum ſit in ijs conditionibus, quæ continent facta diuerſa, vt, ſi Capitolum aſcenderint, ſi ierint in exercitū, ſi operas præſtiterint, & id genus alia, *ſecundū ea, quæ diximus ſupra num. 78. & ſeqq.* Nam, licet vnus impleat ex ſui parte, non tamen alijs non implentibus proficiet, *vt docet Bald. in d. l. ſi plures, nu. 20. & probant etiam loci, quos*
86 *referemus infra num. 91.* quia † licet conditio ſit impleta ex parte vnius, non tamen poteſt cenſeri impleta ex parte alterius, cum facta ſint diuerſa, *vt diximus ſupra num. 82.* ideoq; quod ab illo faciendum erat, nemo fecerit. Deniq; cum in hac ſpecie tot cenſeātur conditiones, quot facta, Conſequens eſt, vt, licet vna ſit impleta, non tamen dici poſſit impleta alia, quæ eſt ab illa diuerſa.

Secundus vero caſus eſt, quando factum tale eſt, vt etiam per alium expediri poſſit, & ex ijs, quæ teſtator ſcripſit, aut dixit, conſtat, eius mentem fuiſſe, vt vnius factū ſufficeret, Et tunc res etiam procedit ſine difficultate; nam certi iuris eſt, vnius factum etiam alijs
87 proficere † *d. l. ſi ita fuerit 13. in prin. verſ. quod, ſi ex ijs ff. de man. teſta. & ſcribunt Petr. de Bellap. in d. l. ſi plures 6. num 6. & ibi Cin. num. 6. Bart.*
88 *num. 3. Caſtr. num. 3. C. de cond. inſert.* quia † in conditionibus id tantum ſpectandum eſt, quod voluit teſtator, cum ſola ipſius voluntas regat conditiones *d. l. in conditionibus. 19. in prin. ff de cond. & dem.*

Tertius caſus eſt, quando non conſtat, quæ fuerit mens teſtatoris, ſed apparet, eum, qui impleuit conditionem, id coniuncti voluntate, vel nomine feciſſe, Et tunc ſimiliter non eſt dubitandum, quin eius factum, etiam alij
89 proſit, † *vt docet Bald. in d. l. ſi plures num. 20.* quia, cum per alium, & poſſit expediri, & fuerit expeditum, Conſequens eſt, vt perinde ſit, ac, ſi fuiſſet ab eo factum, a quo fieri debuerat, ſcilicet, quia, qui per alium facit, per ſe
90 ipſum facere videtur † *l. in ædibus. 19. §. quod filius ff. de donat. l. qua ratione. 9. § hæc quoq; ff de acq. rer. dom. l. ita autem 5. §. geſſiſſe ff. de adminiſtr. tuto. l. 2. ff. de fideiuſſ. & nom. tut. l. 1. §. vlt. ff. ſi menſ. falſ. mod. dix.*

Quartus, & vltimus caſus eſt, quando, nec de mente teſtatoris, nec de mente implentis conſtat, & ſic ſumus in dubio, Et tunc, licet Baldus *in d. l. ſi plures, num.* 20. cenſuerit, præſumi factum de voluntate, vel nomine alterius, contrariū tamen verius eſt, & receptius, ideoq; vnius implementum alijs non profi-
91 cere: † *Ita enim ſcribitur in d. l. ſi ita fuerit 13. in prin. verſ. faciendo tamen ff. de man. teſta. & declarat Bart. in d. l. ſi plures, num. 3. Et ſenſiſſe videntur, qui ſimpliciter ſcripſerunt, vnius implementum alijs non prodeſſe, vt Petr. de Bellap. in d. l. ſi plures, num. 6. & ibi Bald. num. 2. Caſtr. num 1. Id ipſum probat d. l. ſi plures, dum ait, non implentem ab emolumento repelli, quod etiam ibi dixerunt gl. in verb. repellantur, Petr. de Bellap.*
92 *num. 3. Cin num. 3.* quia, † cum teſtator vtriq; conditionem iniunxerit, & hoc modo declarauerit, mentem ſuam eſſe, vt vterq; faciat, conſequens eſt, vt, ſi vnus tantum faciat, non cenſeatur, quoad non facientem ſatisfactum voluntati defuncti, *d. l. ſi ita fuerit 13. in prin. verſ. ſolummodo ff. de man. teſta.* quippe, quæ in cōditionibus debet in forma ſpecifica adimpleri *l. qui hæredi. 44. in prin. & l. Mæuius 54. ff. de cond. & dem* ideoq; quoad ipſum nō debeat locum habere diſpoſitio. *Ita ſenſiſſe videntur, licet non ita declarent Petr. de Bellap. in d. l. ſi plures, num. 3. & ibi Cin. num. 4.* Et hoc de tertia dubitatione.

Sequitur quarta, in qua videndum eſt, ad quid implementum conditionis implenti proſit; Et quidem ad conſequendum id, quod ei relictum eſt, quin proficiat, nulla eſt dubi-
93 tatio † *d. l. cui fundus 55. verſ. & ideo, & d. l. pen. §. 1. ff. de cond. & dem.* Quamobrem poterit
94 haud dubiè ſuam relicti partem petere †. *d. l. ſi quis legata. 53. §. vlt. ff. de cond. & dem. d. l. ſi plures 6. & ibi Bald. num. 17. & Caſtr. num. 1. & 3. C. de cond. inſert. gl. in d. l. cui fundus, in verb. alteri, & in verb. legatum.*

Sed, an ei proficiat, etiam ad conſequendā partem coniuncti non implentis, dubitari poteſt. Sed eſt verius, multum referre, vtrum is, qui non paruit, poſſit adhuc implere conditionem, nec ne: Nam ſi poteſt, vt quia conditio in dando conſiſtat, & nondum ſit a dādi facultate excluſus, vel, ſi conſiſtit in faciēdo, tractetur de facto iterabili, prout euenit, cum appoſita eſt conditio, ſi Capitolium aſcenderint, vel ierint in exercitum, aut operas præſtiterint *ſecundum ea, quæ diximus ſupra num. 78. & ſeqq.* verius eſt, non prodeſſe
95 ad conſequendam coniuncti partem. † *vt declarat Bald. in d. l. ſi plures, num. 21.* quia coniunctus, quandiu poteſt implere conditionem, facit partem, tamquam is, qui ad partē ſperatur admitti *ſecūdum ea, quæ dicemus in 7. cap. q. 37 nu. 1. & ſeqq.*

Cæterùm, ſi non poſſit ampliùs eam implere, vt, quia tractetur de opere, quod vbi ſemel perfectum eſt, iterationem non patitur, quo caſu propter conditionis defectum cenſetur ſocius ab emolumento excluſus *d. l. ſi ita fuerit 13. in prin. verſ. Non enim ff. de mann. teſt. & declarat Bald. in d. l. ſi plures, num. 21.* quæri poteſt, an ei, qui paruit, proficiat implementum, etiam ad conſequendam ex-

cluſi

cluſi partem. Et, ſi quidem tractetur de hære-
ditate, res caret dubio: nam certum eſt, ad
96 implētem totam hæreditatem pertinere †. *d.
l. paterſa. 44. & ibi gl. in verb. hæredem eſſe, ff. de
hæred. inſt. Men. conſ. 78. num. 27.* ne alioquin
teſtator decedat pro parte teſtatus, & pro par-
te inteſtatus, *vt oſtendimus in 3. cap. q. 1. num. 1.
& ſeqq.* Coeterùm, ſi tractetur de legatis, &
fideicommiſſis, res in dubium reuocari ſolet.
Dubitationem autem fecit *d. l. ſi plures. 6. C.
de condit. inſert.* vbi Iuſtinianus, *videtur autem
nobis*, inquit, *vnumquemq; neceſſitatem habere,
conditionem implere, & pro portione ſibi contin-
gente accipere, quicquid ex hoc commodi eſt.* Nam
97 his verbis videtur ſignificare, † conditionis
implementum proficere quidem implenti
ad conſequendam partem ſuam, ſed non ad
conſequendam partem alterius non implen-
tis, *vt declarant ibi Petr. de Bellap. nu. 2. & Cin.
num. 2.*

Sed hoc non obſtante verius, & receptius
eſt, proficere, etiam ad conſequendam alte-
rius excluſi partem, vel per ius non decreſcē-
98 di, vel per ius accreſcendi, † ſecundum diſtin
ctionem, quam retulimus *in 4. cap. q. 2. num. 3.
& ſeqq. Ita enim ſcribitur in d. l. ſi quis legata. 53.
§. vlt. & ibi gl. in verb. conſequitur ff. de cond. &
dem. & declarant gl. in d. l. ſi plures, in verb. repel-
lantur. & ibi Petr. de Bellap. num. 9. Cin. num. 9.
Bald. num. 17. verſ. 2. opp. Ang. num. 2.* Nam,
99 † cum pars non capientis capienti accreſcat
in legatis, & fideicommiſſis, *vt de legatis dixi-
mus in hoc cap. q. 20. num. 4 & ſeqq. De fideicom-
miſſis verò in q. 21. num. 19. & ſeqq.* vt pote, in
quibus is, qui non admittitur, nec admitti
ſperatur ad partem, non facit partem, *vt oſten-
dimus in 7. cap. q. 21. num. 24. & q. 36. num. 5.*
Conſequens eſt, vt debeat etiam huius, qui
conditione defectus eſt, portio coniuncto ac-
creſcere. *ſecundum ea, quę dicemus in eodem 7.
cap. q. 34. num. 1. & ſeqq.*

Neq; obſtat *l. ſi plures*, qui a reſpondent no-
ſtri frequentiùs, quod ibi dicitur, poſſe im-
plentē cōſequi partem ſuam, & ita innuitur,
non poſſe eum petere partem ſocij non im-
100 plentis, ita eſſe intelligendum, † vt non poſſit
eam petere iure ſuo, id eſt, iure primæuę vo-
cationis, ſed non negetur, quin eam poſſit pe-
tere iure accreſcendi. *Ita enim reſpōdent Petr.
de Bellap. in d. l. ſi plures, num. 9. & ibi Cin. nu 9.
Bald. num. 17. verſ. 2. opp.* Sed, quia, vt ſæpè de-
monſtrauimus, partem, cum dicunt veteres
ad aliquem pertinere, ſignificant, non poſſe
eum conſequi totum, eoq; modo excludunt
ius accreſcendi, *vt in l. ſi. §. Seio ff. de leg. 2. l. vxo
rē 41. §. agri plagā ff. de leg. 3.* ideo non videtur
hæc reſponſio dubitationē, quæ ex hoc loco
naſcitur, ſuſtuliſſe.

Probabiliùs ſanè dici poſſet, Ideo Iuſtinia-
101 num ſcripſiſſe, † implentem poſſe conſequi
partem ſibi relictam, non totum, quia quæ-
ſtio ibi propoſita non erat, an pars ſocij defi-
cientis poſſit a coniuncto per ius accreſcendi
vindicari, ſed, an vnus poſſit ſine alio imple-
re conditionem, & conſequi partem ſuam,
quoties conditio duobus coniunctim fuit ad
ſcripta; nam, cū de hoc dubitaſſet Vlpianus,
tollendæ huius dubitationis gratia voluit
Iuſtinianus rem conſtitutione definire Itaq;
ſtatuit poſſe vnumquemq; ſeparatim imple-
re, & conſequi partem relicti. Quid autem de
alia parte ſit ſtatuendum, non definiuit, quia
res non pertinebat ad quæſtionem ibi propo-
ſitam, ſed ad eam, quæ tractatur *in l. vn. C. de
cadu. toll.* ad quem ſcilicet portio deficientis
pertinere debeat. Quamobrem ſecundum
diſtinctiones ibi propoſitas erit res definien-
da: Nam, aut teſtator deficienti dedit ſubſti-
tutum, & ei ſine dubio pars non implentis
erit applicanda; aut verò non dedit, & tunc,
aut ijs quibus communiter adſcripta eſt con
ditio, erant etiam in legato coniuncti, vel re,
& verbis, vel re tantum, vel etiam (vt noſtris
communiter viſum eſt) verbis tantum, & erit
danda coniuncto, *ſecundum ea, quæ diximus
ſupra num. 98. quæq; in his terminis procedunt,*
aut verò non erant coniuncti, & portio non
implentis in hæreditate, ſinè apud hæredem
remanebit, *ſecundum ea, quæ dicemus in 9. cap.
q. 1. num. 9. & q. 8. num. 1. & ſeqq.*

Verùm, licet hæc declaratio in ſe vera ſit,
non eſt tamen (meo iuditio) ad tollendam
dubitationem neceſſaria, quia Iuſtinianus
102 ibi, † non dicit, implentem conſequi partem
ſuam, ſed *pro portione ſibi contingente accipere,
quicquid ex hoc commodi eſt*, quibus verbis nō
ſolum comprehendit partem principalem,
ſed etiam partem accreſcentem, quippe quæ
nihil aliud eſt, quam commodum, quod im-
plens cōditionem percipit pro portione ſibi
contingente: Nam, cum portiò portioni ac-
creſcat *l. ſi Titio. 39 in ſi. ff. de vſufr.* & quidem
pro portione legati *l. Meuio. 42. in prin. ff. de
leg. 2.* Conſequens eſt, vt dici poſſit commo-
dum, quod implens percipit *ex hoc* id eſt ex
implemento conditionis pro portione ſibi
contingente. Quod etiam clariùs oſtendunt
hæc verba ſequentia, *vt ij quidem, qui comple-
uerint iuſſa, ad lucrum vocentur.* Non enim ait
Iuſtinianus, implentes vocari ad partes ſibi
relictas, ſed ad lucrum, cuius appellatione
etiam pars accreſcens continetur *l. vn. §. pro
ſecundo, verſ. ſed, vt manifeſtetur, §. ne autem hoc
C. de cad. toll.* Et ita locum hunc intelligendū
eſſe puto.

De illo ſanè dubitari poteſt, an, quod di-
ximus, cenſeri ſocium, qui non impleuit, a
ſua parte excluſum, & eam implenti accre-
ſcere, quoties conditio conſiſtit in facto non
iterabili, procedat, etiamſi ſocius, qui non
impleuit, paratus ſit implenti pro ſua parte
contribuere, & ſoluere expenſas in re factas,
aut etiam prætium operæ, quam alter ſolus
in re facienda pręſtitit. Et conſtat, eſſe diſtin-
guendum, aut opus ab vno tantum factum
eſt, poſtea, quam ſocius facere recuſauit dato
ei termino ad inſtantiam alterius, Et non
erit amplius admittendus, ſed procedent ea,
quæ ſupra diximus, ſcilicet alterum, qui tota-
liter impleuit, rem inſolidum cōſequi debe-
re, partim iure ſuo, & partim iure accreſcēdi.
103 † *Ita declarat Caſtr. in d. l. ſi plures. num. 1. verſ.
Breuiter puto.* Aut verò per ſimplicem vnius
negligentiam, aut alterius feſtinantiam opus
ab vno tantum factum eſt, Et tunc eſt verius,
eum, qui non fecit adhuc poſſe admitti, &
alteri partem in legato facere, ſi præſtet ea,
quæ ſupra diximus, ne alioquin vnius feſti-
104 nantia alteri noceat † *Ita declarant Bald. in d.
l. ſi plures, num. 21. & ibi Caſtr. num. 1. verſ. Bre-*

uiter

niter puto. Et hæc de quarta dubitatione.

Supereſt quarta, & vltima, in qua videndũ eſt, an, & quando ius accreſcendi locum habeat in onere conditionis. Huius autem quæſtionis deciſio pendebit ijs, quæ ſupra diximus, quippe, quæ non aliam ob cauſam fuerunt à nobis præmiſſa, quam, vt intelligeremus, quibus caſibus in onere conditionis ius accreſcendi conſiderari poſſit. Conſtat autẽ ex ijs, tres eſſe diſtinguendos caſus, quorum

Primus, eſt quando conditio duobus, aut pluribus adſcripta eſt quidem indiuidua, ſed continet plura facta, quæ a ſingulis expediẽda ſunt, vt, ſi Capitolium aſcenderint, ſi ierint in exercitum, vel id genus alia fecerint. Et tunc certum eſt, in tali onere non habere lo-
105 cum ius accreſcendi, † quia, ſi vnus nõ faciat, non tenetur alter pro eo facere, cum nec poſſit: Eſt enim factum, quod per alium expediri nequit *d. l. vn. §. ne autem hoc, verſ. ſin vero talis C. de cad. toll.* Quamobrem non facientis portio ſine onere conditionis coniuncto accreſcet, *vt oſtendemus in 8. cap. q. 17. nu. 58. & ſeq.*

Secundus verò caſus eſt, quando conditio duobus, aut pluribus adſcripta eſt indiuidua, & cõtinet vnum factum, quod communiter ab omnibus expediendum eſt, Et tunc, licet is, qui admitti vult, teneatur inſolidũ implere conditionẽ, & ſic ſolus facere, quod vterq; ſimul facere tenebatur, non tamen propriè loquentibus dici poteſt, onus conditionis illi
106 accreſcere, † quia in indiuiduis, vt, quæ partes non recipiunt, non poteſt conſiderari ius accreſcendi, quippe quod partium diuiſionẽ ſupponit, *vt oſtendimus in primo, cap. q. 1. num. 28. & cap. 5 q. 42. num. 8.* Quamobrem dicetur totum facere ex natura ipſius conditionis, & facti, quod per partes expediri nequit *d. l. ſi ita fuerit 13. in prin. ff. de manu. teſta.* Sanè, ſi rẽ ipſam ſpectemus, magis eſt, vt pars oneris cẽſeatur ei accreuiſſe, quia debuit, & poſſe, & pro ſocio operari, & ſic eam oneris partem ſuſtinere, quę ſpectabat ad ſocium, eoq; reſpectu dici poterit, etiam in hac ſpecie, locum
107 habere ius accreſcendi, † *vt dicit Imol. in d. l. paterfa. 44. num. 5. ff. de hered. inſtit.*

Tertius deniq; caſus eſt, quando conditio duobus, aut pluribus adſcripta eſt diuidua, quod ſcilicet in dando conſiſtat, Et tunc, ſi vnus impleat, & ſuam legati partem conſequatur, alter verò non impleat, & ideo repellatur, ſi ille partem huius conſequi velit, debet haud dubiè etiam pro illius parte implere
108 conditionem, † *vt decl. tant gl. in d. l. ſi plures, in verb. repelluntur, & ibi Bald. num. 22.* quia pars non niſi cum onere conditionis accreſcit *d. l. ſi quis legata. 53. §. vlt. ff. de cond. & demõ. d. l. vn. §. pro ſecundo, & §. ne autem hoc C. de cad. toll & nos latè dicemus in 8. cap. q. 16. num. 42.* Quamobrem in hac ſpecie rectè dicemus, in onere conditionis habere locum ius accre-
109 ſcendi, † *vt dicit Bald. in d. l. vn. nu. 22. C. quand. non pet. part. & ſenſit etiam Imol in d. l. paterfa. 44. num. 5. ff. de hæred. inſt. licet de ſuperiore ſpecie loquatur.* Et ita rem definiendam arbitror, cum de onere conditionis loquimur.

At, ſi tractemus de onere modi, quem teſtator duobus, aut pluribus adiecit, vt, cum dicit, Inſtituo Titium, & Sempronium, vel, lego Titio, & Sempronio fundum, vt dent, vel faciant aliquid, & quæramus, an in tali onere locum habeat ius accreſcendi, conſtat eaſdem eſſe faciendas diſtinctiones, quas in onere conditionis adhibuimus, ſcilicet, quia in materia iuris accreſcendi nulla eſt inter onus modi, & onus conditionis differentia.
110 † Quamobrem communiter de ijs tractat Iuſtinianus *in d. l. vn. §. pro ſecundo C. de cad. toll. & Bald. in d. l. vn. num. 22. C. quand. non pet. part. & nos etiam agemus in 8. cap. q. 16. nu. 42. & ſeqq. & q. 17. num. 131. & ſeqq.*

Solum igitur remanet diſpiciendum de onere legatorum, & fideicõmiſſorum, quod etiam acceſſoriè venit ad aliam teſtatoris diſpoſitionem, vel expreſſam, vel tacitam, ſcilicet, quia hæres ideo ad legatorum, vel fideicommiſſorum præſtationem obligatur, quia defuncti hæreditatem adiuit, vel ea teſtamento, quo caſu venit ex diſpoſitione teſtatoris expreſſa, vel ab inteſtato, quo caſu venit ea tacita *l. conficiuntur. 8. in prin. ff. de iur. cod.* In hoc igitur onere, ſi quæramus, an locum habeat ius accreſcendi, tres ſunt diſtinguendi caſus quorum

Primus eſt, quando vnus ex heredibus non adijt ſuam partem hęreditatis, ſed ea cohęredi accreuit, Et tunc non eſt dubium, quin, vt in hæreditate, ita etiam in onere legati, aut fideicommiſſi, quod ei annexum eſt, locum
111 habeat ius accreſcendi, † ſcilicet, quia pars hæreditatis cum tali onere accreſcit *l. ſi duobus. 16. §. 1. ff de leg. primo, l. mortuo 50. §. fin. ff. de leg. 2. & latè oſtendemus in eodem cap. 8. q. 17. num. 130.*

Secundus verò caſus eſt, quando omnes hæredes adeunt hæreditatem, ſed vnus legatum, aut fideicommiſſum pro ſua parte non præſtat, ideo, quia a teſtatore fuit exemptus, Et tunc ſimiliter verum eſt, onus eius alijs accreſcere, & conſequenter alios hæredes, non ſolum pro ſua parte, ſed etiam pro parte exẽpti teneri legatum, aut fideicommiſſum præ-
112 ſtare † *l. ab omnibus 107. & ibi Bart. Bald. Ang. Caſtr. & Imol. ff. de leg. primo,* quia teſtator non ideo cenſetur eximiſſe, quod voluerit legatũ aut fideicommiſſum in parte diminuere, ſed, quia voluit illi gratificari, liberando eum ab onere, & totum id alijs imponendo.

Tertius deniq; caſus eſt, quando omnes hæredes adeunt hæreditatem, ſed vnus ex ijs ideo non præſtat ſuam legati, aut fideicommiſſi partem, quia non eſt ſoluendo, Et tunc diſtinguendum eſt, aut hæredes ſunt inſolidũ obligati, Et poterit legatarius, aut fideicommiſſarius, quem velit eligere, & ab eo vel to-
113 tum relictum petere, vel eius partem † *l. ille, aut ille. 25. & ibi gloſ. in verb. ab vtro ff. de leg. 3. l. ſi ex toto. 8. §. 1. & ibi Bald. in prin. verſ. In text. ibi, aget. Iaſ. num. 6. Duar. verſ. Notandum eſt, & Cuiac. verſ. Secundum caput ff. de leg. primo,* vt generaliter obſeruatur in ijs omnibus, qui inſolidum tenentur *l. 3. §. 1. ff de duob. reis l. 2. C. eod. l. Inter eos. 12. §. duo. rei, verſ. Plane ff. de fideiuſſ. l. liberis 16. & l. reos. 23. C. eod.* Aut verò non ſunt inſolidum obligati, Et tunc verius eſt, onus vnius alijs non accreſcere: Legatorum enim, & fideicommiſſorum petitio aduerſus hæredes pro partibus hæreditarijs cõpetit, nec pro ijs, qui ſoluendo non ſunt, onerari
114 tati cohæredes oportet † *l. legatorum. 34. in prin.*

Digitized by Google

prin.& ibi Bart.Bald. Caſtre. & Imol.ff.de leg.2.
Hinc nobis erit diſpiciendum , quando
hæredes pro legatorum, aut fideicommiſſo-
rum præſtatione cēſeantur inſolidū obligati;
In qua quidē quæſtione generaliter definien
dum eſt, tunc hęredes cenſeri inſolidum ob-
ligatos,cum fuerunt a teſtatore conſtituti,ve-
luti duo,pluresùe rei debendi, quod etiam in
115 teſtamentis fieri poſſe,dubium non eſt † l. eā-
dem.9.in prin. & ibi Cuiac. in 27. lib. quæſt. Pa-
pin. ff. de duob.reis,l. ſi ex toto.8.§. 1.& ibi gl. in
verb.cum vtro velit,Imol.num.1.Caſtr. num. 2.
verſ. Item nota,Alex. num.3. Duar. verſ. obſer-
uandum, & Cuiac. verſ. ſecundum caput ff. de
leg.primo.& facit etiam l. ſi Titio,aut Seio. 16. ff.
de leg.2.Nam huiuſmodi reorum natura eſt,vt
116 omnes inſolidum teneantur † l. 2.& l.3.§.1. ff.
de duob.reis,§.ex huiuſmodi, Inſt.eod. Quando
autem cenſeantur , vt duo , pluresùe rei de-
bendi conſtituti, ſi quæramus, conſtat varios
eſſe diſtinguendos caſus , quorum
Primus eſt , quando teſtator expreſſim di-
xit , ſe velle , vt omnes inſolidum teneantur,
Et tunc res caret dubio: nam certum eſt, om-
nes inſolidum teneri, & cōſequenter cenſe-
ri reos debendi conſtitutos, ſiue alternatiuè,
117 ſiue etiam copulatiuè grauati ſint. † Ita ſcri-
bunt gl. in l. ſiue a certis. 17. in verb pro hæredi-
tarijs ff. de duo. reis,Bart.in d.l.ſi ex toto.8.§.1.
num.1.verſ.ſed huic,& ibi Bald. num.2. verſ. In
gl.ſcilicet,Caſtr.nu.2.Iaſ.num. 3.ff. de leg. primo.
Nam , quoties conſtat de mente teſtatoris,
vtrum voluerit eos inſolidum , aut pro hære-
ditarijs partibus teneri , non eſt vlterius am-
bigendum , ſed eius voluntas eſt ſeruanda,
118 † vt declarant gloſſ. in d. l. ſiue a certis 17.in verb.
pro hęreditarijs ff. de duob. reis, & Imol. in d.l.ſi
ex toto. 8.§. 1.num.2.verſicul. In gl. velit ff. de
leg.primo.
Secundus verò caſus eſt , quando teſtator
non expreſſit dictionem, inſolidum,ſed gra-
uauit hæredes in diuerſis orationibus , Et tūc
ſimiliter cenſetur eos inſolidum grauaſſe, &
ita, veluti duos reos debendi conſtituiſſe.
119 † Ita ſcribunt gl.in d.l.ſiue a certis. 17. in verb.
pro hæreditarijs,verſ.uel ibi uerbum , ff. de duob.
reis.Bart. in d. l ſi ex toto. 8. §. 1. num. 1. & ibi
Bald.num.2.verſ.in gl. ſcilicet, Imol.num. 2.verſ.
In gl uelit, Soc.Sen.num.2. ff.de leg. primo.
Nec eſt contrarium , quod , vbi hæredes in
diuerſis orationibus grauantur , non videtur,
poſſe cenſeri duo rei, quia non cenſentur gra
120 uati præſtare eandem ſuam, ſed diuerſam † l.
ſi pluribus 45. §. 1. ff de leg. 2. Qua ratione mo
tus Alex. in d.l.ſi ex toto.8. §. 1. num. 4. ſupra-
dictam opinionem reprobauit , quia reſpondeo
121 diſtinguendo, † aut teſtator ſemel expreſſit
ſummam, puta dixit, Titio decem Caius hę
res dato, & Seius hęres dato . Et procedet id,
quod ſupra diximus,ſcilicet hæredes, vti reos
debendi cenſeri inſolidum obligatos ad einſ-
dem ſummę præſtationem,ut in ſpecie declarat
Soc.Sen.in d.l.ſi ex toto.8.§.1.num.2.uerſ. Sed tu
conſidera . Aut verò bis expreſſit ſummam,&
tunc,aut eam expreſſit ſimpliciter, puta dixit,
Titius hæres meus decem Caio dato , Seius
hæres meus decem Caio dato , Et non cenſe-
buntur hęredes grauati ſoluere eadem decē,
ſed diuerſa , ideoq; non cenſebuntur duo rei
debendi,vt in ſpecie d.l.ſi pluribus, quæ in his
terminis procedit,ut declarant Soc.Sen.in d. l.ſi
ex toto.8.§. 1. uerſ.ſed tu conſidera, & ibi Duar.
uerſ.3.nota.Aut denique expreſſit dictionem,
eandem , vel æquipollentem , Et tunc verius
eſt , cenſeri hæredes duos reos debendi , quia
inſolidum omnes ad eiuſdem ſummæ præ-
ſtationem tenentur,uti declarat Alex.in d.l. ſi
ex toto 8.§. 1.num.4.
Tertius caſus eſt,quando teſtator grauauit
hæredes in eadem oratione , ſed alternatiuè,
ſiue diſiunctiuè, puta dixit, ille, aut ille hęres
meus decem Titio dato, Et tunc ſimiliter res
procedit ſine difficultate:nam certum eſt,te-
ſtatorem cenſeri eos , vt reos debendi conſti-
tuiſſe,& voluiſſe,vt quilibet inſolidum tenea
122 tur † l.ille,aut ille.25.in prin.& ibi Bart. ff.de leg.
3.d.l.ſi ex toto.8.§.1.& ibi gloſ.in uerb. cum utro
uelit,Bart.in prin.& num.1.Bald. in prin.& nu.
2.in prin.& uerſ. In gl.ſcilicet, Angel. & Caſtr.
num.1.& 2.Imol.in prin.& num. 1.& 2. uerſ.ſi
autem ponitur, Alex.nu.1.& 2.Soc. Sen. in prin.
& nu.2. Iaſ.nu.1.in prin.& uerſ. Not. 1. Duar.
uerſ.obſeruandum,& Cuiac.uerſ. ſecūdum caput
ff. de leg.primo,Tametſi deſiſtiat ibi AEmil.Ferr.
num.6.& 8. uerſ.2. animaduertendum , & num.
ſeqq.quem merito Duar.ibi reprobauit. Id ipſum
ſcripſerunt gl. in d.l. ſiue a certis. 17. in uerb. pro
hæreditarijs,uerſ.uel dic ff.de duob.reis, Bartol.in
Auth. ſi quando num.1.C.de conſt.pec. Bald.in l.
cum quidam.4 num.1.& ibi Iaſ.num. 2. Cod. de
uerb. ſign. Cuiac.ad l eandem. 9 ff de duob. reis,
in 27.lib quæſt. Papin. Et eſt de mente eorum om-
nium , quos referemus infra num. 127. ſcilicet,
123 quia † alternatiuę natura eſt,vt cuilibet actū
inſolidum attribuat l. ſiis , qui ducenta. 14. §.
utrum ff. de reb.dub. Et in propoſito ratiocinan-
tur Bald.in d.l.ſi ex toto 8 §.1.num. 2.uerſ. Ra-
tio differentiæ,& ibi Iaſ. nu. 2. Idque procedit,
124 † ſiue propria tantum nomina expreſſa ſint.
ut in d.l.eandem 9.in prin.ff. de duob. reis, ſecun-
dum ueram lectionem, quam referemus infra nu-
147. ſiue etiam nomina appellatiua. ut in d. l.
ſi ex toto.8.§.1.& ibi declarat Cuiac. uerſ. ſecun-
dum caput ff de leg.primo .
Nec obſtat, quod alternatiua poſita inter
125 perſonas reſoluitur in coniunctiuam † l. cum
quidam 4. C. de verb. ſign. & nos diximus in 5.
126 cap.q.16. nu.14. quia hoc verum,eſt ſi † pona-
tur inter perſonas honoratas, in quibus termi-
nis procedunt ea,quæ ibi diximus, ſecus verò, ſi
inter perſonas grauatas : nā tunc retinet pro-
priam naturam , & operatur , vt quilibet ex
127 grauatis inſolidum teneatur, † vt ſupra dictū
eſt. Ita in ſpecie diſtinguunt gl. in d.l ſi ex toto.8.
in verb. ab alterutro, in fin. & ibi Bart. num. 2.
Bald.num.2.verſ. Sed contra.Caſtr.num.2.verſ.
Sed contra. Iaſ num.13.verſ.In eadem gl. Duar.
verſ.obſeruandum. Eandem diſtinctionem facit
Cin.in d.l.cum quidam.4.nu.3.& 4.verſ.ſi vero
profertur,& ibi Bart.num.1. Bald.num.5. verſ.
Opp.& videtur, Iaſ num.2.C.de verb.ſign.Bart.
in d.l ille,aut ille.25. in prin. vbi reprobat gl.con-
trarium ibi ſentientem ff de leg.3.
128 Ratio autem diuerſitatis eſt , quia † in du-
bio nō eſt recedendum a propria vi,naturaq;
verborum , niſi conſtet de contraria volun-
tate teſtatoris l.non aliter.67.in prin.ff.de leg.3.
aut ambiguitas inutilem ſit diſpoſitionem
redditura,ſi ſtamus verbis:nam tunc ita faciē
da eſt interpretatio, vt actus potius ſuſtinea-
tur,

tur, quam pereat *l. quoties. 80. ff. de verb. oblig. l. vbi eſt. 22. §. 1. ff de reb. dub. l. cogi. 16. in prin, verſ. In ambiguo ff. ad Treb.* Sed, cum teſtator
alternatiuè duos vocat, eius ſermo eſt ambiguus, quia ſignificat, aut vni, aut alteri dandũ
eſſe, ſed, cui præciſè, non oſtendit. Itaq; ſi volumus ſeruare propriam vim, atq; naturam
verborum, neceſſariò debemus, aut ita diſpoſitionem interpretari, vt per eam voluerit teſtator perſonæ vocationem in arbitrium hæredis conferre, ita, vt poſſit vni gratificari, &
alterum excludere, quod ferendum non eſt,
quia, licet teſtator hoc facere poſſit *l. cum quidam 24. ff. de leg. 2. l. vtrum. 8. §. cum quidam ff. de reb. dub.* non tamen in dubio cenſetur id
voluiſſe, *vt in propoſito conſiderant Bald. in d. l. cum quidam. 4. num. 1. C. de verb ſign. & Duar. in d. l. ſi ex toto. 8. §. 1. verſ. dixerit aliquis ff. de leg. primo*, Aut propter ambiguitatem, & incertitudinem perſonarum vocatarum debemus interpretari diſpoſitionem inutilem,
ſecundum l. Item, ſi ſeruus. 9. §. vlt. cum. 2. ll. ſeqq. ff. de ſtip ſeru. Et in his terminis conſiderat Bald. in d. l. cum quidam. 4, in prin. C. de verb. ſign. Ergo, ne hoc contingat, debemus potiùs recedere a propria vi, atq; natura verborum, &
ita facere interpretationem, vt teſtator, qui
alternatiuè locutus eſt, cenſeatur diſiunctiuã
pro coniunctiua poſuiſſe, & vtrunq; ſimul
vocaſſe, aut alterum tantum, ſi alteruter deficiat. At hæc ratio ceſſat, cum teſtator alternatiuè duos, aut plures hæredes grauat, quia,
licet alternatiua propriam retineat vim, atq;
naturam, non tamen inutilem reddit diſpoſitionem, nec eius impedit effectum, ſed eum
potiùs reddit faciliorem, & ſecuriorem, ſcilicet, quia ſecundum eius vim poterit legatarius, vel ab vtroq; hærede, vel ab vno tantum
pro arbitrio legatum exigere. Nil mirum igitur, ſi ſtamus verbis, & a propria ipſorum vi,
atq; natura non recedimus, quoties alternatiua ponitur inter grauatos.

Nec eſt, quod aliquis obijciat, imo alternatiuam reſolui in coniunctiuam, etiamſi
ponatur inter grauatos, quia ita reſoluitur,
quoties ponitur inter eos, qui teſtamento dã-
129 tur tutores † *d. l. cum quidam. 4. C. de verb. ſign.*
quo caſu non videtur poni inter perſonas honoratas, ſed inter grauatas, cũ tutela ſit onus,
130 & grauamen † *l. tria onera. 3. & l. tria onera. 5. ff. de excuſ. tuto. §. fin. Inſt. de leg. patr. tutel.* quia
reſpondent noſtri frequentiùs, imo poni inter perſonas honoratas: Nã tutela, quatenus
per ſe, & principaliter conſideratur, non eſt
131 onus, ſed honor † *l. teſtamento centurio. 51. in ſi. ff. de manu. teſta.* cum ſit poteſtas, quæ confertur in tutorem *l. 1. ff. de tutel. §. 1. Inſt. eo.* Et
quamuis in conſequentiam onus contineat,
132 † non eſt tamen eius habenda ratio, quia in
omnibus actibus id ſolum attenditur, quod
eſt principale, non, quod venit in conſequentiam *l. 1. in prin. ff. de auth. tuto. Ita reſpondent Cin. in d. l. cum quidam. 4. num. 3. verſ. Adhuc opponunt, & ibi Bald. num. 2. Iaſ. num. 2. verſ. Nec obſtat text. C. de verb. ſign. Imol. in d. l. ſi ex toto. 8. §. 1. in fin. & ibi Alex. num 6 verſ. dum autem, Iaſ. num. 13. ff. de leg. primo*, Alioquin,
ne inſtitutio quidem dici poſſet honor, quia,
qui hæres inſtituitur, ſine dubio oneratur, nõ
ſolum præſtatione legatorum *l. pænales. 32. §. ſi Titio ff. ad l. Falc.* ſed etiam æris alieni ſolutione *l. aris alieni. 15. C. de donat.* & tamen in-
133 ſtitutio dicitur honor † *l. Iulianus. 26 ff. ſi quis om. cauſ. teſt. l. filiũ. 5. § ſed & ſi pertio ff. de leg. præſt.* Vnde Cic. pro P. Quinctio, *Hæredem*,
inquit *teſtamento reliquit tunc P. Quinctium, vt, ad quem ſummus moeror morte ſua veniebat, ad eundem ſummus honor quoq; perueniret.*
Deniq; magiſtratus, & officia non ideo mi-
134 nus honores appellantur † *in tit. ff de mune. & bono.* quod onus, & quidem grauiſſimum, ac
omnium (vt ipſe meo malo experior) laborioſiſſimum cõtineant, quia in dignitatibus,
& omnibus publicis muneribus cuiuſmodi
135 eſt tutela † *l. 1. §. æque ff. de muner. & bono. tit. Inſt. de excuſ. tuto. in prin.* non conſideratur
exercitium, ſed exercendi poteſtas, quæ con-
136 fertur in vocatum: Nam, quia † per huiuſmodi vocationem datur aliquid, nempe poteſtas, quam aliàs vocatus non haberet, ideo
hoc reſpectu dicitur honor, exemplo aliarũ
diſpoſitionum, quibus aliquid datur, vt lega-
137 torum, fideicommiſſorum, & ſimilium † *l. 3. §. 1. verſ. Nec enim ff. de leg. præſt. l. qui tutelam. 28. in prin. ff. de teſta. tut. l. amiciſſimos. 39 in prin. ff. de excu. tuto. l. fideicommiſſa. 11. §. plerunq; ff. de leg. 3. l. ſed & ſi ſuſcepit 52. §. 1. ff. de Iudic.*

Hinc intelligimus, non eſſe neceſſarium
dicere hoc ſpecialiter fauore pupilli receptũ
138 eſſe, vt plures habeat adminiſtratores, † *vt cenſuerunt Bart. in d. l. cum quidam. 4 num. 1. & ibi Alex. num. 6. verſ. dum autem, Iaſ. nu. 2. verſ. Nec obſtat text. C. de verb. ſign. Imol in d. l. ſi ex toto. 8. §. 1. in ſi. & ibi Iaſ. in ſi. ff de leg. primo,*
quia nulla in hoc ſpecialitas conſiderari po-
139 teſt, † cum regulariter obtineat in omnibus
caſibus, in quibus alternatiua ponitur inter
honoratos, cuiuſmodi ſunt tutores teſtamẽto dati, *vt ſupra dictum eſt.*

Quartus caſus eſt, quando teſtator grauauit hæredes, non alternatiuè, ſed copulatiuè,
puta dixit, Titius, & Mœuius hæredes mei
decem Caio danto, Et in hoc caſu dubitationem facit *l. eandem 9. in prin. ff. de duob. reis,*
140 vbi Papinianus, † poſtea, quã dixit, duos reos
debendi fieri etiam teſtamento, ſubijcit hoc
exemplum, *vt puta, ſi pluribus hæredibus inſtitutis teſtator dixit, Titius, & Mœuius Sempronio decem danto.* Vult igitur, etiam per copulã
debendi reos conſtitui.

Verùm hoc non obſtante certi iuris eſt,
hæredes copulatiuè grauatos non cenſeri
reos debendi, & ſic non teneri ſingulos inſo-
141 lidum, ſed pro ſua quemque parte † *l. ſiue a certis. 17. ff. de duob. reis. l. turpia. 57. §. oltim. & l. ſi hæredes nominatim. 127. ff. de legat. primo. Et ſcribunt gloſſ. in d. l. ſiue a certis, in verbo. pro hæreditarijs, verſic. vel dic, Bart. in d. l. ſi ex toto. 8. §. 1. num. 1. & ibi Bald. num. 2. verſ. In gl. ſcilicet, Caſtr. num. 2. Imol. num. 2. verſ ſi autem grauantur, Alex. num. 2. & 4. Soc. Sen. num. 2. Iaſ. num. 2. & Cuiac. verſ Secundum caput ff. de*
142 *de leg. primo*, quia † copulatiuæ natura eſt, vt
rem in partes diſtribuat, non verò cuilibet
143 actum inſolidum attribuat † *l. reos. 11. §. cum tabulis ff. de duob. reis, l. cum fundus. 55. ff. de condit. & demonſtr. Et in his terminis ratiocinantur Bald. in d. l. ſi ex toto. 8. §. 1. num. 2. verſ. Ratio differentiæ, & ibi Caſtr. num. 2. Iaſ nu. 3.* Idem
eſt, &, ſi copulam non expreſſerit, ſed oratione

Digitized by Google

tione ſoluta hæredes grauauerit, puta dixe-
rit, Titius, Caius, Moeuius hæredes mei de-
cem Seio danto: Nam, quia punctus ſtat lo-
co copulæ *l. triplici. 142. verſ. videamus. ff. de*
verb. ſign. Ideo fit, vt non inſolidum eos, ſed
vnumquemque pro ſua parte grauaſſe cen-
144 ſeatur. † *Ita declarat Imol. in d. l. ſi ex toto. 8. §. 1.*
num. 2. verſ. Idem dicas.

Nec obſtat *l. eandem*, quia reſpondent no-
ſtri communiter, locum illum eſſe intelli-
145 gendum, † ſi cōſtet, mentem teſtatoris fuiſſe,
vt quilibet inſolidū teneatur, vt, quia vtriuſ-
que fidem ſit ſecutus, *ſecundum ea, quæ dicun-*
tur in eiuſce loci prin. Ita declarat ibi gl. in verb.
danto, & ita etiam illum locum intelligit Iaſ. in
d. l. ſi ex toto. 8. §. 1. num. 3.

Verùm hæc reſponſio, licet in ſe vera ſit,
relata tamen ad ſpeciem *d. l. eandem*, eſt com-
146 mentitia, † quia, cum Papinianus ſimplici-
ter ſupponat, teſtatorem ita dixiſſe, Titius, &
Moeuius Sempronio decem danto, nec vl-
lum verbum adijciat, ex quo colligere poſ-
ſimus, eum ſenſiſſe de ſpecie, in qua con-
ſtaret, quæ fuerit mens teſtatoris, ideo non
poſſumus ſine commento id intelligere.

Quamobrem verius eſt, locum illum eſſe
147 mendoſum, † & loco illorum verborum, *Ti-*
tius, & Moeuius Sempronio decem danto, le-
gendum eſſe, *Titius, aut Moeuius Sempronio*
decem dato: Nam præter id, quod iuris ratio
vulgatæ lectioni reſragatur, cum per copu-
lam non poſſint, duo rei conſtitui *d. l. reos. 11.*
§. cum tabulis. ff. de duab. reis, diligenter etiam
obſeruandum eſt, illud exemplum in Pand.
Flor. non fuiſſe conceptum verbo, *danto*,
ſed verbo, *dato*, quo duorum reorum conſti-
tutionem fieri ſolere conſtat *ex d. l. ſi ex toto.*
8. §. 1. ff. de leg. 1. et d. l. ille, aut ille. 25. in prin. ff. de
leg. 3. Hoc autem verbum, tamquam ſingu-
lari numero prolatum nō congruit cum ora-
tione copulatiua, ſed cum alternatiua, quia
ſecundum rectam loquendi rationem non
poteſt teſtator ita dicere, *Titius, & Moeuius*
Sempronio decem dato, ſed ita, *Titius, aut Moe-*
uius Sempronio decem dato. Omnimodo igi-
tur ex hoc colligimus, textum eſſe mendo-
ſum, &, cum priùs vnum tantum mendum
irrepſiſſet, ſcilicet, quia loco diſiunctiuæ
fuerat repoſita coniunctiua, relicto tamen
ſingulari verbo, dato, vt in Pand. Flor. po-
ſtea ſecundum irrepſiſſe, quia loco verbi, da-
to, pluraliter legi coepit, danto, vt verbum
copulatiuæ orationi reſponderet. *Ita elegan-*
ter obſeruauit. Cuiac. in d. l. ſi ex toto. 8. §. 1. verſ.
ſecundum caput ff. de leg. primo, & ad d. l. ean-
dem. 9 ff. de duob. reis, in 27. lib. quæſt. Papin. &
lib. 5. obj. cap. 35.

Quintus caſus eſt, quando teſtator graua-
uit hæredes collectiuè, ſiue, ſub ſimplici no-
mine appellatiuo, puta dixit, hæredes mei
Titio decem danto. Et tunc certum eſt, non
teneri eos, niſi pro portionibus hæreditarijs,
ideoque non cenſeri, vt reos debendi conſti-
148 tutos, † *d. l. ſi hæredes nominatim. 127. & ibi*
Bart. ff. de leg. primo. Et in ſpecie declarant Bart.
in d. l. ſi ex toto. 8. §. 1. num. 1. & ibi Bald. num. 2.
149 *verſ. in glo. ſcilicet. ff. eo.* quia † collectiua, non
diſiunctionem, ſed coniunctionem opera-
tur, *vt oſtendimus in quinto cap. q. 16. num. 15.*
ideoque rem in partes diſtribuere intelligi-
tur.

Sextus, & vltimus caſus eſt, quando teſta-
tor grauauit plures hæredes diſtributiuè, Et
150 tunc diſtinguendum eſt † aut res, quam præ-
ſtare iubentur, eſt multiplicabilis, vt genus,
aut quantitas. *ſicuti demonſtrauimus in quinto*
cap. q. 5. num. 8. verſ. Tertius, & verſ. Quartus,
Et non cēſebuntur hæredes rei debendi, quia
non grauantur in eadem re, ſed in diuerſis.
l. ſi pluribus. 45. §. 1. ff. de leg. ſecundo, l. ſi ſeruo
alieno. 116. §. ſi quis a primo. ff. de leg. primo,
Itaque ſi teſtator ita dixerit, Quilibet ex
meis hæredibus Titio ſeruum dato, vel, dato
decem, tenebitur vnuſquiſque ſuum ſeruum,
aut ſua decem præſtare, nec alter pro altero
conueniri poterit, quia non ſunt grauati præ-
ſtare eandem rem, ſed diuerſas. Aut verò
res, quam dare iubentur, non eſt multipli-
cabilis, vt ſpecies, *ſicuti oſtendimus in d. cap. 5.*
q. 5. num. 8. Et tunc cenſebuntur rei debendi,
quia ſinguli inſolidum tenentur eādem rem
præſtare *ſecundum ea, quæ dicuntur in d. l. ean-*
dem. 9. in prin. ff. de duob. reis, niſi fortè diuer-
ſis etiam perſonis eam præſtare iuſſi ſint, nam
tunc non cenſebuntur rei debendi, quia non
erūt obligati in eadem re, ſed in diuerſis; ſci-
licet, quia vnus tenetur præſtare rem, alter
verò æſtimationem, *vt latè oſtendimus in 5. c.*
q. 12. num. 18. & ſeqq. Et hæc de ijs defuncto-
rum cauſis, quæ conſiderantur, vt diſpoſi-
tiones.

SVMMARIVM.

1 *Ius dicendi teſtamentum nullum olim ſuis tan-*
tum competebat.
2 *Ius dicendi teſtamentum nullum hodie competit*
etiam emancipatis, vel a matre præteritis.
3 *Ius accreſcendi locum habet in iure dicendi teſta-*
mentum nullum, & cur, num. 4.
5 *Bonorum poſſeſſio contrabulas regulatur ad exē-*
plum iuris dicendi teſtamentum nullum.
6 *Emancipati habentur loco ſuorum.*
7 *Teſtamentum, vbi nullum eſt, ab inteſtato ſuc-*
ceditur.
8 *Diſpoſitum ſuper præparato cenſetur etiam di-*
ſpoſitum ſuper præparatorio.

An ius accreſcendi locum habeat in iure dicendi teſtamentum nullum.

Quæſtio Vigeſimanona.

SVpereſt, vt de ijs diſpiciamus, quæ con-
ſiderantur, vt agendi modi. Horum
autem tria poſſunt ad iuris accreſcendi
materiam pertinentia afferri exempla.

Primum in iure dicendi teſtamentum nul-
lum, quod olim ſuis, nō etiam alijs præteritis
1 competebat, † *vt de ſuis conſtat ex l. ſi filius. 7. ff.*
de lib. & poſth. l. 1. ff. de iniu. rupt. l. ei, qui in po-
teſtate. 15. ff. de legat. præſt. l. maximum. vitium. 4.
C. de lib. præt. §. 1. Inſt. de exhær. lib. De alijs verò
ex §. fin. Inſt. eod. l. illud 4. §. ad teſtamenta ff. de
bon. poſſeſſ. contrata. Hodie verò competit etiā
non ſuis, vt emancipatis ſine cauſa præteritis,
vel liberis præteritis a matre, auoue materno,
vel parentibus ſine cauſa præteritis a filijs

† S.

2 † *§. aliud quoq; capitulum, & §. ſancimus, Auth.*
vt cum de app. cogn. coll. 8. Auth. non licet, & ibi
Bart. & alij C. de lib. præter. Auth ex teſtamento
C. ad Tertul. & de matre diximus in hoc cap. q.
16. num. 164. In hoc autem iure an locum ha-
beat ius accreſcendi, ſi fortè duo, vel plures
ſint præteriti, & vnus eorum nolit teſtamen-
tum dicere nullum, prout facere poteſt *l. filio*
præterito. 17. *ff. de iniuſt. rup.* quæri ſolet. Et pu-
3 to, haud dubiè habere locum, † & quidem
neceſſariò, quia, cum teſtamentũ ſit indiui-
duũ, nec poſſit pro parte ſuſtineri, & pro par-
te annullari, ſed, aut in totũ ſuſtineri, aut in
totũ annullari debeat *l. pen. ff. de iniuſt. rupt.*
Conſequens eſt, vt ex duobus, puta filijs præ-
teritis alter etiam altero repudiante poſſit
inſolidum, & ſic etiam pro illius parte nullũ
4 dicere teſtamentum: † Aliquin enim alterũ
ex duobus abſurdis ſequeretur, vel, quod
vnius repudiatione deberet alter etiam a ſua
portione excludi, quod eſſet iniquum, vel,
quod deberet pro ſua tantum parte dicere
nullum teſtamentum, quod, & ipſum abſur-
dum eſſet, & contra ea quæ ſupra diximus.
Magis igitur eſt, vt, etiamſi alter nolit, poſſit
nihilominus alter in totum dicere nullum
teſtamentum. Et ſanè, ſi inter emancipatos
præteritos, qui ad contratabulas bonorum
poſſeſſionem vocantur, locum habet ius ac-
creſcendi, *vt oſtendimus in hoc cap. q. 2. num. 3.*
Conſequens eſt, vt multo magis habeat locũ
inter eos, qui vocantur ad ius dicendi teſta-
mentum nullum, cum illa ad huius exemplũ
5 reguletur † *d. l. illud. 4. §. ad teſtamenta, & l. non*
putauit. 8. *in prin. ff. de bono. poſſ. contratab.* &
emancipati ideo ad contratabulas bonorum
poſſeſſionem admittantur, quia ſuorum loco
6 habentur † *tit. Inſt. de legi. agn. ſucc. in prin. &*
tit. de ſucc. cog. in prin. ideoq; abſurdum eſſet,
plus iuris ei competere, qui habetur pro tali,
quam, qui propriè talis eſt. Deniq; cum ius
accreſcendi locum habeat in hæreditatibus,
quæ ab inteſtato deferuntur, *vt diximus in*
hoc cap. q. 1. num. 3. Debet etiã per conſequen-
tias habere locum in iure dicendi teſtamen-
tum nullum, quod eſt velut ad illam præpa-
ratorium, cum, vbi teſtamentum nullum eſt,
7 ibi ab inteſtato ſuccedatur † *d. l. is, qui in poteſta*
te. 15. in prin. ff. de lega. præſt. l. fin. ff. de lib. &
poſth. Diſpoſitum enim ſuper præparato cen-
ſetur etiam diſpoſitum ſuper præparatorio
8 † *l. in argento. 23. in prin. ff. de aur. & arg. leg. l.*
oratio. 16. ff. de ſponſ. l. ſi quis tutor 60. §. quamuis
ff. de rit. nupt. l. ſi, qui cum telo. 7. l. ſi quis necandi.
8. C. ad. leg. Corn. de ſic. Dec. in rubr. C. de eden.
num. 1.

SVMMARIVM.

1 *Declaratur l. Papinianus.* 8. §. *quoniam autem quarta, ff. de inoff. & num. 12. & ſeqq. vſque ad fin.*
2 *Ius accreſcendi locum habet in querela, Declara, vt num. 5. & ſeqq.*
3 *Declaratur l. qui repudiantis. 17. in prin. ff. de inoff. & num. 11. & 15.*
4 *Declaratur l. ſi ponat. 23. §. vlt. ff. de inoff. & num. 16.*
6 *Querela vnius ſufficit ad expugnandum totum teſtamentum, Sed contra, num. 9.*
13 *Partem facit in querela, qui ad eam ſperatur admitti*
14 *Excluſi pro mortuis habentur*
19 *Legitima relicta titulo legati, vel fideicommiſſi excludebat olim filium a querela.*

An ius accreſcendi locum habeat in querela

Quæſto Trigeſima.

SEcundum exemplum afferri poteſt in
querela, in qua pariter dubitari ſolet,
an habeat locum ius accreſcendi. Du-
bitationem autem fecit *l. Papinianus. 8. §. quo*
niam autem quarta ff. de inoff. vbi Vlpianus,
1 † *Quoniam autem quarta debitæ portionis ſuf-*
ficit ad excludendam querelam, inquit, *videndũ*
erit, an exhæredatus partem faciat, qui non que-
ritur, vt puta, ſumus duo filij exhæredati. Et
vtiq; faciet, vt Papinianus reſpondit, &, ſi dicã
inofficioſum, non totam hæreditatem debeo ſed di-
midiam petere: Proinde, &, ſi ſint ex duobus filijs
nepotes, ex vno plures, tres puta, ex vno vnus,
vnicũ ſeſcuncia, vnum ex illis ſemuncia querela
excludit. Vult igitur, exhæredatum, qui non
queritur, & ſic nõ agit de inofficioſo, facere
partem alijs, ideſt impedire ius accreſcendi.
Nõ eſt igitur in querela iuri accreſcẽdi locus.
Verùm hoc non obſtante certi iuris eſt,
etiam in querela locum habere ius accreſcẽ-
2 di, † *vt ſcribunt Bart. in l. pater filium. 14. nu.*
8. verſ. ipſe, & ibi Rub. numer. 110. & 133. verſ.
Nec obſtat, & num. 148. ff. de inoff. Bart. in l. ſi
ponas. 23. §. vlt. & ibi Ang. & Caſtr. num. 1. ff.
eod. Bald. in l. vn. num. 20. verſ. Ex prædictis. &
ibi Gozad. num. 2. verſ. iſta ratio. Cagn. num. 66.
Claud. Tut. nu. 20. & 32. C. quand. non pet. part.
Caſtr. in l. qui repudiantis. 17. num. 1. ff. de inoff.
Imol in l. plane. 34. §. ſi duobus, nu. 3. & ibi Alex.
num. 4. & 5. verſ. Aduerte, Iaſ. num. 23. ff. de leg.
primo, Alex. conſ. 197. num. 4. vol. 6. Iaſ. in d. l. re
coniuncti, num. 246. & ibi Crott. num 127. verſ.
2. Aleia. num. 62. verſ. Quod etiam, Io. Gaud. nu.
4. & 6. Dec. in rubr. C. quand. non pet. part. in 2.
lect. num. 4. & in 3. num. 26. Bertr. conſ. 14. nu. 5.
vol. 10. Gozad in l. qui ſi patris. 3 num. 223. in fi.
C. vnd. lib. Fabia. in Auth. nouiſſima, num. 209.
218. & 220. C. de inoff. teſta. Ant. de Roſell. de
ſucc. ab inteſt. num. 242. Chaſſa. conſ. 53. num. 76.
Ceph. conſ. 59. nu. 18. Mantic. de con. vlt. volun.
lib. 4. tit. 11. num. 10. Franch. deciſ. 63. num. 2.
Men. de præſ. lib. 4. præſ. 86. num. 5. & 9. & conſ.
207. num. 57. & 61. Pereg. de fideicom. artic. 38.
num. 5. Zaz. in Paratit. de inoff. teſta. Mynſ. in
§. vlt. nu. 1. Inſt. de Orfic. Duar. lib. 1. de Iur. accr.
cap. 14. Ant. Gouea de Iur. accr. num. 24. Peralt.
in l. & Proculo. 20. num. 37. verſ. Illud ff. de leg.
2. Did. Spin. in ſuo ſpecul. teſta. gl. 9 nu. 24. Hoto.
Illu. quæſt. 44. Andr. Facb. lib. 4. Controu. cap. 31.
Probatur enim
Primo *l. qui repudiantis. 17. in prin. ff. de*
3 *inoff.* † Vbi Paulus, *Qui repudiantis animo non*
venit ad accuſationem inofficioſi teſtamenti, in-
quit, *partem non facit ijs, qui eandem quere-*
lam mouere volunt: Quibus verbis ſignificat,
eum, qui repudiat querelam, non facere par-
tem alijs, ideſt, non impedire ius accreſcendi.
Ha-

Habet igitur in confeſſo etiam in querela ius accreſcendi habere locum.

Secundo probatur *l. ſi ponat. 23. §. fi. ff. eod.* vbi Paulus, *Si, cum duo ſint filij exhæredati*, inquit, *ambo de inofficioſo teſtamento egerunt, & vnus poſtea conſtituit non agere, pars eius alteri accreſcit. Idemque erit, &, ſi tempore excluſus*
4 *ſit.* Ex quibus verbis intelligimus, † in querela locum habere ius accreſcendi, etiam poſtea, quam ſemel agnita fuit, licet aliàs regulariter poſt agnitionem ius accreſcendi ceſſet, *vt latè oſtendemus in 7. cap. q. 59. num. 13. & 79.*

Hoc autem ita plerique putant accipien-
5 dum, † vt ius accreſcendi non conſideretur inter exhæredatos reſpectu ipſius querelæ, quatenus ſcilicet teſtamẽtum impugnat, ſed reſpectu bonorum, quæ petuntur; Nam, ſi ex duobus filijs exhæredatis alter agat, alter verò repudiantis animo non agat, non putant eſſe ius accreſcendi, quoad expugnationem teſtamenti, quoniam vnius fratris querela ſufficit, vt totum teſtamentum ex-
6 pugnetur, † *vt ſcribunt Alcia. lib. 4. Parado. cap. 16. num. 3. & Duar. d. lib. 1. de iur. accr. cap. 14.* ſed putant, eſſe ius accreſcendi, quoad petitionem hæreditatis, quam alter inſolidum
7 poterit inſtituere. † *Ita cenſuit Alcia. d. lib. 4. Parad. cap. 16. num. 3. & 12. à quo non diſſentit Ant. Go. de iur. accr. num. 24. dum ait, in querela ideo habere locum ius accreſcendi, quia per eam hæreditas euincitur, alioquin, ſi duntaxat expugnaretur teſtamentum, id locum in ea non habiturum.*

Verùm hæc ſententia, vt eſt contraria re-
8 ceptæ doctorum opinioni, quę vult, † in ipſamet querela habere locum ius accreſcendi, ita, & mihi non probatur.

Primo, quia falſum eſt, vnius ex duobus filijs exhæredatis querelam ſufficere ad ex-
9 pugnandum totum teſtamentum, † niſi alterius quoque pars ei priùs accreſcat; Nam alter tantum non poteſt iure ſuo dicere totum teſtamentum inofficioſum, ſed tantum pro parte *d. l. Papinianus 8. §. quoniã autẽ quarta, verſ. & ſi dicã, & l. ſi nõ mortis 25. § fi. & l. ſi inſtituta 27. §. de inofficioſo ff. de inofficioſo,* & querela ꝑ parte propoſita pro parte quoq; reſcindit teſtamentum *l. mater decedens 19. & l. circa 24. ff. eod.* Vt igitur in totum reſcindatur, neceſſariò debet inſolidum, non pro parte proponi, quod ſine iure accreſcendi fieri nullo modo poteſt.

Secundo verò, ſi ius accreſcendi, quod inter exhæredatos locum habet, non, niſi reſpectu bonorum conſiderari poſſet, vtique locum non haberet, niſi poſt teſtamentum per
10 iudicis ſententiam reſciſum; † Nec enim ante ius aliquod in bonis competit exhæredatis, cum hæreditas, tamquam adita ab inſtituto, nec eis deferri, nec per conſequentias ab eis adiri poſſit. Quamobrem dicimus, eũ, qui egit de inofficioſo teſtamento, non cenſeri hæreditatem adiuiſſe, quia talis acquiſitio ſupponit delationem, quæ priùs, quam teſtamentum ſit per querelam reſciſum fieri ab inteſtato non poteſt, & hac ratione, qui obtinuit ex cauſa inofficioſi poteſt adhuc hæreditatem tamquam tunc primùm ſibi delatam repudiare. Si igitur ante reſciſionem teſtamenti ius in bonis, nec, quoad acquiſitionem, nec, quoad delationem conſiderari poteſt, nec per conſequentias poterit antè conſiderari. ius accreſcendi reſpectu bonorum, cum hoc ius ex parte illius, cui fit acceſſio, ſupponat alicuius partis acquiſitionem, *vt dicemus in 7. cap. q. 60. num. 2.* Atqui locum habet inter exhęredatos ius accreſcẽdi, etiam ante reſciſionem teſtamenti *d. l. qui repudiantis 17. in prin. & d. l. ſi ponas. 23. §. fin. ff. de inoff.* Non habet igitur locum reſpectu bonorum, ſed reſpectu querelæ.

Tertio demùm probat hoc apertè *d. l. qui*
11 *repudiantis. 17. in prin. ff. de inoff.* vbi † poſtea, quam Paulus ſcripſit, eum, qui repudiantis animo non venit ad accuſationem inofficioſi teſtamenti, partem non facere ijs, qui eandem querelam mouere volunt, ita infert, *Vnde, ſi de inofficioſo teſtamento patris alter ex liberis exhęredatis ageret, quia reſciſo teſtamento alter quoq. ad ſucceſſionem ab inteſtato vocatur, & ideo vniuerſam hæreditatem non rectè vindicaſſet, hic, ſi obtinuerit, vtetur rei iudicatæ authoritate, quaſi Cẽtumuiri hunc ſolum filium in rebus humanis eſſe nunc, cum facerent inteſtatũ crediderunt.* Quibus verbis non mutat ſpeciẽ, de qua ſupra locutus eſt, nec agit de eo, qui non admittitur ad partem, ſed admitti ſperatur, *vt Bart. in d. l. pater filium, num. 6. & ibi Rub. num. 108. Ang. in d. l. qui repudiantis, alijq. veteres paſſim arbitrantur*, quia, ſi frater non fuiſſet à querela excluſus, non poſſet is, qui obtinuit, vti aduerſus eum rei iudicatæ authoritate, ſed perſiſtit in themate propoſito, & ait, ſi ex duobus filijs exhæredatis alter agat, alter repudiet, poſſe repudiantem inſolidum teſtamentum impugnare, nec eum, qui non eſt queſtus partem illi facere, ſed, ſi obtinuerit, quia reſciſo teſtamẽto alter quoque ad ſucceſſionem ab inteſtato vocatur, non videri eum totam hæreditatem rectè vindicaſſe, ſed, quamquam id verum ſit inſpecto ſummo iure, tamen inſpecta mente iudicum, qui, teſtamentum reſcindentes, hunc ſolum crediderunt in rebus humanis eſſe, qui queſtus eſt, ſolum eum vſurum rei iudicatæ authoritate, & hæreditatem inſolidũ petiturũ, nec fratrem, qui nõ egit, cenſeri cũ eo concurriſſe *l. filio. 16. in prin. ff. eod. Ita elegãter explicat Cuiac. in d. l. qui repudiantis, in 2. libr. quæſt. Paul.* Hinc igitur apparet, quod dicimus, inter exhæredatos habere locum ius accreſcendi, neceſſariò debere intelligi reſpectu ipſius querelæ, nõ verò reſpectu bonorũ, ſiue hæreditatis, quoniã hoc reſpectu non habet ſummo iure locum ius accreſcendi, ſed tantum per quandam conſequentiam rei iudicatæ, ſcilicet, quia bona debent inſolidum ad eum pertinere, qui inſolidum teſtamentum expugnauit. Vnde, quia propter fratris repudiationem alter inſolidum dixit teſtamentum inofficioſum, fit, vt ad eum, quaſi ad ſolum ſuperſtitem vniuerſa hæreditas pertinere debeat. Veriſſimum igitur eſt, etiã in querela inofficioſi teſtamenti locum habere ius accreſcendi.

Neq; obſtat *§. quoniam autem quarta*, quia reſpondent noſtri paſſim, locum illum eſſe
12 intelligendum † de ijs, qui non admittuntur ad querelam, ſed admitti ſperantur, Nã, licet

illi

illi, qui, nec admittuntur, nec admitti ſperantur, non faciant partem, faciunt tamen, qui
13 ſperantur admitti, † *vt in propoſito diſtinguunt gl. in d. § quoniam autem quarta, in verb. qui nõ queritur, & ibi Bartol. Angel. Caſtrenſ. & alij, Bartol. in d. l. pater filium. 14. nu. 6. & ibi Rub. num. 108. & 109. ff. eod. Bartol. in d. l. qui repudiantis. 17. in prin. & ibi Ang. & Caſtr. num. 2. ff. eod. Bald. in l. fratres. 27. num. 12. C. eod. Zaz. in Parat. ff. de inoff. teſta. Cuiac. in expoſit. Nouell. 18.* ſcilicet, quia in his ceſſat ratio, propter quam dicimus, illos partem non facere: Ratio enim eſt, quia, cum ſint excluſi, debent
14 haberi pro mortuis † *l. 1. §. ſi pater emancipatus ff. de coniũg. cũ em. lib. l. 1. §. quidam ff. de bon. poſ. contra tab.* & per conſequentias non debent impedire, quominus alij inſolidum queri poſſint; At hæc ratio ceſſat in ijs, qui ſperantur admitti, quia, cum non ſint excluſi, ſequitur, non poſſe eos haberi pro mortuis, & ſic non poſſe facere locum iuri accreſcendi, quippe, cui non, niſi ſocio deficiẽte locus eſſe poteſt, *vt latè oſtendimus in 7. cap. q. 21. num. 17. & qq. ſeqq.* De ijs igitur, qui nec admittuntur, nec admitti ſperantur, ſunt accipiẽdi loci, in quibus ſcribitur, eum, qui non queritur, non facere partem, vt *l. qui repudiantis, 17. in prin. ff.*
15 *de inoff.* quippe, quæ loquitur † de coniuncto excluſo repudiatione, vt patet ex illis verbis, *qui repudiantis animo non venit*, & *l. ſi ponat.*
16 *23. § vltim. ff. eod.* quæ ſimiliter loquitur † de eo, qui repudiatione, vel tempore excluſus eſt, vt conſtat ex illis verbis, *vnus poſtea conſtituit, non agere*, ideſt renuntiauit querelæ, & ab ea deſtitit, & ex illis, *idemque erit, & ſi tempore excluſus ſit.* At verò §. *quoniam autẽ quarta*, loquitur (ſecundum eos) de ijs, qui non admittuntur quidem ad querelam, ſed admit-
17 ti ſperantur. † *Ita declarant gl. in d. §. quoniam, in verb. qui non queritur, & ibi Bartol. Ang. & Caſtr. Bart. in d. l. pater filium, nu. 6. & ibi Rub. num. 108. Bart. in l. ſi Titio. 7. verſ. Opp. de lege ff. de leg. 2. Alex. in l planè. 34. §. ſi duobus, num. 5. & ibi Iaſ. num. 21. ff. de leg. primo, Zaz. in Parat. ff. de inoff. teſta. Cuiac. in d. §. quoniam, & in expoſ. d. nouell. 18. Hoto. in ſua diſputa. de quanta legitimaria, cap. 9. num. 52.* Sed malè, meo iudicio, quia verius eſt, loqui Vlpia-
18 num † de eo, qui nec queritur, nec queri poteſt, quod ſit a querela excluſus, vt patet ex illis verbis, *quoniam autem quarta debitę portionis ſuffirit ad excludendam querelam*, & ex illis, *vnum ex illis ſemuncia querela excludit*; Quod etiam ratione conuincitur; Nam, niſi exhæredatus, de quo loquitur, & quem ait facere partem, eſſet a querela excluſus, ineptè Vlpianus ex præcedentibus inferret ad ſubſequentem quæſtionem, dum ait, *quoniam autem quarta debitæ portionis ſufficit ad excludendam querelam, videndum erit, an exhæredatus partem faciat, qui non queritur*, quaſi dicat, ex eo, quod diximus, exhæredatum, qui habuit quartam debitę portionis, excludi a querela, videndum eſt, an hic exhæredatus, qui non queritur, ideo, quia habuit quartam, & ſic fuit a querela excluſus, faciat alijs partem, ideſt, impediat, ne cœteri totum petere poſſint, *Et vtiq; faciet*, inquit, *vt Papinianus reſpondit*, & rectè: Nam hic exhæredatus, qui ſuam legitimam conſecutus eſt, non poteſt haberi pro mortuo, ſcilicet, quia concurrit, non quidem in querela, ſed in legitima, cuius ratione querela datur, ideoque non poteſt facere locum iuri accreſcendi, quippe, cui non, niſi ſocio deficiente locus eſſe poteſt. Loquitur ergo Vlpianus de excluſo a querela, non de eo, qui ſperatur admitti; Quod etiam confirmatur ex verbis ſequentibus: Nam poſtea, quam dixit, exhæredatum, qui non queritur, facere partem, & operari, vt cœteri partes tantum petere poſſint, ſubijcit, *Proinde, ſi ſint ex duobus filijs nepotes, ex vno plures, tres puta, ex vno vnus, vnicum ſeſcuncia, vnum ex illis ſemuncia querela excludit*, quibus verbis oſtendit, ſe in præcedentibus locutum eſſe de eo, qui a querela excluditur, quia alioquin malè ſubiecisset illam dictionem, *proinde*, quæ eſt illatiua, niſi etiam in præcedentibus fuiſſet exhęredatus a querela excluſus; Quid enim haberet commune ſpecies Papiniani, in qua vult, exhęredatum facere partem, cum ſequenti, in qua nepotes a querela excluduntur, ſi non eſſet etiam in illa exhæredatus a querela excluſus? Sed hoc ideo fit, quia *in toto illo §. quoniam autem*, tractatur de ijs exhęredatis, qui ideirco non queruntur, quoniam debitam portionem ſunt conſecuti, ideoq; cœteris faciunt partem, & proinde quæritur, quanta pars quemq; excludat a querela, vt intelligamus, quando quiſq; faciat partem, & pro qua parte faciat. Verus igitur eiuſce loci ſenſus eſt, ſi paterfa. duos filios exhęredauerit, & vni eorum quartã partem eius, quod ab inteſtato fuiſſet habiturus, reliquerit, vel titulo legati, vel titulo fideicõmiſſi, aut id genus alio, quo caſu ſecũdum ius Digeſtorum cenſetur exhęredatus a querela
19 excluſus † *d. l. Papinianus. 8. §. ſi quis mortis, & l. ſi non mortis. 25. ff. de inoff. teſt. §. vlt. Inſt. eod.* non poſſe alterum filium exhæredatum teſtamentum dicere inofficioſum, niſi pro parte dimidia, quia frater, qui ſuam habuit legitimam, quamuis a querela ſit excluſus, facit tamen ei partem, & impedit, ne poſſit petere totam hæreditatem, quæ res cedet commodo hæredis ſcripti, qui etiamſi teſtamentum, quaſi inofficioſum reſcindatur, dimidiam tamen hęreditatis partem retinebit, quaſi pro parte tantum, reſciſſo teſtamento, quod in querela, quę adita demùm hęreditate naſcitur *d. l. Papinianus. 8. §. ſi conditioni ff. eod.* nouũ non eſt *l. nam, et ſi parentibus 14. §. ſi filius, et l. circa. 24. ff. eod.* Proinde, ſi paterfa. habuerit ex duobus filijs nepotes, ex vno, puta tres, ex altero vnum, & omnes exhęredauerit, relicto quibuſdam ex ijs legato, quęramusq;, an illi, qui legatum habuerunt, a querela excludantur & faciãt alijs partem, inſpicere debemus, vtrum legatum contineat quartam partem eius, quod quiſq; eorum fuiſſet habiturus. Itaq;, ſi ex tribus nepotibus ex vno filio, vni ſeſcuncia legata ſit, erit a quęrela excluſus, & faciet alijs partem pro ſextante, ſi verò nepoti, qui ſolus ex altero filio ſupererat, legata ſit ſeſcuncia, intelligetur, & ipſe excluſus, facietq; proinde partem alijs pro dimidia. Hic (meo iudicio) verus eſt eiuſce loci ſenſus, nõ, quem alij comminiſcuntur.

SVMMARIVM.

1 *Ius accreſcendi locum habet in iure agẽdi ad ſupplementum legitimę, & cur. num. 2.*

3 *Ius accreſcendi locum habet inter inſtitutum qui poteſt agere ad ſupplementum legitimæ, & exhęredatum, cui competit querela, & cur, num. 4.*

An ius accreſcendi locum habeat in iure agendi ad ſupplementum legitimæ.

Quæſto Trigeſimaprima.

TErtium, & vltimum exemplum afferri poteſt in iure agendi ad ſupplemẽtum legitimæ, in quo etiam dubitari ſolet, an locum habeat ius accreſcendi. Con-
1 ſtat autem, habere locum, † *ex ijs, quæ diximus in hoc cap. q. 8. num. 8. & ſeqq. & num. 23. & ſeqq.*
2 ſcilicet, quia † hoc ius eſt ſubrogatũ loco querelę *l. omnimodo. 30. in prin. Cod. de inoff. teſtam.* ideoq; debet eodem, quo illa cenſeri iure S. *fuerat, Inſt. de actio.* Cum igitur in querela locum habeat ius accreſcendi, *vt oſtendimus in q. preced nu. 2. & ſeqq.* Conſequens eſt, vt, & in iure agendi ad ſupplementum legitimę locũ habere debeat, *vt arguunt omnes, quos retulimus in d. q. 8. num. 23.* Idq; adeo verum eſt, vt procedat, non ſolum, ſi ambo fuerint inſtituti, & ſic poſſint ad legitimę ſupplementum agere, ſed etiam, ſi vnus fuerit inſtitutus, alter verò exhęredatus, & ſic vnus vocetur ad ſupplementum, alter verò ad querelam: Adhuc
3 enim inter eos locus eſt iuri accreſcendi, † *vt ſcribunt omnes, quos retulimus in hoc cap. q. 13. nu. 5. & nos etiam diximus in 5. cap. q. 43. nu. 74.*
4 quia, † licet remedia, quę eis competunt, videantur diuerſa, tamen, quia vnum eſt ſubrogatum loco alterius, pro ſimilibus habentur, *ex ijs quæ diximus in eodem 5. cap. q. 43. nu. 74.* eaque ratione ius accreſcendi nõ excludunt, *vt oſtendimus in d. q. 13. num. 6.* Et hæc de defunctorum cauſis ſufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Ius non decreſcendi locum habet in contractibus, & cur num. 2. licet nonnulli contrarium cenſuerint.*

4 *Coniunctio mixta non inducit ius non decreſcendi in contractibus.*

5 *Ius accreſcendi locum habet in contractibus, Sed contra num. 10. & cur, num. 27. & ſeqq.*

6 *Argumentum ab vltimis voluntatibus ad contractus valet.*

7 *Regula colligitur ex pluribus particularibus.*

8 *Ius ſingulare in vno denotat ius commune in contrarium.*

9 *Ius accreſcendi locum habet in lucris nuptialibus, & cur, num. 34.*

11 *Partim facit in contractibus etiam is, qui non admittitur ad partem.*

12 *Ius non decreſcendi locum habet in contractibus, non etiam ius accreſcendi.*

13 *Declaratur l. ſi mihi, & Titio. 110. in prin. ff. de verb. oblig. & nu. ſeqq. vſq; ad num. 24.*

15 *Ius accreſcendi locum habet etiam in contractu, ſi ab initio valeat in vtriuſq; perſona, Sed contra num. 17. & 79.*

20 *Ius accreſcendi locum habet etiam in contractu, ſi in eum non ſit deducta quantitas, ſed ſpecies, & cur. num. 21. Sed contra num. 22. & 73. & cur, num. 23.*

24 *Quantitates diuiduntur in partes numerales, ſpecies vero in partes quotitatiuas.*

25 *Declaratur l. aquam. 16. ff. quemad. ſeru. am.*

26 *Declaratur l. ſi duo patroni. 13. in prin. ff. de iureiur.*

28 *Ius accreſcendi locum habet in vltimis voluntatibus, ſed non in contractibus, & cur, nu. 30. & ſeqq.*

29 *Partem facit in contractibus, qui non admittitur ad partem, ſed non in vltimis voluntatibus, & cur, num. 30. & ſeqq.*

35 *Ius accreſcendi locum habet etiam in contractibus inter plures collectiuè vocatos, & cur, numer. 36.*

37 *Iuris accreſcendi cauſa ceſſat in contractibus.*

38 *Ius non decreſcendi locum habet in indiuiduis, & cur, num. 39. Declara, vt num. 40. & ſeqq.*

44 *Ius non decreſcendi locum habet in contractibus inter diſiunctos, & cur, num. 45.*

46 *Ius non decreſcendi locum habet in contractibus inter vocatos per diſtributiuam, & cur, num. 47. Declara, vt nu. 60.*

48 *Portio deficiens etiam in cõtractibus pertinet ad coniunctum, ſi conſtet, talem fuiſſe mentem contrahentium.*

49 *Ius accreſcendi locum habet etiam in cõtractibus, ſi hoc actum ſit a contrahentibus.*

50 *Pacto fieri poteſt, vt etiam in contractibus locum habeat ius accreſcendi, Declara vt num. 51.*

52 *Ius accreſcendi legale non habet locum in contractibus, ſed conuentionale locum habet.*

53 *Ius accreſcendi locum habet in contractibus, ſi addita ſint illa verba, de uno in alterum reuertẽdo, & cur, num 54.*

55 *Pacto fieri poteſt, ut res de uno in alium transferatur.*

56 *Ius accreſcendi locum habet in cõtractibus, ſi poſt coniunctionem duorum, aut plurium uocationem addita ſint illa uerba. & cuilibet eorum, & cur, num. 57. Declara, ut num. 60. & ſeq.*

58 *Diſtributiua adiecta copulatiuæ, quam uim habeat, & num. 59.*

62 *Ius accreſcendi locum habet in contractibus, ſi ex coniecturis colligatur, hanc fuiſſe mentem contrahentium.*

63 *Ius accreſcendi locum habet in cõtractibus ex uerisimili mente contrahentium.*

64 *Ius accreſcendi locum habet in contractibus, ſi hoc actum ſit, uel expreſſè uel tacitè.*

65 *Ius accreſcendi locum habet in contractibus, ſi ex natura ipſius contractus colligatur, hanc fuiſſe intentionem contrahentium.*

66 *Tacitè agi intelliguntur ea, quæ ſunt de natura contractus.*

67 *Ius accreſcendi non habet locum in contractu, ſi in eum deducta ſit quantitas, & cur, nu. 68.*

69 *Ius accreſcendi locum non habet in mutuo, et cur, num. 70.*

71 *Mutuans pecuniam ſi ſtipuletur, eam ſibi, et extraneo reſtitui, totam pecuniam repetere poteſt, Declara, ut num. 72.*

74 *Ius accreſcendi locum non habet in ſtipulationibus.*

75 *Ius accreſcendi locum non habet in ſocietate.*
76 *Ius accreſcendi locum non habet in contractibus inter coniunctos verbis tantum.*
77 *Ius accreſcendi locum non habet in contractibus, etiam inter coniunctos re, & verbis.*
78 *Ius accreſcendi locum habet in contractu, ſi is ab initio non conſiſtat in perſona vnius.*
80 *Portio, quæ pro non ſcripta habetur, non accreſcit in contractibus.*
81 *Ius accreſcendi locum non habet in actibus, ſiue diſpoſitionibus inter viuos.*

An, & quando ius accreſcendi locum habeat in contractibus, & alijs viuentium cauſis.

Quæſtio Trigeſimaſecunda.

NVnc tranſeamus ad viuentium cau-
ſas, quas frequentiùs actus inter vi-
uos appellamus, & videamus, an in
ijs locum habeat ius accreſcendi, ſed, quoniã
earum varia ſunt genera: Quædam enim pu-
blicæ ſunt, quędam verò priuatę, & priuata-
rum, quędam perſonales, quędam reales. per-
ſonales, quę nobis ius tribuunt ad rem, vt cõ-
tractus, reales verò, quæ tribuunt ius in re, vt
dominia, ſeruitutes, & id genus res aliæ, ideo
de ſingulis ſeparatim tractaturi videamus
primo de perſonalibus, & ſic de contractibus,
& diſpiciamus, an in ijs locum habeat ius ac-
creſcendi. Hanc autem tractationem dupli-
citer proſequemur, primo generaliter, ſecun-
do verò ſpecialiter.
Et generaliter quidem, cum quærimus, an
in contractibus locum habeat ius accreſcen-
di, conſtat, multum referre, vtrum loquamur
de iure non decreſcendi, an verò de iure ac-
creſcendi: Nam, ſi de iure non decreſcendi,
cenſent frequentiùs, id etiam in contractibus
1 habere locum. † *Ita enim ſcripſerunt Bart. in
l. ſi mihi, & Titio 110. in prin. nu. 1. & ibi Caſtr.
num. 1. Alex. num. 5. verſ. 2 fallit, Alcia. num. 2.
ff. de verb. oblig. Bartol. in d. l. re coniuncti, num.
65. & ibi Iaſ. num. 97. 150. & 258. verſ. vltimo,
Crott. num. 18. verſ. 4. Alcia. num. 1. Bartol. in
l. proprium. 5. ff. commu. prædio. Bald. in l. vnic.
§. cum autem, num. 1. C. de cadu. toll. Caſtrenſ. in
l. aquam. 16. num. 2. ff. quemad. ſeru. am. Seb. Sap.
in l. vnic. num. 2. C. quand. non pet. part. Alciat.
conſil. 24. num. 1. lib. 3. vbi teſtatur, hanc eſſe com-
munem, & lib. 4. Parado. cap. 8. num. 4. Cepoll. de
ſeru. vrb. prædio. cap. 50. num. 4. Gabr. conſil. 59.
num. 10. vol. 1. Craſſ. in §. Ius accreſcendi q. 24.
num. 2. Duar. lib. 1. de Iur. accr. cap. 15. Baldui.
in §. quod, ſi quis, numer. 4. Inſt. de inut. ſtipul.*
Quam ſententiam, vt veriſſimam eſſe demõ-
2 ſtrem, conſidero, † ius non decreſcendi toties
habere locum, quoties eadẽ res duobus, aut
pluribus ita defertur, vt cuilibet initio com-
petat inſolidum, ſed partes concurſu fiant:
Nam, quia concurſus decretionem, & dimi-
nutionem eius, quod initio cuilibet datũ eſt,
idest, totius operatur, ideo, ſi ceſſet, efficit, vt
non decreſcat, & per conſequentias, vt ſocius
dicatur, habere totum per ius non decreſcẽdi
*l. vn. §. vbi autem legatarij, verſicu. ſin vero nemo
alius C. de cad. toll. & nos expoſuimus in 4. cap. q.
2. num. 6.* Atqui eadem res poteſt etiam per
contractum duobus, aut pluribus ita deferri,
vt quilibet initio eam habeat inſolidum, ſed
concurſu fiant partes, vt euenit in omnibus
caſibus, in quibus per contractum, vel expreſ-
sè, vel tacitè duo, pluréſue rei credendi con-
ſtituuntur, vt pote, in quibus ſolidum ſin-
gulis debetur *l. 2. ff. de duob. reis, l. 1. Cod. eod. §.
ex huiuſmodi, Inſt. eod.* ſed, ſi concurrant, par-
tes fiunt. Ergo ſi vnus non concurrat, vt,
quia contractus in eius perſona non conſi-
ſtat initio, vel propter aliquam cauſam a
concurſu excludatur, quaſi ceſſante decre-
tione dicetur ſocius totum per ius non decre-
ſcendi retinere.
Nec eſt contrarium, quod inter re, & ver-
bis coniunctos, inter quos non decreſcendi
ius locum habere ſolet, *vt ex recepta dd. opinio-
nẽ retulimus in 5. cap. q. 39. nu. 3.* ceſſat in cõtra-
ctibus accretio *l. ſi mihi, & Titio. 110 in prin. ff.
de verb. oblig. & dicemus infra num. 77.* Qua ra-
3 tione † *Rip. in d. l. re coniuncti, num. 225. & alij*
plerique moti communem veterum opinionẽ
improbarunt, quia reſponſio eſt facilis, ſi ſe-
quamur eam ſententiam, quam nos diximus,
& probauimus eſſe veriorem *in d. q. 39. nu. 8.
& ſeqq.* ſcilicet inter re & verbis coniunctos
non, niſi ius accreſcendi conſiderari poſſe.
Sed poſita communi reſpondeo, mixtam
coniunctionem non idem in contractibus
4 operari, quod in vltimis voluntatibus: † *vt de-
clarat Alex. in d. l. plane. 34. §. ſi coniunctim, nu.
8. verſ. Tamẽ inuenio ff. de leg. primo* Nam, licet
in his cenſeatur initio ſingulis rem inſolidũ
tribuere, *vt diximus in eodem 5. cap. quæſt. 25.
num. 1. & quæſt. 32. num. 9. & ſeqq.* non tamen
idem efficit in contractibus, vtpote, in quibus
ſtrictior fit interpretatio, nec receditur a ver-
bis, *vt dicemus infra num. 30.* quæ, quoniam
in hac ſpecie non tribuunt coniunctis ſoli-
dum, ſed partes, cum perſonarum enumera-
tio facta copulatiuè rem in partes diſtribuat
l. reos 11. §. cum tabulis ff. de duob. reis, ideo
operatur, vt inter eos, tamquam ad partes
initio vocatos non poſſit eſſe iuri non decre-
ſcendi locus.
Cæterùm, ſi loquamur de iure accreſcen-
di, & quęramus, an id etiam in contractibus
locum habeat, conſtat, rem in duas eſſe diui-
ſam ſententias, quarum prima fuit exiſtimã-
5 tium habere locum. † *Fuit hęc opinio Iaſ. in d.
l. re cõiuncti, nu. 115. & ibi Rip. nu. 223. Gozad.
in l. vn. nu. 2. & ibi Iaſ. nu. 12. verſ. 4 & verſ. Ta-
men etiam. Io. Gutier. nu 31. & ſeqq. C. quand. nõ
pet. part. Alcia. in d. l. ſi mihi, & Titio. 110. in prin.
nu. 5. & ibi Cuiac ff. de verb. oblig. Anto. Fum. de
coni. cap. 21. nu. 3. Anthar. lib. 1. quæſtio. fam. q. 38.
nu. 7. in ſi.* Mouentur autem, vt ita ſentiant.
Primo, quia valet argumentum ab vltimis
6 voluntatibus ad contractus † *l. quę de legato,
48. ff. de leg. primo l. iure ciuili. 24. ff. de cond. &
dem. on.* quod procedit etiam in materia con-
iunctionis *l. eum, qui ita. 56. in prin. ff. de verb.
oblig.* Sed in vltimis voluntatibus inter con-
iunctos locum habet ius accreſcendi, *vt dixi-
mus in hoc cap. q. 18. num. 7. & patet ex omnibus
qq. præced.* Ergo, & in contractibus.
Secundo mouentur, quia ex iure, quod in
pluribus ſpeciebus obſeruatur, regulam col-
7 ligimus † *l. 1. ff. de reg. iur.* Sed in pluribus con-

tractuum ſpecicbus obſeruatur, vt in eis locū
habeat ius accreſcendi, veluti in emptione,
& venditione *l. fundus ille.64. ff. de contr. emp.*
donatione *l. vn. Cod. ſi liber. Imp. ſoc. fin. hæred.*
deceſ. lib. 10. & vſufructu per contractum con-
ſtituto *l. 1. §. interdum ff. de vſufr. accr.* Ergo
ex his regulam colligimus, vt ſcilicet in con-
tractibus locum habeat ius accreſcendi.

Nec eſt, quod aliquis obijciat, a prędictis
locis non poſſe duci argumētum, propterea,
quod continent caſus ſpeciales, & ſpecialem
rationem habētes, cum ſpeciale ſit in vſufru-
ctu, & donatione Principis, vt recipiant ius
accreſcendi, quemadmodū, & in venditione
propter intereſſe venditoris, qui non fuiſſet
partem venditurus, *ſecundum ea, quę de emptio-
ne, & venditione dicemus in q. ſeq. nu. 2. & ſeqq.
De vſufructu verò in q. 43. num. 1. & ſeqq. De-
niq; de donatione Principis in q. 36. nu. 1. & ſeqq.*
ideoq; ab his non poteſt ad regulam inferri,
ſed potiùs ad regulam contrariam, cum ius
ſingulare in vno denotet ius commune in
8 contrarium † *l. cum hæredes. 23. §. 1. ff. de acqu.
poſſ. l. 1. §. huius ff. de off. eius, l. ius ſingulare* 15.
ff. de legib. quia reſpondent, imo nullā in præ-
dictis ſpeciebus ſingularitatem poſſe conſi-
derari; Nec enim aliqua poteſt ſpecialitatis
ratio afferri, cur potiùs in vſufructu, quam
in proprietate, ſi in contractum deducatur,
locum habeat ius accreſcendi. Et in donatio-
ne Principis ſpecialitas, ſi qua conſiderari
poteſt, non in eo conſiſtit, quod in ea locum
habeat ius accreſcendi, ſed, quod habeat
locum etiam poſt acquiſitionem. Denique
in venditione non illa videtur eſſe ratio,
quod venditoris interſit non retinere par-
tem, quoniam hoc intereſſe non attenditur
l. uxorem. 39. §. agriplagam ff. de leg. 3. ſed
potiùs illa, quod inter coniunctos etiam in
contractibus ius accreſcendi locum habet.
Ita ratiocinatur Ant. Fum. de coni. d. cap. a t. n. 31.

Tertio mouentur, quia lucra nuptialia, vt
plurimum ex contractu, non ex vltima vo-
luntate debentur *§. hoc autem, Auth. de non
elig. ſec. nub. coll. 1. Auth. ſed, & ſi quis C. de ſec.
nub.* Sed in lucris nuptialibus locus eſt iuri
9 accreſcendi † *§. ſoluto, verſ. ſi vero filios, Auth.
de nupt. coll.* 4. Ergo etiam in contractibus ius
accreſcendi locum habet.

Quarto videtur hęc pars ea ratione com-
probari, quia, vbi locum habet cauſa diſpoſi-
tionis, ibi, & ipſa diſpoſitio locum habere de-
bet *l. illud 32. in prin. ff. ad l. Aquil.* Sed cauſa
iuris accreſcendi, quę eſt coniunctio, *vt oſten-
dimus in 3. cap. q. 1. num. 16. & 17. & cap. 5. q. 36.
num. 1. & ſeqq.* locum habet etiam in contra-
ctibus, cū etiam in ijs poſſint duo, vel plures
ad eandem rem communiter vocari *l. cum,
qui ita 56. in prin. ff. de verb. oblig. d. l. vn. C. ſi li-
bera. Imper. ſoc. fin. hæred. dec. lib. 10. Et in pro-
poſito fatetur Duar. lib. 1. de Iur. accr. cap.* 15. &
hoc modo coniungi, aut re, aut verbis, aut
vtroq; nexu. Debet igitur etiam in ijs ius ac-
creſcendi habere locum.

His tamen non obſtantibus cōtrariam ſen-
tentiam, quæ receptior eſt, veriorem eſſe pu-
to, non habere ſcilicet in contractibus regu-
10 lariter ius accreſcendi locum. † *Ita enim ſcrip-
ſerunt Cin. in l. vn. num. 10. & ibi Bald. num. 35.
Dec. in prima lect. num. 5. & in ſecunda num. 19.
Pic. num. 5. Seb Sap. num. 1. & 2. Ioan. Gat. num.
13. vbi teſtatur, hanc eſſe communem, & nu. 29.
in fin. C. quand. non pet part. Bart. in d. l. ſi mihi,
& Titio. 110. in prin. & ibi Angel. num. 1. Ca-
ſtrenſ. num. 1. & 2. Imol. num. 1. Alexand. num. 5.
Iaſ. in prin. & num. 2. & 5. Alcia. numer. 1. Zaz.
num. 1. ff. de verb. oblig. Bartol. in d. l. re coniun-
cti, num. 65. & ibi Iaſ. num. 150. Crott. num. 18.
verſ. 4. & num. 140. & 146. Rip. num. 219. Alcia.
num. 1. Barto. in l. proprium. 5. ff. commu. prędio.
& in l. ſi quando. 112. in prin. num. 2. ff. de legat.
primo, Bald. in l. 2. verſ. In iure verò, & ibi Caſt.
num. 9. Alex. num. 9. verſ. In alia, & Iaſ. nu. 20.
ff. de leg. primo, Bald. in l. vn. §. in primo, nu. 13.
C. de cadu. tollen. & in cap. 1. §. &, quia vidimus,
num. 4. De his, qui feud. dar. poſſ. & conſ. 301. nu.
12. vol. 1. & conſ. 280. num. 2. volum. 3. Ang. in l.
qui repudiantis. 17 num. 1. ff. de inoff. teſt. & in l.
aquam. 16. in prin. & ibi Caſtr. nu. 2. ff. quemad.
ſeru. am. Imol. in l. ſtipulatio iſta. 38. §. eum, qui,
verſ. in gl. ſuper verbo ff. de verb. oblig. & in l. ſer-
uus communis. 5. §. interdum nu. 6. ff. de ſtip. ſeru.
Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & vxorem
nomine Adelaſiam, num. 145. Caguol. in rubr.
Cod. quand. non pet. part. num. 7. Alciat. in l. ſti-
pulatio iſta. 38. §. eum, qui num. 3. ff. de verbor.
oblig. Tiraq. ad l. ſi vnquam 8. in verb donatio-
ne largitus, num. 112. C. de reuo. donat. Zaz. in l.
eum, qui. 56. in prin. num. 6. ff. de uerb. oblig. Nic.
Bello. in §. ſi quis ita, num. 5. Inſt. de uerb. oblig.
Baldui. in §. quod ſi quis numer. 3. Inſt. de inut.
ſtip. Mynſ. in §. ultim. num. 2. Inſt. de donat. P.
Fichar. in commu. opin. in uerſ. Ius accreſcendi,
Gul. a monſtr. de ſucceſſ. Reg. in 2. dub num.
15. Rolland. de donat. cauſ. mort. rubr. 1. num.
19. Alcia. lib. 4. Parad. cap. 8 num. 4. Curt. Iun.
conſil. 320. num. 25. Soc. Sen. conſil. 16. num. 9. &
conſil. 34. num. 6. vol. 4. Ruin. conſ. 131. num. 8.
vol. 3. Dec. conſil. 262. num. 1. & 2. Soc. Iun. conſ.
73. num. 23. volum. 1. Purp. conſil. 430. num. 6.
Nico. Bello. conſil. 20. num. 1. Gabr. conſ. 88. num.
8. vol. 1. Chaſſa. conſ. 51. num. 4. & conſ. 59. nu. 10.
Zuccard. conſ. 2. num. 5. conſil. 3. num. 2. & conſil.
7. num. 6. Ceph. conſil. 345. num. 4. Decia. conſil. 3.
num. 3. vol. 2. & conſ. 27. num. 39. vol. 3. Mantic.
de con. vltim. vol. lib. 4. tit. 11. num. 4. Seben. conſil.
45. num. 4. vol. 1. Burſa. conſil. 357. num. 20. vbi
ait, hanc eſſe communiorem, Duar. lib. 1. de Iur.
accreſc. cap. 15. Hoto. lib. 1. amic. reſp. cap. 24. &
Illu. q. 20. & conſil. 31. num. 16. Craſſ. in §. Ius
accreſcendi, q. 24. num. 1. vbi teſtatur, hanc eſſe
communem, Seraph. deciſ. 154. num. 1. Coſta de
port. rat. q. 237. nu. 7. Roſent. de feud. cap. 6. concl.
75. num.* 12. Quamobrem dicimus, in contra-
ctibus, eum, qui nullo iure admittitur ad par-
11 tem, facere partem, † *vti videre eſt apud Ang. in
d. l. ſi mihi, & Titio, nu. 2. & ibi Imol. nu. 1. Alex.
nu. 2. Iaſ. nu. 1. Zaz. nu. 2.* Differt enim in hoc
ius accreſcendi a iure non decreſcendi, quod,
licet hoc etiam in contractibus locū habeat,
illud tamen regulariter nō ſolet habere locū.
12 † *Ita diſtinguūt Bart. in d. l. proprium. 5. ff. cōmu.
prędio. Bald. in d. l. vn. §. cum autem, num. 1. C. de
cad. toll. Caſt. in d. l. ſi mihi, & Titio 110. in prin.
nu. 1. Imol. in l. ſtipulatio iſta. 38. §. eum, qui, verſ.
In gl. ſuper verbo ff. de verbor. oblig. & in l. ſeruus
communis 5. §. interdum nu. 6. ff. de ſtipul. ſeruo.
Alex. in l. planè. 34. §. ſi coniunctim nu. 1. verſ. &
prędicta ff. de leg. pri. Iaſ. in d. l. re cōiuncti, n. 150.
& ibi Crott. num. 18. verſ. 4. Alcia. num. 1. Seb.*

Sap.

Sup. in d. l. un. num. 1. & 2. & ibi Io. Guter. num, 15. Cod. quand. non pet. part. Cepoll. de ſeru. urb. prædio. cap. 50. num. 4. Rum. conſil. 120. num. 13. uol. 1. Zaz. in l. eum, qui 56. in prin. num. 6. & 7. ff. de uerb. oblig. Alcia. d. lib. 4. Parad. cap. 8. num. 4. Craſſ. in d. §. Ius accreſcendi, q. 24. num. 1. & 2. Probatur autem hæc ſententia

Primò *l. ſi mihi, & Titio 110. in prin. ff. de uerbor. obligat. cuius ſententia refertur etiam in §. quod, ſi quis, Inſt. de inut. ſtip.* Nam ibi Pomponius, *Si mihi, & Titio, in cuius poteſtate non ſim, ſtipuler decem,* inquit, *non tota decem, ſed ſola quinque mihi debentur: Pars enim aliena deducitur, ut, quod extraneo inutiliter ſtipulatus ſum, non augeat meam partem.* Quibus ver-
13 bis non obſcurè ſignificat, † in propoſita ſpecie non eſſe locum iuri accreſcendi, quia, ſi locus eſſet, pars mea augeretur *l. unic. §. ubi autem legatarij, uerſicul. ſin uero nemo alius Cod. de caduc. tollend.* Atqui non augetur. Non eſt igitur in ea iuri accreſcendi locus.

Nec eſt, quod reſpondeas, hoc procedere,
14 † quoties ſtipulatio initio eſt inutilis in perſona coniuncti, vt, cum ſibi, & extraneo quis ſtipulatur, quo caſu in perſona extranei iam ab initio non valet ſtipulatio, cum alteri ſtipulari nemo poſſit *l. ſtipulatio iſta. 38. §. alteri, ff. de uerb. oblig. §. ſi quis alij, & §. alteri, Inſt. de inut. ſtip.* Tunc enim verum eſt, partem eius alteri non accreſcere, quia, cum in ipſius perſona non fundetur, conſequens videtur, vt in alium transferri nequeat, *ex ijs, quæ dicemus in 8. cap. quæſt. 13. num. 5.* Nam, & hac ratione videtur etiam in legatis ceſſare ius accreſcendi, ſi legatum in vnius perſona initio non conſiſtat, *ut ex quorundam ſententia referimus in 7. cap. quæſt. 22. num. 21.* Cœterùm, quoties ſtipulatio in vtriuſque perſona initio conſiſtit, vt, quia vterq; ſit ſtipulatus, vel vnus tantum ſtipulatus ſit ſibi, & alteri, & ſimus in caſibus, in quibus talis ſtipulatio cenſetur vtilis, quia ſtatuto cautum ſit, vt alteri quis ſtipulari poſſit, vel tractemus de iure canonico, tunc verius videri, etiam in contractibus poſſe inter coniunctos locum habere ius ac-
15 creſcendi, ſi alteruter deficiat, † *ut in ſpecie declarant Rip. in d. l. re coniuncti, num. 221. & ſeqq. Io. Guter. in d. l. un. num. 30. uerſicu. uerũ tamen, & num. ſeqq. Cod. quand. non pet. part. Anchar. lib. 1. quæſtio. fam. quæſt. 38 nu. 7. in fi. & num. 8. Et poſſe reſponderi ſcribit Duar. d. lib. 1. de Iur. accreſcend. cap. 15.* Quod etiam innuere videtur Pomponius *in d. l. ſi mihi, &*
16 *Titio,* dum ait, † non augeri partem meam, *ſi mihi, & Titio, in cuius poteſtate non ſim, ſtipuler decem:* Significat enim aliud eſſe, ſi ſtipuler mihi, & ei, in cuius ſim poteſtate, quo caſu vtilis eſt in vtriuſque perſona ſtipulatio *d. l. ſtipulatio iſta. 38. §. alteri ff. de uerb. oblig. d. §. ſi quis alij, Inſt. de inut. ſtip.* Itaque argumentum videtur poſſe retorqueri, quia
17 verius eſt, imo procedere, † etiamſi contractus initio ſit validus in vtriuſque perſona, *ut in ſpecie ſcribunt Duar. d. lib. 1. de Iur. accreſc. cap. 15 uerſ. Verum probabilius, & Gomez. tom. 1. uaria. reſol. cap. 10. num. 1. & eſt de mente omnium, quos retulimus ſupra num. 10.* Nam, ſi regulariter locum haberet ius accreſcendi, etiam in contractibus, & per conſequentias pars alterius poſſet ad me pertinere, ſequeretur, debere etiam pertinere, licet initio non conſiſteret, *vt patet ex d. l. fundus ille. 64. ff. de contr. empt.* eſt in legatis, in quibus regulariter habet locum ius accreſcẽdi, ita locũ habeat, ſi ab initio legatum non conſiſtat in perſona vnius ex legatarijs, vt, ſi cõſiſtat, & poſtea deficiat, *ſicuti latè oſtendemus in 7. cap. q. 22. nu. 8. & ſeqq.* Atqui locum non habet, quoties initio non cõſiſtit ſtipulatio *d. l. ſi mihi, & Titio.* Nec igitur habebit, quoties conſiſtit, & deficit ex poſt facto.

Nec obſtat, quod Pomponius loquatur de ſtipulatione facta mihi, & ei, cuius iuri ſubiectus non ſum, ideoq; ſignificet, aliud eſſe, ſi ſtipuler mihi, & ei, in cuius ſim poteſtate, puta patri, aut domino, quia non ita loquitur,
18 † vt ſignificet, in hoc caſu poſſe partem meã augeri, & locum eſſe iuri accreſcendi, ſed, vt ſignificet, ſi ſtipuler mihi, & ei, in cuius ſum poteſtate, ſtipulationem in totum eſſe vtilẽ, ideoque tota decem, non mihi, ſed patri, aut domino deberi, quia, qui in aliena poteſtate eſt, ſiue ſibi, ſiue ei, cuius iuri ſubiectus eſt, ſtipuletur, ſemper ei acquirit, in cuius eſt poteſtate *§. et verò, Inſt. de inut. ſtip.* Quamobrem is non dicetur habere tota decem iure accreſcẽdi, ſed iure ſuo, & ex vi ipſius ſtipulationis, quę, quaſi ab eo facta ei ſoli cenſetur acquiſita.

Minus eſt, quod reſpõdeas, hoc procedere,
19 † ſi quis ſtipuletur ſibi, & Titio quantitatem, puta pecuniam, vel aliam rem, quæ conſtet pondere numero, atq; menſura, ſecus verò, ſi ſtipuletur ſpeciem, puta fundum, aut rem ſimilem; nam tunc verius videtur, etiã in con-
20 tractibus locum habere ius accreſcendi, † *vt in d. l. fundus ille. 64. ff. de contr. empt. Et in ſpecie declarant Alcia. in d. l. ſi mihi, & Titio 110. in prin. num. 5. & 8. & ibi Cuiac. ff. de verb. obligat. & ſentiunt etiam ij, quos referemus infra nu. 67.*
21 quod † fundi obligatio vna ſit, & indiuidua, *vt conſiderat ibi Cuiac.* ſcilicet, quia fundus integræ rei nomen eſt: *l. Titia Seio 35. §. Lucius Titius ff. de leg. 2.* ideoque perinde eſt habendum, ac, ſi ſtipulator dixiſſet, mihi fundum, & Titio eundem fundum, quo caſu non eſt dubium, quin totus fundus cenſeatur vtrique promiſſus, & per conſequentias, quin vocati cenſeantur re coniuncti, *vt conſiderat Alcia. ibi, num. 5.* quia verius eſt, imo procedere, etiã-
22 ſi quis fundum ſibi, & Titio ſtipuletur. † *Ita enim ſentiunt omnes, quos retulimus ſupra num. 10. dum ſimpliciter, & indiſtinctè loquuntur, Et in ſpecie ita declarant Bald. in d. l. vn. §. in primo, num. 12. C. de cad. tollend. Duar. in d. l. ſi mihi, &*
23 *Titio, & ibi Donell.* Nam, † licet quantitates in hoc differant a ſpeciebus, quod illæ diuiduntur in partes numerales, hæ verò in partes quotitatiuas, quæ ſcilicet iuris intellectu fiũt
24 † *l. cum Stichus. 29. ff. de ſolut.* in eo tamen cõuenit, quod, tam harum, quam illarum obligatio cenſetur diuidua, cum ſit obligatio dandi, quæ ſui natura in partes ſcindi poteſt, *vt oſtendemus in q. ſeq. num. 22. & de conditione diximus in hoc cap. q. 28. num. 18. Et in propoſito conſiderat Donell. in d. l. ſi mihi, & Titio.* Quamobrem ſupradicta opinio non immeritò fuit *a Duar. & Donl. in ſupra relatis locis, & alijs* frequentiùs improbata.

Secundo probatur hæc ſententia. *l. aquam, 16. verſ. item, ſi quis. ff. quemad. ſeru. amit.* vbi Proculus, *Si quis eorum*, inquit, *quibus aquæductus ſeruitus debebatur, & per eundem riuum aquam ducebant, ius aquæ ducendæ non ducendo eam, amiſerit, nihil iuris eo nomine cæteris, qui retro vtebantur, accreſcit, idque commodum eius eſt, per cuius fundum id iter aquæ eſt, quod non vtendo pro parte vnius amiſſum eſt: Libertate enim huius partis ſeruitutis*
25 *fruitur*. Quibus verbis ſignificat, † in aquæductu per actum inter viuos conſtituto non eſſe locum iuri accreſcendi, ſcilicet, quia manifeſtè ſcribit, per vnius amiſſionem alteri nihil accreſcere, quod, qualiter accipiendum ſit, dicemus *in hoc cap. quæſt. 42.* vbi legis huius intellectum latiùs proſequemur.

Tertio probatur. *l. ſi duo patroni. 13. in prin. ff. de iureiur.* Vbi Vlpianus, *Si duo patroni eſſent*, inquit, *& libertus altero deferente iuraſſet, ſe libertum eius non eſſe, vtrum alteri ſibi debitæ portionis, an vero dimidiæ debitæ ei, & ſuæ partis bonorum poſſeſſio competeret, Iulianus quærit, & ait, ſi is, cui iuratum eſt, patronus fuiſſet, alteri ſuæ partis bonorum poſſeſſionem competere, nec ei prodeſſe, quod aduerſus alterum libertus iuraſſet. Multum tamen fidei, & authoritatis apud Iudicem patronum habiturum, quo magis ſolum ſe patronum probaret, quod libertus iuraſſet, alterum patronum non eſſe*: Nam his verbis oſtē-
26 dit, † in iure patronatus, quod per actum inter viuos conſtitutum ſupponitur, locum non habere ius accreſcendi, ſi vnus ex patronis à ſua parte excludatur. Sed hac etiam de re latè dicemus *in hoc cap. quæſt. 48. per tot.* vbi locum hunc pleniùs interpretabimur.

Quarto probatur, quia, ſi in contractibus locum haberet ius accreſcendi, ſequeretur, in ijs dominia rerum ipſo iure, & ſine traditione, ac poſſeſſione acquiri, quia per ius accreſcendi portio acquiritur ipſo iure, & ſine facto hominis *l. vn. §. his ita definitis. C. de cad. toll. & nos latè dicemus in 8. cap. quæſt. 1. num. 1. & ſeqq.* At hoc eſt abſurdum, quia in contractibus rerum dominia ſine traditione, & poſſeſſione non acquiruntur. *l. traditionibus. 20. C. de pact.* Ergo abſurdum etiam eſt, in contractibus locum habere ius accreſcendi.

Quinto, & vltimo probatur ratione: Nam
27 † in contractibus ea tantum præſtāda ſunt, & locum habent, quæ, vel dicta, vel ſaltem acta ſunt. *l. in vendendo. 66 ff. de contr. empt. l. ex empto. 11. in prin. ff. de actio. empt.* Sed, vt pars vnius ad alterum pertineat, neque dictum eſt, neque actum, non dictum, quia promiſſio ſupponitur facta ſimpliciter duobus per copulam, quæ vi ſua partes non ſolidum tribuit *l. reos. 11. §. cum tabulis. ff. de duob. reis*, ideoque denotat, neutrum ex verbis debere ſolidum obtinere, *vt conſiderat Iaſ. in d. l. re coniuncti, nu. 151.* neque actum; quia id tantum agi intelligitur, quod eſt de mente vtriuſque partis. *l. cum quid. 3. & ibi not. omnes. ff. ſi cert. pet.* nam, quod eſt in vnius tantum mente, & intentione, non actum dicitur, ſed omiſſum. *l. quicquid adſtringendæ. 99. in prin. ff. de verb. oblig.* Quamobrem dicimus, propoſitum in vnius mente retentum nihil operari. *l. cum in plures. 62. §. locator. ff. locat.* Cum igitur, vt pars ad alterum pertineat non fuerit de mente vtriuſque partis, aut ſaltem fuiſſe nō credatur, ſcilicet, quia, licet potuerit eſſe de mente creditoris, non tamen cenſeri poteſt fuiſſe de mente debitoris, quippe, qui creditur in, quanto minus fieri poſsit, ſe voluiſſe obligare, *vt conſiderant Ang. in d. l. ſi mihi, & Titio, num. 1. & ibi Donell.* Conſequens eſt, vt non poſſit cenſeri actum, & per conſequentias, vt, tamquam, nec dictum, nec actum non poſſit in contractibus habere locum.

Neque huic ſententiæ aduerſantur contraria: Ad primum enim reſpondent noſtri frequentiùs, & rectè, in hac materia non valere argumentum, quia in hoc differunt vltimæ voluntates à contractibus: Nam, licet in illis regulariter habeat locum ius accreſcendi, *vt diximus in hoc cap. q. 18. num. 7.* non ta-
28 men in his locum habet, † *vt diximus ſupra num. 10. Ita in ſpecie declarant Bart. in d. l. ſi quando 112. in prin. num. 1. & 2. ff. de leg. 1. Bald. in d. l. vn. §. in primo. num. 1. C. de cad. toll. Imol. in d. l. ſi mihi, & Titio, num. 1. Alex. in l. ſtipulatio iſta. 38. §. in ſtipulationibus, num. 7. ff. de verb. oblig. Iaſ. in l. planè. 34. § ſi cōiunctim, num. 3. ff. de leg. 1. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelaſiam, nu. 143. Port. in d. §. ſi quis alium, num. 10. Inſt. de inut. ſtip. Ruin. conſil. 131. num. 3. vol. 3. Duar. lib. 1. de iur. accr. cap. 15. verſ. Deinde, Baldui. in §. quod, ſi quis, num. 3. Inſt. de inut. ſtipul. Mynſ. in §. vlt. num. 2. Inſt. de donat. Tametſi contrarium, & male cenſuerit Alcia. in d. l. ſi mihi, & Titio, num. 13.* Quamobrem dicimus, eum, qui non admittitur ad partem, facere partem in contractibus, ſed non in vltimis vo-
29 luntatibus, † *vti videre eſt apud Ang. in d. l. ſi mihi, & Titio, num. 2. & ibi Imol. num. 1. Alex. num. 2. Iaſ. num. 3. Ang. in d. l. qui repudiantis. 17. num. 1. ff. de inoff.*
30 Cuius diuerſitatis ratio eſt, quia † in vltimis voluntatibus latior, & plenior fit interpretatio, quam in contractibus. *l. in teſtamentis. 12. & ibi glo. ff. de reg. iur. cap. cum dilecti 6. extr. de donat. Ita ratiocinantur Bald. in cap. 1. in princ. num. 1. De frat. de nou. ben. inueſt. Imol. in d. l. ſi mihi, & Titio, nu. 1. & ibi Alex. numer. 2. Iaſ. numer. 3. Idem Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 97 & ibi Rip. num. 219. Iaſ. in d. l. planè 34 §. ſi coniunctim nu. 3. ff. de leg. 1. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelaſiam. num. 144. Port. in d. §. ſi quis alium, num. 11. Inſt. de inut. ſtip. Io Gutier. in d. l. vn. num. 30. C. quand. non pet part. Duar. d. lib. 1. de iur. accr. cap. 15. verſ. Deinde* ſcilicet, quia
31 † contractus pendent ex prouiſione propria ipſius creditoris, cui imputandum eſt, cur legem apertiùs non dixerit *l. veteribus 40. ff. de pact. Et in his terminis conſiderant Bald. in cap. 1. §. &, quia vidimus, num. 4. de his, qui feud. dar. poſſ. Alex. in d. l. ſi mihi, & Titio, num. 2. & ibi Iaſ. num. 3. Idem Iaſ. in d. l. planè. 34 §. ſi coniunctim, nu. 3. ff. de leg. 1. & in d. l. re cōiuncti, nu. 97. Purp. cōſ. 430. n. 6. Nico Bell. cōſ. 20 n. 1. Duar. in d. l. ſi mihi, & Titio, & d. li. 1. de iur. accr. c. 15. verſ. deinde.* Sed vltimæ volūtates pendent ex mera prouiſione teſtatoris, cui nō pōt imputa-

ri,

ri, cur in omnem caſum non proſpexcrit:
Præſumitur enim id facturus, ſi cogitaſſet,
ſed mortis cogitatione turbatum non cogi-
32 taſſe † *l. hac conſultiſſima. 8. §. At, cum humana
C. qui teſta. fac. poſſ. Ita ex doctr. gl. in l. vnic. in
verb. iuris ſit C. de pet. eius, qui lib. mere. ratioci-
nantur Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. &
vxorem nomine Adelaſiam, num. 144. Ruin. d.
conſ. 131. num. 8. volum. 3. Io. Guter. in d. l. vnic.
num. 30. C. quand. non pet. part. Mantic. de con.
vlt. vol. lib. 4 tit. 11. num. 4. & retulimus etiam
in 2. cap. q. 2 num.* 10. *&* 11. Denique ius accre-
ſcendi procedit ex tacita, ſeu præſumpta mē-
te diſponentis, *vt oſtendimus in d. q. 2. num. 6.
& ſeqq.* quæ poteſt quidem conſiderari in vl-
timis voluntatibus, ſed non in contractibus,
† *vt conſiderant Rip. in d. l. re coniuncti, num.*
33 *220. & Mynſ. in d. §. vlt. num. 2. Inſt. de donat.*
Nam in illis eo ipſo, quod teſtator duos, aut
plures ſimul, & coniunctim vocat ad eandē
rem, colligimus, mentem eius eſſe, vt vno de-
ficiente totum alter cōſequatur, ſcilicet, quia
vocatos in vnum, veluti corpus cogendo,
cenſetur declarare, ſe omnes habere loco
vnius & velle, vt idem capiant plures, quod
vnus, idemque vnus, quod plures, *vt late oſten-
dimus in 3. cap. q. 2. num. 3.* quæ res ſufficit ad
inducendum ius accreſcendi: nam ſola te-
ſtatoris voluntas, etiam coniecturata, & præ-
ſumpta ſpectanda, ſeruandaque eſt in poſtre-
mis iudicijs *l. pen. ff. de leg. primo, l. cum propo-
nebatur. 66 in fin. ff. de leg. 2. l. cum virum. 16.
C. de fideicomm.* Et hoc eſt, quod dicimus, ex
coniunctione colligi voluntatem defuncti,
quæ ius inducit accreſcendi, *vt videre eſt in
2. cap. q. 2. num.* 14. At in contractibus non
poteſt huiuſmodi voluntas conſiderari, quia,
licet præſumere poſſimus, creditorem ita
ſenſiſſe, non tamen idem præſumere poſſu-
mus, & de debitore, quippe, qui creditur in
minus, quam fieri poſſit, ſe voluiſſe obligare,
vt dicemus in hoc cap. q. 36. Vnde quia ſola cre-
ditoris mens nō ſufficit ad ius inducendum,
cum, vt dictum eſt, propoſitum in mente re-
tentum nihil operetur *d. l. cum in plures. 62. §.
locator ff. locat.* fit, vt, etiamſi vnus ex contra-
hentibus deficiat, non tamen alter poſſit eius
partem petere, niſi nominatim hoc fuerit in
contractu expreſſum. Et verò, cum volun-
tas, a qua ius accreſcendi proficiſcitur, ſit po-
tiùs intellecta, & ficta, quam vera, cum indu-
catur potiùs per interpretationem extenſiuā,
& iuris fictionem, quam, quod hoc impor-
tent verba a diſponente prolata, ex quibus
mens ſolet deduci *l. Labeo. 7. ff. de ſupp. leg. &
nos diximus in 2. cap. q. 2. nu.* 12. Conſequens
eſt, vt poſſit quidem conſiderari in vltimis
voluntatibus, ſed non in contractibus, vtpote
in quibus tales interpretationes, & fictiones
non admittuntur, ſed id tantum attenditur,
quod propria vis verborū importat *d. l. quic-
quid aſtringendæ. 99. ff. de verbor. obligat.* Quod
ſignificat Baldus *in cap. 1. §. fin. num. 2. verſic.
In text. de ſucceſſ. feud.* dum ait, ius accreſcendi
non eſſe de natura contractuum, quia debet
procedere per interpretationem extenſiuam,
& fictionem iuris.

Ad ſecundum verò reſpondent noſtri cō-
muniter, ea, quæ diximus, regulariter proce-
dere, ſed limitari in certis caſibus, inter quos
connumerantur ij, quos in argumento con-
trario retulimus, vtpote in quibus ſpeciale
eſt, vt habeat locum ius accreſcendi, *ſicuti de
emptione, & venditione referemus in q. ſeq. De
donatione verò Principis, in q. 36. De vſufructu
demum in q. 43. vbi fuſiùs de huiuſce rei veritate
differemus.*

Ad tertium duplicem puto poſſe afferri
reſponſionem, vnam, ſi dicamus, lucra nu-
ptialia, licet, quoad coniuges proficiſcantur ex
ipſorum prouiſione, nempe ex pacto, tamen,
quoad eorum liberos, quibus applicantur
proficiſci ex diſpoſitione, & prouiſione legis,
quippe, quæ vult, illa filijs ex eodem matri-
monio ſuſceptis conſeruari *l. foemina. 3. in
prin. l. cum alijs. 4. l. generaliter. 5. in prin. & §. 1.
& §. fin. l. hac edictali. 6. §. his illud, l. in quibus.
7. & l. ſi quis prioris. 8. §. illud Cod. de ſec. nupt.*
34 ideoq. † nil mirum, ſi, tamquam res ex legis,
prouidentia prouenientes ius accreſcendi re-
cipiant.

Secundo puto reſponderi poſſe diſtinguē-
do, aut conceſſio, ſeu promiſſio fuit facta duo
bus, vel pluribus copulatiuè, Et procedunt
ea, quę diximus, ſcilicet, in contractibus non
habere locum ius accreſcendi: nam rationes,
& argumenta, quæ ſupra retulimus, militant
in his terminis. Aut verò fuit facta collecti-
uè, puta filijs, vel agnatis, Et tunc verius eſt,
etiam in contractibus ius accreſcendi habere
35 locum, † *ut ſcribit Bald. d. conſ. 280. num. 1. verſ.
Quarta ratio, volu.* 3. & ita procedere contra-
rium: Nam, quoties promiſſio fit collectiuè,
non poteſt videri res in partes diſtributa, quia
36 † in collectiua non fit perſonarum enumera-
tio, quæ ſola diuiſionem operatur, ſed pro-
miſſio fit corpori, quod ſemper idem eſt, ſiue
plures, ſiue pauciores ſub eo contineantur.
Quamobrem, & in fideicommiſſis, in quibus
olim ceſſabat ius accreſcendi, locum id ha-
bebat, ſi teſtator ea pluribus collectiuè reli-
quiſſet, *vt oſtendimus in hoc cap. q.* 21. *num.* 12.
& ſeqq.

Ad quartum deniq; reſpondeo diſtinguē-
do, aut conſideramus cauſam formalem, Et
fateor, hanc etiam in contractibus interueni-
re poſſe; Nam formalis cauſa iuris accreſcē-
di eſt coniunctio, ſcilicet, quia id ex coniun-
ctione naſcitur, *vt diximus in 5. cap. q. 36. nu. 3.*
& non, niſi inter coniunctos locum habet *l. 1.
in prin. ff. de vſufr. accr. & diximus in eadem q.
36. num. 5. & 6.* Et hæc etiam in contractibus
poteſt ſubeſſe, quia dubium non eſt, quin etiā
in ijs duo, vel plures coniungi poſſint, *vt di-
ctum eſt in argumento contrario.* Sed hęc non
ſufficit ad hoc, vt locum habeat ius accreſ-
cendi. Aut verò conſideramus cauſam effi-
cientem, Et nego, hanc regulariter in contra-
ctibus ſubeſſe, quia cauſa efficiens iuris ac-
creſcendi eſt tacita, ſeu coniecturata, & præ-
ſumpta voluntas diſponentium, *vt oſtēdimus
in 2. cap. q. 2. num. 6. & ſeqq.* quæ deficit in con-
tractibus, quia, qui per contractum diſponit
fauore duorum, aut plurium, cenſetur velle,
vt quilibet habeat partem, non totum, eaq;
ratione, ſi in vnius perſona contractus non
conſiſtat, aut effectum non habeat, coniun-
ctus non cōſequetur totum, ſed partem, quia
reſpectu alterius partis ceſſat voluntas con-
37 trahentis, & ſic cauſa iuris accreſcendi. † *Ita*

declarant Iaſ. in d.l. ſi mihi, & Titio, nu. 1. Ruin. d. conſ. 131. num. 8. vol. 3. Decia. d. conſ. 27. nu. 39. volum 3.

Ex his intelligimus, veriſſimam eſſe communem doctorum ſententiam, quæ vult, in contractibus habere quidem locum ius non decreſcendi, ſed non ius accreſcendi. Sed, quia non eſt hoc perpetuò verum, ideo, vt ſciamus, quibus caſibus procedat, varij ſunt diſtinguendi caſus, quorum

Primus eſt, quando verſamur in indiuiduis, puta in ſeruitutibus, de quibus dicemus in hoc cap. q. 42. num. 1. & ſeqq. vel in iure patronatus, de quo dicemus in q. 48. nu. 1. & ſeqq. vel in feudis, quæ diuiſionem non recipiunt, de quibus latè dicemus in q. 37. nu. 1. & ſeqq. Et tunc omnes fatentur, in contractibus habere locum
38 ius non decreſcendi, † ex l. proprium. 5. ff. com. prædio. Ita enim ſcripſerunt Bart. in d. l. re coniunctis, num. 65. & ibi Iaſ. num. 150. Crott. num. 145. Bartol. in d. l. ſi mihi, & Titio, num. 1. & ibi Aug. num. 1. in fi. Caſtr. num. 1. Imol. nu. 1. verſ. Item fallit, Alex. num. 5. verſ. 2. fallit, Iaſ. num. 5. verſ. 2. Alcia. num. 2. Zaz. num. 8. & nouiſſimè Cuiac. Bart. in d. l. proprium, Bald. in cap. quæ in Eccleſiarum, num. 28. extr. de conſtit. Alex. in d. l. planè 34. §. ſi coniunctim num. 1. verſ. Tamen inuenio ff. de legat. primo, Gozad. in d. l. vn. num. 2. verſ. 3. & ibi Io. Guter. nu. 15. C. quand. non pet. part. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & uxorem nomine Adelaſiam, num. 145. Papien. in form. lib. quo agit. ex ſubſtit. in verb. breuiloce, num. 38. Roch. de Curt. in tract. de Iur. patro. in verb. ius num. 20. Soc. Sen. conſil. 16. num. 27. vol. 4. Io. Bapt. Villal in commu. opin. verſ. Ius accreſcendi, Duar. d. lib. 1. de Iur. accreſc. cap. 15. verſic. Idemq; eſt dicendum. Craſſ. in d. §. Ius accreſcendi q. 24. num. 2. Baldus in §. quod, ſi quis, num. 4.
39 Inſt. de inut. ſtip. ſcilicet, quia, † cum in ijs ſolidum vnicuiq; debeatur l. 2. §. ex his ff. de verb. oblig. Conſequens eſt, vt etiamſi alterutri deficiat, nihilominus alter poſſit inſolidum rem iure ſuo retinere ex d. l. vn. §. ubi autem legatarij, verſ. ſin vero nemo alius C. de cadu. toll. & ijs, quæ diximus in 4. cap. q. 2. num. 6. Quæ quidem ſententia procedit ſine dubio, ſi tractemus
40 de ijs contractibus, qui ſunt indiuidui, non ex natura rei, ſed ex natura ipſius contractus, ſiue obligationis, vel ex voluntate contrahentium, de quibus dicemus in q. ſeq. num. 4. & 10. Nam, quia in ijs partes concurſu fieri poſſunt, cum res ſui natura diuiſionem recipiat, ideo, ſi fuerint duorum, aut plurium fauore facti, & in perſona vnius non conſiſtant, cœteri, in quorum perſona ſuſtinentur, rectè dicentur habere totum per ius non decreſcendi, quia retinent id, quod ſocio concurrente decreuiſſet, ut in ſpecie l. fundus ille. 64. ff. de contr. empt. de qua latè dicemus in q. ſeq. num. 1. & ſeqq. Cœterùm, ſi tractemus de ijs contractibus,
41 qui ſunt indiuidui ex natura rei, † puta, quia in eos ſit deducta ſeruitus, aut alia res indiuidua, res in ſe magnam dubitationem habet, non, quia dubitari poſſit, an, ſi contractus in vnius perſona non conſiſtat, inſolidum in alterius perſona ſuſtineatur, quia hoc dubio caret d. l. proprium, ſed, quia ſocius, in cuius perſona conſiſtit, non rectè videtur dici habere totum per ius non decreſcendi: Nam, cum hoc ius ſupponat, rem per concurſum potuiſſe decreſcere d. l. un. §. ubi autem legatarij, verſ. ſin uero nemo alius C. de cadu. toll. & res indiuidua pluribus conceſſa non poſſit in alicuius perſona decreſcere, cum inſolidum vnicuiq; comperat, etiamſi concurrant omnes, Conſequens eſt, vt aliquo non concurrente non poſſint alij dici rem inſolidum habere per ius non decreſcendi, ſed potiùs ex natura rei, quæ
42 pro parte haberi nequit. † Ita eleganter animaduertit Aug. in d. l. proprium, & ſequitur etiam Gomez. tom. 1. uaria. reſol. cap. 10. num. 4. Et ita probandum eſt quicquid ſcripſerint Alex. in d. l. ſi mihi, & Titio, num. 5. verſ. Dic Bartol. & ibi Iaſ. num. 150. Niſi dicamus, ius non decreſcen-
43 di non conſiderari † reſpectu ipſius rei, puta ſeruitutis, ſed reſpectu commoditatis, quæ etiam in ſeruitutibus, & alijs rebus indiuiduis poteſt decreſcere, ſcilicet, quia negari non poteſt, quin alter alterum in vtenda ſeruitute, vel alia re indiuidua impediat, ita, vt per vnius vſum alterius commoditas videatur decreſcere, ſeu diminui, ideoq;, ſi vnus non vtatur, & ſic non concurrat, non malè alterius commoditas dici poteſt nõ decreſcere. Et ita vulgò dicitur, & in materia feudali, & emphyteutica diſtinguitur, ut referemus in hoc cap. q. 37. & q. 38. Sed, an probè, videint alij; Res enim per ſe patet.

Secundus verò caſus eſt, quãdo tractamus de diuiduis, ſed vocatio non fuit facta coniunctim, ſed diſiunctim, vt euenit, cum eadẽ res duobus, aut pluribus fuit promiſſa, vel donata alternatiuè, vel ſeparatis orationibus, puta, quia dictum ſit, mihi decem, & Titio eadem decem, vel illa dictio, eadem, licet non expreſſa, tacitè tamen intelligatur, vt in ſpecie l. ſtipulatio iſta 38. §. eũ qui ita ff. de verb. oblig. quam nos expoſuimus in 5. cap. q. 5. nu. 44. Et tunc omnes etiam fatentur, ſi contractus in perſona vnius non conſiſtat, vel locum non habeat, totum ad alterum per ius non
44 decreſcendi pertinere. † Ita enim ſcripſerunt Bart. in d. l. ſtipulatio iſta. 38. §. eum, qui, num. 1. & ibi Imol. verſ. in gl. ſuper verbo, & Alex. ſub §. in ſtipulationibus, nu. 7. ff. de verb. oblig. Caſtr. in d. l. ſi mihi, & Titio, num. 1. & ibi Imol. num. 1. Iaſ. num. 2. Alcia. num. 2. Alex. in d. l. planè 34. §. ſi coniunctim. num. 1. verſ. Tamen inuenio ff. de leg. primo, Duar. d. lib. 1. de Iur. accr. cap. 15.
45 verſ. Si igitur Et rectè, quia, † cum ſint re coniuncti, vt patet ex ijs, quæ diximus in 5. cap. q. 5. num. 4. & per conſequentias veniant per ius non decreſcendi, quod etiam in contractibus recipitur, vt oſtendimus ſupra nu. 1. & in ſpecie de re tantum coniunctis docet Alcia. in d. l. re coniunctis, nu. 1. Conſequens eſt, vt etiam in hac ſpecie debeat id habere locum. Idq; procedit, etiamſi in contractu fuerit appoſita aliqua
46 dictio diſtributiua, † puta, quia dictum ſit, promitto, vel concedo cuilibet ex filijs Titij:
47 Nam, quia † diſtributiuæ natura eſt, vt rẽ cuilibet inſolidum attribuat, & ea ratione inducat realem coniunctionem, vt oſtendimus in eodem 5. cap. q. 5. num. 8. ideo operatur, vt etiã in contractibus habeat inter ita vocatos ius non decreſcendi locum, ſecundum ea, quæ ſupra diximus, & dicemus etiam in ſeq. caſu. Ita ſcribit Ruin conſ. 120. num. 13. verſ. Nec obſtat, vol. 1. Nec eſt contrarium, quod Baldus in d. l. ſi mihi, & Titio, dicat, etiam in contractibus

non

non accreſcere partem ratione coniunctionis realis, quia debet intelligi de ijs caſibus, in quibus (ſecundum communem opinionem) non habet inter te tantum coniunctos locum ius non decreſcendi, vt, cum portio deficit poſt acquiſitionem, *ſicuti retulimus in eodem 5. cap. q. 37. num.* 17. Coeterùm in caſibus, in quibus locum habet ius non decreſcē-di, vt ante acquiſitionem, magis eſt, vt illud etiam in contractibus cenſeat habere locū, *vt patet ex locis, quos retulimus ſupra num.* 1.

Tertius caſus eſt, quando vocatio fuit facta coniunctim, ſed ex verbis aut alia circunſtantia conſtat, mentem contrahentium fuiſſe, vt vno deficiente totum alter conſequeretur, Et tunc non dubitatur quidem, quin, ſi alteruter deficiat, totum alter conſequatur,
48 † cum in cōtractibus id ſemper ſit ſpectandū, atq; ſeruandum, quod inter partes actum eſt, *l. ſemper in ſtipulationibus.* 35. *ff. de reg. iur.* Sed dubitatur, an pertineat per ius accreſcendi:
49 Nam per hoc ius pertinere † *ſcripſerunt Alex. conſ.* 17. *num.* 10. *vol.* 5. *Decia. conſ.* 27. *num.* 39. *vol.* 3. *Hond. conſ.* 32. *nu.* 1. *vol.* 2. *Roſent. de feud. cap.* 6. *concl.* 75. *num.* 12. *Duar. lib.* 1. *de Iur. accr. cap.* 15. *verſ. Certa tamen, Seraph. deciſ.* 154. *nu.* 2. *& alij, quos referemus infra num.* 64. & ſenſiſſe videntur, qui ſcripſerunt, pacto fieri poſſe, vt etiam in contractibus locum habeat ius ac-
50 creſcendi † *vt Bald. in d. cap. quę in Eccleſiarū nu.* 29. *extr. de conſtit. Alex. in d. l. ſi mihi, & Titio, num.* 2.

Sed eſt verius, ex vi pacti pertinere, non ex
51 iure accreſcendi: † Nam, cum hoc fiat ex vi conuentionis, quę eſt expreſſa quædam ſubſtitutio in contractu facta, Conſequens eſt, vt non poſſit dici fieri ex vi iuris accreſcendi, quod eſt quædam ſubſtitutio tacita, *vt de ſubſtitutione in vltima voluntate facta dicemus in* 10. *cap. q.* 20. *num.* 19. Et hoc eſt, quod ſentiunt dicentes, in contractibus, licet non habeat locum ius accreſcendi legale habere tamen
52 locum ius accreſcendi conuentionale, † *vt Bald. d. conſ.* 280. *num.* 2. *vol.* 3. *Gabr. conſ.* 88. *num.* 8. *vol.* 1. Significant enim partem vnius ex contrahentibus non pertinere ad ſocium ex prouiſione legis, ſed ex prouiſione hominis, quæ multū a iure accreſcendi diſtat, *vt patet ex ijs, quæ dicemus in* 2. *cap. q.* 2. *n.* 24 *& ſeqq.*

Sed, ſiue per ius accreſcēdi, ſiue ex vi pacti dicamus pertinere, quæri poteſt, quando ex verbis, aut alia circunſtantia cenſeatur conſtare, mentem cōtrahentium eſſe, vt pars deficientis ad alterum pertineat. Et eſt receptū poſſe hanc mentem ex multis deduci.

Primum enim, ſi in contractu addita ſint illa verba, de vno in alterum reuertendo, non erit dubitandum, quin contrahentes cenſeātur declaraſſe, ſe velle, vt habeat locum ius
53 accreſcendi. † *Ita enim ſcripſerunt Bald. in d. cap. quę in Eccleſiarum, n.* 29. *extr. de conſtitu. & d. conſ.* 280. *num.* 3. *vol.* 3. *Hond. conſ.* 32 *in prin. vol.* 2. *Roſent. de feud. cap.* 6. *concl.* 75. *num.* 12.
54 quia † prædicta verba continent quandā ſubſtitutionē reciprocam, per quam vnus in alterius deficientis partem cēſetur ſubrogatus,
55 quod pacto fieri poſſe, certum eſt † *l. quoties.* 3. *C. de donat. quæ ſub mod. l. Publia.* 26. *in prin. ff. depoſ. Et in his terminis cōſiderat Bald. d. conſ.* 280. *num.* 3. *vol.* 3.

Secundo verò, ſi poſt promiſſionem, aut conceſſionem duobus, aut pluribus factam addita ſint illa verba, & cuilibet eorum, cenſebuntur contrahentes per ea declaraſſe, mētem ſuam eſſe, vt in contractu locum habeat
56 ius accreſcendi. † *Ita enim ſcripſerunt Decia. conſ.* 3. *num.* 3. *vol.* 2. *Nico. Bello. conſ.* 20. *num.* 2.
57 ſcilicet, quia † illa diſtributiua, cuilibet, quæ vnicuiq; rem inſolidum attribuit, adiecta copulatiuæ orationi hunc habet ſenſum, vt, ſi vterq; viuat, vterq; viriliter admittatur, ſi verò
58 alter deficiat, inſolidum admittatur alter † *l. Titius, & Seius.* 24. *cū* 2. *ll. ſeqq. ff. de hæred. inſtit. l. ſi fundum* 83. *§. his verbis ff. de leg. primo,* Diſtributiua enim adiecta copulatiuę vim taci-
59 tæ ſubſtitutionis habet † *l. quia tacita.* 25. *ff. de hæred. inſt. & nos etiam diximus in* 5. *cap. q.* 26. *num.* 19.
60 Planè hoc ita demum verum eſt, ſi † diſtributiua fuerit ipſiſmet principaliter vocatis appoſita. Coeterùm, ſi appoſita ſit ipſorum filijs, aut hæredibus, puta, quia dictum ſit, promitto, vel concedo Titio, & Caio, & cuiuſlibet ipſorum filijs, aut deſcendentibus, aut hæredibus, non inducet inter eos ius accreſcendi, quia non determinat ipſos vocatos, ſed ipſorum deſcendentes, aut hæredes, & ſignificat, conceſſionem in parte Titij, non ſolum eſſe factam ipſi Titio, ſed etiam eius deſcendentibus, aut hæredibus, & ſimili modo in parte Caij factam eſſe, & Caio, & eius deſcendentibus aut hęredibus, ſed non deſcēdentibus, aut hęredibus Cai in parte Titij, vel contra, quia, cum reſpectu ipſorum vocatorum promiſſio, ſeu conceſſio, tamquam ſimplex non poſſit inducere ius accreſcendi, Cōſequens eſt, vt, nec id inducere poſſit in perſona eorum, qui in ipſorum locum ſuccedūt.
61 † *Ita in ſpecie declarant Rum. conſ.* 120. *num.* 13. *vol.* 1. *Ceph. conſ.* 345. *num.* 14 *& ſeq. Nico. Bello. d. conſ.* 20. *n.* 3. *verſ. vltimus, & nu.* 4 *Mago. deciſ. Luc.* 8. *num.* 8.

Tertio, licet non fuerint addita prædicta verba, aut aliqua ſimilia, ſufficit tamen hoc
62 colligi ex coniecturis † *vt ſcribit Duar. in d. l. ſi mihi, & Titio.* 110. *in prin. ff. de verb. oblig.*
63 vel ex veriſimili mente contrahentium † *ſecundum Dec. in d. l. vn. in prima lect. num.* 5. *& in* 2. *num.* 19. *C. quand. non pet. part.* Nam in contractibus locum habet ius accreſcendi, non ſolum, ſi hoc actum ſit expreſſè, ſed
64 etiamſi tacitè, † *vt ſcribunt Bald. d. conſ.* 280. *num.* 1. *verſ. Sexto probatur, & nu.* 2 *vol* 3. *Gabr. conſ.* 66 *num.* 3. *vol.* 2. *Nico. Bello d. conſ.* 20. *nu.* 1. *Roſent. de feud d. cap.* 6. *concl.* 75. *In gl. m.* Quæ autem ſint coniecturæ, ex quibus colligamus, talem fuiſſe mentem cōtrahentium, facile erit ex ijs intelligere, quæ dicemus *in hoc cap. q.* 37. *& q.* 38. vbi latè proſequemur coniecturas, ex quibus deducimus, mentem concedentis eſſe, vt in feudo, vel emphyteuſi locum habeat ius accreſcendi.

Quarto demū deducitur hæc voluntas ex natura cōtractus: nā, ſi tractetur de emptione, & venditione, locatione, & cōductione, permutatione, & id genus alijs contractibus, de quorum natura eſt, vt pro parte ſuſtineri nequeant, magis eſt, vt ex veriſimili mentem contrahentium cenſeatur inductum ius ac-
65 creſcendi, † *vt in ſpecie l. fundus ille.* 64 *ff. de cōtr. empt.*

empt. ſicuti in ſpecie declarant ij, quos referemus in q. ſeq. num. 40. De cuius tamen rei veritate latè dicemus ibi per tot. q. vbi l. illam interpretabimur: Nam, quæ ſunt de natura contractus ta-
66 citè cenſentur acta a contrahentibus † *l. cum quid. 3. ff. ſi cert. pet. l. in vendendo. 66. in prin. ff. de contr. empt. l. ex empto. 11. in prin. verſ. Quod, ſi nihil ff. de actio. empt.*

Quartus caſus eſt, quãdo non conſtat, quæ circa hoc fuerit mens contrahentium, & ſic ſumus in dubio, ſed tractatur de vſufructu, Et tunc frequentiùs receptum eſt, etiam in contractu locum habere ius accreſcendi *per l. 1. §. interdum. ff. de vſufr. accr. Ita enim cenſuerunt omnes, quos referemus in hoc cap. q. 43. num. 1. & ſeqq.* Sed de huius rei veritate latè dicemus *ibi num. 6. & ſeqq.* vbi demonſtrabimus, qualiter ille locus ſit accipiendus.

Quintus caſus eſt, quando tractatur de proprietate, vel nuda, vel plena, ſed agitur de contractu, ſeu diſpoſitione, & conceſſione Principis, Et tunc ſimiliter receptum eſt, locum habere ius accreſcendi *per l. vn. C. ſi liber. Imp. ſoc. ſin. hered. deceſſ. lib. 10. Ita enim ſcripſerunt omnes, quos referemus in hoc cap. q. 36. num. 1.* Sed de huius etiam rei veritate latè dicemus *ibi num. 7. & ſeqq.* vbi locum illum pleniùs interpretabimur.

Sextus caſus eſt, quando tractatur de contractu inito inter priuatos, ſed verſamur in terminis, in quibus intereſt contrahentium habere locum ius accreſcendi. Et tunc ſimiliter omnes fatentur, id etiam in contractibus procedere *per d. l. fundus ille. 64. ff. de contrah. empt. Ita enim ſcripſerunt omnes, quos referemus in q. ſeq. num. 32.* Vnde inferunt, in contractibus oneroſam cauſam habentibus, ſiue in contractibus vltro, citroque obligatorijs regulariter ius accreſcẽdi habere locum, quod in ijs interſit contrahentium, ne contractus pro parte tantum ſuſtineatur, *vti referemus in eadem q. ſeq. num. 34. & 37.* Sed de huius quoque rei veritate latè dicemus *ibi num. 1. & ſeqq.* vbi Iabolenum locum fuſiùs interpretabimur.

Septimus caſus eſt, quando tractamus de contractu inito inter priuatos, in quo ceſſat intereſſe, prout euenit in omni contractu cõtinente cauſam lucratiuam, ſed ſumus in caſibus, in quibus deducta eſt in contractum quantitas, puta pecunia, vel triticum, vel id genus alia res, quæ conſtet pondere, numero, atque menſura, Et tunc omnes fatentur, ceſ-
67 ſare ius accreſcendi, † *vti videre eſt apud. Alc. in d. l. ſi mihi, & Titio. 110. in prin. num. 5. & 8. & ibi Cuiac. ff. de verb. oblig. Alcia in d. l. re coniunctis, num. 33. Hoto. lib. 1. amicab. reſp. cap. 24. Et eſt in confeſſo apud eos, quos retulimus ſu-*
68 *pra num.* 10. quia † cum ea recipiat partes numerales, *l. cum Stichus. 29. ff. de ſolut.* Conſequens eſt, vt ius excludat accreſcendi, *per ea, quæ tradunt relati in 5. cap. q. 8. num. 1. & ſeqq.* Quamobrem id non habebit locum in mu-
69 tuo, † ſiue primordialiter à duobus, aut pluribus contractum ſit, vt, quia ſocij communem pecuniam, aut aliam quantitatem mutuo dederint, *vt in l. ſi ſocius. 16. ff. ſi cert. pet.* ſiue contractum ſit ab vno, & ab eo peruenerit ad plures, puta à ſeruo ad plures dominos, *vt in ſpecie l. nam, & ſi fur 13. §. ſi ſeruus communis ff. ſi cert. pet.* nam, ſi vnus ex ijs nolit ſuam portionem repetere, ea cœteris non
70 accreſcet, ſcilicet, quia † in mutuo tractatur de quantitate *l. 2. §. 1. & §. creditum. ff. ſi cert. pet. §. 1. Inſt. quib. mod. re cont. oblig. l. 1. §. 1. ff. de actio. & oblig.* quæ, tamquam diuidua numeraliter ius accreſcendi non admittit, *vt ſcribunt ij, quos retulimus ſupra num. 67.*

Planè, ſi quis mutuo dederit pecuniam, aut aliam quantitatem, & ſtipuletur, eam ſibi, & extraneo reſtitui, ſi quidem ſtipulatio non conſiſtat in perſona extranei, vt euenit regulariter, erit tota res mutuanti reſtituenda, non quidam iure accreſcendi, aut non decreſcẽdi, ſed ex vi ipſius mutui; Nam, quia duo ſunt initi cõtractus, vnus mutui, & alter ſtipulationis, & poſterior eſt inutilis, non
71 debet per eum prior vtilis vitiari † *l. certi condictio. 9. § quoniam ff. ſi cert. pet. l. fin. & ibi glo. in verb. potuit, & Bald. C. de inut. ſtipul. Alcia in d. l. ſi mihi, & Titio, num. 10.* Quod, ſi in perſona extranei conſiſtat ſtipulatio, vt, quia ſuo nomine ſtipulatus ſit, ſibi reſtitui partem pecuniæ, quam alius mutuo dedit, *vt in d. l. vlt. C. de inut. ſtip.* & is aliquam ob cauſam nolit ſuam portionem repetere, verius erit, eam
72 alteri non accreſcere, † *per ea, quæ ſupra diximus.*

Octauus, & vltimus caſus eſt, quando in contractum non fuit deducta quantitas, ſed ſpecies, puta fundus, Et tunc, licet nonnulli cenſuerint, ius accreſcendi habere locum, *quos retulimus ſupra num. 20.* Contrarium ta-
73 men verius eſt, & receptius, † *vt patet ex ijs, quæ diximus ſupra num. 22. & ſeqq. quippe, quæ in his terminis procedunt.* Quamobrem non eſt in hac re conſtituenda differentia inter ſpeciem, & quantitatem, ſed generaliter definiendum eſt, ceſſante intereſſe non poſſe in contractu ius accreſcendi habere locum, idq; adeo verùm eſſe, vt procedat

Primò, non ſolum, ſi tractemus de ijs contractibus, qui fiunt verbis, nempe de ſtipula-
74 tionibus, † *de quibus ſpecialiter loquuntur l. ſi mihi, & Titio 110. in prin. ff. de verbor. obligat. Bald. in cap. 1. in prin. de fratr. de nou. ben. inueſt. Tiraq. in l. ſi vnquam. 8. in verb. donatione largitus num. 112. C. de reuoc. don.* ſed etiam ſi de ijs, qui alio modo. Quamobrem, ne in contractu quidem ſocietatis locum habebit
75 ius accreſcendi, † *vt ſcribit Alcia. lib. 4. Parad. cap. 9. num. 3.*

Secũdo procedit, non ſolum, ſi tractemus
76 de coniunctis verbis tantum, † *de quibus ſpecialiter loquuntur Bald. in d. l. ſi mihi, & Titio, Alex. in d. l. ſtipulatio iſta. 38. §. in ſtipulationibus num. 7. verſ. Non reperio. ff. de verbor. oblig. & Alcia. in d. l. re coniunctis. num. 1.* Sed etiam, ſi de coniunctis re, & verbis: nam ne inter eos quidem habet in contractibus ius accreſcen-
77 di locum, † *per ea, quæ diximus ſupra nu. 4. Ita ſcribunt Bald. in d. l. ſi mihi, & Titio, & ibi Iaſ. nu. 1. Alex. in d. l. planè. 34. §. ſi coniunctim. num. 1. verſ. Tamen inuenio ff. de leg. primo. Tametſi contrarium ſcripſerit Iaſ. in d. l. re coniunctis. num. 97. & ante concurſum non negent Bald. in d. l. vn. §. cum autem, num. 1. C. de cad. toll. Iaſ. in d. l. re coniunctis, num. 258. verſ. vltimo. Cepoll. de ſeru. vrb. præd. cap. 50. num. 4.*

Tertio procedit, non ſolum, ſi contractus

initio

78 initio non conſiſtat in perſona vnius, † *vt in d.l. ſi mihi, & Titio, 110. in prin. ff. de verb. oblig. & d. §. quod, ſi quis ſibi, Inſt. de inut. ſtip. In quibus terminis loquuntur Bald. d. conſ. 301. nu. 12. verſ. præterea, vol. 1. Duar. d. lib. 1. de Iur. acc. cap. 15. verſ. deinde. Et fatentur etiã ij, quos retulimus ſupra nu. 15.* Sed etiamſi conſiſtat in perſona
79 vtriuſque, & vnus poſtea deficiat, † *vt ſcribunt Gomez. tom. 1. varia. reſol. cap. 10. num. 1. Duar. d. lib. 1. de Iur. accreſ. cap. 15. verſ. verum probabilius.* Itaq; ceſſat, & in ijs, quæ pro non
80 ſcriptis habentur, † *vt declarat Iaſ. in d. l. ſi mihi, & Titio, num. 1.* & in caducis, aut quaſi caducis.

Quarto, & vltimo procedit, non ſolum in contractibus, ſed etiam in omnibus alijs viuentium cauſis: Nam generaliter verum eſt, ceſſare ius accreſcendi in actibus, ſiue diſpo-
81 ſitionibus inter viuos, † *vt ſcribunt Bart. in d. l. vn. num. 2. C. ſi liber. Imp. ſoc. ſin. hæred. dec. Iſ. lib. 10. & conſ. 58. num. 1. lib. 1. Caſtr. in d. l. ſi mihi, & Titio, num. 2. & ibi Alex num. 1. Iaſ. num. 1. & 5. Caſtr. in d. l. aquam 16. num. 2. ff. quemad. ſeru. am. Martin. Mont. in rubr. ff. de off. eius, num. 54. verſ. vndecimo, Myuſ. in §. vlt. num. 2. Inſt. de donat.* Et hæc quidem de contractibus in genere dicuntur.

SVMMARIVM.

1 *Declaratur l. fundus ille. 64. ff. de contr. empt. & num. ſeqq. vſq; num. 42.*

2 *Ius accreſcendi locum habet in contractu emptionis, & venditionis, & cur, nu. 12. & ſeqq. vſq; ad num. 42. Declara, vt num. 3. & 11.*

4 *Venditio eſt indiuidua, & cur. num. 6. 8. & 9.*

5 *Vtile per inutile non vitiatur in indiuiduis.*

7 *Obligatio rem tradi eſt indiuidua, & num. 24. & 71.*

10 *Indiuiduum fit etiam voluntate contrahentium.*

14 *Interpretatio in dubio facienda eſt per quã actus ſuſtinetur.*

19 *Fundi obligatio eſt diuidua.*

20 *Diuidua eſt obligatio fundi, indiuidua verò obligatio fundum tradi. & cur, num. ſeqq.*

21 *Obligatio fundi conſiſtit in dando.*

22 *Obligatio dandi eſt diuidua.*

23 *Obligatio rem tradi non conſiſtit in transferendo dominio, ſed in transferenda poſſeſſione.*

26 *Ius accreſcendi locum habet in contractibus bonæ fidei, non etiam in contractibus ſtricti iuris, & cur, num. 27. Sed contra, num. 28. & 29.*

31 *Partem empturus, aut venditurus nemo præſumitur.*

32 *Ius accreſcendi locum habet in contractibus, quoties intereſt promiſſoris, contractum in totum ſuſtinere.*

34 *Ius accreſcendi locum habet in contractibus onéroſis, ſeu cauſam oneroſam habentibus, non etiam in contractibus lucratiuis, & cur, n. 35.*

37 *Ius accreſcendi locum habet in contractibus vltro, citroq; obligatorijs, non etiam in ijs, qui cõtinent obligationem ex vnius tantum parte, & cur, num. 38.*

39 *Ius accreſcendi locum habet in contractibus, quoties reſultaret aliquod abſurdum, ſiue inconueniens.*

40 *Ius accreſcendi locum non habet in contractibus, niſi hoc colligatur ex veriſimili voluntate contrahentium.*

42 *Declaratur l. vxorem. 39. §. agri plagam ff. de leg. 3. & num ſeqq vſq; ad num. 64.*

64 *Ius accreſcendi locum habet in contractu emptionis, & venditionis, etiam inuito emptore, & cur, num. 65.*

66 *Emptor partis cogitur etiam aliam ſuſcipere, ſi per arbitrum communi diuidundo fuerit ante traditionem adiudicata, & cur, num. 67.*

68 *Ius accreſcendi, an, & quando locum habeat in pacto de retrouendendo, & num. ſeqq. vſq; ad num. 82.*

74 *Emptor non cogitur retrouendere partem.*

75 *Emptor non cogitur vni ex venditoribus, aut venditoris hæredibus retrouendere totum, etiamſi alter negligat, aut ſit abſens, & cur, num. 76. Sed contra, num. 77. Declara, vt num. ſeqq.*

82 *Emphiteuta duorum ſi velit rem alienare, poteſt vnus ex dominis altero recuſante rem in totũ retinere, ſoluto toto pretio, Declara, vt nu. 83.*

84 *Ius accreſcendi non habet locum in venditione quantitatum.*

85 *Venditio facta per partes non recipit ius accreſcẽdi, Declara, vt num. 86.*

87 *Venditio facta duobus non recipit ius accreſcendi, ſi initio fuerit valida in perſona vtriuſq; Declara, vt num. 88.*

89 *Ius accreſcendi non habet locum in contractu emptionis, & venditionis, ſi pretium non fuerit initio definitum, ſed debeat definiri arbritrio boni viri, Sed contra, num. 90.*

91 *Ius accreſcendi ceſſat in contractu emptionis, & venditionis, ſi ceſſet venditoris intereſſe, & cur, num. 92.*

An, & quando ius accreſcendi locum habeat in emptione, & venditione

Quæſtio Trigeſimatertia.

Specialiter verò, ſi quæramus, in quibus contractibus locum habeat ius accreſcendi, conſtat eſſe diſtinguẽdum: Aut enim loquimur de ijs contractibus, in quibus duo, vel plures coniunguntur ab homine, aut verò de ijs, in quibus coniunguntur a lege, & ſi ab homine, aut loquimur de contractibus habentibus cauſam oneroſam, aut verò de habentibus cauſam lucratiuam.

Et, ſi quidem de ijs loquamur, qui cauſam habent oneroſam, pura de emptione, & venditione, locatione, & conductione, & alijs vltro, citroq; obligatorijs, qui propria, & ſtricta contractus appellatione continentur *l. Labeo. 19 §. contractum ff. de verb. ſign.* & quæramus, an in ijs locum habeat ius accreſcendi, conſtat, rem pendere ex intellectu *l. fundus ille. 64. ff. de contr. empt.* vbi Iabolenus, *Fũdus ille eſt mihi, & Titio emptus,* inquit, *quæro, vtrum in partem, an in totum venditio conſiſtat, an nihil actum ſit. Reſpondit, perſonam Titij ſuperuacuò accipiendam puto, ideoq; totius fundi emptionem ad me pertinere:* Nam, licet ex his
1 verbis † multa deducantur, quæ nullam prorſus dubitationem habent, vnum tamen deducitur, quod valdè dubium eſt: Deducitur 2
enim in primis, emptionem in propoſita ſpecie

cie non conſiſtere in perſona Titij, quod du-
bio caret, ſcilicet, quia ego, tamquam extra-
neus non potui contrahendo acquirere Ti-
tio obligationem, ſiue actionem. *l. quacun-
que gerimus. 10 ff. de act. & oblig. l. quo tutela.
74. §. vlt. ff. de reg. iur.* Secundo deducitur, in
eadem ſpecie, vtile per inutile non vitiari,
cum venditio cōſiſtat in perſona mea, quod
& ipſum certum eſt, & rationem habet, quā
poſtea afferemus. Tertio colligitur, in ea-
dem ſpecie, emptionem in perſona mea cō-
ſiſtere, non ſolum pro mea parte, ſed etiam
pro parte Titij, ita, vt totius fundi emptio
ad me pertineat, quod & ipſum in dubium
non reuocatur, cum ex claris, & apertis Ia-
boleni verbis deducatur. Quartum planè
deducitur à noſtris, quod in dubium reuo-
catur: Colligunt enim ex verbis ſupra rela-
tis, partem Titij mihi accreſcere, & ſic, in
contractu emptionis, & venditionis locum
habere ius accreſcendi, quaſi per hoc ius
fiat, vt totius fundi emptio ad me pertineat.
2 † *Ita enim ſcripſerunt Bald. in l. vn. § in primo,
num. 12. C. quand. non pet. part. Soc. Sen. conſil.
16. num. 61. volum. 4. Port. in §. ſi quis alium,
num. 9. Inſt. de inut. ſtip. Polit. in d. l. re coniun-
ctis. num. 51. verſ. Non obſtat poſtremo, Tiraq.
ad l. ſi vnquam 8. in verb. donatione largitus,
num. 112. C. de reu. donat. Gomez. tom. 1. varia.
reſol. cap. 10 num. 3. Duar. lib. 1. de iur. accr. cap.
15. verſ. Quid ergo. Et eſt de mente eorum, qui
ſimpliciter dixerunt, in contractibus habere
locum ius accreſcendi, adducentes l. fundus ille,
vt Gozad. in d. l. vn. num. 2. C. quand. non pet.
part. Et ſintiunt etiam omnes, quos referemus
infra num. 12. & ſeqq. dum varias conſiderant,
cauſas, cur in ſpecie d. l. fundus ille, locum ha-
beat ius accreſcendi: Omnes enim ſupponunt, &
in confeſſo habent, partem Titij ad me per ius ac-
creſcendi pertinere.*

Sed ego, quamquam non putem in fo-
renſibus controuerſijs ab hac communi tra-
ditione recedendum, in ſcholis tamen pro-
fitendo ſemper arbitratus ſum veriorem eſſe
ſententiam (*Hoto. lib. 1. amic. reſp. cap. 24. &
3 aliorum* exiſtimantium, † vt totius fundi
emptio ad me pertineat, ſiue in perſona mea
conſiſtat, non fieri per ius accreſcendi, &
quaſi hoc ius, etiam in emptione, & vendi-
tione locum habeat, ſed fieri ex natura ipſius
venditionis, quæ, quoniam eſt indiuidua.
4 † *l. cum ex cauſa. 139. in prin. ff. de verb. oblig. l.
fiſtulas. 78. §. qui fundum. ff. de contr. empt. Et
ſcribunt Bart. in l. cui vſusfructus 30. num. 4. ff.
de vſufr. lega. Fabia in tract. de empt. & vend.
quaeſt. 7. prin. num. 2. Horman. Det. in repet. l. 4.
§. Cato, num. 179. & ibi Crott. num. 15. Alcia.
num. 63. verſ. ſed alia ratione. ff. de verbor. oblig.*
ideo non in partem, ſed in totum ſuſtineri
debet; In indiuiduis enim vtile per inutile
5 non vitiatur. † *l. ſi ſponſus. 5. §. generaliter. ff. de
don. inter vir. & vxor.* Ideo autem indiuidua
6 eſt venditio, quia † continet obligationem,
rem tradi *l. ex empto. 11. in prin. ff. de actio.
7 empt* quæ diuiſionem non recipit. † *l. ſtipula-
tiones non diuiduntur 72. in prin. ff. de verbor.
oblig. Ita declarat Bart. in d. l. cui vſusfructus.
30. num. 4. ff. de vſufr. leg. & conſ. 195. num. 2. lib.*
8 1. vel, quia † conſtat vno pretio. *l. quod, ſi vno.
16. ff. de in diem add. & conſiderat Hoto. d. lib. 1.*
9 *amic. reſp. cap. 24.* vel denique, quia † talis cen-
ſetur eſſe mens contrahentium, quippe, qui
non præſumuntur, fuiſſe rei partem, aut em-
pturi, aut venditori, *ſecundum ea, quæ poſtea
dicemus*: Nec enim nouum eſt, indiuiduum
quid fieri ex voluntate contrahentium:
10 † nam hoc paſſim dicitur à noſtris, *vti vide-
re eſt apud Bart. in l. Græcè 9. §. illud, num. 4.
ff. de fideiuſſ. Horman. Det. in rubr. ff. de acqu.
poſſeſſ. num. 25. Cagn. in l. 2. num. 102. verſic.
Non eſt tamen C. de pact. inter empt. & vendit.
Soc. Sen. conſil. 87. num. 7. verſ. quoniam, volum.
1. Ruin. conſ. 7. num. 5. verſ. ſed præmiſſis, vol.
4. Pariſ. conſ. 35. num. 17. volum. 2. Crau. conſ.
170. num. 6. Mandoz. in 20. regul. cancell. quaeſt.
9. num. 4. Menoch. conſ. 123. num. 10.* Sanè, ſi
quis velit, etiam in contractibus hoc ius in-
ducere, probabilius erit dicere, *in ſpecie d. l.
fundus ille*, totius fundi emptionem ad me,
non per ius accreſcendi, ſed per ius non de-
11 creſcendi pertinere, † *vt rectè ſcripſit Claud.
Tut. in d. l. vn. num. 34. verſ. ideo C. quand. non
pet. par.* quia ita loquimur, cum de indiuiduis
agimus, *vt patet ex ijs, quæ diximus in quaeſtio.
præced. num. 38. & ſeqq.*

Sed retēta communi interpretatione quæ-
ritur, quæ ſit ratio, cur *in ſpecie d. l. fundus ille,
& ſic* in contractu emptionis, & venditio-
12 nis locum habeat ius accreſcendi; † Et no-
ſtri quidem varias rationes afferre conſue-
uerunt.

Primùm enim Baldus *in l. fin. ff. de conſt.
13 prin.* cenſuit rationem eſſe, quia, † niſi lo-
cum haberet ius accreſcendi, contractus em-
ptionis, & venditionis redderetur inutilis.
Vnde, quia in dubio debemus facere eam
interpretationem, per quam actus ſuſtine-
14 tur † *l. quoties. 80. ff. de verb. oblig. l. quoties. 13.
& l. vbi eſt. 22 §. ſemper. ff. de reb. dub.* ideo fit,
vt dicamus potiùs eſſe locum iuri accreſcen-
di.

Verùm hanc rationem non immeritò
*Alex. in d. l. ſi mihi, & Titio. 110. in prin. num. 4.
ff. de verbor. oblig. & alij* plerique improba-
15 runt, † quia, licet ibi non haberet locum ius
accreſcendi, non tamen ſequeretur, contra-
ctum emptionis reddi inutilem: Poſſet enim
dici valere pro dimidia, pro qua parte vtilis
eſſet emptori, *vt ibi conſiderat Alex.*

Secūdo igitur idem Baldus *in d. l. ſi mihi, &
16 Titio*, arbitratus eſt, rationem eſſe, quia, † niſi
locum haberet ius accreſcendi, contractus
claudicaret, quod eſſet abſurdum.

Verùm neque hæc ratio mihi videtur ve-
17 ra, † quia claudicare dicitur contractus, quo-
ties ex parte vnius cenſetur aliquo iure, quo
non cenſetur ex parte alterius, quod nō eue-
nit in ſpecie *d. l. fundus ille*; Nam, licet ibi lo-
cum non haberet ius accreſcendi, non tamē
emptor cenſeretur diuerſo iure, quo vēditor,
quia valeret pro dimidia, tam ex parte em-
ptoris, quam ex parte venditoris; ideoque
non poſſet dici contractus claudicare.

Tertio cenſuerunt alij rationem eſſe, quia
18 † ibi tractatur de fundo, cuius obligatio vna
eſt, & indiuidua, ideoq; pro parte tantum ſu-
ſtineri nequit, aliud verò iuris eſſe, ſi tracta-
retur de re, quæ conſtet pondere, numero, vel
menſura; nam, quia obligatio eſſet diuidua,
ideo non haberet locum ius accreſcendi. *Ita*

cenſue.

cenſuerunt Alcia. in d. l. ſi mihi, & Titio, num. 5.
& ibi Cuiac.
Verùm hæc ſententia, tametſi videatur
cum noſtra in eo conſentire, quod cauſam,
cur totius fundi emptio in mea perſona con-
ſiſtat, ab indiuiduitate deducit, & ſit vera,
quatenus de emptione earum rerum, quę cō-
ſtant pondere, numero, vel mēſura loquitur,
vti poſtea dicemus, re vera tamen non eſt no-
ſtræ ſimilis, nam nos diximus, vēditionis in-
diuiſam eſſe naturam, quod contineat obli-
gationem fundum tradi, quæ diuiſionem nō
recipit, quod verum eſt. At horum ſententia
indiuiduitatem deducit a natura fundi, quaſi
fundi obligatio ſit & ipſa indiuidua, quod a
19 vero alienum eſt: † nam fundus, & corpore,
& iuris intellectu partes recipit l. Moenius 68.
§. duorum ff. de leg. 2. l. ſi quis duas. 6. §. ſi quis
partem ff. commu. prædio. ideoq; fundi obliga-
tio diuidua intelligitur non minus, quam
pecuniæ, vti poſtea oſtendemus, Qua ratione fit,
vt ſupradictam opinionem non immerito
Donell. in d. l. ſi mihi, & Titio, nu. 2. & alij pleriq;
reprobarint.
Nec eſt contrarium, quod etiam in d. l. fun-
dus ille, tractetur de fundo, quia aliud eſt in
obligatione tractare de fundo ſimpliciter,
20 aliud de fundi traditione: Nam, † ſi quis fun-
dum ſimpliciter in obligationem deducat,
cenſetur de fundi datione ſiue dominij
21 tranſlatione ſenſiſſe † l. ſi ita diſtrahatur. 25. §.
1. ff. de contr. empt. Quamobrē talis obligatio
cenſetur diuidua, vt eſt omnis obligatio dan-
22 di, † l. in executione 85. § itē ſi ita ff. de verb oblig.
Et in propoſito conſiderat Donell. in d. l. ſi mihi, &
Titio, nu. 2. At ſi quis fundum tradi ſtipuletur
aut aliàs paciſcatur, quia non tractat de do-
minio, ſed de vacua poſſeſſione transferen-
23 da † l. ſi rē tradi. 28. ff. de verb. oblig. l. 3. §. 1. ff. de
actio. empt. & ſic de obligatione, quæ non cō-
ſiſtit in dando, ſed in faciēdo, ideo talis obli-
24 gatio cenſetur indiuidua † l. ſtipulationes non
diuidūtur. 72. in prin. verſ. Idem puto ff. de verb.
oblig. Non eſt igitur vera ſupradicta ratio.
Quarto putarunt alij rationem eſſe, quia
25 † emptio, & venditio, eſt contractus bonæ fi-
dei, cui non congruit, vt contractus pro parte
tantum ſuſtineatur. Vnde colligunt, in con-
tractibus bonæ fidei locum habere ius accreſcen-
di, licet in contractibus ſtricti iuris ei locus
26 eſſe nequeat. † Ita enim cenſuerunt gl. in d. l. ſi
mihi, & Titio, in verb. non augeat, & ibi Iaſ. nu.
4. verſ. in ea gl. ibi, & Duar. gl. in l. fin. in verb.
potuit C. de inut. ſtipul. Bald in l. vn. §. in primo,
num. 12. C. de cad. toll. Soc. Sen. conſ. 16. num. 58.
& 60. in fi. & num. 61. vol. 4. Ant. Fum. de con-
iunct. cap. 21. num. 4. Duar. lib. 1. de Iur. accr.
cap. 15. verſ. Quid ergo. Et videtur etiam ſenſiſſe
Bald. conſ. 301 num. 12. vol. 1. Cuius diuerſita-
27 tis hanc afferunt rationem, quia † ius accre-
ſcendi venit ex coniecturata, & præſumpta
mente diſponentium, quæ, licet attendatur
in contractibus bonę fidei, non tamen atten-
ditur in cōtractibus ſtricti iuris, ſcilicet, quia
in his ea tantum præſtantur, quæ nominatim
in conuētionem ſunt deducta l. quicquid ad-
ſtringendę. 90 ff. de verb. oblig. cum alioquin in
illis ea omnia ſint pręſtāda, quę ſuadet æqui-
tas l. bona fidei. 31. ff. depoſ. §. in bona fidei, Inſt.
de actio. Vnde, quia æquitas dictat, neminem
inuitum cogi incidere in communionem,
quæ plerunq; parit diſcordias, ideo fit, vt eius
euitandę gratia ius accreſcendi recipiant cō-
tractus bonæ fidei, non etiā contractus ſtricti
iuris. Ita ratiocinantur Iaſ. in d. l. ſi mihi, & Ti-
tio, num. 4. verſ. In ea gl. ibi, & Soc. Sen. d. conſ. 16.
num. 58. vol. 4. Duar. d. lib. 1. de Iur. accr. cap. 15.
verſ. quid ergo.
Verùm & hæc opinio meritò fuit com-
28 muniter improbata, † vti videre eſt apud Cu.
in d. l. fin. C. de inut. ſtip. quem optimè locutum eſ-
ſe ſcribit ibi Bald. & ſequitur Alcia. in d. l. ſi mihi,
& Titio, num. 6. vbi ait, hanc diſtinctionem com-
muniter reprobari, prout etiam eam improbat,
29 Donel. ibi, num. 2. quia, † aut hoc agitur a con-
trahentibus, & ita in contractibus ſtricti iuris
vt in cōtractibus bonę fidei, ſeruandum erit,
cum etiam in ſtipulationibus id ſpectetur,
quod actum eſt l. ſemper in ſtipulationibus. 35.
ff de reg. iur. & in his terminis conſiderat Donel.
ibi. num. 2. Aut verò non agitur a contrahen-
tibus, & ne in contractibus quidem bonę fi-
dei locum habere poterit, quia etiam in ijs id
tantum attenditur, quod actum eſt l. ſed Cel-
ſus 6. §. 1. verſ. In emptis ff. de contr. empt.
Quinto igitur noſtri frequētiùs cēſent, ideo
in ſpecie d. l. fundus ille, partē Titij ad me per-
30 tinere, quia † venditoris intereſt, vt pertineat,
ne alioquin cogatur eſſe mecum in commu-
nione, quæ multa incommoda ſecum afferre
ſolet l. cum pater. 79. §. dulciſſimis ff. de leg. 2. Qua
ratione dicimus, neminem cenſeri velle par-
31 tem vendere, aut emere † l. ſi quis aliam. 46. ff.
de ſolut. l. tutor vrgētibus. 49. §. 1. ff de minor. Ita
ſcripſerunt gl. in d. l. ſi mihi, & Titio in verb non
augeat, & ibi Alex. n. 3. Iaſ. nu. 4. verſ. In ea gl. ibi,
vel obeſſet, Alcia. nu. 8. gl. in d. l. fi. in verb. potuit,
& ibi Cin. C. de inut. ſtip. Bald. in d. l. vn. §. in
primo num. 12. C. de cad. toll. Soc. Sen. d. conſ. 16.
num. 51. verſ. 4. & num. 61. vol. 4. Rip. in d. l. re
coniunctis, num. 227. Io. Guter. in d. l. vn. num. 14.
C. quand. non pet. part. Gomez. tom. 1. variar. re-
ſol. cap. 10. num. 3. Craſſ. in d. §. Ius accreſcendi q.
24. num. 3. Duar. d. lib. 1. de iur. accr. cap. 15. verſ.
Quid ergo, Et eſt de mente omnium, quos refere-
mus num. ſeq. dum l. fundus ille, adducunt ad pro-
bandum, ius accreſcendi habere locum in contra-
ctibus, quoties intereſt contrahentium: Sentiunt
enim in ſpecie d. legis, ideo accreſcere, quia intereſt.
Hinc generaliter deducunt, in contractibus
habere locum ius accreſcēdi, quoties alterius
32 partis intereſt, vt id habeat locum. † Ita enim
per d. l. fundus ille, ſcripſerunt Bart. in d. l. ſi mihi,
& Titio, num. 1. & ibi Bald. & Imol. nu. 1. verſ.
4. fallit, Alex. num. 3. & 10. verſ. 8. Iaſ. num. 4.
verſ. In ea gl. ibi, vel obeſſe, & num. 7. verſ. 4. &
num. 9. Alcia. num. 8. Zaz. num. 13 verſ. 5. fallit,
Bart. in d. l. re coniunctis, num. 65. & ibi Iaſ. num.
249. Crott. nu. 145. verſ 4 fallit, Rip. nu. 227. Io.
Gaud. nu. 7. Papinſ. in form. lib. quo ag. ex ſubſt.
in verb. breuiloꝗ, num. 38. Craſſ. in d. §. ius accre-
ſcendi, q. 24. num. 3. Nec a prædictis diſſentiūt,
qui cenſent, ideo in ſpecie d. l. fundus ille, locū
33 habere ius accreſcendi, quia ibi † tractatur
de contractu emptionis, & venditionis,
qui eſt oneroſus, non gratuitus, indeoque ge-
neraliter deducunt, in contractibus onero-
ſis, ſeu oneroſam cauſam habentibus locum
eſſe iuri accreſcendi, in lucratiuis verò, ſeu
habentibus cauſam lucratiuam, non item,
† vt

34 † *vt Bart. in d. l. ſi mihi, & Titio. num. 4. verſic.*
quandoque, & ibi Ang. num. 1. Caſtr. nu. 2. verſ.
Item procedit, & Alex. num. 13. Bald. d. conſil.
301. *num. 12. verſ. Præterea volum. 1. Port. in d.*
§. ſi eadem num. 2. Inſt. de legat. Gomez. d. tom.
1. varia. reſol. cap. 10. num. 1. & 3. Burſat. conſil.
378. *num.* 22. Nam, & ipſi rationem diuer-
35 ſitatis ducunt ab intereſſe, ſcilicet, quia † in
contractibus oneroſis intereſt concedentis
habere locum ius accreſcendi, ne alioquin
inuitus cogatur eſſe in communione, quod
voluiſſe non præſumitur, *vt ſupra diximus,*
& in his terminis conſiderat Caſtr. in d. l. ſi mihi,
& Titio, num. 2. verſ. Item procedit; At in con-
tractibus lucratiuis nullius intereſt, non cre-
ditoris, quia rem habet ex cauſa lucratiua,
neque debitoris, quia imo eius intereſt, ne
accreſcat, ſed potiùs apud ſe remaneat, cum
nihil ob eam ſit ab aduerſario conſecutu-
rus, *vt ſcribunt omnes, quos referemus in hoc*
cap. quaſt. 36. *Et in propoſito conſiderat Ang.*
in d. l. ſi mihi, & Titio, num. 1. Cum ijs etiam
conſentiunt, qui putant, ideo *in ſpetie præ-*
dicta l. fundus ille, locum habere ius accre-
36 ſcendi, quia † tractatur ibi de contractu vl-
tro, citroque obligatorio, in quo regulari-
ter locus eſt iuri accreſcendi, licet ſecus ſit, ſi
contractus non, niſi ex parte vnius conti-
37 neat obligationem, † *vt Cin. in d. l. fin. C. de*
inut. ſtip. Alex. in d. l. ſi mihi, & Titio, num. 3.
& 11. et ibi Iaſ. num. 9. Zaz. num. 13. verſ. Quin-
to fallit, Soc. Sen. conſ. 34. num 6. uol. 4. Gul. Ben.
in d. cap. Raynutius, in uerb. & uxorem nomine
Adelaſiam, num. 148. uerſ. 4. fallit Tiraq. ad l. ſi
unquam. 8. in uerb. donatione largitus, num. 112.
C. de reuoc. donat. Decia. conſi. 73. num. 2. uolum.
2. Gratia. cap. 451. diſcep. for. num. 12. Et uide-
tur etiam ſenſiſſe Bald. in d. l. un. §. in primo,
num. 13. C. de cad. toll. dum ait, ideo in d. l. fun-
dus ille, locum eſſe iuri accreſcendi, quia tracta-
batur hinc inde de damno uitando, tametſi con-
trarium conſuerit Alcia. in d. l. ſi mihi, & Titio,
num. 7. Nam, & ipſi fundamentum ab inter-
38 eſſe deducunt, quaſi † in contractu vltro, ci-
troque obligatorio interſit domini contra-
hentis locum habere ius accreſcendi, ne co-
gatur rem habere cum alio communem, quę
res ceſſat in contractu, qui non, niſi ex parte
vnius continet obligationem, *ſecundum ea,*
quæ ſupra diximus, Ita conſiderant Decia. d.
conſ. 73. num. 2. & 3. uolum. 2. & Gratia. d. cap.
451. *diſcep. for. num.* 14. Ad idem videntur re-
ſpexiſſe, qui ſcripſerunt, in contractibus lo-
cum habere ius accreſcendi, quoties reſulta-
39 ret abſurdum, ſiue inconueniens, † *ut in d. l.*
fundus ille, ſicuti uidere eſt apud Bald. in cap. 1.
§. &, quia uidimus, num. 4. De his, qui feud. dar.
poſſ. Ang. in l. qui repudiantis. 17. num. 1. ff. de
inoff. teſta. Nam inconueniens, de quo ſen-
tiunt, non eſt aliud, quam, quia cogeretur vē-
ditor habere rem cum emptore communē,
quod eſſet abſurdum, & præſumptæ ipſius in-
tentioni contrarium, *ut ſupra dictum eſt.* De-
nique non videntur à præcedentibus diſſen-
ſiſſe, qui ſcripſerunt, in contractibus non ha-
bere locum ius accreſcendi, niſi contrarium
colligatur ex veriſimili voluntate contrahē-
40 tium, † *ut in d. l. fundus ille. ſicuti uidere eſt apud*
Dec. in d. l. un. in prima lect. num. 5. & in 2. num.
19. C. quand. non pet. part. & alios, cum quibus
etiam conſentiunt *Don. in d. l. ſi mihi, & Ti-*
tio, num. 2. & alij dicentes, ideo totius fundi
41 emptionem ad me pertinere, quia † hoc
agebatur ab vtraque parte: Nam hi omnes
mentem ex eo deducunt, quia non eſt veri-
ſimile, venditorem, & verò etiam fortaſſis
emptorem voluiſſe, rem habere cum alio
communem, *ut declarant Duar. in d. l. ſi mihi,*
& Titio, & ibi Donell. num. 2.

Sed huic doctorum traditioni mirum in
modum obſtat *l. uxorem. 39. §. agri plagam.*
42 *ff. de leg.* 3. vbi, † cum teſtator ita ſcripſiſſet,
Agri plagam, quæ eſt in regione illa, Meuio
Publio, & Caio tranſcribi uolo, pretio facto ui-
ri boni arbitratu, & quæſitum eſſet, an lega-
tum valeret, cum Publius emere vellet, Ca-
ius nollet, reſpondit Scæuola, *eum, qui fi-*
deicommiſſum ſibi præſtari uelit, poſſe partem
dimidiam eius agri, qui legatus eſt, petere, quam-
uis alter perſequi nolit. Ex quibus verbis ap-
paret, hæredem, qui tenebatur rem duobus
vendere, cogi vendere partem vni, & hoc
modo remanere cum eo in communione.

Verùm ad hanc obiectionem variæ ſo-
lent à noſtris reſponſiones afferri: Primùm
enim reſpondent nonnulli, ſpecies eſſe mul-
tum diuerſas: nam in ſpecie *l. fundus ille*, vēdi
tio ab initio nō fuerat valida in perſona vtri-
uſq; ſed tantum in perſona illius, qui contra-
xerat emptionem. At in ſpecie *d. §. agri pla-*
gam, legatum fuerat validum in perſona
43 vtriuſque legatarij. † *Ita Raph. Cum. quem*
refert, & non improbat Alex. in d. l. ſi mihi, &
Titio, nu. 3. & ibi Iaſ. num. 4. uerſ. In ea glo. ibi,
uel obeſſe, Quæ reſponſio, licet in ſe vera ſit,
44 non tamen tollit difficultatem: Nam, † & ſi
verum ſit, in ſpecie *d. l. fundus ille*, venditio-
nem à principio non valuiſſe, niſi in perſo-
na vnius, & ſimiliter verum ſit, in ſpecie *d.*
§. agri plagam, legatum fuiſſe validum in
perſona vtriuſque, illud tamē facit dubium,
quia, cum ibi tractetur de venditione, quæ
duobus erat facienda ex diſpoſitione teſta-
toris, videbatur dicendum, locum eſſe iuri
accreſcendi, cum in vltimis voluntatibus in-
ter coniunctos id ſoleat habere locum, *ut di-*
ximus in hoc cap. q. 18. num. 7. & tamen ibi ſup-
ponit Scæuola, non habere locum, cum di-
cat, poſſe vnum ex legatarijs, petere partem
quæ longè diſtat à toto. Et, quamquam gl.
ibi, in uerb. petere, ſupponat, hoc eſſe in ar-
bitrio legatarij, vtrum ſcilicet velit petere
partem, an verò totum, quaſi pars recuſan-
tis illi accreſcat, ſed volenti, non inuito, ve-
riùs tamen eſt, imo non, niſi partem petere
poſſe, *ut latius infra demonſtrabo*. Denique, ſi
in l. fundus ille, ideo eſt locus iuri accreſcen-
di, quia intereſt venditoris, ne incidat in cō-
munionē cum emptore, cur non multo ma-
gis id ſeruatur *in d. §. agri plagam*, vbi idem re-
ſultat inconueniens, cui facilius occurri po-
terat, cum tractetur de vltima voluntate, in
qua faciliùs, quam in contractu ius accre-
ſcendi locum habere ſolet?

Secundo igitur cenſent alij, magnam eſſe
diuerſitatis rationem inter ſpecies prędictas:
45 Nam † in ſpecie *d. §. agri plagam*, licet hæ-
res cogatur vendere ſolam partem, non ta-
men ex hoc patitur aliquod damnū, quia, cū
ibi teſtator non definierit certum pretium,

ſed

ſed illud ex iuſſu teſtatoris fuerit definiendũ
arbitrio boni viri, non eſt dubium, quin bo-
nus vir in definiendo pretio partis ſit habi-
turus rationem illius incommoditatis, quam
venditor eſt paſſurus ex communione, in
quam cogitur incidere, & hoc modo ſit æſti-
maturus maius pretium, quam faceret, ſi to-
tam rem æſtimaret, *vt ibi declarat Bart. nu. 3.*
Itaq; venditor non poteſt dici pati damnũ,
quia damnum, ſi quod ſubeſt, reſarcitur per
definitionem maioris pretij. At in ſpecie *d. l.
fundus ille*, non ceſſat damnum, ſiue intereſſe
46 communionis, quia, † cum pretium fuerit ini-
tio determinatum, & conuentum, ſi venditor
cogeretur emptori tradere partem, & alterã
retinere, non poſſet prætendere, niſi dimidiã
pretij conuenti, & hoc modo remaneret in
damno communionis, quod nulla compen-
ſatione reſarciretur. Nil mirum igitur, ſi non
cogatur tradere, niſi tota res accipiatur. Vn-
47 de infertur, † ſi *in ſpecie d. l. fundus ille*, pretium
non fuiſſet definitum, ſed remiſſum arbitrio
boni viri, idem videri dicendum, quod & in
ſpecie *d. §. agri plagam*, vt ſcilicet venditor
48 cogatur partem tradere. † *Ita cenſuit Alex. in
d. l. ſi mihi, & Titio, num. 3. quem ibi probat Iaſ.
num. 4. coniungendo ſolutionem Alex. cum ſolu-
tione Cuma. in verſ. Tu iunge. Refert etiam Iaſ.
in l. ſtipulationes non diuiduntur. 72. num. 10. ff.
de verb. oblig. & ſequitur Cagn. in l. 2. num. 102.
verſ. Ideo Bart. C. de pact. inter empt. & vend.*

Verùm hanc ſolutionem improbarunt
*Rip. in d. l. re coniunctis, num. 227. Ant. Fum. de
49 coniunct. d. cap. 21. num. 3.* Et rectè, quia † nul-
la ratio dictat, vt bonus vir debeat arbitrari
maius pretium vnius partis, & hoc modo gra-
uare vnum ex legatarijs, quoties alter recuſat
emere, quam, ſi vterq; emeret, quia alioquin
factum, ſeu culpa vnius noceret alteri, quod
eſſet abſurdum, *vt conſiderat Ant. Fum. d. cap.
21. num. 3. poſt Cuma. quem refert Iaſ. in d. l. ſi
mihi, & Titio, num. 4. verſ. Contra.* Deniq; licet
50 arbiter definiendo maius pretium † occurrat
incommodo, quod ex partis venditione na-
ſcitur eo ipſo, quod alia pars redditur minus
pretioſa, non tamen occurrit alijs incommo-
dis, quæ extrinſecus veniunt ex communio-
ne, in qua venditor cogitur remanere, *vt con-
ſiderat Rip. in d. l. re coniunctis num. 227.*

Quamobrẽ, ego rem aliter eſſe definiendã
arbitror, & pro huiuſce difficultatis reſolutio-
ne conſidero, magnam inter prædictas ſpe-
51 cies eſſe diuerſitatem: † Primum enim *in d.
§. agri plagam*, tractatur de venditione facien-
da. At *in d. l. fundus ille*, de venditione facta.
Secundo ibi tractatur de venditione coacta,
in qua non venditoris, ſed teſtatoris volun-
tas attenditur, hic verò tractatur de ven-
ditione voluntaria, in qua mens, & intentio
ipſius venditoris debet attendi, *vt conſiderat
Rip. in d. l. re coniunctis num. 227.* Tertio neceſ-
ſitas ibi naſcitur ex vltima volũtate, hic verò
naſcitur ex contractu. Magna autem eſt di-
uerſitas, vtrum quis incidat in communionẽ,
quando res proficiſcitur ex contractu, an
verò, quando proficiſcitur ex vltima volun-
tate: In contractu enim regulariter non tole-
ratur, &, vbi hoc euenit, vel totum quis habe-
re cogitur, vel a toto recedere, *vt in l. ſi quis
aliã. 46. ff. de ſolut. & l. tutor. 49. §. 1. ff. de minor.*

At in vltimis voluntatibus talis communio
toleratur, nec cenſetur aliquam abſurditatẽ
cõtinere, quoties verſamur in caſibus, in qui-
bus ius accreſcendi locum habere nequit:
Neq; enim euitandæ cõmunionis gratia in-
ducitur ius accreſcẽdi, ſi aliàs in vltima volũ-
tate non poteſt habere locum, vt euenit in
omnibus caſibus, in quibus, vel propter om-
nimodam diſiunctionem ius accreſcendi
ceſſat, *ſecundum ea, quæ diximus in 5. cap. q. 41.
num. 1.* vel is, qui non admittitur ad partem,
facit partem, *vt dicemus in 7. cap. q. 22. & qq.
ſeqq.* Nam in his omnibus caſibus, & alijs ſi-
milibus pars rei pertinet ad vocatum, altera
verò pars, quæ non accreſcit, remanet apud
hæredem, *vt oſtendemus in 9. cap. q. 8. num. 1. &
ſeqq.* Quo fit, vt is neceſſariò cogatur eſſe in
communione cum legatario, vel fideicom-
miſſario.

Ratio autem diuerſitatis inter contractus,
52 & vltimas voluntates eſt duplex, vna, † quia
contractus pendent a voluntate contrahen-
tium, qui non cenſentur fuiſſe de parte con-
tracturi, quoties de re tota contraxerunt *d. l.
ſi quis aliam, & d. l. tutor. § 1.* At vltimæ volun-
tatis pendent a ſola voluntate defuncti, qui
non cenſetur ad communionis incommo-
da reſpexiſſe, ſed ad id ſolum, vt ſua diſpoſi-
tio ſortiatur effectum, &, quoniam diſpoſitio
duorum cauſa facta eſt, ideo effectum in
vniuſcuiusq; perſona cenſetur pro illius par-
te conſideraſſe. Altera verò ratio eſt, quia
53 † in contractu tractatur de cauſa oneroſa,
in qua venditoris intereſt, non retinere par-
tem, pro qua omnimodo eſt ab emptore
pretium recepturus. At in vltima voluntate
tractatur de cauſa lucratiua, in qua intereſt
hæredis rem retinere potiùs, quam gratis le-
gatario præſtare, *vt conſiderat Bart. conſ. 195.
num. 1. verſ. Non obſtat lib. 1.* Qua ratione dici-
mus, etiam in contractibus lucratiuis ceſſare
ius accreſcendi, quia intereſt debitoris partẽ
retinere, pro qua nihil a creditore recipit, *vt
diximus in q. præced. num. 35. & dicemus etiam
in q. 36. num. 1. & ſeqq.*

Planè in ſpecie *d. §. agri plagam*, licet tra-
ctetur de vltima voluntate, non eſt tamen
54 cauſa lucratiua; ſed oneroſa, † quia per diſ-
poſitionem teſtatoris cogitur hęres vendere,
ſed pretio arbitrio boni viri ſtatuendo, & ni-
hilominus ceſſat ius accreſcendi, non obſtan-
te, quod hæredis intererſit, totam potiùs rem
præſtare, quam partem, ob incommoda cõ-
55 munionis. Sed hæc ideo fit, quia † ibi tracta-
batur de fideicommiſſo, in quo ſecundum
iura Digeſtorum non habebat inter coniun-
ctos locum ius accreſcendi, *vt oſtendimus in
hoc cap. q. 21. nu. 2. & ſeqq.* non magis, quam in
legato damnationis, *vt diximus in hoc ipſo cap.
q. 20. num. 25.* ideoq; neceſſariò debuit petitio
vocati reſtringi ad partem ei competentem,
eaq; ratione malè *gl. ibi in verb. petere, quam
probat ibi Bart. num. 2. verſ. circa hoc quæro, &
56 alij* plerią; cenſuerunt, † poſſe eum, ſi velit
petere totum, quaſi portio coniuncti, qui
emere non vult, illi accreſcat, quia eorum ſẽ-
tentia, ſi ad tempora Scæuolę referatur, non
eſt vera: Nec vnquam partem peti reperies,
vbi locus eſt iuri accreſcendi, ſed tantum,
vbi id ceſſat, *ſicuti videre eſt in l. fi. §. Seio ff. de
leg.*

leg.2.& alijs locis,quos retulimus in eadem.q. 21.
num.3.& ſeqq.

Sanè hodie,quia etiã in fideicommiſſis lo-
cum habet ius accreſcendi. *d.l.un.* §.*ubi au-*
tem legatarij.C. de cad.toll.& diximus in eadem
q.21.nu. 19. ideo vera eſt ſupradicta opinio,
57 vt ſcilicet † *in ſpecie d.* §. *agri plagam*, poſſit
vnus ex duobus fideicommiſſarijs deſidera-
re, vt ſibi tota res vendatur altero recuſante.
58 Dixi, poſſe,quia,ſi nolit,non cogitur,†cum
in legatis. & fideicommiſſis pars non accre-
ſcat inuito, ſed tantum volenti.*d.l.un.* §. *ubi*
autem legatarij.C.de cad.toll.& nos latè dicemus
in 8.cap.q.8.num. 11. *Et in propoſito conſiderat*
Rip.in d.l.re coniunctis, num. 227. In quo qui-
59 dem differt † venditio, quæ fit ex diſpoſitio-
ne teſtatoris, ab ea,quæ fit ex mera volunta-
te contrahentium, quippe, quæ debet in to-
tum ſuſtineri,etiam inuito emptore, *ſicuti di-*
60 *cemus infra num.* 64. Et ratio eſt,quia,† vt ſu-
pra dictum eſt, poſteriore caſu res æſtimatur
ex ipſorum contrahentium voluntate, qui
non cenſentur voluiſſe de parte contrahere.
At priore caſu res pendet à mente teſtatoris,
qui non cenſetur ad hanc hæredis incommo
ditatem reſpexiſſe.

Vnum ſanè eſt,quod ijs,quæ diximus, fa-
cit dubium, quia ſcilicet.§. *agri plagam*, vi-
61 detur loqui de legato,†vt patet ex illis verbis,
Quæſitum eſt, an legatum ualeat,& paulo poſt,
poſſe partem dimidiam eius agri, qui legatus eſt,
petere, ideoque non videtur dubitandum,
quin etiam inſpecto iure Digeſtorum locũ
in eo potuerit habere ius accreſcendi, *ſicuti*
demonſtrauimus in hoc cap q.20.num.4.& ſeqq.
62 Sed eſt verius,tractari de fideicõmiſſo : † Nã
teſtatoris diſpoſitio fuerat ibi concepta per
illa verba, *transſcribi volo*, per quæ non lega-
tum, ſed fideicommiſſum relinqui moris
erat.*§.ult. Inſt. de ſing. reb. per fideicom. relict.*
& nos late oſtendemus in 7.cap. quæſt.3.per tot.
63 Qua ratione fit, vt rectè Scæuola † diſpoſi-
tionem illam vocet fideicõmiſſum ibi, *Re-*
ſpondit, eum, qui fideicommiſſum ſibi præſta-
ri velit, vt,& ibi, *pro ea portione, quæ ex fidei-*
commiſſo præſtatur. Nec eſt contrarium, quod
eandem diſpoſitionem vocet legatum, quia
hoc ſæpiſſimè fit in Pandectis, *vt oſtendemus*
in eodem 7. cap. quæſt. 3. Nam, quia legatum
per damnationem relictum non differt a fi-
deicommiſſo, ſcilicet, quia vtrunque reſpi-
cit factum grauati, *vt diximus in hoc cap, q.*
21. *num.* 5. ideo fit,vt,quod verbis damnatio-
nis,vel verbis fideicommiſſi relictum eſt,mo
do legatum, modo fideicommiſſum appel-
letur, *vti videre eſt in l.Lucius Titius.90.* §. *Lu-*
cius Titius.2.ff.de leg.2.& d.l.uxorẽ. 39. §. *agri*
plagam .ff. de leg. 3. *Sed hac de re latius dicemus*
in eodem 7.cap.quæſt.3.num. 62. & ſeqq.

Ex his ergo intelligimus, ſecundum rece-
ptam opinionem, in contractu emptionis,
& venditionis regulariter eſſe locum iuri ac-
creſcendi propter intereſſe venditionis, ne
cogatur eſſe in communione cum emptore.
Idque adeo verum eſt, vt procedat.
64 Primo,etiam inuito emptore, † *vt dicemus*
in 8.cap quæſt. 9. num. 12. Nam,licet in con-
tractibus, ſi quando locum habet ius accre-
ſcendi, habeat volente, non inuito coniun-
cto, *vt ibidem oſtendemus num.* 5. hoc tamen
fallit, cum id inducitur propter alterius par-
65 tis intereſſe, quia, † cum hoc fauore illius
introductum ſit, Conſequens eſt, vt alter ei
renuntiare nequeat, *vt conſiuerant Alex. in d.*
l.un.num.12.C.quand.non pet.par.& Rip.in
d. l. re coniunctis, num. 227.

Secundo procedit etiam in vẽditione par-
tis, ſi venditor ante traditionem coactus ſit
66 aliam partem ſuſcipere, † vt in ſpecie . *l. Iu-*
lianus. 14.§.*Idem Celſus.ff de act.empt.& l. cõ-*
muni diuidundo. 7.§ ſi debitor verſ.nam, & ſi
partem. ff. commun. diuid. Nam, ſi commu-
nem cum Titio fundum habens partem meã
Caio vendidero, & ante traditionem coa-
ctus fuero communi diuidundo iudicium
accipere, in quo totus fundus mihi ſit adiu-
dicatus, neceſſariò debebit Caius cum par-
te empta, etiam eam, quæ mihi adiudicata
eſt, ſuſcipere, & refundere eam pecuniam,
quam Titio ſoluere condemnatus ſum, quia
æquum eſt, eandem eſſe conditionem em-
ptoris, quæ futura eſſet, ſi cum ipſo actum
eſſet communi diuidundo iudicio. Habet
igitur in hac ſpecie locum ius accreſcendi,
67 propterea quod † cauſa alienationis eſt ne-
ceſſaria. *Ita ſcribunt Alex. in d. l. ſi mihi, &*
Titio, num.10.verſ.Decimo, & ibi Iaſ. num. 9.
verſ. Nono, & Alcia. num. 11. *Gul. Ben. in d.*
cap. Raynutius, in verb. & uxorem nomine
Adelaſiam,num.149. verſ. Nono fallit.

Tertio procedit, etiam in retrouenditio-
ne: nam, ſi duo vendant alicui fundum,
cum pacto redimendi, & vnus venditorum
velit,alter verò nolit fundum redimere,por-
tio recuſantis accreſcet alteri, & per conſe-
quentias poterit is emptorem cogere ad to-
tam rem ſibi retrouendendam mediante re-
ſtitutione totius pretij, non ſolum, ſi recu-
ſans cedat ei iura ſua, quo caſu res procedit
68 ſine dubio † *vti videre eſt apud Bald.conſ.*133.
num.3.volum.1.Caſtr.in l.ſi quis aliam.46. nu.
3.ff.de ſolut.Crott in l.4.§.Cato, num. 16.in
fin. ff.de verbor.oblig.Petr. de Monte.in addit.
ad Gozad.in l.2.in lit C.ſub nu. 136. C. de pact.
inter empt.& vendit.Tiraq.de retract.conu.§.1.
glo.6.num.33. & 38. Sed etiam,ſi non cedat,
69 † *vt rectè cenſuit Obert.de Cremona,quem refert,*
& ſequitur Bertach.in ſuo repertorio.in verſic.
obligatus reuendere. Idem cenſuerunt Soc. Sen.
conſ.16.per tot.& ſpecialiter num.26.verſ.qua
opinione,volum.4 Cagn.in d.l.2.num.103.uerſ.
aut nolet . C.de pact.inter empt. & uend. Tiraq.
de retract.conuen d.§.1.glo.6.num.37. ubi teſta-
tur,ita fuiſſe iudicatum a Curia Pariſien,Boer.
deciſ.251.colum.3.verſ. Et idem, ſi conſtaret, &
in fin Gomez tom.1.varia.reſol.cap 10.num.3.
Gratia. tom. 2. diſcep.for.cap. 330. num.1.& 2.
Et eſt de mente omnium, quos referemus infra
num. 77.dum cenſent, poſſe unum ex vendito-
ribus inſolidum redimere, ſi alter negligat redẽ-
ptionem : Non enim hoc facere poſſet, ſi ſecuta
poſtea repudiatione non eſſet locus iuri accreſcen-
70 *di. Et ratio eſt*, quia † retrouendendi obli-
gatio eſt indiuidua, tamquam ea, quæ con-
tinet obligationem rem tradi, quæ diuiſio-
71 nem non recipit, † *vt in ſpecie docuerunt Bart.*
in d.l.cui vſusfructus.30. num.4.ff.de vſufr. leg.
& conſil.195.num.1.lib.1.Caſtr.conſ.221.num.
2.volum.1.Crott.in d.l.4.§.Cato, nu. 16. Cagn.
in d.l.2.num.102.verſ.3.quia,& num.103.uerſ.
Oppoſi-

Oppoſitum.C.de pact.inter empt. & vend. Boer.
d.deciſ. 251. colum. 3. verſ.cum ſit quid indiui-
duum,ideoque ex ea quilibet inſolidum age-
re poteſt ,ſecundum regulam.l.2.§. ex his.ff. de
verb.oblig. & vno non agente,vel excluſo lo-
cus eſt iuri accreſcēdi, ſeu potiùs non decre-
ſcendi ,ſecundum ea,quæ diximus in q. præced.
num. 38. Idem eſt, & in iure redimendi, ſeu
retrahendi, quod duobus, aut pluribus com-
72 petit ex vi ſtatuti, vel conſuetudinis,† vti vi-
dere eſt apud Caſtr.d.conſ.221.num.2. volum.1.
& conſ. 74.num.4. volum. 2. Alcia.in d.l.4.§.
Cato,num.66.verſ.& idem ,& num. 68. verſic.
Item fallit. Quæ ſententia eſt veriſſima, quia
73 †alioquin magnum ſequeretur abſurdum:
Aut enim emptor cogeretur retrouendere
partem tantum, quod eſt abſurdum, & con-
trariū receptæ Dd. opinioni, quæ vult, eum,
qui à duobus emit rem immobilem,vno pre
tio cum pacto de retrouendendo,non cogi
retrouendere, ſi vnus ex venditoribus velit
partem ſuam redimere oblata ſua parte pre-
74 tij. † Ita enim rectè cenſuerunt Bart. in d. l. cui
vſusfructus . 30. num. 4. ff. de vſuſruct. leg. &
in d.l.ſi quis aliam 46.num.4. ff. de ſolut. & d.
conſil.195.num.1.lib.1.Bald.in d.l.2.num. 3.in
fi.& ibi Gozad.num.136.Cagn.num. 102. in
princ.& verſ. Non eſt tamen,vbi teſtatur, hanc
eſſe communem. C. de pact. int. empt. & vendit.
Caſtr.in d.l.ſi quis aliam,num.2. & d.conſ. 221.
num.2.volum.1. Iaſ. in l.ſtipulationes non diui-
duntur 72.num. 21. vbi ait, hanc opinionem
nullum habere contradicentem, & ab ea non eſſe
conſulendo , & iudicando recedendum, Fabia.
de emptio. & vendit. quæſt. 7.prin. num.2. & 3.
Dec.in l. eius, qui.41.§. quas vero, num. 8.ff ſi
cert.pet.Soc.Sen.conſ.200 num.2.verſ.2. dicitur,
volum. 2. Bertach. in ſuo repert.in verſ.emptor
retrouendens, & in verſ. Obligatus reuendere,
Crott.in d.l.4.§.Cato,num. 16. vbi ait, hanc de-
ciſionem eſſe ab omnibus approbatam, & ibi etiā
ſequuntur Alcia. num. 65. & 68. & Horman.
Det.num.178.& 180. Boer.d.deciſ. 251. colum.
2.verſ.Et iſta pars , & uerſ.ſed, quantum ad ſe-
cundum, vbi ait, hanc eſſe ueram,& communem
ſententiam, Menoch.conſ.123.num.45. uerſ & è
contra,& num.46. And.Facb.lib.2.controu.cap.
2.per text.in l quod ſi nolit. 31. §.ſi plures, & §.
idem Marcellus.ff. de Aedil. edict.l.fiſtulas 78. §.
qui fundū.ff. de contr. empt. ne cogatur eſſe in
cōmunione cum redimente,cōtra ea,quę ſu-
pra diximus. Aut, ſi nō poſſet cogi ad retro-
uenditionē totius neceſſario deberet ſocius
ob alterius recuſationē excludi à redēptio-
ne etiā partis ſuæ,quod & ipſū abſurdum eſt.

Planè, ſi ex duobus venditoribus, aut hæ-
redibus venditoris vnus velit redimere, alter
verò, nec velit, nec nolit, puta quia ſit negli-
gens, aut abſens, & quæramus, an is, qui
vult, poſſit offerre totum pretium,& cogere
emptorem ad retrouendendam integram
rem, conſtat,rem eſſe controuerſam: Nam
plerique negant , hoc eum facere poſſe,
75 † vt Caſtr. in d.l.ſi quis aliam,46.num.3.ff. de
ſolut.Ober.de Cremona,quem refert,& ſequitur
Bertach.in d.ſuo reperto.in verſ. obligatus reuen-
dere, & Crott.in d.l.4.§.Cato num. 16. in fi.&
ibi Alcia. (cum aliqua tamen declaratione)
76 num.66. verſ. Tertia, & num.68.quia, † cum
duobus ſit facienda retrouenditio, cuius in-
diuiſa natura eſt, vt ſupra diximus, non po-
reſt vnus ſine alio petere, ne vnius præoccu-
patio alteri noceat.l.2.§.ex his.ff. de verbor.ob-
ligat. Denique , cum ſocius poſſit adhuc pro
ſua parte redimere,Conſequens eſt, vt inte-
rim impediat, ne alter totum redimere poſ-
ſit, ſcilicet, quia, qui, ad partem ſperatur ad-
mitti, interim facit partem,vt latè oſtendimus
in 7.cap.q.37.nu.1.& ſeqq.

Sed hoc non obſtante verior, & receptior
eſt opinio , poſſe ſtatim vnum ex venditori-
bus, aut venditoris hæredibus totam rem re-
77 dimere ſoluendo integrum pretium , † quia
hoc nec emptori nocet, nec ſocio , non em-
ptori, quia recipit totum pretium, nec cogi-
tur eſſe cum aliquo in communione,quo ca
ſu ceſſant omnes conſiderationes,quæ in ca-
ſu præcedenti operantur, vt non poſſit ad-
ſtringi ad retrouendendam partem. Neque
nocet ſocio , quia redemptio ab alio facta
non excludit eum à iure ſuo: Poterit enim
is , ſi intra tempus redimere voluerit, reſti-
tuendo ſocio ſuam pretij partem ab eo recu-
78 perare partem rei , † vt in ſimilibus caſibus
fieri conſueuit, ſicuti videre eſt in l. fiſtulas .78.
§.qui fundum . ff. de contr. empt. l. 1. §.ſed, &
quoties.ff.ad Treb.l.in bello. 12. §.ſi ſeruus plu-
rium.ff.de capt.& poſtl. reuer.Quod,ſi redime-
re noluerit,aut non potuerit, remanebit tota
res apud ſocium per ius accreſcendi, ſeu non
decreſcendi, quippe, quod in hoc redimen-
79 di iure locum habet, † vti ſupra diximus . Et
ita in ſpecie docuerunt Bald.d.conſ.133.num.3.
volum.1.ſecundum quod conſilium fuiſſe per ar-
bitros iudicatum, conſtat ex eodem Bald conſil.
384.in prin. volum. 1.quod conſilium in eadem
cauſa redditum eſt ; Idem cenſuerunt Caſtr. d.
conſ.221.nu.2.uolum.1. Alex. in add. ad Bart.
in d.l.cui uſusfructus.30.ſub num.4. in lit. b. ff.
de uſuſr.lega.Soc.Sen.in l.1.§.ſed, & quoties, nu.
4.ff.ad Treb. Iaſ. in d. l. ſtipulationes non diui-
duntur.72.num.21.uerſ.Tene. ff. de uerb. oblig.
Petr.de Monca.in addit.ad Gozad.in d.l.2.ſub
nu.136.in lit. c. ubi refert eiuſdem Gozad. conſi.
ſecundum quod ait fuiſſe Bononiæ iudicatum,
& probat etiam ibi Cagn.num. 103. uerſ. Oppo-
ſitum , ſubijciens , ita ſæpius ſe conſuluiſſe, &
conſultum uidiſſe C. de pact. int. empt. & uend.
Id ipſum probarunt Horm.Det.in d.l.4 §.Cato,
nu.181.ff.de uerb.oblig. Tiraq. de retract. conu.
d.§.1.glo.6.num.37.& 38.Boer. d.deciſ. 251. in
fi.ubi refert, ita fuiſſe a Curia iudicatum.Andr.
Facb.d.lib. 2.controu.cap.2.uerſ. Coeterùm , ubi
ait, hanc ſententiam eſſe communiorem, & , ut
ſibi uidetur,probabiliorem. Idem probauit Gra-
tia.d.tom.2.diſcep.for.cap.330.nu.1. & Maſtril.
dec.21.n.1.& 9.vbi refert,ita fuiſſe deciſum. Idq
faciliùs obtinebit, ſi volens redimere cau-
tionem offerat,de ſeruando emptore indem-
ne à moleſtia, quam ei ſocius inferre poſſet,
ſeu de remittenda ſocio parte, ſi eam habere
maluerit, dummodo pretij partem ad eum
ſpectantem, & à ſe ſolutam reſtituat, quod
80 facere conſulitur, † uti uidere eſt apud Iaſ. in
d. l. ſtipulationes non diuiduntur. 72.num. 21.
uerſ.Tene.ff.de uerb.oblig.Horm.Det.in d.l. 4. §.
Cato,num.181.in fin.Petr.de Monca. in addit.
ad Gozad in d.l. 2.ſub num. 136. in lit. c. & ibi
Cagn.num.103.in fin.Boer.d.deciſ.251. colum.
3.uerſ.& præſertim,Tiraq.de retr. conu. d. §. 1.

*glo.6.num.38. in fi.Gratia.d. tom.2.diſcep.for.
cap.330 num.*6.Imo facere tenetur, *ſecundum
Maſtril.d.deciſ.21.num.4. & 9. ubi ait, ita con-
ſilium determinaſſe*: Eſt enim hoc vnicum, &
legale remedium, quo ſocius vti debet ad
tollendum impedimentum, quod ex negli-
gentia, vel abſentia ſocij non petentis oritur,
81 † *ſicuti uidere eſt in l. 1. §. ſi pecunia in ſacculo,
verſ.ſed, ſi res.ff.depoſ.l.fideicommiſſa 11. §.ple-
rumque.ff.de leg. 3. l.quid ergo. 5. ff. de lib.leg. Et
nos latius oſtendemus in 7. cap. quaeſtio. 37.per
tot.*

Quarto procedit etiam in retentione, quæ
vicem emptionis obtinet: Nam, ſi emphy-
teuta duorum dominorum rem velit diſtra-
here, & vnus ex dominis conſentiat aliena-
tioni, alter verò rem malit retinere ſoluto
pretio, audiendus erit, ſi velit retinere to-
tam rem, & integrum pretium perſoluere,
82 † *per d.l.in bello 12. §.ſi ſeruus pluriũ.ff.de capt.
& poſtl.reu.* quia portio condomini accreſcit
illi, ne res diuidatur, aliàs, ſi partem tantum
83 retinere velit, non erit audiendus, † ob ea,
quæ latè ſupra diximus. *Ita ſcripſerunt Gul.
de Cun.& Alberic.de Roſa.quos refert, & ſequi-
tur Iaſ.in d. l. ſtipulationes non diuiduntur. 72.
in prin.num.21.verſ.Ad idem fact.ff.de uerbo.
obligat.*

Planè interdum etiam in emptione, &
venditione ius accreſcendi ceſſat: Primùm
enim, ſi duobus facta ſit venditio earum re-
rum, quæ pondere, numero, menſurauè cõ-
ſiſtunt, licet in perſona vnius non valeat,
non tamen ſuſtinebitur in perſona alterius
84 in totum, ſed tantum pro parte, † quia, cum
huiuſmodi res ſui natura diuiſionẽ recipiãt.
*l. 2.§.& harum.l.in executione.85.in prin. cum
ibi nota.ff.de uerbor. obligat.* & tantam afferãt
vtilitatem in parte reſpectu partis, quantam
in toto reſpectu totius, ceſſat venditoris in-
tereſſe, nec poteſt is cauſari, ſe non fuiſſe
venditurum, niſi totum, ideoque ceſſare de-
bet ius accreſcendi. *Ita Alcia.in d.l.ſi mihi.&
Titio. 110. num. 8. & ibi Cuiac.ff. de uerbor.
obligat.*

Secundo verò, ſi venditio fundi fuerit ini-
tio facta per partes, vt, quia dictum ſit, mihi
fundi dimidam, Titio dimidiam emptam
volo, magis eſt, vt, etiamſi in perſona Titij
non poſſit emptio conſiſtere, nihilominus
85 ceſſet ius accreſcendi: † Hoc enim eſt, quod
ſentit Baldus *in l.un.§.in primo,num.13. C.de
cad.toll.* dum ait, ſe intelligere *l. fundus ille*,
de coniunctis re, & verbis, aliàs non habere
locum ius accreſcendi, quia ſola coniunctio
re, & verbis eſt perfecta coniunctio, quia co-
pulatiua tenet locum formæ, & res locum
materiæ; Significat enim, diſpoſitionem eius
legis non procedere, ſi partes initio fuerint in
venditione factæ, ſcilicet, quia non poſſunt
tunc dici re, & verbis coniuncti, ſed tantum
coniuncti verbis, cum partium diſtributio
tollat realem coniunctionem, *ut diximus in
quinto cap.quaeſt.1.num.6.* Id ipſum ſenſiſſe vi
detur Politus *in d.l.re coniuncti, num.51. verſ.
Non obſtat poſtremo*, dum ait, in ſpecie. *l.fun-
dus ille*, ius accreſcendi procedere ex vi con-
iunctionis: Sentit enim de mixta, non etiam
de verbali, quippe, quæ ſimplici coniunctio-
nis verbo non comprehenditur, *ut oſtendimus
in 5.cap.q.28.num.14.* Sed hoc ita demum ve
86 rum puto, † ſi venditio non vno pretio facta
fuerit, ſed pretijs diſtinctis, quo caſu ceſſat
ratio, propter quam aliàs dicimus, inſoli-
dum eſſe ſuſtinendam venditionem: Nam
ratio eſt, quia venditio, tamquam vno pretio
facta cenſetur ex voluntate contrahentium
indiuidua, ideoque non poteſt pro parte ſu-
ſtineri, & pro parte non, *ut diximus ſupra
num.4.* At hæc ratio ceſſat, quoties initio fuit
venditio per partes facta, quia tunc non
cenſetur vna, & ſic indiuidua, ſed duplex,
ideoque non eſt abſurdum, pro vna parte
eam ſuſtineri, pro alia verò non. Coeterùm,
ſi ſit facta vno pretio, non puto à regula re-
cedendum, cum eadem ſemper militet in-
diuiduitatis ratio, cui non obeſt partium di-
ſtinctio, quia eſt expreſſio eius, quod tacitè
inerat, ſcilicet, quia, qui ſibi, & Titio fundũ
emit, haud dubiè vult ſibi dimidiam, & Ti-
tio aliam dimidiam emere, ideoque nihil in
contractibus operari debet. *l. 3. C. de fide-
iuſſo.*

Tertio, ſi venditio facta duobus ab initio
valeat in perſona vtriuſque, licet poſtea in
perſona vnius effectum non habeat, non ta-
87 men erit locus iuri accreſcendi † *ſecundum
Alex.in d.l.ſi mihi,& Titio,num.3.et ibi Iaſ.nu.
4.verſ.in ea glo.ibi,uel obeſſe,& Crott.in d. l. re
coniuncti num.46.verſ.4.* Sed hæc opinio de-
88 bet intelligi † quando partes fuerunt duobus
venditę pretijs diſtinctis, quo caſu venditio
eſt diuidua. *l.quod autem 14.§.fin. cum l.ſeq.ff.
de in diem add.* Nam, ſi facta eſſet vno pretio,
non puto à regula recedendum, *prout etiam
cenſuit Gomez.d.tom.1.uaria.reſol.cap.10.num.
3* quia, cum talis venditio ſit indiuidua. *l.
quod, ſi uno. 16 ff. eod.* Conſequens eſt, vt pro
parte tantum ſuſtineri nequeat, ne alioquin
venditor cogatur partem retinere, & cum
alio eſſe in communione contra ea, quæ ſu-
pra diximus.

Quarto, ſi pretium non fuerit in vendi-
tione definitũ, ſed remiſſũ arbitrio boni, viri,
cenſent noſtri communiter, ius accreſcendi
ceſſare, quia, cum bonus vir in definiendo
pretio debeat habere rationem eius intereſſe
quod venditor patitur ex alienatione ſolius
partis, ſit, vt, quaſi ſublata iuris accreſcendi
cauſa, nempe intereſſe, & ipſum ius accre-
89 ſcendi ceſſare debeat. † *Ita per l.uxorẽ.39.§.
agri plagam.ff.de leg.3.cenſuerunt Alex.in d. l.ſi
mihi, & Titio,num.3.& ibi Iaſ. num.4. uerſic.
Contra, Et in retrouenditione probat etiam Cag.
in d.l.2.num.102.uerſ.ex quibus infertur. C.de
pact.int.empt.& uend.* Sed hæc declaratio mi-
90 hi non videtur vera, † *prout etiam dixi ſupra
num.49.* quia, licet non inficier, debere virũ
bonum plus æſtimare partem, quæ ſola ven-
ditur, quam, ſi res integra venderetur, hoc
tamen intelligendum puto, quado ſola pars
à principio venditur. At, quando venditur
tota res, licet ex poſt facto deficiat vnus ex
emptoribus, non tamen ratio patitur, vt al-
ter ratione ſuæ partis maiore pretio onere-
tur, ne vnius defectus alteri noceat, ſed pro-
babilius eſt, debere etiã in hac ſpecie totius
rei emptionem ad eum, qui ſupereſt, pertine-
re, *ſecundum regulam.d.l.fundus ille, & ea,
quæ ſupra diximus.*

Quinto, ſi venditoris non interſit, contractum in totum ſuſtineri, vt, quia modico pretio vendiderit, non habebit in emptione, & venditione locum ius accreſcendi, ſed portio deficientis apud venditorem remanebit,
91 *† ſecundum Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & uxorem nomine Adelaſiam, num. 148.*
92 *uerſ. Quarto fallit*, quia † ceſſat tunc ratio, propter quam aliàs in huiuſmodi contractu ius accreſcendi inducitur, *ſecundum ea, quæ ex frequentiori Dd opinione retulimus ſupra num. 30. & ſeqq.* Et hæc de emptione, & venditione.

SVMMARIVM.

1 *Locatio, & conductio eſt proxima emptioni, & venditioni.*
2 *Locatio, & conductio, an ſit, an uerò emptio, & uenditio, plerunque dubitatur.*
3 *Locatio, & conductio iiſdem regulis conſiſtit, quibus emptio, & uenditio.*
4 *Argumentum ab emptione, & uenditione, ad locationem, & conductionem ualet.*
5 *Ius accreſcendi locum habet in contractu locationis, & conductionis, & num. ſeqq.*
6 *Locatio, & conductio eſt contractus ultro, citroq; obligatorius.*
7 *Locatio, & conductio non continet cauſam lucratiuam, ſed onerosam;*
8 *Locatio, & conductio donationis cauſa facta nulla eſt.*
9 *Communio etiam in uſu parit diſcordias.*
10 *Locatio, & conductio eſt contractus bonæ fidei.*
11 *Locatio, & conductio uno pretio facta eſt indiuidua, & cur num ſeqq.*
13 *Locator debet præſtare ſucceſſiuam patientiam.*
14 *Patientia non poteſt à locatore præſtari pro parte.*
15 *Locaturus partem nemo præſumitur.*
16 *Ius accreſcendi locum habet in locatione, & conductione, ſi conſtit, talem fuiſſe mentem contrahentium.*
17 *Ius accreſcendi locum habet in locatione, & conductione, ſi fuerit facta durante uita conductorum.*
18 *Ius accreſcendi locum habet in locatione, & conductione, ſi conductores inſolidum ſe obligauerint pro ſolutione penſionis, ſeu mercedis.*

An, &, quando ius accreſcendi locum habeat in locatione, & conductione.

Quæſtio Trigeſimaquarta.

Ex his autẽ, quæ de emptione, & venditione diximus, facile erit intelligere, quid de locatione, & conductione ſit ſtatuendũ, cũ quærimus, an in ea, locũ habeat ius accreſcẽdi: Nam, quia locatio, & conductio proxima eſt emptioni, & vendi-
1 tioni. † *l. 2. in princ. ff. locat. & Inſt. eo. in prin.* & adeo ei ſimilis, vt pleſunque dubitari ſoleat, vtrum actus, qui geritur, debeat locationis, & conductionis, an verò emptionis, &
2 venditionis contractus iudicari, † *vti videre eſt in d. l. 2. §. 1. ff. locat. & §. adeo, Inſt. eod. l. Sabinus. 20. & l. conuenit. 65. ff. de contr. empt.* ideo fit, vt iiſdem, quibus illa, iuris regulis conſiſtat, & ſecundum illius naturam regulari de-
3 beat. † *d. l. 2. in prin. ff. loca. & Inſt. eod. in princ.* Quamobrem in quæſtionibus definiendis, vt plurimum arguunt prudentes ab emptione, & venditione ad locationem, & condu-
4 ctionem, † *vti videre eſt in l. ſicut emptio 23. in prin. et l. item, ſi pretio. 25. §. quemadmodum. ff. locat.* Cum igitur in contractu emptionis, & venditionis locum habeat ius accreſcendi. *l. fundus ille. 64. ff. de contr. empt. et ex frequentiori Dd. opinione retulimus in q. præced. num. 2. et ſeqq.* Conſequens eſt, vt etiam in contractu locationis, & conductionis locum habere
5 debeat. † Et ita in ſpecie docuerunt. *Bald. in d. l. ſi mihi, et Titio 110. in prin. verſ. ſed ego dixi. ff. de verb. oblig. et Carpa. ſuper ſtat. Medio. part. 2. cap. 379 num. 182.* Quod etiam multis probatur argumentis.

Primum enim ius accreſcendi locum habet in contractibus vltro, citroque obligatorijs, *vt ex frequentiori Dd. opinione retulimus in q. præced. num. 37.* Sed locatio, & conductio eſt contractus vltro, citroque obligatorius
6 † *l. Labeo. 19. §. contractum ff. de verbor. ſignific. §. 1. Inſt. de auth. tuto. §. fin. Inſt. de oblig. ex conſ. l. 2. in fin. ff. de actio. et oblig. Et in his terminis conſiderat Carpa. d. cap. 379 num. 182.* Ergo in ea locum habere debet ius accreſcendi.

Secundo verò locum habet ius accreſcendi in ijs contractibus, qui non continent cauſam lucratiuam, ſed onerosam, *vt retulimus etiam in q. præced. num.* 34. Sed huiuſmodi eſt
7 contractus locationis, & cõductionis, † quod patet ex eo, quia, ſi donationis cauſa fiat, nul
8 lius eſt momenti. † *d. l. ſicut emptio. 23. in prin. et l. ſi quis conduxerit. 49 ff. locat. l. ſi quis ante 10. §. fin. ff. de acquir. poſſ.* Ergo in eo debet habere locum ius accreſcendi.

Tertio, quoties intereſt aduerſarij contractum in totum ſuſtineri, toties in contractu locum habet ius accreſcendi, *vt etiam ex recepta Dd. traditione retulimus in q. præced. nu.* 32. Sed in locatione, & conductione intereſt locatoris contractum in totum ſuſtineri, ne alioquin inuitus cogatur eſſe in communione cum conductore, non quidem reſpectu dominij, ſed reſpectu vſus, & perceptionis fructuum, quæ etiam communio, vt plu
9 rimum diſcordias parit. † *l. cum pater. 79. §. dulciſſimis. ff. de leg. 2.* Ergo etiam in ea locum habere debet ius accreſcendi.

Quarto facit, quia ius accreſcendi locum habet in contractibus bonæ fidei, *vt ſcribunt ij, quos retulimus in d. quæſt. præced. num. 26.* Sed huiuſmodi eſt contractus locationis, &
10 conductionis. † §. *actionum. Inſt. de actio.* Ergo etiam in eo locum habebit ius accreſcendi.

Quinto demum in contractibus indiuiduis, ſeu indiuiduam obligationem continentibus locum habet ius accreſcendi, ſeu ius non decreſcendi, *vt ex communi dd. ſententia retulimus in hoc cap. q. 32. num.* 38. ſiue ſint indiuidui ex natura rei, ſiue ex voluntate contrahentium, *vt oſtendimus in q. præced. nu. 10. et d. quæſt. 32. num. 41.* Sed contractus locationis, & conductionis cenſetur indiuiduus,

11 † *vt ſcribunt Bald. conſ. 475. nu. 8. volum. 1. & Tiraq. de retr. lign. §. 23. gl. 1. num. 12. Et eſt de mente Bart. conſ. 159. num. 8. verſ. Propter ergo, lib. 1. Alex. conſ. 17. num. 10. vol. 4. Soc. ſen. in l. 1. §. ſed & ſi mihi num. 11. ff. de verb. oblig. Ruin.*
12 *conſ. 17. num. 12. volum. 1.* tum, quia † conſtat vno pretio, ſiue vnâ penſione, & mercede *l. ea lege. 53. §. locauit, verſ. Non enim, & l. inſulã. 60 ff. locat.* & continet obligationem faciẽdi,
13 idest, præſtandæ ſucceſſiuæ patientiæ † *l. ſi qs domus. 9. in prin. & ibi Bart. num. 2. Caſtr. nu. 4. & l. ex conducto. 16. in prin. ff. locat. Soc. ſen. conſ. 156. num. 10. verſ. primo, vol. 2. Ceph. conſ. 577. num. 3. Bec. conſ. 45. num. 19. vol. 1. Surd. deciſ. 326. num. 17. Peguer. deciſ. 214 num. 2.*
14 quæ pro parte impleri nequit, † *d. l. ex conducto. 16. in prin. ff. loca. & ſcribit Bec. d. conſ. 45. num. 20. vol. 1.* tum etiam, quia talis præſumitur fuiſſe mens contrahentium, quippe, q̃ non cenſentur voluiſſe pro parte contrahere
15 locationem, & conductionem, † *vt ſentiunt omnes, quos retulimus ſupra num. 11.* Ergo etiã in huiuſmodi contractu ius accreſcendi, ſeu non decreſcendi debet habere locum.

Hæc autem multo faciliùs procederent, ſi ex verbis, aut aliqua alia circunſtantia colligeremus, talem fuiſſe mentem contrahen-
16 tium; † Nam, tunc, quia locum haberet ius accreſcendi, etiam in cõtractibus lucratiuis, *vt diximus in d. q. 32. num. 48. & ſeqq.* Conſequens eſt, vt multomagis locum habere debeat in cõtractibus oneroſis, vt in emptione, & venditione, locatione, & conductione, & id genus alijs, quippe, qui faciliùs ius accreſcendi recipiunt, quam lucratiui, *vt patet ex ijs, quæ diximus in q. præced. num. 34. & dicemus in q. 36. per tot.* Quæ autem ſint verba, quæuè coniecturæ, ex quibus talis mens poſſit deduci, facile erit ex ijs intelligere, quæ diximus *in d. q. 32. num. 53. & ſeqq.* & latè dicemus *in hoc cap. q. 37. & q. ſeq.* vbi varias afferemus coniecturas, quæ talem indicant voluntatem, quæq; poterunt ad omnes contractus adaptari. Quamobrem & ex eo, quod locatio fuerat facta durante vita condu-
17 ctorum, † deduxit Rota, mentem contrahẽtium fuiſſe, vt inter conductores locum haberet ius accreſcendi, *apud Farin. in recoll. deciſ. part. 1. deciſ. 435. num. 4.* maximè, cum conductores ſe obligaſſent inſolidum pro ſolutione penſionis, ſeu mercedis: Ex hoc enim collegit, mentem eorum fuiſſe, vt etiã inſolidum quilibet conductione frueretur, & per conſequentias, vt inter eos locum ha-
18 beret ius non decreſcendi, † *vt conſiderat ibi Rota num. 7.* Et hæc de locatione, & conductione.

SVMMARIVM.

1 *Permutatio eſt ſimilis emptioni, & venditioni.*
2 *Permutatione rerum, an cõtrahi poſſit emptio, & venditio, dubium fuit apud veteres.*
3 *Permutatio vicem emptionis obtinet.*
4 *Ius accreſcendi locum habet in contractu permutationis, & cur, num. 5.*
6 *Permutatio eſt contractus oneroſus, non lucratiuus.*

An, & quando ius accreſcendi locum habeat in permutatione.

Quæſtio Trigeſimaquinta.

SVpereſt, vt videamus de permutatione, quæ & ipſa magnam cum venditione
1 ſimilitudinem habet, † *vt pluribus oſtendit gl. in l. 2. in verb. obtinere. C. de rer. perm. & in l. 1. in verb. placuit. C. comm. vtriuſq; iudic.* adeo, vt apud veteres dubitatum fuerit, an permutatione rerum cenſeri poſſit contracta
2 venditio, † *ſicuti videre eſt in l. 1. in prin. ff. de contr. empt. l. 1. ff. de rer. perm. l. emptionem. 7. C. eod. §. Item pretium, Inſt. de empt. & vend. l. naturalis. 5. §. 1. ff. de præſcrip. verb.* Et quamquã obtinuerit ſententia Proculianorum exiſtimantium, aliud eſſe permutationem, aliud emptionem, & venditionem, illud tamen etiam receptum eſt, permutationem emptio-
3 nis vicem obtinere † *l. 2. C. de rer. perm.* & ſecundum eius naturam regulari. Quamobrem non eſt dubitandum, quin ita in permutatione, vt in venditione locus ſit iuri accreſcendi, ſi quis alij fundum puta det, vt ſibi, &
4 Titio alius fundus detur, † *vt in ſpecie docuit Cin. in l. fin. C. de inut. ſtip.* Eſt enim eadem vtriuſq; contractus ratio, *vt ibi Cin. ait*, ſcili-
5 cet, quia † aliter poſito iure cogeretur is, qui fundum dedit, remanere cum alio in communione, quod eum voluiſſe, non eſt veriſimile, *vt oſtendimus in hoc cap. q. 33. num. 31.* Quamobrem hoc reſpectu dicitur, eius intereſſe, vt in totum ſuſtineatur permutatio, ſi poteſt, aliàs à tota recedatur. Et verò, cum non minus permutationis, quam emptionis
6 contractus ſit oneroſus † *vt oſtendit Men. conſ. 1126. num. 26.* Conſequens eſt, vt ita in eo, vt in hoc locum habere debeat ius accreſcẽdi, *per ea, quæ diximus in d. q. 33. num. 34.* Ex quo intelligimus, ea omnia, quæ de emptione, & venditione diximus *in d. q. 33.* debere cenſeri, & in contractu permutationis, & ijs cauſis, quæ permutationis genus continent, repetita. Et hæc de contractibus oneroſis.

SVMMARIVM.

1 *Donatio continet cauſam lucratiuam.*
2 *Ius accreſcendi locum habet in donatione facta à priuato, Sed contra num. 5. & ſeq. & cur, num. 8.*
3 *Declaratur l. vn. C. ſi lib. Imp. ſoc. ſin. hared. deceſ. lib. 10. & num. 15. & ſeqq. vſq; ad fin.*
4 *Donatio inter viuos magis æquiparatur vltimæ voluntati, quam contractui, Sed contra num. 9.*
7 *Donatio eſt contractus.*
10 *Ius accreſcendi non habet locum in donatione inter viuos, etiamſi facta ſit deſcendentibus.*
11 *Ius accreſcendi non habet locum in melioratione, quam filijs faciunt Hiſpani.*
12 *Ius accreſcendi locum habet in donatione, quæ neceſſariò fit a matre nubente intra annum luctus, Declara, vt num. 13.*
14 *Ius accreſcendi locum habet in donatione, ſi ex verbis*

verbis, aut coniecturis conſtet, talem fuiſſe mentem donatoris.

16 *Ius accreſcendi locum habet in donatione facta à principe, & num. 36. & cur, num. 21. & ſeqq. Declara, ut num. 42. & ſeqq.*

17 *Pars ſocij liberalitates Imperialis ſine harede decedentis, quo iure pertineat ad ſocium, & num. ſeqq.*

20 *Dominus directus, cui feudi, uel emphyteuſis portio deuoluitur, tenetur potiùs inueſtire ſocium, quam extraneum.*

25 *Liberalitas eſt propria principum.*

26 *Donatio principis debet potiùs interpretatione augeri, quam diminui.*

27 *Donationes principum multis cenſentur priuilegijs.*

28 *Donatio principis non debet inſinuaari.*

29 *Donatio inter Auguſtum, & Auguſtam valet.*

30 *Donatio à principe facta filiofam. non acquiritur eius patri, etiam quoad vſumfructum.*

31 *Donatarius principis ſtatim eſt ſecurus.*

32 *Ius accreſcendi locum habet in omni liberalitate principis.*

33 *Ius accreſcendi locum habet in omni diſpoſitione, & contractu principis gratuito.*

34 *Ius accreſcendi locum habet in omnibus principum conceſſionibus mera liberalitate factis.*

35 *Ius accreſcendi non habet locum in principum conceſſionibus non gratuitis.*

37 *Ius accreſcendi locum habet in donationibus, & conceſſionibus factis ab Imperatori.*

38 *Papa eſt maior Imperatore.*

39 *Reges Francorum, & Hiſpaniarum non recognoſcunt ſuperiorem.*

40 *Ius accreſcendi locum habet in donationibus factis à principibus non recognoſcentibus ſuperiorem, & cur, num. 41.*

42 *Principes ſub nomine perpetuę dignitatis ab Eccleſia, vel Imperatore inueſtiti qualiter dicantur ſuperiorem recognoſcere.*

43 *Principes ſub nomine perpetua dignitatis ab Eccleſia, vel Imperatore inueſtiti non recognoſcunt ſuperiorem, Declara, ut ibi.*

44 *Ius accreſcendi non habet locum in donationibus factis à Ducibus Italia, qui reſpectu vniuerſitatis ſuperiorem recognoſcunt, Sed contra, num. 45.*

46 *Principes ſub nomine perpetua dignitatis ab Eccleſia, vel Imperatore inueſtiti habent in ſuis ditionibus iura Imperij, ſiue eandem poteſtatem, quam Imperator in terris Imperij.*

47 *Principes ſub nomine perpetua dignitatis ab Eccleſia, vel Imperatore inueſtiti in ſuo ſtatu ſunt, vt Imperatoris.*

48 *Ius accreſcendi non habet locum in donationibus factis à principibus, qui ſuperiorem omnimodo recognoſcunt, & cur, num. 49.*

50 *Ius accreſcendi locum habet in donatione principis, ſi ſocius deficiat, Declara, ut num. ſeqq.*

51 *Ius accreſcendi locum habet in donatione principis, ſi ſocius deficiat ante acquiſitionem, & cur, num. 52.*

53 *Ius accreſcendi, ut habeat locum in donatione principis, etiam poſt acquiſitionem, eſt ſpeciale, & num ſeq.*

55 *Ius accreſcendi locum habet in donatione principis, ſi ſocius deceſſerit nullis relictis deſcendentibus, etiamſi reliquerit extraneos haredes, Sed contra, num. 56. & cur, nu. 57. Limita, ut nu. 58. & ſeq.*

60 *Ius accreſcendi non habet locum in donatione principis, niſi fuerit facta motu proprio, & cur, num. 61.*

62 *Ius accreſcendi non habet locum in donatione principis, niſi facta ſit coniunctim, & cur, nu. 63.*

64 *Ius accreſcendi non habet locum in donatione principis, ſi tertius in re donata ius habeat, Declara, ut num. 65.*

An, & quando ius accreſcendi locum habeat in donationibus inter viuos.

Quæſtio Trigeſimaſexta.

NVnc tranſeamus ad eos, qui ſunt lucratiui, ſiue continent cauſam lucratiuam, cuiuſmodi ſunt donatio-
1 nes † *§. ſi res aliena, Inſt. de legat.* & videamus, an in ijs locum habeat ius accreſcēdi. Separatim autem nobis erit diſpiciendum, Primo, quid, ſi donatio fuerit facta à priuato. Secundo verò, quid, ſi à principe.

Et, ſi quidem à priuato facta ſit, cenſent plerique in ea locum habere ius accreſcen-
2 di, † *In qua ſententia fuerunt Ant. Fum. de coniun. c. 21. nu. 3. & Decia. conſ. 27. n. 39. vol. 3.* Mouentur autem.

Primo *l. vn. C. ſi lib. Imp. ſoc. ſin. har. deceſ. lib.*
3 10. quæ vult, † hoc ius etiam in donationibus habere locum: Nam, & ſi loquatur de donatione facta à principe, non tamen (ſecūdum eos) ita videtur accipienda, quaſi contineat ius aliquod ſingulare, quia ſingularitas, ſi qua conſiderari poteſt, in eo conſiſtit, vt in donatione principis ius accreſcendi locum habeat, etiam poſt quæſitum emolumentum, quod in alijs donationibus non procedit. *Ita arguit Anto. Fum. de coniunct. d. cap. 21. nu. 3.*

Secundo mouentur, quia donatio, tamquam ea, quæ cōtinet meram liberalitatem, magis æquiparatur vltimæ voluntati, quam
4 contractui, † *vt eſt doctr. Bart in l. demonſtratio. 17. num. 10 ff. de condit. & demonſtr.* Vnde, cum in vltimis voluntatibus locum habeat ius accreſcendi, *ut diximus in hoc cap. q. 18. nu.* 7. Conſequens eſt, vt debeat etiam habere locum in donationibus. *Ita arguit Decia. d. cōſ. 27. nu. 39. uol. 3.*

Prædictis tamen non obſtantibus verius, & receptius eſt, in donationibus factis à priuatis regulariter non habere locum ius accre-
5 ſcendi. † Ita enim ſcripſerunt *Bal. in d. l. un. nu. 27. C. quand. non pet. part. Ruin. conſ. 120. num. 12. in fi. uolum. 1. Chaſſa. conſ. 51. num. 4. uerſic. Contrarium, & conſ. 59. num. 10. Zuccar. conſil. 2. num. 23. uerſ. Nec obſtat, cum conſideratur, & conſ. 3. num. 17. Gomez. tom. 1. uariar. reſol. cap. 10. num. 1. Duar. lib. 1. de iur. accr. cap. 16.* Et eſt de mente eorum, qui ſcripſerunt, in contractibus gratuitis, ſeu cauſam lucratiuam habentibus non habere locum ius accreſcendi,
6 † *ut Ang. in l. communis ſeruus. 5. ff. de ſtip. ſeruo. Iaſ. in d. l. re coniunctis, num. 258. uerſ. ultimo, Gomez. d. tom. 1. uariar. reſol. cap. 10. num. 1.*

& 6. uerſ. primo, *& alij*, *quos retulimus in hoc cap. quæſt. 33. num. 34*, Quod etiam innuunt dicentes, eſſe ſpeciale in donatione facta à principe, vt in ea locum habeat ius accreſcendi, *quos referemus infra num. 53.* Significant enim in alijs donationibus regulariter non habere locum, quia ius ſingulare in vno denotat ius commune in contrarium *. l. cum haredes. 23. §. 1. ff. de acquir. poſſeſſ.* Et ſanè, cum in contractibus locum non habeat ius accreſcendi, *ut oſtendimus in hoc cap. quaſt. 32. num. 10. & ſeqq.* Conſequens eſt, vt nec debeat habere locum in donationibus, quippe, quæ
7 inter contractus numerantur. † *l. ſi donationis. 7. C. de his, quę ui metuſue cauſ. fiunt. l. cõtractus. 16. C. de fid. inſtr. Ita arguit Chaſſa. d. conſil. 51. num. 4. uerſ. contrarium, & d. conſ. 59. num. 10.* Deinde verò, cum in donationibus eadem ſubſit, quæ & in coeteris viuentium cauſis,
8 ratio, ſcilicet, quia † etiam in ijs ſtricte facienda eſt interpretatio. *l. cum, qui. 22. ff. de donat.* Quam ob cauſam in cõtractibus ceſſare ius accreſcendi diximus *in eadem quæſt. 32. num. 30.* ſequitur, idem etiam debere ſubeſſe ius, & per conſequentias ita in ea, vt in alijs viuentium cauſis debere ceſſare ius accreſcendi.

Neque obſtant contraria: Ad primum enim reſpondent noſtri frequentiùs, & rectè, id eſſe ſpecialiter receptum in donatione facta à principe, *vt oſtendemus infra num. 53.* ideoque non eſſe trahendum in conſequentiam. *Ita reſpondent omnes, quos ibi referemus.*

Ad ſecundum verò reſpondeo, negando, donationem inter viuos magis vltimis voluntatibus, quam contractibus comparari, quia verius eſt, imo eam ferè in omnibus à
9 poſtremis voluntatibus differre, † vt *patet ex ijs, quæ diximus in hoc cap. quæſt. 23. num. 6. &* ex eo intelligimus, quia, cum hoc dicatur eſſe proprium donationis cauſa mortis, vt magis vltimis voluntatibus, quam contractibus comparetur, *ut oſtendimus in hoc ca. q. 22. num. 12. & ſeqq.* Conſequens eſt, vt idem dici nequeat de donatione inter viuos, quippe, quæ eſt ſpecies illi oppoſita *l. Senatus. 35. §. donatio, uerſ. ſed mortis. ff. de mort. cauſ. donat. §. 1. Inſt. de donat.* Nec eſt contrarium, quod interdum vltimis voluntatibus comparetur, *ut in terminis, de quibus loquitur Bart. in contrarium allegatus*, quia & contractus omnes interdum poſtremis voluntatibus æquiparantur, & tamen nemo rectè dixerit, debere eos ſecundum vltimarum voluntatum naturam regulari. Licet igitur in vltimis voluntatibus locum habeat ius accreſcendi, non tamen ſequitur, debere etiam in donationibus habere locum. Idq; adeo verum eſt, vt procedat, non ſolum ſi donatio fuerit facta extraneis, ſed etiamſi deſcendentibus: Nam ne inter eos quidem poterit eſſe locus iuri
10 † accreſcendi. Quamobrem, ſiue mater donet filijs, quo caſu donatio ſtatim valet. *l. uelles, nec ne. 6. & l. his ſolis. 7. C. de reuoc. donat.* ſiue etiam pater, ſed ſimus in caſibus, in quibus talis donatio ſtatim valeat, vt, quia facta ſit emancipatis. *l. ſiue emancipatis. 17. & l. ſi quis in emancipatum. 26. C. de donat.* vel ſit iurata, vel probata à lege, puta à lege Tauri, quæ vult, donationem, ſiue, vt loquuntur Hiſpani, meliorationem à parte factam filijs valere, nec poſſe reuocari, ſi tradita ſit poſſeſſio, non habebit in ea ius accreſcendi locum, ſiue vnus ex filijs partem ſuam habere nolit, ſiue non poſſit, vt,
11 quia ſit incapax, † *ſicuti declarat Gomez. d. tom. 1. uaria. reſol. cap. 10. num. 6.*

Planè interdum, etiam in huiuſmodi donationibus ius accreſcendi locum habet: Primum enim, ſi mulier, quę intra annum luctus vult ſecundo nubere, ad euitandam infamiæ poenam donet filijs primi matrimonij dimidiam partem omnium bonorum, quæ tempore ſecundarũ nuptiarum habet, in huiuſmodi donatione locum habebit ius accreſcẽdi, quia, ſi vnus ex prædictis filijs deceſſerit inteſtatus, eius portio non ad matrem donantem reuerteretur, ſed alijs filijs accreſcet, idque
12 poenæ nomine receptũ eſt. † *l. ſi qua mulier. 4. & ibi not. Bald. num. 2. C. ad Tertul. Et ſcribunt Ang. de Gamb. de teſtam. glo. 42. num. 4. uerſ. ſed an habeat, & num. 10. Alcia. in d. l. re coniuncti, num. 57. uerſ. Authoritate.* Sed hoc minus pro-
13 priè dicitur ius accreſcendi: † Eſt enim veriùs ius ſucceſſionis ſingularis, quæ in ſolatium fratris pręmortui datur ſuperſtiti, quam ius accretionis, *ut declarat Bald. in d. l. ſi qua mulier. num. 2. & poſt eum Zuccard. conſ. 2. nu. 54.*

Secundo verò, ſi ex verbis, aut coniecturis conſtet, mentem donatoris fuiſſe, vt vno ex donatarijs, vel ante acquiſitionem, vel poſtea deficiẽte, pars eius ad alterum pertineat, non eſt dubitandum, quin etiam in donatione facta à priuato locũ habeat ius accre-
14 ſcendi, † *ut ſcribit Decia. d. conſ. 27. num. 39. uolu. 3.* ſecundum ea, quæ diximus *in hoc cap. quæſt. 32. num. 48. & ſeqq.* & dicemus *in quæſt. 37. & quæſt. ſeq.* quippe, quę poterunt etiam ad donationes adaptari. Quamobrem ad ea recurrendum erit, ſi quæratur, quæ ſint verba quæuè coniecturæ, ex quibus deducere poſſimus, mentem donatoris fuiſſe, vt vnius deficientis pars ad alterum pertineat.

Sed hæc quidem dicuntur, quoties donatio fuit facta à priuato. Coeterùm, ſi facta ſit à principe, & quæramus, an in ea locum habeat ius accreſcendi, conſtat rem pendere ab intellectu *l. un. C. ſi liber. Imp. ſoc. ſin. hęred. dec. lib. 10.* Vbi Conſtantinus, *Iubemus*, inquit, *ut, ſi quis fortè ex his, quibus communiter a nobis aliquid donatum ſit, nullo hærede relicto deceſſerit, ad conſortem potiùs ſolatium, quam ad perſonam aliam pars decedentis perueniat.* Nam
15 his verbis † nobis præbuit anſam de pluribus dubitandi, &

Primùm, quo iure pars decedentis ſine hęrede cenſeatur ad ſocium pertinere, iurene accreſcendi, an alio iure. Et frequentiùs quidem noſtri cenſent, iure accreſcendi pertinere, dum aiũt, in liberalitate, ſeu donatione, & conceſſione principis locum habere
16 ius accreſcendi, † *uti uidere eſt apud Cin. in l. un. num. 10. & ibi Bald. num. 27. Io. Guter. num. 16. C. quand. non pet. part. Bart. in d. l. re coniuncti, num. 65. & ibi Iaſ. num. 223. Crott. num. 91. & 145. uerſ. 3. fallit, Rip. num. 226. Io. Gaud. num. 7. & 67. Bart. in d. l. ſi mihi, & Titio 110. in prin. num. 1. & ibi Ang. num. 1. uerſic. ſecundo fallit, Caſtr. num. 2. uerſ. Item fallit, Imol. num. 1. uerſ.*

1. verſ. quinto fallit, Alex. nu. 7. Iaſ. num. 6. Alc.
num. 18. ff. de verbo. oblig. Bart. in d. l. vn. in prin.
& nu. 2. C. ſi liber. Imp. ſoc. ſin hęred. deciſ. lib. 10.
& conſ. 58. num. 1. lib. 1. Bald. in cap. 1. §. &, quia
vidimus, nu. 4. De his, qui feud. dar. poſſ. Papien.
in form. libell. quo ag. ex ſubſt. in verb. breuiloc è,
num. 38. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb.
Et vxorem nomine Adilaſiam, num. 146. in fin.
Alex. conſ. 30. num. 8. volum. 1. Soc. Iun. conſ. 73.
num. 23. volum. 1. Zuccard. conſ. 2. num. 7. conſil.
7. num. 6. & conſ. 50. num. 42. Tiraq. de nobilit.
cap. 37. nu. 54. Gomez. tom. 1. varia. reſol. cap. 10.
num. 2. Carol. Tap. in rep. l. fin. par. 1. cap. 2. num.
2. ff. de conſt. prin. Peralt. in l. & Proculo. 20. nu.
14. verſ. ſeptimo, ff. de lig. 2. Pereg. de iur. fiſc. lib. 1.
tit. 2. num. 103. Craſſ. in §. ius accreſcendi. quæſt.
15. num. 4. Menoch. conſil. 376. num. 31. & conſil.
514. num. 1. Baldne. in §. quod ſi quis, nu. 4. Inſt.
de inut. ſtip. Dua. lib. 1. de iur. accr. cap. 16. Cuiac.
in d. l. vn. C. ſi liber. Imp. ſoc. ſin. har. dec. lib. 10.
Gratia. tom. 2. diſcep. for. cap. 272. num. 19. Sed
alij contrà cenſuerũt, imo pertinere iure ſuc-
ceſſionis, non quidem vniuerſalis, ſed ſingu-
laris, quæ ſpeciali principis beneficio defer-
17 tur ſuperſtiti in ſolatium amiſſi ſocij: † *Ita*
enim cenſuerunt Bald. in d. l. ſi qua mulier 4. nu.
2. C. ad Tert. Alcia. in d. l. re coniuncti, num. 57.
verſ. ſed pone, Zuccar. d. conſ. 2. num. 54. Quod
etiam ſenſiſſe videntur dicentes, in ſpecie d. l. vn.
non eſſe proprium ius accreſcendi, vt Zuccar. d.
conſil. 2. num. 23. verſ. Nec obſtat. cum dicitur, &
conſ. 3. num. 8. & 17. verſ. nec obſtat, cum dicitur,
& nos etiam retulimus in 4. cap. quæſt. 4. nu. 26.
Alij demum cenſuerunt, pertinere ex vi repe-
titæ conceſſionis, quaſi princeps, qui duobus
rem communiter donauit, cenſeatur iam ab
initio repetijſſe donationem partis in perſo-
na ſuperſtitis, ſi quando per alterius obitum
18 ſine hærede vacare contigerit. † *Ita cenſuit*
Alcia. in d. l. re coniuncti, num. 57. verſ. in impe-
riali. & in d. l. ſi mihi, & Titio, num. 18. verſic. ſe-
quens.

Ego verò, licet in foro non putem à com-
muni traditione recedendum, diſputando ta-
men arbitror, nullam ex ſupradictis opinio-
19 nibus eſſe veram, quia Conſtantinus ibi † nõ
ſtatuit, vt pars decedentis ſine hærede perti-
neat ipſo iure ad ſocium ſuperſtitem, aut iure
accreſcendi, aut iure ſucceſſionis, aut iure re-
petitæ conceſſionis, quæ tacitè facta intelli-
gatur, ſed ſtatuit, vt in parte ſocij deficientis,
quæ iure vacantium fiſco deuoluitur, ſocius
extraneo præferri debeat, ita, vt, ſi princeps ve-
lit eam alicui concedere, debeat potiùs con-
cedere ſocio ſuperſtiti, quam extraneo: Hoc
enim indicant illa verba, *ad conſortem potius*
ſolatium, quam ad perſonam aliam pars dece-
dentis pertineat, quippe, quæ denotant, hoc
dici, non ad excluſionem fiſci, ſed ad exclu-
ſionem tertij, & conſequenter, principem
poſſe, ſi velit, partem retinere, nec teneri eam
ſocio relinquere, ſed, ſi eam alicui donare ve-
lit, æquius eſſe, vt donet potiùs ſocio, quam
extraneo, vt dicimus de domino, cui feudi,
vel emphyteuſis portio eſt deuoluta, quippe,
qui tenetur potiùs inueſtire ſocium, quam
20 extraneum, † *ex doctr. Bart. in l. 1. § permittitur*
ff. de aq. quot. & æſt. quam probant Alex. in d. l.
ſi mihi, & Titio, num. 19. Iaſ. conſ. 227. colum. 6.
verſ. 4. volum. 2. Ruin. conſ. 12. nu. 18. conſ. 151.
num. 16. volum. 1. Pariſ. conſ. 22. num. 36. vol. 1.
Clar. in §. feudum, q. 87. Gabr. in tit. de iur. emph.
concluſ. 1. num. 6. Mynſ. cent. 5. obſer. 16. num. 1.
& cent. 6. obſer. 70. num. 3. Ceph. conſ. 173. nu. 17.
Roſen. de feud. cap. 7. concl. 24. num. 5. & in glo.
fi. Eſt igitur opus noua principis conceſſio-
ne, vt pars ſocij deficiẽtis ad ſuperſtitem per-
tineat, prout nos diſputando verius arbitra-
mur: Nam iudicando, & conſulendo nõ eſt
à communi recedendum, quæ vult, partem
ſocio accreſcere, ſiue ad eum per ius accreſcẽ-
di pertinere, *vt ſupra dictum eſt.*

Quo ſenſu poſito videndum eſt ſecundo
loco, qua ratione conſtitutum ſit, vt pars defi-
cientis ſocio accreſcat; Et nonnulli quidem
21 cenſuerunt rationem eſſe, quia † princeps, qui
rem alienat ex liberalitate, cenſetur id facere
ea intentione, vt res ampliùs ad ſe non reuer-
tatur, quod patet ex eo, quia tribuit donata-
rio facultatem diſponendi pro arbitrio de re
donata, & eam transferendi in quoſcunque
ſucceſſores etiam extraneos, ideoque, ſi mo-
uẽte vno ex donatarijs ſine hærede pars eius
ad principem reuerteretur, hoc repugnaret
ipſius intentioni. Quamobrem debet potiùs
relinqui ſocio, quam à fiſco vindicari. *Ita*
enim cenſuerunt ij, quos referemus in quæſtio.
ſeq.

Verùm hæc ratio merito fuit ab alijs fre-
22 quentiùs improbata, † *vt oſtendemus in ead. q.*
ſeq. Et in ſpecie à Zuccar. conſ. 2. num. 23. verſic.
Nec obſtat, cum conſideratur. & conſ. 3. num. 17.
23 *verſic. Nec obſtat, cum conſideratur,* quia † alio-
quin ſequeretur, diſpoſitionẽ *d. l. un.* proce-
dere etiam in priuato donante, cum etiam is
donet ea intentione, vt res ampliùs ad ſe nõ
reuertatur. *l. 1. in prin. & verſ. igitur. ff. de donat.*
Et in his terminis conſiderat Zuccar. in relatis
locis. Quinimo deberet potiùs procedere in
donatione facta à priuato, quam in facta à
principe, quia priuatus, qui donat, nullam
ampliùs eius recuperandæ ſpem habet, cum
alioquin princeps habeat ſpem eius recupe-
randæ ſaltem in caſu, quo donatarius ſine hę-
rede moriatur, *per ea, quæ dicimus in 9. cap. q. 1.*
num. 25. ut in propoſito conſiderat Zuccar. in
ſupra relatis locis, Et tamen certum eſt, in do-
natione facta à priuato locum non habere,
ut oſtendimus ſupra num. 5. & ſeqq. Non eſt
igitur hæc vera ratio.

Quamobrem alij frequentiùs cenſuerunt,
24 rationem eſſe, quia † in donationibus, ſeu be-
neficijs principum latiſſimam debemus face-
re interpretationem. *l. fin. ff. de conſt. prin. Ita*
ratiocinantur Cin. in l. un. num. 10. C. quand.
non pet. part. Iaſ. in d. l. ſi mihi, & Titio 110. in
prin. num. 6. & ibi Alcia. num. 18. Zaz. num. 13.
ff. de uerbor. obligat. Iaſ. in d. l. re coniuncti, num.
223. & ibi Io. Gaud. num. 7. Iaſ. in d. l. fin. num.
31. & ibi Caro. Tap. part. 1. cap. 2. num. 1. & 2. ff.
de conſt. prin. Duar. lib. 1. de iur. accreſc. cap. 16.
Nam, quemadmodum nihil eſt, quod ma-
25 gis principi conueniat, quam liberalitas. † *§.*
finimus Auth. de non alien. reb. Eccl. l. ſancimus.
34. in prin. uerſ. exceptis, ibi, propriam maieſta-
tem. C. de donat. l. ſi legatus. 30. §. fin. ff. ad Treb.
cap. 1. extr. de donat. cap. ſedes. 15. & ibi not. Abb.
num. 1. extr. de reſcript. Et ſcribunt Bald. in l. &
in legatis. 4. in fin. C. ad leg. Falc. & in l. 2. colum.
37. uerſ. Præterea, hoc, & Regiæ ff. de iureiurand.

Luc. de Pen. in l. ult. uerſ. 29. C. de locat. prædio. ciuil. lib. 11. Barba. conſ. 18. num. 2. volum. 2. Marc. deciſ. 87. num. 5. part. 1. Rol. conſ. 1. num. 43. volum. 4. Carol. Tap. in rub. ff. de conſt. prin. cap. 4. num. 1. Tuſc. concl. 323. num. 3. ita etiam nihil eſt magis congruum, & principali celſitudini conſentaneum, quam donationem factā latiſſimè interpretari, & augeri potiùs,
26 quam aſtuta interpretatione diminui † *l. fin. C. de præp. agen. in reb. lib. 12.* Hinc fit, vt huiuſmodi donationes multis cenſeantur priuilegijs quæ priuatorum donationibus non com
27 petunt, † *l. cum multa. 7. C. de bon. quæ lib. l. vlt. verſ. Cum enim C. de quadr præſcrip* Cuiuſmo
28 di ſunt hæc, vt non egeant inſinuatione † *l. illud. 19. C. de ſacroſ. Eccl. d. l. ſancimus. 34. in prin. verſ. Exceptis C. de donat. §. illud, Auth. vt non fiant pign. pro al perſ. coll. 5.* vt valeant in
29 ter Auguſtum, & Auguſtam † *l. donationes, quas Diuus. 26. C. de donat. int. vir. & vxo. d. l. vlt. uerſ. Cum enim C. de quadr. præſcrip.* vt rerum à principe donatarum vſusfructus per
30 filiumfam. patri non acquiratur † *d. l. cum mul ta 7. C. de bon. quæ lib.* & facta donatione ſtatim ſecurus ſit donatarius, nec poſſit ab ijs, qui intendunt, ſe habere ius in bonis donatis,
31 conueniri † *l. 2. & l. vlt. C. de quadr. præſcrip.* & id genus alia. Nil mirum igitur, ſi & hoc habeant priuilegium, vt deficiēte conſorte pars eius accreſcat potiùs conſorti, quam ad principem reuertatur *d. l. vn. C. ſi liber. Imp. ſoc. ſin. hæred. deceſ. lib. 10. Et in ſpecie declarat Zucca. d. conſ. 2. num. 7 uerſ. Præterea.*

Tertio videndum eſt, in quibus cauſis locum habeat prædictæ legis diſpoſitio. Et eſt receptum habere locum in omni liberalita
32 te † *vt patet ex d. l. vn. iuncta rubr. C. ſi lib. Imp. ſoc. ſin. hæred. deceſ. lib. 10. vbi Bart. in prin. & num. 2. Bart. d. conſ. 58. num. 1. lib. 1. Bal. in d. l. vn. num. 27. C. quand. non pet. part. & in cap. 1. §. & quia uidimus, num. 4. De his, qui feud. dar. poſſ. Ang. in d. l. ſi mihi, & Titio, num. 1. uerſ. ſecundo fallit, Rip. in d. l. re coniuncti, num. 226. Zuccard. d. conſ. 2. num. 7. uerſ. Præterea, & conſ. 30. num. 42. Pereg. de Iur. ſiſc. lib. 1. tit. 2. num. 103. uerſ. ſecundo declara,* & ſic non ſolum in donatione, *de qua ſpecialiter loquuntur ij, quos retulimus ſupra num. 16.* ſed etiam in alia om
33 ni diſpoſitione, & cōtractu gratuito, † *vt de diſpoſitione ſcribunt Bartol. in d. l. re coniuncti, num. 65. & in d. l. ſi mihi, & Titio, nu. 1. Papienſ. in d. form. lib. quo agit. ex ſubſt. in uerb. breuiloc̀e, num. 38. Zuccar. d. conſ. 7. num. 6. De contractu uero Gomez. d. tom. 1. uaria. reſol. cap. 10. nu. 2. Zuccar. d. conſ. 2. num. 23. uerſ. Nec obſtat, cum dicitur, & d. conſ. 3. nu. 17. in fin. Gratia. d. tom. 2. diſcep. for. cap. 272. num. 20.* Quamobrem locum habet in priuilegijs, *ut oſtendemus in hoc cap. quæſt. 55 per tot.* & in feudo nouo à principe conceſſo, *vt latè dicemus in quæſt. ſeq.* & generaliter in omnibus principum conceſ
34 ſionibus mera liberalitate factis, † *vt ſcribunt Imol. in d. l. ſi mihi, & Titio, num. 1. uerſ. quinto fallit, & ibi Iaſ. num. 6. Zaz. num. 13. Alexand. conſ. 30. num. 8. uol. 1. Iaſ. in d. l. ſi. num. 31. & ibi Carol. Tap. part. 1. cap. 2. num. 2. ff. de conſt. prin. Peralt. in d. l. & Proculo 20. nu. 14. uerſ. ſeptimo ff. de leg. 2. Pereg. de iur. ſiſc. d. lib. 1. tit. 2. nu. 103. uerſ prima, Menoch. conſ. 376. num. 31. Gratia. d. cap. 272. diſcep. for. num. 19.* Nam, ſi non gratuitò, ſed aliqua re mediante facta eſſet con
35 ceſſio, ceſſaret prædictæ legis diſpoſitio, † *vt in ſpecie declarant Soc. Iun. conſ. 92. nu. 10. uerſ. ſed, & ſecundo, uol. 4. Pereg. de iur. ſiſc. d. lib. 1. tit. 2. nu. 103 uerſ prima.*

Quarto videndum eſt, in quorum liberalitatibus locum habeat eiuſce legis diſpoſitio. Generaliter autem dicitur, habere locum in liberalitatibus, ſeu donationibus, & conceſ
36 ſionibus principum, † *ut uidere eſt apud Bart. in d. l. re coniuncti, num. 65. & ibi Io. Gaud. nu. 67. Bart. in d. l. ſi mihi, & Titio. 110. in prin. nu. 1. Papien. in form. lib. quo ag. ex ſubſt. in verb. breuiloc̀e, num 38. Alex. d. conſ. 30 num. 8. uol. 1. Zuccar. conſ. 7. num. 6. & conſ. 50. nu. 42. Tiraq. de nobilit. d. cap. 37. num. 54. Gomez. d. tom. 1. uariar. reſol. cap. 10. num. 2.* Sed de quibus principibus ſit hoc accipiendum, dubitari ſolet; Conſtat autem in hoc eſſe diſtinguenda quatuor principum genera:

Primum enim eſt genus eorum, qui ſuperiorem neque de iure, neque de facto recognoſcunt, cuiuſmodi ſunt, Summus Pont. & Imperator, ſiue Rex Romanorum, Et de eorum donationibus non eſt dubitādum, quin
37 ius recipiant accreſcendi; † Nam Conſtantinus *in d. l. un.* loquitur de donatione Imperiali, *quemadmodum & Bart. ibi in prin. & nu. 2. & conſ. 58. num. 1. lib. 1. Bald. in d. l. vn. num. 27. C. quand. non pet. part. & in d. cap. 1. §. & quia uidimus, num. 4. De his, qui feud. dar. poſſ. Ang. in d. l. ſi mihi, & Titio, num. 1. verſ. ſecundo fallit, & ibi Alciat. num. 18. Zaz. num. 13. Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 223. & ibi Rip. nu. 226. Soc. Inn. d. conſ. 73. num. 6. in fin. vol. 1. & conſil. 92. num. 7. uerſ ſolum ergo. uol. 4. Zuccar. in rub. C. qui adm. num. 28 Carol. Tap. in d. l. ſi. part. 1. num. 2. ff. de conſt. prin Peral in d. l. & Proculo. 20. num. 14. verſ. 7. ff. de leg. 2. Pereg. de iur. ſiſc. d. lib. 1. tit. 2. num. 103. Craſ. in d. §. ius accreſcendi, quæſt. 15. num* 4. ideoque dubitari non poteſt, quin procedat etiam in donatione facta à Summ. Pont. quippe, qui Imperatore maior
38 eſt † *cap. duo ſunt 96. diſtin.* Et ita ſentiunt dicentes, locum habere in donatione, ſeu liberalitate principis ſupremi, ſeu principis ſuperioris, *vt Menoch conſ. 376. num. 31. & Gratia. d. cap 272. d. cap. for num. 19.*

Secundum eſt genus eorum, qui (vt frequentiùs dicitur) recognoſcunt ſuperiorem de iure, ſed non de facto, vt ſunt Reges Fran
39 corum, & Hiſpaniarum, cœteriq; ſimiles † *ca. per venerabilem, uerſ. inſuper, & ibi declarat glo. in verb. minimè recognoſcat, extr. qui fil. ſint lig.* Et de eorum quoque donationibus non eſt dubitandum, quin in ijs locum habeat ius
40 accreſcendi, † *vt ſimpliciter de donatione facta à Rege ſcripſerunt Alex. conſ. 30. num. 8. uol. 1. Craſ. in d. § ius accreſcendi. q. 15. num. 4. De facta uerò à Rege Francorum Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. et uxorem nomine Adelaſiā, num. 147. Soc. Iun. d. conſ. 92. num. 8. vol. 4. Et de facta a Rep. Veneta Soc. Iun. d. conſ. 75. nu. 5. & 24. vol. 1. & d. conſ. 92. num. 8. uol. 4. Pereg. d. lib. 1. de Iur. ſiſc. tit. 2. num. 103. uerſ. 3. declara, Menoch. conſ. 514. num. 4. Et generaliter de donationibus factis a Principibus, non recognoſcētibus ſuperiorem, Soc. Iun. Pereg. & Craſ. in ſu*
41 *pra allegatis locis*, quoniam † huiuſmodi Reges, & principes in ſuis ditionibus eandem

habent

habent poteſtatem, eodemque iure cenſen-
tur, quo Imperator in ſuo ſtatu, *vt ſcribũt Iaſ.
conſ. 1. colum. pen. verſ. Tertium principale, vol.
3. Soc. Iun. d. conſ. 73. num. 8. vol. 1. & nos latiùs
oſtendemus in q. ſeq.*

Tertium eſt genus eorum principum, qui
tam de iure, quam de facto ſuperiorem reco-
gnoſcunt, ſed, quoad vniuerſitatem, nõ, quo-
ad particularia, vt ſunt Reges, Duces, Mar-
chiones, & Comites ſub nomine perpetuæ
dignitatis, aut ab Eccleſia, aut ab Imperato-
re inueſtiti, qui, licet ratione vniuerſitatis cẽ-
ſeantur habere iura tantum vtilia, reſpectu
tamen rerum particularium, & omnium iu-
rium, quæ ſub vniuerſitate continentur, cen-
ſentur habere iura directa, & eſſe directi, atq;
42 ſupremi domini, † *vt ſcripſerunt Bald. in l. 1.
num. 1. & ibi Dec. num. 4. C. vnd. cogn. Alex. cõſ.
1. num. 40. volum. 5. Iaſ. in l. ſi hæredi ſeruus. 50.
num. 9. ff. de leg. 1. & in l. 3. §. ex contrario, num.
79. ff. de acq. poſſ. & conſ. 180. num. 1. verſ. Quin-
to, volum. 2. & inter conſ. feud. conſ. 8. num. 51. &
53. Pariſ. conſ. 1. num. 99. volum. 1. Brun. conſil.
45. num. 18. Nat. conſil. 487. num. 9. & conſ. 608.
num. 3. & conſ. 661. num. 19. Mart. Laud de
princip. quæſt. 43. Amed. a Pont. quæſt. Laud. 24.
Eman. Zoar. in ſua theſ. recept. ſent. in verb feu-
dum, verſ. feuda ſingularia, Decia. conſ. 56. num.
2. vol. 5. Oſaſc. conſ. 9. num. 2. & 5. Menoch conſil.
226. num. 182. Sacc. conſ. 8. num. 2. Pereg. conſil.
4. nu. 5. vol. 1. Sol. in comm. ad antiq. decr. Sabau.
ſuper decr. Rempub. glo. 1. num. 8. Roſen. de feud.
cap. 9. concl. 32. num. 9. & concl. 64. num. 3.* Quo-
modo etiam vidẽtur accipiendi, qui ſimpli-
citer aiunt, eos nõ recognoſcere ſuperiorem,
43 † *vt Felin. in cap. cum a nobis, num. 1. in fi. de te-
ſtib. Alex. conſ. 15. num. 4. conſ. 30. num. 9. & 11.
volum. 5. & conſ. 11. num. 9. vol. 7. Soc. Sen. conſil.
123. num. 21. volum. 2. Pariſ. conſil. 1. num. 39.
vol. 1. & conſ. 2. num. 18. vol. 2. Cepol. conſ. crim.
17. num. 45. Iac. de Nigr. in l. 1. num. 15. & ibi
Seb. Sap. num. 6 ff. de off. eius, Ceph. conſ. 539. nu.
56. & 58. et conſ. 579 num. 11. Decia. conſil. 19.
num. 205. volum. 3. Lader. conſ. 71. nu. 1. Roſen.
de feud. cap. 5. concl. 15. num. 12.* Et de eorum
donationibus maior videtur eſſe dubitatio:
Nam plerique cenſuerunt, in eis non habere
44 locum diſpoſitionem *d. l. vn.* † *Ita enim de do-
natione facta a Duce Ferrariæ cenſuerunt Soc.
Iun. d. conſ. 92. num. 7. uol. 4. & Pereg. d. lib. 1. de
Iur. fiſc. tit. 2. num. 103. verſ. 3. declara, Et de do-
natione facta a Duce Mediolani, & Duce Man
tuæ idem Soc. Iun. d. conſ. 92. num. 8. verſ. In his
autem, uol. 4.*

Sed contrarium verius eſt, & receptius, ha
bere ſcilicet, etiam in eorum donationibus
45 ius accreſcendi locum. † *Ita enim de donatio-
ne facta à Duce Sabaudiæ ſcripſit Pereg. d. lib.
1. tit. 2. num. 103. verſ. tertio declara, De facta
vero a Duce Mediolani Soc. Iun. d. conſ. 73. num.
24. volum. 1. Menoch. conſ. 514. num. 1. & Pereg.
In relato loco, Et de facta à Duce Mantuæ Zuc-
car. in rubr. C. qui adm. ad bon. poſſ. num. 28.
Menoc. d. conſ. 514. num. 1. 4. & per tot. Denique
de facta à ciuitate Senarum Bald. conſ. 50. lib. 4.
Menoch. d. conſ. 514. num. 3. & 4. Pereg. d. lib. 1.
tit. 2. num. 103. uerſ. tertio declara,* quia huiuſ-
modi Reges, Duces, & principes habent in
ſuis ditionibus iura Imperij, ſiue eandem po-
teſtatẽ, quam Imperator habet in terris Im-
46 perij, † *vt ſcripſerunt Caſtr. conſ. 34. nu. 2. vol.
2. Alex. conſ. 2. num. 9. uol. 1. & conſ. 11. num. 9.
uol. 7. Barba. conſ. 34. nu. 62. uol 2. Soc Sen conſi.
4. num. 23. conſ. 66. num. 13. uol. 3. Iaſ in l. ex hoc
iure. 5. num. 25. ff. de Iuſt. & iur. et conſil. 227.
col. 8. uerſ. 12. uol. 2. conſ. 1. col. pen. verſ. Tertium
principale, volum. 3. Zucca. in d. rub. C. qui adm.
ad bon. poſſ. num. 27. in fin. Curt. Iun. conſil. 1.
num. 29. conſ. 61. num. 9. & conſ. 100. nu. 3. Soc.
Iun. conſ. 76. num. 1. uol. 3. Pariſ. conſ. 1. num. 25.
conſ. 17. num. 4. conſ. 25. num. 53. & conſ. 69. nu.
3. uol. 1. Purp. in l. 1. num. 225. et 242. ff. de offic.
eius, et conſ. 270. num. 17. Brun. conſ 19 num. 4.
& conſil. 45. num. 19. Boſſ. in tit. de Regal. num.
36. Roll. conſ. 88. num. 27. vol. 1. Oſaſc. conſ. 9. nu.
2. & 3. et deciſ. 155. num. 1. Sol. in comm. ad antiq.
decr. Sab. in proem glo. 1. num. 17. Decia. conſ. 41.
num. 1. et 2. uol. 2. et conſ. 56. num. 3. vol. 5. Nat.
conſ. 487. num. 9. et conſ. 661. num. 18. Pereg. d.
lib. 1. de Iur. fiſc. tit. 2. num. 103. uerſ. tertio decla-
ra, et conſ. 2. num. 36. uol. 1. Menoch. conſ. 2. nu.
105. Bec. conſ. 56. num. 61. uol. 1. Lader. conſ. 71.
num. 1. et 2. Surd. conſ. 210. num. 22. et conſ. 390.
num. 25.* Itaque in ſuo ſtatu ſunt, vt Impera-
47 tores, † *vt declarant Barba. d. conſ. 34. num. 62.
vol. 2. Iac. de Nigr. in d. l. 1. num. 15. ff. de off.
eius, Boſſ. in tit. de crim. læſ. maieſt. nu. 54. Lader.
d. conſ. 71. nu. 1. et 2.*

Quartum denique genus eſt eorum, qui
omnimodo recognoſcunt ſuperiorem, vt
ſunt multi Duces in Gallia, & Regno Nea-
politano, in quos non plenitudo poteſtatis,
ſed limitata iuriſdictio translata fuit, Et in
his omnes fatentur, non habere locum diſpo
ſitionem *d. l. vn.* quæ vult, in donatione prin-
48 cipis eſſe ius accreſcendi, † *ut eſt in confeſſo
apud eos, quos retulimus ſupra num. 44. et 45.*
Ex quo intelligimus, multo minus habere lo
cum in donationibus factis à feudatarijs, qui
principis nomine non ſunt decorati, tametſi
49 ſint Marchiones, aut Comites. Nam, † cum
hi ſuperiorẽ in omnibus recognoſcant, Con-
ſequens eſt, vt ea non habeant priuilegia, quę
ſunt propria Imperatoris, aut eorum, qui pa-
rem cum Imperatore poteſtatem habent.

Quinto videndum eſt, quando locum ha-
beat eiuſce legis diſpoſitio, Et in hoc articu-
lo dicimus, habere locum, ſi ſocius deficiat,
50 † ſiue deficiat ante acquiſitionem, ſiue etiam
poſt *d. l. vn et nos late dicemus in 7. cap. quæſt.
59 num.* 84. Licet enim loquatur de iure ac-
creſcendi, quod habet locum poſt quæſitum
emolumentum, non eſt tamen dubitandum,
quin multo faciliùs procedat eius diſpoſitio
ante acquiſitionem, ſi ſocius repudiet, vel ali-
51 ter deficiat, † *vt in ſpecie declarat Alcia. in d. l.
ſi mihi, et Titio, num. 18 uerſ. Satius, Et eſt de
mente eorum, quos referemus in d. 7. cap. q. 59. nu.
84 dicentium in huiuſmodi donationibus habere
locum ius accreſcendi etiam poſt quæſitum emo-
lumentum: Significant enim haud dubiè locum
habere et ante, quoniam illa dictio, etiam, impli-
cat caſum minus dubitabilem, et extendit diſpoſi-
52 tionem ad caſum magis dubitabilem,* quia † fa-
ciliùs permittitur ius accreſcendi ante acqui
ſitionem, quam poſt, *vt oſtendemus in d. q. 59.
per tot.* et ratio, quam *in d. l. un.* conſiderat
Conſtantinus, vt ſcilicet ad conſortem po-
tiùs, quam ad alium res perueniat, ita mili-
tat in vno, vt in alio caſu, *ſicuti animaduertit
Alcia.*

Digitized by Google

princeps non cēſetur illud voluiſſe donatione complecti. † *Ita ſcribit Zaz. in d. l. ſi mihi,*
64 *& Titio, num. 13.* Sed hoc ita eſt intelligen-
65 dum, vt procedat, † ſi ſimus in caſibus, in quibus ceſſat diſpoſitio. *l. vlt. C. de quadr. præſcrip.* Nam alioquin non poſſet huiuſmodi ſpecies conſiderari, quia donatarius non poſſet à tertio conueniri, ſed ſtatim, & eo etiam viuente ſecurus eſſet *ex d. l. vlt. vt nos etiam diximus ſupra num. 31.*

Quarto demum, ſi ſocius non deficiat ipſo iure, ſed ope tantum exceptionis, puta excludatur re iudicata, vel iureiurādo, vel alia exceptione, magis eſt, vt ius accreſcendi ceſſet, *per ea, quæ ex frequentiori dd. opinione dicemus in 7. cap. q. 38. vbi de huiuſce rei veritate latè diſſeremus.* Et hæc de donationibus inter viuos.

SVMMARIVM.

1 *Feudi antiqui pars deficiens pertinet ad agnatos, Declara, vt num. 3. & ſeqq.*
2 *Frater fratri, & agnatus agnato ſuccedit in feudo antiquo.*
3 *Portio feudi antiqui deficiens pertinet ad ſuperſtites iure accreſcendi Sed contra nu. 5. Declara, vt num. 18. & ſeqq.*
4 *Ius accreſcendi locum habet in feudo antiquo, & num. 30. & cur, num 32. & ſeqq. Declara, vt num. 10. & ſeqq.*
5 *Portio feudi antiqui pertinet ad agnatos ſuperſtites iure ſucceſſionis, & inueſtituræ, Declara, vt num. 18. & ſeqq.*
6 *Feudi antiqui ſucceſſio proficiſcitur ex prouiſione hominis, Declara vt num. 27. & ſeqq.*
7 *Ius accreſcendi, quod habet locum in feudo antiquo procedit ex coniunctione naturali.*
8 *Coniunctio hominis non eſt efficax ad inducendum ius accreſcendi in feudis.*
9 *Coniunctio legalis non eſt efficax ad inducendū ius accreſcendi in feudis.*
10 *Feudi antiqui portio pertinet ad agnatos ſuperſtites iure potiùs ſucceſſionis, & inueſtituræ, quam iure accreſcendi, Sed contra, num. 13. Declara, vt num. 18. & ſeqq.*
11 *Ius accreſcendi, quod in feudo antiquo conſideratur, denotat effectum incrementi, non acceſſionis modum.*
12 *Ius accreſcendi in feudis antiquis dicitur potiùs nomine, quam re.*
14 *Portio feudi antiqui pertinet ad agnatos ſuperſtites, vel iure accreſcendi, vel iure ſucceſſionis, & inueſtituræ.*
15 *Portio antiqui feudi deficiens pertinet ad agnatos, & iure ſucceſſionis & iure accreſcendi.*
16 *Portio antiqui feudi deficiens pertinet ad agnatos iure accreſcendi, ſeu iure ſucceſſionis, & repetitæ conceſſionis.*
17 *Ius debet eſſe certum.*
21 *Inueſtitura eſt neceſſaria, cum portio antiqui feudi pertinet ad agnatum, qui nullam feudi portionem habet.*
23 *Inueſtitura eſt neceſſaria, cū portio antiqui feudi pertinet ad agnatum poſt acquiſitionē factam a deficiente.*
26 *Portio feudi vacans accreſcit ipſo iure.*
31 *Feudum, ſi primordialiter vni ſit conceſſum, & ab eo, quaſi fonte peruenerit ad plures, deinde vnus ex ijs deceſſerit nullo relicto hærede ſeudi capace, pars eius cœteris accreſcit, & cur, n. 32. & ſeqq.*
39 *Ius accreſcendi locum habet in feudo antiquo, etiamſi ſit conceſſum ab inferiore a principe.*
40 *Ius accreſcendi locum habet in feudo antiquo, etiamſi ſit diuiduum.*
41 *Ius accreſcendi locum habet in feudo nouo, ſi ſit conceſſum iure antiqui.*
42 *Ius accreſcendi locum habet in feudo antiquo, ſi pars deficiat ante acquiſitionem.*
43 *Ius accreſcendi locum habet in feudo antiquo etiamſi deficiat poſt acquiſitionem.*
44 *Portio feudi antiqui vacans accreſcit ei, qui portionem habet.*
45 *Portio feudi antiqui accreſcit etiam ei, qui nullam portionem habet.*
46 *Ius accreſcendi locum habet in feudo antiquo, etiamſi fratres fuerint inueſtiti, tamquam de feudo nouo.*
47 *Ius accreſcendi locum habet in feudo antiquo, etiamſi inueſtitura fuerit renouata,*
48 *Ius accreſcendi non habet locū in feudo antiquo, ſi in renouatione inueſtituræ fuerint adiecta noua pacta.*
49 *Ius accreſcendi locum habet in feudo antiquo, etiamſi defecerit propter feloniam in dominū commiſſam, ſi tamen eam dominus remiſerit.*
50 *Feudi antiqui portio, quæ propter feloniam in dominum commiſſam amittitur, non accreſcit agnato, ſed ad dominum deuoluitur, vt ſua iniuria vltionem habeat.*
51 *Feudi antiqui portio, quæ propter inueſtituram non acceptam amittitur, non accreſcit ſocio, Sed contra num. 53. & cur, num. 54.*
52 *Pœnæ cōtractuum debent creditoribus applicari, Declara, vt num. 55.*
56 *Deſcendentes præferuntur tranſuerſalibus, etiam in ſucceſſione feudi.*
57 *Ius accreſcendi in feudis non excludit ſucceſſoriū edictum.*
58 *Filius repudiantis concurrit cum patruo in parte feudi alterius patrui, qui deceſſit.*
59 *Feudum eſt cōtractus vltro, citroq; obligatorius.*
60 *Ius accreſcendi non habet locum in feudo nouo, & cur, num. 61. & ſeqq. Declara, vt num. 225. & 246.*
62 *Feudum eſt contractus.*
65 *Ius accreſcendi, quando locum habeat in contractu vltro, citroq; obligatorio.*
66 *Feudum, ſi ſit, indiuiduum, in eo locum habet ius non decreſcendi, Declara, vt num. 81. & ſeq. & num. 96. & ſeqq.*
67 *Ius non decreſcendi locum habet in feudo indiuiduo, ſiue deficiat ante acquiſitionem, ſiue poſt.*
68 *Seruitutes ſunt indiuiduæ.*
69 *Seruitus, ſi in feudum fuerit conceſſa, locum in ea habebit ius non decreſcendi, Declara, vt num. 81. & ſeqq. & num. 92.*
70 *Statua eſt indiuidua.*
71 *Statua affixa, ſi in feudum fuerit conceſſa, in ea locum habebit ius non decreſcendi.*
72 *Ius non decreſcendi locum habet in iure piſcandi, ſi in feudum ſit conceſſum, Declara, vt n. 100.*
73 *Ius non decreſcendi locum habet in iure venādi, ſi in feudum fuerit conceſſum.*
74 *Ius non decreſcendi locū habet in iure exigendi dacitum, ſeu pedagium, vel aliud vectigal ſi in feudum fuerit conceſſum.*
75 *Ius non decreſcendi locū habet in iure decimandi, ſiue decimas exigēdi, ſi in feudū fuerit cōceſſū.*

Ius

Digitized by Google

76 *Ius non decreſcendi locum habet in iure patronatus, ſi in feudum ſit conceſſum.*

77 *Feuda dignitatum ſunt indiuidua, Declara, vt num. 101. & ſeqq.*

78 *Ius non decreſcendi locum habet in feudo dignitatis, Declara, vt num. 81. & ſeqq. & nu. 101. & ſeqq.*

79 *Ius non decreſcendi locum habet in iuriſditione, ſeu feudis iuriſdictionalibus, Sed contra, n. 98.*

82 *Vaſſallus, cui propter rei indiuiduitatem pars commoditatis accreſcit, debet eius æſtimationē præſtare domino.*

83 *Æſtimatio partis ſemper eſt præſtanda, quoties propter indiuiduitatē tota res ei relinquitur, qui iure ſuo non, niſi partem conſequi deberet, Declara, vt num. 93.*

84 *Feudi partem, quam vaſſallus conſequitur propter indiuiduitatem præſtita æſtimatione, non cēſetur habere, vt feudalem, ſed, vt allodialem.*

85 *Æſtimatio maioris commoditatis non eſt præſtanda, quoties feudum indiuiduum eſt Eccleſiaſticum, Sed contra num. 86.*

87 *Dominus non debet audiri, ſi partis æſtimationē offerat, & feudum indiuiduum recuperare velit, & cur?*

88 *Vaſſallus præfertur domino, ſi feudum ſit indiuiduum, & partis æſtimatio offeratur.*

89 *Feudū indiuiduum poteſt a domino recuperari, ſoluta æſtimatione partis ſuperſtitis, ſi ea ſit minor parte deuoluta.*

90 *Dominus poteſt recuperare feudum indiuiduum ſoluta æſtimatione partis non deuolutæ, ſi conceſſio facta ſit contemplatione ſolius vaſſalli defuncti.*

94 *Seruitus pro parte acquiri non poteſt, acquiſita verò pro parte retineri poteſt, & cur. num. 95.*

97 *Iuriſdictio, quo ad emolumenta eſt diuidua.*

99 *Ius piſcandi, vel decimas percipiendi, vel dacitum ſeu pedagium exigendi partes recipit, quia eſt in fructu.*

106 *Feuda dignitatum de conſuetudine totius Italiæ diuiduntur.*

107 *Ius non decreſcendi locum habet in feudis inter re tantum coniunctos, Declara, vt num. 111. & ſeqq.*

108 *Ius non decreſcendi locum habet in feudo nouo, ſi duobus fuerit conceſſum inſolidum.*

109 *Feudum nouum, ſi duobus, aut pluribus fuerit conceſſum per diſtributiuam, in eo locum habet ius non decreſcendi, & cur, num. 110.*

113 *Portio feudi noui deficiens pertinet ad coinueſtitum, ſi conſtet hoc actum eſſe a partibus.*

114 *Portio feudi noui pertinet ad ſocium per ius accreſcendi, ſi ex verbis inueſtituræ conſtet mentē concedentis fuiſſe, vt id haberet locum, Sed contra num. 119. Declara, vt num 122.*

115 *Ius accreſcendi non habet locum in feudo nouo, niſi ex pacto.*

116 *Pacto fieri poteſt, vt etiam in feudo nouo locum habet ius accreſcendi.*

117 *Ius accreſcendi locum habet in feudo nouo, ſi id ſit actum a partibus, ſiue ſit actum expreſſè, ſiuè tacitè num. 118.*

119 *Portio feudi noui pertinet ad conſortē, ex vi pacti, non ex iure accreſcendi, ſi ita ſit actum a partibus, & cur, num. 120.*

121 *Pactum, vt pars vnius deficientis ad alterum pertineat, quoties feudum eſt duobus conceſſū, eſt quædam ſubſtitutio in contractu facta.*

123 *Ius accreſcendi locum habet in feudo nouo, ſi nominatim hoc ſit in inueſtitura expreſſum.*

124 *Ius accreſcendi locum habet in feudo nouo, ſi in inueſtitura dictum ſit, vt pars vnius ad alterū pertineat.*

125 *Ius accreſcendi locum habet in feudo nouo, ſi in inueſtitura dictum ſit, vt vnus alteri ſuccedat.*

126 *Ius accreſcendi locum habet in feudo nouo, ſi in inueſtitura dictum ſit, vt feudum de vno in alterum reuertatur Declara, vt num. 127.*

128 *Feudi in conceſſione duobus facta, ſi ſit addita diſtributiua, locum habet inter inueſtitos ius non decreſcendi, & cur, num. 129.*

130 *Feudum, ſi fuerit conceſſum duobus, & cuilibet inſolidum, locus eſt inter inueſtitos iuri non decreſcendi.*

131 *Feudum, ſi fuerit conceſſum duobus, & cuilibet eorum, locū habet inter eos ius non decreſcēdi.*

132 *Feudum, ſi fuerit conceſſum duobus, & vnicuiq; eorum locum habet inter eos ius nō decreſcēdi.*

133 *Feudum, ſi fuerit conceſſum duobus, & vtrique eorum locū habet inter eos ius non decreſcendi.*

134 *Feudum ſi fuerit cōceſſum duobus, & alteri eorū, habet locum inter eos ius non decreſcendi.*

135 *Feudum, ſi fuerit conceſſum pluribus, & eorum ſingulis, locus eſt inter eos iuri non decreſcēdi.*

136 *Feudum, ſi fuerit conceſſum duobus, & cuilibet, ac cuiuſlibet eorum deſcendentibus, locum habet ius non decreſcendi, non ſolum inter ipſos principaliter inueſtitos, ſed etiam inter eorum deſcendentes.*

137 *Feudum, ſi fuerit conceſſum duobus, & cuilibet eorum, locum habet ius non decreſcendi, non ſolum inter ipſos principaliter inueſtitos, ſed etiā inter eorum deſcendentes, & cur num. 138.*

139 *Feudum, ſi fuerit conceſſum duobus, & cuiuſlibet eorum filijs, ac deſcendentibus, locum habet ius non decreſcendi, etiam inter ipſos principaliter inueſtitos, & cur, num. 140. Sed contra n. 141. & cur, num. 142.*

143 *Dictio, cuilibet, adiecta copulatiuæ vocationi quando in feudis inducat ius non decreſcendi.*

144 *Feudum, ſi fuerit conceſſum duobus, & cuiuslibet eorum filijs, ac deſcendentibus, locum habet ius non decreſcendi inter deſcendentes vnius, & alterius, & cur, num. 145. & ſeqq. Sed contra num. 147. & cur, num. 148.*

149 *Feudum, ſi fuerit conceſſum duobus, & omnibus eorum deſcendentibus, non habet in eo locum ius non decreſcendi, vel ius accreſcendi*

150 *Feudum, ſi fuerit conceſſum duobus, & quibuſcumq; eorum deſcendentibus, non habet in eo locum ius non decreſcendi, vel ius accreſcendi.*

151 *Ius accreſcendi non habet locum in feudo nouo, ſi fuerit duobus conceſſum pro ſe, & vtriuſq; eorum filijs, ac deſcendentibus.*

152 *Ius non decreſcendi locum habet in feudo nouo, ſi fuerit conceſſum duobus pro ſe, & alterius eorum deſcendentibus.*

153 *Feudum, ſi fuerit duobus, aut pluribus conceſſum hoc tenore, vt, quandiu ipſi, vel eorum hæredes viuerent, illud haberent, videtur actum, vt inter eos locum habeat ius accreſcendi, & cur, num. 154.*

155 *Feudi in conceſſione duobus, aut pluribus facta, ſi dictum ſit, vt poſt mortem omnium feudum reuertatur ad dominum, videtur actum, vt inter inueſtitos, & eorum deſcendentes locum habeat ius accreſcendi, & cur num. 156.*

157 *Feudum, ſi fuerit duobus, aut pluribus conceſſum vſq; ad tertiam, vel quartam eorum generatio-*

ratio-

rationem, videtur actum, vt inter eos & eorũ deſcendentes locum habeat ius accreſcendi.

158 *Ius accreſcendi locum habet in feudo nouo duobus, aut pluribus conceſſo. ſi dictum ſit, vt illud diuidi non poſſit.*

159 *Ius accreſcendi locum habet in feudo nouo duobus aut pluribus conceſſo, ſi res fuerint cõceſſa, vt vnum corpus.*

160 *Feudum dignitatis, ſi fuerit ab imperatore conceſſum, locum habet in eo ius non decreſcendi, Declara vt num. 161.*

162 *Ius accreſcendi locũ habet in feudo nouo a principe conceſſo, ſi conſtet, hanc fuiſſe mentem concedentis.*

163 *Ius accreſcendi non habet locum in feudo nouo duobus, aut pluribus ab Imperatore, vel alio principe conceſſo, & cur, num. 164. & ſeqq. Sed contra nu. 171. & cur, num. 172. & ſiqq.*

164 *Feudum, ſi fuerit duobus fratribus conceſſum, & vnus moriatur ſine hærede, pars eius non accreſcit, fratri, ſed pertinet ad dominum, Declara, vt num. 185.*

165 *Declaratur cap. 1. §. Cum verò Corradus, De his, qui feud dar. poſſ. & num. 186.*

166 *Declaratur cap. 1. §. ſin. De feud. Marcb. & num. 187.*

167 *Declaratur l. vn. C. ſi liber. Imp. ſoc. ſin. her deceſ. lib. x.*

168 *Feudalis conceſſio non eſt mera liberalitas, propter ſeruitia, & homagia, quæ vaſſallus domino præſtare debet, Sed contra num. 177.*

169 *Diſpoſitio exorbitans non eſt in conſequentias trahenda, Declara, vt num. 181. & ſeq.*

170 *Feudalis conceſſionis, & meræ donationis a principe factæ non eadem eſt ratio, Sed contra nu. 183. & 188.*

172 *Feudali in materia ſtandum eſt iuri communi, vbi contrarium ſpecialiter deciſum non reperitur.*

173 *Feudi conceſſio prouenit ab Imperiali liberalitate Declara, vt num. ſeqq.*

174 *Feudi in conceſſione ſemper beneficium præponderat.*

175 *Feudum dicitur beneficium.*

176 *Feudum dicitur gratia, & donatio.*

177 *Feudum dicitur mera liberalitas.*

178 *Inueſtiri de feudo dignitatis non meretur quis iure contractus, ſed ex mera gratia.*

179 *Mixtum debet regulari ſecundum naturam eius ſimplicis, de quo magis participat.*

180 *Diſpoſitio fauorabilis loquens de caſu ſimplici comprehendit etiam caſum mixtum.*

181 *Diſpoſitio fauorabilis, quantumuis exorbitans, & deuiãs a regulis iuris cõmunis, eſt extẽdẽda.*

182 *Extenſio eſt licita, quoties ſit a lege.*

183 *Feudum a principe conceſſum debet latiſſimam recipere interpretationem.*

184 *Principum conceſſiones, & liberalitates debent aliquid habere præcipui, per quod ab inferiorũ conceſſionibus diſtinguantur.*

189 *Ius accreſcendi locum habet in feudo conceſſo a principe, Declara vt num. ſeqq.*

190 *Ius accreſcendi locum habet in feudo conceſſo a principe ſupremo.*

191 *Ius accreſcendi locum habet in feudo conceſſo a Summo Pontifice.*

192 *Ius accreſcendi locum habet in feudo conceſſo ab Imperatore.*

193 *Ius accreſcendi locum habet in feudo conceſſo a Rege.*

194 *Ius accreſcendi locum habet in feudo conceſſo a libera ciuitate.*

195 *Ius accreſcendi locum habet in feudo conceſſo a principe non recognoſcente ſuperiorem.*

196 *Ius accreſcendi non habet locum in feudis conceſſis ab ijs principibus, qui aliquo modo recognoſcunt ſuperiorem.*

197 *Ius accreſcendi nõ habet locũ in feudis cõceſſis a Ducibus Italię, Sed contra num. 199 & ſeqq. & cur, num. 206.*

198 *Ius accreſcendi locum habet in feudo conceſſo ab Imperatore, non etiam ab inferiore.*

200 *Ius accreſcendi locum habet in feudo conceſſo a Duce Sabaudię.*

201 *Ius accreſcendi locum habet in feudo conceſſo a Duce Mediolani.*

202 *Ius accreſcendi locum habet in feudo conceſſo a Duce Mantuę.*

203 *Ius accreſcendi locum habet in feudo conceſſo a Marchione Montisferrati.*

204 *Ius accreſcendi locum habet in feudo conceſſo a Duce vrbini.*

205 *Ius accreſcendi locum habet in feudis conceſſis a Ducibus, Marchionibus, & alijs Italiæ principibus. & cur num. 206.*

207 *Ius accreſcendi locum habet in feudo a principe conceſſo, non ſolum inter ipſos principaliter inueſtitos, ſed etiam inter eorum deſcendentes.*

208 *Ius accreſcendi locum habet in feudo a principe conceſſo, ſi ſocius deficiat ante acquiſitionem, vt, quia repudiet.*

209 *Ius accreſcendi locum habet in feudo a principe conceſſo. etiamſi pars deficiat poſt acquiſitionẽ Declara, vt num. 211.*

210 *Ius accreſcendi locũ habet in feudo a principe cõceſſo. ſi ſocius moriatur ſine liberis feudi capacibus, alias non.*

212 *Ius accreſcendi locum habet in feudo a principe conceſſo, ſi conceſſio facta ſit gratis, & mera ipſius principis liberalitate.*

213 *Ius accreſcendi non habet locum in feudo conceſſo a principe. ſi conceſſio facta ſit media pecunia, vel aliqua annua ſolutione.*

214 *Ius accreſcendi facilius procedit in ea conceſſione quę procedit ex mera liberalitate, quam in illa quę emitur, quia magis habet vim contractus.*

215 *Ius accreſcendi ita demum locum habet in feudo conceſſo a principe, ſi conceſſio facta ſit motu proprio ipſius principis, ſecus verò, ſi ad inſtantiam, & petitionem Vaſſallorum, & cur, num. 216.*

217 *Ius accreſcendi locum habet in feudo etiam ab inferiore conceſſo, ſi cõcedentis interſit, id habere locum, Declara, vt num. 220.*

218 *Ius accreſcendi non poteſt in feudo repudiari, quoties concedentis intereſt, id habere locum.*

219 *Feudum concedentis rarò intereſt, vt in eo locum habeat ius accreſcendi.*

220 *Ius accreſcendi locum habet in feudo nouo, ſi ſit conceſſum ex cauſa oneroſa.*

221 *Ius accreſcendi locum habet in feudo nouo, ſi ſit conceſſum pretio æquiualente.*

222 *Ius accreſcendi locum habet in feudo nouo, ſi ſit conceſſum media pecunia, & præterea cum onere ſoluendi quid annuum.*

223 *Ius accreſcendi non habet locum in feudo nouo, ſi fuerit conceſſum gratis.*

224 *Ius accreſcendi non habet locum in feudo nouo, etiamſi pro eo quid annuum ſolui debeat in recognitionem dominij.*

Ius

Digitized by Google

226 *Ius accreſcendi non habet locum in feudo nouo conceſſo ab inferiore a principe.*

227 *Feudum, ſi duobus fuerit conceſſum, & vnus moriatur ſine herede, vel eius linea deficiat, pars eius neq; ſocio neq; ipſius deſcendentibus accreſcit.*

228 *Ius accreſcendi non habet locum in feudo nouo, ſi pars deficiat poſt acquiſitionem;*

229 *Feudi noui portio, ſi deficiat poſt acquiſitionem, ſocius, nec iure accreſcendi, nec iure ſucceſſionis ad eam venire poteſt.*

230 *Feudo in nouo, ne frater quidem fratri ſuccedit.*

231 *Ius accreſcendi non habet locum in feudo nouo, etiamſi pars deficiat ante acquiſitionem.*

232 *Ius accreſcendi non habet locum in feudo nouo, etiamſi fuerit conceſſum duobus fratribus.*

233 *Ius accreſcendi non habet locũ in feudo fraterno.*

234 *Ius accreſcendi non habet locum in feudo nouo, etiamſi fuerit conceſſum coniunctim, & communiter.*

235 *Vna inueſtitura non parit ius accreſcendi, & cur, num. 236.*

236 *Coniunctio verbalis nihil in feudis ad iuris accreſcendi productionem operatur.*

237 *Ius accreſcendi non habet locum in feudo nouo, etiamſi in conceſſione fuerit appoſita dictio, ſimul,*

238 *Ius accreſcendi non habet locum in feudo nouo, etiamſi conceſſio facta ſit Titio cum Caio.*

239 *Ius accreſcendi locum habet in feudo nouo, ſi id conſuetudine ſit receptum.*

240 *Feuda redacta ſunt ad inſtar patrimonialium in Regno Galliæ.*

241 *Ius accreſcendi locum habet in feudo nouo, ſi fuerit acquiſitum de communibus bonis, aut cõmuni ſeruitio.*

242 *Declaratur cap. 1. §. 1. De frat. de nou. ben. inu.*

243 *Ius accreſcendi locum habet in feudo nouo, ſi fuerit acquiſitum ab vno ex fratribus ſimul habitantibus nomine communi, Declara, vt num. 244.*

245 *Ius accreſcendi locum habet in feudo nouo, ſi nõ proueniat a domino, ſed a ſimplici recognitione vaſſallorum, qui rem liberam pro feudali receperunt.*

247 *Feudi conceſſio, ſi duobus facta ſit, & initio fuerit valida in perſona vtriuſq; licet poſtea vnus deficiat, non tamen eius pars alteri accreſcet;*

248 *Feudum a principio diuiſum ipſo iure, ex poſt facto non reintegratur, quia non videtur vnũ feudum, ſed plura.*

249 *Ius accreſcendi non habet locum inter primos inueſtitos.*

250 *Feudum, ſi fuerit conceſſum vni recipienti pro ſe, & fratre ſuo abſente, ſecuta poſtea ratificatione non recipit ius accreſcendi.*

251 *Feudum ſi fuerit conceſſum vni recipienti pro ſe, & fratre ſuo abſente, & in perſona abſentis non valeat conceſſio totum remanet apud recipientem, Declara, vt num. 252.*

252 *Feudi portio quæ accreſcit, intelligitur accreſcere cum iiſdem conditionibus, & qualitatibus, quibus ea futura fuiſſet apud deficientem.*

253 *Ius accreſcendi, quod in feudo nouo, recipitur, nõ eſt ꝓpriũ ſed impropriũ, Declara vt in ſeqq.*

255 *Ius accreſcendi, quod in feudo nouo locum habet poſt acquiſitionem, non eſt proprium, ſed improprium.*

256 *Ius accreſcendi proprie non eſt, ſed ius pacti ſucceſſionis, & inueſtituræ, quod in feudo nouo recipitur poſt acquiſitionem.*

An, & quando ius accreſcendi locum habeat in feudis.

Quæſtio Trigeſimaſeptima.

POſt donationes ſequitur, vt videamus de feudis, quę donationis quandam ſpeciem continere videntur, *vt dicemus infra num.* 176. ſcilicet, quia vt plurimùm ex mera concedentis liberalitate proficiſcuntur, *vt oſtendemus infra num.* 173. & diſpiciamus, an in ijs locum habeat ius accreſcendi. Quęſtio eſt vulgaris, & in foro frequentiſſima, pro cuius faciliore explicatione ſeparatim nobis erit diſpiciendum, primo, quid, ſi feudum ſit antiquum, ſecundo verò, quid, ſi ſit nouum.

Et, ſi quidem ſit antiquum, vt, quia fuerit a patre, vel auo, vel alio ſuperiore quęſitum, & vnus ex eius deſcendentibus ad illud vocatis deficiat, puta moriatur ſine liberis feudi capacibus, non de eo quęrẽdum erit, an eius portio pertineat ad ſuperſtites, puta fratres vel alios agnatos ab eodem tamen acquiſitore deſcendentes, quia certi iuris eſt pertinere, ſiue deficiat ante acquiſitionem, ſiue poſt
1 † *cap. 1. an agn. vel fil. & cap. 1. in prin. De frat. de nou. ben. inuiſt. & cap. 1. §. ſi duo fratres, De feud. Marcb. arguendo a contrario ſenſu prout arguunt Alex. conſ. 30. num 9. verſ. 5. vol. 1. & Men. conſ. 378. num. 59. verſ. quæ ſententia,* cũ in feudo antiquo, & frater fratri, & agna-
2 tus agnato ſuccedat † *cap. 1. §. cum vero Corradus, De his, qui feud. dar. poſſ. cap. 1. verſ. His verò, & verſ. quod ita De ſucceſſ. fratr. vel grad. ſucc. in feud. cap. 1. §. ſi capitanei, De feud. Marcb.* ſed quærendum erit, an pertineat iure accreſcendi, an verò alio iure: Et iure quidem ac-
3 creſcendi pertinere, † videtur apud noſtros eſſe in confeſſo, dum aiunt, in feudo antiquo ſiue auito, aut paterno ius accreſcendi habe-
4 re locum, † *vt videre eſt apud Bald. in l. ſi mihi, & Titio. 110. in prin. verſ. ſed an in feudo, & ibi Caſtr. num. 3. Alex nu. 15. Alcia. num. 19. ff. de verbor. oblig. Bald. in l. vnic. §. in primo, nu. 12. C. de cad. toll. in cap. qua in Eccleſiarum, nu. 26. extr. de conſtit. in l. vn. num. 32. verſ. Item ſuper eo. C. quand. non pet. part. & conſ. 301. num. 9. volu. 1. Aluaro. in cap. 1. in prin. ante num. 1. & ibi Affl. num. 6. Balzar. num. 9. verſ. Iſtam regulam, De frat. de nou ben. inu. Aluaro. in cap. 1. §. ſed, & rei, num 6. Per quos fiat inueſt. & in cap. 1. §. & quia vidimus, num. 15. De his, qui feud. dar. poſſ. Caſtr. conſ. 262. num. 1. verſ. Breuiter, vol. 2. Papien. in form. lib. quo ag ex ſubſt. in verb. breuiloce. num. 40. Alex. conſ. 30. num. 9. verſ. 5. vol. 1. Iaſ. in l. filio, quem pater 23. nu. 22. ff. de lib. & poſt. Soc. Sen. conſ. 66. in prin. & num. 2. & 12. verſ. ex qua concluſione, & verſ. & per præmiſſa, vol. 3. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelaſiam, num. 124. verſ. ſi autem omnes, Dec. conſ. 262. num. 2. verſ. ſed tamen, vbi teſtatur, hanc eſſe communem, Rip. in d. l. re coniunctis, num. 161. Pariſ. conſ. 6. nu. 1. vbi teſtatur, hanc eſſe communem concluſionem,*

quæ

quæ ab omnibus tenetur, & num. 2. & 3. & conſ. 13. num. 7. 57. et 58. vol. 1. Ruin conſ. 8. num. 3. conſ. 36. num. 15. et conſ. 159. num. 15. vol. 1. et conſ. 108. num. 21. in fi. vol. 2. Purp. conſ. 109. num. 5. Alcia. conſ. 20. num. 8. et conſ. 30. num. 1. lib. 3. Peralt. in l. et Proculo. 20. num. 15. verſ. Neq; huic cōſiderationi. ff. de leg. 2. Zaz. de feud. part. 8. num. 43. Craſſ. in §. Ius accreſcendi q. 33. num. 4. Bec. conſ. 230. num. 48. verſ. superſt, vol. 2. Surd. conſ. 457. num. 3. vol. 4. Men. conſ. 378. num. 59. verſ. quæ ſententia, et num. 60. conſ. 400. num. 66. conſ. 464. num. 2. conſ. 503. num. 33. conſ. 632. num. 6. et conſ. 722. num. 14 Pereg. conſ. 30. num. 16. vol. 1. et conſ. 2. num. 1. et conſ. 9. num. 11. vol. 5. Sebin. conſ. 45. num. 14. et 20. vol. 1.

Sed alij diligentiùs rem perpendentes cē-ſuerunt, non iure accreſcendi, ſed iure suc-
5 ceſſionis, & inueſtituræ pertinere, † *Ita enim cenſuerunt Bald. in cap. 1. §. &, quia vidimus, num. 4. & ibi Afflict. num. 19. & 20. De his, qui feud. dar. poſſ. Alex. in d. l. ſi mihi, & Titio. 110. in prin. num. 15. verſ. ſed ad hanc rationem, & verſ. vel melius, Rip. in d. l. re coniunctis, nu. 161. verſ. ſed aduerte, Gozad. conſ. 2. num. 55. Clar. in §. feudum, q. 77. num. 5. Roſent. de feud. d. cap. 6. concl. 73. num. 1. & 2 Et ſentiunt omnes quos referemus infra num. 10. dicentes hoc non eſſe propriè ius accreſcendi, ſed ius ſucceſſionis, & inueſtituræ primiparentis.* Moueotur autem, vt ita ſentiant.

Primo, quia, ſi per ius accreſcendi pertineret, vtiq; non proficiſceretur ex prouiſione hominis, ſed ex prouiſione legis, *vt patet ex ijs, quæ diximus in 2. cap. in prin. num. 4. & 8. & q. 2. num. 24. & 25.* Atqui proficiſcitur ex
6 prouiſione hominis, † nempe ex inueſtitura patris, vel alterius aſcendentis, per quam frater, vel alius agnatus in feudo, ſeu feudi parte ſuccedere dicitur *in cap. 1. §. ſi Capitanei, De feud. March.* ibi, *prædicti fratres, vel nepotes per inueſtituram patris, vel aui in beneficium ſuccedunt.* Ergo non poteſt dici per ius accreſcendi pertinere.

Secundo mouentur, quia, vt inter aliquos ius accreſcendi conſiderari poſſit, debet inter deficientem, & eum, qui admitti vult, aliqua ſubeſſe coniunctio, quę ſit ad illud inducendum efficax: Alioquin enim non poſſet id habere locum, *vt conſtat ex ijs, quæ diximus in 5. cap. q. 36. num. 6. & q. 40. num. 1. & q. 41. num. 1. & ſeqq.* Sed in feudis antiquis nō poteſt inter deficientem, & ſuperſtitem aliqua coniunctio conſiderari, quæ ſit efficax ad inducendum ius accreſcendi, quia, aut cōſideramus coniunctionem ſanguinis, & naturæ, Et hæc, licet ſit ſufficiens ad inducendum ius ſucceſſionis, non eſt tamen ſufficiēs ad inducendum ius accreſcendi, *vt oſtendimus in 5. cap. q. 47. num. 17.* Et, quamuis Baldus *in conſ. 301. num. 9. vol. 1.* ſcripſerit, in feudo antiquo ius accreſcendi procedere ex cō-
7 iunctione naturali, † & propter naturam, & coniunctionem ſtipitis, licet in alijs cauſis nihil ad effectum iuris accreſcendi operetur, loquitur tamen de ea coniunctione, quæ fit per ſubrogationem, eo modo, quo rem ex eius ſententia explicabimus *infra num. 35.* & ſignificat, ex ea naſci ius accreſcendi, quod ipſe poſtea declarat, eſſe improprium, & verius eſſe ius ſucceſſionis, & inueſtituræ, quam ius accretionis, *vt oſtendemus infra num. 10.* Aut verò conſideramus coniunctionem hominis, nempe realem, verbalem, aut mixtā, Et hæc, præter id, quod plerunq; non ſubeſt, quamuis etiam ſubeſſet, non tamen cenſeretur efficax ad inducendum ius accreſcendi,
8 † vt patet ex feudo nouo, in quo, licet conceſſio facta ſit communiter, & coniunctim, & ſic adſit hominis coniunctio, non tamen poteſt inter vocatos eſſe locus iuri accreſcēdi, *vt oſtendemus infra num. 234. & in propoſito conſiderat Bald. in d. cap. 1. §. &, quia vidimus, num. 4. De his, qui feud. dar. poſſ.* Aut deniq; conſideramus coniunctionem legis, ſeu conſuetudinis, per quam duo, vel plures fratres, aut agnati in eodem gradu exiſtentes, ſimul vocantur ad partem eius, qui ſine legitimo feudi ſucceſſore deceſſit, Et ne hæc quidem poteſt cēſeri efficax ad inducendū ius accre-
9 ſcēdi, † quia inter cōiunctos cōiunctione legali nō eſt locus iuri accreſcēdi in ſucceſſionibus, ſingularibus cuiuſmodi eſt feudi ſucceſſio, niſi tractetur de vſufructu, *vt ex recepta veterū ſentētia diximus in 5. cap. q. 40. nu. 1. Et in his terminis conſiderat Bald. in d. cap. 1. §. &, quia vidimus num. 4. De his, qui feud. dar. poſſ.* Ergo, cum in feudis antiquis nulla poſſit cōſiderari coniunctio, quæ ſit efficax ad inducendum ius accreſcendi, ſequitur, non poſſe partem deficientis dici ad ſuperſtitem per ius accreſcendi pertinere.

Tertio mouentur, quia, ſi per ius accreſcēdi pertineret, non poſſet hoc habere locum poſt acquiſitionem, cum poſt emolumentū acquiſitum ius accreſcendi ceſſet, etiāſi portio deficiat *l. 1. §. interdum. ff. de vſufr. accr. & nos latè oſtendemus in 7. cap. q. 59. num. 19.* Quamobrem dicimus, ex acquiſitorum reſolutione nunquam habere locum ius accreſcendi in dominio directo, vel vtili, *vt referemus ibi nu. 26.* Atqui pars antiqui feudi ſpectat ad agnatum, etiamſi deficiat poſt acquiſitionem, *vt oſtendemus infra num. 43.* Ergo non pertinet iure accreſcendi, ſed alio iure. *Ita arguunt Bald. in d. cap. 1. §. &, quia vidimus, num. 4. & ibi Aluaro. num. 15. De his, qui feud. dar. poſſ. Zaz. de feud. d. part. 8. num. 43.*

Quarto, quia, ſi per ius accreſcendi pertineret, non poſſet ei competere, qui portionem feudi non habet, quia, cum portio portioni accreſcat, *l. ſi Titio. 39. in fi. ff. de vſufr.* Conſequens eſt, vt ei, qui portionem non habet, non poſſit pars accreſcere, *vt latè oſtendemus in 7. cap. q. 70. num. 2.* Atqui pars feudi pertinet etiam ad eum, qui nullam portionem habet, ſiue deficiat ante acquiſitionem, ſiue etiam poſt, *vt dicemus infra num. 45. & in eodē 7. cap. q. 70. nu. 8.* Ergo nō poteſt dici p ius accreſcēdi ptinere. *Ita arguūt Aluar. in d. cap. 1. § et qa vidim⁹, nu. 15. De his q feud. dar. poſſ. et Roſent. de feud. d. c. 6. cōcl. 73. nu. 2. et 3.*

Quinto, quia, ſi per ius accreſcendi pertineret, haud dubiè acquireretur ipſo iure, etiā ignoranti, *vt patebit ex ijs, quæ dicemus in 8. cap. q. 3. num. 1. et 3.* Atqui nō acquiritur ipſo iure, *vt oſtendemus infra num. 21. et 23.* Ergo non pertinet iure accreſcendi, ſed alio iure, nempe iure ſucceſſionis, & inueſtituræ.

Sexto

Sexto demum, quia, ſi vocatus ad antiqui
feudi partem, veniret per ius accreſcendi, ex-
cluderet ſucceſſorium edictum, *vt patebit ex
ijs, quæ dicemus in 9. cap. q. 14. num. 1.* Atqui
non excludit, *vt dicemus infra num. 57.* Ergo
non venit per ius accreſcendi.

Nec obſtat, quod frequentiùs dicatur pars
accreſcere, ſiue in ea locum habere ius ac-
creſcendi, *vti videre eſt apud eos, quos retulimus
ſupra num. 4.* quia reſpondent, id dici impro-
priè: Nam agnatus venit potiùs iure ſucceſ-
ſionis, & inueſtituræ, ſiue ex vi taciti pacti,
& repetitæ conceſſionis, quam iure accre-
10 ſcendi, † *vt in ſpecie declarant Bald. in cap. 1.
in prin. num. 5. De feud. March. Aluaro in d.
cap. 1. §. & , quia vidimus, num. 15. De his, qui
feud. dar. poſſ. & in d. cap. 1. §. ſi capitanei, num. 1.
in fin. De feud. March. Alex. in d. l. ſi mihi, &
Titio, num. 15. verſ. facit optimè text. & ibi Iaſ.
nu. 12. verſ. Quartum fundamentum, & Alcia.
num. 19. Alex. conſ. 29. num. 3. verſ. vnde tunc,
volum. 1. & conſ. 21. num. 5. vol. 5. Iaſ. conſil. 24.
num. 2. verſ. ſed redeundo, vol. 3. & conſil. 117.
col. 7. verſ. ſecundo principaliter, vol. 4. Ruin. con-
ſil. 36. num. 15. & conſ. 154. num. 2. & conſ. 169.
num. 1. verſ. & , quamuis, volum. 1. Gozad. conſ.
a. num. 55. Dec. conſ. 262. num. 2. verſ. ſed tamen,
Zaz. de feud. d. part. 8. num 43. Craſ. in d. §. ius
accreſcendi, q. 33. num. 4. Menoch. conſ. 464. nu.
17. Roſent. de feud. d. cap. 6. concl. 73. in glo. b.
Et de emphyteuſi dicemus in q. ſeq.* Quamobrem
cum in feudis dicimus, partem accreſcere,
factum magis demonſtramus, quam ad ius
ſermonem referimus: Ius enim accreſcendi,
quod in feudis conſideratur eſt potiùs facti,
quam iuris, quia denotat effectum incremen-
ti, non acceſſionis modum, qui ex iuris pro-
11 uidentia proficiſcitur, † *vt declarant Bald. in
d. cap. 1. §. & , quia vidimus, num. 4. De his, qui
feud. dar. poſſ. & Gozad. d. conſ. 2. num. 55.* Ita-
que dicitur ius accreſcendi potiùs nomine,
12 quam re, † *vt declarat Roſent. de feud. d. cap.
6. concl. 73. in glo. b.*

Sed vix eſt, vt hæc declaratio poſſit indi-
13 ſtinctè ſuſtineri, † quia, cum in feudis detur
ſucceſſio, *vt patet ex tit. de ſucceſſ. feud. De nat.
ſucc. feud. De ſucceſſ. fratr. vel grad. ſucced. in
feud. & paſſim in vſibus feudorum*, & ad eam,
vt plurimum vocentur multi, puta filij, nepo-
tes, pronepotes, fratres, agnati, non video,
cur inter vocatos non poſſit propriè locum
habere ius accreſcendi, ſi quis ex ijs deficiat,
& concurrant omnia, quæ ſunt ad illud in-
ducendum neceſſaria, *ſecundum ea, quæ dixi-
mus in quarto cap. q. 4. nu. 5. & ſeqq.* Cum enim
feudorum ſucceſſiones regulentur ad exem-
plum earum, quæ iure communi deferuntur,
cap. 1. §. ſtrenuus De feud. cogn. & in his locum
habeat ius accreſcendi, ſiue ſint vniuerſales,
ſiue etiam particulares, dummodo vera de-
tur coniunctio, & concurrant cætera requiſi-
ta, *vt oſtendimus in hoc cap. q. 3. num. 3.* Con-
ſequens eſt, vt etiam in illis locum habere
debeat.

Hinc factum eſt, vt plerique animaduer-
tentes, non ſatis liquere, vtrum pars antiqui
feudi dici poſſit ad ſuperſtites per ius accre-
ſcendi pertinere, an verò alio iure, noluerint
rem definire, ſed ſimpliciter ſcripſerint per-
tinere, vel iure accreſcendi, vel iure ſucceſ-
14 ſionis, & inueſtituræ, † *vt Roma. conſ. 1. num.
6. verſ. Primo quidem caſu, Alex. conſ. 30. nu. 7.
verſ. ſi ergo, vol. 1. Ruin. conſ. 108. nu. 21. volum.
2. Bec. conſ. 230. nu. 49. vol. 2. Pereg. conſ. 29. nu.
a. vol. 1.* vel, pertinere, & iure ſucceſſionis, &
15 iure accreſcendi, † *vt Pariſ. conſ. 6. num. 1. vol.
1. & conſ. 13. num. 57. vol. 2.* vel denique perti-
nere iure accreſcendi, ſeu iure ſucceſſionis, &
16 repetitæ conceſſionis, † *vt Alcia. conſ. 30. nu.
1. lib. 3. Pereg. conſ. 30. num. 16. vol. 1. & conſ. 9.
num. 11. vol. 5.*

Sed, quoniam hoc loquendi genus rem
non definit, ſed relinquit in ambiguo, quod
non eſt ferendum, cum ius debeat eſſe cer-
17 tum † *l. 2. §. exactis, verſ. poſtea ff. de orig. iur.* ideo
neceſſario nobis erit diſpiciendum, qualiter
res ſit terminanda, cum quærimus, an ſuper-
ſtes, qui vocatur ad partem antiqui feudi va-
cantem, veniat per ius accreſcendi, an verò
iure ſucceſſionis, & inueſtituræ. Pro huius
autem rei definitione tres puto diſtinguẽdos
eſſe caſus, quorum.

Primus eſt, quando agnatus, qui ad feudi
partem aſpirat, nullam eius portionem ha-
bet, Et tunc, ſiue pars ante acquiſitionem de-
ficiat, ſiue poſt, verius eſt, non vocari eum
per ius accreſcendi, ſed ſimplici iure ſucceſ-
18 ſionis, & inueſtituræ, † ſecundum opinionẽ
eorum, quos retulimus *ſupra num. 5.* quæ in
19 his terminis eſt veriſſima. Nam, † cum ius ac-
creſcendi duo requirat extrema, vnum eius,
quod accreſcit, alterum verò eius, cui fit ac-
ceſſio, *vt oſtendemus in 7. cap. in prin.* cum per
id portio portioni accreſcat *l. ſi Titio. 39. in
fin. ff. de vſufr.* & in propoſito deficiat vnum
extremum, nempè pars, cui debet fieri ac-
ceſſio, Conſequens eſt, vt ius accreſcendi cõ-
ſiderari nequeat.

Nec obſtat, ſi dicatur, adeſſe perſonam,
quæ poteſt, vt extremum conſiderari, cum
etiam perſonę fieri poſſit acceſſio *d. l. ſi Titio*,
quia reſpondeo, id eſſe verùm, ſi tractemus
de iure accreſcendi perſonali, quod in vſufru-
ctu locum habet. Cœterùm, ſi de reali, quod
procedit in dominio, vel directo, vel vtili,
magis eſt, vt perſona non poſſit, vt acceſſio-
nis extremum conſiderari, quia per id por-
tio portioni, non perſonæ debet accreſcere,
vt ſupra dictum eſt. Et ita in ſpecie feudi an-
tiqui, vt non iure accreſcendi, ſed ſimplici
iure ſucceſſionis, & inueſtituræ pertineat ad
agnatum, qui nullam portionem habet ſcri-
pſerunt. *Iſern. in cap. 1. §. ſed & res, num. 6. verſ.
ſi vero agnatus, & ibi Affl. num. 34. Per quos
fiat inueſt. Roſen. de feud. d. cap. 6. concl. 73. num.
2. & 3. Et eſt de mente eorum, quos referemus
infra numer. 20. & de emphyteuſi paternа
dicemus in q. ſeq.* Quamobrem in hac ſpecie,
aut non debemus dicere, ſuperſtitem venire
per ius accreſcendi, aut, ſi ita loquimur, de-
bemus intelligere, vt ſit ius accreſcendi im-
20 proprium, non proprium, † ſecundum decla-
rationem eorum, quos retulimus *ſupra num.
10.* quæ in his terminis eſt veriſsima, *vt in
ſpecie declarat Gozad. conſ. a. num. 55. verſ. Ex
quibus.* Erit igitur agnato neceſſaria inueſti-
tura, quia, cum non veniat per ius accreſcẽ-
di, non ipſo iure, ſed mediante facto hominis
21 fieri debet acquiſitio, † *vt in ſpecie declarant
Iſern. in d. cap. 1. §. ſed & res, num. 6. verſ. ſi verò*

agnatus

*agnatus, & ibi Aſſlict. num. 34. Per quos ſiat in-
ueſt. & nos etiam dicemus in 9. cap. quaſt. 46.
num. 16.*

Secundus verò caſus eſt, quãdo pars agna-
ti deficit poſt acquiſitionem, Et tunc ſimili-
ter verius eſt, non per ius accreſcendi perti-
nere ad ſuperſtitem, ſed iure ſucceſſionis, &
inueſtituræ, etiamſi deferatur ei, qui portio-
nem habet, quia poſt emolumentum acqui-
ſitum ius accreſcendi ceſſat, ſiue tractemus
de dominio directo, ſiue etiam de vtili, *vt
diximus ſupra num. 9. verſ. 3.* Et in his etiam
terminis vera eſt ſententia eorum, quos retu-
limus *ſupra num.* 5. Quamobrem, aut non
debemus dicere, eum venire per ius accre-
ſcendi, aut, ſi id dicimus, debemus ita rem
intelligere, vt ius accreſcendi ſit improprium,
22 non proprium, † ſecundum declarationem,
quam retulimus *ſupra num.* 10. quæq; etiam
in his terminis eſt veriſſima, *vt in ſpecie decla-
rant Alex. in d. l. ſi mihi, et Titio, num. 15. verſ.
Facit optimè text. et ibi Iaſ. num. 12. verſ. quar-
tum fundamentum, Iaſ. d. conſ. 117. col. 7. verſ.
2. principaliter, vol. 4. Gozad. d. conſ. 2. num. 55.
Ruin. d. conſ. 136. num. 15. d. conſ. 154. num. 2.
et d. conſ. 169. num. 1. verſ. et, quamuis, vol. 1.
Craſſ. in d. §. Ius accreſcendi, q. 33. num. 4.*
Erit igitur etiam in hac ſpecie agnato neceſ-
ſaria noua inueſtitura, & nouum iuramentũ
23 fidelitatis, † quia, cum non veniat per ius
accreſcendi, conſequens eſt, vt non poſſit
ipſo iure cenſeri partem deficientis quæſiuiſ-
ſe. *Ita in ſpecie declarant Iſern. in d. cap. 1. §.
ſed et res num. 6. verſ. ſi vero agnatus, et ibi Al-
uaro. num. 6. Per quos ſiat inueſt. Roſent. de
feud. cap. 6. concl. 33. num. 4. et nos etiam dice-
mus in eodem 9. cap. q. 46. num. 16.*

Tertius deniq; caſus eſt, quando portio
non ſolum deficit ante acquiſitionem, ſed
etiam defertur ei, qui portionem habet, vt
euenit in omnibus caſibus, in quibus per
mortem vnius, puta patris, aui fratris, aut al-
terius agnati feudum, vel feudi pars defertur
duobus, aut pluribus in eodem ſucceſſionis
gradu exiſtentibus, & vnus ex ijs agnoſcit
ſuam partem, alter verò non agnoſcit, ſed
ab ea excluditur, Et tunc, quia concurrunt
omnia, quæ ſunt ad ius accreſcendi neceſſa-
ria, non video, cur pars non poſſit propriè
dici accreſcere, ſiue per ius accreſcendi ad
24 agnatum pertinere, † *vt dicunt Iſern. in d. cap.
1. §. ſed et res, num. 6. verſ. ſi vero agnatus, et ibi
Aluaro. num. 6. Aſſl. num. 34. Per quos ſiat
inueſt. Bald. in cap. quæ in Eccleſiarum, nu. 26.
extr. de conſtit. et in cap. 1. in prin. num. 2. verſ.
Omnimodo, de eo, qui ſin. fec. agn. Aſſl. in cap. 1.
in prin. num. 6. De frat. de nou. ben. inu. Roſent.
de feud. d. cap. 6. concl. 33. num. 5. et in lit. c. et
concl 73. in gl b. in ſi. vbi ait, non admodum
inepte dici ius accreſcendi, cum vnus acceptat par-
tem ſuam, et alia ei accreſcunt.* Nam, quemad-
modum, vbi duobus, aut pluribus eadem hę-
reditas, vel bonorum poſſeſſio defertur, ſi
vnus acquirat partem ſuam, alter verò non
acquirat, pars deficientis propriè dicitur alte-
ri accreſcere, ſiue ad alterum per ius accre-
ſcendi pertinere, *vt patet ex ijs, quæ diximus
in hoc cap. q. 1. num. 1. et q. 2. num. 1.* Ita etiam
propriè dici poteſt pertinere, quoties feudũ,
aut feudi pars iure ſucceſſionis pluribus de-
fertur, quorum aliqui ante acquiſitionem
25 deficiunt ſcilicet, quia † ratio, quæ in hære-
ditate, vel bonorum poſſeſſione facit locum
iuri accreſcendi, militat etiam in ſucceſſio-
ne feudi: Nam in hæreditate, vel bonorum
poſſeſſione ideo locum habet ius accreſcẽdi,
quia, cum ea pluribus collectiuè deferatur,
puta pluribus filijs, vel agnatis, vel cognatis,
quo caſu ſimul omnes vnum conſtituunt
corpus, ſiue pro vna perſona reputantur,
*vt oſtendimus in 3. cap. q. 2. num. 14. et in 5. cap.
q. 35. num. 76.* fit, vt, ſi ſub illo corpore multi
contineantur, & omnes concurrant, idem ca-
pere debeant plures, quod pauciores eſſent
habituri, ſi ſoli ſupereſſent. Ergo, & contra
idem debent capere pauciores, quod plures,
ſi cœteri non concurrant, quoniam hæc eſt
fictitij corporis natura, *vt oſtendimus in d. cap.
3. q. 2. num. 14.* At hæc ratio militat etiam in
ſucceſſione feudi, quia, ſi moriatur is, qui
feudum, aut feudi partem habet relictis poſt
ſe pluribus filijs, vel agnatis in pari ſucceſſio-
nis gradu exiſtentibus, omnibus ſimul, vt vni
defertur ſucceſſio, ita, vt, ſi ſint plures, qui cõ-
currant, idem capiant omnes, quod paucio-
res eſſent habituri, ſi ſoli exiſterent; Ergo, &
contra idem debent capere pauciores, non
concurrentibus alijs, quod plures eſſent per-
cepturi, ſi omnes concurrerent. Quemad-
modum igitur in hæreditate, vel bonorum
poſſeſſione locum habet ius accreſcendi,
ſi vnus ex vocatis deficiat ante acquiſitionẽ,
ita etiam locum habere debet in feudi ſuc-
ceſſione.

Hinc intelligimus, quoties pars feudi anti-
qui deficit ante acquiſitionem, & defertur
agnato feudi partem habenti, non eſſe ei ne-
ceſſarium petere nouam inueſtituram, aut
nouum fidelitatis iuramentum præſtare, ſed
ſufficere inueſtituram, quam accepit, & iura-
mentum, quod præſtitit pro parte principali,
vt dicemus in 9. cap. q. 46. num. 15. quia, cum
illa pars per modum incrementi deferatur,
Conſequens eſt, vt hominis facto non indi-
geat, *ſecundum ea, quæ dicemus in 8. cap. q. 3.
num. 1.* Quamobrem dicimus, partem va-
cantem, etiam in feudis ipſo iure accreſcere,
26 † *vti videre eſt apud Bald. in d. cap. 1. §. et, quia
vidimus, num. 4. De his, qui feud. dar poſſ. Alex.
in d. l. ſi mihi, & Titio. 110. in prin. num. 15. ff.
de verb. oblig. Ceph. conſ. 29. num. 7.*

Nec eſt contrarium, quod agnatus voce-
tur ad feudi partem ex inueſtitura, & ſic ex
facto hominis, ideoq; non videatur poſſe
dici venire ex iure accreſcendi, quod eſt le-
gis, non hominis prouiſio, quia reſpondeo
27 primo, inueſtituram conſiderari, † vt cau-
ſam acquiſitionis, ius verò accreſcendi, vt
acquiſitionis modum: Idq; in feudis con-
tingere exemplo aliarum cauſarum, in qui-
bus ius accreſcendi locum habere ſolet: Nã
in ijs cauſa acquiſitionis, vt plurimum eſt fa-
ctum hominis, puta inſtitutio, ſubſtitutio, le-
gatum, fideicommiſſum, aut alia diſpoſitio,
quæ duos, aut plures coniunctim vocat ad
eandem rem, ideoq;, ſi ad eam reſpicimus,
non eſt dubium, quin ij, quibus deficientiũ
partes accreſcunt, cenſeantur venire ex pro-
uiſione hominis, nempe ex inſtitutione, vel
legato, vel alia ſimili diſpoſitione, quæ ab

homine facta fuit: Cum enim ex ea veniant reſpectu partis principalis, Conſequens eſt, vt etiam ex ea venire cenſeantur reſpectu partis accreſcentis, quippe, quæ haberi intelligitur ex eadem cauſa, iure, & titulo, ex quo habetur, & pars principalis, *vt oſtendemus in 9. cap. q. 45. num. 1. & ſeqq.* Coeterùm, ſi reſpicimus ad acquiſitionis modum, verius eſt, eos venire ex mera prouiſione legis, ſcilicet, quia pars deficiens illis accreſcit ipſo iure, & ſic ex mera diſpoſitione, & prouiſione iuris *vt in ſimilibus terminis dicemus in 9. cap. q. 16.* Et ita etiam in feudis antiquis contingit: Nã, ſi conſideramus cauſam acquiſitionis, ſine dubio eſt inueſtitura primi parentis, quæ cenſetur omnes ab eo deſcendentes collectiuè vocaſſe; ſed, ſi conſideramus acquiſitionis modum, magis eſt, vt ex mera iuris prouiſione proficiſcatur, quia, cum inueſtitura plures vocet, inter quos feudum eſſet concurſu diuidendum, & propter quorundam deficientiã illorum partes tacitè, & ipſo iure accreſcant partibus acquiſitis, ideo fit, vt ſuperſtites dicantur eas habere iure accreſcendi, & ſic ex legis prouidentia.

Secundo reſpondeo, agnatum, etiamſi veniat ad partem vacantem, tamquam vocatus à prima inueſtitura, venire tamẽ ex prouiſione legis, non hominis, aut ſaltem magis ex legis, quã hominis prouiſione, quia voca-
28 tio, quæ fit à prima inueſtitura, † licet reſpectu partis principalis, ideſt, eius partis, quæ pro numero ſuperſtitum ei contingeret, & ſic partis virilis ſit expreſſa, tamen reſpectu aliarum partium, quæ deberẽt ad alios pertinere, cenſetur tacita, & legis potiùs interpretatione, quam hominis prouiſione inducta, *ſecundum ea, quæ diximus in ſecundo cap. q. 2. num. 22. & ſeqq.* Nam, cum quis feudum recipit, ſiue de eo inueſtitur pro ſe, & filijs, ſeu deſcendentibus ſuis maſculis, ſi vim verborum, & ſic expreſſam vocationem ſpectamus, non cenſetur ſingulos inſolidum vocare, ſi tempore, quo feudi ſucceſsio deferetur, plures ſint in eodem gradu exiſtentes, puta plures filij, vel agnati, ſed tantum pro virili cuiuſq; parte, quoniam hæc eſt collectiuæ vocationis natura, vt viriliter facta intelligatur. Vt igitur ad partem fratrum, vel aliorum deficientium vocatus intelligatur, non fit ex diſpoſitione hominis, ſed ex diſpoſitione legis, quæ ex veriſimili mente contrahentium ita vocationẽ interpretatur, vt omnes, qui ſunt eiuſdem gradus, & collectiuè vocantur, pro vna perſona reputentur, & per conſequentias idem capiãt, quod vnus eſſet habiturus, ſi ſolus exiſteret, idemq; vnus, ſi coeteri deficiant, *ſecundum ea, quæ diximus in tertio cap. q. 2. nu. 14.* Et hoc etiam exemplo aliarum cauſarum, in quibus ius accreſcendi locum habere ſolet: Nam, ſi teſtator inſtituat filios alicuius, vel eis leget, aut per fideicommiſſum relinquat aliquid, & tempore mortis eius plures filij ſuperſint deinde vnus deficiat, cæteri partem illius conſequentur non ex diſpoſitione hominis, ſed ex diſpoſitione legis, & ſic ex iure accreſcen-
29 di, † *vt in ſpecie declarant Bart. & alij in l. qui quartam 15. §. vlt. ff. de leg. primo, & videre eſt apud eos, quos retulimus in quinto cap. q. 16. nu. 35.* quia, licet teſtator omnes filios vocauerit, cenſetur tamen eos, qui tempore delationis ſuperer unt, non ad totum, ſed ad viriles partes vocaſſe, ideoq; vt ad deficientium partes vocati intelligantur, non fit ex prouiſione illius, ſed ex prouiſione, & interpretatione legis, *ſecundum ea, quæ diximus in eodem ſecundo cap. q. 2. num. 22. & ſeqq.*

Minus obſtat, quod inter huiuſmodi deſcendentes, ſiue agnatos nulla poſsit conſiderari coniunctio, quæ ſit efficax ad inducendum ius accreſcendi, quia verius eſt, imo ſubeſſe coniunctionem legalem, ſeu coniunctionem conſuetudinis, quæ, quoties vera eſt, vt euenit, cum duo, vel plures ſimul ad ſucceſsionem vocantur, cenſetur efficax ad inducẽdum ius accreſcendi, etiam, ſi tractetur de ſucceſsione ſingulari, vt *oſtendimus in hoc cap. q. 3. num. 3.* & patet ex ijs, quæ de legitima diximus *in q. 8. num. 38. & 39.*

Nec obſtat, quod ius accreſcendi non habeat locum poſt emolumentum acquiſitum, nec competat ei, qui nullam portionem habet, eũ alioquin feudi antiqui pars pertineat ad agnatum, etiamſi deficiat poſt acquiſitionem, & verò etiamſi nullam portionem habeat, *vt dictum eſt in 3. & 4. argumento contrario*, quia reſpondeo fatendo in hiſce caſibus agnatum non venire per ius accreſcendi, ſed per ſimplex ius ſucceſsionis, & inueſtituræ, *ſecundum ea, quæ diximus in primo. & ſecundo caſu*, ſed nos hic loquimur de tertio caſu, in quo ſupponimus portionẽ deficere ante acquiſitionem, & ei deferri, qui portionem habet, quo caſu, quin propriè dici poſsit per ius accreſcendi pertinere, non puto dubitãdum, *per ea, quæ ſupra diximus.*

Hinc intelligimus, non obeſſe etiam, quod pro acquiſitione partis deficientis plerunque ſit neceſſaria inueſtitura, quæ alioquin neceſſaria non eſſet, ſi per ius accreſcendi pertineret, cum per id portio portioni tacitè, & ipſo iure accreſcat, *vt diximus in 5. argumento contrario*, quia reſponſio patet ex ijs, quæ ſupra diximus: nam, ſi pars deficiat poſt acquiſitionẽ, vel ei deferatur, qui nullam portionẽ habet, vt in terminis primi, & ſecundi caſus, verum eſt, neceſſariam eſſe inueſtituram, quia non acquiritur ei iure accreſcendi, ſed ſimplici iure ſucceſſionis, *vt oſtẽdimus ſupra nu. 21. & 23.* Coeterùm, ſi deficiat ante acquiſitionem, & deferatur ei, qui ſuam portionẽ acquiſiuit iuxta terminos tertij caſus, verius eſt, nõ eſſe neceſſariam nouam inueſtituram, quia, cũ pertineat per ius accreſcendi, conſequens eſt, vt ipſo iure fiat accretio, *ſecundum ea, quæ diximus ſupra n. 25. verſ. hinc intelligimus & nu. 26.*

Deniq; non obſtat, quod, ſi per ius accreſcẽdi pertineret, deberet excludere ſucceſſorium edictum, quod tamen nõ excludit, quia reſpondeo, in feudis limitari regulã quæ vult, ius accreſcendi eſſe potentius ſucceſſorio edicto, non, quia, quod in feudis locũ habet, non ſit proprium ius accreſcendi, ſi verſemur in terminis tertij caſus, ſed, quia tractatur de vocatione ſucceſſiua, in qua prædicta locum habere nequit, *per ea, quæ dicemus in 9. cap. q. 14.*

Et ita res eſt iure definiẽda, quoties quærimus, an pars feudi antiqui pertineat ad agnatos ſuperſtites iure accreſcendi, an verò alio iure. Sed, quia inualuit, vt indiſtinctè dicatur

ac-

accreſcere, ideo, ne videamur ab aliorum more deflectere, abutemur, & nos hoc iuris accreſcendi verbo, & cum coeteris dicemus, feudi partem accreſcere, ſiue in ea locum habere ius accreſcendi, etiam in ijs caſibus, in quibus illud re vera conſiderari nequit, *ſecundum ea, quæ ſupra diximus.*

Quo poſito generaliter definiẽdum eſt, in feudo antiquo, ſiue auito, aut paterno locum
30 habere ius accreſcendi † *cap. 1. in prin. de fratr. de nou. ben. inueſt. c. 1. verſ. his verò, & verſ. quod ita, De ſucceſſ. fratr. vel grad. ſuc. in feud. c. 1. §. cũ verò Corradus, De his, qui feud. dar poſſ. c. 1. §. ſi capitanei, & §. ſi duo fratres, De feud. Marcb. & ſcribunt omnes, quos retulimus ſupra nu. 4.* Itaq; ſi feudum primordialiter vni ſit conceſſum, & ab eo, quaſi fonte peruenerit ad plures, deinde vnus ex ijs deceſſerit nullis relictis liberis feudi capacibus, eius portio cęteris à pri
31 mo acquiſitore deſcendentibus accreſcet, † *vt in ſpecie declarant Bald in d. l. vn. nu. 32. verſ. Itẽ ſuper eo C. quand. non pet. par. Soc. Sen. d. conſ 66. num. 2. vol. 3. Pariſ. conſ. 13. num. 7. vol. 1. Peralt. in d. l. & Proculo. 20. num. 15. verſ. Neque huic conſiderationi. ff. de leg. 2. Clar. in d. § feudũ. q. 77. num. 5. Craſſ. in d. §. Ius accreſcendi q. 33. nu. 4. Men. conſ 503. nu. 33. & conſ. 632. nu. 6.* Quod qua ratione factum ſit, ſi quæramus, conſtat varias a noſtris rationes afferri.

Primum enim Bartolus cenſuit rationem
32 eſſe, quia † deſcendẽtes a primo acquiſitore veniunt ex quadam mortis cauſa capione *l. qui pretio. 8. l. mortis cauſa capimus 18. in prin. & l. mortis cauſa capitur 31. in prin. ff. de mort. cauſ. donat.* Vnde, quia in hac locum habet ius accreſcendi, *vt ex ipſius ſententia retulimus in hoc cap. q. 24. num. 4.* fit, vt etiam in feudis id locum habere debeat. *Ita de emphyteuſi loquens ratiocinatur Bartol. in locis, quos in q. ſeq. referemus.*

Verùm hęc ſententia fuit ab alijs com-
33 muniter improbata, † *vt oſtendemus in q. ſeq. Et in ſpecie antiqui feudi eam reprobauit Bald. in d. l. ſi mihi, & Titio, verſ. ſed, quæ ſit ratio, & in d. cap. 1. §. & quia vidimus, num. 4. De his, qui*
34 *feud. dar. poſſ.* quia † mortis cauſa capio non poteſt in hac ſpecie conſiderari: Nam mortis cauſa ea tantum capi dicuntur, quæ propter alterius mortem alicui obueniũt ex cauſa, quę propriũm, & ſpeciale nomen non habet, vt ſunt illa, quæ conditionis implendæ cauſa alicui ſoluuntur *d. l. mortis cauſa capitur. 31. in prin. ff. de mort. cauſ. donat.* Cum igitur feudi portio, quam agnati ſuperſtites per alterius mortem cõſequuntur, illis obueniat ex cauſa, quæ proprium, & ſpeciale nomen habet, nempe ex cauſa inueſtiturę primi parentis, quæ nominatim eos ad ſucceſſionem vocauit *d. cap. 1. §. ſi capitanei, De feud. Marcb.* Conſequens eſt, vt nõ poſſit dici mortis cauſa capi. Deinde mortis cauſa capio non, niſi ad eas refertur capiendi figuras, quæ a poſtrema voluntate proficiſcuntur, *vt patet ex locis, quos retulimus ſupra num 32.* Quamobrem inter vltimarum voluntatum ſpecies connumeratur, *vt oſtendimus in hoc cap. q. 24. num. 8.* Sed capio feudi non pender a poſtrema voluntate, ſed a contractu, ſiue actu inter viuos. Non poteſt igitur dici mortis cauſa capi. Deniq; licet agnati dici poſſent ad feudum venire ex quadam mortis cauſa capione, non tamen ſequeretur, eos conſequi partem deficientis iure accreſcendi, quia veriùs, & receptiùs eſt, hoc ius in mortis cauſa capionibus non habere locum, *vt oſtendimus in d. q. 24. num. 9. & ſeqq.*

Quamobrem Baldus aliam putauit eſſe rationem: Nam ideo cenſuit, vno moriente, vel aliter deficiente coeteros admitti, quia
35 † omnes ab vno ſtipite deſcendentes, tamquam in illius locum ſubrogati conſtituunt vnum corpus, ſiue pro vna perſona reputantur *l. cui fundus. 55. ff de cond & dem. Et in propoſito ſcribit Bald. in d. l. ſi mihi, & Titio 110. in prin. verſ. ſed, quæ ſit ratio ff. de verb. oblig. & in d. cap. quæ in Eccleſiarum, num. 26. extr. de conſtit.* Vnde, quia fictitij corporis, ſiue vniuerſitatis natura eſt, vt idem capiant pauciores quod plures eſſent habituri, ſi concurrerent, fit, vt, quemadmodum, ſi a principio fuiſſet vnus tantum deſcendens, totum fuiſſet habiturus, ita etiam totum habere debeat, ſi propter aliorum deficientiam in vnum res reciderit, *vt in his terminis ait Bald. in d. cap. 1. §. &, quia vidimus, num. 4. De his, qui feud. dar. poſſ.* cũ vniuerſitas, quãdiu vel vnus ſupereſt, retineat nomen, & ius vniuerſitatis *l. ſicut 7. §. fin. ff. quod cuiuſq; vniu.* eaq; ratione feudum non dicatur deficere, quandiu ſupereſt vnus de genere recipientis, *vt in propoſito ſcribit, & pluribus exornat Bald. in d. l. vn. num. 32. verſ. Item ſuper eo C. quand. non pet. part.* Et ſanè, cũ quis recipit feudum pro ſe, & ſuis deſcendentibus, huiuſmodi contractus videtur eſſe vniuerſalis, ſicut dicitur de Adam, qui fuit homo vniuerſalis, quia in ſinu eius fuimus omnes incluſi, & ipſe fuit idea, ideſt exemplar totius generis humani, ac veluti vnum ſigillum, quo ſigillãtur literę infinitæ; Hinc fit, vt omnes, qui ab eo deſcendunt, cenſeantur ab illo primo contractu vocari, & cõſequenter debeant illius beneficio frui, ita, vt ſi plures ſint, omnes ſimul admittantur, ſi verò ſuperſit vnus tantum, is ſolus totius contractus beneficium conſequatur. *Ita ratiocinatur Bald. conſ. 301. num. 12. verſ. & eſt ratio, vol. 1.* exemplo arboris habentis pullos: nam omnibus amputatis tota virtus ſtipitis influit in illo. *Ita in propoſito ſcribit idem Bald. conſ. 280. n. 1. verſ Decimo, vol. 3.*

Sed alij frequentiùs accretionis cauſam a tacita quadam repetitione deducũt: Nam,
36 † cum alicui feudum conceditur pro ſe, filijs, & deſcendentibus, talis conceſſio, non ſolum cenſetur facta primo acquiſitori, ſed etiam omnibus eius deſcendentibus, ita, vt, quandiu aliquis ex ijs extiterit, tandiu duret conceſſio, tanquam in omnium perſonis repetita. Nil mirum igitur, ſi vno moriente cenſeatur alter, quaſi in prima conceſſione comprehenſus, ad feudi partem ab eo poſſeſſam vocatus. *Ita ratiocinantur omnes, quos in materia emphyteuſis referemus in q. ſeq. Et in ſpecie feudi antiqui Alcia. in d. l. ſi mihi, & Titio, nu. 19. & conſ. 30. num. 1. lib. 3. Men. conſ. 632. num. 5.*

Ego verò ſimpliciùs ita puto rem eſſe definiendam, vt dicamus, aliam eſſe rationem, cur moriente vno agnato ſine legitimo feudi ſucceſſore coeteri a primo acquiſitore

deſcendentes ad eius ſucceſſionem vocen-
tur, aliam verò, cur, ſi ex pluribus vocatis
vnus ante acquiſitionem deficiat, eius pars
alijs accreſcat: Nam, ſi is, qui feudũ, aut feu-
di partem poſſidet, moriatur ſine liberis feu-
di capacibus, ideo agnati a primo acquiſito-
te deſcẽdentes ad eius ſucceſſionem vocan-
37 tur, quia † conceſſio cenſetur in omnium de-
ſcendentium perſonis repetita, ita, vt, quot
ſunt ſucceſſorum gradus, tot cenſeantur ini-
tio factæ conceſſiones. Et in his terminis ve-
ra eſt ratio, quam poſtremo loco ſupra retu-
limus, ſcilicet, quia hęc eſt natura omnium
diſpoſitionum, quæ non ſunt momentaneę,
ſed ſucceſſiuæ, vt intelligantur in ſequenti-
bus perſonis, & gradibus repetitæ, ita, vt tot
cenſeantur diſpoſitiones, quot perſonę, &
gradus, ſiue fiant inter viuos, ſiue cã mortis.
Coeterùm, ſi ex pluribus ad feudum, vel
feudi partẽ vocatis vnus ante acquiſitionẽ
deficiat, & quęramus, cur eius pars alijs ac-
creſcat, ratio non aliunde eſt ducenda, quam
38 a vi cõiunctionis: Nam, quia † plures in eodẽ
ſucceſſionis gradu exiſtẽtes cẽſẽtur coniũcti
coniunctione legali, aut, ſi mauis, coniun-
ctione conſuetudinis, *vt ait Bald. in l. vn. §.
his ita definitis in prin. C. de cad. toll.* ita, vt om-
nes ſimul pro vna perſona reputentur, vnũq;
quodammodo cõſtituant corpus, eaq; ratio-
ne debeant inter ſe concurrere, & concurſu
facere partes, fit, vt, ſi quis eorum non con-
currat, coeteri nihilominus totum conſe-
quantur, ex vi, & natura collectiuæ vocatio-
nis, quæ eſt, vt per eam idem capiant paucio-
res, quod plures, ſi coeteri non concurrant,
ſecundum ea, quæ diximus in 3. cap. q. 2. nu. 14.
Et ita poteſt intelligi ratio Baldi, quam ſupra
retulimus.
Hęc autem generalis definitio adeo vera
eſt, vt procedat, Primo, nõ ſolum, ſi feudum
ſit conceſſum a ſupremo principe, puta ab
Imperatore, vel Rege, vel alio non reco-
gnoſcente ſuperiorem, aut qui pro non re-
cognoſcente reputatur, *ſecundum ea, quæ di-
ximus in q. præc. num. 36. & ſeqq.* quo caſu lo-
cum haberet ius accreſcendi, etiamſi feudũ
eſſet nouum, *vt oſtendemus infra num. 189. &
ſeqq.* ideoq; multo faciliùs debet habere lo-
cum, ſi ſit antiquum, ſed etiamſi ſit conceſ-
39 ſum ab inferiore: † Nã de huiuſmodi feudo
ſunt accipiendi omnes, quos retulimus *ſu-
pra num. 4.* ſcilicet, quia etiam in eo militant
rationes, quas conſiderauimus *ſupra nu. 35.
& ſeqq.*
Secundo procedit, non ſolum, ſi feudum
ſit indiuiduum, quo caſu locum haberet ius
non decreſcendi, etiamſi nouum eſſet, *vt
oſtendemus infra num. 66. & ſeqq.* ſed etiamſi
40 diuiduum: † Nam in feudo antiquo nulla,
quoad inducendum ius accreſcendi habetur
diuiduitatis, aut indiuiduitatis ratio, *vt ſcri-
bit Seben. conſ. 45. num. 20. vol. 1.*
Tertio procedit, non ſolum, ſi feudum ſit
antiquum verè, ſed etiamſi fictè, vt, quia de
nouo ſit conceſſum, ſed iure antiqui, quo ca-
ſu, licet feudum verè ſit nouum, fingitur ta-
men antiquum, eo, quod antiqui naturam
ſuſcipiat, & ſecundum eam reguletur. Qua-
mobrem ita in eo, vt in verè antiquo locum
41 habebit ius accreſcendi. † *Ita ſcribunt Crott.
in d. l. re coniuncti, num. 185. verſic. contrariam
Alcia. in d. l. ſi mihi. & Titio, num. 20. verſ. Idem
ſi tale feudum, Soc. Sen. d. conſ. 66. num. 12. verſ.
Confirmatur etiam iſta concluſio, vol. 3. Ruin.
conſ. 5. in prin. vol. 1. Crau. conſ. 965. nu. 4. Craſſ.
in d. §. Ius accreſcendi q. 33. num. 8. Men. conſ.
722. nu. 14. Pereg. conſ. 9. num. 12. vol. 5. Roſen.
de feud. d. cap. 6. concl. 73. in gl. a.*
Quarto procedit, non ſolum, ſi portio de-
ficiat ante acquiſitionem, vt, quia mortuo
patre decedat vnus ex filijs ante acceptam
inueſtituram, vel repudiet ſuam feudi partẽ,
quo caſu ſine dubio pars eius fratri accreſcit,
42 † *vt ſcribunt Iſern. in d. cap. 1. §. ſed, & rei, nu. 6.
verſ. ſi verò agnatus, & ibi Aluaro. num. 6. Affl.
num. 34. Per quos fiat inueſt. Bald. in d. cap. quę
in Eccleſiarum, num. 26. extr. de conſtit. Affl. in d.
cap. 1. in prin. num. 6. De frat. de nou. ben. inu.
Roſen. de feud. d. cap. 6. concl. 33. nu. 5. & in lit. e.*
Sed etiamſi deficiat poſt acquiſitionem, pu-
ta, quia vnus ex vocatis poſt acceptam inue-
ſtituram moriatur ſine liberis feudi capaci-
bus: Nam in feudis antiquis locum habet
ius accreſcendi etiam poſt emolumentum
43 acquiſitum, † *vt ſcribunt Caſtr. conſ. 262. nu.
1. verſ. Breuiter, & num. 2. verſ. cum igitur vol. 2.
Aluaro. in d. cap. 1. §. &, quia vidimus, num. 15.
De his, qui feud. dar. poſſ. Papien. in form. lib. quo
ag. ex ſubſt. in verb. breuiloquè. num. 39. Gozad.
conſ. 2. num. 55. Zaz. de feud. d. part. 8. num. 43.
Craſſ. in d. §. Ius accreſcendi q. 33. num. 4. Et ac-
cipi poſſunt, qui ſimpliciter ſcribunt in feudis lo-
cum habere ius accreſcendi etiam poſt acquiſitio-
nem, vt Ceph. conſ. 29. nu. 8. Bologn. conſ. 17. nu.
54. vt ſcilicet loquatur de feudis antiquis, Quod,
qualiter intelligendũ ſit diximus ſupra num. 22.*
Quinto procedit, non ſolum, ſi frater, vel
agnatus ſuperſtes aliquam feudi portionem
44 habeat † *in quibus terminis loquuntur Iſern.
in d. cap. 1. §. ſed & rei num. 6. verſ. ſi verò agna-
tus, & ibi Aluaro. num. 6. Per quos fiat inueſt.
& procedunt ea, quæ diximus ſupra num. 24.*
45 ſed etiamſi non habeat, † *vti videre eſt apud
Ruin conſ. 8. num. 11. verſ. Non obſtat, vol. 1.
Roſen. de feud. d. cap. 6. concl. 73. num. 2. & 3. &
nos dicemus etiam in 7. cap. q. 70. num. 8.* Nam,
quod dicimus, partem non habenti nihil ac-
creſcere *in d. q. 70. num. 2.* procedit, quoties
tractamus de propriò iure accreſcendi, non
etiam, quoties de improprio, cuiuſmodi eſt
illud, quod poſt emolumentum acquiſitum
defertur agnatis, quippe, quod eſt potiùs ius
ſucceſſionis, & inueſtituræ, quam ius accre-
ſcendi, *vt diximus ſupra num. 20. Et in propo-
ſito declarant omnes, quos retulimus num.* 10.
Hinc intelligimus, etiamſi in diuiſione,
quæ fit inter fratres, totum feudum vni aſſi-
gnetur, & ita nulla illius pars apud alterũ re-
maneat, non tamen illum cenſeri a feudi
ſucceſſione excluſum, ſi poſſeſſor moriatur
ſine liberis feudi capacibus, quia, cum iure
ſucceſſionis, & inueſtituræ potiùs, quam iure
accreſcendi vocetur, conſequens eſt, vt ad-
mitti debeat, etiamſi nullam feudi portionẽ
habeat, *ſecundum ea, quæ ſupra diximus, & la-
tiùs dicemus in 10. cap. q. 29.* Ex quo patet do-
ctrinam Baldi contrarium ſentientis *in l. vn.
num. 33. C. quand. non pet. part.* aut eſſe reij-
ciendam, tamquam communiter improba-
tam, *vt ibi latiùs oſtendemus* aut ita intelligen-
dam

dam, vt frater, qui nullam portionem ha-
bet, non debeat admitti, ſi veniat per ius
accreſcendi, cum per illud portio portio-
ni non perſonæ accreſcat. *l. ſi Titio. 39. in fi.*
ff. de uſufr. ſecus verò, ſi veniat, vt ſucceſ-
ſor, & tamquam vocatus a prima inue-
ſtitura. *Ita declarat Clar. in d. §. feudum*
q. 77. num. 6.

Sexto procedit, etiamſi feudi pars fuerit a
poſſeſſore alienata cum conſenſu fratris: nã
talis conſenſus non porrigitur ad ius accre-
ſcendi, quod ei poſtea ſuperuenit, *vt latè oſten*
demus in 10. *cap. q. 29.*

Septimo procedit, etiamſi frater renuntia-
uerit omni iuri ſibi competenti: Non enim
cenſebitur renuntiaſſe iuri accreſcendi, quod
poſtea natum eſt, *vt oſtendemus in d. q. 29.*
vbi totam hanc tractationem fuſius proſeque-
mur.

Octauo procedit, etiamſi fratres fuerint
inueſtiti, tamquam de feudo nouo: nam per
talem inueſtituram non cenſebitur priſtina
feudi natura alterata, ideoq; in eo, tamquã
in feudo antiquo locum habebit ius accre-
46 ſcendi. † *vt ſcribit Socin. ſen. d. conſ. 66. in prin.*
volum. 3.

Nono procedit, etiamſi inueſtitura fuerit
poſtea renouata: Nam, quia talis renouatio
cenſetur facta cum omnibus qualitatibus
præcedentis inueſtituræ, ideo fit, vt in ea cẽ-
ſeatur repetita qualitas iuris accreſcendi.
47 † *Ita ſcribunt Caſtr. conſ. 44. num. 1. verſ. in*
in dubio, vol. 2. Alex. in d. l. ſi mihi, & Titio,
num. 17. & conſ. 107. num. 4. vol. 4. & conſ. 18.
num. 13. vol. 5. Iaſ. conſ. 24. col. 2. verſ primo, &
col. 6. verſ. Præterea, & col. 8. verſ. Non obſtat
ergo, vol. 3. Dec. conſ. 53. num. 1. & conſ. 262.
num. 3. Pereg. conſ. 101. num. 13. volum. 1. &
conſ. 2. num. 1. vol. 5.

Planè, ſi in renouatione fuerit ad dicta no
ua qualitas, aut forma, magis erit, vt noua
48 quoq; cenſeatur conceſſio, † & per conſe-
quentias, vt reſpectu iuris accreſcendi idem
ſit de huiuſmodi feudo renouato dicendum,
quod de feudo nouiter conceſſo dicemus
infra num. 60. & ſeqq. Ita ſcribunt Alex. in d. l.
ſi mihi, & Titio, num. 17. verſ. limita tamen, Iaſ.
d. conſ. 24. num. 4. & 7. verſ. Non obſtat ergo,
volum. 3.

Decimo procedit, etiamſi feudum propter
feloniam in dominum commiſſam cenſea-
tur ad eum deuolutum: Nam, ſi dominus
remiſſa culpa vaſſallum inueſtierit, non vi-
debitur feudum de nouo conceſſum, ſed cen-
ſebitur adhuc antiquum, & in eo, tamquam
in feudo antiquo locum habebit ius accre-
49 ſcendi. † *Ita Iaſ. in d. l. ſi mihi, & Titio, num.*
12. verſ. Item adde, & in l. filio, quem pater 23.
num. 22. & 23. ff. de lib. & poſth.

Planè, ſi culpam non remiſerit, ſed vaſſal-
lum priuauerit ea feudi parte, quam poſſi-
debat, magis eſt, vt ea debeat ad dominum
pertinere, vt ſuæ iniuriæ vltionem habeat,
50 non autem conuaſſallo accreſcere, † *ut in*
ſpecie docuit Bald. in d. cap. quæ in Eccleſiarum,
num. 28. extr. de conſtit.

Sed, an hoc procedat etiamſi vaſſallus pri-
uetur ſua feudi parte ob id, quod inueſtiturã
non petierit, quæri poteſt. Et Baldus quidẽ
in d. cap. quæ in Eccleſiarum, num. 26. & conſ.
301. num. 13. & 14. Verſ. & ita teneo, Vol. 1.
51 cenſuit † etiam in hac ſpecie ceſſare ius ac-
creſcendi, quia pœnæ contractuum debent
52 creditoribus applicari. † *l. quod a quoquo. 48.*
ff. de reg. iur. Sed cadere a feudo propter nõ
petitam inueſtituram eſt pœna, & dominus
eſt creditor. Ergo talis caducitas debet do-
mino, non alij applicari. *Ita arguit Bald. in*
ſupra relatis locis.

Sed eſt veriùs, quod alij tradiderunt, nẽpe
locum habere ius accreſcendi, etiamſi quis
a ſua feudi parte excludatur ob non petitam
53 inueſtituram; † *Ita enim cenſuerunt Iſern. in d.*
cap. 1. §. ſed, & res, num. 6. verſ. ſi verò agnatus, et
ibi Aluaro. num. 6. Affl. num. 34. Per quos ſiat
54 *inueſtit.* quia † negligẽtia, ſiue omiſſio vnius
non debet alteri obeſſe etiam in parte, quam
iure accreſcendi habere debet. *l. paterfa. 44.*
Verſ. Reſpondi. ff. de hæred. inſt.

Nec obſtat, quod pœnæ contractuum de-
beant creditoribus applicari, quia reſpondeo,
55 hoc procedere, † ſi pœnæ ſint extrinſecæ, ſe-
cus verò, ſi ſint intrinſecæ, cuiuſmodi ſunt
omnes, quæ reſpiciunt rem ipſam principalẽ
in contractum deductam, & ab ea repellunt
vocatum: nam illæ non ante creditoribus
applicãtur, quã deficiant omnes, qui ex vi
contractus poſſunt cenſeri ad rem illam
vocati, ne culpa vnius noceat alijs, *ut ſupra*
dictum eſt.

Quod autem diximus, in feudo antiquo
locum habere ius accreſcendi, procedit, ſi is,
qui a ſua portione excluditur, nullos relique
rit deſcendentes. Cœterùm, ſi reliquerit,
magis eſt, vt pars deficientis non accreſcat
ſocijs, ſed ipſiſmet deſcendẽtibus deferatur,
ut ſcribit Men. d. conſ. 400. num. 68. non ſolum,
ſi deficiat poſt acquiſitionem, quo caſu res
minorem habet dubitationẽ, cum tractetur
de ſimplici iure ſucceſſionis, in qua deſcẽ-
56 dentes cœteris omnibus ſunt potiores † *cap.*
1. in prin. De ſucceſſ. fratr. ſed etiamſi deficiat
ante acquiſitionem: Nam in feudis ius ac-
creſcẽdi nõ excludit ſucceſſorium edictum,
57 † *ut ſcribit Rub. in l. pater filium 14. num. 190.*
ff. de inoff. teſt. ideoq; , ſi vaſſallus decedat re-
lictis tribus filijs, & vnus repudiet, alter verò
moriatur, filius repudiantis non ſolum voca-
bitur ad partẽ delatam patri ſuo, ſed etiam
cum patruo concurret in ſucceſſione partis
58 eius, qui deceſſit. † *Ita ſcribit Rub. in d. l. pater*
filium, num. 190.

Sed hæc quidẽ dicuntur, quoties feudum
eſt antiquum. Cœterùm, quoties eſt nouum,
& quærimus, an in eo locum habeat ius ac-
creſcẽdi, ſi duobus, aut pluribus fuerit con-
ceſſum, & vnus ex ijs deficiat, puta moriatur
ſine hærede feudi capace, vel deficiat eius
linea, quo caſu tractatur de transferẽda par-
te illius ad lineam alterius, Dubitationẽ fa-
cit illud, quia in contractibus vltro, citroq;
obligatorijs locum habet ius accreſcẽdi. *l.*
fundus ille 64. ff. de contr. empt. & ſcribũt omnes,
quos retulimus in hoc cap. q. 33. nu. 37. Sed feu-
dum eſt contractus vltro, citroq; obligato-
rius, cum in feudi conceſſione viciſſim al-
59 ter alteri obligetur, † *Vt declarat Roſent.*
de feud. dict. cap. 6. concluſ. 74. num. 4. Er-
go in eo locum habere debet ius accre-
ſcendi.

Sed hoc non obſtante certiſſimi iuris eſt,
in feudo nouo regulariter ius accreſcendi nō
60 habere locum † cap. 1. De benef. fratr. cap. 1. in
prin. & ibi Bald. num. 10. Aluaro. ante num. 1.
Balzar. num. 9. verſ. Iſtam regulam, De fratr. de
non ben. inu. cap. 1. §. cum uerò Corradus De his,
qui feud. dar. poſſ. cap. 1. §. ſi duo fratres, & ibi
Bal. in fin. Aluaro. num. 1. De feud. Marcb. Et
ita in ſpecie docuerunt Bald. in d. l. ſi mihi, & Ti-
tio 110. in prin. verſ. ſed, an in feudo, & ibi Alcia.
num. 20. Zaz. num. 4. & 13. Bald in d. cap. quæ in
Eccleſiarum, num. 28. uerſ. ſed quid, extr. de con-
ſtit. & in l. vn. §. in primo, num. 12. C. de cad. toll.
Aluaro. in d. cap. 1. §. &, quia vidimus num. 15.
De his, qui feud. par. poſſ. Caſtr. conſ. 46. num. 1. &
conſil. 262. num. 1. uerſ. conſtat autem, & num. 2.
uerſ. cum igitur, uol. 2. Roman. conſ. 1. nu. 6. uerſ.
Aut eſt feudum, Alex. conſil. 13. num. 14. uerſ.
Nec obſtat, uol. 5. Iaſ. in l. filio, quem pater. 23.
num. 22. ff. de lib. & poſth. & conſ. 24. nu. 2. uol. 3.
conſ. 117. num. 3 & conſ. 136. num. 4. uol. 4. Curt.
Iun. conſ. 320. num. 24 vbi ait, hanc eſſe commu-
nem concluſionem, Dec. conſ. 262. num. 1. Rip. in
d. l. re coniuncti, num. 161. Perals. in d. l. & Pro-
culo 20. num. 15. uerſ. Neque huic conſiderationi
ff. de leg. 2. Pariſ. conſ. 6. nu. 3. uerſ. Adhuc autem,
vol. 1. & conſ. 16. num. 2. uol 4. Alcia. conſ. 20. nu.
8. uerſ. Poteſt ergo, lib. 3. Soc. Iun. conſil. 92. num.
6. uol. 4. ubi teſtatur, hanc eſſe ueram, & commu-
nem concluſionem, Purp. conſ. 548. num. 3. & 57.
Clar. in §. feudum q. 77. num. 5. Burſat. conſ. 181.
num. 7. uol. 1 Zaz. de feud. d. part. 8. num. 43. uerſ.
in feudo enim, Euer. in ſua cent. leg. loco, a feudo
ad Emphyteuſim, num. 39. Craſſ. in d. §. Ius accre
ſce ndi quæſt. 33. num. 4. Pereg. conſil. 24. num. 9.
uol. 2. & conſ 9 num. 11. uol. 5. Menoc. conſ. 378.
num. 60. conſ. 464. num. 3. uerſ. coeterùm, & num.
ſeqq. præcipuè, num. 10. Et accipiendi ſunt, qui
ſimpliciter tradiderunt, in feudis regulariter non
habere locum ius accreſcendi, ut Alex. in l. vn. nu.
12. uerſ. ſed certè, C. quād. non pet. part. Affli. l. in
cap. 1. in prin num. 4. De frat. de non. ben. inueſt.
Abb. in cap. ex parte, num. 8. extr. de feud. Soc.
Sen. conſ 68. num. 5 uerſ 4. uol. 1. Rip. in d. l. re
coniuncti. num. 159. Tiraq. de Nobilit. cap. 37.
num. 54. P. Fichar. in comm. opin. in verb. Ius
accreſcendi. Em. Zoar. in ſuo T heſ. recep. ſent. in
uerb. Ius accreſcendi, Caro. T ap. in rep. l. ult. part.
1. cap. 2. num. 4 ff. de conſt. prin. Clar. in d. §. feu-
dum. q. 77. num. 1. Decia. conſ. 3. num. 3. uol. 2.
Roll. conſ. 22. num. 34. uol. 3. Menoch. d. conſ. 400.
num. 66. uerſ. Reſpondetur primo. Hoto. conſ. 31.
61 num. 14. & ſeqq. Nam, † cum in contractibus
regulariter ius accreſcendi ceſſet, vt oſtendi-
mus in hoc cap. quæſt. 32. num. 10. & feudum ſit
62 contractus † vt ſcribunt Bart. in l. Iuriſgentiū.
7. §. quinimo, num. 19. verſ. feudum autem ff. de
pact. Clar. in d. § feudum. q. 6. Menoch. conſ. 202.
num. 43. latè Roſen. de feud. cap. 1. concl. 4. num.
4. & in lit. b. Conſequēs eſt, vt in eo locum ha-
bere nequeat. Ita ratiocinantur. Bald. in cap.
1. num. 2. De duob frat. à cap. inu. Soc. Sen. d. conſ.
68. num. 5 uerſ. 4. uol 1. Iaſ. d. conſ. 136. in prin.
uerſ Item. ſi coniunctim, uol. 4. Curt. Iun. d. conſ.
320. num. 25. Clar. in d. §. feudum q. 77. num. 1.
P. Fich. in commu. opin. in verb. Ius accreſcendi,
Ener. in ſua cent. arg. loco à feudo ad emphyteu-
ſim. num. 28. Menoch. d conſ. 464 num. 8. Maxi-
ximè, cum eadem ſubſit in feudis, quæ & in
alijs contractibus excludendi ratio, ſcilicet,
63 quia † etiam in his ſtrictior eſt facienda inter-
pretatio vt oſtendunt Soc. Sen d. conſ 68. nu. 15.
uol. 1. Clar. in d. § feudum q. 6. & Roſen. de feud.
d. cap. 1. concl. 5. num. 3. & de contractibus dixi-
mus in eadem q. 32 num. 30. Quamobrem dici-
mus, vnam inueſtituram non parere ius ac-
creſcendi quia hoc ius non eſt de mera natu-
ra contractuum, cum debeat procedere per
interpretationem extenſiuam, & iuris fictio-
64 nem, † vti uidere eſt apud Bald. in cap. 1. §. ſi. nu.
2. uerſ. In text De ſucc. feud. Iaſ. d. conſ. 136. in
prin. uerſ. Item ſi coniunctim, uol. 4.

Neque obſtat contrarium, quia reſpondeo
primo, feudum, licet ex parte recipientis con-
tineat aliquam obligationem, & hac ratione
non videatur ex mera concedentis liberalita
te proficiſci, tamen, quia in eo gratia, & libe-
ralitas præponderat, cenſeri contractum lu-
cratiuum, non onerosum, ut dicemus infra
num. 173. Vnde, quia in contractibus lucra-
tiuis, ſeu lucratiuam cauſam habentibus, re-
gulariter non habet locum ius accreſcendi,
ut diximus in hoc cap. q. 33. num. 34. ideo nil mi
rum, ſi & in feudo ius accreſcendi ceſſet.

Secundo reſpondeo, quod dicimus, in con
tractibus vltro, citroq; obligatorijs locum ha
bere ius accreſcendi, non eſſe ſimpliciter ve-
65 rum, ſed tunc demum procedere, † cū aduer-
ſæ partis intereſt, contractum in totum ſuſti-
neri, ne alioquin cogatur rem habere cum
alio communem contra veriſimilem ipſius
intentionem, ſecundum ea quæ diximus in eadē
q. 33. num. 30. & ſeqq. Coeterùm, ſi non inter-
ſit, magis eſſe, vt etiam in ijs ius accreſcendi
ceſſet, ut de ſocietate diximus in hoc cap. q. 32.
nu. 75. De emphyteuſi uerò dicemus in q ſeq. Vn-
de, quia in feudis ceſſat huiuſmodi intereſſe,
cum domini potiùs interſit, rem ad ſe pro par
te reuerti, ideo fit, vt in ijs regulariter locum
non habeat ius accreſcendi, ſicuti latè oſtende-
mus infra num. 225. & ſeqq.

Sed hęc quidem generaliter dicuntur. Spe-
cialiter verò, ſi quæramus, an, & quando ius
accreſcendi locū habeat in feudo nouo, con-
ſtat varios eſſe diſtinguendos caſus, quorum.

Primus eſt, quando feudum eſt indiuiduū,
Et tunc, quia non tractatur de iure accreſcen-
di, ſed de iure non decreſcendi, quod ita in
feudis, vt in alijs contractibus locum habet,
ut generaliter de cōtractibus diximus in hoc cap.
q. 32. num. 1. & ſpecialiter de feudis dicemus infra
num. 107. ideo, ſi ex duobus, aut pluribus de
tali feudo inueſtitis alter deficiat, receptum
eſt, totum ad alterum per ius non decreſcen-
66 di pertinere. † Ita enim ſcripſerunt Bald. in
d. cap. 1. in prin. nu. 2. & ibi Aluaro. nu. 1. uerſ. ſed
tu in hac quæſtione, Affl. nu. 13. & 14. Balzara.
num. 9. uerſ. Iſtam regulam, & num. 15. De frat.
de nou. ben. inueſt. Bald. in d. l. un. nu. 32. uerſ. Itē,
ſuper eo, C. quand. non pet. part. & in cap. quæ in
Eccleſiarum, num. 28. uerſ. ſed, quid, extr. De con-
ſtit. Iaſ. in d. l. ſi mihi, & Titio 110. in prin. nu. 5.
uerſ. Pro iſta & ibi Alcia. num. 2. Rip. in d. l. re
cōiuncti, nu. 167. Pariſ. conſ. 6. nu. 8. uol. 1. Crau.
conſ. 965. num. 3. Zaz. de feud. d. par. 8. num. 39.
Craſſ. in d. §. Ius accreſcendi. q. 33. num. 6. Pereg.
conſil. 30. num. 9. uol. 1. Menoch. conſ. 1133. nu.
1. Roſen. de feud. d. cap. 6. concl. 76. nu. 1. Gratia.
tom. 4. diſcept. for. cap. 707. num. 22. ſiue deficiat
67 ante acquiſitionem, ſiue etiā poſt, † ut ſcribūt

Oſaſ.

Oſaſ. deciſ. 23. nu. 12. Roſint. d. cap. 6. concl. 76. n.
1. Huius rei multa ſolent exempla afferri.
Primum, ſi in feudum ſit conceſſa ſerui-
tus: nam quia ſui natura diuiſionem non re-
68 cipit † l. 2. §. ex bis. & l. ſtipulationes non diuidũ-
tur 72. in prin. ff. de verb. oblig. l. 1. §. ſi vſusfru-
ctus, & l. ſi is, qui quadringenta. 79. §. quędam
ff. ad l. Falc. l. fideicõmiſſa. 11. §. ſi in opere, verſ. er-
go ff. de leg. 3. l. & per iuſiurandũ. 13. §. 1. ff. de ac-
ceptil. l. hæredes. 26. §. an ea ſtipulatio ff. fam. erciſ.
ideo, ſi ex duobus inueſtitis alter deficiat, tota
ſeruitus ad alterum per ius non decreſcendi
69 pertinebit † ſecundum Bald. in d. cap. 1. num. 2.
& ibi Aluaro. num. 2. Affl. num. 107. De fratr.
de nou. ben. inu. Iaſ. in d. l. ſi mibi, & Titio, nu. 5.
verſ. Pro iſta, Zaz. de feud. d. part. 8. n. 39. Roſen.
de feud. d. cap. 6. concl. 76. num. 2. Qua tamen de
re videas ea, quæ diximus in hoc cap. q. 32. nu 41.
& ſeqq.
Secundum exemplum affertur in ſtatua,
70 quæ, & ipſa eſt indiuidua † d. l. fideicommiſſa.
11. §. ſi in opere, verſ. Ergo ff. de leg. 3. nam, ſi in
feudum fuerit duobus conceſſa, vt, quia ita
ſit ædibus affixa, vt inde nequeat amoueri. ſi-
cuti declarat Bald. in d. cap. 1. num. 2. De fratr.
de nou. ben. inu. & vnus ex ijs deficiat, erit etiã
71 in ea iuri non decreſcendi locus. † Ita ſcribunt
Bald. in d. cap. 1. nu. 2. & ibi Aluaro. num. 2. Affl.
num. 107. De frat. de nou ben. inueſt. Iaſ. in d. l.
ſi mibi, & Titio, num. 5. verſ. Pro iſta. Roſin. d.
cap. 6. concl. 76. num. 2. & in gl. b.
Tertium exemplum affertur in iure piſ-
candi: Nam, quia, & ipſum cenſetur indiui-
duum, ideo, ſi duobus fuerit in feudum con-
ceſſum, erit in eo iuri non decreſcendi locus,
72 † ſecundum Bald. in d. cap. 1. in prin. num. 2. &
ibi Aluaro num. 2. Affl. num. 107. De fratr. de
nou. ben. inu. Iaſ. in d. l. re coniunctis, num. 232. &
in d. l. ſi mibi, & Titio, nu. 5. verſ. Pro iſta, Crau.
d. conſ. 965. num. 3. Zaz. de feud. d. part. 8. nu. 39.
Roſen. de feud. d. cap. 6. concl. 76. num. 5. Gratia.
d. tom. 4. diſcep. for cap. 707. num. 22.
Quartum exemplum affertur in iure ve-
nandi: Nam, & in eo, tãquam indiuiduo lo-
73 cus erit iuri non decreſcendi, † ſecũdum Zaz.
de feud. d. part. 8. nu. 39. Roſen. d. cap. 6. concl. 76
num. 5. Gratia. d. cap. 707. num. 22.
Quintum exemplum affertur in iure exi-
gendi dacitum, ſeu pedagium, vel portoriũ
aut aliud vectigal: nam, & hoc cenſetur in-
diuiduum, ideoq; in eo locum habebit ius
74 non decreſcendi † ſecundum Bald. in d. cap. 1.
in prin. num. 2. & ibi Affl. num. 107. De frat. de
nou. ben. inu. Iaſ. in d. l. ſi mibi. & Titio, num. 5.
verſ. Pro iſta, & in d. l. re coniuncti, num. 232.
Crau. d. conſ. 965. num. 3. Roſen. d. cap. 6. concl.
76. num. 5. Gratia. d. cap. 707. num. 22.
Sextum exemplum affertur in iure deci-
mandi, ſiue decimas exigendi: nam, & hoc
cenſetur indiuiduum, ideoq, ſi duobus fuerit
in feudum cõceſſum, & vnus deficiat, ſuper-
ſtes totũ per ius non decreſcendi retinebit,
75 † ſecundum Pereg. d. conſ. 30. num. 9. verſ. Idem
eſt vol. 1.
Septimum exemplum affertur in iure pa-
tronatus quod, & ipſum cenſetur indiui-
duum, vt oſtendemus in hoc cap. q. 48. Quamo-
brem, & in eo, ſi fuerit in feudum conceſſum
76 habebit ius non decreſcendi locum, † vt ſcri-
bunt Aluaro. in d. cap. 1. in prin. num. 2. De frat.
de nou. ben. inueſt. Zaz. de feud. d. part. 8. nu. 39.
Roſen. de feud. d. cap. 6. concl. 76 num. 4.
Octauum exemplum affertur in feudis
dignitatum, puta Ducatus, Marchionatus,
Comitatus: nam hęc cenſentur indiuidua,
77 † cap. Imperialem §. preterea ducatus, De prob.
feud. alie. per Frid. & ſcribunt Iſern. in cap. 1. in
prin. num. 4. De feud March. Affl. in d. cap. 1. in
prin. num. 13. & 108. De frat. de nou. ben. inu. &
omnes, quos referemus n. ſeqq. Quamobrẽ etiã-
ſi, ex duobus inueſtitis alter deficiat, nihilo-
minus alter feudum inſolidum per ius non
78 decreſcendi retinebit, † vt ſcribunt Io. le Cirier
de primog. lib. 1. quęſt. 11. concl. 3. nu 8. Bertach.
de gabel. part. 1. num. 45. Alex. conſ. 30. num. 18.
vol. 1. Crott. in d. l. re coniunctis, num. 145. & ibi
Rip. num. 167. Ruin. conſ. 108. num. 22. verſ. ex
quo ſequitur, vol. 2. Gozad. conſ. 26. nu. 36. Zuc-
car. conſ. 3. num. 33. & conſ. 8. num. 70. verſ. 6. &
num. 71. verſ. Præterea. Oſaſ. deciſ. 23. num. 12.
Rauden. inter conſ. vlt. vol. conſ. 141. num. 122.
vol. 2. Men. conſ. 1133. num. 2. & 3.
Nonum exemplum afferri ſolet in iuriſ-
dictione, quæ & ipſa cenſetur indiuidua, vt
oſtendemus in hoc cap. q. 50. Nam, ſi in feudum
ſit conceſſa, etiamſi de nouo, nihilominus
79 ius non decreſcendi recipiet. † Ita ſcribunt
Purp. d. conſ. 548. num. 60. verſ. 3. & num. 61.
Crau. d. conſ. 965. num. 3. Zuccar. d. conſ. 3. num.
34. & d. conſ. 8. num. 70. verſ. 6. & num. 71. verſ.
Præterea Zaz. de feud. d. part. 8. num. 39. Roſin.
de feud. d. cap. 6. concl. 75. num. 3. Pereg. d. conſ.
30. num. 9. vol. 1. & conſ. 24 num. 4. & 18. verſ.
Neq; quoq obſtat, vol. 2. Gratia. d. cap. 707. di-
ſcep. for. num. 22. Itaq; ſi feudum fuerit con-
ceſſum cum mero, mixto imperio, & omni-
moda iuriſdictione, erit in eo, tamquam in-
80 diuiduo iuri non decreſcendi locus, † vt ſcri-
bit Pariſ. conſ. 16. num. 8 vol. 4.
Decimum, & vltimum exemplum afferri
ſolet in ijs feudis, quæ ea lege conceduntur,
vt diuidi non poſſint, quo caſu dicuntur in-
diuidua ex voluntate concedentis, ſecundũ
ea, quæ diximus in hoc cap. q. 33. num. 10. Nam
ex tali qualitate colligimus mentem con-
trahentium fuiſſe, vt in his locum haberet
ius accreſcendi, ſeu ius non decreſcendi, vt
dicemus infra num. 158. Quamobrem, & ſi
plures res fuerint, vt vnum corpus in feudum
conceſſę, ex hoc colligimus, mentem con-
cedentis fuiſſe, vt feudum eſſet indiuiduum,
ideoq; in eo locus erit iuri non decreſcendi,
vt dicemus infra num. 159.
Sed hæc ita noſtri frequentiùs cenſent eſ-
81 ſe intelligenda, vt procedant, † non reſpectu
ſubſtantiæ ipſius rei in feudũ conceſſæ, quip-
pe, quæ tamquam indiuidua nunquã ſcindi
potuit, ſed reſpectu commoditatis, quæ in
perſona ſuperſtitis maior eſt, quam, dum ſo-
cius viuebat, vti videre eſt apud Bald. in d.
cap. 1. in prin. num. 2. De fratr. de nou. ben. inueſt.
& in d. l. vn. nu. 32. verſ. Item ſuper eo C quand.
nou pet. part. Pariſ. conſ. 6. num. 7. vol. 1. Rip. in
in d. l. re coniunctis, num. 168. Zaz. in d. l. ſi mibi,
& Titio, num. 9. Sed, quia re vera talis cõmo-
ditas, quatenus per alteriùs concurſum pote-
rat diminui, per illius mortem augetur, & ſic
aliquid ei accreſcit, quod eſſe non debet in
feudo nouo, ideo, ne lucrum percipiat con-
tra ipſius feudi naturam, tradunt debere vaſ-

ſallum ſuperſtitem præſtare domino æſtima-
tionē illius cōmoditatis pro parte accreſcēte.
82 † *Ita declarant Bald. in d. cap. 1. in prin. nu. 2. & ibi Aluaro. num. 1. verſ. ſed tu in hac quæſtione, Affl. num. 14. verſ. & hāc opinionem, & Balzar. num. 9. verſ. Iſtam regulam, & num. 15. De frat. de nou. ben. inueſt. Pariſ. d. conſ. 6 num. 9. vol. 1. Rip. in d. l. re coniunctis, num. 168. Alcia. in d. l. ſi mihi, & Titio, num. 2. Zaz. de feud. d. part. 8. nu. 40. Crau. d. conſ. 995. num. 19. verſ. ſexto. Craſi. in d. §. Ius accreſcendi, q. 33. num. 7. Roſen. de feud. d. cap. 6. concl. 76. nu. 18. & in glo. r. Gratia. d. cap. 707. diſcep. for. num. 22.* quoniam ita ge-
neraliter obſeruatur in omnibus caſibus, in
quibus res propter ſui indiuiduitatem tota
relinquitur ei, qui aliàs iure ſuo non, niſi par-
83 tem deberet obtinere † *l. lege Falcidia. 7. & l. ſi is, qui quadringenta. 79. §. quædam ff. ad leg. Falcid. l. cum filius. 78. in prin ff. de leg. ſecundo. l. purè. 5. §. 1. ff. de dol. excep. Et in his terminis cōſiderat Aluaro. in d. cap. 1. in prin. num. 1. verſic. ſed tu in hac quæſtione, De fratr. de nou. ben. inueſt.* Vnde, quia vaſſallus ſuperſtes effectu
conſequitur illam commoditatis partē, non
ex vi feudalis conceſſionis, ſed ex vi cuiuſ-
dam venditionis, quæ ex pretij receptione
reſultat, ideo cenſebitur illam habere, non,
vt feudalem, & alienam, ſed, vt allodialem,
& propriam, ſcilicet, quia dominus, quoad
eam non cenſetur ſibi directum dominium
84 reſeruaſſe. † *Ita ſcribunt Aluaro. in d. cap. 1. in prin. num. 2. verſ. Quæro ab extra De fratr. de nou. ben. inu. Pariſ. d. conſ 6. num. 9. verſ. tamen aduertendum vol. 1. Zaz. de feud. d. part. 8. num. 40. Roſent. de feud. d. cap. 6. concl 76. num. 18. & in glo r.* Et, quia hæc eſt ſpecies alienationis,
quæ Eccleſiæ prohibetur, ideo inferunt, non
procedere in feudo ab Eccleſia cōceſſo, ſed,
ſi moriatur vnus ex vaſſallis, ſimpliciter in
eo locum habere ius non decreſcendi, ita, vt
ſuperſtes totum feudum retinere poſſit nulla
præſtita æſtimatione maioris commoditatis,
quam per ſocij mortem ſit percepturus, quia
alioquin redundaret hoc in detrimētum Ec-
cleſiæ, quippe, quæ amitteret dominium di-
85 rectum † *Ita ſcribit Pariſ. d. conſ. 6. num. 10. vol. 1.* Quod tamen alij non probant, ideo,
quia hæc eſt alienatio neceſſaria, quæ nō de-
86 bet cenſeri Eccleſiæ prohibita. † *Ita Roſen. de feud. d. cap. 6. concl. 76. num. 19.*

Hinc inferunt, non eſſe audiendum domi-
nium, ſi contendat, ſibi licere, totum feu-
dum recuperare, ſoluta ſuperſtiti æſtimatio-
ne partis, quia hoc modo veniret contra fa-
ctum proprium, reuocando ſcilicet feudum
a ſe conceſſum, quod ei non debet eſſe per-
87 miſſum † *l. poſt mortem 25 ff. de adopt. vt in propoſito conſiderant Aluaro in d. cap. 1. in prin. num. 1. verſ. ſed tu in hac quæſtione, & verſ. hanc eandem, & ibi Affl num. 14. De frat. de nou. ben. inu.* ſed omnimodo de præferēdū eſſe domi-
no vaſſallum, dummodo partis æſtimatio-
88 nem præſtet, † *Ita ſcribunt Bald. in d. cap. 1. in prin. num. 2. & ibi Affl. num. 14 verſ præfertur, De fra. de nou. ben inu. Et eſt communis omnium ſententia, vt atteſtatur Pariſ. d. conſ. 6. num. 8. vol. 1. dum ait, communem opinionem eſſe, vt non ſit locus luitioni.*

Sanè duobus caſibus cenſent, audiendum
eſſe dominum, ſi partis æſtimationem offe-
rat, & totam rem habere malit, nempe, ſi por-
tio vaſſalli ſuperſtitis minor ſit portione de-
89 uoluta, † ſcilicet quia æquius eſt, minorem po
tius à maiore trahi, quam contra *l. ſancimus. 34 §. ne autem C. de donat. Ita ſcribunt Aluaro. in d cap. 1. in prin. num. 1. in fi. De frat. de nou. ben. inu. Rip. in d l. re coniunctis, num. 168. verſ. Item iſta declaratio, Zaz. de feud. d. part. 8. num. 41.* vel, ſi infeudatio proponatur facta con-
templatione ſolius vaſſalli defuncti, puta,
quia fuerit ſtrenuus miles, cum alioquin ſu-
90 perſtes ſit ignauus. † *Ita declarant Aluaro. in d. cap. 1. in prin, num. 1. verſ. Ego tamen, & ibi Affl. num. 14. verſ & hoc verum, Balzar. num. 17. De frat. de nou. ben. inueſt Rip. in d. l. re coniunctis, num. 168. verſ. uel, niſi, Zaz. de feud. d. part 8. num. 41.*

Sed hæc, quæ noſtri communiter tradide-
runt, mihi (pace illorum dixerim) ita viden-
tur cōmentitia, vt nulla ratione ſuſtineri poſ-
91 ſint, † Nam, aut tractamus de ijs, quæ ſunt in-
diuidua, &, quoad ſubſtātiam, &, quoad vſū,
cuiuſmodi ſunt ſeruitutes, quæ ſui natura diui
ſionem non recipiunt *l. 2. §. 1. verſ. quædam. ff. de uerb. oblig.* quod earum vſus indiuiſus ſit *l. uia. 17 ff. de ſeruit.* cum conſiſtat in facto me-
ro, & nudo, quod pro parte nequit expediri,
Et in his, nec ius accreſcendi, nec ius non de-
92 creſcendi conſiderari poterit, † cum hoc ius
ſupponat decretionis potētiam, quæ in rebus
naturaliter indiuiduis conſiderari nequit, *ut oſtendimus in hoc cap. q. 32. num. 42. & dicemus, etiam in q. 4:.* Et dato etiam, quod diceremus,
locum habere ius non decreſcendi, *ut dicunt ijs, quos retulimus ſupra num.* 68. non tamen ra
tione facilioris vſus, & maioris commodita-
tis eſſet aliquid domino præſtandū, quia alio-
quin vaſſallus ſuperſtes grauaretur etiam in
eo, quod ante conuaſſalli mortem ei compe-
tebat: Certum enim eſt, potuiſſe eum, & an-
te illius mortem liberè vti ſeruitute, puta ire,
agere, vehere, vel id genus alia facere, quorū
reſpectu nihil amplius conſequitur.

Nec obſtat, ſi dicatur, etiam in ſeruitutibus
partis æſtimationem eſſe præſtandam, quo-
ties quis iure ſuo, non, niſi partem conſequi
deberet, *ut patet ex locis, quos retulimus ſupra*
93 *num.* 83. quia hoc verum eſt, quando † tracta-
mus de ſeruitute acquirenda: Nam, ſi is, qui
ius tantum partis habet, vult eam acquirere,
ſine dubio debet alterius partis æſtimationē
offerre: Alioquin à petitione repelletur, *ut diximus in hoc cap. q. 4. nu.* 39. Cœterùm, quan-
do ſeruitus eſt ſemel acquiſita, ſiue vni tantū,
ſiue duobus, aut pluribus, quia ſingulis in ſoli
dum acquiſita cēſetur, ideo, licet vnus poſtea
deficiat, non tamen cogitur alter partis æſti-
mationem præſtare, quia re vera nihil conſe-
quitur, ſed retinet tantum id, quod antea ha-
bebat. Nec eſt nouum faciliùs retineri, quā
acquiri ſeruitutem, quia conſtat eam pro par-
te acquiri non poſſe, acquiſitam verò pro par
94 te retineri poſſe † *l. vt pomum. 7. §. 1. ff. de ſeruit. l. pluribus. 140. §. 1. verſ. & per partem. ff. de*
95 *verb. oblig.* ſcilicet, quia † nihil eſt tam natu-
rale, quam vnumquodq; diſſolui eo modo,
quo colligatum eſt *l. nihil tam naturale. 36. ff. de reg. iur.* Sed ſeruitus pro parte conſtitui nō
poteſt *l pro parte. 11. ff. de ſeru.* Ergo nec con-
ſtituta pro parte extingui poterit. *Ita ratioci-*

natur

natur Papinianus in l. vnus ex socijs.34. in prin. ff. de ſeru. ruſt. prędio.

Aut verò tractamus de ijs, quæ ſunt quidē indiuidua, quoad vſum, ſed, quoad ſubſtantiam, & verò etiam, quoad emolumēta, quę inde percipiuntur, diuidi poſſunt in partes intellectuales, Et in ijs verius eſt, nec ius accreſcendi, nec ius non decreſcendi locum habere poſſe, ſi de nouo fuerint duobus, aut
96 pluribus in feudum conceſſa. † Exempla ſint

Primum in feudis iuriſdictionalibus: nam hæc licet vſu ſint indiuidua, ſcilicet, quia iuriſdictio per partes exerceri nequit, *vt oſtendemus in hoc cap. q.*50. tamen, quoad ſubſtantiam, & emolumenta, quæ ex ipſis feudis per-
97 cipiuntur, cenſentur diuidua, † *vt ſcribit Bald. in d. l. vn. num. 32. verſ. Item ſuper eo C. quand. non pet. part. Et accipiendi ſunt, qui ſimpliciter ſcripſerunt, huiuſmodi feuda eſſe diuidua, vt Crau. d. conſ. 995. num.* 19. Poteſt enim quis habere dimidiam, vel maiorem, aut minorē partem etiam eius feudi, quod cum mero, & mixto imperio, ac omnimoda iuriſdictione conceſſum eſt, & pro rata ſuę portionis emolumenta percipere; Quamobrem, etiam in huiuſmodi feudis, ſi non ſint antiqua, ſed
98 noua, ceſſabit ius accreſcendi, † *vt rectè cenſuerunt Zaz. in d. l. ſi mihi, & Titio, nu.9. Crau. d. conſ.995. num.*19. Alioquin rarò contingeret, excludi ius accreſcendi in feudo nouo, ſi id locum haberet in iuriſdictionalibus, cum, vt plurimum feuda cum iuriſdictione concedantur.

Secundum exemplum ſit in iure piſcandi, aut decimas percipiendi, aut pedagia, ſeu vectigalia exigendi, aut alio ſimili: Nam, licet huiuſmodi iura aliquo reſpectu dici poſſint indiuidua, quia tamen in fructu conſi-
99 ſtunt, ideo partes recipiunt, † *vt in propoſito ſcribit Alcia. in d. l. ſi mihi, & Titio num.*2. Quāobrem in ijs non poterit eſſe iuri accreſcen-
100 di locus; † *Ita ſcribit Zaz. in d. l. ſi mihi, & Titio, num.*9.

Tertium exemplum ſit in feudis dignitatis: Nam, licet hæc cenſeantur indiuidua, quoad dignitatē ipſam, & eius vſum, ſcilicet, quia ita Comes dici poteſt, qui, vel minimā feudi partem habet, vt, qui totum feudum,
101 † nec aliquis vnquam dictus eſt, ſemicomes, aut cum alia adiectione partem denotante, ſed aut comes ſimpliciter, aut ex comitibus alicuius loci, tamen reſpectu iuriſdictionis, & emolumentorum, quæ ex eis percipiūtur, quin, & ipſa partes recipiant, non puto
102 dubitandum, † *vt rectè Crau. d. conſ.995. n.19. verſ. 2. & verſ. 5. & alij pleriq; tradiderunt*; Quod enim dicitur, ea eſſe indiuidua, intel-
103 ligitur † reſpectu illius diuiſionis, quæ fit per ſeparationem territorij, vel hominum, vel diſtinctionem temporis, quippe quę fieri nequit, niſi accedente domini voluntate. Coeterùm reſpectu partium incertarū, quæ iuris intellectu fiunt, quin ſint diuidua, nulla eſt dubitatio, *vt patet ex ijs, quæ ſupra diximus*, Quamobrem, ſi ex duobus fratribus cū titulo Comitatus inueſtitis vnus ſine filijs moriatur, non habebit ſuperſtes totum feudum, ſed pars defuncti ad dominum deuol-
104 uetur, † *vt rectè cenſuit Roſen. de feud. d. cap.6. concl.76. num.*7. Nec ob id dici poterit ius ſuperſtitis in aliquo diminutum, quia totum id habebit, quod per inueſtituram fuit ei conceſſum: Itaq; dicetur adhuc loci Comes, vt dicebatur antea, ſcilicet, quia dignitas Comitatus, quaſi qualitas infixa rei, & indiuidua cenſetur eſſe tota in toto, & tota in qualibet
105 parte, † vt dicimus de ſeruitute *l. via.23. §. fin. ff. de ſeru. ruſt. prędio.* ideoq; vt hac vti poteſt, quicunq; vel minimam fundi partem habet, *vt ibi dicitur*, ita etiam, qui feudi partem habet, poterit inſolidum vti nomine dignitatis, ſed re vera non habebit, niſi veterem partem feudi, & emolumenta non, niſi pro illius rata percipiet, *ſecundum ea, quæ diximus ſupra num.* 97. Et ita de generali totius Italiæ con-
106 ſuetudine ſeruari pleriq; atteſtantur, † *vt Io. Andr. in addit. ad Specu. in tit. de feud. verſ. Non omittam, Alex. conſ.18. num.6. verſ. Quinimo, vol.2. & conſ.25. num.10. vol. 5. Soc. Sen. d. conſ. 68. num.25. verſ. primo, vol.1. Crau. d. conſ.995. num.19. verſ.7.*

Secundus verò caſus eſt, quando feudum eſt diuiduum, ſed fuit duobus, aut pluribus conceſſum ſeparatis orationibus, quo caſu vocati ſunt re coniuncti, Et tunc, quia non tractatur de iure accreſcendi, ſed de iure non decreſcendi, quod etiam in contractibus locum habet, *vt diximus in hoc cap. q.32. num.*1. ideo fit, vt, ſi quis ex inueſtitis deficiat, eius portio debeat ad ſuperſtitem per ius nonde-
107 creſcendi pertinere. † *Ita ſcribit Caſtr. d. conſ. 262. num.1. verſ. Nec ſideatur & verſ. Nec etiā ratio dictat, vol.2.* Hinc dicimus in feudo nouo locum habere ius nō decreſcendi, ſi duobus, aut pluribus fuerit conceſſum inſolidū
108 † *vti videre eſt apud Alex. d. conſ.30. num.9. vol. 1. Balzar. in d. cap.1. in prin. num.10. verſ.2. nota De frat. de nou. ben. inueſt. Zucca d. conſ.3. nu. 32. Men. conſ.378. num.61. Pereg conſ.24. num. 17. verſ. & ſic etiam ſenſit, vol.2. Seben. conſ.45. num.7. vol. 1. Andr. Faeb. lib.7. contro. cap.64. Quam in rem faciunt etiam ea, quæ dicemus infra num.*130. aut per verba diſtributiua, puta, quia dictum ſit, cōcedo cuilibet ex fratribus,
109 † *vt ſcribunt Affl. in cap. 1. §. &, quia vidimus, num.17. De his quę feud. dar. poſſ. Decia. conſ.3. num. 3. vol.2. Burſa. conſ.181. num. 1. volu.2. Et eſt etiam de mente eorum, quos referemus in-*
110 *fra num.*131. Nam, quia † diſtributiuæ natura eſt, vt rē cuilibet inſolidum attribuat *l. nō diſtinguemus. 37. §. cū in plures ff. de arbit.* ideo fit, vt ita inueſtiti cenſeantur re coniuncti, & per conſequentias, vt inter eos locum habeat ius non decreſcendi, *ſecūdum ea, quę ſupra diximus, & latiùs dicemus in ſeq. caſu.*

Planè, hoc ita demum verùm eſſe tradūt,
111 ſi † re coniunctus deficiat ante acquiſitionē. Coeterùm, ſi poſt, quia non poteſt amplius conſiderari ius non decreſcendi, ſed tantum ius accreſcendi, *vt ex communi ſententia retulimus in 5. cap. q.37. nu.*17. quod in feudo nouo locum habere nequit, *vt diximus ſupra num.*60. ideo in hoc caſu non poterit pars deficientis ad ſuperſtitem pertinere. *Ita ſcribit Caſtr. d. conſ.262. nu.1. verſ. Breuiter, & nu. 2 vol.2.*

Sed contrariū verius eſt, & receptius, quia in feudis ius accreſcendi locum habet, etiam
112 poſt acquiſitionem, † *vt ſcribūt Bald. in cap.1. num. 1. & ibi Aluaro. num. 2. De duob. frat. a*

capit

capit. inueſt. Itaq; ſiue inſolidum, ſiue diſtributiuè facta ſit conceſſio, & vnus ex inueſtitis poſt acquiſitionem deficiat, pars eius ad ſuperſtitem pertinebit, *ut oſtendemus infra nu. 128. & ſeqq.* Sed eo caſu non erit propriè ius accreſcendi, ſed potiùs ius pacti, & inueſtituræ, *ſecundum ea, quæ dicemus infra num. 119.*

Tertius caſus eſt, quando feudum fuit duobus, aut pluribus conceſſum, non diſiunctim, ſed coniunctim, verum ex verbis, aut aliqua circunſtantia conſtat mentem concedentis fuiſſe, vt inter inueſtitos locum haberet ius accreſcendi, Et tunc non de eo dubitari poteſt, an portio deficientis pertineat ad
113 ſuperſtitem: Nam hoc caret dubio † *cap. 1. §. cum verò Corradus, De his, qui feud. dar. poſs. cap. 1. in prin. & §. 1. de frat. de nou. ben. inu. cap. 1. De benef. frat. cap. 1. §. ſi duo fratres, De feud. March.* cum certi iuris ſit, etiam in feudis ſpectandum, atq; ſeruandum eſſe tenorē inueſtituræ, & ſecundum pacta ibi appoſita debere feudorum ſucceſſionem regulari, ſed dubitari poteſt, an pertineat per ius accreſcēdi, an verò alio iure: Et iure quidem accre-
114 ſcendi pertinere † videntur in confeſſo habere, qui ſimpliciter ſcripſerunt, in feudo nouo locum non habere ius accreſcendi, niſi
115 ex pacto, † *vt Bald. in d. cap. quę in Eccleſiarum, num. 28. verſ. ſed quid, extr. de conſtit. Roma. conſ. 1. num. 6. verſ. Aut eſt feudum, Zaz. de feud. d. part. 8. num. 43. verſ. In feudo enim, & in d. l. ſi mihi, & Titio, num. 4.* ſeu (quod idem eſt) habere locum ex pacto, *vt Aluaro. in d. cap. 1. in prin. num. 2. verſ. Opp. quodimo, De frat. de nou. ben. inueſt.* vel pacto fieri poſſe, vt etiam in feudo nouo locum habet ius ac-
116 creſcendi, † *vt Bald. in d. cap. quæ in Eccleſiarū, num. 29. extra de conſtit.* & huic iuri locum
117 eſſe, ſi id ſit actum a partibus, † *vt Bald. in cap. 1. §. et, quia vidimus, num. 4. De his, qui feud. dar. poſſ. Roma. d. conſ. 1. num. 6. verſ. aut eſt feudum, Iaſ. conſ. 117. num. 3. & conſ. 136. in prin. verſ. Item, ſi coniunctim vol. 4. Alcia. in d. l. ſi mihi, & Titio, num. 20. verſ. Illud quoq;, Burſa. conſ. 181. num. 7. Roſent. de feud. d. cap. 6. concl. 75. num. 9. & 12.* ſiue ſit actum expreſ-
118 sè, ſiue tacitè, † *vt declarat Burſa. d. conſ. 181. num. 7.* Quod, licet in contractibus ceſſet ius accreſcendi legale, non tamen ceſſet conuentionale, *vt diximus in hoc cap. q. 32. num. 52.* Id ipſum cenſuiſſe videntur omnes, quos referemus *infra num. 123. & ſeqq.* dum ſpecialiter aiunt, locum habere ius accreſcendi, ſi in inueſtitura, ſiue conceſsione fuerint appoſita verba, vel clauſulæ ex quibus colligitur, talem fuiſſe mentem concedentis, *ſecundum ea, quæ dicemus ibi;*

Sed eſt verius, ex vi pacti, non ex iure ac-
119 creſcendi pertinere, † *vt generaliter de contractibus diximus in eadem q. 32. num 51. & de emphyteuſi dicemus in q. ſeq. Et ſpecialiter de feudis ſcribunt Aluaro. in d. cap. 1. §. et, quia vidimus, num. 15. & ibi Affl. num. 20. De his, qui ſeud. dar. poſ. Aluaro. in cap. 1. num. 2. De duob. fra. a cap. inueſt. Balzar. in d. cap. 1. in prin. num. 7. De fratr. de nou. ben. inueſt. Rip.*
120 *in d. l. re coniunctis, num. 162.* Nam, † cum pertineat ex prouiſione hominis, nempè ex pacto, quod a partibus, vel expreſsim, vel tacitè fuit initū, *d. cap. 1. in prin. & §. 1. De frat. de nou. ben. inu. & d. cap. 1. §. ſi duo fratres, De feud. March. & ſentiunt omnes, quos retulimus ſupra num. 115. & ſeq.* Conſequens eſt, vt non poſsit dici pertinere ex iure accreſcendi, quod eſt legis, non hominis prouiſio, *vt oſtendimus in 2. cap. in prin. num. 8. & q. 2. num. 24. & 25.* Deniq;, cum huiuſmodi pactum ſit expreſſa
121 quædam ſubſtitutio in contractu facta, † *vt eſt de mente Ceph. conſ. 29. num. 7. in fi. & Pereg. d. conſ. 30. num. 7. vol. 1.* ſequitur, non poſse dici ius accreſcendi, quod eſt ſubſtitutio tacita, *vt diximus in eodem 2. cap. q. 2. num. 42.* cum expreſsum faciat ceſsare tacitum, *l. cum ex filio 39. §. filio. ff. de vulg. & latè oſtendemus in 10. cap. q. 20. num. 19.* Et ita etiam ſenſiſse videntur ij, quos in contrarium retulimus: Licet enim dicant, in hoc caſu locum habere ius accreſcendi, fatentur tamen, id dici
122 † impropriè, quia, vt pars deficiētis ad ſuperſtitem pertineat, fit potius ex vi pacti, & inueſtituræ, quam ex iure accreſcendi, *ſecundū ea, quæ diximus ſupra num. 10. & ſeqq.* Quamobrem id appellant ius accreſcendi conuentionale, *vti videre eſt apud eos, quos retulimus in d. q. 32. num. 52.* Significantes, eſse ius, quod proficiſcitur ex conuentione partium, non ex prouidentia legis, quale eſt ius accreſcendi, *vt ſupra dictum eſt.*

Sed, quia inualuit, vt etiam in hac ſpecie portio dicatur accreſcere, ſiue per ius accreſcendi pertinere, ideo & nos hoc iuris accreſcendi verbo cum alijs abutamur, & diſpiciamus, quæ ſint verba, quæuè clauſulæ, ex quibus talis mens colligitur. Conſtat autem colligi ex multis, &

Primo, ſi in inueſtitura ſit hoc nominatim
123 expreſsum, † *vt ſcribunt Aluaro. in d. cap. 1. §. et, quia vidimus, num. 15. De his, qui feud. dar. poſſ. Abb. in cap. ex parte, num. 8. extra, de feud. Pereg. conſ. 24. num. 9. vol. 2.* puta, dictū, vt pars decedentis alteri accreſcat, vel
124 ad alterum pertineat, † *d. cap. 1. in prin. de frat. de nou. ben. inu. Pereg. d. conſ. 30. num. 7. vol. 1.* vel, vt in feudo alter alteri, puta frater
125 fratri ſuccedat † *d. cap. 1. §. cum verò Corradus De his, qui feud. dar. poſſ. cap. 1. De benef. frat. d. cap. 1. §. ſi duo fratres, De feud March. Affl. in d. cap. 1. §. et, quia vidimus, num. 17. & 18. De his, qui feud. dar. poſſ. Pariſ. conſ. 13. num. 8. vol. 1.* & multo magis, ſi dictum ſit, vt in infinitum ſuccedant fratres, & eorum deſcendentes, *vt apud Burſa. d. conſ. 181. num. 7.* Deniq;, ſi ſit dictum, vt feudum, ſiue feudi pars de vno in alterum reuertatur,
126 † *vt ſcribunt Bald. in d. cap. quæ in Eccleſiarum, num. 29. extra de conſtit. Iaſ. in d. l. re coniunctis, num. 231. & ibi Rip. num. 166. Alcia. in d. l. ſi mihi, & Titio, num. 20. verſ. Illud quoq;, Roſen. de feud. d. cap. 6. concl. 75. num. 12. Pereg. d. conſ. 30. num. 14. vol. 1.* Planè in hoc caſu pleriq; cenſent, ius accreſcendi ſolis inueſtitis competere, & ex prædictis verbis reſultare reciprocam inter ipſos inueſtitos, non etiam inter ipſorum deſcenden-
127 tes, † *vt Pereg. d. conſ. 30. num. 7. vol. 1.* Sed ego contrarium verius arbitror, ex ijs, quæ dicemus *infra num. 137. & ſeqq.*

Secundo verò, licet hoc non fuerit expreſſum, ſi tamen, poſt conceſſionem duobus, aut pluribus factam addita ſit aliqua dictio

diſtribu-

diſtributiua , quæri ſolet , an ex hoc eo lliga-
mus,actum eſſe,vt inter inueſtitos locum ha-
beat ius accreſcendi, Et, ſi quidē diſtributina
reſpiciat ipſaſmet pſonas principaliter vo-
catas,fatētur omnes,per cā cenſeri actū,vt in-
128 ter inueſtitos ſit ins non decreſcendi. † *Ita enim ſcripſerunt Bald. in cap. 1. §. filia , num. 4. De ſucceſs. feud. Alexand. conſil. 30 num. 9. vol. 1. Iaſ. in d. l. re cōiuncti,n.230 & ibi Rip nu. 164. Nico. Bello.conſil.20.num.3.Oſaſ. deciſ. 23.*
129 *num.* 11.ſcilicet , quia † diſtributiuæ natura
eſt , vt rem cuilibet inſolidum attribuat *l.non diſtinguemus.37. §. cum in plures ff. de arbit.* &
per conſequentias operetur , vt ſinguli , tam-
quam ad ſolidum vocati , & ſic re coninncti
veniant per ios non decreſcendi, quod etiam
in ſendo nouo locum habere ſolet, *vt diximus ſupra num.*107. *Ita ratiocinantur Alexan. conſil.*13.*num.*14. *vol.* 5. *Rip. in d. l. re coniuncti num.*164.*Pariſ conſ.*13.*num.*9.*vol.* 1. *conſil.* 16. *num.* 3.*vol.*4.*Oſaſc.d deciſ.*23.*num.*11.*Pereg. d.conſ.*30.*num.*13.*vol.*1. Idque procedit , non
ſolum , ſi diſtributiua fuerit cooiuncta cum
dictlone,inſolidum, quo caſu res caret omni
130 dubio , † *vti videre eſt apud Affl.in d.cap.* 1.*in prin.num.*7.*& ibi Balza. num.* 9. *verſ. Iſtam regulam,De frat.de nou.ben.inu.Alex.in d.l.ſi mihi , & Titio,num.*18.*Zaz.de feud.d.part.* 8. *nu.* 38.*Iacobi.de Franch.in d.cap.*1.*§.&, quia vidimus , num.* 19.*De his,qui feud. dar.poſs. Menoc. conſil.*166.*num.*50.*Pereg. d. conſil.* 30. *num.* 14. *vol.* 1. *Roſen.de feud.d.cap.*6. *concl.* 75. *num.* 1.
cum ſola dictio , inſolidum , denotet , fuiſſe
actum , vt inter iouestitos ſit ius accreſcendi,
*vt ſcribit Alex.d.conſ.*30.*num.* 9. *vol.* 1. *& patet ex ijs, quæ diximus ſupra num.*108.ſed etiā,
ſi ſimpliciter fuerit adiecta ; Nam ſimplex
eius expreſſio ſufficit , vt ſinguli inſolidum
vocati intelligaotur. Quamobrem inter in-
ueſtitos erit locus inri oon decreſcēdi, ſi poſt
conceſſionem duobus , aut plotibus factam ,
131 addita ſint hæc verba,& cuilibet eorum, † *vt ſcribunt Bald.in d.cap.*1.*§.filia,num.* 4. *De ſucceſſ. feud. Alexand.d.conſil.*30.*num.*9.*vol.*1. *& d. conſil.*13.*num.*14.*vol.*5. *Iaſ. in d. l. re coniuncti, num.*230.*& ibi Crott.num.*175.*Rip. num.* 164. *Alcia.conſ.* 24. *num.*1.*lib.*3.*Zucca.conſil.*3.*num.* 32. *&* 39.*verſic. & ex ijs , & conſil.* 8. *num.* 70. *Pariſ. d. conſil.* 13.*num.*9.*vol.* 1. *& d. conſil.* 16. *num.*3.*vol.*4.*Nico.Bello.conſil* 20. *num.* 3. *Clar. in d.§.feudum q.*77.*num.*3.*ubi teſtatur , hanc eſſe communem concluſionem quæ non habet contradictorem , Oſaſ. d. deciſ.* 23. *num.* 11. *Menoch. conſil.*464.*num.* 17. *verſ.* Non *obſtat tertium, Surd.conſ.*548.*nu.*6.*Pereg.d.conſ.*30. *nu.*13.*vol.* 1.*Roſen. d. cap.* 6. *concl.* 75 *num.* 1. *& in glo.C. Andr.Facb.lib.*7.*contro. cap.* 64. vel,vnicuique
132 eorum, † *ut apud Clar. in d.§.feudum q.*77.*nu.*
133 3.vel dictum ſit, & vtrique eorum, † *ut apud Iaſ. in d.l.re coniunctis,num.*231.*Pereg.d.conſil.* 30.*num.* 14.*uol.*1. vel , & vtrique,& alteri eo-
134 rum,† *ut apud Crott.in d.l.re cōiuncti,n.*175.vel
135 eorū ſingulis,† *ut apud Roſē.d.ca.*6.*cōcl.*75.*n.*1.

Planè de illo dubitari poteſt , an in ſpecie
propoſita , qua ſupponimus , diſtributiuam
reſpicere perſonas ipſas priocipaliter voca-
tas , eius vis extendatur etiam ad earum de-
ſcendeotes, ita , vt non ſolom ipſiſmet prin-
cipaliter vocatis competat ius noo decreſcē-
di , ſi pars deficiat ipſis viuentibus, ſed etiam
ipſorum deſcendentibus,ſi deficiat poſt mor-
tem. Et, ſi quidam diſtributiua nominatim
ſit etiam ad ipſos deſceodentes relata , vt ,
quia dictum ſit , concedo Titio , & Sem pro-
oio , & cuilibet eorum pro ſe , & cuiuſlibet
ipſorum deſcendentibus , res caret omni du-
bio: Nam certom eſt,etiam ipſorum deſcen-
dentibus,tamquam inſolidum vocatis ius nō
decreſcendi competere , ſi conuaſſallus , aut
136 eius linea deſecerit . † Coeterùm,ſi ſimplici-
ter relata ſit ad perſonas principales , puta ,
quia dictum ſit, concedo Titio , & Sempro-
nio , & cuilibet eorum pro ſe , & ſuis deſcen-
dentibus , maior videtur eſſe dubitatio . Sèd
adhuc verius eſt , competere etiam ipſorum
137 deſcendeotibus , † *uti uidere eſt apud Gozad. conſil.*26.*num.*39. *& Pereg.d.conſil.*30.*num.*13.
138 *uol.* 1. Nam † eo ipſo, quod quis recipit feu-
dum pro ſe,& ſuis deſcēdētibus , cenſetur illis
proſpicere in eo toto,quod ipſimet recipien-
ti conceditur *l.ſi pactum* 9.*ff. de probat.* Cum
igitur virtute illius clauſulæ , & cuilibet eo-
rum , vel alterios ſimilis , cenſeatur vnicui-
que conceſſum totum feudum,cum diſtribu-
tiuæ natura ſit, vt cuilibet rem inſolidom at-
tribuat, *ut ſupra dictum eſt* . Cooſequens eſt,
vt etiam reſpectu totius cenſeatur vnuſquiſ-
que ſuis deſcendentibus proſpexiſſe , ita , vt ,
licet expreſſim diſtributiua non ſit relata ad
deſcendeotes , tamen per quandam conſe-
quentiam ad eos trahatur , ſcilicet , qoia in
eo , quod quis ſibi acquirit , cenſetur etiam
ſuis hæredibus,& ſucceſſoribus proſpicere.

Sed hæc quidem procedunt , quoties diſtri-
butiua fuit expreſſim relata ad ipſoſmet prin
cipaliter inueſtitos. Coeterùm,qnoties non
ad eos , ſed ad ipſorum deſcendentes relata
fuit , vt , quia ſit dictum , concedo Titio , &
Seio , & cuiuſlibet eorum filijs , ac deſcendē-
tibus , duplex naſci ſolet controuerſia , vna ,
an per ea verba cenſeatur indnctum ius non
decreſcendi inter ipſoſmet principaliter vo-
catos. ita, vt , ſi vnus ex ijs deficiat , eius pars
debeat ad alterum per ius non decreſcend
pertinere. Altera verò , an cenſeatur indu-
ctum ſaltem inter ipſorum deſcendentes,ita,
vt , ſi vnius linea deficiat , poſſint deſcendē-
tes alterius admitti .

Et in prima qnidem quæſtione cenſuerūt
nonnulli , verba prædicta inducere ios non
decreſcendi , etiam in perſonis eorum , qui
139 principaliter vocati ſunt.† *Ita enim cenſuerūt Soc.Sen.conſ* 66.*nu* . 14.*uerſ.fundamētum, uol.*3. *Alcia.d.conſil.*24.*num.*3.*uerſ.Præterea lib.*3.*Et uidentur etiam ſenſiſſe , qui ſimpliciter tradiderunt ſtantibus uerbis prædictis locum habere ius accreſcendi , ſeu non decreſcendi,ut Soc. Sen.d. conſil.*66.*num.* 11.*uerſ.Poſtremo,uol.*3. Mouen-
tur autem , vt ita ſentiant , ea ratione , quia
140 † verba prędicta,non ſolum determinant per-
ſonas deſcendentium, ſed etiam perſonas ip-
ſas principales , *ut pluribus oſtendere conatur Soc.Sen.d.conſ.*66.*num.*14. *uol.*3.& dato etiam,
quod eas non poſſint ſecundum rectam lo-
quendi rationem determinare , tamen eo ip-
ſo , quod determinant perſonas deſcenden-
tium , & inter eos inducunt ius non decre-
ſcendi , *ut ex frequentiori dd. opinione referemus infra num.*144. ſequitur, debere id multo
magis inducere in ipſiſmet perſonis princi-
palibus

Digitized by Google

palibus, quia, ſi concedens voluit proſpice-
re deſcendentibus a principaliter vocatis,
quos non cognoſcebat, & ad quos veriſimi-
liter non habuit affectionem, quanto magis
cenſeri debet voluiſſe proſpicere ipſiſmet
principaliter vocatis, quos cognoſcebat, &,
in quos habebat affectionem *l Ita arguit Soc.*
ſen. d. conſ. 66. num. 14. verſ. Secundum fun-
damentum, vol. 3. Alioquin ſequeretur, plus
iuris habere ſucceſſorem, quàm authorem
contra l. in ijs officijs. 136. §. 1. ff. de reg. iur. &
eum, per quem deſcendentes ius habere in-
telliguntur, ab eodem iure excludi, contra
regulam. *Auth. multo magis C. de Sacroſ.*
Eccl.

Sed eſt veriùs, quod alij frequentiùs tradi-
derunt, ſcilicet inter principaliter inueſtitos
141 non habere locum ius non decreſcendi. † *Ita*
enim ſenſiſſe videntur, qui ſimpliciter ſcri-
pſerunt, non habere locum ius accreſcendi,
ſi diſtributiua non apponatur perſonis prin-
cipalibus, ſed eorum deſcendentibus, vt Alex.
conſ. 13. nu. 14. verſ. Tamen hoc non obſtante,
& num. 15. verſ. Ita ergo, vol. 5 Rip. in d. l.
re coniuncti, num. 165. Ruin. conſ. 47. num. 5.
vol. 1. Nico. Bello. d. conſ. 20. num. 4. Et in
ſpecie de principaliter vocatis ita ſcribunt Ruin.
conſ. 159. num. 1. verſ. Nec obſtat illud vol. 1.
Pereg. conſ. 30. num. 15. vol. 1. & conſ. 24.
num. 15. verſ. & ad hoc videtur vol. 2. Roſent.
142 *de feud. d. cap. 6. concl. 75. num. 2.* quia, † cum
ſalua ratione textus ſermonis non poſſit ad eos
diſtributiua referri, *vt oſtendemus in q. ſeq.*
& in materia feudalis conceſſionis ſcribunt Alex.
d. conſil. 13. num. 14. verſ. Nec obſtat, &
num. 15. verſ. Ita ergo, vol. 5. Pereg. d. conſ.
30. num. 15. vol. 1. Roſen. d. cap. 6. concl. 75.
num. 2. ſequitur, eorum vocationem cen-
ſeri ſimpliciter factam per copulam, quæ
operatur, vt ſinguli, nō ad ſolidū, ſed ad par-
tes vocati intelligantur, *l. reos 11. §. cum ta-*
bulis. ff. de duob. reis. Vnde, quia inter eos, qui
ita vocantur, non habet locum ius accreſcen
di, quoties feudum eſt nouum, *vt diximus*
ſupra num. 60. fit, vt nec in propoſita ſpecie
locum habere poſſit.

Hinc intelligimus, quod dici ſolet, di-
ctionem, cuilibet, adiectam copulatiuæ vo-
cationi inducere ius non decreſcendi, pro-
143 cedere, † ſi determinet perſonas principa-
liter vocatas, ſecus verò, ſi ipſarum de-
ſcendentes: nam tunc inter primos inue-
ſtitos non inducit ius non decreſcendi. *Ita*
diſtinguendo declarant Nico. Bello. dict. conſ.
20. num. 3. verſ. vlteriùs, & num. 4. Men.
conſil. 464. num. 17. verſ. non obſtat ter-
tium.

In ſecunda verò quæſtione cenſent noſtri
frequentiùs, inter deſcendentes a duobus,
vel pluribus inueſtitis locum habere ius non
decreſcendi, ſi conceſſio facta ſit, pro ſe, &
cuiuslibet ipſorum filijs, ac deſcendentibus.
144 † *Ita enim cenſuerunt Ruin. d. conſ. 159. num.*
1. verſ. Nec obſtat illud, vol. 1. Pariſ. conſil. 6.
num. 13. & ſeqq. vol. 1. Pereg. d. conſ. 30. num.
15. vol. 1. d. conſ. 24. num. 15. verſ. & ad hoc
videtur vol. 2. & conſ. 21. num. 4. vol. 3. Vbi ait,
hanc eſſe receptam concluſionem, de qua non eſt
145 *vlteriùs dubitandum*, quia, † cum illa di-
ſtributiua, cuiuslibet, ſine dubio determinet
filios, & deſcendentes vocatorum, & illius
natura ſit, vt rem cuilibet inſolidum attri-
buat, *vt ſupra dictum eſt*, ideo fit, vt deſcen-
dentes vnius tamquam ad ſolidum vocati
debeant partem alterius deficientis per ius
non decreſcendi vindicare. *Ita arguit Pereg.*
d. conſ. 30. num. 15. vol. 1. d. conſ. 24. num. 15.
verſ. & ad hoc videtur, uol. 2. & d. conſ. 21.
num. 4. uol. 3. Quamobrem illa verba vi-
dentur accipienda diuiſiuè, ſcilicet pro Ti-
tio, & Seio, & eorum deſcendentibus, vel,
ſi vnius deſcendentes deficiant, pro deſcen-
146 dentibus alterius, † *Vt declarat Pariſ. dict.*
conſ. 16. num. 6. uol. 4. Et in ſimili dicemus
infra num. 154.

Sed ego, licet in forenſibus controuerſijs
non putem a communi recedendum, diſpu-
tando tamen veriorem arbitror eſſe ſenten-
tiam exiſtimantium verba prædicta, nec in
principaliter vocatis, nec in eorum deſcen-
dentibus, ius accreſcendi inducere, ſed re-
linquere rem in ſimplicibus terminis feudi
noui, in quo ius accreſcendi locum non ha-
bet, eaq; ratione partem deficientis ad do-
147 minum pertinere. † *Fuit hæc ſententia Andr.*
Facb. lib. 7. contro. cap. 64. quam puto veriſſi-
148 *mam:* Nam illa verba, † & cuiuslibet co-
rum deſcendentibus, intelliguntur reſpecti-
uè, ideſt, deſcendentibus cuiuſq; in portione
ſui aſcendentis, ſed non diſtributiuè, ita, vt
totum feudum videatur inſolidum conceſ-
ſum deſcendentibus vnius, & alterius. Itaq;
hunc habent ſenſum, Pro Titio, & Seio, &
cuiuslibet eorum deſcendentibus, ideſt pro
Titio, & ipſius deſcendentibus in eius por-
tione, & ſimiliter pro Seio, & ipſius deſcen-
dentibus in alia portione, ſed non pro deſcē-
dentibus vnius in portione alterius. *Ita de-*
clarat Andr. Facb. d. lib. 7. contro. cap. 64. &
rectè, quia alioquin ſequerentur illa abſur-
da, quæ conſiderauimus *ſupra num. 140.*
quæq; poſita communi non poſſent euitari.
Hæc autem faciliùs procederent, ſi non eſſet
dictum, & cuiuslibet eorum filijs, & deſcen-
dentibus, ſed, & omnibus eorum filijs, ac de-
ſcendentibus: nam, quia dictio, omnis, non
eſt diſtributiua, ſed collectiua, ideo non in-
duceret inter huiuſmodi deſcendentes ius
149 accreſcendi, † *Vt ſcribit Pereg. d. conſ. 30.*
num. 10. vol. 1. Idem eſt, ſi dictum eſſet, &
quibuſcunq; eorum filijs, & deſcendentibus,
ſcilicet; quia dictio, quibuſcunq; eſt colle-
150 ctiua, non diſtributiua. † *Ita ſcribit Pereg.*
d. conſ. 30. num. 10. vol. 1. Deniq; idem eſt, &,
ſi feudum ſit conceſſum pro ſe, & vtriuſq;
eorum filijs, & deſcendentibus; nam, quia
dictio, vterq;, eſt collectiua, non diſtributi-
ua, ideo non poteſt inter eos ius accreſcendi
151 inducere. † *Ita ſcribit Ruin. d. conſ. 47. num.*
5. vol. 1. Planè, ſi dictum eſſet, pro ſe, & fi-
lijs, ac deſcendentibus alterius eorum, ſine
dubio cenſeretur, inter eos inductum ius
152 non decreſcendi, † *Vt ſcribit Pariſ. conſil.*
6. num. 19. volum. 1. quia dictio, alter,
tamquam diſtributiua, ſignificat feudum
fuiſſe conceſſum non ſolum filijs vnius,
ſed etiam filijs alterius, & per conſequen-
tias ſufficere, alterius filios, ſeu deſcen-
dentes exiſtere, vt feudum obtinere poſ-
ſint.

Tertio

Tertio, ſi feudum ita fuerit duobus, aut plu
ribus conceſſum, vt, quandiù ipſi, vel eorum
hæredes viuerent, illud haberent, videtur
actum, vt inter eos locum habeat ius accre-
153 ſcendi † *cap. 1. in fin. & ibi glo. in verb. duo fra-
tres, De duob. frat. à capit. inueſt. Et ſcribunt
Alex. d. conſ. 30. num. 9. verſ. quarto, volum. 1.
Iaſ. conſil. 117. col. 7. verſ. 3. principaliter, volu. 4.
Soc. Sen. d. conſil. 66. num. 13. verſ. Tertia ratio,
volum. 3. Ruin. conſil. 169. num. 2. & 4. volum.
1. Pariſ. conſil. 6. num. 18. volum. 1. & conſil. 16.
num. 6. volum. 4. Rip. in d. l. re coniuncti, nu. 163.
Alcia. in d. l. ſi mihi, & Titio, num. 20. verſic.
Illud quoque, Decia. conſil. 73. num. 15. volum. 2.
Craſ. in d. §. ius accreſcendi, q. 33. num. 5. uerſic.
ſed quæro, Pereg. d. conſil. 30. num. 12. volum. 1.
Roſen. de feud. d. cap. 6. concl. 75. num. 4. & ſeqq.*
154 Illa enim verba accipiuntur † diuiſiuè, ſiue
alternatiuè, ſcilicet, quandiù ille, vel ille ex
recipientibus, vel eorum hæredibus viuerent,
*vt declarant Alex. d. conſil. 30. num. 9. verſ. quar-
to, volum. 1. Iaſ. d. conſ. 117. colum. 7. uerſ. tertio,
principaliter, vol. 4. Soc. Sen. d. conſ. 66. num. 13.
uerſ. Tertia ratio, uol. 3.*

Quarto, ſi in feudi conceſſione duobus,
aut pluribus facta dictum ſit, vt poſt mor-
tem omnium reuertatur ad dominum, vide-
tur actum, vt, quandiù, vel vnus ſupereſt,
non reuertatur, & per conſequentias, vt inter
155 eos locum habeat ius accreſcendi. † *Ita ſcri-
bunt Caſtr. conſ. 46. num. 1. uerſ. Non obſtat, uol.
2. Aff. in d. cap. 1. §. &, quia vidimus, num. 18.
De his, qui feud. dar. poſſ. Balzar. in d. cap. 1. in
prin. num. 17. in fin. De frat. de nou. ben. inueſt.
Iaſ. d. conſil. 117. col. 7. uerſ. quarto principaliter,
vol. 4. Burſa. d. conſ. 181. num. 7. Pereg. d. conſil.
30. num. 11. vol. 1. ubi ait, hanc eſſe communem
traditionem, Roſen. de feud. d. cap. 6. concluſ. 75.*
156 *num.* 12. Nam, † cum pactum reuerſionis ſit
conceptum ſub illa conditione, ſi morian-
tur omnes (Hoc enim important illa verba,
poſt mortem) Conſequens eſt, vt, quandiù,
vel vnus ſupereſt, quaſi non impleta condi-
tione ceſſet reuerſio, vt in ſimili dicimus de
pacto reuerſionis, ſiue reſtitutionis dotis, ſi
filia deceſſerit ſine liberis: nam per id cenſe-
tur actum, vt ijs exiſtentibus non reſtituatur
l. inter ſocerum. 26. §. cum inter ff. de pact. dotal.

Quinto, ſi feudum ſit duobus, aut pluribus
conceſſum vſque ad tertiam, aut quartam
generationem, cēſent plerique videri actum,
vt inter huiuſmodi generationes locum ha-
157 beat ius accreſcendi. † *Ita Iaſ. d. conſ. 117. col.
7. verſ. ſecundo principaliter, volum.* 4. Sed hac
de re latiùs dicemus *in q. ſeq.* vbi de emphy-
teuſi ita conceſſa loquemur; Eſt enim hæc
coniectura propria emphyteuſis, maximè
Eccleſiaſticæ, quippe, quæ, vt plurimum
ita concedi ſolet, non etiam feudi, quod ra-
rò conſtringitur ad generationes.

Sexto, ſi in feudi conceſſione dictum ſit,
vt illud diuidi non poſſit, ex hoc colligimus
actum eſſe, vt inter inueſtitos, eorūq; deſcen-
dentes locum habeat ius accreſcēdi, ſeu non
158 decreſcendi, † *vt ſcribunt Pariſ. d. conſ. 6. num.
6 & 7. volum. 1. Pereg. d. conſ. 30. num. 9. verſic.
Idem eſt, uol. 1. Roſen. de feud. d. cap. 6. concl. 76.
num. 8. Gratia. tom. 4. diſcep. for. cap. 707. num.*
23. quippe, quod in feudis indiuiduis locum
habere ſolet, *vt diximus ſupra num.* 66. Idem
eſt, & ſi res, vt vnum corpus fuerit duobus,
aut pluribus in feudum conceſſa: nam hoc
ipſo videtur actum, vt non diuidatur, & per
conſequentias, vt in ea, quaſi in re volunta-
te partium indiuidua locum habeat ius non
159 decreſcendi. † *Ita ſcribunt Pereg. d. conſil. 30.
num. 9. verſ. Idem eſt, vol. 1. Roſen. d. cap. 6. concl.
76. num. 8. Gratia. d. cap. 707. diſcep. for. num.
23.*

Quartus caſus eſt, quando, neque ex ver-
bis, neq; ex coniecturis conſtat, quid actum
ſit à partibus, & ſic ſumus in dubio, ſed tra-
ctamus de feudo conceſſo ab Imperatore, vel
alio ſupremo Principe, Et tunc magna ſolet
eſſe quæſtio, nunquid in eo locum habeat
ius accreſcendi. Quæſtio pendet ex eo, nun-
quid diſpoſitio l. *vn. C. ſi liber. Imper. ſoc. ſin.
hered. dec. lib.* 10. locum habeat in feudi con-
ceſſione, quod, cum quærimus, duo ſine du-
bio ſupponimus, Primo, nos non verſari in
terminis, in quibus aliàs in feudo nouo lo-
cum habere poſſit ius accreſcendi, *ſecūdum
ea, quæ diximus in 3. caſibus præcedentibus, &
dicemus etiam in 2. ſeqq.* Nam alioquin res ca-
reret dubio, quia, ſi locum habet in feudo
conceſſo ab inferiore, Conſequēs eſt, vt mul-
to magis locum habere debeat in conceſſo à
Principe ſupremo. Quamobrem, ſi feudum
ab Imperatore conceſſum ſit indiuiduum, pu
ta feudum dignitatis, non erit dubitandum,
quin in eo locum habeat ius non decreſcen-
160 di, † *ſecundum ea, quæ ex communi diximus
ſupra num.* 78. Quod vtique intelligo abſolu-
tè, ideſt, quoad integram commoditatem,
161 † *vt declarat Bald. in d. cap. 1. in prin. num. 2. De
frat. de nou. ben. inueſt.* & ſic non præſtita æſti-
matione; Idem eſt, &, ſi ex verbis, aut aliqua
circunſtantia conſtet actum eſſe, vt inter in-
162 ueſtitos locus ſit iuri accreſcendi, † *ſecundum
ea, quæ diximus ſupra num. 123. & ſeqq. Et in
ſpecie de feudis à Principe conceſſis ſcribit Purp.
in l. vn. num. 18. verſ. & illam C. quand. non pet.
part.* Secundo ſupponimus in Imperiali libe-
ralitate locum habere ius accreſcendi, ex
l. vn. C. ſi liber. Imp. ſoc. ſin. hær. dec. lib. 10 ſecun-
dum intellectum, quem diximus eſſe com-
munem *in q. præced. num.* 16. Nam, ſi ſequere-
mur eam opinionem, quam diſputando di-
ximus, eſſe veriorem *ibi num.* 19. vt ſcilicet
in ea ius accreſcendi ceſſet, & diſpoſitio *d. l.
vn.* hoc ſolum operetur, vt in concurſu con-
ceſſionis debeat ſocius extraneo præferri, fru-
ſtratoria eſſet huiuſmodi diſputatio, quia nō
poſſet maior eſſe vis feudalis conceſſionis,
quam meræ liberalitatis, cum ab hac ad il-
lam trahatur argumentum. Sed poſita com-
muni tunc rectè quæritur an diſpoſitio *l. vn.*
quæ de Imperiali liberalitate loquitur, pro-
cedat etiam in conceſſione feudali.

In hac autem quæſtione, *quam valdè du-
biam eſſe ſcribit Menoch. conſil. 400. num. 70.
& conſil. 464. num.* 14. plerique negatiuam opi
nionem ſunt amplexi exiſtimātes, diſpoſitio-
nem *d. l. un.* in Imperiali feudo non procede-
re, & per conſequentias, in eo locum non ha-
163 bere ius accreſcendi. † *Ita enim cenſuerunt
Cin. in d. l. un. in fin. C. quand. non pet. par. Iſern.
in cap. 1. num. 1. De bene. frat. & in cap. 1. in fin.
De duob. frat. a capit. inueſt. Aluaro. in cap. 1.
in prin. num. 2. uerſ. Opp. de lege, De frat. de nou.
ben.*

ben. inu. Luc. de Pen. in d. l.vn. C. ſi liber. Imp.
ſoc. lib. 10. Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 227.
verſ. Quid tenendum, & in d. l. ſi mihi, & Titio,
num. 7. vbi ait, hanc partem in puncto iuris ſibi
ſemper eſſe viſam veriorem, tametſi fateatur, con-
trariam eſſe communem, a qua iudicando, &
conſulendo non eſt recedendum; Eandem opi-
nionem, quam dicit, ſibi videri veriorem ample-
xus eſt Rip. in d. l. re coniuncti, num. 158. in fi.
& poſt eum Hoto. conſ. 31. num. 26. verſ. Nihil
igitur obſtat, & num. ſeqq. & Andr. Fach. lib. 7.
controu. cap. 63. verſ. Hanc poſteriorem. Hanc
etiam fore veriorem credit Roſen. d. cap. 6. concl.
74. num. 11. ſi certum eſſet, l. vn. non habere locũ
in donationibus ob cauſam factis; Deniq; com-
munem non amplectendam putaret, niſi quod
humanior eſt Io. Gaud. in d. l. re coniuncti, num.
8. verſ. Quare communem. Mouentur autem,
vt ita ſentiant.

Primo varijs locis, in quibus expreſſim
ſcribitur, ſi feudum duobus fratribus ſit con-
ceſſum, & vnus ſine hærede moriatur, par-
tem eius, non ad fratrem pertinere, ſed ad
164 dominum reuerti † vt in cap. 1. §. fin. De ſucc.
feud. cap. 1. §. cum verò Corradus, De his, qui
feud. dar. poſſ. cap. 1. §. ſi duo fratres, De feud.
Marcb. cap. 1. in prin. De frat. de nou. ben. in-
ueſt. Nam, cum generaliter, & indiſtinctè
loquãtur, conſequens videtur, vt generaliter
etiam, & indiſtinctè ſint intelligendi, ſiue
feudum ab inferiore ſit conceſſum, ſiue etiã
ab Imperatore. Ita arguunt Iaſ. in d. l. re con-
iuncti, num. 227. verſ. quid tenendum, & ibi
Rip. num. 158. verſ. Mouentur, iuncto verſ.
Iſta ſolutio, & Io. Gaud. num. 8. Iaſ. in d. l. ſi
mihi, & Titio, num. 7. verſ. & pro iſta, Andr.
Fach. d. lib. 7. contro. cap. 63. verſ. Hanc poſte-
ſteriorem. Quinimo de feudo ab Imperato-
re conceſſo videtur ſpecialiter loqui cap. 1. §.
cum verò Corradus, De his, qui feud. dar. poſſ.
165 vbi dicitur † Corradum Imperatorem, cum
Romam proficiſceretur, ad petitionem fi-
delium, qui in eius erant ſeruitio, lege pro-
mulgata diſpoſuiſſe, vt feudales ſucceſsiones,
etiam ad nepotes ex filio producerẽtur, & vt
frater fratri ſine legitimo hærede defuncto,
vel filijs in beneficio, quod eorum patris fuit,
ſuccederet, ſin autem vnus ex fratribus a do-
mino feudum acceperit, eo defuncto ſine le-
gitimo hærede frater eius in feudum non ſuc
cederet. Et ſimili modo de feudo ab Impe-
166 ratore conceſſo videtur accipiendum † cap. 1.
§. fin. De feud. Marcb. quia, cum initium de
eo loquatur, veriſimile eſt, id, quod ſequitur,
fuiſſe propoſitum retenſo eodem rhemate.
Cum ergo in materia feudali habeamus
textus ſpeciales, ſequitur, non eſſe ſtandum
iuri communi. Ita arguunt Iaſ. in d. l. re con-
iuncti, num. 227. verſ. Quid tenendum, & ibi
Rip. num. 158. verſ. &, ſi ille.

Secundo mouentur, quia in principum
contractibus ſeruamus ius commune, niſi
ſpecialiter aliud conſtitutum eſſe conſtet l. 2.
§. hoc interdictum. ff. ne quid in loc. publ. Sed
non reperitur ſpecialiter conſtitutum, vt in
conceſſione feudali a Principe facta locum
habeat ius accreſcendi, cum in vſibus feudo-
rum nullus ſit locus, ex quo poſſit hoc dedu-
167 duci; Et, ſi dicas deduci † ex d. l. vn. C. ſi li-
ber. Imper. ſoc. lib. 10. quæ de Principis con-
ceſſione loquitur, obſtare videtur illud, quia,
lex prædicta loquitur de mera liberalitate,
& ſic de mera, & pura donatione, ideoq;
non videtur poſſe trahi ad feudalem conceſ-
ſionem, quæ non eſt mera liberalitas, ſeu do-
natio propter ſeruitia, & homagia, quæ vaſ-
168 ſallus domino pręſtare debet † vt ſcribit Rum.
conſ. 36. num. 8. vol. 1. & in propoſito conſiderat
Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 227. verſ. Quid
tenendum, & in d. l. ſi mihi, & Titio, num. 7. verſ.
tenendo. Ergo in ea debemus ſeruare ius com
mune, quo cauetur, vt in feudo nouo locum
non habeat ius accreſcendi.

Tertio mouentur, quia, cum diſpoſitio
d. l. vn. ſit exorbitans a iure communi, quip-
pe, quo regulariter in donationibus, & alijs
viuentium cauſis ius accreſcendi ceſſat, vt
patet ex ijs, quæ diximus in q. præced. num. 5.
Conſequens eſt, vt non ſit in conſequentias
169 trahenda † l. quod verò 13. ff. de legib. nec ex-
tendenda ad feuda, in quibus diuerſa ſubeſt
ratio, vt conſiderat Rip. in d. l. re coniuncti num.
170 158. verſ. Alia etiam ratione: Nam, † quando
Princeps donat, nihil ſibi reſeruat, at, quan-
do in feudum concedit, reſeruat ſibi domi-
nium directum, vt conſiderat Rip. in d. l. re cõ-
iuncti, num. 158 verſ. Præterea. Deniq;, cum
donat, cenſetur ea mente id agere, vt res nũ-
quam ad ſe reuertatur, cum in ea ſuccedant
etiam extranei, & de ea poſſit donatarius li-
berè diſponere, quod ſecus eſt in feudo, vtpo-
te in quo Princeps reſtringit ſuccedendi fa-
cultatem ad certas perſonas cap. 1. §. hoc autẽ
notandum, De his, qui feud. dar. poſſ. cap. 1. in
prin. De ſucc. feud. &, de quo vaſſallus liberè
diſponere non poteſt.

Prædictis tamen non obſtantibus cõtraria
ſententia verior eſt & receptior, ſcilicet diſpo-
ſitionẽ d. l. vn. procedere etiã in feudali cõceſ
ſione ab Imperatore facta, & per conſequen-
tias etiam in ea locũ habere ius accreſcendi.
171 † Ita enim cenſuerũt Bald. in d. cap. 1. num. 2. De
duob. frat. a capit. inueſt. Alex. in d. l. ſi mihi, &
Titio, num. 7. vbi ait hanc opinionem ſibi magis
placere, & ibi Alcia. num. 20. verſ. Receptũ tamen,
iuncto verſ. Ego cõmunem, Affl. in cap. 1. in prin.
num. 3. & ibi Balzar num. 8. De frat. de nou. ben.
inu. vbi ait, hanc eſſe magis cõmunem, Iaſ. d. conſ.
117. num. 3. verſ. & tenendo vol. 4. vbi ait, hãc
eſſe magis cõmunem opinionẽ, a qua iudicãdo, &
conſulendo non eſt recedendum, quod etiã repetit
in conſ. 136. nu. 4. eod. vol. Crott. in d. l. re cõiũcti,
num. 92. verſ. Quid tenendũ, Soc. iun. d. conſ. 73.
num. 22. & 24. verſ. ſit ergo, & verſ. et, licet vol. 1.
vbi ait hanc eſſe veriorem, & magis cõmunem, &
conſ. 92. num. 6. verſ. Nec prædictę, vol. 4. Zuccar.
conſ. 2. num. 18. verſ. 2 moueor, & nu. 19. & conſ.
3. num. 13. Io. Bapt. Villal. in comm. opin. in verb.
Ius accreſcendi, vbi pariter teſtatur, hanc eſſe ma-
gis cõmunem, Clar. in d. §. feudũ q. 77. num. 3. vbi
ſimiliter teſtatur, hanc eſſe magis cõmunẽ, & etiã
veriorẽ, Craſſ. in d. §. Ius accreſcendi, q. 33. nu. 5.
vbi ait, hanc eſſe cõmmunem, & veriorem, Men.
conſ. 160. num. 51. vbi ait, hanc eſſe magis receptã
opinionem, Pereg. de Iur. fiſc. lib. 1. tit. 2. nu. 103.
verſ. 4. declara, Roſen. de feud. d. cap. 6. concl. 74.
num. 1. & 11. vbi ſimiliter atteſtatur, hanc magis
cõmunem, & frequentiorem eſſe, Et eſt in confeſſo
apud omnes, quos referemus infra num. 189. &
ſeqq. Probatur autem hæc ſententia.

Primo,

Primo, quia, vbi in iure feudorum non re-
peritur aliquid ſpecialiter deciſum cõtra ius
372 commune, ſtandum eſt iuri communi † *cap.*
1. §. ſtrennus, De feud. cogn. Bald. in l. 2. num.
4. C. de ſuis, & legit. & in l. cum oportet. 6. in
prin. num. 8. verſ. Item in feudo C. de bon. quæ lib.
Sed in vſibus feudorum non repetitur locus
prohibens ius accreſcendi in contractibus fa-
ctis à principe, *vt patebit ex ijs, quæ dicemus in*
reſponſionibus ad contraria. Ergo ſtandum eſt
iuri communi, & ſic diſpoſitioni *l. vn. C ſi lib.*
Imp. ſoc. lib. 10. quæ ſpecialiter de Imperiali
conceſſione loquitur. *Ita arguunt Alex. in*
d. l. ſi mihi, & Titio, num. 7. Crott. in d. l. re
coniuncti, num. 92. verſ. Quid tenendum. Aff. in
d. cap. 1. in prin. num. 3. De frat. de nou. ben. in-
ueſt. Zuccar. d. conſil. 2. num. 20. & d. conſil. 3. nu.
14. Clar. in d. §. feudum. q. 77 num. 3. Craſſ. in
d. §. Ius accreſcendi q. 33. num. 5. Roſent. d. cap. 6.
concl. 74. num. 6. & 7.

Secundo probatur, quia ius accreſcendi
procedit in Imperiali liberalitate *d. l. vn. &*
nos ex recepta dd. opinione diximus in q. præced.
num. 32. & conſequenter in omnibus conceſ-
ſionibus, quæ ab Imperiali liberalitate pro-
ficiſcuntur, *vt diximus ibi num.* 34. Sed feudi
conceſſio prouenit ab Imperiali liberalitate,
373 † quia, licet contineat onus ſeruitiorum, ad
quæ vaſſallus tenetur, tamen in ea benefi-
374 cium ſemper præponderat, † *vt in ſpecie decla-*
rant Bald. in prælud. feud. num. 9. Alex. in
d. l. ſi mihi, & Titio, num. 7. & Roſent. d. cap.
6. concl. 74. num. 4. Quamobrem feudum dici-
375 tur beneficium † *in cap. 1. in prin. De frat. de*
nou. ben. inueſt. cap. 1. §. &, quia vidimus, De his,
qui feud. dar. poſſ. in cap. 1. De benef. frat. & pa-
tet etiam ex tit. De controu. inter maſc. & fœm. de
benef. tit. Quæ fuit prim. cauſ. benef. am. & paſ-
376 *ſim in vſibus feudorũ*; Gratia, & donatio, † *vti*
videre eſt apud Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in
verb. & vxorem nomine Adelaſiam, num. 147.
Soc. Sen. d. conſil. 66. num. 12. verſ. prima ratio, &
num. 13. volum. 3. Gozad. d. conſil. 26. num. 37.
177 Et mera liberalitas † *à Soc. Inn. d. conſil. 92. nu.*
6. verſ. Nec prædicta, volum. 4. De eo enim non
meretur quis inueſtiri iure contractus, ſed ex
178 mera gratia, † *vt de Imperiali feudo loquens ſcri-*
bit Bald. in l. un. §. in primo, num. 15. C. de cad.
toll. Ergo ius accreſcendi debet etiam habe-
re locum in feudo ab Imperatore conceſſo.
Ita arguit Roſen. d. cap. 6. concl. 74. num. 1.

Tertio probatur, quia mixtum debet regu-
lari ſecũdum naturam eius ſimplicis, de quo
magis participat, & cui magis aſſimilatur
179 † *l. quæritur. 10 ff. de ſtat. hom.* Sed feudalis cõ-
ceſſio, licet ſit mixta, participat tamen plus
de donatione, quam de alio contractu, *vt*
patet ex ijs, quæ diximus ſupra num. 173. &
ſeqq. Ergo debet regulari ſecundum naturam
donationis, quæ eſt, vt recipiat ius accreſcẽ-
di, ſi à principe facta ſit. *Ita arguunt Crott.*
in d. l. re coniuncti, num. 92. verſ. ultimo, Zuc-
car. in d. conſil. 2. num. 22. & d. conſil. 3.
num. 15.

Quarto confirmatur hoc ex eo, quia diſpo
ſitio fauorabilis loquens de caſu ſimplici cõ-
180 prehendit etiam caſum mixtum † *l. ſi ita ſcri-*
ptum. 13. in prin. ff. de lib. & poſth. Sed diſpoſi-
tio *d. l. un.* eſt fauorabilis, *vt patet ex ijs, quæ*
diximus in q. præced. num. 24. & ſeqq. Ergo, li-
cet loquatur de donatione, quæ eſt conceſ-
ſio ſimplex, debet tamen comprehendere
etiam feudi conceſſionem, quæ eſt mixta.
Ita arguunt Crott. in d. l. re coniuncti, num. 92.
verſ. Præterea dato, & Zuccar. d. conſ. 2. nu. 22.
& d. conſ. 3. num. 15.

Quinto facit, quia diſpoſitio fauorabilis,
quantumuis exorbitans, & deuians à regulis
181 iuris communis debet extendi † *cap. cum dile-*
cta. 4. §. nos igitur, De confir. vtil. uel inut. Sed
diſpoſitio *d. l. vn.* eſt fauorabilis, *ut ſupra dictũ*
eſt. Ergo, licet ſit exorbitans à iure commu-
ni, debet tamen ad feudalem conceſſionem
extendi. *Ita arguunt Crott. in d. l. re coniun-*
cti, num. 92. uerſ. Confirmatur, Zuccar. d. conſ. 2.
num. 23. & d. conſil. 3. num. 16. uerſ. Non obſtat
ratio, Craſſ. in d. § ius accreſcendi q. 33 nu. 5.

Sexto confirmatur hoc ex eo, quia exten-
182 ſio eſt licita, quoties fit à lege † *l. 1. §. lex Fal-*
cidia. ff. ad leg. Falc. Sed extenſio *d. l. un.* fit à
lege, quæ vult, ius commune ſeruari in feu-
dis, ſi ſpecialiter aliud nõ ſit prouiſum *d. cap.*
1. §. ſtrenuus, De feud. cogn. Ergo debet eſſe li-
cita. *Ita arguit Zuccar. d. conſil. 2. num. 22. uerſ.*
3. & num. 23. & d. conſil. 3. num. 16. in prin &
uerſ. Non obſtat ratio.

Septimo probatur, quia ratio *d. l. un.* mili-
tat etiam in feudis: Nam ratio eſt, quia be-
neficia principum ſunt latiſſimè interpretan-
da, *vt diximus in q. præced. num. 24.* Sed hæc
ratio militat etiã in feudo, quippe, quod vt be
neficium debet & ipſum latiſſimam recipe-
183 re interpretationem † *ut in his terminis conſi-*
derant Iaſ. d. conſ. 117. num. 3. uerſ. & tenendo,
uol. 4. Alcia. conſil. 24. num. 4. lib. 3. Roſen. de feud.
d. cap. 6. concluſ. 74. num. 3. Ergo debet etiam
in eo locũ habere prædictæ legis diſpoſitio.

Octauo, & vltimo probatur, quia princi-
pum conceſſiones, & liberalitates debent
aliquid habere præcipui, per quod ab infe-
184 riorum conceſſionibus diſtinguantur: † *Vt*
enim Imperialis fortuna omnes ſupereminet alias,
ita oportet, & principales liberalitates culmen
habere præcipuum, vt ait Iuſtinianus *in l. cum*
multa. 7. in fin. C. de bon. quæ lib. Licet igitur in
feudis ab inferioribus conceſſis locum non
habeat ius accreſcendi, debet tamen habere
locum in conceſſis à principe, vt illa præci-
puum habeant culmen. *Ita arguit Crott. in*
d. l. re coniuncti, num. 92. uerſ. confirmatur, &
tertio.

Neque huic ſententię aduerſantur contra-
ria. Ad primum enim reſpondent noſtri fre-
quentiùs, locos illos, ſeu iura feudorum in-
185 telligi † de feudis ab inferiore conceſsis, non
etiam de conceſsis à ſupremo principe. *Ita*
declarant Alex. in d. l. ſi mihi, & Titio. num. 7.
& ibi Alcia. num. 20. uerſ. Ego communem, Aff.
in d. cap. 1. §. &, quia uidimus, num. 16. De his,
qui feud. dar. poſſ. Neque obſtat, quod loquan-
tur generaliter, & indiſtinctè, ideoque vi-
deantur etiam generaliter, & indiſtinctè in-
telligendi, quia non debet hoc eſſe tantæ ef-
ficaciæ, vt regulam iuris communis corrige-
re debeamus, *ut ait Roſen. d. cap. 6. concluſ. 74.*
num. 6. Licet enim generaliter, & indiſtinctè
loquantur, debent tamen diſtingui, & limi-
tari per *d. l. un. ut reſpondet Zuccar. d. conſ. 2. nu.*
21. uerſ. Nec in cap. 1. & d. conſ. 3. num. 14. verſic.
Nec text.

Non

Nõobſtat *cap.1.§.cum verò Corradus*, quia
186 & ipſum loquitur † de feudo habito ab in-
feriore, *vt reſpondet Zucca.d.conſil.2.num.21.
& d.conſil.3.num.14.verſic.Nec obſtant*, quod
probatur continuãdo principium illius cap.
cum verbis ſequentibus : Nam in princi-
pio tractatur de feudis ab inferioribus con-
ceſſis, & modo in ijs ſuccedendi, & perſo-
nis ſuccedentium ; Ergo de ijs etiam debet
intelligi, quod materiam continuando ſu-
bijcitur, Corradum lege lata conſtituiſſe, vt
etiam nepotes in ijs feudis, id eſt, in feudis
ab inferioribus conceſsis ſuccederent, & ve-
rò etiam tranſuerſales, ſi feudum eſt pater-
num, ſecus verò, ſi fraternum. *Ita declarat
Zuccar.d.conſil.2.num.21.& d.conſ.3.num.
14.verſ.Nec obſtant, & verſ.Nec refert*. Nec
obſtat, quod Corradus id conſtituerit ad po-
ſtulationem vaſſallorum ſuorum, quia ex
hoc non ſequitur, id conſtituiſſe ſuper feudis
ab ipſomet Imperatore conceſſis: Nam ve-
rius eſt, id conſtituiſſe ſuper feudis conceſſis
ab inferioribus, *vt reſpondet Zuccar.d.conſ.3.
num.14.verſ.Minus etiam refert*.

Minus obſtat, quod *cap.1.§.fin. De feud.
March.* videatur intelligendum de feudo cõ-
ceſſo ab Imperatore, vtpote, de quo initio
tractatum eſt, quia verius eſt, imo non poſ-
187 ſe intelligi, † niſi de feudo conceſſo ab infe-
riore, cum non poſſit continuari cum prin-
cipio, nec intelligi de eo, de quo loquitur
principium, vt conuincitur ex eo, quia ſup-
ponit, fratrem fratri ſuccedere, ſi feudum ſit
paternum, & ſic feudum patri conceſſum ad
filios, tranſiuiſſe, quod eſt neceſſarium ad
hoc, vt poſtea frater fratri ſuccedat, & tamen
certum eſt, non potuiſſe tranſire ad filios, ſi
tractaretur de eo feudo, de quo loquitur ini-
tium, quia ibi tractatur de feudo Marchiæ,
quod tamquam perſonæ conceſſum, eum
perſona extinguitur, nec transfertur in de-
ſcendentes, *vt ibi dicitur*: Ergo *§.fin.* non
poteſt cum principio coniungi, *vt animad-
uertit Zuccar.d.conſ.2.num.21.verſ.Nec cap.
1.& d.conſil.3.num.14.verſ.Nec text.* Quod
etiam comprobatur ex eo, quia *in §.fin.* qui
feudum conceſſit, dominus ſimpliciter vo-
catur, cum alioquin in principio, vbi tracta-
tur de Principe vocetur Imperator, *vt etiam
Zuccar. in præfatis locis animaduertit.*

Ad ſecundum verò reſpondeo, imo feudi
cõceſſionem inſpecto principali propoſito
dici gratiam, & beneficium, *vt oſtendimus
ſupra num.175.& ſeqq. Et in ſpecie reſpondet
Zuccar.d.conſil.2.num.23.verſ.Non obſtat,
cum dicebam, & d.conſ.3.num.17.* Licet enim
contineat obligationem recipientis, quippe,
qui tenetur ad ſeruitiorum præſtationem, ta-
men in eo gratia, & liberalitas præponderat,
vt diximus ſupra num.174.

Ad tertium denique reſpondeo, Imo in
exorbitantibus licitam eſſe extẽſionem, quo-
ties fit per aliam legem, vt in caſu noſtro, *ſi-
cuti oſtendimus ſupra num.182. Et in ſpecie
reſpondet Zuccar.d.conſil.2.num.23.& d.conſ.
3.num.16 verſ.Non obſtat ratio.* Denique per-
mitti, quoties verſamur in fauorabilibus,
vt verſamur in propoſito, *ſicuti oſtendimus
ſupra num.181. Et in ſpecie reſpondet Zuc-
car.ibi.*

Nec obſtat, quod diuerſa ſit ratio dona-
tionis, & feudi, quia reſpondeo, imo ean-
dem eſſe rationem: Nam ratio, cur in dona-
tione Imperiali locum habeat ius accreſcen-
188 di, non eſt illa, † quam ipſi conſiderant, quia
militaret etiam in priuato, imo magis in
priuato, quam in Principe, *vt oſtendimus in
quæſt.præced.num.23.* Sed eſt illa, quam nos
ſupra retulimus, ſcilicet, quia beneficia, &
conceſſiones principum, debent latiſſimam
recipere interpretationem, quæ ratio ita mi-
litat in feudo, vt in ſimplici donatione, *ſicu-
ti oſtendimus ſupra num.183. Et in ſpecie re-
ſpondet Zuccar.d.conſil.2.num.23.verſ.Nec
obſtat. Cum conſideratur, & d.conſ.3.num.17.
verſ.Nec obſtat, cum conſideratur.* Ex quibus
intelligimus, veriſſimam eſſe communem
ſententiam, quæ vult, diſpoſitionem *l.vn.C.
ſi lib.Imper.ſoc.lib.10.* etiam in feudali con-
ceſſione procedere.

Sed hoc quidem generaliter dicitur. Spe-
cialiter verò, ſi quæramus, quibus caſibus
procedat, conſtat multa eſſe conſideranda.

Primum enim conſiderari debet perſona
concedentis, Et hac inſpecta dicimus, habe-
re locum ius accreſcendi in feudo à principe
189 conceſſo, † *vt videre eſt apud Bald.in l.ſi qua
mulier.4.num.2.C.ad Tertul.& in d.l.ſi mi-
bi, & Titio, verſ.ſed, an in feudo, & ibi Alex.
num.7.Bald.in d.l.vn.§.in primo, num.15.
C.de cadu.toll. Alex.in addit.ad Bart.in d.l.
vn.in verb.Tertio, C.ſi lib.Imp.ſoc.lib.10.Iaſ.
conſil.136.num.4.volum.4.Crott.in d.l.re
coniuncti, num.92.& ibi Ioan.Gaud.num.8.
Soc.Sen.d.conſil.66.num.13.volum.3.Gul.Ben.
in d.cap.Raynutius, in verb.& vxorem nomi-
ne Adelaſiam, num.147.Gozad.conſil.26.nu.
37.Zuccar.conſ.50 num.42.Alcia.conſ 24.num.
4.lib.3.Ruin.conſ.36.num.15.volum.1.&
conſ.108.num.22.volum 2 Soc.Iun.conſ.73.
num.24.in princ.& verſ.ſit ergo, volum.1.
Tiraq.de nobilit.cap.37.num.54.Ceph.conſ.29.
num.7.P.Ficbar.in commun.opinion.in verb.
Ius accreſcendi, & ibi Ioan.Baptiſta Villal.in
verb.Ius accreſcendi, Carol.Tap.in l.fin.part.
1.cap.2.num.4.ff.de conſt.prin.Purpur conſil.
548.& 60.Clar.in d.§.feudum q.77.num.3.*
Et quidem ſine dubio, ſi princeps ſit ſupre-
190 mus, † *vt declarant Soc.Sen.d.conſ.66.num.13.
verſ.Et, licet volum 3.Rip.in d.l.re coniuncti,
num.159 verſ.Ampliatur, Alcia.in d.l.ſi mihi,
& Titio, num.20.verſ.Receptum tamen, iun-
cto verſ.Ego communem, Carol.Tap.in d.l.
fin.part.1.cap.2 num 4.ff.de conſt.prin.Pereg.
de iur.fiſc.lib.1.tit.2.num.103.verſic.quarto
declara, Menoch.d.conſil.160.num.51.& d.
conſil.464.num.15.* Itaque locum habebit in
feudo conceſſo à Summo Pontifice, quippe,
191 qui omnium ſupremus eſt, † *ut ſcribunt Iaſ.
d.conſ.117.num.3.uerſ.& tenendo, uolum.4.
Euer.in ſua centu.argum.loco à contrario ſen-
ſu, num.28.uerſ.Hoc tamen fallit, Alciat.in
d.conſil.24.num.5 lib.3.Zuccar.d.conſil.2.num.
19.Menoch.d.conſil.464.num.15.* Et ſimili mo-
do locum habebit in feudo conceſſo ab Im-
192 peratore, † vtpote, de quo loquitur *l.un.C.ſi li-
ber.Imp.ſoc.lib.10.* quæ ad feudalem conceſ-
ſionem trahitur. *Ita enim ſcripſerunt Bald.in
d.cap.1.num.2.De duob.frat.à cap.inueſt.Caſt.
in d.l.ſi mihi, & Titio, num.2.uerſ.Item fallit,*

&

& num. 15. & ibi Alex. num. 9. Zaz. num. 13.
Alex. conſ. 30. num. 8. vol. 1. Iaſ. d. conſ. 136.
num. 4. vol. 4. Ruin. conſ. 36. num. 13. verſ. Nec
obſtat, quod fuerit, vol. 1. Soc. iun. conſ. 73. num.
13. & 24. vol. 1. & conſ. 92. num. 6. verſ. Nec
prædicta, & num. 7. verſ. Solum, vol. 4. Zuccar.
d. conſ. 2. num. 18. verſ. 2. moueor, & num. 19.
& d. conſ. 3. num. 13. & 39. verſ. & ex ijs patet,
& conſ. 8. num. 60. Zaz. de feud. part. 8. num.
43. verſ. Cæterum, Balzar. in cap. 1. in prin.
num. 9. verſ. Iſtam regulam, De frat. de nou.
ben. inu. Io. Gaud. in d. l. re coniunctis, num. 8.
Buerar. in ſua cent. arg. loco a contrario ſenſu,
num. 28. verſ. Hoc tamen fallit, Crau. conſ. 965.
num. 1. Roll. conſ. 22. num. 33. verſ. Non ob-
ſtat, vol. 3. Clar. in d. §. feudum, q. 77. num. 2.
& 3. verſ. & hæc quidem. Craſſ. in d. §. Ius ac-
creſcendi q. 33. num. 5. Burſa. dict. conſ. 181.
num. 7. Surd. conſ. 517. num. 1. verſ. Rurſus,
Men. d. conſ. 160. num. 51. & d. conſ. 464. nu. 15.
Quinimo locum habebit etiam in conceſ-
193 ſione facta à Rege, † vt ſcribunt Bald. in dict.
l. ſi mihi, & Titio, verſ. ſed, an in feudo, & ibi
Alex. num. 9. Bald. in dict. cap. 1. num. 2.
De duob. frat. à capit. inueſt. Alex. in addit.
ad Bart. in dict. l. vn. in verb. tertio C. ſi liber.
Imp. Soc. lib. 10. & d. conſil. 30. num. 8. vol. 1.
Affl. in d. cap. 1. in prin. num. 2. verſ. Hoc qui-
dem, & ibi Balzar. num. 9. verſ. Iſtam regulã,
De frat. de nou. ben. inueſt. Affl. in dict. cap. 1.
§. et, quia vidimus, num. 16. De his, qui feud.
dar. poſſ. Iaſ. dict. conſ. 136. num. 4. volum. 4.
Soc. ſen. dict. conſ. 66. num. 13. verſ. Iſtud etiam,
volum. 3. Soc. iun. dict. conſ. 73. num. 24. vol. 1.
Clar. in dict. §. feudum q. 77. num. 3. verſ. Et
hæc quidem, Men. d. conſ. 464. num. 15. Roſen.
de feud. d. cap. 6. conclu. 74. num. 2. Puta à Rege
Francorum, de quo ſpecialiter loquitur Soc. iun.
conſil. 92. num. 8. volum. 4: vel à liberis ciuita-
194 tibus † vt ait Roſen dict. cap. 6. concl. 74. num. 2.
vt à Republica Veneta, de qua ſpecialiter lo-
quitur Soc. iun. dict. conſ. 73. num. 24. volum. 1.
& dict. conſ. 92. num. 8. volum. 4. vel ab alijs
Principibus, qui ſuperiorẽ non recognoſcũt,
195 † vt generaliter ſcribunt Soc. ſen. dict. conſ. 66.
num. 13. verſ. Iſtud etiam, vol. 3. Soc. iun. dict.
conſ. 73. num. 22. & 24. volum. 1. & dict. conſ.
92. num. 8. vol. 4. Alexa. in d. l. ſi mihi, & Titio,
num. 20. verſ. Receptum tamen, iuncto verſ. Ego
communem, Clar. in dict. §. feudum, q. 77. num. 3.
verſ. & hæc quidem. Craſſ. in d. § ius accreſcendi
q. 33. nu. 5. Men. d. cõſ. 464. nu. 15. Roſen. d. cap. 6.
cõcl. 74. nu. 2. quippe, qui ſũt ſupmi domini, &
habẽt in ſuis ditionibus idem ius, qđ Impe-
rator in toto orbe, vt diximus in q. præced.
nu. 39. Et in his terminis conſiderat Clar. in d. §.
feudum q. 77. num. 3. verſ. & hæc quidem.

Sed, ſi conceſſio facta ſit ab ijs Principi-
bus, qui Summum Pontificem, aut Impera-
torem in ſuperiorem recognoſcunt, vt à Re-
ge Apulię, Duce Sabaudiæ, aut Mediolani,
aut id genus alijs Principibus, qui ſub nomi-
ne perpetuæ dignitatis inueſtiti ſunt, fuit ali-
quando in dubium reuocatum, propterea,
quod generaliter traditum eſt, ius accreſcen-
di non habere locum in feudis conceſſis ab
ijs Principibus, qui ſuperiorem aliquo mo-
196 do recognoſcunt, † vt videre eſt apud Alex.
in d. l. ſi mihi, & Titio, num. 9. & ibi Zaz. nu. 13.
Soc. iun. dict. conſil. 92. num. 8. verſ. In his au-
tem vol. 4. Men. dict. conſ. 464. num. 15. Quam-
obrem in huiuſmodi Regibus, Ducibus, atq;
197 Marchionibus non procedere † plerique
cenſuerunt, vt Soc. iun. dict. conſil. 92. num. 7.
& 8. verſ. In his autem, vol. 4. Cuius opinio-
nis videntur etiam fuiſſe, qui ſcripſerunt,
habere locum in feudo conceſſo ab Impera-
198 tore, non etiam ab inferiore, † vt Alex. dict.
conſil. 30. num. 8. vol. 1. Io. Gaud. in d. l. re con-
iunctis, num. 8. Burſa. d. conſ. 181. nu. 7.

Sed eſt verius, quod alij frequentiùs tradi-
derunt, ſcilicet, etiam in huiuſmodi feudis
199 locum habere ius accreſcendi, † non ſolum,
ſi fuerint conceſſa à Duce Sabaudiæ, de quo
200 nemo vnquam dubitauit, † vti videre eſt
apud Iaſ. d. conſ. 136. num. 4. volum. 4. Purp.
d. conſ. 548. num 60. Crau. d. conſ. 965. num. 2.
qui ſpecialiter de eo loquuntur, quod ſit Vica-
rius perpetuus, & habeat iura Imperij no-
minatim ei tributa, vt conſiderant Iaſ. dict.
conſil. 136. num. 4. volum. 4. & Purp. dict. conſil.
548. num. 60. Sed etiam, ſi ab alijs Italiæ
Principibus: Nam & in conceſſione facta à
201 Duce Mediolani locum habere † cenſue-
runt Soc. ſen. d. conſil. 66. num. 13. verſ. et, licet,
volum. 3. Soc. iun. d. conſil. 73. num. 24. volum. 1.
Zucca. d. conſ. 2. num. 19. & d. conſ. 3. num. 13.
Crau. d. conſ. 965. num. 2. Men. conſ. 378. num.
61. verſ. Reſpondetur 3. Roſin. d. cap. 6. concl.
74. in gl. a. & gl. b. Et in facta à Marchione,
202 ſeu Duce Mantuæ, † Soc. ſen. dict. conſil. 66.
num. 13. verſ. et, licet, vol. 3. Soc. iun. dict. conſ.
73. num. 24. volum. 1. Crau. d. conſ. 965. num. 2.
203 vel à Marchione Montiſferati † Purp. d. conſ.
204 548. num 59. vel à Duce Vrbini † Pariſ. conſ.
16. num. 7. vol. 4. Roſen. d. cap. 6. concl. 74. in gl. a:
Et generaliter in conceſſionibus factis à Du-
cibus Marchionibus, & alijs Italiæ Principi-
205 bus. † Soc. iun. d. conſ. 73. num. 24. vol. 1. Crau. d.
conſ. 965. num. 2. Roll. conſ. 22. num. 33 verſ. Non
206 obſtat, vol. 3. ſcilicet, quia † in ſuis ditionibus
ſunt, vt Imperatores; Habent enim eandem
poteſtatẽ, quã Imperator in toto orbe. Quã-
obrem, & ipſi dicuntur Principes ſupremi, &
inter eos connumerantur, qui non recogno-
ſcunt ſuperiorem, ut latè oſtendimus in q. præc.
nu. 43. & ſeqq. & latius in conſ. 14. nu. 20. et ſeqq.

Secundo conſiderari debet perſona illius,
cui competit ius accreſcẽdi, Et hac inſpecta
dicimus, diſpoſitionẽ d. l. un. procedere nõ ſo-
lũ inter ipſos inueſtitos, ſed etiam inter eorũ
207 deſcendentes, † vti videre eſt apud Zucca. dict.
conſ. 2. num. 32. & d. conſ. 3. num. 23. verſ. & iſta
dicta. Itaq;, ſi ex duobus à ſupremo Principe
inueſtitis vnus decedat ſine liberis, pars eius
accreſcet ſocio, ſi fuerit ſuperſtes, alias ac-
creſcet eius deſcẽdẽtibus, per ea quæ diximus
ſupra num. 137. tametſi contrarium ſcripſerit
Soc. iun. d. conſ. 73. num. 26. & ſeqq. Idem eſt, &
ſi ambo deceſſerint cum liberis, ſed poſtea,
vnius linea defecerit: Adhuc enim pars feu-
di ad alterius deſcendentes pertinebit, quia
tractatur de feudo Principis, in quo locum
habet ius accreſcendi etiam poſt acquiſitio-
nem, ut dicimus infra num. 209.

Tertio conſiderari debet perſona deficiẽ-
tis, Et hac inſpecta dicimus, habere locum
ius accreſcendi in feudo à Principe conceſſo,
208 ſiue deficiat ante acquiſitionem, † vt, quia
repudiauerit, ſicuti videre eſt apud Caſtr. in

Digitized by Google

d. l. ſi mihi, & Titio, num. 2. verſ. Item fallit,
Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & uxo-
rem nomine Adelaſiam, num. 147. Roſen. d. cap.
6. concluſ. 74. num. 1. ſiue etiam deficiat poſt
209 acquiſitionem, † ut ſcribunt Caſt. in d. l. ſi mi-
hi, & Titio, num. 2. verſ. Item fallit, Zuccar.
d. conſ. 50. num. 42. Surd. d. conſil. 517. num. 2.
vt, quia ſocius ſine hærede deceſſerit, ideſt
ſine filio, aut alio deſcendente feudi capa-
210 ce, † ut declarant Gul. Ben. in d. cap. Raynutius,
in verb. & uxorem nomine Adelaſiam, num.
147. Soc. Iun. d. conſ. 73. num. 13. uol. 1. ubi te-
ſtatur, hanc eſſe communem opinionem, Zuc-
car. d. conſ. 2. num. 23. uerſ. Non obſtat, dum
conſideratur, & d. conſil. 3. num. 18. Menoch. d.
conſ. 160. num. 52. Roſen. d. cap. 6. concl. 74. num.
1. & 12. Aliàs ceſſaret haud dubie ius accre-
ſcendi cap. 1. De duob. frat. a Capit. inu.

Planè in hoc caſu non erit proprium ius
accreſcendi, quia ſocius, & eius deſcenden-
tes magis iure ſucceſſionis, & inueſtituræ,
quam iure accreſcendi partem vacantē con-
211 ſequĕtur, † ſecundum ea, quæ diximus ſupra
num. 10 & dicemus etiam infra num. 253. Et in
his terminis declarant Bald. in d. l. ſi qua mulier.
4. num. 2. C. ad Tert. Roſin. d. cap. 6. concluſ. 74.
num. 13.

Quarto debet conſiderari cauſa cōceſſio-
nis, Et hac inſpecta dicimus, in primis, lo-
cum habere ius accreſcendi, ſi feudum fuerit
conceſſum gratis, & mera ipſius principis li-
212 beralitate, † ut ſcribunt Gul. Ben. in d. cap. Ray-
nutius, in uerb. & uxorem nomine Adelaſiam,
num. 147. Soc. Iun. d. conſ 92. num. 10 uerſ. ſed &
ſecundo uol. 4 Zuccar. d. conſ. 3. num. 39 uerſ. &
ex ijs patet, Crau. d. conſ. 965. num. 1. Roſin. d.
cap. 6. concl 74. in gl. a. ſecus verò, ſi media pe-
213 cunia, vel aliqua annua ſolutione, † ut ſcri-
bit Soc. Iun. d. conſ 92. num. 10. uerſ. ſed & ſecūdo
uol. 4. Itaque faciliùs datur in illa conceſſio-
ne, quæ procedit ex mera liberalitate, quam
in illa, quæ emitur, quia magis habet vim
214 contractus, † ut ait Soc. Sen. d. conſ. 66. num. 13.
uerſ. & fortius, uol. 3.

Secundo dicimus procedere, ſi conceſſio
facta ſit motu proprio ipſius principis, ſecus
verò, ſi ad petitionem, & inſtantiam vaſſal-
215 lorum, † ut declarant Soc. Sen. d. conſ. 66. num.
13. uerſ. Ex quibus, uol. 3. Soc. Iun. d. conſ. 92. nu.
11. uol. 4. Zuccar. conſ. 8. num. 60. Rip. in d. l. re
coniunctis, num. 160. Menoch. d. conſ. 400. num.
71. & d. conſ. 464. num. 16. Roſin. d. cap. 6. concl.
216 74. num. 11. quia † communis opinio funda-
tur in l. un. quæ loquitur de donatione facta
motu proprio, ut oſtendimus in q. præced. num.
60. Et in propoſito conſiderat Rip. in d. l. re
coniunctis, num. 160.

Quintus caſus eſt, quando tractamus de
feudo nouo conceſſo ab inferiore à principe,
ſed ſumus in caſibus, in quibus intereſt con-
cedentis locum habere ius accreſcendi, Et
tunc omnes fatentur, id etiam in feudo no-
217 uo procedere, † uti uidere eſt apud eos, quos re-
feremus infra num. 220. & ſeqq. Eſt enim gene-
rale in omnibus contractibus vt recipiant ius
accreſcendi, ſi alterius partis interſit, id habe-
re locum l. fundus ille. 64. ff. de contr. empt. &
nos ex frequentiore dd. opinione retulimus in hoc
cap. quæſt. 33. num. 32. Idque adeo verum eſt,
vt procedat etiam inuito vaſſallo: Nam, licet
aliàs ius accreſcendi, ſi quando in feudo no-
uo locum habet, poſſit a vocato repudiari,
ut dicemus in cap 8. quæſt 9. num. 6. tamen, quo-
ties intereſt concedentis, id habere locum,
218 magis eſt, vt repudiari nequeat. † Ita ſcripſe-
runt Alex in d. l. un. num. 11. uerſ. ſed certe C.
quand. non pet. part. Roſen. de feud d. cap. 6. con-
cluſ. 74. num. 13. & nos etiam dicemus in eadem
q. 9 num. 13.

Nec obſtat, ſi dicatur, inde ſequi, ſemper
in feudo nouo debere ius accreſcendi habe-
re locum, cum ſemper videatur domini in-
tereſſe, vt id habeat locum, ne alioquin co-
gatur eſſe in communione cum vaſſallo, ex
quo ſolo videtur intereſſe deduci, ut patet ex
ijs, quæ diximus in d. q 33. num. 30. & ſeqq. quia
verius eſt, hoc non ſequi: Nam in feudis ra-
rò contingit, vt concedentis interſit, ius ac-
219 creſcēdi habere locum, † ut ſcribit Roſen. d. cap.
6. concluſ. 75 in glo. l. in fi. cum, vt plurimum
concedantur, ex mera gratia, & liberalitate,
& dato etiam, quod aliquam ex ijs vtilita-
tem poſſit dominus percipere, nihilominus
gratia, & liberalitas præponderet, ut oſtendi-
mus ſupra num. 174. ideoque non ſolum non
interſit domini totum feudum ad vaſſallum
ſuperſtitem pertinere, ſed etiam contra inter-
ſit, ad ſe potiùs pro parte reuerti. Tunc igi-
tur ſolum cenſebitur concedentis intereſſe,
& per conſequentias habebit locum ius ac-
creſcendi, cum conceſſio fuit facta ex cauſa
220 oneroſa, † ut declarant Papienſ. in form. lib.
quo ag. ex ſubſt. in uerb. breuiloce, num. 39. Iaſ.
conſ. 117. num. 3 uerſ. Aut uero uolumus, uol. 4.
Purp. conſ 548 num. 27. Roſen. d cap. 6. concl. 75.
221 num. 10. Puta pro pretio æquiualente, † ſicuti
declarant Craſ. in d. §. Ius accreſcendi quæſt. 33.
num. 3. Roſen. d. cap. 6. concl. 75. num. 10. Et mul-
to magis, ſi fuerit facta media pecunia, &
præterea cum onere ſoluendi quid annuum,
222 † ut declarat Iaſ. d. conſ. 117. num. 3. uerſ. Aut
uero uolumus uol. 4. Cœterùm, ſi gratis, &
mera liberalitate, non cenſebitur domini in-
tereſſe, ideoque non habebit locum ius ac-
223 creſcendi, † ut ſcribit Craſ. in d. §. ius accreſcen
di q. 33. num. 3. Idque adeo verum eſt, vt pro-
cedat, etiamſi quid minimum ſoluatur pro
penſione, ſolum pro recognitione dominij,
puta vnus denarius: Non enim dicetur con-
ceſſio facta ex cauſa oneroſa, ſed ex cauſa lu
cratiua, ideoque ius accreſcendi non recipiet,
224 † ut ſcribit Iaſ. d. conſ. 117. num. 3. uerſ. Aut ue-
rò uolumus, uol. 4.

Sextus, & vltimus caſus eſt, quando tra-
ctamus de feudo nouo ab inferiore conceſ-
ſo, in quo ceſſat concedentis intereſſe, Et tūc
procedit regula, quam ſupra retulimus, ſcili-
cet in feudo nouo ius accreſcendi non habe-
225 re locum, † uti uidere eſt apud eos, quos retuli-
mus ſupra num. 60. quippe, quorum dicta in his
terminis procedunt.

Hinc intelligimus ad hoc, vt prædicta re-
gula locum habeat duo videri neceſſaria,
Primo, vt conceſſio non ſit facta à principe,
ſed ab inferiore: Nam, ſi a principe, procede-
rent ea, quæ diximus in quarto caſu, nu. 171.
& ſeqq. At, ſi ab inferiore, tunc verum eſt,
regulariter non habere locum ius accreſcen-
226 di. † Ita enim ſcripſerunt Cin. in d. l. un. in fi. C.
quand. non pet. part. Bald. in d. l. ſi mihi, &
Titio,

Titio, uerſ. ſed.an in feudo, & ibi Caſtr. num.2.
uerſ. item fallit, Alex. num.7. Iaſ. num.6. Bald.
in d. cap.1.num.2. De duob. frat. a capit. inueſt.
Affl.in d.cap.1. in prin. num.2. uerſ. Hoc quidẽ,
& ibi Balzara. num. 9. uerſ. iſtam regulam De
frat. de nou. ben. inueſt. Iaſ. d.conſ.117.num.3.
uerſ. & tenendo, uol. 4. Gul. Ben. in dict. cap.
Raynutius, in uerb. et uxorem nomine Adela-
ſiam, num.148. Io Fich.in commu.opin.in uerb.
ius accreſcendi, Martin. Monter. in rubr. ff. de
off. eius, num. 54. uerſ. 11. Craſſ in d. §. ius ac-
creſcendi q. 33. num. 4. uerſ. in feudo, Et eſt de
mente eorum, quos retulimus ſupra num.185.

Secundo requiritur, vt non interſit con-
cedentis: nam', ſi intereſſet, tunc procederẽt
ea, quæ diximus in quinto caſu, num. 217. et
ſeqq. His autem interuenientibus locum ha-
bet regula, quæ vult, in feudo nouo ceſſare
ius accreſcendi. Quamobrem, ſi duobus ſit
conceſſum feudum, & vnus moriatur ſine
hærede, vel eius linea deficiat, pars eius, neq;
ſocio, neq; ipſius deſcendentibus accreſcet,
227 ſed ad dominum deuoluetur, † ut in ſpecie
ſcribunt Soc. iun. d.conſ.73. num.20.uol.1.Roll.
conſ.22. num.33.uol.3. Burſa. conſ.181. num.4.
Pereg. conſ.21.num.1. uol.3. Idq; adeo verum
eſt, vt procedat.

Primo, non ſolum. ſi pars deficiat poſt ac-
quiſitionem, quo caſu res minorem habet
228 dubitationem, † ut ſcribunt Bald. in d.l. un.
num. 32. uerſ. item ſuper eo C. quand. non pet.
part. Caſtr. in d.l. ſi mihi, & Titio, num. 3. Pa-
pien. in d.form.lib. quo ag. ex ſubſt. in uerb.breui
locè num.39. Rim. conſ.47. num.4. in fi.uol.1.
Pereg. conſ 30. num. 6. uol.1. Et in ſpecie decla-
rat Roſ.n. d cap.6. concl.75. num.5. Et ſentiunt
dicentes, in feudis poſt acquiſitionem ceſſare ius
accreſcendi, ut Pereg. conſ. 24. num 9. uolum.2.
cum eo caſu ſocius, nec iure accreſcendi, nec
229 iure ſucceſſionis venire poſſit † dict. cap. 1. in
prin. De frat. de nou. ben. inueſt. Et in ſpecie de-
clarat Roſen. d.cap 6.concl.73. in gl. d. ſcilicet,
quia in feudo nouo, ne frater quidem fratri
230 ſuccedit † cap 1. §. cum uero Corradus, De his
qui feud.dar. poſſ.cap.1.in prin. De frat. de nou.
ben. inu. c.1. De benef. fratr. cap.1. §. ſi duo De
231 feud. Marcb. ſed etiam, ſi deficiat ante, † puta,
quia ſocius repudiet ſuam portionem; Ita
ſcribunt Caſtr. d.conſ 46. num. 1. uol. 2. Balzar.
in d. cap. 1. in prin. num. 17. in fi. De frat. de
nou. ben. inueſt. Roſent. dict. cap. 6. conclu. 73.
num. 4.

Secundo procedit, non ſolum, ſi conceſ-
ſio facta ſit duobus extraneis, ſed etiã ſi duo-
232 bus fratribus † d. cap. 1. §. cum uero Corradus,
De his, qui feu.dar. poſſ.d.cap.1.§. ſi duo fratres,
De feud. March Et ſcribunt Aluaro. in d. cap.1.
in prin. ante num.1. De frat. de nou. ben inu. &
in d.cap.1.§. ſi duo, num.1. De feud. March. Iaſ.
conſ.136. in prin. uerſ. item, ſi coniunctim, uol.4.
Dec. conſ.262. num.1. Soc. iun. d.conſ.73. num.
20.uol.1. Zaz. in d.l. ſi mihi, et Titio, num.4. Roll.
d.conſ.22.num.33.uol.3. Men. conſ.598. num.3.
et conſ.632. num.9. Burſa. d. conſ. 181. num. 4.
Roſen. d. cap.6.concl.73. num.4. Quamobrem
dicimus, ius accreſcendi non habere locum
233 in feudo fraterno, † uti uidere eſt apud Aug. de
Gamb. conſ.41.num.37. et patet ex locis præ-
dictis.

Tertio procedit, non ſolum', ſi fuerint in-
ueſtiti ſeparatim, ſiue in diuerſis inueſtituris,
quo etiam caſu res minorem habet dubita-
tionem, ſed etiam, ſi fuerint inueſtiti ſimul,
234 ſeu communiter, & coniunctim, † d cap.1.§.
cum uero Corradus, de his, qui feud. dar poſſ. d.
cap.1. in prin. de frat. de nou. ben. inu. d. cap. 1.
§. ſi duo fratres, De feud. March. Et ſcribunt
Bald. in d. cap.1. §. et, quia uidimus, num.4. de
his, qui feud. dar. poſſ. Soc. iun d.conſ.73. num.
20.uol.1. Roſen. d.cap.6. conclu.75. num 9. Vna
enim inueſtitura non parit ius accreſcendi,
quoties agitur de feudo nouo duobus ſimul
235 conceſſo, † ut ſcribunt Bald. in cap 1. § fin. num.
2. uerſ. in text. de ſucceſſ. feu. Iaſ. conſ. 136. in
prin. uerſ. item, ſi coniunctim, uol 4. quia con-
iunctio verbalis nihil in feudis ad iuris ac-
236 creſcendi productionem operatur, † ut ſcri-
bunt Bald. in d.cap.1.§. et, quia uidimus, num.4.
De his, qui feud. dar. poſſ Aluaro. in d.cap.1.§. ſi
duo num. 1. de feud. March. Caſtr. d. conſ. 262.
num. 1. uerſ. Nec dicatur, uol.2. ex ijs, quæ dixi-
mus in hoc cap. q.32. num. 33. uerſ. at in contra-
ctibus, et num.36. uerſ. ad quartum, Quamob-
rem etiamſi in inueſtitura fuerit appoſita
dictio, ſimul, vel alia ſimilis, puta, quia di-
ctum ſit. Inueſtimus Titium, & Semproniũ
fratres ſimul, vel vnà de tali feudo, non ta-
men in eo locum habebit ius accreſcendi,
237 † ut latè oſtendit Burſa. conſ. 251. num. 6. quo-
niam illa dictio, ſimul, & aliæ ſimiles, nihil
aliud operantur, quam nudam vocatorum
coniunctionem, & ſimultaneam vocationẽ,
ut oſtendimus in 5. cap. q. 16. num. 9. et q. 26.
num. 149. et ſeqq. quæ, vt dictum eſt, ad in-
ducendum ius accreſcendi cenſetur inutilis.
Hinc intelligimus, etiamſi feudi conceſſio
facta ſit per dictionem, cum, puta, quia dictũ
ſit, Inueſtimus Titium cum Sempronio, nõ
tamen inter eos locum habiturum ius accre-
238 ſcendi, † ut rectè ſcripſit Andr Barb. in addit.
ad Bald. in dict. cap. 1. §. et, quia uidimus, poſt
num. 4. in lit. a. De his, qui feud. dar. poſſ. tam-
etſi contrarium, et malè cenſuerit Roſen. d. cap 6.
concl. 75. num. 1. et in gl. d. quia dictio, cum,
inducit quidem coniunctionem, & ſimulta-
neam vocationem, ut diximus in eodem 5. q.
16. num. 8. et d. q. 26. num. 154. ſed non reci-
procam ſubſtitutionem inter vocatos. Quẽ-
admodum enim non haberet locum ius ac-
creſcendi, ſi conceſſio eſſet facta per copu-
lam, ita etiam non debet habere locum, ſi
fuerit facta per dictionem, cum, quippe, quæ
à copula non differt, ut oſtendimus in d. cap. 5.
q. 16. num. 10. et d.q.26. num.157.

Planè interdum etiam in feudo nouo ius
accreſcendi recipitur: Primum enim, ſi cõ-
ſuetudine ſit receptum, vt etiam in feudo
nouo frater fratri ſuccedat, non eſt dubitan-
dum, quin etiam in eo ius accreſcendi locũ
239 habere poſſit. † Ita ſcribit Roma. conſ.1. nu.6.
uerſ. aut eſt feudum. Hinc infertur, in Regno
Galliæ locum habiturum ius accreſcendi in
feudo nouo, quia de conſuetudine illius Re-
gni feuda ſunt redacta ad inſtar patrimonia-
lium, in quibus etiam frater fratri ſuccedit.
240 † Ita docet Gul. Ben. in d.cap. Raynutius, in
uerb. et uxorem nomine Adelaſiam, num. 124.
uerſ. ſi autem omnes.

Secundo verò, ſi feudum de communi pe-
cunia, ſeu communibus bonis, aut communi

ſeruitio fuerit acquiſitum; habebit in eo ius
241 accrēſcendi locum,† *cap.1. De ben.frat. Et ſcri-
bunt Aff. in d. cap.1.§.& , quia vidimus, num.
18. De his, qui feud. dar. poſſ. Soc. Sen. d. conſil.
66. num.13. verſ. ſecunda eſt ratio, vol.3. Soc. Iun.
d. conſ. 73. num.32. vol.1. licet in verſ. ſuper hac,
ſubijciat, ſe in hoc non facere magnam vim. Zaz.
de feud. d. part. 8. num. 37. Menoch. d. conſ. 464.
num.3. & 17. verſ. Non obſtat quartum, & conſ.
632. num. 10. & conſ. 722. num. 16. Burſa. d. conſ.
181. num.3. Pereg. conſ. 21. num.2. vol. 3.*

Nec obſtat *cap.1.§.1. De frat. de nou. ben. in-
ueſt.* vbi contrarium apertè ſcribitur, quia nō
242 determinat author ibi, † quid iure ſtatuen-
dum putet, ſed ſimpliciter refert ſententiam
exiſtimantium, fratrem fratri non ſuccedere,
etiamſi communibus armis, vel pecunia feu-
dum acquiſierint, vt patet ex illis verbis,
plerique dicunt, & ex illis, *idem adhuc dicunt*,
ideoque in hoc ſtandum eſſe diſpoſitioni *d.
cap.1. De ben. frat* quæ eſt præciſa.

Tertio, ſi fratres ſimul habitent, & vnus
acquirat feudum nomine communi, magis
243 eſt, vt in eo iuri ſit accreſcendi locus † *d. cap.
1. De benef. frat. Et ſcribunt Soc. Sen. d. conſ. 66.
num.13. verſ. Secunda eſt ratio, volum.3. Burſat.
d. conſ. 181. num. 2. & 3. Menoch. d. conſ. 632.
num.10. verſ. quinto confirmantur*. Nec dicas
244 id intelligi, † ſi feudum fuerit acquiſitum de
pecunia communi, quia text. hoc non dicit,
ſed ſolum requirit, vt ſit acquiſitum nomine
communi, quod patet ex eo, quia loquitur
alternatiuè, ſi de communi pecunia, vel no-
mine communi acquiſitum ſit, ideoque de-
notat, non requiri, vt ſit acquiſitum de com-
muni pecunia, quoties eſt acquiſitum nomi-
ne communi, cum alternatiua ponatur in-
ter diuerſa. *Ita Soc. Sen. d. conſ. 66. num.13. verſ.
Nec dicat aliquis, vol. 3.*

Quarto, ſi feudum non proueniat a domi-
no, ſed à ſimplici recognitione clientium,
qui fortè rem liberam pro beneficiaria rece-
perunt, verius videtur, in eo locum habere
245 ius accreſcendi. † *Ita Alcia. in d. l. ſi mihi, &
Titio, num.20.*

Quinto, ſi feudum nouum fuerit conceſ-
ſum iure antiqui, magis eſt, vt in eo iuri ſit
accreſcēdi locus, *ſicuti demonſtrauimus ſupra
num.41.*

Sexto demum, quod dicimus, in feudo no
uo locum non habere ius accreſcendi, pro-
246 cedit, † quoties duo ſimul inueſtiuntur, ſiue
feudum recipiunt pro ſe, & ſuis deſcenden-
tibus, & ſic conceſſio valet in perſona vtriuſ-
que: Nam tunc, quia cenſetur initio diui-
ſum inter eos, cum quilibet vocetur ad par-
tem, non ad totum, ideo licet ex poſt facto
deficiat vnus, non tamen eius pars alteri ac-
247 creſcet, † *per ea, quæ ſupra diximus, vt in
ſpecie declarant Caſtr. in d. l. ſi mihi, & Titio,
num.3. Papien. in d. form. lib. quo ag. ex ſub. in
verb. breuiloc. num. 39. Ruin. conſ. 47. num.4. in
fin. volum.1. Pereg. d. conſ. 30. num.6. uol.1.* Feu-
dum enim à principio diuiſum ipſo iure ex
poſt facto non reintegratur, quia non vide-
248 tur vnum feudum, ſed plura, † *vt in propoſito
ſcribit Bald. in d. l. vn. num. 32. verſ. Item ſuper
eo C. quand. non pet. part.* Et ita videtur intel-
ligendum, quod dicimus, inter primos inue-
249 ſtitos non habere locum ius accreſcendi, † *vti
videre eſt apud Ruin. conſ. 159. num.1. volum.1.*
Cœterum, ſi feudum concedatur vni reci-
pienti pro ſe, & fratre ſuo abſente, ſi quidem
verſemur in caſibus, in quibus talis conceſ-
ſio etiam in perſona fratris valeat, vt, quia
de illius mandato facta ſit, vel ſecuta ſit rati-
habitio, eadem erunt dicenda. quæ ſupra di-
ximus. quia, cum conceſſio in vtriuſque per-
ſona fuerit valida non poterit vnius pars po-
250 ſtea deficiens alteri accreſcere, † *ſecundum
ea, quæ ſupra diximus.* At, ſi conceſsio non
valeat in perſona abſētis, verius, & receptius
eſt, in perſona recipientis totaliter ſuſtineri,
& ita partem, quæ fratri non acquiritur, fra-
251 tri accreſcere. † *Ita enim ſcripſerunt Pariſ.
conſil.6. num.23. vol.1. Purp. conſ. 548. num. 58.
Burſat. d. conſ. 181. num.4. Pereg. d. conſ. 30. nu.
8. uolum. 1. Tametſi cōtrarium cenſuerint Ruin.
conſ.5. num. 4. volum.1. Scben conſ.45. num. 3.
volum. 1.* Sed cum iiſdem conditionibus, &
qualitatibus, quibus ea futura fuiſſet apud
252 fratrem, ſi eam quæſiuiſſet, † *vt declarant
Craſſ. in d. §. Ius accreſcendi q.33. num.3. verſic.
Nota, & Pereg. d. conſ. 30. num. 8. vol. 1.* Qua
tamen de re latè dicemus *in q. ſeq.*

Planè in his caſibus, in quibus diximus, in
feudo nouo locum habere ius accreſcendi,
quæri poteſt, an id ſit proprium, an verò im-
proprium. Et communiter quidem dicitur
253 eſſe improprium, † *per ea, quæ diximus ſupra
num.6. & ſeqq. Ita enim ſcripſerunt Zuccar. d.
d. conſil. 2. num. 54. Hoto. d. conſ. 31. num.22.
& 24. Roſent. d. cap. 6. concluſ. 73. in glo. d.*

Sed magis eſt, vt res adhibita diſtinctio-
ne, *quam retulimus ſupra num. 17. & ſeqq.* ſit
254 terminanda: † Nam, ſi feudi portio ad eum
pertineat, qui nullam feudi partem habet,
vel poſt acquiſitionem, verum erit, ius ac-
creſcendi non eſſe proprium, ſed impropriū.
255 † *vti in ſpecie declarant Bald. in d. l. ſi qua mu-
lier. 4. num. 2. C. ad Tert. Alex. conſ. 44. num. 3.
uolum.1. Hoto. d. conſ. 31. nu. 22. & 24.* Eſt enim
verius ius pacti, ſiue ſucceſſionis, & inueſti-
256 turæ † *cap.1. in fin. De duob. frat. à Cap. inueſt.
Et declarat Aff. in d. cap.1 §. & , quia vidimus,
num.19. De his, qui feud. dar. poſſ. & in d. cap.
1. in prin. num. 5. De frat. de nou. bene. inueſt.*
Cœterùm, ſi deficiat ante acquiſitionem,
& deferatur ei, qui partem habet, magis eſt,
vt propriè dici poſsit accreſcere, *ſecundum
ea, quæ diximus ſupra num. 24. & ex frequen-
tiori dd. opinione retulimus in hoc cap. quæſt.33.
num. 2.* Et hæc de feudis.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis eſt ſimilis feudo in iure accreſcendi, ideoque ea, quæ de feudo dicuntur, ſolent ad emphyteuſim trahi, Declara, vt num. 7. & 8.*

2 *Argumentum à feudo ad emphyteuſim valet, Declara, vt num. 8.*

3 *Emphyteuſis antiquæ pars, ſi poſt acquiſitionem deficiat, non accreſcit alijs, ſed ad dominum deuoluitur, & cur, num.4. Sed contra num. 5. & cur, num.6. & ſeqq.*

10 *Deſcendentes à primo acquiſitore veniunt ad emphyteuſim ex quadam mortis cauſa captione; Sed contra num.11. & 12.*

14 *Arguere à caſu ſpeciali tutum non eſt.*

Verba,

16 *Verba, vſque in tertiam, aut quartam generationem, inducunt tacitam repetitionem conceſſionis in perſonis ſuperſtitum, Declara, vt num. 19.*

17 *Dictio, vſque, inducit repetitionem, Declara, vt num. 18.*

20 *Emphyteuſis, quoties alicui conceditur pro ſe, & ſuis deſcendentibus hoc cenſetur agi, vt ea tranſeat de vno in alterum.*

21 *Emphyteuſis, quoties vni conceditur pro ſe, & ſuis deſcendentibus, cenſetur agi, vt non reuertatur ad dominum, niſi deficientibus omnibus deſcendentibus a primo acquiſitore, & num. 22.*

23 *Deſcendentes à primo emphyteuſis acquiſitore ſubrogantur in ipſius locum, & ipſum repreſentant.*

24 *Emphyteuſis, quoties vni conceditur pro ſe, & ſuis deſcendentibus, talis cõceſſio cenſetur quodammodo facta vniuerſitati.*

25 *Emphyteuſis antiqua pars ſi deficiat, multo facilius pertinet ad ſuperſtites, ſi in prima conceſſione addita ſint aliqua verba, ex quibus colligi poſſit, actum eſſe, vt inter deſcendentes eſſet ius accreſcendi.*

26 *Ius accreſcendi locum habet in emphyteuſi antiqua, ſi dictum ſit, vt non extantibus maſculis res tranſeat ad fœminas.*

27 *Ius accreſcendi locum habet in emphyteuſi antiqua, ſi dictum ſit, vt poſt mortem omnium deſcendentium, vel finita linea, ſeu generatione reuertatur ad dominum.*

28 *Ius accreſcendi locum habet in emphyteuſi antiqua, ſi ſit alicui conceſſa vſque ad tertiam eius generationem.*

29 *Emphyteuſis antiqua pars, ſi deficiat, pertinet ad ſuperſtites per ius accreſcendi, Sed contra num. 31. Declara, vt num. 34. & ſeqq.*

30 *Ius accreſcendi locum habet in emphyteuſi antiqua, ſiue auita, aut paterna, Declara, vt nu. 34. & ſeqq.*

31 *Emphyteuſis antiqua pars deficiens pertinet ad ſuperſtites iure ſucceſſionis, & inueſtitura, non iure accreſcendi, Declara, vt num. 38. & ſeqq.*

32 *Emphyteuſis antiqua pars deficiens pertinet ad ſuperſtites ex vi pacti, Declara, vt num. 38. & ſeqq.*

33 *Emphyteuſis antiqua pars deficiens pertinet ad ſuperſtites ex vi, & natura verborum conceſſionis, & inueſtitura, Declara, vt num. 38. & ſeqq.*

34 *Ius accreſcendi, quod in antiqua emphyteuſi conſideratur, non eſt proprium, ſed improprium, quia eſt potius ius ſucceſſionis, & inueſtiture, quam ius accreſcendi, Declara, vt num. 38. & ſeqq.*

35 *Ius accreſcendi, quod conſideratur in emphyteuſi antiqua, verius eſt ius repetitæ cõceſſionis, Declara, vt num. 38. & ſeqq.*

36 *Emphyteuſis antiquæ pars deficiens pertinet ad ſuperſtites, vel iure accreſcendi, vel iure ſucceſſionis, & inueſtituræ, vel iure repetitæ conceſſionis, Declara, ut nu. 38. & ſeqq.*

37 *Emphyteuſis antiquæ pars deficiens pertinet ad ſuperſtites, iure accreſcendi, ſeu iure ſucceſſionis, & repetita conceſſione, Declara, vt nu. 38. & ſeqq.*

39 *Emphyteuſis antiquæ pars non pertinet ad ſuperſtitem iure accreſcendi, ſed iure ſucceſſionis, & inueſtituræ, ſi is nullam eius portionem habeat.*

40 *Ius accreſcendi propriè non dicitur, cum pars antiquæ emphyteuſis defertur ei, qui nullam eius portionem habet.*

41 *Emphyteuſis antiquæ pars deficiens poſt acquiſitionem non pertinet ad ſuperſtites per ius accreſcendi, ſed iure ſucceſſiones, & inueſtituræ.*

42 *Ius accreſcendi impropriè dicitur, cum poſt acquiſitionem pars antiquæ emphyteuſis deficiẽs ſuperſtitibus defertur.*

43 *Emphyteuſis antiquæ pars deficiens ante acquiſitionem propriè dicitur per ius accreſcendi ad coniunctum pertinere, ſi is aliam portionem acquiſierit, & cur, num. 44.*

45 *Emphyteuſis antiqua pars ipſo iure accreſcit.*

46 *Emphyteuſis, ſi primordialiter vni ſit conceſſa, & ab eo, quaſi fonte peruenerit ad plures, deindè vnus ex ijs moriatur ſine hærede eius pars accreſcit alijs à primo acquiſitore deſcendentibus.*

47 *Emphyteuſis, ſi initio fuerit conceſſa duobus, aut pluribus, reſpectu partis, quæ ad vnumquemque eorum ſpectat, eſt ius accreſcendi inter ipſius deſcendentes, quia talis reſpectu emphyteuſis eſt antiqua.*

48 *Ius accreſcendi locum habet in emphyteuſi antiqua, ſi pars deficiat ante acquiſitionem.*

49 *Ius accreſcendi locum habet in emphyteuſi antiqua, etiamſi pars deficiat poſt acquiſitionem.*

50 *Emphyteuſis antiquæ pars accreſcit ei, qui portionem habet.*

51 *Emphyteuſis antiquæ pars accreſcit etiam ei, qui nullam portionem habet.*

52 *Emphyteuſis antiquæ pars, accreſcit etiam ei, qui ſuam portionem renunciauit in manibus domini.*

53 *Ius accreſcendi locum habet in emphyteuſi antiqua, etiamſi fuerit renouata, & cur.*

54 *Ius accreſcendi nõ habet locum in emphyteuſi antiqua, ſi in eius renouatione fuerit adiecta noua qualitas, aut forma.*

55 *Emphyteuſis antiquæ pars, ſi deficiat propter delictum vnius ex hæredibus emphyteutæ, non accreſcit cohæredibus, ſed deuoluitur ad dominum.*

56 *Emphyteuſis antiquæ pars, ſi deficiat propter feloniam contractus, non accreſcit alijs, ſed reuertitur ad dominum.*

57 *Emphyteuſis antiquæ pars, ſi deficiat propter canonem non ſolutum, non accreſcit alijs, ſed ad dominum deuoluitur.*

58 *Emphyteuta, ei ideo priuetur ſua portione, quia rem fecerit deteriorem, ea non accreſcit alijs, ſed ad dominum deuoluitur.*

59 *Ius accreſcendi non habet locum in emphyteuſi antiqua, ſi deficiens reliquerit deſcendentes eius capaces, & cur, num. 60.*

61 *Ius non decreſcendi locum habet etiam in emphyteuſi noua.*

62 *Emphyteuſis, ſi ſit indiuidua, in ea locum habet ius non decreſcendi.*

63 *Ius non decreſcendi locum habet inter re tantum coniunctos, etiam in emphyteuſi noua.*

64 *Ius nõ decreſcendi locum habet in emphyteuſi noua, ſi fuerit duobus, aut pluribus conceſſa inſolidum.*

65 *Ius non decreſcẽdi locum habet in emphyteuſi na-*

ua, ſi duobus, aut pluribus fuerit conceſſa per diſtributiuam, & cur, num. 66.

67 Spectandum ſemper eſt in emphyteuſi, & alijs contractibus, quod à partibus actum eſt.

68 Emphyteuſis noua pars pertinet ad coniunctũ, per ius accreſcendi, ſi ita ſit actum a contrahentibus, Declara, vt num. 75. & ſeqq.

69 Pacto fieri poteſt, vt etiam in emphyteuſi noua locum habeat ius accreſcendi.

70 Ius accreſcendi locum habet etiam in emphyteuſi noua, ſi ita pactum, vel actum ſit à contrahentibus.

71 Ius accreſcendi locum habet etiam in emphyteuſi noua, ſi conſtet, hanc fuiſſe mentem contrahentium.

72 Ius accreſcendi locum non habet in emphyteuſi noua, niſi hoc dictum, ſeu pactum, aut actum ſit a contrahentibus.

73 Ius accreſcendi locum habet in emphyteuſi noua, ſi hoc, vel expreſſè, vel tacitè ſit actum a contrahentibus.

74 Ius accreſcendi legale, licet non habeat locum in contractibus, habet tamen locum conuentionale.

75 Emphyteuſis noua pars, non pertinet ad ſocium iure accreſcendi, ſed ex vi pacti, quoties id actum eſt à contrahentibus, & cur, num. 76. & ſeq.

77 Pactum, vt pars deficientis accreſcat ſuperſtiti eſt quadam ſubſtitutio facta in contractu emphyteuſis.

78 Ius accreſcendi, quod in emphyteuſi noua locum habet ex mente contrahentium, eſt improprium, non proprium, & cur, num. 79.

80 Ius accreſcendi, quod ex mente contrahentium locum habet in emphyteuſi noua, competit etiã ei, qui portionem non habet.

81 Ius accreſcendi locum habet in emphyteuſi noua, ſi hoc in inueſtitura ſit expreſſè dictum.

82 Ius accreſcendi locum habet in emphyteuſi noua, ſi in inueſtitura dictũ ſit, vt pars deficientis ad ſuperſtitem pertineat.

83 Ius accreſcendi locum habet in emphyteuſi noua, ſi in inueſtitura dictum ſit, vt alter alteri ſuccedat.

84 Ius accreſcendi locum habet in emphyteuſi noua, ſi in inueſtitura dictum ſit, vt fratres, & eorũ deſcendentes in infinitum ſuccedant.

85 Ius accreſcendi locum habet in emphyteuſi noua, ſi addita ſit clauſula, de vno in alterum reuertendo.

86 Ius accreſcendi locum habet in emphyteuſi noua, ſi conceſſioni factæ duobus, aut pluribus addita ſit dictio, inſolidum.

87 Ius accreſcendi locum habet in emphyteuſi noua, ſi conſtet, mentem contrahentium fuiſſe, vt cõceſſio intelligeretur facta inſolidum.

88 Emphyteuſis, ſi duobus aut pluribus, fuerit conceſſa, & addita ſit dictio diſtributiua, ex hoc colligimus, actum eſſe, vt inter inueſtitos locũ habeat ius non decreſcendi, & cur, num. 89.

90 Ius accreſcendi locum habet in emphyteuſi noua, ſi conceſſio facta ſit duobus, & cuilibet eorum inſolidum.

91 Ius accreſcendi locum habet in emphyteuſi noua, ſi conceſſio facta ſit, duobus, & cuilibet eorum, & cur, num. 92.

93 Conceſſionem eſſe factam inſolidum, vel, cuilibet eorum, paria ſunt.

94 Ius accreſcendi locum habet in emphyteuſi noua ſi fuerit conceſſa duobus, & cuicunque eorum.

95 Ius accreſcendi locum habet in emphyteuſi noua, ſi fuerit conceſſa duobus, & alteri eorum.

96 Ius accreſcendi locum habet in emphyteuſi noua, ſi fuerit conceſſa duobus, & vtriq; eorum.

97 Ius accreſcendi locum habet in emphyteuſi noua, ſi fuerit conceſſa duobus, & vtriq; & alteri eorum.

98 Ius accreſcendi locum habet etiam inter deſcendentes a primis inueſtitis, ſi conceſſio facta ſit duobus, & cuilibet eorum pro ſe, & ſuis deſcendentibus, & cur, num. 99.

100 Ius accreſcendi locum habet, etiam inter primos acquirentes, ſi emphyteuſis ſit conceſſa duobus, pro ſe, & cuiuslibet eorum filijs, & deſcendentibus, & cur, num. 101. Sed contra num. 102. & cur, num. 103.

104 Diſtributiua adiecta copulatiuæ duorum vocationi, quando inter primos inueſtitos inducat ius accreſcendi.

105 Ius accreſcendi locum habet inter deſcendentes à primis inueſtitis, ſi emphyteuſis ſit conceſſa duobus pro ſe, et cuiuslibet eorum deſcendentibus, et cur, num. 106. Sed contra num. 110. et cur, num. 111.

107 Ius accreſcendi locum habet inter deſcendentes à primis acquiſitoribus, ſi emphyteuſis fuerit conceſſa pro ſe, et vtriuſq; eorum deſcendentibus.

108 Ius accreſcendi locum habet inter deſcendentes à primis acquiſitoribus, ſi emphyteuſis conceſſa ſit duobus, aut pluribus pro ſe, et cuiuslibet eorũ deſcendentibus cũ clauſula, de vno in alterum reuertendo, Sed contra nu. 113.

109 Obſeruantia ſecuta declarat, an in conceſſione emphyteuſis actum ſit, vt inter inueſtitos, et eorũ deſcendentes locum haberet ius accreſcendi.

112 Diſtributiua qualiter intelligatur, rem inſolidum cuilibet attribuere.

114 Verba cenſeri inutiliter apposita, quando exprimunt id, quod tacitè inerat, abſurdum non eſt.

115 Ius accreſcendi non habet locum inter deſcendentes à primis acquiſitoribus, quando emphyteuſis fuit duobus conceſſa pro ſe, et cuiuſq; eorum deſcendentibus.

116 Ius accreſcendi locum habet inter deſcendentes à primis inueſtitis, ſi emphyteuſis conceſſa ſit pro ſe, et hæredibus ex ipſis, vel altero eorum.

117 Emphyteuſis, ſi duobus, aut pluribus fuerit conceſſa hoc tenore, vt quandiu ipſi, vel eorum hæredes vixerint, eam habeant, cenſetur actum, ut inter inueſtitos, et eorum hæredes locum habeat ius accreſcendi.

118 Emphyteuſis, ſi duobus, aut pluribus fuerit conceſſa ad eorum uitam, ſeu durante eorum uita, cenſetur actum, ut inter eos locum habeat ius accreſcendi.

119 Emphyteuſis, etiam ſi fuerit duobus, aut pluribus conceſſa uſq; ad tertiam eorum generationem, non tamen cenſetur actum, ut inter eos, et eorũ hæredes locum habeat ius accreſcendi, et cur, num. 120. Sed contra num. 121. et cur, num. 122. et ſeqq.

125 Ius accreſcendi locum habet in emphyteuſi duobus, aut pluribus conceſſa, uſq; in eorum, et cuiuslibet eorum tertiam generationem, et cur num. 126.

127 Ius accreſcendi locum habet etiam inter primos inueſtitos, ſi emphyteuſis ſit conceſſa duobus

uſq;

vſque in eorũ, & cuiuſlibet eorum tertiam generationem, & cur, num. 128.

129 *Ius accreſcendi locum habet ex mente contrahentium, ſi in conceſſione dictum ſit, vt durantibus generationibus Eccleſia teneatur emphyteutas defendere.*

130 *Ius accreſcendi locum habet in emphyteuſi duobus, aut pluribus conceſſa, ſi in eius conceſſione dictum ſit, vt duret emphyteuſis, donec ſoluātur melioramenta per locatores, vel ipſorum hæredes.*

131 *Emphyteuſis, ſi duobus fuerit conceſſa, & dictũ, vt poſt mortem omnium res ad dominum reuertatur, cenſetur actũ, vt inter eos ſit ius accreſcendi, & cur, num. 132.*

133 *Emphyteuſis, ſi duobus ita ſit conceſſa, vt poſt amborum mortem reuertatur ad dominum, cenſetur actum, vt inter eos ſit ius accreſcendi.*

134 *Emphyteuſis, ſi duobus ita ſit conceſſa, vt poſt amborum vitam reuertatur ad dominum, cenſetur actum, vt inter eos ſit ius accreſcendi.*

135 *Emphyteuſis, ſi duobus ita ſit conceſſa, vt ad dominum reuertatur finita omnium, vel amborum, vel vtriuſque generatione, cenſetur actum, vt in ea locum habeat ius accreſcendi, & cur, num. 136.*

137 *Emphyteuſis, ſi duobus ita ſit conceſſa, vt poſt eorum, vel ipſorum mortem ad dominum reuertatur, non expreſſa dictione vniuerſali, aut æquipollenti, non cenſetur actum, vt in ea locum habeat ius accreſcendi, Sed contra nu. 139. & cur, num. 140.*

138 *Emphyteuſis, ſi duobus ita ſit conceſſa, vt ipſis decedentibus ſine liberis, ad dominum reuertatur, non cenſetur actum, vt in ea locum habeat ius accreſcendi, Sed contra num. 141. & ſeqq.*

142 *Emphyteuſis, ſit duobus ſi conceſſa, & additum, quibus morientibus, aut decedentibus, aut non extantibus, ad dominum reuertatur, cenſetur actum, vt in ea locum habeat ius accreſcendi.*

143 *Emphyteuſis, ſi duobus ita ſit conceſſa, vt finitis eorum generationibus res ad dominum reuertatur, cenſetur actum, vt inter eos, & eorum deſcendentes locum habeat ius accreſcendi.*

144 *Emphyteuſis, ſi duobus ita ſit conceſſa, vt non reuertatur ipſis viuentibus, vel durante ipſorum vita, cenſetur actum, vt inter eos locum habeat ius accreſcendi.*

145 *Emphyteuſis, ſi duobus ita ſit conceſſa, vt non reuertatur, quandiu ipſi, vel eorum hæredes vixerint, cenſetur actum, vt in ea locum habeat ius accreſcendi.*

146 *Ius accreſcendi locum habet in emphyteuſi duobus ſimpliciter conceſſa, ſi onus ſolutionis canonis ſit vtrique inſolidum impoſitum, & cur, num. 147.*

148 *Ius accreſcendi locum habet in emphyteuſi duobus ſimpliciter conceſſa, ſi de communi pecunia, ſeu communibus bonis fuerit acquiſita.*

149 *Ius accreſcendi locum habet in emphyteuſi ab vno ex fratribus nomine communi acquiſita, ſi ſimul habitent, in communi viuentes ſciente domino.*

150 *Ius accreſcendi locum habet in emphyteuſi duobus ita conceſſa, vt diuidi non poſſit.*

151 *Ius accreſcendi locum habet in emphyteuſi, ſi res fuerint, vt vnum corpus conceſſa.*

152 *Ius accreſcendi, quoties ex mente contrahentium inducitur inter inueſtitos, intelligitur, ſi liberos non reliquerint, & cur, nu. 154.*

153 *Deſcendentes præferuntur ſocijs venientibus ad partem emphyteuſis per ius accreſcendi, & cur num. 154.*

155 *Linea deficientis debet prius euacuari, quam fiat tranſitus ad aliam lineam in emphyteuſi.*

156 *Emphyteuſis, ſi duobus fuerit conceſſa pro maſculis, & fœminis, & ſimus in caſibus, in quibus ex mente contrahentium locum habet ius accreſcendi, debet euacuari linea cuiuſlibet tam fœminina, quam maſculina prius, quam locus fiat iuri accreſcendi.*

157 *Filia, ſeu deſcendens ab vno ex primis inueſtitis, ſi ſit capax emphyteuſis, excludit ſocium & eius deſcendentes venientes per ius accreſcendi, & cur, num. 158.*

159 *Ius accreſcendi locum habet in emphyteuſi à ſupremo Principe conceſſa, & cur, numero 160.*

161 *Ius accreſcendi non habet locum in emphyteuſi noua, ſi pars deficiat poſt acquiſitionem, & cur, num. 162.*

163 *Ius accreſcendi non habet locum in emphyteuſi, ſi conceſſio initio facta ſit duobus præſentibus & acceptantibus.*

164 *Ius accreſcendi non habet locum in emphyteuſi, ſi conceſſio facta ſit duobus, & vnus poſtea deficiat.*

165 *Ius accreſcendi non habet locum in emphyteuſi, ſi conceſſio facta ſit vni recipienti pro ſe, & fratre ſuo abſente, ſecuta poſtea ratificatione.*

166 *Ius accreſcendi locum non habet in emphyteuſi conceſſa alicui recipienti pro ſe, & fratre ſuo abſente, Declara, vt num. 167.*

168 *Ius accreſcendi locum habet in emphyteuſi poſt acquiſitionem, ſi ex verbis, aut coniecturis colligatur, hanc fuiſſe mentem contrahentium.*

169 *Ius accreſcendi locum habet in emphyteuſi, ſi duobus fuerit conceſſa ex cauſa oneroſa, & cur, num. 170. & 196. Declara, vt num. 173. & ſeqq.*

171 *Ius accreſcendi locum habet in emphyteuſi, ſi interſit concedentis, partem accreſcere potius, quam ad ſe reuerti, Declara, vt num. 196.*

172 *Ius accreſcendi locum habet etiam inuito emphyteuta, quoties hoc intereſt concedentis.*

173 *Emphyteuſis cenſetur conceſſa ex cauſa oneroſa, cum fuit conceſſa ſub magno pretio.*

174 *Emphyteuſis cenſetur conceſſa ex cauſa oneroſa, cum conceſſio fuit facta pro pretio æquiualente.*

175 *Emphyteuſis cenſetur conceſſa ex cauſa oneroſa, cum conceſſio fuit facta media pecunia, vel alia re, quæ initio data ſit, & præterea ſub annua penſione. Declara, vt num. 176.*

177 *Emphyteuſis, quoties eſt conceſſa ex cauſa quaſi lucratiua, idem de ea iudicandum eſt, quod de conceſſa ex cauſa oneroſa.*

178 *Emphyteuſis cenſetur conceſſa ex cauſa oneroſa, quoties conceſſio fuit facta cum onere fabricandi domum, & præterea ſoluendi canonem.*

179 *Emphyteuſis cenſetur conceſſa ex cauſa oneroſa, & per conſequentias recipit ius accreſcendi, quoties fuit conceſſa ſub annua penſione correſpondente fructibus, & cur, nu. 180. & ſeq.*

182 *Ius accreſcendi locum habet in emphyteuſi, & cur num. 183. & ſeqq. Sed contra, nu. 188. & ſeqq. & cur, num. 193.*

183 *Ius accreſcendi locum habet in contractibus vltro, citroque obligatorijs, Declara, vt nu. 193.*

184 *Emphyteuſis eſt contractus vltro, citroque obligatorius.*

185 *Ius accreſcendi, vt habeat locum in emphyteuſi ſemper intereſt concedentis, Sed contra num. 199.*

186 *Emphyteuſis eſt ſimilis locationi, & venditioni, Declara, vt num. 200.*

187 *Emphyteuſis contractus eſt indiuiduus, Declara, vt num. 201.*

188 *Ius accreſcendi non habet locum in emphyteuſi noua, & cur, num. 193.*

189 *Ius accreſcendi non habet locum in emphyteuſi, & cur, num. 193.*

190 *Ius accreſcendi non habet locum in emphyteuſi, ſi initio fuerit duobus conceſſa ex cauſa lucratiua.*

191 *Ius accreſcendi non habet locum in emphyteuſi, ſi initio fuerit conceſſa Titio, & fratri eius abſenti.*

192 *Ius accreſcendi non habet locum in emphyteuſi noua, etiam ante quæſitum emolumentum.*

194 *Emphyteuſis eſt contractus.*

197 *Emphyteuſis dicitur conceſſa ex cauſa lucratiua, etiamſi penſio minima ſit ſoluenda.*

198 *Emphyteuſis dicitur gratia, & beneficium non obſtante onere ſoluendi canonem.*

202 *Ius accreſcendi locum non habet in emphyteuſi Eccleſiaſtica.*

203 *Ius accreſcendi locum non habet in emphyteuſi duobus etiam fratribus conceſſa.*

204 *Ius accreſcendi non habet locum in emphyteuſi duobus conceſſa in ſeparatis inueſtituris.*

205 *Ius accreſcendi non habet locum in emphyteuſi etiamſi duobus fuerit conceſſa ſimul, & coniunctim.*

206 *Coniunctio verbalis, aut mixta nihil in emphyteuſi ad iuris accreſcendi productionem operatur.*

207 *Ius accreſcendi non habet locum in emphyteuſi duobus conceſſa, etiamſi in conceſſione addita ſit dictio, ſimul, vel alia ſimilis, & cur, nu. 208.*

209 *Emphyteuſis ſi fuerit uni conceſſa pro ſe, & fratre abſente, qui poſtea non ratificet, tota acquiritur recipienti, & cur, num. 210. Declara, vt num. 212. & ſeq.*

211 *Emphyteuſim, ſi maritus recipiat pro ſe, & uxore, non ſecuta ratihabitione, tota marito quæritur, Declara, ut nu. ſeqq.*

An, & quando ius accreſcendi locum habeat in emphyteuſi.

Quæſtio Trigeſimaoctaua.

NVnc videamus de emphyteuſi, quæ in hac materia magnam habet cũ feudo ſimilitudinem, & pari cum illo paſſu ambulat, adeo, vt, quæ de feudo dicuntur, ſoleant ad emphyteuſim
1 trahi, † *uti uidere eſt apud Cin. in l. un. nu. 10. C. quand. non pet. par. Bart. in d. l. ſi mihi, & Titio. 110. in prin. num. 5. & ibi Caſtr. num. 3. Iaſ. num. 12. uerſ. primum fundamentum, Alcia. nu. 22. ff. de uerbor. oblig. Bald. in cap. 1. §. & , quia uidimus, num. 4. & ibi Aluaro. num. 7. De his, qui feud. dar. poſ. Bald. in l. un. §. in primo num. 13. C. de ead. toll. & conſ. 280. num. 1. uerſ. Decimo probatur, uol. 3. Alex. conſ. 136. in prin. uerſ. ſecundo, uolum. 1. & conſ. 106. num. 6. & conſ. 107. nu. 13. uolum. 5. Dec. conſ. 262. nu. 1. & 2. Ruin. conſ. 159. num. 15. & conſ. 165. num. 6. uerſ. Nec dici poteſt, uolum. 1. Euerar. in ſua cent. arg. loco à feudo ad emphyteuſim, nu. 39.* ſcilicet, quia ab vno
2 ad aliud valet argumentum, † *ut ſcribunt Roman. conſ. 212. num. 4. Alex. conſ. 106. num. 7. uol. 5. Curt. Iun. conſ. 55. num. 4. Gabr. conſ. 70. num. 2. uolum. 2. Hond. conſ. 36. num. 4. uol. 1. Menoc. conſ. 464. num. 8. uerſ. ſextò. Galua. conſ. 8. num. 24. & latè oſtendit Euer. loco a feudo ad emphyteuſim, & loco ab emphyteuſi ad feudũ, et nos etiã dicemus infra num. 6. & 8.* & diſpiciamus, an, & quando in ea locum habeat ius accreſcendi. Pro faciliori autem huiuſce quæſtionis excuſſione nobis erit ſeparatim diſpiciendũ, Primo, quid, ſi emphyteuſis ſit antiqua, Secundo verò, quod, ſi noua, *ſecundum ordinem, quem ſeruauimus in q. præced.*

Et, ſi quidem ſit antiqua, & quæramus, an in ea locum habeat ius accreſcendi, dupliciter res eſt excutienda: Primùm enim videndum eſt, an, ſi vnus ex deſcendentibus à primo acquiſitore deficiat, puta moriatur, pars illius ad ſuperſtites pertineat, an verò potiùs ad dominũ reuertatur; Deindè poſito, quod pertineat ad ſuperſtites, videndum eſt, quo iure dici debeat pertinere, an ſcilicet iure accreſcendi, an verò alio iure.

Et in prima quidem quæſtione cenſuerunt nonnulli, partem deficientis non ad ſuperſti-
3 tes pertinere, ſed ad dominum deuolui. † *Fuit hæc ſententia Bald. in d. l. ſi mihi, & Titio, uerſ. ſed, quid in emphyteuſi, & in Auth ſi quas ruinas num. 7. uerſ. Tertio. C. de ſacroſ. eccl. quam tamen in l. un. nu. 30. uerſ. quid dicemus C. quand. non pet. part. declarat, procedere in emphyteuſi hæreditaria, non etiam in ea, quæ eſt ex pacto, & prouidentia.* Mouentur autem, vt ita ſentiãt
4 ea ratione, quia, † vt pars deficientis ad ſuperſtites pertineat, non poteſt alio iure fieri, quã iure accreſcendi. Atqui per hoc ius pertinere nequit, ſcilicet, quia poſt emolumentum ſemel acquiſitum ius accreſcendi ceſſat, *ut oſtendemus in ſeptimo, cap. q. 59. num. 19.* Ergo non poterit ad ſuperſtites pertinere, & per conſequẽtias, tamquam finita reuertetur ad dominum.

Verùm hæc opinio fuit ab alijs frequẽtiùs improbata: Licet enim diſſentiant in cauſa, & iure peruentionis, ſcilicet, quia quidã cenſent, ad ſuperſtites pertinere iure accreſcendi, quidam verò iure ſucceſſionis, vt inueſtituræ, ſeu repetitæ conceſſionis, *uti poſtea referimus*, conſentiunt tamen omnes in ipſamet peruentione, & cenſent, partem deficientis, non ad dominum, ſed ad ſuperſtites à primo tamen acquiſitore deſcendentes pertinere.
5 † *Ita enim cenſuerunt Specul. in tit. de loca. uerſ. Nunc aliqua, nu. 183. Bart. in d. l. ſi mihi, & Titio num. 5. & 8. & ibi Caſtr. num. 3. uerſ. ſed teneat,*

Alex,

Alex. num. 15. Iaſ. num. 12. ubi teſtatur, hanc
eſſe communem opinionem, Alcia. num. 22. Bart.
conſ. 58. num. 1. lib. 1. Bald. in l. 2. num. 20. C. de
iur. emph. & conſ. 280. num. 1. & 2. in fi. ubi ait,
hanc eſſe ipſam veritatem, uol. 3. Ang. de Gamb.
conſ. 35. num. 12. Caſtr. conſ. 262. num. 2. uol. 2.
Papien. in for. lib. quo agit. ex ſubſt. in uerb. bre-
uiloquè, num. 39. & 40. Alex. in l. ſi domus. 74. §.
fin. num. 7. ff. de leg. 1. Dec. conſ. 262. num. 3. in
fi. Ruin. conſ. 48. num. 7. & conſ. 159. num. 15.
uolum. 1. Soc. iun. in l. qui Romæ. 122. §. duo
fratres, num. 137. ff. de uerb. oblig. Bero. qu. 70.
num. 1. Gozad. conſ. 20. num. 9 Zuccar. conſ. 50.
num. 32. ubi teſtatur, hanc eſſe communem opi-
nionem, à qua, nec conſulendo, nec iudicando re-
cedendum eſt, Cagn. in d. l. un. in fi. C. quand. non
pet. part. Purp. conſ. 114. num. 2. Craſſ. in d. §.
ius accreſcendi q. 25. num. 3. uerſ. intellige, Hond.
conſ. 36. num. 1. uol. 1. Gratia. tom. 2. diſcep. for.
cap. 272. num. 13. Huius autem opinionis, quã
conſtat eſſe receptiſſimam, varia à noſtris
fundamenta afferuntur.

Primum enim fundamentum deducitur à
6 feudo, † à quo ad emphyteuſim valet argu-
mentum, vt diximus ſupra num. 2. Nam, quẽ-
admodum in feudo paterno frater fratri ſuc-
cedit, vt diximus in q. præced. num. 2. ita etiam
debet ſuccedere in emphyteuſi paterna, ſci-
licet, quia eadem eſt vtriuſq; ratio, cum ita
emphyteuſim, vt feudum recipiat primus
acquiſitor pro ſe, & ſuis deſcendentibus, qui-
bus intendit proſpicere. Ita arguunt Bart. in
d. l. ſi mihi, & Titio, num. 5. & ibi Caſtr. num. 3.
Imol. num. 1. verſ. Item adde, Alex. num. 15.
Iaſ. num. 12. verſ. primum fundamentum, Bald.
dict. conſil. 280. num. 1. verſ. 10. probatur, vo-
lum. 3.

Nec eſt, quod aliquis obijciat, imò iura
feudorum, tamquam ſingularia non poſſe
trahi in conſequentiam, cum Obertus, qui
tractatum illum conſcripſit, non habuerit
poteſtatem condendæ legis, ſed tantum ius
referendi ea, quæ conſuetudine fuerant re-
cepta, ideoq; ea, quæ de feudis dicuntur, non
7 poſſe trahi ad emphyteuſim, † vt ſcripſerunt
Bald. in cap. 1. in prin. num. 17. An agn. vel fil.
Alex. in d. l ſi mihi, & Titio, num. 15. verſ. & per
hoc patet, & ibi Alcia. num. 21. verſ. ſunt tamen,
Alex. conſ. 204. num. 16. vol. 1. Curt. iun. conſ.
55. num. 2. Ruin. conſ. 151. num. 19. verſ. Præ-
terea, & conſ. 166. num. 12. verſ. Nec etiam bona,
8 vol. 1. quia hoc verum eſt, ſi † id, quod de
feudo dicitur, fundetur in aliquo iure ſingu-
lari, vel conſuetudinario, quod à naturali,
vel ciuili ratione deuiet. Cœterum, ſi fun-
detur in ratione naturali, & iuſta, prout fun-
datur in ſpecie propoſita, verius eſt, poſſe à
feudo ad emphyteuſim trahi argumentum.
Ita in ſpecie declarant Roma. conſ. 212. num. 4.
Iaſ. in d. l. ſi mihi, & Titio, num. 12. verſ. primũ
fundamentum, Curt. iun. dict. conſ. 55. num. 4.
Ruin. conſil. 165. num. 6. verſ. Nec dici poteſt,
uolum. 1.

Secundum verò, quod affertur, fundamen-
9 tum eſt, quia, † cum quis recipit emphyteu-
ſim pro ſe, & ſuis deſcendentibus, licet ipſe
veniat ex contractu, & ſic ex actu inter vi-
uos, eius tamen filij, qui non, niſi poſt ipſius
mortẽ vocantur, veniunt ex quadam mortis
10 cauſa capione, † ut declarant Bart. in l. mor-
tis cauſa capitur. 31. in prin. nu. 1. ff. de don. cauſ.
mort. Rum. conſ 48. num. 5. uol 1. & alij quos
mox referemus, ſcilicet, quia mortis cauſa capi
dicitur id omne, quod propter alterius mor-
tem nobis obuenit l. qui pretio. 8. l. mortis cau-
ſa capimus. 18. in prin. & l mortis cauſa capitur.
31. in prin. ff. de don. cauſ. mor. Sed inter eos,
qui veniunt ex mortis cauſa capione, locum
habet ius accreſcendi l. Thais 41. §. Stichus
ſeruus ff. de fideic. lib. l. qui duobus. 23. ff. de cõd.
& dem. et ex multorum ſententia retulimus in hoc
cap. q. 24. num. 4. Ergo debet etiam habere
locum inter eos, qui vocantur ad emphyteu-
ſim paternam. Ita arguunt Bart. in d. l. ſi mi-
hi, et Titio, num. 5. et ibi Caſtr. num. 3. Bart. d.
conſ. 58. num. 1. uerſ. Præterea, lib. 1. Bald. dict.
conſil. 280. num. 1. uerſ. Secunda ratio eſt, uol.
3. Gratia. dict. tom. 2. diſcept. foren. cap. 272.
num. 13.

Verùm hoc fundamentum, fuit ab alijs
11 communiter improbatum, † ut à Bald. in d.
Auth ſi quas ruinas, num. 7. uerſ. Breuiter C. de
ſacroſ. Eccle. et in d. l. un. num. 30. uerſ. Alia ratio
redditur C. quand. non pet. part. et in cap. 1. §. et,
quia uidimus, num. 4. De his, qui feud. dar. poſſ.
Imol. in d. l. ſi mihi, et Titio num. 1. uerſ. Item
adde, et ibi Alex. num. 15. uerſ. et per hoc patet
Iaſ. num. 12. uerſ. ſecundum fundamentum,
12 Alcia. num. 22. uerſ. ſed et hoc, tum, quia † non
eſt hæc propriè mortis cauſa capio, ut oſten-
dimus in q. præced. num. 34. Et in propoſito cõ-
ſiderant Bald. et Iaſ. in ſupra allegatis locis, tum
etiam, quia dato etiam, quod eſſet mortis
cauſa capio, verius, & receptius eſt, in ea lo-
cum non habere ius accreſcendi, niſi in per-
ſonis hæredum ſit implenda conditio, ut
oſtendimus in hoc cap. q. 24. num. 9. et 21. et in
his terminis conſiderant Imol. Iaſ. et Alcia. in re-
latis locis.

Tertium fundamentum deducitur à ſtipu-
13 latione operarum: † Nam, ſi pater operas
à liberto ſtipuletur pro ſe, & filijs ſuis, & poſt
eius mortem vnus ex filijs decedat, eius pars
accreſcit fratribus l. utrum 5. ff. de aſſign. lib.
licet non veniant ex cauſa mortis, ſed inter
viuos, ſcilicet, quia non veniunt, vt hæredes,
ſed, vt filij l. ut iuriſiurandi. 7. §. ſi liberi. ff. de
oper. lib. Ergo, & ſimili ratione, licet filij nõ
veniant ad emphyteuſim paternam, ex cau-
ſa mortis, ſed inter viuos, ſi tamen vnus defi-
ciat, debet eius pars cœteris accreſcere. Ita
arguunt Bart. in d. l. ſi mihi, et Titio, num. 6. et
d. conſ. 58. num. 2. uerſ. Præterea hoc uidemus,
lib. 1. et Bald. d. conſ. 280. num. 1. uerſ. 9. proba-
tur uol. 3.

Nec obſtat, quod in ſpecie d. l. utrum, vi-
deatur contineri caſus ſpecialis, à quo non
14 eſt tutum arguere, † ut fundamentum repro-
bando ſcripſerunt Imol. in d. l. ſi mihi, et Titio,
num. 1. uerſ. Item adde, et ibi Iaſ. num. 12. uerſ.
15 3. ratio, quia verius eſt, † nullam ibi ſpeciali-
tatem poſſe conſiderari: Tractatur enim ibi
de ſtipulatione operarum, quæ cenſetur fa-
cta pro ſe, & liberis, vtpote ad quos ius pa-
tronatus tranſit, nõ etiam pro extraneis, quip-
pe, qui illius iuris incapaces ſunt, ideoq; talis
ſtipulatio videtur ſimilis receptioni emphy-
teuſis, quæ & ipſa regulariter pro liberis, non
etiam pro extraneis recipitur.

Quartum fundamentum deducitur ex eo;
quia,

quia, quoties quis recipit emphyteuſim pro
ſe, & ſuis deſcendentibus, vt plurimum adij-
ciuntur hæc verba, vſq; in tertiam, aut quar-
tã generationem, maximè, cum emphyteu-
ſis eſt Eccleſiaſtica, quippe, quæ non poteſt
in infinitum concedi, ſed tantum cum limi-
tatione, & præfinitione generationis, *§. em-
phyteuſim, Auth. de non alien. reb. Eccl. coll. 2.* At
horum verborum vis eſt, vt inducant repeti-
tionem conceſſionis in perſonis ſuperſtitum,
16 ſi quando in perſona vnius extinguatur, † vt
dicimus de viuſfructu alicui legato ad certũ
tempus, quippe, qui tacitè cenſetur renoua-
tus, & repetitus, quoties in perſona viuſfru-
ctuarij finitur, puta capitis diminutione,
propter naturam illius dictionis, vſq;, quæ
17 eſt, vt inducat repetitionem. † *l. ſicut 3. in prin.
uerſ. quare ff. quib. mod. uſuſf. amit.* Ergo, licet
frater ſuperſtes non poſſet venire ad partem
deficientis, veniet tamen ex vi repetitæ, &
renouatæ conceſſionis. *Ita arguunt Bart. in
d. l. ſi mihi, et Titio, num. 6. uerſ. Præterea, et ibi
Imol. num. 1. uerſ. item adde, Alcia. num. 22. et
23. Bart. d. conſ. 58. num. 2. uerſ. Præterea poſito,
lib. 1. Bald. d. conſ. 280. num. 1. uerſ. 3. eſt ratio,
uol. 3. Et ſcribunt etiam ij, quos referemus infra
num. 35.*

Nec obſtat, ſi dicatur, dictionem, vſq;, in-
18 ducere quidem repetitionem † in perſona
illius, qui ſemel rem habuit, & eam poſtea
amiſit, *in quibus terminis loquitur l. ſicut, in
contrarium allegata*, ſed non in perſona alte-
rius, qui eam nunquam habuit, *ut impugnã-
do conſiderat Iaſ. in d. l. ſi mihi, et Titio, num. 12.
uerſ. ſed nec iſta quarta*, quia reſpondeo, & hic
19 induci repetitionem † in eadem non diuerſa
perſona, non quidem verè, ſed fictè, ſcilicet,
quia omnes ab eodem acquiſitore deſcen-
dentes perſonam eius repreſentant, ita, vt idẽ
ſemper videatur in rerum natura exiſtere,
*ut dicemus infra num. 23. Ita in ſpecie reſpondet
Alcia. in d. l. ſi mihi, et Titio, num. 23. uerſ. Nec
me mouet.*

Quinto adducitur, quia in emphyteuſi,
quemadmodum, & in alijs omnibus con-
tractibus, ſemper id eſt ſpectandum, atq; ſer-
uandum, quod à partibus actum eſt *l. ſemper
in ſtipulationibus. 35. ff. de reg. iur. et dicemus
etiam infra num. 67.* Sed, quoties emphyteu-
ſis alicui conceditur pro ſe, & ſuis deſcen-
dentibus, ſine dubio hoc agitur, vt conceſſio
non ſit momentanea, ſed ſucceſſiua, ita, vt
à patre tranſeat in filios, & à filijs in nepotes,
20 & ſic deinceps: † Hoc enim eſt generale in
omnibus diſpoſitionibus, in quibus res certo
generi perſonarum aſsignatur, ita, vt in eo
remaneat *l. ult. C. de uerb. ſign. l. peto. 71. §. fra-
tre. ff. de leg. 2.* Nam, qui ſunt de illo genere
cenſentur inuicem ſubſtituti, ita, vt ſuperſtes
in locum morientis ſubrogetur, *ut in propoſi-
to conſiderat Bald. d. conſ. 280. num. 1. uerſ. 6.
probatur, uol. 3.* Ergo hoc erit ſeruandum, &
per conſequentias vno moriente pars eius ex
mente contrahentium erit alijs applicanda.
*Ita arguunt Bald. d. conſ. 280. num. 1. uerſ. 8. pro-
batur, et num. 2. uol. 3. et Alcia. in d. l. ſi mihi, et
Titio, num. 24.*

Sexto adducitur, quia, quoties emphyteu-
ſis ita conceditur, vt poſt quorumdam mor-
tem, aut deficientiam ad dominum reuerta-
tur, cenſetur actum, vt non antea reuertatur,
quàm omnes illi defecerint, *ut oſtendemus
infra num. 131.* quia cum pactum reuerſio-
nis ſit conceptum ſub conditione relata ad
duos, vel plures, non poteſt per vnius mor-
tem verificari, eaq; ratione, quaſi deficiente
conditione locum habere nequit, *ut dicemus
ibi num. 132.* Sed, quando emphyteuſis con-
ceditur vni pro ſe, & ſuis deſcendentibus,
ſeu liberis, aut generatione, ſine dubio ita cõ-
ceditur, vt reuertatur ad dominum deficien-
tibus liberis, ſeu deſcẽdẽtibus, aut generatio-
21 ne † *d. §. emphyteuſim Auth. de nõ alien. reb. Eccl.
coll. 2.* Ergo, niſi omnes deſcendentes defi-
ciant, non poterit, quaſi deficiente condi-
tione locum habere reuerſio. Confirmatur
hoc ex eo, quia, quæ ſub conditione deficiẽ-
tium liberorum concipiuntur, locum non
habent, ſi, vel vnus deſcendens ſuperſit *l. iu-
bemus. 6. §. ſin autem C. ad Treb. l. pater Seueri-
nam. 100. §. 1. ff. de cond. et dem. l. 1. C. de cond. in-
ſer.* Sed pactum reuerſionis cenſetur (ſaltem
tacitè) conceptum ſub conditione deficien-
22 tium liberorum. † Ergo, ſi, vel vnus ſuperſit
deſcendens, non poterit, quaſi deficiente
conditione locum habere reuerſio. *Ita ar-
guit Bald. d. conſ. 280. num. 1. verſ. Septimo proba-
tur, vol. 3.*

Septimo adducitur, quia, qui in alterius lo-
cum ſubrogatur, cenſetur eodem iure, quo is,
in cuius locum ſubrogatur *l. hæredem 60. ff. de
reg. iur.* Sed deſcendens, qui ſupereſt, ſubroga-
23 tur in locum primi acquiſitoris, † quippe, eu-
ius perſonam, & imaginem repreſentat. Ergo
quẽadmodũ primus acquiſitor dominũ ex-
cluſiſſet toto emphyteuſi, & per cõſequẽtias
ab omnibus eius partibus, ita etiam debet
eum excludere deſcendens, qui eſt ſuperſtes.
*Ita arguit Bald. d. conſ. 280. num. 1. verſ. prima
ratio eſt, vol. 3.*

Octauo adducitur, quia, quæ vniuerſitati
cõceduntur, non antea deficiunt, quam tota
deſitiat vniuerſitas, ideoque, quandiù, vel
vnus de vniuerſitate ſupereſt, tandiù, & no-
men, & ius vniuerſitatis in illo reſidet *l. ſicut.
7. §. fin. ff. quod cuiuſque vniu.* Sed, quoties em-
phyteuſis alicui conceditur pro ſe, & ſuis de-
ſcendentibus, ſiue liberis, aut generatione
talis conceſſio cenſetur facta vniuerſitati,
24 † quia nomina collectiua, cuiuſmodi ſunt
hæc, agnatio, familia, deſcendentes, ſpeciem
quãdam continent vniuerſitatis, ſub qua plu-
res, & diuerſorum graduum perſonæ conti-
nentur. *l. rerum mixtura. 30. ff. de vſucap.* Ergo,
quandiù, vel vnus de illa deſcendentia ſuper-
eſt, tandiu ius conceſſionis in illo remanere
debet. *Ita arguunt Bald. in d. l. vn. num. 30. verſ.
quid dicemus C. quand. non pet. part. & d. conſil.
280 num. 1. verſ. Quarta eſt ratio, vol. 3. Iaſ. in
d. l. ſi mihi, & Titio, num. 12. verſ. quinto, & ibi
Alcia. num. 24. Iaſ. d. conſ. 117. col. 7. verſ. Confir-
matur optimè, uol. 4.* Quod confirmatur exẽ-
plo arboris plures habentis pullos: nam om-
nibus amputatis excepto vno tota virtus ſti-
pitis influit in illo, *vt in propoſito conſiderat
Bald. dict. conſ. 280. num. 1. verſ. 10. probatur,
volum. 3.*

Neque obſtat, quod poſt emolumentum
ſemel acquiſitum ius accreſcendi ceſſet, quia
hoc limitatur in feudo, & emphyteuſi, vt-
potè

potè in quibus, etiam poſt emolumentum
acquiſitum locum habet ius accreſcendi; vt
de feudo diximus in q. præced. num. 43. & 228.
de emphyteuſi verò dicemus infra num. 49 & da-
to etiam, quod locum non habeat, obuenit
pars deficientis iure ſucceſſionis, & inueſti-
turæ, ſeu taciti pacti, & repetitæ conceſſionis;
ſecundum ea, quæ diximus ſupra num. 16. & di-
cemus infra num. 35. & ſeqq. Ita reſpondent om-
nes, quos retulimus ſupra num. 17. & in ſpecie
Alex. in d. l. ſi mihi, et Titio, num. 15. verſ. ſed ad
hanc rationem.

Hæc autem multo faciliùs procederent, ſi
in conceſſione vni facta adeſſent aliqua ver-
ba, ex quibus colligi poſſet, mentem contra-
hentium fuiſſe, vt inter deſcendentes locum
25 haberet ius accreſcendi: † nam tunc, quia
locum haberet, etiam in emphyteuſi noua,
vt oſtendemus infra num. 81. et ſeqq. multo ma-
gis haberet locum in antiqua, vt arguit Ruin.
conſ. 48. num. 8. verſ. eadem ergo ratione, vol. 1.
Exempla ſunt, ſi dictum ſit, vt non extantibus
maſculis emphyteuſis tranſeat ad fœminas,
26 † vt apud Ruin. d. conſ. 48. num. 8. volum. 1. vel,
vt poſt mortem omnium deſcendentium,
vel finita linea, ſeu generatione res ad do-
27 minum reuertatur, † vt apud Men. conſ. 632.
num. 8. vel, ſi conceſſio facta ſit, vſq; ad
tertiam, vel quartam inueſtiri generationē,
28 † vt in ſpecie declarant Caſtr. in d. l. ſi mihi, et
Titio, num. 3. et ibi Zaz. num. 6. Alex. conſ. 106.
num. 7. verſ. Præterea, uol. 4. Ruin. d. conſ. 48.
num. 8. et conſ. 169. num. 2. et 4. uol. 1. Mago.
deciſ. Luc. 8. num. 9. et 10. Men. d. conſ. 632.
num. 7. Nam, quia in prædictis caſibus, &
alijs ſimilibus verba conceſsionis inducunt
ius accreſcendi in emphyteuſi noua, ut oſten-
demus infra num. 117. et ſeqq. Conſequens
eſt, vt id multo magis inducant in antiqua,
vtpote, in qua faciliùs, quam in noua ius ac-
creſcendi recipitur.

In ſecunda verò quæſtione plerique cen-
ſent, partem deficiētis ad ſuperſtitem per ius
29 accreſcendi pertinere, † vt Bar. in d. l. ſi mihi, &
Titio, n. 4. verſ. breuiter, & ibi Caſt. nu. 3. Zuccar.
conſ. 50. num. 32. & 45. verſ. minus obſtat, Quod
etiam in confeſſo habere videntur ij, qui tra-
dunt, in emphyteuſi antiqua, ſiue auita, aut
30 paterna locum habere ius accreſcendi, † vt
Specul. in tit. de locat. verſ. Nunc aliqua, nu. 183.
Bart. in d. l. ſi mihi, & Titio, num. 8. & ibi Iaſ.
num. 10. verſ. primo, & num. 12. vbi teſtatur
hanc eſſe communem opinionem, Bart. in l. mor-
tis cauſa capitur. 31. in prin. num. 1. ff. de mort.
cauſ. don. & conſ. 58. num. 1. lib. 1. Bald. in d. l. vn.
§. in primo, num. 13. C. de cad. toll. & in l. 2. num.
20. C. de iur. emph. Caſtr. d. conſ. 262. num. 1. verſ.
Breuiter, & num. 2. vol. 2. Ang. de Gamb. conſ.
35. num. 12. Alex. in d. l. ſi domus 74. § fin. num.
7. ff. de leg. primo. Papien. in form. lib quo agit. ex
ſubſt. in verb. breuiloquè, num. 39. & 40. Dec. conſ.
262. num. 2. verſ. ſed tamen, & verſ. Non ob-
ſtant allegata, vbi pariter teſtatur, hanc eſſe
communem, & num. 3. in fin. Soc. Inn. in l. qui
Romæ 122. §. duo fratres, num. 137. ff. de verbo.
obligat. Ruin. d. conſ. 48. nu. 7. & d. conſ. 159. nu.
15. volum. 1. Gozad. conſ. 20. num. 9. Alcia. conſ.
30. num. 1. lib. 3. Bero. quæſt. 70. num. 1. Purpur.
conſ. 114. num. 1. Hond. conſ. 36. num. 1. volum. 1.
Menoc. d. conſ. 632. num. 5. Andr. Fach. lib. 10.
contr. cap. 49. verſ. mihi videtur, Gratia cap. 272.
diſcep. for. num. 13. Tort. ad ſtat. Pap. ſub rub.
75. in ciuilibus, num. 23. Alij verò contra cen-
ſuerunt, non iure accreſcendi, ſed iure ſucceſ-
31 ſionis, & inueſtituræ pertinere, † vt Bald. in
cap. 1. §. &, quia vidimus, num. 4. & 7. & ibi Al-
uaro. num. 7. Afflict. nu. 19. De his, qui feud. dar.
poſſ. Alex. in d. l. ſi mihi, & Titio num. 15. verſ.
ſed ad hanc rationem, & ibi Zaz. num. 6. Ruin.
d. conſ. 169. num. 2. & 3. vol. 1. Gabr. conſ. 66. nu.
13. vol. 2. & alij, quos referemus infra num. 34.
32 vel, pertinere ex vi pacti, † vt Alex. in d. l. ſi
mihi, & Titio, num. 15. verſ. vel melius, Gratia.
cap. 346. diſcep. for. num. 5. Coſta de port. rat. q.
49. num. 8. vel ex vi, & natura verborum con
33 ceſſionis, & inueſtituræ, † vt Alex. in d. l. ſi mi-
hi, & Titio, num. 15. verſ. & per hoc patet, Zuc-
car. conſ. 50. num. 35. Coſta d. quæſt. 49. num. 8.
moti ijs argumentis, quæ retulimus in quæſt.
præced. num. 6. & ſeqq. Quamobrem, cum dici-
mus, partem antiquæ emphyteuſis accreſce-
re ſuperſtiti, ſiue ad eum per ius accreſcendi
pertinere, declarant, id dici impropriè, quia
ius illud eſt potiùs ius ſucceſſionis, & inueſti-
34 turæ, † vt volunt Alex. conſ. 21. num. 5. volum.
5. Dec. d. conſ. 262. num. 2 verſ. ſed tamen, Ruin.
conſ. 154. num. 2. vol. 1. Clar in d. §. emphyteuſis q.
39. num. 2. Craſſ. in d. §. ius accreſcendi quæſt. 25.
num. 3. verſ. intellige, Hond. conſ. 36. num. 17. vol.
1. Gratia. d. cap. 346. diſcep. for. num. 4. & 5. ſiue
(vt alij malunt) ius repetitæ conceſſionis,
35 quam ius accreſcendi, † vti videre eſt apud Dec.
d. conſ. 262. num. 2. verſ. ſed tamen, & verſ. non
obſtant allegata, Ruin. d. conſ. 169. num. 2. & 3.
vol. 1. Zaz. in d. l. ſi mihi, & Titio, num. 6. Cagn.
in d. l. vn in fin. C. quand. non pet. part. Menoch.
d. conſ. 632. num. 5. & alios, quos retulimus ſupra
num. 17.

Sed, quia res non caret dubio, cum poſſit
etiam in emphyteuſi ius accreſcendi conſide-
rari, vt oſtendimus infra num. 44. ideo pleriq;
ſcopulum effugientes, dum rem definite no-
lunt, ſolent ita dicere, partem ad ſuperſtitem
vel iure accreſcendi, vel iure ſucceſſionis, &
inueſtituræ, vel iure repetitæ conceſſionis per-
36 tinere, † vti videre eſt apud Bart. d. conſ. 58. nu.
1. & 2. in fin. lib. 1. Purp. d. conſ. 114. nu. 1. vel,
pertinere iure accreſcendi, ſeu iure ſucceſſio-
37 nis, & repetitæ conceſſionis, † vt apud Dec. d.
conſ. 262. num. 2. verſ. Non obſtant allegata, &
Alcia. d. conſ. 30. num. 1. lib. 3.

Ego verò rem eodem modo terminādam
arbitror, quo fuit in materia feudi definita
in q. præced. num. 17. & ſeqq. nam veriùs eſt,
38 † tres etiam hic eſſe diſtinguendos caſus, quo-
rum.

Primus eſt, quando ſuperſtes, qui ad par-
tem emphyteuſis aſpirat, nullā eius portio-
nem habet, Et tunc, ſiue pars deficiat ante
acquiſitionem, ſiue poſt, veriùs eſt, non veni-
re eum per ius accreſcendi, ſed ſimplici iure
39 ſucceſſionis, & inueſtituræ, † quia, cum por-
tio debeat portioni accreſcere l. ſi Titio. 39. §.
1. ff. de vſufr. & hic nullā portionem habeat,
Conſequens eſt, vt nihil ei poſſit accreſcere,
& per conſequentias, vt, quoties admittitur,
non poſſit dici venire per ius accreſcendi, ſed
tantum per ius inueſtituræ & ſucceſſionis. Et
ita in ſpecie docuerunt Ruin. d. conſ. 169. num.
3. vol. 1. Hond. d. conſ. 32. num. 3. vol. 2. Quam-
obrem,

Digitized by Google

obrem quoties in hac ſpecie dicimus, partem
accreſcere, ſeu per ius accreſcendi ad ſuper-
ſtitem pertinere, impropriè loquimur, & fa-
ctum potiùs, ſiue effectum incrementi, quam
40 ius, & modum accretionis denotamus, † *vt
in propoſito declarat Hond. conſ. 36. num. 17.
volum. 1.*

Secundus verò caſus eſt, quando pars em-
phyteuſis deficit poſt acquiſitionem. Et tunc
ſimiliter verius eſt, ſuperſtitem, ſiue portionē
habeat, ſiue non, ad eam venire non iure ac-
creſcendi, ſed iure ſucceſſionis, & inueſtitu-
41 ræ † *per ea, quæ ſupra diximus. Ita in ſpecie
docuerunt Alex. in d. l. ſi mihi, & Titio, nu. 15.
verſ. ſed ad hanc rationem, Ruin. d. conſ. 169.
num. 2. & 3. vol. 1. Gabr. dict. conſ. 66. num. 13.
vol. 2.* Quamobrem etiam in hac ſpecie im-
propriè loquimur, cum dicimus, partem ac-
creſcere, ſiue in ea locum habere ius accre-
42 ſcendi, † *ſecundum ea, quæ ſupra diximus, quæq;
in his terminis ſunt veriſſima.*

Tertius deniq; caſus eſt, quando portio,
non ſolum deficit ante acquiſitionem, ſed
etiam defertur ei, qui portionem habet, vt
euenit in omnibus caſibus, in quibus per
vnius mortem tota emphyteuſis, vel etiam
eius pars defertur duobus, aut pluribus, puta
filijs, vel agnatis, & ex ijs vnus agnoſcit par-
tem ſuam, alter verò non agnoſcit, ſed ab ea
excluditur. Et tunc verius eſt, partem defi-
cientis propriè dici accreſcere, ſiue per ius ac-
43 creſcendi ad coniunctum pertinere, † *vt ſcri-
bit Ruin. conſ. 154. num. 1. verſ. Nec obſtare vi-
detur vol. 1. & patet ex ijs, quæ de feudo diximus
44 in q. præced. num. 24. & ſeqq.* Nam, † cum hic
concurrant omnia iuris accreſcendi requiſi-
ta, *quæ enumerauimus in 4. cap. q. 4. num. 5. &
ſeqq.* ſcilicet, quia ſupponimus, plures ad
eandem rem, ſiue partem ſimul vocatos, &
alterum ante acquiſitionem deficere, alterū
verò habere ſuam portionem, & ſic portio-
nem portioni, non perſonæ accreſcere, *vt
in his terminis declarat Gratia. cap. 347. diſcept.
for. num. 12.* Conſequens eſt, vt nulla ſubſit
iuris accreſcendi excludendi ratio. Quam-
obrem in hac ſpecie non erit ſuperſtiti neceſ-
ſaria noua inueſtitura, quæ alioquin erit ne-
ceſſaria in duobus caſibus præcedentibus, ſed
ſufficiet ea, quam accepit pro parte principa-
li, vt etiam pro accreſcente inueſtitus cēſea-
tur, *vt oſtendemus in 9. cap. q. 46. num. 15.* ſcili-
45 cet, quia ipſo iure fit acceſſio, † *vt ſcribunt
Alex. in dict. l. ſi mihi, & Titio, num. 15. verſ.
tamen eſſet, Gratia. capit. 707. diſcept. foren.
num. 7.*

Sed, quia inualuit, vt etiam in alijs caſibus
pars dicatur accreſcere, ideo ad effectum ac-
ceſſionis reſpicientes abutamur & nos hoc
iuris accreſcendi verbo, & diſpiciamus, qui-
bus caſibus hoc procedat. Regula igitur eſt,
in emphyteuſi antiqua, ſiue auita, aut pater-
na, locum habere ius accreſcendi, *vt ſcribunt
omnes, quos retulimus ſupra num. 30.* Quam-
obrem, ſi emphyteuſis primordialiter vni ſit
conceſſa, & ab eo, quaſi fonte peruenerit ad
plures, deinde vnus ex ijs deficiat, puta mo-
riatur ſine liberis emphyteuſis capacibus,
eius portio cæteris à primo acquiſitore de-
46 ſcendentibus accreſcet, † *vt ſcribunt Bart. in
in d. l. ſi mihi, & Titio, num. 8. & d. conſ. 58. nu. 1.
lib. 1. Bald. in d. l. vn. §. in primo, num. 13. C. de
cad. toll. Ang. de Gamb. dict. conſ. 35. num. 7.
& 12. Papienſ. in dict. form. lib. quo agit. ex
ſubſt. in verb. breuiloce, num. 40. Dec. d. conſ.
261. num. 3. in fi. Soc. iun. in dict. l. qui Romæ.
122. §. duo fratres, num. 137. ff. de verb. oblig.
Ruin. conſ. 43. num. 7. volum. 1. Gozad. conſ. 20.
num. 9. Clar. in d. §. emphyteuſis q. 39. num. 2.
& 3. Bero. q. 70. num. 1. Zuccar. conſ. 50. num.
45. Gabr. conſ. 89. num. 15. volum. 1. Hond.
conſ. 36. num. 1. volum. 1. & conſ. 32. num. 2.
volum. 2. Galua. conſ. 8. num. 23. Rota apud
Farinac. in recollec. deciſ. 152. num. 3. part. 2.*
Idem eſt, &, ſi initio fuerit conceſſa duobus,
aut pluribus, ſed tractemus de deſcendenti-
bus ab vno eorum: nam inter eos eſt locus
iuri accreſcendi reſpectu eius partis, quæ pri-
mordialiter ſuo authori fuit quæſita, quia
tali reſpectu emphyteuſis cenſetur antiqua,
47 ideoq; ius recipit accreſcendi, † *ſecundum
ea, quæ ſupra diximus. Ita in ſpecie declarant
Bart. in dict. l. ſi mihi, & Titio, num. 8. Ruin.
conſil. 151. num. 15. volum. 1. Gabr. d. conſ. 89.
num. 15. volum. 1. Hond. conſ. 54. num. 27. vol.
1. & conſ. 32. num. 2. volum. 2. vbi ait, hanc ſen-
tentiam eſſe communem, & indubitatam, Ma-
reſca. lib. 1. varia. reſol. cap. 75. num. 3. Coſta
de port. rat. q. 49. num. 8.* Idq; adeo verum eſt,
vt procedat.

Primo, non ſolum, ſi portio deficiat ante
48 acquiſitionem † *vt ſcribit Ruin. d. conſ. 154.
num. 1. verſ. Nec obſtare videtur, vol. 1.* vt, quia
filius moriatur viuo patre, *in quibus terminis
loquitur Bald. in d. Auth. ſi quas ruinas num. 7.
C. de ſacr. Eccl.* vel repudiet ſuam portionem,
*in quibus loquuntur Purp. conſil. 114. num. 1.
verſ. & eſt ratio, & Bero. q. 70. num. 1.* vel non
petierit inueſtituram, *vt apud Ruin. d. conſil.
159. num. 15. vol. 1.* quo caſu ius accreſcendi
cenſetur proprium, *vt oſtendimus ſupra num.
43.* ſed etiam, ſi deficiat poſt acquiſitionem,
puta quia vnus ex inueſtitis moriatur ſine
49 hærede capace emphyteuſis, † *vt ſcribunt
Caſtr. in d. l. ſi mihi, & Titio, num. 3. verſ. ſed te-
neat, & ibi Alex. nu. 15. in prin. & verſ. et per
hoc patet, Iaſ. num. 10. verſ. primo, Caſtr. dict.
conſil. 262. num. 1. verſ. Breuiter, volum. 2. Ang.
de Gambel. d. conſ. 35. num. 12. Ruin. d. conſ. 169.
num. 3. volum. 1. Zuccar. d. conſ. 50. num. 45.*
quo caſu ius accreſcendi non cenſetur pro-
prium, *ſicuti demonſtrauimus ſupra num. 39.
& ſeqq.*

Secundo procedit, non ſolum, ſi ſuperſtes
aliquam emphyteuſis portionem habeat,
50 † *in quibus terminis loquitur Gratia. dict. cap.
347. diſcep. for. nu. 11.* ſed etiam, ſi non habeat,
51 † *vt ſcribit Ruin. d. conſ. 169. nu. 3. vol. 1. Hond.
dict. conſ. 36. num. 17. vol. 1. Gratia. cap. 346.
diſcep. for. num. 4. & 5.* Quamobrem etiam ſi
in diuiſione bonorum tota emphyteuſis vni
fuerit adiudicata, nihilominus eo ſine libe-
ris emphyteuſis capacibus moriente, defere-
tur ſuperſtiti non obſtante, quod nullam
portionem habeat, *vt oſtendemus in 10. cap.
quæſt. 29.* Idem eſt, & ſi ſuam portionem
renuntiarit in manibus domini: adhuc enim
52 ei pars alterius deficientis accreſcet, † *vt
ſcribit Bald. in dict. capit. 1. §. et, quia vidi-
mus, num. 7. De his qui feud. dar. poſſ.*

Tertio procedit etiam, ſi prima ſit fini-

ta,

Digitized by Google

ta, vt, quia fuerit conceſſa vſque ad tertiam,
vel quartam generationem: Nam, ſi poſtea
fuerit renouata, talis renouatio cenſebitur fa-
cta cum omnibus qualitatibus præcedentis
inueſtituræ, & ſic etiam cum qualitate iuris
53 accreſcendi. † Ita ſcribunt Bart. in d. l. ſi mihi,
& Titio, num.7.& ibi Alex.num.17.Iaſ. num.
12.verſ.tertio quærit, vbi teſtatur, cum Bart.tran
ſire alios. Alcia.num.27. verſ.ſed, quid, ſi emphy-
teuſis, vbi teſtatur, hanc ſententiam eſſe receptiſ-
ſimam. Bald.in d.l.vn.num.31.C. quand. non
pet. part. Roma.conſ.315.num.1. Alex. conſ. 30.
num.6.uol.1.& conſ.107.num. 14 vol. 5. Crott.
in d l.re coniuncti, num.143. verſ. quarto fallit,
Dec.conſ.53.num.1.& 2. & d.conſ. 262. num.2.
verſ.Nec tale ius, Hond.d.conſ.54.num. 29. uol.
1. Menoch d.conſ.632 num.11.Mareſco. d.lib.1.
varia.reſol cap.75.num.6.Gratia. cap. 272. diſc.
for.num.37. niſi fuerit adiecta noua qualitas,
aut forma: Tunc enim noua totaliter cenſe-
bitur conceſſio; Quamobrem ius accreſcen-
54 di non recipiet, † vt rectè declarant Alex. in d.
l.ſi mihi, & Titio, num.17. verſ.limita tamen,
& ibi Alcia. num.28. verſ. ſed, & nouum dici-
tur, Crott.in d.l.re coniuncti, num. 144. verſ. ſe-
quendo, Gozad.conſ.53.nu.7.Ruin. d. conſ. 169.
num.3 verſ.& per prædicta, & num.5.uolum.1.
Gratia d.cap 272.diſcep.for.num. 38.

Planè interdum etiam in emphyteuſi an-
tiqua ius accreſcendi ceſſat.

Primum enim ſi propter delictum vnius
ex emphyteutis pars eius deficiat, magis eſt,
vt ea non accreſcat alijs, ſed ad dominũ de-
uoluatur, vt ſuæ iniuriæ vltionem habeat
55 † Ita ſcribunt Bal. in l. legatarius.38.in prin.&
ibi Alex.num.2.Iaſ.num.4.ff.de leg primo Crot.
in d.l.re coniuncti num. 145. verſ. Quid autem,
Peralt in d l.& Proculo.20 num 7. verſ. & ita
etiam ff. de leg.ſecundo Hoc enim eſt, quod ait
Baldus in d l.vn § in primo, num.13.C. de cad.
56 toll. ad dominum reuerti, † ſi deficiat propter
feloniam contractus, vt, quia non ſeruet pa-
cta, vel deficiat propter canonem non ſolu-
57 tum, † vt poſt Bald. ibi ſcripſerunt Alex. in d. l.
ſi mihi, & Titio, num.16.& ibi Iaſ.num.12.verſ.
tenendo, Ruin conſ.166.num.12.uol.1. aut, quia
58 rem fecerit deteriorem, † vti uidere eſt apud
Bald. in d. §. in primo, num. 13. & Iaſ. in d. l. ſi
mihi, & Titio, num.12.verſ. tenendo.

Secundo verò, ſi poſſeſſor moriatur reli-
ctis deſcendentibus capacibus emphyteuſis,
59 certum eſt, ius accreſcendi ceſſare, † ut ſcri-
bunt Roman.conſ.315 num.2. Zuccar. d. conſil.
50.num.45.verſ.minus obſtat, Mago.deciſ. Luc.
8.num.6. Eſt enim hoc generale in omnibus
caſibus, in quibus ius accreſcendi recipimus
in emphyteuſi, vt oſtendemus infra num. 152.
60 ſcilicet, quia † non dicitur tunc portio defi-
cere, vt ait Zucc.d.conſ 50.num.45.verſ. minus
obſtat. & dicemus etiam infra num.158.

Sed hæc quidem dicuntur, quoties emphy
teuſis eſt antiqua. Cæterùm, quoties eſt no
ua, & quærimus, an in ea locum habeat ius
accreſcendi, conſtat varios eſſe diſtinguẽdos
caſus, quorum

Primus eſt, quãdo emphyteuſis eſt indiui-
dua, Et tunc, quia non tractatur de iure ac-
creſcendi, ſed de iure non decreſcendi, quod
ita in emphyteuſi, vt in alijs contractibus lo-
61 cum habet, † vt generaliter de contractibus di-
ximus in hoc cap.q.32. num. 1. ideo, ſi ex duo-
bus, aut pluribus de tali emphyteuſi inueſti-
tis vnus deficiat, cæteri totam emphyteuſim
per ius non decreſcendi conſequentur, ſiue
deficiat ante acquiſitionem, ſiue etiam poſt,
62 † ſecundum ea, quæ de feudo diximus in q.
præced.num.66.& ſeqq. Nam ea debent cenſe-
ri etiam in emphyteuſi reperita, vtpotè, quæ
in hoc à feudo non diſtinguitur. Quamobrẽ
ex eo loco erunt deducenda, quæ ad plenio-
rem huiuſce rei tractationem pertinére vi-
debũtur, ne alioquin cogamur hic ea repete-
re, quæ latiùs ibi commemorauimus.

Secundus verò caſus eſt, quando emphy-
teuſis eſt diuidua, ſed fuit duobus, aut pluri-
bus ſeparatis orationibus conceſſa, quo caſu
vocati ſunt re coniuncti, Et tunc, quia tracta-
tur etiam de iure non decreſcendi, quod in
emphyteuſi locum habet, ideo fit, vt, ſi quis
ex inueſtitis deficiat, eius portio debeat ad
ſuperſtitem per ius non decreſcendi pertine-
63 re, † vt de feudo diximus in q. præced. nu. 107.
Hinc dicimus in emphyteuſi locum habere
ius non decreſcendi, ſi duo, vel plures fue-
64 rint inſolidum inueſtiti, † vti uidere eſt apud
Abb.conſ.103.num.3.uol.2.Crott.in d.l.re con-
iuncti, num.143.& in l.4.§.Cato num.57.ff.de
uerbor.oblig. Alcia.in d l ſi mihi, & Titio, num.
27.uerſ.cæterùm, Ceph.conſ.345. num. 33. Curt.
Iun. conſ.55.num.13.uerſ. Nec obſtant illa ver-
ba, Decia.conſ.73.num.7.uol.2. Euerar. in ſua
centu.argu.loco à contrario ſenſu.num. 28. uerſ.
ſecundo hoc fallit, Burſa.conſ.251.nu.6 Hond.
conſ. 54. num. 22. uol. 1. Surd.conſ 548.num.7.
Coſt.de portio.rat.q 49.num.2. vel per diſtribu-
tiuam, puta, quia dictum ſit, inueſtimus quẽ-
65 libet ex filijs Titij, † ut ſcribunt Burſa.d. conſ.
251.num.11.Coſta d.quæſt.49.nu.2.& eſt etiam
de mente eorum, quos referemus infra num. 88.
66 & ſeqq. Nam, † quia diſtributiuæ natura eſt,
vt rem cuilibet inſolidum attribuat l. non di-
ſtinguemus.37.§.cum in plures.ff.de arbitr. ideo
fit, vt ita inueſtiti, tamquam re coniuncti ve-
niant ad partem deficientis per ius non de-
creſcendi, ſecundum ea, quæ ſupra diximus.
Ita in ſpecie ratiocinatur Burſat. d. conſil. 251.
num.11.

Tertius caſus eſt, quando emphyteuſis fuit
duobus, aut pluribus conceſſa coniunctim,
ſed ex verbis, aut aliqua circunſtantia con-
ſtat actum eſſe, vt inter inueſtitos locum ha-
beret ius accreſcendi, Et tunc non de eo du-
bitari poteſt, an portio deficientis pertineat
ad ſuperſtitem, vel eius deſcendentes, quia
hoc caret dubio, cum certi iuris ſit, in contra-
ctibus, & per conſequentias etiam in emphy-
teuſi id ſemper eſſe ſpectandum, atque ſer-
uandum, quod à contrahentibus actum eſt,
67 † l. ſemper in ſtipulationibus.35.ff.de reg. Et de
emphyteuſi ſcribit Alcia.in d. l. ſi mihi, & Titio,
num.24. ſed dubitari poteſt, an pertineat iure
accreſcendi, an verò alio iure.

68 Et iure quidem accreſcendi pertinere, † vi-
dentur in cõfeſſo habere, qui ſimpliciter ſcri-
pſerunt, pacto fieri poſſe, vt etiam in emphy-
69 teuſi locum habeat ius accreſcendi, † vt Bald.
in cap. quæ in Eccleſiarum, num.29. extr. de con-
ſtit. Ruin.conſ 159.num.9.uol.1. Mareſco.lib.1.
uariar.reſol.cap.75.num.2. vel huic iuri locum
eſſe, ſi ita pactum, vel actum ſit à contrahen-
tibus,

70 tibus, † vt Abb.conſ.103.num.2. uerſ. Præterea
lib.2. Balzar. in cap.1.in prin.num.17.in fin. De
frat.de nou.ben.inueſt. Burſa.conſ.251. num. 12.
Coſta de port. rat. q. 49. num. 2. Aut conſtet,
71 hanc fuiſſe mentem cõtrahentium, † vt Ceph.
conſ.345.num.31. Roſen.de feud,cap.6. concl.75.
num.12. vel (quod idem eſt) locum non eſſe,
niſi dictum, ſeu pactum, vel actum ſit à con-
72 trahentibus, † vt Bart. in d.l.ſi mihi, & Titio,
num.4.uerſ. Breuiter, Roman. conſ. 19. num. 2.
uerſ. Nec obſtat, Gabr.conſ.87.num.1.uol.1. &
conſ.66.num.24.uol.2. ſiue pactum, vel actum
73 ſit expreſsè, ſiue tacitè, † ut declarant Roma.d.
conſ.19.nu.2.uerſ. Nec obſtat, Ruin.d.conſ. 159.
num.9.uol.1. Gabr.d.conſ.66.nu.3.uol.2. Burſa.
conſ.181.num.7. Hond.conſ.54.num.23. uol. 1.
Marſco.d.lib.1.uariar.reſol.cap.75.nu.2. quod
licet in contractibus, & alijs viuentium cau-
ſis ceſſet ius accreſcendi legale, non tamen
74 ceſſet conuentionale, † vt ſcribunt Bald.d.
conſ.280.num.2 uol.3. Gabr.conſ.88.num.8.uol.
1. Gratia.tom.2.diſcep.for.cap.272.num.21. Co-
ſta de port.rat.d.q.49.num.2. & nos etiam dixi-
mus in hoc cap.q.32.num. 52. Id ipſum cenſuiſ-
ſe videntur omnes, quos referemus infra nu.
81.& ſeqq. dum ſpecialiter aiunt, in emphy-
teuſi locum habere ius accreſcendi, ſi in eius
conceſſione fuerint expreſſa verba, ſeu clau-
ſulæ, ex quibus colligitur, talem fuiſſe men-
tem contrahentium.

Sed eſt verius, ex vi pacti, & inueſtituræ,
75 non ex iure accreſcendi pertinere, † ut genera-
liter de contractibus diximus in d.q.32.num.51.
& ſpecialiter de feudis in q.præced.num.119. De
emphyteuſi uero ſcribunt Gozad. conſ 53. num.
15.uerſ.undecimo. Gabr.conſ.21. nu. 11. & conſ.
66.nu.13.uol.2. Gratia.cap.707.diſcep.for.num.
76 1. † Nam, cum pertineat ex prouiſione ho-
minis, nempe ex pacto, quod inter contra-
hentes, vel expreſſim, vel tacitè fuit initum,
Conſequens eſt, vt non poſſit dici pertinere
per ius accreſcendi, quod eſt legis, non ho-
minis prouiſio, ut oſtendimus in ſecundo cap. in
prin.num.8 & q.2.num.24. & 25. Et de contra-
ctibus in genere diximus in eadem q. 32. num.
52. De feudis uero in q.præced. num. 120. Deni-
que, cum huiuſmodi pactum ſit quædam
expreſſa ſubſtitutio, ſeu diſpoſitio in contra-
77 ctu facta, † ut ſcribit Gabr.conſ.88.num. 22. &
conſ.89. num. 7. uol. 1. Et eſt de mente Menoch.
conſ. 632. num. 8. ſequitur, non poſſe dici ius
accreſcendi, quod eſt ſubſtitutio tacita, ut di-
ximus in d.cap.2.q.2.num. 42. cum expreſſum
faciat ceſſare tacitum, ut oſtẽdemus in 10. cap.
quæſt.20. num. 19. Et ita etiam ſenſiſſe viden-
tur omnes, quos in contrarium retulimus:
Licet enim dicant, in hoc caſu locum habe-
re ius accreſcendi, fatentur tamen, id dici im-
78 propriè, † uti uidere eſt apud Gabr. d. conſ. 87.
nu.1. & d.conſ.88.nu.21. & d.conſ.89. n.7.uol.1.
& d.cõſ.21.n.11.uol.2. Rot. apud Farin.in recoll.
79 deciſ.435.n.5.par.1. quia, † vt pars deficiẽtis ad
ſuperſtitẽ pertineat, fit potiùs ex vi pacti, &
inueſtituræ, quã ex iure accreſcendi, ut ibi de-
clarat Rot. & ſcribunt etiam omnes, quos retuli-
mus ſupra num.75. Quamobrem id appellant
ius accreſcendi conuentionale, uti uidere eſt
apud eos, quos retulimus ſupra num. 74. Signi-
ficantes, eſſe ius, quod proficiſcitur ex con-
uentione partium, non ex prouidentia legis,
quale eſt ius accreſcendi, vt ſupra dictum
eſt.

Hinc infertur, hoc ius, quod ex mera
voluntate contrahentium proficiſcitur, non
regulari ſecundum naturam iuris accreſcen-
di, ſed ab ea totaliter differre, quod patet ex
eo, quia competit etiam ei, qui portionem
80 non habet, † vt ſcribit Gabr. d.conſ. 88. num.
22. & d. conſ. 89. num.7. volum. 1. & conſ. 21.
num.11. volum. 2. Quod non contingeret, ſi
ius accreſcendi eſſet proprium, vt dicemus in
7. cap. q. 70. num.2. ſcilicet, quia per id por-
tio portioni, non perſonæ accreſcit l. Ti-
tio.39. §.1. ff de vſufr.

Sed, quia inualuit, vt etiam in hac ſpecie
pars dicatur accreſcere, ſiue per ius accreſcẽ-
di pertinere, ideo & nos hoc iuris accreſcen-
di verbo abutentes videamus, ex quibus ver-
bis, aut clauſulis colligatur, mentem cõtra-
hentium fuiſſe, vt inter inueſtitos locum ha-
beret ius accreſcendi. Conſtat autem hoc
colligi multipliciter, &

Primo, ſi nominatim hoc ſit in inueſtitura
expreſſum, puta dictum, vt pars decedentis
81 alteri accreſcat; † ſicuti ſcripſerunt Iaſ. in d. l.
ſi mihi, & Titio, num. 10. verſ. 2. Gozad. conſ.
53.num.15. verſ. vndecimo, Gabr. d. conſ. 88.
num.7 uol. 1. Galua conſ. 8 num. 23. Gratia.
tom.4. diſcep.for cap.707. num.10. vel ad alte-
82 rum pertineat; † vt ſcribunt Ruin. conſ. 165.
num 7. uol.1. Alcia. in d.l ſi mihi, & Titio, num.
25. Gabr. conſ.88.num.7.uol.1. Ceph. conſ.345.
num.30. Marſco.lib.1.uariar.reſol. cap.75.nu.1.
Gratia.tom.2. diſcep.for. cap. 272.num.39. vel,
vt in ea alter alteri, puta frater fratri ſucce-
83 dat, † vt ſcribunt Iaſ.in d. l. ſi mihi, & Titio,
num.10.verſ 2. Zuccar.conſ.50.num.36. & ma-
ximè, ſi dictum ſit, vt fratres, & eorum de-
84 ſcendentes in infinitum ſuccedant, † vt de-
clarat Burſa.d.conſ.181. num. 7. & ſentit Coſta
de port. rat. d. q.49. num.2. Deniq; ſi dictum
ſit, vt emphyteuſis de vno in alterum reuer-
85 tatur, † vt ſcribunt Bald. conſ 70. num. 4. verſ.
Nec obſtant illa uerba uol.2. & d.conſ. 280. nu.3.
uol.3. & in d.cap. quæ in Eccleſiarum, num. 29.
extr.de conſtit. Iaſ.in d l.ſi mihi, & Titio, nu.10.
in fi. & ibi Alcia. num.27. uerſ. cæterum, Ruin.
conſ.154. num. 8. & 9. uolum. 1. Soc. iun. conſ.
70. num. 1. uolum. 1. Ceph. d. conſ. 345. num.
27. Hond. conſ. 54. num.24. uolum.1. Roſen.
de feud. cap. 6. concl. 75. nu.12.

Secundo verò, licet non fuerit hoc expreſ-
sè dictum, ſi tamen copulatiuę duorum, aut
plurium vocationi addita ſit dictio, inſoli-
dum, ex hoc colligetur, actum eſſe, vt inter
inueſtitos locum habeat ius non decreſcen-
86 di, † ut ſcribunt omnes, quos retulimus ſupra
num.64. Idem eſt, & ſi dictio inſolidum non
ſit expreſſa, ſi modo ex alijs verbis, aut cir-
cunſtantijs conſtet, mentem contrahentium
fuiſſe, vt vocatio inſolidum facta intellige-
87 retur, † ut ſcribit Ruin. conſil. 159. num. 9.
uolum. 1. Quamobrem, & ſi copulatiuæ vo-
cationi addita ſit aliqua dictio diſtributiua,
quæ perſonas ipſas principaliter inueſtitas
reſpiciat, ex hoc colligemus, actum cenſeri,
vt inter inueſtitos locum habeat ius non
88 decreſcendi, † Ita ſcribunt Iaſ. in dict.l.ſi mi-
hi, & Titio, num. 10. uerſ. Amplia, Zuccar. dict.
conſ.50. num. 37. Gabr. conſ. 87.num.3. uol. 1.

Surd.

Surd. conſ. 548. num. 6. Gratia. tom. 2. diſcep.
89 *for. cap. 272. num. 31.* ſcilicet, quia, † vt ſupra
dictum eſt, diſtributiuæ natura eſt, vt actum
cuilibet inſolidum attribuat, ideoq; opera-
tur, vt ſinguli tamquam inſolidum vocati
poſſint deficientis partem per ius non decre-
ſcendi retinere, *Ita in materia emphyteuſis
ratiocinantur Alex. conſ. 13. num. 14. uolum. 5.
Surd. d. conſ. 548. num. 6. Gratia. dict. cap. 272.
num. 30.* Idque procedit non ſolum, ſi di-
ſtributiuæ fuerit adiecta dictio, inſolidum,
puta, quia dictum ſit, concedo Titio, & Sem
pronio, & cuilibet eorum inſolidum, quo
90 caſu res minorem haber dubitationem, † *uti
uidere eſt apud Bald. in d. l. un. nu. 28. C. quand.
non pet. part. Alex. in d. l. ſi mihi, & Titio, nu. 18.
Surd. d. conſ. 548. num. 5. & ſeqq. Marſeo. dict.
lib. 1. uaria. reſol. cap. 75. num. 2.* ſed etiam, ſi
ſimpliciter ſit prolata, puta, quia dictum ſit,
91 concedo Titio, & Seio, & cuilibet eorum, † *ut
ſcribunt Abb. conſ. 103. num. 2. uerſ. Præterea,
lib. 2. Alex. d. conſ. 13. num. 14. uol. 5. Iaſ. in d. l. ſi
mihi, et Titio, num. 10. uerſ. Amplia, et ibi Alcia.
num. 27. uerſ. Cæterùm, Gabr. conſ. 87. num. 2.
uol. 1. Zuccar. d. conſ. 50. num. 37. Euera in ſua
centu. argum. loco a contrario ſenſis, num. 28.
uerſ. 2. hoc fallit, Burſa conſ. 251. num. 6. Surd.
92 dict. conſ. 548. num. 6.* Nam † ſimplex diſtri-
butiua vim hanc habere intelligitur, vt con-
ceſſio cenſeatur vnicuique facta inſolidum,
& per conſequentias operetur, vt inter inue-
ſtitos locum habeat ius non decreſcendi, *ut
declarat Surd. d. conſ. 548. num. 5. et ſeqq.* Quam-
obrem dicimus, participari hæc, inſolidum, &,
cuilibet eorum, & tamquam ſynonima pa-
93 rem habere vim, † *uti uidere eſt apud Curt.
iun. conſ. 55. num. 13. uerſ. Nec obſtant illa uer-
ba.* Idem eſt, & ſi dictum ſit, concedo Titio,
94 & Seio, & cuicunq; eorum, † *ſecundum Gal-
ua. conſil. 11. num. 29.* vel, & alteri eorum,
95 † *ut apud Gabr. conſ. 87. nu. 3. uol. 1.* aut vtriq;
96 eorum, † *apud Iaſ. in d. l. ſi mihi, et Titio, num.
11. et ibi Alcia. num. 27. uerſ. Cæterum,* & mul-
to magis, ſi ſit dictum, & vtriq;, & alteri eo-
97 rum, † *in quibus terminis loquitur Crott. in d. l.
re coniuncte, num. 175.*

Planè, de illo dubitari poteſt, an in præ-
dictis ſpeciebus, in quibus ex verbis contra-
hentium, inducitur ius accreſcendi, vel non
decreſcendi inter primos inueſtitos, cenſea-
tur etiam id induci inter ipſorum deſcenden-
tes, etiamſi verba ad eos non videantur poſſe
referri, vt, quia dictum ſit, concedo Titio, &
Seio, ita, vt, ſi alteruter deficiat ſine liberis,
eius pars ad ſuperſtitem pertineat, vel, conce-
do Titio, & Seio, & cuilibet eorum. Et non-
nulli quidem cenſuerunt, non inducere, *ut
Gratia. tom. 4. diſcep. for. cap. 707. num. 15.* quia
diſtributiua non inducit ius accreſcendi, niſi
inter eos, ad quos refertur, *ut ſcribit Galua. d.
conſ. 11. num. 29.* Sed eſt verius, id etiam in-
ter deſcendentes inducere, ita, vt, quando-
cunq; vnius linea defecerit, eius pars debeat
98 ad lineam alterius pertinere. † *Ita enim de ſe-
cunda ſpecie ſcripſit Decia d. conſ. 73. num. 14.
uol. 2. De prima uerò Gratia. tom. 2. diſcep. for.
cap. 272. num. 2. ubi refert ita fuiſſe à Rota deci-
99 ſum:* quia, † cum quis recipit emphyteuſim
pro ſe, & ſuis deſcendentibus, cenſetur eis
proſpicere in eo toto, quod ipſimet recipiẽti

conceditur *l. ſi pactum. 9. ff. de probat.* At, vbi
in conceſſione facta duobus adijciuntur ali-
qua verba, quæ denotant alterum alteri ſub-
ſtitutum eſſe, vel inſolidum vocatum, cen-
ſetur vnicuiq; conceſſa, non ſolum pars pro-
pria, & principalis, ſed etiã pars alterius, quæ
poſtea deficit, quippe, quæ in caſum deficien-
tiæ dicitur etiam pars propria, *ut oſtendemus
in 9. cap. q. 45. num. 12. et ſeqq.* Ergo etiam in
ea cenſetur quiſq; ſuis deſcendentibus pro-
ſpexiſſe, ita, vt, licet verba non videantur ad
eos poſſe referri, tamen per quandam conſe-
quentiam debeant ad eos trahi, *ſecundum ea,
quæ de feudo diximus in q. præced. num. 138.*

Sed hæc quidem procedunt, quoties diſtri-
butiua refertur ad perſonas ipſas principali-
ter inueſtitas, & eas determinat. Cæterùm,
quoties refertur ad eorum tantum deſcen-
dentes, vt, cum dicitur, concedo Titio, et Sẽ-
pronio pro ſe, et cuiuslibet eorum filiis, ac
deſcendentibus, duplex etiam ſolet naſci
quæſtio, vna, an per illa verba cenſeatur in-
ductum ius accreſcendi inter ipſos principa-
liter inueſtitos. Altera verò, an ſaltem in-
ductum cenſeatur inter eorum decenden-
tes.

Et in prima quidem quæſtione plerique
cenſuerunt, verba prædicta inducere ius ac-
creſcendi, non ſolum inter deſcendentes, ſed
100 etiàm inter primos inueſtitos. † *Ita enim
cenſuerunt Alex. conſ. 32. num. 11. uolum. 5. eo
ipſo quod uim in diſtributiua facit. Alcia. in d.
l. ſi mihi, et Titio. num. 27. uerſ. quod fortè proce-
dit, et conſ. 24. num. 3. uerſ. Præterea lib. 3. Rum.
(licet ſub dubio) conſ. 159. num. 10. uolum. 1.
Et uidetur eſſe in confeſſo apud eos, quos retuli-
mus in q. præced. num. 139. licet loquantur de
101 feudo,* quia, † cũ per ea conſtet, actum eſſe, vt
ius accreſcendi locum habeat inter ipſorum
deſcendentes, *ut eſt frequentior opinio ſicuti
referemus infra num. 105.* Conſequens vide-
tur, vt ex hoc colligere debeamus, cenſeri
etiam actum, vt locum habeat inter ipſos
principaliter inueſtitos. *Ita arguunt Alcia. in
d. l. ſi mihi, et Titio, num. 27. uerſ. quod fortè pro-
cedit et Rum. d. conſ. 159. num. 10 uol. 1.* nec alio-
quin melioris ſit conditionis filius, quam pa-
ter in iis, quæ ex eius prouidentia proficiſcũ-
tur, *contra regulam l. ſi ex ſua matre 3. C. de bon.
matern.*

Sed hoc non obſtante verius, et receptius
eſt, prædicta verba non inducere ius accre-
102 ſcendi inter primos inueſtitos. † *Ita enim poſt
Anchar. in conſ. 245. cenſuerunt Gabr. conſ. 70.
num. 8. uol. 2. Ceph. conſ. 345. num. 19. Decia.
conſ. 73. num. 18. uerſ. et licet ipſi, uol. 2. Zuccar.
conſ. 2. num. 53. Mago. deciſ. Luc. 8. num. 8. Gra-
tia. tom. 2. diſcep. for. cap. 272. num. 34. et tom. 4.
cap. 707. num. 15. Et accipiendi ſunt, qui ſimpli-
citer ſcripſerunt, diſtributiuam non inducere ius
accreſcendi, quoties non refertur ad primos inue-
ſtitos, ſed tantum ad eorum deſcendentes, ut Alex.
conſ. 13. num. 14. uerſ. Tamen hoc non obſtante,
num. 15. uerſ. Ita ergo, volum. 5. Curt. iun. conſ.
55. nu. 13. verſ. Ego enim, Gabr. conſ. 87. num. 3.
vol. 1. ut ſcilicet loquantur de primis inueſtitis,
quemadmodum & ij, qui ſimpliciter dixerunt ius
accreſcendi non habere locum inter primos acqui-
103 rentes, ut Seraph. deciſ. 97. num. 1.* Nam, † cum
ea nõ poſſint ſalua ratione recti ſermonis ad

primos

primos inueſtitos referri, ſed tantum ad eorũ deſcendentes, conſequens eſt, vt, quoad illos conceſſio cenſeatur ſimplex, & per conſequẽtias, vt ius accreſcendi non recipiat. *Ita ratiocinantur Alex. d. conſ. 13. num.* 14. *verſ. Nec obſtat, & num.* 15 *verſ. Ita ergo, volum.* 5. *Ceph. d. conſ.* 345. *num.* 19. Itaque, quod dicitur, diſtributiuam adiectam duorum, aut plurium vocationi inducere inter primos inueſtitos ius accreſcendi, procedit, ſi ſalua ratione recti
104 ſermonis poſſit ad eos referri, aliàs non, † *vt declarant Curt. Iun. d. conſil.* 55. *in fin. Decia. d. conſil.* 73. *num.* 18. *verſic. Neceſſe eſt ergo, volum.* 2.

In ſecũda aũt quæſtione cẽſent noſtri frequentiùs, verba prædicta inducere ius accreſcendi inter ipſos deſcendentes, licet non in-
105 ter primos inueſtitos. † *Ita enim cenſuerunt Ruin. conſ.* 159. *num.* 9. *volum.* 1. *Decia. d. conſil.* 73. *num.* 16. *&* 18. *verſ. & licet ipſi, uol.* 2. *Zuccar. d. conſ.* 2. *num.* 53. *Mago. d. deciſ. Luc.* 8. *num.* 8.
106 quia, † cum illa diſtributiua rem inſolidum attribuat ijs, ad quos refertur, *d. l. non diſtinguemus.* 37. *§. cum in plures. ff. de arbit.* & in propoſito referatur ad deſcendentes inueſtitorum, Conſequens eſt, vt eius vi cenſeantur omnes inſolidum vocati, & per conſequentias, vt vno deficiente totum alij per ius non decreſcendi conſequi debeant. *Ita ratiocinatur Decia. d. conſ* 73. *num.* 16. *uol.* 2. Idque tradunt procedere, etiamſi dictum ſit, & pro
107 vtriuſque eorum deſcendentibus, † *vti uidere eſt apud Ruin. d. conſ.* 159. *num.* 9. *verſ. & primo, & num.* 15. *uol.* 1. *Decia. d. conſ.* 73. *num.* 19. *volum.* 2. Et multo magis, ſi addita ſit clauſulà, de vno in alterum reuertendo: nam, quia reſpectu partis ſui parentis locus eſſet iuri accreſcendi inter deſcendentes etiam ſine pacto, cum emphyteuſis ſit paterna, in qua ius accreſcendi locum habet, *vt diximus ſupra num.* 30. ideo, ne prædicta clauſula cenſeatur inutiliter appoſita, neceſſariò dicendum eſt, cenſeri adiectam, ad finem denotandi mentem contrahentium fuiſſe, vt deficiente linea
108 vnius vocetur alia. † *Ita ſcribunt Gabr. conſil.* 89. *num.* 15. *uol.* 1. *Hond. conſ* 54. *num.* 27. *uol.* 1. *Mareſco. d. lib.* 1. *variar. reſol. cap.* 75. *num.* 3. *&* 4. Denique faciliùs hæc tradunt eſſe recipiẽda, ſi ita fuerit obſeruatum; nam talis obſeruantia declarat, quid actum ſit à contrahentibus
109 † *Ita ſcribit Gabr. conſ.* 89. *nu.* 17. *verſ. & eo magis, & num. ſeq. uolum.* 1. *& conſ.* 66. *num.* 24. *volum.* 2.

Verùm hæc ſententia, licet ita ſit in foro recepta, vt nefas ſit ab ea conſulendo, aut iudicando recedere, mihi tamen non probatur, quia veriùs puto, quod alij tradiderunt, ſcilicet, prædicta verba, nec inter principaliter inueſtitos, nec inter eorum deſcendentes ius accreſcendi inducere, ſed relinquere rem in ſimplicibus terminis nouæ emphyteuſis, in qua ius accreſcendi locum habere nequit.
110 † *Fuit hæc ſententia Gabr. conſ.* 70. *num.* 8. *uol.* 2. *Ceph. conſ.* 345. *num.* 14. *&* 15. *& eorum, quos retulimus in q. præced. num.* 147. *licet de feudo loquantur, Et fortaſſis etiam eorum, quos retulimus ſupra num.* 102. *dum ſimpliciter negant habere locum iuri accreſcendi, quoties diſtributiua non refertur ad primos inueſtitos, ſed tantum*
111 *ad eorum deſcendentes*: Nam, † cum per ea non inducatur ius accreſcendi inter ipſos inueſtitos, *vt communiter fatentur ij, quos retulimus ſupra num.* 102. Conſequens eſt, vt nec id debeant inducere inter eorum deſcendentes, ſcilicet, quia veriſimile non eſt recipiẽtes voluiſſe ſuis deſcendentibus proſpicere in eo, iure, à quo ſe ipſos excluſerunt, & facere, vt illi melioris ſint cõditionis, quam ſint ipſimet parentes in eo, quod habent, vt ipſorum filij, *contra regulam l. ſi viua matre.* 3. *C. de bon. matern. Ita arguunt Gabr. d. conſ.* 70. *num.* 8. *uol.* 2. *Ceph. d. conſ.* 345. *num.* 17. Denique, vt in perſona hæredum mutetur obligatio, *contra l.* 2. *§. ex his ff. de verb. oblig. & in propoſito conſiderat Ceph. d. conſ.* 345. *nu.* 16.

Nec eſt vis in eo facienda, quod diſtributiua rem cuilibet inſolidum attribuat, quia
112 hoc verum eſt, † reſpectu eorum, ad quos refertur, &, quatenus refertur. Itaque, ſi referatur ad primos acquiſitores, inſolidum attribuit totam rem, non ſolum ipſiſmet acquiſitoribus, ſed etiam ipſorum deſcendẽtibus, *vt diximus ſupra num.* 91. *&* 98. Cæterùm, ſi referatur ad eorum deſcendentes, verius eſt, inſolidum attribuere non totam rem, ſed eam tantum partem, quam primus acquiſitor recepit, ſcilicet, quia illa verba, & cuiuſlibet eorum deſcendentibus, intelliguntur reſpectiuè, ideſt, pro cuiuſlibet deſcendentibus Titij reſpectu partis Titij, & ſimiliter pro cuiuſlibet deſcendentibus Sempronij reſpectu partis Sempronij, ſed non pro cuiuſlibet deſcentibus Titij reſpectu partis Sempronij, vel contra. *Ita declarat Ceph. d. conſ.* 345. *nu.* 14. *&* 15. *Et in ſimilibus terminis diximus in q. præced. num.* 148. *& dicemus etiam infra num. ſeq.* Idque adeo verum eſt, vt procedat, etiamſi addita ſint illa verba de vno in alterum reuertendo: Nam, licet illa regulariter inducant ius accreſcendi, *ut diximus ſupra nu.* 85. hoc
113 tamen procedit † quando referuntur ad ipſos principaliter inueſtitos, Cæterùm, quando ad ipſorum deſcendentes, magis eſt, vt intelligantur reſpectu deſcendentium pro parte ſui authoris, & ſic retento eodem themate, *ut in ſpecie declarant Alcia. conſ.* 16. *num.* 5. *lib.* 8. *& Ceph. d. conſ.* 345. *num.* 20. 27. *&* 34.

Nec eſt contrarium, quod hoc ſenſu poſito verba prædicta remanent inutilia, cum reſpectu portionis à primo acquiſitæ ſit inter eius deſcendentes locus iuri accreſcendi, etiã ſine pacto, *ut conſiderant ij, quos retulimus ſupra num.* 108. quia reſpondeo, hoc non cenſeri abſurdum, quoties exprimitur id, quod ta-
114 citè inerat † *l.* 3. *ff. de leg. primo. l. hæredis aditio.* 7. *§. tantumdem l. ſi Titio.* 22. *§. fin. ff. quand. dies leg. ced. l.* 3. *C. de fideiuſ.* Quinimo ſatis dici poſſe operari eo ipſo, quod tollunt illam quæſtionem, quam propoſuimus *ſupra num.* 3. an ſcilicet in feudo antiquo locum habeat ius accreſcẽdi poſt acquiſitionem: Nam & eius tollendæ gratia, vt plurimùm in inueſtituris etiam vni conceſſis pro ſe, & ſuis deſcendentibus, adduntur illa verba, de vno in alterum reuertendo, quæ tamen non cenſentur inutilia eo, quod rem ponunt extra omnem dubitationem.

Hæc autem faciliùs procederent, ſi non eſſet dictum, pro ſe, & cuiuſlibet eorum deſcẽdentibus, ſed, pro ſe, & cuiuſque eorum deſcen-

ſcendentibus: nam, quia dictio, cuiuſque, non
eſt diſtributiua, ſed collectiua, ideo non in-
ducit ius accreſcendi, & ſic non operatur, vt
deſcendentes vnius cenſeantur vocati ad por
tionem alterius, ſed tantum, vt cuiuſque de-
ſcendentes in portione ſui parentis vocati in-
115 telligantur. † *Ita in ſpecie declarant Alex. conſ.*
17. num. 6. verſ. circa tertium, & num. 8. uolum.
5. Gabr. conſ 87. num. 2. & 3. uolum. 1. Planè, ſi
dictum eſſet, pro ſe, & hæredibus ex ipſis, vel
altero eorum, ſine dubio cenſeretur inter eos
116 inductum ius accreſcendi, † *ut docet Gratia.*
tom. 2. diſcep. for. cap. 272. num. 27. per ea, quæ
diximus *in q. præced. num.* 152.

Tertio, ſi in conceſſione facta duobus, aut
pluribus fuerit adiectum tempus, intra quod
non finiatur, ſed duret emphyteuſis, cenſe-
bitur actum, vt inter eos locum habeat ius
accreſcēdi. Exemplum ſit, ſi conceſſio facta
ſit hoc tenore, vt quandiù ipſi, vel eorum hę
redes vixerint, illam habeant; Nam ex his
verbis colligerent actum eſſe, vt inter inueſti-
ſtitos, & eorum hæredes ſit ius accreſcendi,
117 † *ſicuti de feudo diximus in q. præced. num.* 153.
Ita in ſpecie de emphyteuſi ſcripſit Decia. d. conſ.
73. num. 15. uol. 2. Idem eſt, & ſi conceſſio fa-
cta ſit duobus, aut pluribus, ad eorum vitam,
118 vel durante eorum vita, † *ut apud Rotam in*
recoll. Farin deciſ. 435. nu. 5. par. 1.

Planè, ſi facta ſit vſque ad tertiā, vel quar-
tam eorum generationem, dubitari ſolet, an
ex his verbis colligere poſſimus, actum eſſe,
vt inter generationem vnius, & generationē
alterius ſit locus iuri accreſcēdi. Et hoc pleri-
119 que negant, † *ut Alex conſ. 13. num. 14. uol. 5.*
Gabr. conſ. 87 num. 4. uol. 1. Mago. deciſ. Luc. 8.
120 *num. 10. & 15.* quia, † illa verba ita videntur
intelligenda, vt per ea cenſeatur vnuſquiſque
ſuæ generationi, non etiam generationi alte-
rius proſpexiſſe, *ut conſiderant Bald. conſ. 280.*
num. 3. uol. 3. & Mago. d. deciſ. Luc. 8. num. 11.
& 15.

121 Sed contrarium verius eſt, & receptius, † *uti*
uidere eſt apud Iaſ. conſ. 117. col. 7. verſ. Confir-
matur optimè, uol. 4 Ruin. conſ. 169. num. 4. uol.
1. Decia. d. conſ. 73. num. 14. verſ quinto uol. 2.
Honded. conſ. 54. num. 25. uol. 1. Gratia. tom. 3.
122 *diſcep. for. cap 451. num. 7.* ſcilicet, quia † ver-
ba prædicta denotant, hoc actum eſſe, vt cō-
ceſſio duret, quandiù extiterint aliqui de ter-
tia, aut quarta inueſtitorum generatione, *ut*
declarat Decia. d. conſ. 73. num. 14. verſ. 5. uolu. 2.
ſiue, vt non cenſeatur finita, donec aliquis
de generatione inueſtitorum fuerit ſuperſtes,
ut ait Gratia. d. cap. 451. num. 9. Et hoc virtute
illius dictioni, vſque, quæ eſt repetitiua, &
operatur, vt finita vnius generatione cenſea-
tur emphyteuſis tacitè renouata in perſona
exiſtentis de tertia, vel quarta generatione al-
123 terius, † *ſecundum ea, qua diximus ſupra num.*
16. & ſeqq. Et in ſpecie declarant Ruin. d. conſil.
169. num. 4. uolum. 1 Decia. d. conſ. 73. num. 15.
verſ ſexto uol. 2. Honded. d conſ. 54 num. 25. uol.
1. Gratia. d. cap. 451. num. 7. Maximè, cum ge-
neratio, cui fuit adiecta, ſit nomen vniuerſa-
le, cuius natura eſt, vt in vno indiuiduo to-
124 tius illius vniuerſi ius remaneat † *l. ſicut 7. §.*
fin. ff. quod cuiuſque vniu. Et in propoſito conſi-
derant Decia d. conſ. 73. num. 15. verſ ſexto, vol.
2. & Gratia. d. cap. 451. num. 8. Noſque diximus
ſupra num. 24. Idque multo faciliùs procedet,
ſi conceſſio facta ſit vſque in eorum, & cu-
125 iuſlibet eorum tertiam generationem, † *vt*
ſcribunt Alex. conſ 22. num. 11. vol. 5. Decia. d.
126 *conſ. 73. nu. 20 & ſeqq vol. 2.* Nam, † cum ſim-
plex diſtributiua relata ad deſcendentes in-
ducat inter eos ius accreſcendi, *vt ex frequen-*
tiori dd. opinione retulimus ſupra nu. 105. Con-
ſequens eſt, vt id multo magis debeat indu-
cere, ſi ſit coniuncta cū dictione; vſque, quæ,
tamquam repetitiua ſola ſufficeret ad illud
inducendum, *vt ſupra dictum eſt*, Et, quàmuis
in ſimplicibus terminis diſtributiuæ nos cō-
trarium cenſuerimus, tamen, vbi adiecta eſt
dictio, vſque, rem ſine dubio procedere arbi-
tramur, adeo, vt (ſecundum nos) procedat
etiam, ſi dictum ſit, vſque ad tertiam cuiuſ-
que eorum generationem, *tametſi contrarium*
ſcripſerit Gabr. d. conſ. 87. num. 4. vol. 1. Nam, li-
cet in ſimplicibus terminis conceſſionis ita
factæ dixerimus, non cēſeri inductum ius ac-
creſcendi *ſupra num. 110.* tamen, vbi dictum
eſt, vſque in tertiam cuiuſque eorum genera-
tionem, contrarium verius arbitramur, non
ex vi diſtributiuæ, ſed ex vi repetitiuæ, *ſecun-*
dum ea, quæ ſupra diximus. Hæc autem ita pu-
tamus accipienda, vt non ſolum inter deſcē-
dentes cenſeatur inductum ius accreſcendi,
ſed etiam inter ipſos principaliter inueſtitos,
127 † *vt rectè cenſuit Alex. d. conſ. 22. num. 11. vol. 5.*
Tametſi contrarium ſcripſerit Gratia. tom. 2. di-
128 *ſcep. for. cap. 272. num. 32. & ſeqq.* quia, † licet
illa diſtributiua non, niſi ad deſcendentes re-
feratur, ideoque non videatur ſufficiens ad
inducendum ius accreſcēdi inter primos in-
ueſtitos, *vt eſt frequentior opinio, ſicuti retuli-*
mus, & probauimus ſupra num. 111. tamen
hoc verum eſt, in ſimplicibus terminis cōceſ-
ſionis factæ cum diſtributiua relata ad ſolos
deſcendentes: Nam, quia (ſecundum nos)
non inducit ius accreſcēdi etiam inter ipſos
deſcendentes, *vt oſtendimus ſupra num. 110.*
Conſequens eſt, vt multo minus cenſeatur il-
lud inducere inter primos inueſtitos, vtpotè,
ad quos non refertur. At, vbi diſtributiua
coniungitur cum dictione, vſque, quæ vi
ſua repetitionem operatur, & inter deſcen-
tes ius inducit accreſcēdi, verius arbitramur,
id etiam inducere inter primos, ne alioquin
ſequantur illa abſurda, quæ conſiderauimus
ſupra nu. 111. Præterea, ſi in conceſſione duo-
bus, aut pluribus facta dictum ſit, vt duranti-
bus generationibus inueſtitorum, Eccleſia
teneatur emphyteutas defendere, ex hoc col
ligitur, actum eſſe, vt inter eos ſit ius accre-
129 ſcendi, † *vti videre eſt apud Gabr. d. conſ. 66. nu.*
8. verſ. 3. volum. 2. Denique, ſi dictum ſit, vt
emphyteuſis duret, donec ſoluantur melio-
menta per locatores, vel ipſorum hæredes,
non erit audiendus dominus, ſi dicat, finitam
eſſe emphyteuſim, niſi prius ſoluat integra
melioramenta; Vnde, quia pro parte illius,
qui eſt ſuperſtes, nondum ſunt ſoluēda, quod
nondum finita eſt emphyteuſis, ideo neceſ-
ſario debet pati dominus, vt ſuperſtes tota re
fruatur, & ſic, vt pars deficientis ei accreſcat.
130 † *Ita cenſuit Rota apud Farin. in recoll. d. deciſ.*
435. num. 8. par. 1.

Quarto, ſi in cōceſſione dictum ſit, vt poſt
mortem omnium emphyteuſis reuertatur ad

concedente, cenſebitur actum, vt non priùs
redeat, quam omnes inueſtiti deceſſerint, &
per conſequentias, vt inter eos iuri ſit accre-
131 ſcendi locus. † Ita enim cenſuit Specul. in tit.
de locat. verſ. Nunc aliqua, num. 183. cuius do-
ctrinam in his terminis probarunt Roma. conſil.
19. nu. 2. verſ. Nec obſtat. Alex. in d. §. ſi mihi, &
Titio, num. 12. & ibi Iaſ. num. 11. verſ. ſimiliter,
quando, & Alcia. num. 26. Alex. conſ. 204. nu. 2.
vol. 2. Crott. in d. l. re coniuncti, num. 141. verſ. 2.
Ruin. conſ. 48. num. 8. & conſ. 154. nu. 10. vol. 1.
Decia. d. conſ. 73. nu. 28. vol. 2. Burſa. conſ. 181.
num. 7. Mago. deciſ. Luc. 8. num. 14. Roſen. de
feud. cap. 6. concl. 75. num. 12. Gratia. d. tom. 2.
diſcep. for. cap. 272. num. 23. Et eſt in confeſſo
apud eos, quos referemus infra num. 139. & ſeqq.
dum id admittunt in fortioribus terminis, quia,
132 † cum pactum reuerſionis ſit conceptum ſub
cõditione, ſi omnes deceſſerint, quæ non, niſi
in omnium perſonis verificari poteſt, vt oſtẽ-
demus in 9. cap. q. 7. & cap. 10. q. 21. Conſequens
eſt, vt, quandiù, vel vnus ſupereſt, quaſi defi-
ciente conditione, ceſſet reuerſio, vt de feudo
diximus in quæſt. præced. num. 156. Et in termi-
nis emphyteuſis ratiocinatur Roma. d. conſ. 19.
num. 1. Idem eſt, & ſi dictum ſit, vt reuertatur
133 poſt mortem amborum, † vti videre eſt apud
Alex. conſ. 103. num. 1. verſ. ſed his, vol. 2. Iaſ. in
d. l. ſi mihi, & Titio, num. 11. verſ. ſimiliter, ſi in
134 emphyteuſi, vel, poſt amborum vitam, † vt apud
Gratia. d. cap. 272. diſc. for. num. 28. vel reuerta-
tur finita omnium, vel vtriuſq;, vel amborũ
135 generatione, † vt ſcribunt Gabr. d. conſ. 88. nu.
6. vol. 1. Decia. d. conſ. 73. num. 23. verſ. ergo, &
num. ſeqq. præcipuè num. 27. verſ. concluditur er-
136 go, vol. 2. quia, † paria ſunt dicere, poſt mortẽ,
vel finita generatione, vt conſiderant Decia. d.
conſ. 73. num. 28. vol. 2. & Gratia. d. cap. 451.
num. 9. tom. 3. cum generatio non poſſit dici
finita, quandiù extat aliquis ex acquiſitori-
bus, vel deſcendentibus eorum, vt ait Gratia.
d. cap. 451. num. 9.

Planè, ſi non ſit expreſſa dictio vniuerſa-
lis, aut alia æquipollens, ſed per ſimplicem
perſonarum relationem conceptum ſit pa-
ctum reuerſionis, puta, quia dictum ſit, &
poſt mortem eorum, ſiue ipſorum, res ad
Eccleſiam reuertatur, dubitari ſolet, an
idem ſit dicendum. Facit autem dubitatio-
nem illud, quia in fideicommiſſis ita relictis
non eſt neceſſe conditionem in vtriuſque
perſona verificari, ſed ſufficit vnum mori
ſine liberis, vt locus fiat fideicommiſſo, ſci-
licet, quia pluralitas reſoluitur in ſingulari-
tates, & conditio, non copulatiuè intelligi-
tur, ſed disiunctiuè l. fin. §. filium ff. de leg. 2. l.
Lucius. 78. §. Caio ff. ad Treb. Ergo idem di-
cendum videtur, & in pacto reuerſionis, cũ
à fideicommiſſis, & alijs poſtremis volunta-
tibus ad pacta, & contrà rectus valeat argumẽ-
tum l. quæ de legato. 48. ff. de leg. primo. Et ita
137 pleriſq; viſum eſt, † vt Alex. conſ. 167. num. 4.
volum. 7. Iaſ. in d. l. ſi mihi, & Titio, num. 11.
verſ. ſed contra, Clar. in §. emphyteuſis q. 39.
num. 4. Craſſ. in d. §. Ius accreſcendi q. 25. nu. 3.
vbi ait, hanc eſſe communem, licet Crott. in d. l. re
coniuncti, nu. 142. verſ. 2. reliquerit cogitandum.
Quamobrem, & ſi per ablatiuum abſolutum
fuerit conceptum pactum reuerſionis, puta
dictum ſit, & ipſis decedentibus ſine liberis
res ad Eccleſiam reuertatur, licet vnus ſine
liberis moriatur, non tamen eius pars alteri
138 accreſcet. ſed ad Eccleſiam reuertetur, † vt
ſcribunt Port. in tit Inſt. de Iure perſo. num. 10.
& ibi Iaſ. in addit.

Sed eſt verius, quod alij frequentiùs tradi-
derunt, ſcilicet, etiamſi non ſit expreſſa di-
ctio vniuerſalis, ſed ſimplex relatiua, eorum,
vel, ipſorum, nihilominus cenſeri actum, vt
inter inueſtitos, & eorum deſcendentes ſit
ius accreſcendi, nec ante fiat reuerſioni lo-
cus, quam omnium inueſtitorum lineæ de-
139 fecerint, † quod indefinita æquipolleat vni-
uerſali. Ita enim poſt Specul. in d. tit. de locat.
verſ. Nunc aliqua, num. 183. qui fuit author hu-
ius traditionis, & in his terminis loquitur, ſcrip-
ſerunt Alex. conſ. 17. num. 9. & conſ. 22. num.
12. volum. 5. Iaſ. in l. 2. num. 201. C. de Iur.
emph. Alcia. in d. l. ſi mihi, & Titio, num. 26.
verſ. Idem, ſi dictum, Gabr. conſ. 87. num. 4.
& conſ. 88. num. 6. vol. 1. conſ. 66. num. 12. &
16. vbi ait, hanc eſſe veriorem, & receptiorem,
vol. 2. Hond. conſ. 54. num. 26. vol. 1. Mago.
d. deciſ. Luc. 8. num. 13. vbi tamen non audet hoc
firmare, niſi addita ſit dictio, omnium, vel alia
æquipollens, Pereg. conſ. 42. num. 4. & 12. verſ.
Alio etiam modo, vol. 1. Roſent. de feud. cap. 6.
concl. 75. num. 8. Gratia d. cap. 272. diſcept. for.
num. 14. 22. 26. & 29. & cap. 451. num. 4. vbi
ait, hanc eſſe veriorẽ, & cap. 707. num. 8. & 9.
vbi refert ita fuiſſe à Rota reſolutum. Nam
140 † cum hoc procedat, quoties emphyteuſis
ita fuit duobus conceſſa, vt, quandiù ipſi, vel
eorum hæredes vixerint, illam habeant, vt
diximus ſupra num. 117. non video, cur non
idem debeat admitti, cum ita fuit conceſſa,
vt poſt ipſorum mortem ad Eccleſiam reuer-
tatur, cum vtroq; caſu pactum relatiuè ſit cõ-
ceptum, & vtriuſq; pacti eadem ſit vis, atque
poteſtas: Vt enim pactum retentionis in cer-
to caſu conceptum, tacitè continet pactum
reuerſionis in caſu contrario, ita & contra
pactum reuerſionis conceptum ſub certa cõ-
ditione, tacitè continet in caſu contrario
pactum retentionis. Vt igitur retentionis
pactum conceptum in caſum vitæ ipſorum
inueſtitorum, non facit locum reuerſioni,
niſi ambo deceſſerint, ita et contra pactum
reuerſionis conceptum in caſum mortis ip-
ſorum inueſtitorum non debet excludere re-
tentionem, niſi etiam ambo deceſſerint, quia
paria ſunt paciſci, vt res retineatur ipſis vi-
uentibus, vel, vt reuertatur ipſis decedenti-
bus. Quamobrem, et, ſi per ablatiuum abſo-
lutum reuerſio concipiatur, puta dicatur, et
ipſis, aut ipſorum filijs morientibus, aut non
141 extantibus res ad Eccleſiam reuertatur, † vt
apud Gratia. tom. 4. diſc. foren. cap. 707. num. 1.
vel, quibus morientibus, aut decedentibus,
142 aut non extantibus, reuertatur, † vt apud Se-
raph. deciſ. 161. num. 1. & 2. vbi teſtatur, hanc
eſſe magis receptam opinionem, & Gratia. d. cap.
707. num. 2. vel reuertatur finitis eorum ge-
143 nerationibus, † vt apud Gabr. d. conſ. 88. nu. 6.
& conſ. 89. num. 13. verſ. 2. quæſtio, vol. 1. & d.
conſ. 66. num. 11. verſ. Demum, vol. 2. vel contra,
non reuertatur, ipſis viuentibus, vel durante
144 ipſorum vita, † vt apud Rot. in recoll. Farin.
dict. deciſ. 435. num. 4. part. 1. cenſebitur
actum, vt non reuertatur, niſi deficiant
omnes

omnes, & per conſequentias, vt inter eos ſit
iuri accreſcendi locus, & multo magis, ſi di-
ctum ſit, vt non reuertatur, quandiù ipſi, vel
145 eorum hæredes vixerint, † *ſecundum ea, quæ
diximus ſupra nu. 117. Et in ſpecie declarat Gab.
d. conſ. 88. num. 6. vol. 1.*

Nec obſtat, quod in fideicommiſſis con-
trarium obſeruetur, quia longe alia eſt fidei-
commiſſi, alia pacti reuerſiui ratio, *vt rectè
ſcripſit Alcia. in d. l. ſi mihi, & Titio, nu. 26. verſ.
Item ſi duorum*: Fideicommiſſum enim pen-
det a ſola voluntate teſtatoris, cum alioquin
pactum reuerſionis, non ſolum pendeat a cõ-
cedente, ſed etiam a recipiente, & in dubio
contra concedentem, qui potuit legem aper-
tiùs dicere, recipit interpretationem. *l. ve-
teribus. 40. ff. de pact. l. Labeo 21. ff. de contrah.
empt. Ita ratiocinatur Alcia. in d. l. ſi mihi, & Ti-
tio, num. 27.*

Quinto, licet conceſſio fuerit facta ſimpli-
citer, ſi tamen onus fuerit vnicuique inſoli-
dum impoſitum, vt, quia ſinguli inſolidum
ſint ad ſolutionem canonis obligati, ex hoc
colligimus actum eſſe, vt inter eos locum ha-
146 beat ius accreſcendi, † *Ita ſcribunt Ruin. conſ.
159. num. 10. volum. 1. Decia. d. conſ. 73. num. 8.
vol. 2. Rota apud Farin. in recoll. d. deciſ. 435.
147 num. 6. part. 1.* quia † ex oneris qualitate emo-
lumentum declaratur. *l. quoties. 23. ff. ad Treb.
l. vtrum. 8. §. fin. ff. de reb. dub. Et in propoſito ra-
tiocinatur Ruin. d. conſ. 159. num. 10. vol. 1.*

Sexto, ſi emphyteuſis de communi pecu-
nia, ſeu communibus bonis fuerit acquiſita,
cenſebitur actum, vt in ea locum habeat ius
148 accreſcendi, † *ſicuti de feudo diximus in q. præ-
ced. num. 241. Ita de emphyteuſi ſcribit Menoch.
conſ. 632. num. 10.*

Septimo, ſi fratres ſimul habitent in com-
muni viuentes, ſciente domino, & vnus ac-
quirat emphyteuſim nomine communi, ma-
gis eſt, vt cenſeatur vnicuique inſolidum con
ceſſa. & per conſequentias actum, vt in ea iu-
149 ri ſit accreſcendi locus, † *ſecundum ea, quæ de
feudo diximus in q. præced. num. 243. Ita de em-
phyteuſi ſcripſerunt Gabr. d. conſil. 66. num. 5.
iuncto num. 6. vol. 2. Menoc. d. conſ. 632. num. 10.
verſ. quinto confirmantur, Gratia. d. cap. 707. diſ-
cep. for. num. 12. & 13.*

Octauo, & vltimo, ſi conceſſio facta ſit ea
lege, vt res diuidi non poſſit, puta, quia dictũ
ſit, pro indiuiſo, ex hoc etiam colligimus
actum eſſe, vt inter inueſtitos locus ſit iuri nõ
150 decreſcendi, † *per ea, quæ de feudo diximus in
q. præced. n. 158. Ita de emphyteuſi ſcribit Decia.
d. conſ. 73. nu. 8. & 10. verſ. ex quo ſequitur, vol. 2.*
Idem eſt, &, ſi res fuerit, tamquam vnũ cor-
pus cõceſſa: Nam ex hoc etiam colligimus,
mentem concedentis fuiſſe, vt non diuida-
tur, & per conſequentias, vt in ea, tamquam
indiuidua locum habeat ius non decreſcen-
151 di, † *ſicuti de feudo diximus in eadem q. præced.
num. 159. Ita de emphyteuſi ſcribit Decia. d. conſ.
73. num. 11. vol. 2.*

152 Sanè hoc ita demum verũ eſt, ſi † moriens
nullos reliquerit deſcendentes capaces em-
phyteuſis, quod generaliter intelligitur in
omnibus caſibus, in quibus ex mente contra-
hentiũ inducitur inter inueſtitos ius accreſcẽ-
di, aut non decreſcendi. Cœterùm, ſi reliquerit,
magis eſt, vt illi debeant ſocijs, & eorum
153 deſcendentibus præferri, † *vt ſcribunt Alex.
conſ. 119. num. 1. vol. 5. Gozad. conſ. 53. num. 2.
& ſeqq. Gabr. conſ. 70. num. 2. & 6. vol. 2. Galua.
154 conſ. 11. num. 30.* quia † talis præſumitur fuiſſe
mens acquirentium, cum vnuſquiſque cen-
ſeatur priùs ſuis deſcendentibus proſpexiſſe,
quam ſocio, aut deſcendentibus ab eo *cap. 1.
verſ. vnuſquiſque, De duob. frat. a cap. inu.* Quã-
obrem debet priùs euacuari linea deficientis,
quam ad ſocium, aut eius deſcendentes fiat
155 tranſitus, † *vt ſcribit Galua. d. conſ. 11. num. 30.*
adeo, vt, ſi conceſſio facta ſit pro maſculis,
& fœminis debeat priùs euacuari linea, non
ſolum maſculina, ſed etiam fœminina, quam
ſocijs, vel eorum deſcendentibus pars defe-
156 ratur, † *ſecundum ea, quæ de feudo diximus in
q. præced. num. 57.* quo fit, vt filia defuncti præ-
157 feratur ſocio, & eius deſcendentibus, † *vt ſcri-
bunt Gozad. d. conſ. 53. num. 2. & 19. & Gabr. d.
158 conſ. 70. num. 2. & 6. volum. 2.* ſcilicet, quia † ius
accreſcendi locum non habet, niſi portio de-
ficiat, *vt dicemus in ſeptimo cap. in prin. num. 6.*
& deficere non dicitur, quoties extant deſcẽ-
dentes capaces emphyteuſis, *vt in propoſito
ratiocinatur Gozad. d. conſ. 53. num. 6. verſic.
octauo.*

Quartus caſus eſt, quando, neque ex ver-
bis, neque ex coniecturis conſtat, quid actum
ſit à contrahentibus, & ſic ſumus in dubio,
ſed tractamus de emphyteuſi cõceſſa à prin-
cipe, Et tunc res erit ex ijs decidenda, quæ
diximus *in q. præced. num. 159. verſ. Quartus,
& num. ſeqq.* Nam, ſi emphyteuſis fuerit con-
ceſſa à Principe ſupremo, ideſt ab eo, qui non
recognoſcit ſuperiorem, aut pro non reco-
gnoſcente reputatur, in ea locum habebit ius
159 accreſcendi, etiam poſt acquiſitionem. † *Ita
ſcribunt Bald. in l. un. §. in primo num. 15. C. de
cad. toll. Zucca. conſ. 50. num. 37. verſ. ſecundo, &
fortiùs, & num. 42. Gratia. tom. 2. diſcep. for. cap.
272. nu. 19. Tametſi contrarium ſcripſerit Alex.
conſ. 24. num. 6. verſ. unde attento, uolum. 5.* quia
160 † diſpoſitio *l. un. C. ſi lib. Imp. ſoc. lib. 10.* non ſo-
lum procedit in feudo, ſed etiã in omni alia
conceſſione, quæ ex Principis liberalitate
proficiſcitur, *ut oſtendimus in hoc cap. quæſt. 36.
num. 34.* Quam obrem ea omnia, quæ de feu-
do a ſupremo Principe conceſſo diximus *in
d. quæſt. præced. num. 189. & ſeqq.* debent etiam
in emphyteuſi a Prencipe conceſſa cenſeri
repetita. Cœterùm, ſi conceſſio facta ſit a
Principe inferiore, magis eſt, vt in ea ius ac-
creſcendi ceſſet, *& procedant ea, quæ diximus
ſupra num. 61. & ſeqq. & latiùs dicemus in 2. ca-
ſibus ſeqq. & de feudo diximus in q. præced. ſub
num. 206.*

Quintus caſus eſt, quando tractamus de
emphyteuſi conceſſa ab inferiore à Princi-
pe, ſed ſumus in caſibus, in quibus pars defi-
cit poſt acquiſitionem, vt, quia vnus ex inue-
ſtitis moriatur ſine liberis capacibus emphy-
teuſis, vel eius linea poſtea deficiat, Et tunc
omnes fatentur ius accreſcendi non habere
161 locum, † *uti uidere eſt apud Bald. in d. l. ſi mihi,
& Titio, uerſ. ſed, quid in emphyteuſi, & ibi Alex.
num. 14. uerſ. quod intellige uerum, Iaſ. num. 10.
uerſ. aut ergo, Alcia. nu. 21. uerſ. aliter eſſet, Zaz.
num. 5. uerſ. Cæterùm, Rip. in d. l. re coniuncti,
num. 228. ubi teſtatur, hanc eſſe communem opi-
nionem, Gabr. conſ. 66. num. 18. uerſ. Nec obſtat,*

uol. 2. Pereg. conſ. 24. num. 9. uol. 2. Seraph.
deciſ. 97. num. 1. ubi ait, poſt inueſtituram acce-
ptatam non eſſe tractandum de iure accreſcendi,
162 quia † poſt emolumentum acquiſitum ius
accreſcẽdi ceſſat, ſiue tractemus de dominio
directo, ſiue de vtili, ut oſtẽdemus in 7 cap. q. 59.
num. 26. et, ſiue de vltimis volũtatibus, ſiue
etiã de cõtractibus, ut dicemus ibi nu. 19. & 24.
Et ita in ſpecie ratiocinantur Bart. in d. l. ſi mihi,
& Titio, num. 4. uerſ. Breuiter, & ibi Caſtr. nu.
3. Iaſ. num. 10. uerſ. aut ergo, Alcia. num. 21. Pa-
pien. in form. lib. quo agit. ex ſubſt. in uerb. bre-
uiloce, num. 39. Dec. conſ. 262. num. 1. Gomez.
tom. 1. uaria. reſol. cap. 10. num. 5. Idq; adeo
verum eſt, vt procedat, non ſolum, ſi conceſ-
ſio facta ſit duobus præſentibus, & acceptan-
163 tibus, † in quibus terminis loquuntur Bart. in
d. l. ſi mihi, & Titio, num. 4. uerſ. breuiter, & ibi
Caſtr. num. 3. Alex. num. 11. ubi ait cum Bart.
tranſire communiter ſcribentes, & Iaſ. num. 10.
uerſ. aut ergo, Papien. in d. form. lib. quo ag.
ex ſubſt. in uerb. breuiloce, num. 39. Gomez. dict.
tom. 1. uaria. reſol. cap. 10. num. 5. & poſſunt
accipi, qui ſimpliciter ſcripſerunt, non habe-
re locum ius accreſcendi in emphyteuſi, ſi
duobus ab initio fuerit conceſſa, & vnus
164 poſtea deficiat, † ut Bart. in l. fraudati 8. in fi.
ff. de publica. & uectig. Bald. in d. l. un. num. 27.
uerſ. ego uerò C. quand. non pet. part. & in d. l.
un. §. in primo, num. 13. C. de cad. toll. & d. conſ.
280. num. 3. uol. 3. Ang. in l. aquam. 16. num. 1.
ff. quemad. ſeru. amit. Alex. in l. ſi domus 74. §.
fin. num. 7. ff. de leg. 1. Abb. in cap. ex parte, nu.
8. extr. de feud. Crott. in d. l. re coniuncti, num.
140. Alcia. in d. l. ſi mihi, et Titio, nu. 6. et 21. et
24. uerſ. quid ergo et ibi Zaz. num. 5. Dec. dict.
conſ. 262. num. 1. et 2. uerſ. Non obſtant allega-
ta, Gozad. conſ. 20. num. 9. Clar. in §. emphy-
teuſis q. 39. num. 2. Ceph. conſ. 345. num. 5. Gabr.
conſ. 87. num. 1. uol. 1. Peral. in l. et Proculo. 20.
num. 7. uerſ. Ad hoc etiam ff. de leg. 2. Hond. conſ.
36. num. 2. uerſ. Licet, ſi eſſet, et conſ. 54. num. 17.
et 22. uol. 1. Burſa. conſ. 251. num. 6. Graſſ. in
§. Ius accreſcendi q. 25. num. 1. Mago. deciſ. Luc.
9. num. 10. Seraph. deciſ. 604. num. 10. ſed etiã,
ſi fuerit facta vni recipienti pro ſe, & fratre
ſuo abſente: nam, quia illa conceſſio ſecu-
ta ratificatione perinde valet in perſona
vtriuſq;, ac, ſi ambo fuiſſent præſentes, ideo,
ſi poſtea vnus ex fratribus deficiat, eius pars
fratri non accreſcet, ſed ad dominum de-
165 uoluetur; † Ita in ſpecie declarant Caſtr. in d. l.
ſi mihi, et Titio, num. 3. uerſ. ſed in caſu, et ibi Alex.
num. 14. uerſ. quod intellige uerum. Iaſ. num. 11.
uerſ. et iſto modo, Alcia. num. 21. uerſ. Alter eſſet,
Zaz. num. 5. uerſ. Cæterùm, Gabr. conſ. 70. nu. 7.
uol. 2. et ſenſit Ceph. conſ. 345. num. 6. Et ita
ſunt accipiendi, qui ſimpliciter tradiderunt,
ceſſare ius accreſcendi, ſi emphyteuſis fue-
rit alicui conceſſa pro ſe, & fratre ſuo abſen-
te, quo caſu perinde valet, ac, ſi ambo fuiſſent
166 præſentes, † ut Bart. in d. l. ſi mihi, et Titio,
num. 4. uerſ. Breuiter, et ibi Alex. num. 14. Iaſ.
num. 10. uerſ. aut ergo, Alex. conſ. 24. num. 6.
uol. 5. Ruin. conſ. 151. nu. 15. uol. 1. vt ſcilicet
167 loquãtur † in terminis, in quibus portio fra-
tris deficiat poſt acquiſitionem, ut in ſpecie
declarat Alex. in d. l. ſi mihi, et Titio, num. 14.
uerſ. quod intellige uerum, et eſt de mente eorum,
quos retulimus ſupra num. 164. Planè ex con-
iecturis poterit etiam poſt acquiſitionem ius
168 accreſcendi induci, † ut ſcribit Gabr. d. conſil.
66. num. 6. uol. 2. quo caſu recurrendum erit
ad ea, quæ diximus ſupra num. 81. et ſeqq.

Sextus caſus eſt, quando pars deficit ante
acquiſitionem, vt, quia emphyteuſis conceſ-
ſa ſit Titio, & fratri illius abſenti, pro quo ne-
mo ſit ſtipulatus, aut emphyteuſim recepe-
rit, ſed ſumus in caſibus, in quibus talis con-
ceſſio fuit facta ex cauſa onerosa, Et tunc re-
ceptum eſt, in ea locum habere ius accre-
169 ſcendi, † per l. fundus ille. 64. ff. de cont. empt.
Ita enim ſcripſerunt Bart. in d. l. ſi mihi, & Ti-
tio, num. 4. uerſ. Breuiter, & ibi Alex. num. 13.
Iaſ. num. 11. uerſ. Secundus caſus, Zaz. num. 5.
Papienſ. in d. form. lib. quo ag. ex ſubſt. in uerb.
breuiloce, num. 39. Alex. d. conſ. 24. num. 6. uol. 5.
Decia. d. conſ. 73. num. 4. et 6. uol. 2. Gomez. d.
tom. 1. uar. reſol. cap. 10. num. 5. Hond. conſ. 54.
num. 30. uol. 1. Gratia. cap. 451. diſcep. for. nu. 10.
et cap. 707. num. 6. Rota apud Farin. in recoll.
170 deciſ. 435. num. 6. part. 1. quod † ita fieri con-
cedentis interſit, ne alioquin cogatur diui-
dere pẽſionem, & eſſe in communione cum
ſuperſtite, quæ ſola fuit iuris accreſcendi in
contractibus inducendi ratio, ut patet ex ijs,
quæ diximus in hoc cap. q. 33. num. 30. et ſeqq.
Et in propoſito conſiderant ij, quos referemus in-
fra num. 185. Quamobrem dicimus, in em-
phyteuſi locum habere ius accreſcendi, quo-
ties alterius partis intereſt, partem deficien-
tis accreſcere potiùs ſuperſtiti, quam ad ſe
171 reuerti, † uti uidere eſt apud Gratia. d. cap. 451.
diſcep. for. num. 15. et eſt in confeſſo apud eos,
quos retulimus ſupra num. 169. et referemus etiã
infra num. 181. et ſeqq. Idq; adeo verùm eſt,
vt procedat etiam inuito emphyteuta: nam,
licet aliàs ius accreſcendi, ſi quando in
emphyteuſi, & alijs contractibus locum
habet, poſſit à vocato repudiari, ut dicemus
in 8. cap. q. 9. num. 6. tamen, quoties intereſt
concedentis, id habere locum, magis eſt, vt
172 repudiari nequeat, † ut oſtendemus ibi num. 12.
quia, cum non reſpiciat commodum eius,
cui defertur, ſed alterius, conſequens eſt, vt
ei renunciare non poſſit, ſtante tacita partis
cõuentione, quæ neceſſitatem inducit acqui-
ſitionis.

Hinc videndum eſt, quando conceſſio cẽ-
ſeatur facta ex cauſa onerosa, ita, vt concedẽ-
tis interſit, locum habere ius accreſcendi. Et
eſt receptum, tunc id contingere, cũ emphy-
173 teuſis fuit cõceſſa magno pretio, † ut declarãt
Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in uerb. et uxorẽ
nomine Adelaſiam, num. 148. uerſ. ex quo dicit, et
Hond. d. conſ. 54. num. 30. uol. 1. id eſt, pro pretio
174 æquiualẽte, † ut ſcribunt Gomez. d. tom. 1. uaria.
reſol. cap. 10. num. 5. et Roſen. de feud. cap. 6. concl.
75. num. 10. ubi tamen ſubijcit, apud forum non
carere dubio, vel fuit conceſſa media pecunia,
vel alia re, quæ initio data ſit, & præterea ſub
175 annua penſione, † ut declarant Bart. in d. l. ſi
mihi, et Titio, nu. 4. uerſ. Breuiter, et ibi Iaſ. nu. 11.
uerſ. ſecundus caſus, Alex. d. conſ. 24. nu. 6. uol. 5.
Decia. d. cõſ. 73. nu. 4. uol. 2. Et accipiendi ſũt Alcia.
in d. l. ſi mihi, et Titio, nu. 21. uerſ. ſed tamen, vt ibi
176 Zaz. nu. 5. Quod intelligo, † etiãſi pecunia ſo-
luta nõ æqu ualeat iuſto pretio, dũmodo nõ ſit
qd minimũ, ut ſentit Gul. Ben. in d. cap. Raynutius
in uerb. et uxorẽ nomine Adelaſiã, nu. 148. uerſ. 4.

Hoc

Hoc enim eſt, quod dicitur locum habere ius
accreſcendi, etiamſi cauſa non ſit merè one-
roſa, ſed, quaſi lucratiua, ſcilicet, quia idem
177 de ea iudicandũ eſt, quod de oneroſa, † vti ui-
dere eſt apud Bar. in l. Moeuius. 68. §. duorũ nu.
14. ff. de leg. ſecũdo. Alex. in d. l. ſi mihi, & Titio, nu.
13. verſ. Pro iſta opinione, Iaſ. conſ. 117. col. 7.
uerſ. aut uolumus, uol. 4. Decia. d. conſ. 73. num. 5.
uol. 2. Gratia. d. cap. 451. diſcep. for. nu. 10. Idem
eſt, &, ſi fuerit conceſſa cum onere fabrican-
di domum, aut quid aliud faciendi, & præte-
178 rea ſoluendi canonem, † vt apud Gabr. d. conſ.
66. num. 4. iuncto num. 6. uol. 2. Rotam apud Fa-
rin. in recol. d. deciſ. 435. num. 6. part. 1. Quod, ſi
nihil initio datum ſit, ſed ſimplex ſit impoſi-
ta penſio annuatim ſoluenda, ſi quidem ea
correſpondeat fructibus, magis eſt, vt conceſ-
ſio cenſeatur etiam facta ex cauſa oneroſa,
& per conſequentias ius accreſcendi recipiat
179 † ut ſcribunt Alex. in d. l. ſi mihi, & Titio, num.
11. uerſ. ſuſtinendo, & num. 13. in fi. & ibi Alcia.
num. 21. uerſ. ſed tamen, Gul. Ben. in d. cap. Ray-
nutius, in uerb. & vxorem nomine Adelaſiam, nu.
148. uerſ. ex quo dicit, Crott. in d. l. re coniuncti,
num. 141. Gabr. d. conſ. 66. num. 4. iuncto num.
6. volum. 2. Gomez. d. tom. 1. uariar. reſol. cap. 10.
num. 5. Craſ. in d. §. ius accreſcendi q. 25. num. 2.
180 Nam, quia † eo caſu penſio non ſoluitur in
ſimplicem recognitionem dominij, ſed in re-
compenſationem fructuum, eaque ratione
contractus inter eos initus continet ſpeciem
quandam permutationis, quæ venditionis
vice fungitur, ideo fit, vt eius exemplo ius
accreſcendi recipiat. Eadem enim tunc ſub-
eſt in emphyteuſi, quæ & in venditione ra-
tio, vt ſcribit Alcia. in d. l. ſi mihi, & Titio, num.
181 21. uerſ. ſed tamen, ſcilicet, quia † intereſt po-
tiùs domini recipere penſionem integram,
quam recuperare partem rei, & hoc modo
incidere in communionem cum emphyteu-
ta, vt conſiderant Alex. in d. l. ſi mihi, & Titio,
num. 11. verſ. ſuſtinẽdo. Gul. Ben. in d. cap. Ray-
nutius, in uerb. & uxorem nomine Adelaſiam,
num. 148. uerſ. ex quo dicit, Crott. in d. l. re con-
iuncti, num. 141. Craſ. in d. §. Ius accreſcendi. q.
25. num. 2. Quod, ſi penſio ſit minima, ita, vt
ſoluatur potiùs in recognitionem dominij,
quam in recompenſationem fructuum, ve-
rius eſt, cenſeri factam ex cauſa lucratiua,
ideoque ius accreſcendi non recipere, ſecun-
dum ea, quæ dicemus in ſeq. caſu.

Septimus, & vltimus caſus eſt, quando pars
deficit ante acquiſitionem, ſed conceſſio fuit
facta ex cauſa lucratiua, puta, quia nihil ini-
tio datum eſt, ſed ſimplex fuit conſtituta pen
ſio, quæ fructibus non correſpondet, Et tunc
quæſtio eſt controuerſa, nunquid pars defi-
cientis accreſcat alijs, an verò potiùs ad do-
minum pertineat. Quæſtio pẽdet ex eo, nun-
quid in emphyteuſi noua locum habeat ius
accreſcendi, in qua duæ fuerunt noſtrorum
ſententiæ, Prima exiſtimantium, habere lo-
182 cum. † Quæ fuit ſententia Bald. (ſi diligenter
perpendatur) in d. l. ſi mihi, & Titio, uerſic. ſed,
quid in emphyteuſi, & ibi Imol. num. 2. uerſ. Item
adde dictis, Alcia. num. 21. licet in uerſ. ſed tamen,
fateatur communem eſſe in contrarium. Eiuſdem
ſententiæ fuerunt Bald. in Auth. ſi quis ruinas
num. 7. uerſ. 2. caſu. C. de ſacr. Eccl. Ang. in l. qui
repudiantis, 17. num. 1. ff. de inoffic. teſtam. Rip.
in d. l. re coniuncti, num. 229. Decia. d. conſ. 73.
num. 1. & 2. uol. 2. Gratia. cap. 451. diſcep. for. nu.
12. & 13. & cap. 707. num. 5. Mouentur autem
vt ita ſentiant.

Primo, quia in contractibus vltro, citroque
183 obligatorijs locum habet ius accreſcendi † l.
fundus ille 64. ff. de contr. empt. & diximus in
hoc cap. quæſt. 33 num. 37. Sed emphyteuſis eſt
184 contractus vltro, citroque obligatorius, † ſci-
licet, quia per eam & dominus obligatur em-
phyteutæ ad pręſtandam patientiam, & con-
tra emphyteuta obligatur domino ad ſoluẽ-
dum canonem, & alia, quę naturaliter inſunt
huic contractui, vt declarant Crott. in d. l. re
coniuncti, num. 140. Alcia. in d. l. ſi mihi, & Titio,
num. 21. Decia. d. conſ. 73. num. 1. & 2. volum. 2.
Gratia. d. cap. 451. diſcep. for. num. 12. & 13. & d.
cap. 707. num. 4. Ergo in ea debet habere locũ
ius accreſcendi.

Secundo mouentur, quia in contractibus
ius accreſcendi recipitur, ſi alterius partis in-
tereſſit, id habere locum d. l. fundus ille, & nos di-
ximus in d. quæſt. 33. num. 32. Sed in emphy-
teuſi ſemper intereſt concedentis, locum ha-
185 bere ius accreſcendi; † Primo, ne cenſus, ſi-
ue canon, aut penſio diuidatur, prout fieret,
ſi non eſſet locus iuri accreſcendi. Secundo,
ne cogatur rem habere cum emphyteuta cõ-
munem, contra l. ſi non ſortem. 26. §. ſi centum
ff. de cond. ind. & ea, quæ diximus in d. quæſt. 33.
num. 10. & ſeqq. Et in ſpecie declarant Imol. in
d. l. ſi mihi, & Titio, num. 2. verſ. Item adde di-
ctis, Decia. d. conſ. 73. num. 2. verſ. præſertim, &
num. 3. vol 2. Gratia. d. cap. 451. diſcep. for. num.
14. Ergo ſemper in ea debet eſſe locus iuri ac-
creſcendi.

Tertio mouentur, quia emphyteuſis eſt ſi-
milis locationi, & per conſequentias etiam
186 venditioni, † §. adeo, Inſt. de loca. & cond. Sed
in venditione, & verò etiam in locatione lo-
cum habet ius accreſcendi, vt de venditione
conſtat ex d. l. fundus ille. 64. ff. de contrah. emp. &
diximus in d. quæſt 33. num. 2. De locatione vero
diximus in q. 34. num. 5 Ergo & in emphyteu-
ſi locum habere debet. Ita arguunt Bald. in
d. l. ſi mihi, & Titio, verſ. ſed, quid in Emphyteuſi,
& ibi Alcia. num. 21.

Quarto, & vltimo mouentur, quia in con-
tractibus indiuiduis locum habet ius non de-
creſcendi, vt diximus in hoc cap. q. 32. num. 38.
Sed emphyteuſis eſt contractus indiuiduus
187 propter vnitatem præſtationis canonis, † vt
ſcribunt Bald. in d. Auth. ſi quas ruinas, num. 7.
verſ. Nunc reuertor. C. de ſacr. Eccl. & Alcia. in
d. l. ſi mihi, & Titio, num. 21. Ergo in ea debet
eſſe iuri non decreſcendi locus.

Verum his non obſtantibus contraria ſen-
tentia verior eſt, & receptior, ſcilicet in em-
phyteuſi noua regulariter ius accreſcendi nõ
188 habere locum. † Ita enim ſcripſerunt Alex. in
d. l. ſi domus. 74. §. fin. nu. 7. ff. de leg. primo, Ruin.
conſ. 151. num. 15. uol. 1 Zaz. in d. l. ſi mihi, & Ti-
tio, num. 5. Euerar. in ſua centu arg loco a feudo
ad emphyteuſim. num. 39. Burſat. conſ. 181. num.
7. & conſ. 242. num. 19. Honded. conſ. 36. num. 2.
verſ. licet, ſi eſſet, uol. 1. Nam de hac ſunt acci-
piendi, qui ſimpliciter ſcripſerunt, in emphy-
189 teuſi locum non habere ius accreſcendi, † vt
Roman. conſil. 19 num. 2 uerſ. Nec obſtat, &
conſil. 315. num. 2. uerſic. tertio probatur, Soc

iun. conſil. 70. num. 1. uolum. 1. Clar. in dict. §.
emphyteuſis, q. 39. num. 1. Ceph. d. conſil. 355.
num. 22. Ema. Zoar. in ſuo Theſ. recep. ſent. in
verb. accreſcendi ius, Balzaran. in capit. 1. in
prin. num. 9. uerſ. Iſtam regulam, & num. 17. in
fin. De fratr. de non. ben. inueſt. Menoch. conſ.
464. num. 9. & conſ. 632. num. 9. Mago. deciſ.
Luc. 8. num. 5. Coſta de port. rat. q. 49. num. 2.
Rota apud Farin. in recoll. d. deciſ. 435. num. 5.
part. 1. Gratia. cap. 272. diſcep. for. num. 16. vel,
non habere locum, ſi emphyteuſis ex cauſa
lucratiua fuerit conceſſa Titio, & eius fratri
190 abſenti, † *ut Bart. in d. l. ſi mihi, & Titio, nu. 4.*
verſ. Breuiter, et ibi Alex. num. 13. Iaſ. num. 11.
verſ. Secundus caſus, Zaz. num. 5. Alex. d. conſ.
24. num. 6. uol. 5. Ruin. inter conſ. Alb. conſ. 774.
num. 14. Gomez. d. tom. 1. uaria. reſol. cap. 10.
num. 5. vel ſimpliciter, ſi fuerit conceſſa Ti-
191 tio, & eius fratri abſenti, † *ut Caſtr. in d. l. ſi mi-*
hi, et Titio, num. 3. et ibi Zaz. num. 5. Papien. in
d. form. lib. quo agit. ex ſubſtit. in uerb. breuiloce,
num. 39. Ceph. d. conſ. 345. num. 6. vel non ha-
bere locum etiam ante quæſitum emolu-
192 mentum, † *ut Alcia. in d. l. ſi mihi, et Titio, num.*
21. Et poſſunt etiam intelligi, qui ſimplici-
ter tradiderunt, ceſſare ius accreſcendi, ſi em-
phyteuſis initio fuerit duobus, aut pluribus
conceſſa, *quos retulimus ſupra num. 164.* Nam,
193 † cum in contractibus ius accreſcendi ceſſet,
ut oſtendimus in hoc cap. q. 32. num. 10. & em-
194 phyteuſis ſit contractus † *l. 1. et l. 2. C. de iur.*
emph. §. adeo. Inſt. de loca. et cond. Conſequens
eſt, vt in ea ius accreſcendi locum habere ne-
queat. *Ita arguunt Bart. in d. l. ſi mihi, et Titio,*
num. 4. uerſ. Breuiter, et ibi Caſtr. num. 3. Dec.
d. conſ. 262. num. 1. Crott. in d. l. re coniuncti,
num. 140. Clar. in d. §. emphyteuſis, q. 39. num. 1.
Maximè, cum eadem in emphyteuſi ſubſit,
quæ & in aliis contractibus excluſionis ra-
tio, ſcilicet, quia etiam in ea ſtrictè facienda
eſt interpretatio, & imputandum eſt emphy-
teutæ, cur legem apertiùs non dixerit, *ſic un-*
dum ea, quæ diximus in eadem q. 32. num. 30.
Denique, cum in feudo nouo ceſſet ius ac-
creſcendi, *ut diximus in q. praeced. num. 60.*
Conſequens eſt, vt etiam in emphyteuſi
noua ceſſare debeat, cum à feudo ad emphy-
teuſim trahatur argumentum, *ut oſtendimus*
ſupra num. 1. et 2.

Neque huic ſententiæ obſtant contraria:
Ad primum enim reſpondeo, quod dicimus,
in contractibus vltro, citroque obligatorijs
locum habere ius accreſcendi, procedere,
195 † ſi alterius partis interſit, vt id habeat locũ.
Cœterùm, ſi non interſit, magis eſt, vt ius ac-
creſcendi ceſſet. *Ita reſpondent Alex. in d. l. ſi*
mihi et Titio, num. 11. uerſ. Suſtinendo, Gul. Ben.
in d. cap. Raynutius, in uerb. et uxorem nomine
Adelaſiam, num. 148. uerſ. 4. Crott. in d. l. re
coniuncti, num. 140. et ſeq. Cum igitur non
interſit concedentis, quoties emphyteuſis
fuit pro minimo canone conceſſa, ſcilicet,
quia tunc intereſt eius potiùs rem pro parte
recuperare, quam quid minimum ab emphy-
196 teuta ſuperſtite recipere, † *ut in propoſito con-*
ſiderant Alex. in d. l. ſi mihi, et Titio, nu. 11. uerſ.
ſuſtinendo, et num. 13. uerſ. poſſet pro concordia,
et ibi Iaſ num. 11. uerſ. ſecundus caſus, Zaz. nu.
5. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in uerb. et uxorẽ
nomine Adelaſiam, num. 148. uerſ ex quo dicit,
Gomez. dict. tom. 1. uaria. reſol. cap. 10. num. 5.
Conſequens eſt, vt ius accreſcendi locum
habere nequeat: Nec enim eſt canonis ha-
benda ratio, quia, cum ſit quid minimum,
habita ratione fructuum, qui ex re emphy-
teutica percipiuntur, & ſoluatur potiùs in re-
cognitionem dominij, quam loco fructuum,
non impedit, quin conceſſio dicatur facta ex
197 cauſa lucratiua, † *ut declarãt Zuccar. conſ. 50.*
num. 39. Zaz. in dict. l. ſi mihi, et Titio, num. 5.
Quamobrem ea non obſtante dicitur adhuc
198 gratia, & beneficium, † *ut ſcribunt Alex. in*
dict. l. ſi mihi, et Titio, nu. 13. uerſ. et ad hoc benè
faciunt, et Zuccar. d. conſ. 50. num. 37. uerſ. 2.
et fortius, et num. 40. et 41.

Ad ſecundum verò reſponſio patet ex ijs,
quæ ſupra diximus: Nec enim verum eſt, in
emphyteuſi ſemper intereſſe concedentis, vt
locum habeat ius accreſcendi, quia id ſolum
199 procedit, † quoties conceſſio fit ex cauſa
oneroſa, puta pro penſione correſpondente
fructibus, quo caſu intereſt eius potiùs inte-
gram ab emphyteuta penſionem recipere,
quam eam diuidere, & recuperando partem
rei cum eo incidere in communionem, *ut*
oſtendimus ſupra num. 170. Cœterùm, quo-
ties fit ex cauſa lucratiua, vt euenit, cum mi-
nima penſio eſt ſoluenda, tunc intereſt eius
potiùs rem pro parte recuperare, quam mini-
mam ab emphyteuta ſuperſtite penſionem
recipere, *ut diximus ſupra num. 196.*

Ad tertium reſpondeo, emphyteuſim eſſe
200 ſimilem venditioni, & locationi in eo, † qđ
continet vltro, citroque obligationem, *ut*
oſtendimus ſupra num. 184. ſed in eo differre,
quia in emptione, & locatione pretium, ſiue
merces, quæ præſtatur, reſpondet valori rei,
vel fructuum, quod ſecus eſt in emphyteuſi
ex lucratiua cauſa conceſſa; Quamobrem
in illis intereſt aduerſæ partis contractum in
totum ſuſtineri, in hac verò intereſt potiùs
pro parte reſolui, *ut ſupra dictum eſt.* Nil mi-
rum igitur, ſi in illis locum habeat ius accre-
ſcendi, in hac verò ceſſet.

Ad quartum denique reſpondeo, emphy-
201 teuſim tunc cenſeri indiuiduam, cum † pen-
ſio fructibus correſpondet, vt dicimus de lo-
catione, *ſicuti uidere eſt in hoc cap. q. 34. nu. 11.*
ſecus verò, cum eſt minima: Nam, quia in-
diuiduitas æſtimatur ex voluntate contra-
hentium, *ut patet ex ijs, quæ diximus in hoc cap.*
q. 33. num. 10. & in propoſito ceſſat voluntas
concedentis, ſaltem præſumptiuè, ſcilicet,
quia non eſt veriſimile, voluiſſe eum cum
magno ſuo intereſſe rem vnicuiq; inſolidum
concedere, ſed potiùs pro parte, ſecundum
naturam earum conceſſionum, quæ copula-
tiuè fiunt, & rẽ diuidũt in partes *l. reos. 11. §.*
cum tabulis, ff. de duob. reis, ideo fit, vt emphy-
teuſis non poſſit cenſeri indiuidua, & per
conſequentias, vt ius accreſcendi non reci-
piat; Quod adeo verum eſt, vt procedat.

Primo, ſiue emphyteuſis ſit ſecularis, ſeu
202 priuata, ſiue Eccleſiaſtica, † *ut ſcribunt Alcia.*
in d. l. ſi mihi, et Titio, num. 21. Ceph. d. conſil.
345. num. 22.

Secundo procedit, non ſolum, ſi conceſſio
facta ſit duobus extraneis, ſed etiam, ſi duo-
203 bus fratribus, † *ut ſcribunt Bald. in dict. l. un.*
§. in primo, num. 13. C. quand. non pet. part.

Zaz.

Zaz. in d. l. ſi mihi, & Titio, num. 5. Ceph. d. conſ. 345. num. 5. Craſ. in d. §. ius accreſcendi. q. 25. num. 1. Honded. d. conſ. 54. num. 17. & 22. vol. 1. Menoch. d. conſ. 632. num. 9.

Tertio procedit, non ſolum, ſi fuerint in-
ueſtiti ſeparatim, ſiue in diuerſis inueſtituris,
quo caſu res nullam dubitationem habet,
204 † *ut ſcribunt Bald. in d. l. unic. num. 27. uerſ. Ego
uero, C. quand. non pet. part. & Gabr. d. conſ. 70.
num. 8. in fin. uol. 2.* ſed etiam, ſi fuerint inue-
ſtiti ſimul, ſeu communiter, & coniunctim,
205 † *ut in ſpecie ſcribunt Clar. in d. §. emphyteuſis.
d. quæſt. 39. num. 2. & Burſat. d. conſ. 251. num.
6.* Nam coniunctio verbalis, aut mixta nihil
in emphyteuſi ad iuris accreſcēdi productio-
206 nem operatur, † *ut ſcribit Bald. in d. l. un. num.
27. uerſ. ego uero C. quand. non pet. par. & in d. l.
un. § in primo, num. 13. C. de cad. toll.* Quamob-
rem, & ſi in inueſtitura fuerit appoſita dictio,
ſimul, vel alia ſimilis, puta, quia dictum ſit,
inueſtio Titiū, ſimul, vel vnà cum Sēpronio,
non tamē inter eos locum habebit ius accre-
207 ſcendi, † *ut ſcribunt Burſat. d. conſ. 251. num. 6.*
208 *& Coſta de port. rat. d. q. 49. num. 2.* quia † illa
dictio, ſimul, vel, vnà nihil aliud operatur,
quam nudam vocatorum coniunctionem, &
ſimultaneam vocationem, *ut oſtendimus in
quinto cap. q. 16. num. 9. & q. 26. nu. 149. & ſeqq.*
quæ vt dictum eſt, ad inducendum ius ac-
creſcendi cenſetur inutilis.

Planè hæc ita videntur accipienda, vt pro-
cedant, quoties conceſſio fuit initio facta
duobus, aut pluribus. Cœterùm, quoties fuit
facta vni tantum recipienti pro ſe, & fratre
abſente, ſi in perſona fratris non conſiſtat,
vel effectum non habeat, vt, quia non rati-
ficet conceſſionem, verius, & receptius eſt, to-
tam emphiteuſim in perſona recipientis ſu-
ſtineri, & ita partem, quæ fratri non acquiri-
209 tur, fratri accreſcere, † *ex regula l. ſi abſentis. 4.
C. ſi cert. pet. Ita ſcripſerunt Bald. in d. l. un. num.
29. C. quand. non pet. part. Alex. in d. l. ſi mihi, &
Titio, num. 14. uerſ. ideo ſi in caſu, & ibi Iaſ. nu.
11. uerſ. & iſto modo, Zaz. num. 5. uerſ. ſed, quid,
Alcia. num. 21. uerſ. Poſtremus, Alex. conſil. 22.
210 num. 2. & d. conſ. 24. num. 5. uol. 5.* quia, † cum
tota conceſſio conferatur in recipientē, & in
eius perſona fundetur. Conſequens eſt, vt, li-
cet inutiliter fiat adiectio fratris, non tamen
debeat pro parte vitiare conceſſionem, *ut
conſiderat Bald. in d. l. un. num. 29. C. quand. non
pet. part.* Quamobrem, &, ſi maritus recipiat
emphyteuſim pro ſe, & vxore, & ea non ra-
tificet acquiſitionem, tota emphyteuſis ad
211 maritum pertinebit. † *Ita ſcribunt Bald. in d.
Auth. ſi quas ruinas, num. 7. uerſ. Nunc reuertor.
C. de ſacr. Eccl. Caſtr. in d. l. ſi mihi, & Titio, nu.
3. uerſ. Baldus autem.*

Sed hoc ita intelligendum eſt, vt pars cen-
ſeatur accreſcere cum ijs conditionibus, &
qualitatibus, quibus ea futura fuiſſet apud fra
212 trem, ſi eam quæſiuiſſet, † *ſecundum regulam
l. fundum mihi, cum uenderes. 7. ff. de actio. emp.
Ita in ſpecie declarant Bart. in l. ſi quis uſumfru-
ctum. 29. num. 3. ff. de uſufr. lega. & Alex. d. conſ.
22. num. 2. & d. conſ. 24. num. 5. uol. 5. Tametſi
contrarium cenſuerit Alcia. in d. l. ſi mihi, & Ti-
tio, num. 21. uerſ. Poſtremus.* Quamobrem mor
tuo fratre ſine liberis, aut eius linea extincta
cenſebitur pro ea parte finita emphyteuſis,
non obſtante, quod ſuperſint adhuc aliqui
de linea recipientis, eaque ratione pars illa
213 ad dominum reuertetur. † *Ita ſcribunt Alex. in
d. l. ſi mihi, & Titio, num. 14. uerſ. ſiuietur, & ibi
Iaſ. num. 11. uerſ. & iſto modo, Alex. d. conſ. 24.
num. 4. & 5. uol. 5.* Et hæc de emphyteuſi, &
ſic de ijs contractibus, in quibus duo, vel plu-
res coniunguntur ab homine.

SVMMARIVM.

1 *Coniuncti coniunctione mixta, quando dicantur condomini in ſtipulatione ſerui communis.*

2 *Ius accreſcendi non habet locum inter condominos, quibus ſeruus communis ſtipulatus eſt, ſi in omnium perſonis initio ualeat ſtipulatio, & cur, num. 3.*

4 *Seruus communis, ſi ab extraneo ſtipuletur rem, cuius alter ex dominis eſt incapax, tota acquiritur capaci, & cur, num. 5.*

6 *Portio domini incapacis, quam ſeruus inutiliter ei ſtipulatur, acquiritur domino capaci, per ius accreſcendi, ſeu non decreſcendi, Sed contra nu. 7. & cur, num. 8.*

9 *Obligare ſibi ipſi nemo poteſt.*

10 *Declaratur l. 1. §. cōmunis ſeruus. ff. de ſtip. ſeru. & num. ſeqq.*

11 *Declaratur l. proinde. 7. §. ſi ſeruus. ff. de ſtip. ſeruo. & num. ſeqq.*

12 *Seruus communis, ſi ab uno ex condominis rem ſtipuletur, & per traditionem accipiat, eam alteri condomino totaliter acquirit, ſi uero res non fuerit ei tradita, eam non acquirit, niſi pro parte dominica, num. 13. & cur, nu. 14.*

15 *Seruo communi, quod ab uno ex condominis relinquitur, totum indiſtincte condomino acquiritur.*

An, &, quando ius accreſcendi locum habeat in ſeruorum ſtipulationibus.

Quæſto Trigeſimanona.

NVNC videamus de ijs contracti-
bus, in quibus duo, vel plures à lege
coniunguntur, prout euenit, cum
ſeruus communis duorum, aut plu-
rium ſtipulatur, quo caſu, quia à pſona vnius
peruenitur ad plures, nempè à perſona ſerui
ad plures dominos, ideo dicuntur illi cōiun-
cti coniunctione legis, *ut ex frequentiori dd.
opinione diximus in quinto cap. q. 27. num. 6. &
7.* & diſpiciamus, an, & quando in ijs locum
habeat ius accreſcēdi. Conſtat autem in hac
re tres potiſſimum ſolere à noſtris diſtingui
caſus, quorum.

Primus eſt, quando ſeruus communis ſti-
pulatur ab extraneo rem, cuius omnes con-
domini ſunt capaces, & ita ſtipulatio in om-
nium perſonis initio conſiſtit, ſiue facta ſit
ſimpliciter, quo caſu condomini dicuntur cō
iuncti ſola coniunctione legis, ſiue facta ſit
nominatim omnibus, quo caſu cenſentur cō
1 iuncti coniunctione mixta, † ſcilicet, quia, &
ab homine, nempè ſeruo coniuncti ſunt, &

a lege, quæ vult, ex illorum perſonis ſtipula-
tionem valere, & eis pro portione dominica
acquiri, perinde, ac, ſi ab ipſis facta fuiſſet,
ut declarant Bart. in l. proinde. 7. §. interdum,
num. 1. ff. de ſtip. ſeruo & Alcia in l. ſi mihi, & Ti-
tio. 110. in prin. num. 61. uerſ. Alter ff. de uerbor.
obligat. Et tunc, ſi ex ijs vnus deficiat, puta re-
pudiet, cenſent omnes eius partem alijs non
2 accreſcere, † *uti uidere eſt apud Bart. in d. l. re*
coniuncti, num. 67. & ibi Crott. num. 145. uerſ.
Item quærit, Bart. in d. l. proinde. 7. §. interdum,
num. 1. ff. de ſtip. ſeruo. Rub. in l. pater filium. 14.
3 *num. 186. ff. de inoffi. teſt.* quia, † cum inter eos
locum non habeat ius accreſcendi in vltimis
voluntatibus. *l. & Proculo. 20. de leg. ſecundo, &*
nos diximus in quinto cap. q. 40. num. 27. & ſeqq.
Conſequens eſt, vt multo minus locum ha-
bere debeat in cõtractibus, vtpotè, in quibus
difficiliùs, quam in vltimis voluntatibus ius
accreſcendi recipitur, *ut oſtendimus in hoc cap.*
quæſt. 32. num. 28. & ſeqq. Et in propoſito con
ſiderat Bart. in d. l. re coniuncti, nu. 67.

Secundus verò caſus eſt, quando ſeruus
communis, vel ſimpliciter, vel nominatim
ſtipulatur ab extraneo rem, cuius alter ex do
minis eſt incapax, & ita ſtipulatio in illius
perſona initio non conſiſtit, Et tunc non de
eo dubitari poteſt, an tota res acquiratur ca-
4 paci, quia hoc caret dubio, † *l. proindè. 7. §. ult.*
cum 2. ll. ſeqq. ff. de ſtip. ſeru §. ult. Inſt. eod. l. ſi ſer-
uus communis. 12. ff. de auth tuto. l. qui bona fide
5 *23. §. ult. ff. de acq. rer. dom.* cum † ſeruus com-
munis duorum, aut plurium perſonam ſuſti-
neat, eiuſque conditionis ſit, vt, quod vni ex
dominis acquirere poteſt, alteri verò non po-
teſt, perindè habeatur, ac, ſi eius ſolius eſſet,
cui poteſt acquirere. *l. 1. §. communis ſeruus. ff.*
de ſtip. ſeru. ideoque ei, quaſi ſoli domino to-
tum acquirat, *ut patet ex locis ſupra allegatis,*
& ſcribunt etiam Bart. in d. l. proindè. 7. §. inter-
dum, & ibi Imol. ff. de ſtip. ſeruo. Ang. in l. ſeruus
communis. 5. ff. eod. Io. Gaud. in d. l. re coniuncti,
num. 55. uerſ. quod ſecus, Anto. Fum. de coniuct.
cap. 21. num. 4. Peralt. in d. l. & Proculo. 20. num.
14. ff. de leg. 2. & nos etiam diximus in eodẽ quin-
to cap. q. 40. nu. 14. Sed dubitari poteſt, an pro
ea parte, quæ debuiſſet ad incapacem perti-
nere, capaci acquiratur iure accreſcendi, vel
non decreſcendi, an verò alio iure: Et noſtri
quidem paſſim cenſent, acquiri iure accreſcẽ
6 di, ſeu non decreſcendi, † *uti uidere eſt apud*
Bart. in d. l. re coniuncti, num. 67. & 68. & ibi
Crott, num. 145. uerſ. Item quærit, Alcia. nu. 61.
uerſ. Alter, Bart. in d. l. proinde. 7. §. interdum,
num. 1. ff. de ſtip. ſeru. Ang. in d. l. ſi mihi, & Ti-
tio, num. 1. & ibi Imol. num. 1. Ang. in d. l. ſeruus
cõmunis. 5. ff. de ſtip. ſeru. Peralt. in d. l. & Procu-
lo 20. num. 14. ff. de leg. ſecundo. Sed eſt verius,
acquiri iure poteſtatis, ſeu dominij, & ſic iure
proprio, non verò iure accreſcendi, aut non
7 decreſcendi, † *ut diximus in eodem quinto cap.*
8 *q. 40. num. 13.* Nam, † quemadmodum, ſi ſo-
lus eſſet dominus, res illi proprio iure quære-
retur, ita etiam proprio iure quæri debet, ſi
ſolus capax ſit, ſcilicet, quia pro ſolo domi-
no habetur, *ut ſupra dictum eſt.* Quamobrem,
& ſtipulatio ex ipſius tantum perſona ſuſti-
netur. *d. l. 1. §. communis ſeruus. ff. de ſtip. ſeruo.*

Tertius denique caſus eſt, quando ſeruus
communis, non ab extraneo, ſed ab vno ex
condominis ſtipulatur, quo caſu pro rata do-
minij illius non conſiſtit initio ſtipulatio, cũ
9 nemo ſibi ipſi obligari poſſit † *l. cum filiofam.*
11. ff. de leg. primo. Et tunc, ſi quæratur, an illius
pars condomino accreſcat, ita, vt tota ſtipu-
latio cenſeatur ei quæſita, conſtat, rem eſſe
valdè dubiam, ideo, quia videntur in hac re
veteres prudentes diſſentiſſe: Nam totam rẽ
10 condomino acquiri, ſcripſit Iulianus † *in l. 1.*
§. communis ſeruus, ff. de ſtip. ſer. Contra verò
non acquiri, niſi pro dominica portione, cen
11 ſuit Vlpianus † *in d. l. proindè. 7. §. ſi ſeruus. ff.*
eod. Imo, & idemmet Iulianus *in l. per ſeruum*
37. §. 1. ff. de acq. rer. dom.

Huius diſſidij tollendi gratia noſtri com-
12 muniter diſtinguunt, † Aut dominus, qui pro-
miſit, proceſſit ad traditionem, Et tota res
cenſebitur alteri acquiſita, *ſecundum l. 1. §. cõ-*
munis ſeruus, quæ in his terminis procedit. Aut
verò non proceſſit ad traditionem, ſed ſtetit
in ſimplicibus terminis promiſſionis, Et tunc
non, niſi pro dominica portione condomi-
13 no acquiretur, † *ſecundum d. l. proindè. 7. §. ſi*
ſeruus, quæ ita debet intelligi. Ita diſtinguunt
Bart. in d. l. re coniuncti, num. 67. & ibi Crott,
num. 145. verſ. Item quærit, Alcia. num 61. verſic.
Alter, Bart. in d. l. proinde. 7. §. 1. ff. de ſtip. ſeru. &
in l. Plautius. 49. in prin. ff. ad leg. Falc. Alcia. in
d. l. ſi mihi, & Titio, num. 9. Tametſi Rip. in d. l. re
coniuncti, num. 231, diſſenſerit.

Cuius diuerſitatis hanc afferunt rationem,
14 quia, † cum dominus rem nondum tradidit,
ſed eam adhuc habet, poteſt iure retentionis
ſibi proſpicere, & cõdominum agentem ope
exceptionis repellere, *ut declarant Bart. in d. l.*
proindè. 7. §. 1. Imol. in l. huiuſmodi. 86. §. ſi Ti-
tio, & Moeuio, verſ. in glo. pars, Alex. in d. l. ſi
mihi, & Titio, num. 6. Alcia. in d. l. re coniun-
cti, num. 61. verſ. Alter, ſcilicet, quia, qui iure
retentionis admittitur ad partem, facit par-
tem *d. l. huiuſmodi. 86. §. ſi Titio, & Moeuio, ſe-*
cundum communem intellectum, quem referemus
in 7. cap. q. 38. vbi tamen de illius veritate latè diſ-
ſeremus. At hæc ratio ceſſat in eo, qui iam
proceſſit ad traditionem, quippe, qui non
poteſt retinere, quod amplius non habet,
ideoque nil mirum, ſi ſocio partem non fa-
ciat, tanquam is, qui nullo iure admitti-
tur ad partem, *ſecundum regulam, quam refe-*
remus in eodem ſeptimo cap. q. 36. num. 5. Quam-
obrem in hoc caſu ſtandum erit regulæ, quæ
vult, ſeruum communem ei tantum acqui-
rere, cui poteſt *d. l. 1. §. communis ſeruus, & l.*
item, ſi ſeruus. 9. in prin. ff. de ſtip. ſeru. Et in
propoſito conſiderat Bart. in d. l. proindè. 7. §. 1.
ff. eod.

Planè hoc ita cenſent accipiẽdum, vt pro-
cedat in contractibus: nam in vltimis volũ-
tatibus, verius eſſe tradunt, indiſtinctè proce-
15 dere regulam ſupradictam, † *ut patet ex ijs,*
quæ diximus in quinto cap. q. 40. num. 11. Ita
declarant gl. in d. l. proinde. 7. §. 1. in verb. ex qua,
& ibi Bart. ff. de ſtip. ſeru. Imol. in d. l. huiuſmodi
86. §. ſi Titio, & Moeuio, verſ. in gl. pars. ff. de
leg. primo. Et hæc de ijs viuentium caſus, quæ
ſunt perſonales,

S V M M A R I V M.

1 *Ius accreſcendi non habet locum in dominio quæ-*
ſito inter viuos, & cur, nu. 2. & 3.

4 Socius

4 *Socius, qui rem habet cum alio communem, poteſt partem ſuam habere pro derelicto.*
5 *Pars, quam vnus ex ſocijs habet pro derelicto, non accreſcit alij, ſed acquiritur occupanti, & cur, num. 7. & ſeqq. Declara, vt nu. 22.*
8 *Dominus ſi rem habeat pro derelicta, ſtatim eius eſſe deſinit.*
9 *Occupantis ſtatim fit, quod habetur pro derelicto.*
10 *Res, quam dominus habet pro derelicta, licet ſtatim eius eſſe deſinat, non tamen alij acquiritur prius, quam ſciat, eam habitam eſſe pro derelicta, & poſſeſſionem eius apprehendat.*
11 *Pars ſerui communis, quem vnus ex ſocijs manumittebat, olim accreſcebat ſocio, & cur, nu. 12, & ſeqq. Sed hodie contra nu. 25.*
13 *Liber eſſe pro parte, & pro parte ſeruus nemo poteſt.*
14 *Declaratur l. vlt. ff. quib. ad lib. procl. non lic. & num. ſeq.*
18 *Declaratur l. 2. C. de comm. ſeru. man. & num. ſeq.*
20 *Donationis genus quoddam eſt, rem habere pro derelicto, & cur, num. 21.*
23 *Miles, ſi ſeruum communem manumittat, pars eius ſocio non accreſcit, etiam inſpecto iure vetere.*
24 *Seruus ab vno ex ſocijs manumiſſus, quibus caſibus ſoluto pretio pro parte alterius ſocij, in totum fieret liber.*

An, & quando ius accreſcendi locum habeat in dominio.

Quæſtio Quadrageſima.

TRANSEAMVS nunc ad eas viuentium cauſas, quæ ſunt reales, & diſpiciamus, an in ijs locum habeat ius accreſcendi. Harum autem varia poſſunt exempla afferri.

Primum in dominio rerum, quod haud dubiè reale eſt, ſcilicet, quia, qui dominium habet, in re ius habere intelligitur. In dominio autem, quod inter viuos acquiſitum eſt, conſtat non habere locum ius accre-
1 ſcendi; † Hoc enim eſt, quod ſentiunt noſtri communiter, dum aiunt, eſſe ſpeciale in vſufructu, vt admittat ius accreſcendi, licet inter viuos ſit acquiſitus, *vti videre eſt apud eos, quos referemus in hoc cap. q. 43. num. 1. & ſeqq.* Significant enim aliud eſſe in dominio, ſiue proprietate, quod *etiam explicitè ſcripſit Ang. in l. aquam. 16. num. 1. ff. quemad. ſeru. am.* & duplici ratione probatur, vna, quia
2 † tractatur de cauſa viuentium, in qua regulariter ius accreſcendi ceſſat, *vt diximus in hoc capit. q. 32. num. 81.* Altera verò, quia
3 † ſupponimus, dominium eſſe quæſitum, quo caſu ius accreſcendi locum habere nequit, etiamſi tractaretur de vltima voluntate, *l. 1. §. interdum ff. de vſufr. accr. & nos latè dicemus in 7. cap. q. 59. num. 19.*

Hinc infertur, ſi ex duobus ſocijs, qui rem habent communem, vnus partem ſuam habeat pro derelicto (quod cum facere poſſe
4 † non ambigitur *l. an pars. 3. & ibi Cuiac. in 6. lib. differ. Modeſtini ff. pro derel.*) partem illam non ſocio accreſcere, ſed ad eum pertinere, qui ſciens habitam pro derelicta pri-
5 mus eam apprehenderit † *ſecundum regulam, quam referemus infra num. 9. Tametſi contrarium cenſuerit Hoto. Ill. quæſtio. 44.* Itaque, ſi ſocius ipſe ſit occupator, non cenſebitur eam habere iure accreſcendi, ſed iure occupatio-
6 nis, † Quod patet ex multis, & primo ex eo,
7 quia † ad hoc, vt ei pars illa acquiratur, debet ſcire, fuiſſe eam à ſocio habitam pro derelicta *l. 2. ff. pro derel.* & præterea debet declarare, aut verbo, aut facto, ſe velle eam acquirere; Licet enim id, quod quis habet pro
8 derelicto, ſtatim eius eſſe deſinat † *l. 1. ff. pro derel. l. falſus. 43. §. qui alienum, verſ. quod, ſi dominus ff. de furt. l. quemadmodum. 38. §. 1. ff. de noxal. §. qua ratione, verſ. pro derelicto Inſt. de*
9 *rer. diu.* ſtatimque fiat occupantis, † *d. l. 1. & l. ſi id, quod 5. §. 1. ff. pro derel. d. §. qua ratione, Inſt. de rer. diu.* non tamen huic antea acquiritur, quam ſciens habitum pro derelicto poſſeſſionem eius apprehenderit, & ſic declara-
10 uerit, ſe velle id habere, † *l. 2. §. 1. ff. pro derel.* quæ ſcientia, & declaratio non eſſet neceſſaria, ſi acquiſitio fieret per ius accreſcendi, ſcilicet, quia per hoc ius portio acquiritur ipſo iure, etiam ignoranti *l. vn. § his ita definitis C. de cad. toll. l. 2. §. ſi duo ff. de bon. poſſ. ſec. tab. l. heredi. 31. ff. de acq. hered. & nos dicemus in 8. cap. q. 1. num. 13.* Denique, ſi per ius accreſcēdi ad ſocium pertineret, non poſſet ab alio occupari, quia, quod vni acquiſitum eſt, alteri acquiri ſine illius voluntate nequit *l. id, quod noſtrum. 11. ff. de reg. iur.* & tamen certū eſt, poſſe illam partē ab alio occupari priùs, quam ſocius, aut habitam pro derelicta ſciat, aut voluntatem ſuam declaret *d. l. 2. in prin. & § 1. ff. pro derel.*

Secundum exemplum afferri poteſt in dominio perſonarum, ſeu (quod idem eſt) in dominica poteſtate *l. poteſtatis 215. ff de verb. ſign.* Nam & ipſa realis eſt, ſcilicet, quia dominus in ſeruo ius habere intelligitur.

In hac autem erat olim locus iuri accreſcendi, quoties ex duobus eiuſdem ſerui condominis vnus ſeruum manumittebat, alter verò manumittere nolebat: nam pars manumittentis alteri condomino accreſcebat
11 † *l. 1. in fi. & l. 2. C. de comm. ſeru. manu. §. vlt. Inſt. de donat. Vlp. tit. 1. Inſt. §. communem, Paul. lib. 4. ſent. tit. 12. in priu. & ibi Cuiac. Ant. Cont. lib. 1. diſpu. iur. ciuil cap. 12. verſ. Quintus, Cuiac. in not. ad Paul. lib. 3. ſent. tit. 6. §. communi, Hoto. lib. 8. obſ. cap. 17. & d. Ill. q. 44.* Nec enim manumiſſio ab vno tantum ex ſocijs facta, poterat ſeruo, aut in totum, aut pro
12 parte libertatem tribuere, † non in totum, quia ſocius, qui pro parte tantum dominium habet, non potuit manumittendo priuare ſocium iure ſuo; Nec pro parte, quia libertas eſt indiuidua, ideoq; non poteſt quis eſſe pro
13 parte liber, & pro parte ſeruus † *l. ſi pariter. 9 in fi. & l. duobus. 30. verſ. & ſanè. ff. de liber. cauſ. Et in his terminis conſiderat Hoto. d. lib. 8. obſ. cap. 17.* Qua ratione factum eſt, vt, ſi liber homo paſſus ſit, ſe vendi duobus, quorum alter ſciat eius conditionem, alter verò ignoret, venditio, non pro parte, ſed in totum ſuſti-
14 neatur in perſona ignorantis † *l. vlt. ff. quib.*
ad

25 *ad lib. procl. non lic.* Et hoc ideò, quia † non
poteſt pro parte eſſe liber, & pro parte ſeruus.
Ita ſcribunt Alex. in d. l. ſi mihi, & Titio. 110. *in
prin. num.* 10. *verſ.* 9. *& ibi Iaſ. num.* 5. *verſ. Pro
iſta ff. de verb. oblig. Gul. Ben. in d. cap. Raynu-
tius, in verb. & vxorem nomine Adelaſiam num.*
149. *verſ* 8. *fallit.* Ideo autem inutiliter data
libertate pars ſerui ſocio accreſcebat, quia,
16 † qui ſcit, manumiſſionem pro parte fieri
non poſſe, et nihilominus manumittit, vide-
tur partem ſuam ſocio donare, *ſecundum
Hoto. d lib.* 8. *obſ cap.* 17. *& d. Ill. q.* 44. *& in d.
§. vlt. in.* 1. *Inſt. de donat.* eaque ratione factum
eſt, vt de hoc genere accretionis tractarint
Inſtitutionum compilatores ſub titulo, de
donationibus, ſcilicet, quia talis manumiſſio
continet ſpeciem quandam donationis. Sed
17 alij malunt, rationem eſſe, quia † ſocius, qui
ſeruũ manumittit, videtur, eum habere pro
derelicto, ideoque pars eius ſocio occupanti
conceditur. Quæ ſententia videtur illis ver-
18 bis, † quæ *in l.* 2. *C. de comm. ſeru. man.* legun-
tur, comprobari, *vt ſit manifeſtum, a ſuo patri-
monio penitus eſſe eum alienatum.* Sed hæc ad
effectũ, non ad mentẽ manumittentis referũ-
19 tur. Nõ enim ſignificant, † ſocium omnimo-
do voluiſſe ſeruum à ſuo patrimonio aliena-
re, ſed manumittendo effeciſſe, vt ſit à ſuo
patrimonio alienatus, ſcilicet, quia non ma-
net eius, ſed ſocio accreſcit. Denique noo
differt hæc poſterior ſententia à priore, quia
habitio pro derelicto eſt genus quoddam do
20 nationis † *l. quod ſeruus.* 36. *in prin. ff. de ſtipu.
ſeruo.* cum is, qui rem habet pro derelicto, ſi-
mul intelligatur velle, eam fieri alicuius
21 † *l. ſi id, quod.* 5. *§.* 1. *ff. pro derel.* ideſt eius, qui
primus eam occuparit, *ſecundum ea, quæ dixi-
mus ſupra num.* 9. & ſic ei donare.

At, dices, ſi ſeruus pro derelicto cenſetur
habitus, neceſſaria ad acquiſitionem fuit al-
terius occupatio, ſeu voluntatis declaratio,
ex ijs, quæ diximus ſupra num. 7. *&* 10. Sed hoc
22 verum eſt † in diuiduis. Cœterùm in indi-
uiduis, cuiuſmodi eſt libertas, magis eſt, vt
talis occupatio non ſit neceſſaria, quia alio-
quin pars deberet eſſe in ſuſpenſo, quod in
propoſito eſſe non poteſt, ob ea, quæ ſupra
de libertate diximus.

Sed hæc olim in paganis obtinebant. At
in militibus reſpuebant veteres ius accre-
23 ſcendi, † quia, ſimiles habens ſeruum cum
alio communem, eum manumiſiſſet, non
accreſcebat eius portio ſocio non manumit-
tendi, ſed cogebatur ſocius partem ſuam iu-
ſto pretio vendere, vt in totum ſeruus liber-
tatem conſequi poſſet *l.* 1. *C. de comm. ſeru.
man.*

Verùm, cum hoc etiam in alijs caſibus
admittendum plerique prudentes cenſuiſ-
24 ſent, † *vti videre eſt in l. ſi communis ſeruus.* 18.
in prin. ff. de vulg. l. domino 16. *ff. ad Syllan. l.
duobus.* 30. *in fin. ff. de liber. cau.* ideo Iuſti-
nianus, vt libertati (cuius cauſa fauorabilis
eſt) & manumittentis liberalitati faueret,
hoc ius ad omnes produxit, & conſtituit, vt, ſi
communi ſeruo libertas, vel expreſſim, vel
tacitè detur ab vno ex ſocijs, pars manumit-
tentis non accreſcat amplius ſocio, ſed ei
ſoluatur pretium ſuæ partis, ſecundum taxã
à ſe pro qualitate ſerui definitam, & hoc mo-
25 do ſeruus in totum liber fiat † *d. l.* 1. *§. fin &
l.* 2. *in fi. C. de comm. ſeru. man. & d. §. vlt. Inſt.
de donat.* Itaque quod erat in militibus ſin-
gulare, & à prudentibus vix ad certos, & ſpe-
ciales caſus trahebatur, factum eſt Iuſtinia-
ni conſtitutione ius commune.

S V M M A R I V M.

1 *Ius accreſcendi non habet locum in poſſeſſione, & cur, num.* 2. *& ſeqq.*
3 *Ius accreſcendi non habet locum in ijs, quæ ſunt facti.*
4 *Poſſeſſio eſt facti*
6 *Poſſeſſio nemini acquiritur ipſo iure*
7 *Dominium rerum hereditariarum ſtatim atque adita eſt hereditas, tranſit in heredem*
8 *Poſſeſſio non tranſit in heredem, niſi fuerit apprehenſa, & cur nu.* 9.
10 *Furtum non fit rei hereditariæ, & cur, num.* 11.
12 *Dominium rerum hereditariarum tranſit in bonorum poſſeſſorem ſtatim, atque agnouit bonorum poſſeſſionem*
13 *Poſſeſſio non tranſit in bonorum poſſeſſorem, niſi eam corporaliter apprehendat.*
14 *Fideicommiſſi reſtitutio poteſt fieri etiam verbo.*
15 *Fideicommiſſarius vniuerſalis reſtituta hereditate verbo conſequitur dominum rerum hereditariarum, ſed non poſſeſſionem, niſi eam corporaliter apprehenderit.*
16 *Dominium rei legatæ tranſit ipſo iure in legatarium.*
17 *Legata acquiruntur etiam ignorantibus.*
18 *Poſſeſſio non tranſit in legatarium, niſi fuerit apprehenſa.*
20 *Poſſeſſio non acquiritur, niſi animo, & corpore.*
21 *Ius accreſcendi eſt modus acquiſitionis ciuilis, non naturalis.*

An ius accreſcendi locum habeat in poſſeſſione.

Quæſtio Quadrageſimaprima.

TErtium exemplum afferri poteſt in poſſeſſione, quæ & ipſa realis eſt: Nam, &, qui poſſeſſionem habet, in re ius habere intelligitur, ius, inquam, poſſeſſionis, *vt dicitur in l. peregrè.* 44. *in prin. ff. de acq. poſſ.* non rei, ſiue proprietatis, aut dominij, quippè, quod nihil habet cum poſſeſſione commune *l. naturaliter* 12. *§. nihil commune. ff. eod.*

In hac autem certum eſt, regulariter non
1 habere locum ius accreſcendi, † adeo, vt, etiã-
ſi ſimus in caſibus, in quibus pars ſocij accre-
ſcit reſpectu dominij, non tamen cenſeri poſ-
ſit reſpectu poſſeſſionis accreuiſſe, *vt oſtende-
mus in* 8. *cap. q.* 1. *num.* 41. *& ſeqq.* Quod etiam
hiſce probatur argumentis, &
2 Primo, quia † in ijs, quæ ſunt facti, regula-
3 riter ius accreſcendi ceſſat. † *vt ſcribit Pe-
regr. conſ.* 59. *num.* 12. *volum.* 1. Quamobrem
nec locum habet in mortis cauſa capione. *l.
pen. §.* 1. *ff. de condit. & demonſtr. & nos diximus
in hoc cap. q.* 24. *num.* 9. quæ dicitur eſſe facti. *l.*

qui

qui hæredi 44. in prin. ff. eod. & diximus ibi, nu.
13. Nec in commoditate vtendi fruendi, *vt*
oſtendimus in hoc eodem cap. q. 20. num. 37. quæ,
& ipſa dicitur, in facto potiùs, quam in iure
conſiſtere, *vt oſtendimus ibi, num. 38.* Sed poſ-
4 ſeſſio eſt facti † *l. 1. §. adipiſcimur, & §. ſi vir*
vxori. ff. de acquir. poſſeſſ. l. denique 19. ff. ex quib.
cauſ. maio. l. 1. §. Scœuola. ff. ſi is, qui teſt. lib. eſſ.
iuſ. fuer. l. bona fidei. 48. §. in contrarium. ff. de
acq. rer. dom. Ergo in ea non poterit habere lo-
cum ius accreſcendi.

5 Secundo probatur, quia, † ſi in ea locum
haberet ius accreſcendi, vtique acquireretur
ipſo iure, etiam ignorantibus, *vt patet ex ijs,*
quæ diximus in 8. cap. q. 1. num. 1. & 13. & q. 2.
num. 5. & q. 3. num. 1. Atqui ipſo iure nemini
6 poſſeſſio acquiritur, † adeo, vt, etiāſi domi-
nium ex aliqua cauſa competat ipſo iure, nō
tamen ipſo iure competat poſſeſſio, niſi fue-
rit apprehenſa, vt ecce, adita hæreditate ſta-
tim, & ipſo iure in nos tranſit dominium om-
7 nium rerum hæreditariarum † *l. ſi ager. 51. ff.*
de rei vind. l. hæres. 37. ff. de acq. hæred. ſed poſ-
ſeſſio earundem rerum non tranſit, niſi cor-
8 poraliter à nobis fuerit apprehenſa † *l. cum*
hæredes 23. in prin. & l. qui vniuerſas. 30. §. quod
per colonum. ff. de acq. poſſ. d. l. ſi ager. 51. & ibi gl.
9 *in verb. rectè agit. ff. de rei vind.* quia † hæredi-
tas ea tantum transfert in hæredem, quæ ſunt
hæreditatis *d. l. 1. §. Scœuola ff. ſi is, qui teſt. lib.*
eſſ. iuſſ. fuer. cuiuſmodi non eſt poſſeſſio, ſcili-
cet, quia, cum ſit res facti, & animi, Conſe-
quens eſt, vt eam hæreditas non habeat, *d. §.*
Scœuola. Qua ratione dicimus, hæreditariæ
10 rei furtum non fieri † *l. hæreditariæ. 70. ff. de*
furt. l. 2. in fin. ff. de crim. expil. hæred. l. ſi ſeruus
11 *legatus. 40. ff. de noxal.* quia † furtum non fit,
niſi earum rerum, quæ ab aliquo poſſidentur,
cum alioquin res hæreditaria non poſſidea-
tur *d. § Scœuola.* Et ſimili modo agnita bo-
norum poſſeſſione tranſit in nos dominium
12 omnium rerum, quæ in ijs bonis ſunt † *l. 1. ff.*
de bon. poſſ. Poſſeſſio autem, niſi fuerit appre-
13 henſa in nos non tranſit, † *vt declarat gl. in d. l.*
ſi ager 51. in verb. rectè agit. ff. de rei ven. Quod
etiam dicitur de fideicommiſſario vniuerſa-
li: Nam reſtituta hæreditate, etiam verbo
14 tantum † *ſecundum l. reſtituta. 37. in prin. verſ.*
ſed, & ſi verbo, & l. poſtulante. 44. §. ſed & in
huiuſmodi, verſ. deſidero ff. ad Treb. tranſit qui-
dem in fideicommiſſarium dominium om-
nium rerum hæreditariarum, ſed poſſeſſio nō
trāſfertur niſi eam fideicommiſſarius appre-
15 hendent † *l. facta 63. in prin. & ibi glo. in verb.*
poſſeſſionem ff. eod. gl. in d. l. ſi ager. 51. in verb. re-
ctè agit ff. de rei vind. Denique rei legatæ do-
minium tranſit quidem ipſo iure in legata-
16 riū † *l. ſeruum filij 46. §. 1. l. ſeruo legato. 72 in*
prin. & l. ſi tibi homo 88. §. cum ſeruus ff. de leg.
primo. l. legatum 82 ff. de leg. ſecundo. l. a Titio. 66.
ff. de furt. etiamſi ignoret, rem ſibi fuiſſe lega-
17 tam † *l. cum pater 79. § ſurdo ff. de leg. ſecundo. l.*
qui in domini. 14. & l. filius fam. 16. ff. de teſta. l. ſi
partem. 19 § ſi per fundum, & ibi glo. in verb.
cooperat. ff. quand ſeru. amit. ſed poſſeſſio non
tranſit, niſi corporaliter eam apprehenderit
18 † *d. l. ſi partem. 19. § ſi per fundum, & ibi gl. in*
verb. cooperat, & gl in d. l. ſi ager 51. in verb. re-
ctè agit ff. de rei vind. Non poteſt igitur in poſ-
ſeſſione locum habere ius accreſcendi.

19 Tertio probatur, quia † poſſeſſio, tamquam
naturalis, & iuris gentium *l. 1. in prin. ff. de*
acqui. poſſeſſ. naturalibus, non etiam ciuilibus
modis acquiri poteſt. Quamobrem dicimus,
eam non acquiri, niſi animo, & corpore
20 † *l. 3. §. 1. §. Neratius, & §. in amittenda, verſ.*
Igitur, & l. quemadmodum. 8. ff. de acq. poſſ. l. ſi-
rè quibuſcunque 153. verſ. ut igitur ff. de reg. iur.
Sed ius accreſcendi eſt modus acquiſitionis
21 ciuilis, nō naturalis † *§. vlt. Inſt. de donat. &*
patet ex ijs quæ diximus in 2. cap. in prin. num.
2. & ſeqq. Ergo poſſeſſio non poterit per ius
accreſcendi acquiri.

SVMMARIVM.

1 *Seruitus, ſi duobus fuerit conceſſa, & in perſona*
vnius conceſſio non conſiſtat initio, tota debe-
tur alteri.

2 *Ius non decreſcendi locum habet in ſeruitutibus,*
prædiorum. Declara, vt num. 4 & 5.

3 *Seruitutem, ſi quis ſtipulatus ſit. & vnus ex eius*
hæredibus egerit, & ſuccubuerit, alijs tota
ſeruitus debetur.

6 *Declaratur l. aquam. 16. ff. quemad ſeru. amit. &*
num. ſeqq. per tot.

7 *Seruitus aquæductus ſi duobus debeatur, et vnus*
non vtendo ius ſuum amittat, alteri nihil ac-
creſcit, & cur. num. 8. & 10. & num. ſeqq.

9 *Seruitus aquæductus communi prædio debita per*
vnum ex focijs tota retinetur, etiamſi alter nō
vtendo videatur ius ſuum amiſiſſe.

11 *Seruitus diuerſis prædijs debita, non eſt vna, &*
eadem ſed diuerſa.

12 *Diuiſio vnius prædij facta regionibus efficit, vt*
duo ſint prædia.

13 *Seruitus aquæductus vni prædio debita, ſi poſtea*
diuidatur prædium, non cenſetur vna, ſed du-
plex, & diuerſa.

An, & quando ius accreſcendi locum habeat in ſeruitutibus prædiorum.

Quæſtio Quadrageſima ſecunda.

QVartum exemplum afferri poteſt in ſeruitutibus, quę, & ipſę reales ſunt, ſiue ſint prædiorum, ſiue perſonarum: Nam, & vſusfructus, vſus, & habitatio, licet dicantur ſeruitutes perſonales eo reſpectu, quod perſonis, non rebus debentur *l. ſi quis vnas. 38. ff. de vſufr.* tamen reſpectu ſui verè ſunt reales, quia à rebus debentur, & per eas quis in rebus ius habere intelligitur *l. 2. ff. de vſufr. & Inſt. eod. in princ.* Quamobrem, & earum nomine vindicatio datur *l. 1. in prin. & l. vtifrui. 5. §. vtrum ff. ſi vſusfr. pet.* quæ alioquin, vt realis, non competeret, niſi quis in re ius habere cenſeretur *l. in rem 24. ff. de rei vind.*

In ſeruitutibus autem ex viuentium cauſa debitis, aut conſtitutis, an locum habeat ius accreſcendi, ſi quæramus, ſeparatim videndū erit; Primo, quid, ſi ſeruitutes ſint prædiorum. Secundo verò, quid, ſi perſonarum.

Et, ſi quidem prædiorum ſint ſeruitutes, & quæramus, an in ijs locum habeat ius accreſcen-

creſcendi, conſtat, duos eſſe diſtinguendos
caſus, quorum
Primus eſt, quando ſeruitus nondum fuit
conſtituta, ſed tantum promiſſa, puta Titio,
& Seio, Et tunc, ſi in perſona vnius promiſ-
ſio initio non conſiſtat, vel ex poſt facto de-
ficiat, non de eo quærendum erit, an tota ſer-
1 uitus debeatur alij, quia hoc caret dubio † *l.*
proprium.5.ff. comm. prædio. ſed quærendum
erit, an id fiat per ius accreſcendi, vel non de-
creſcendi, an verò alio iure. Et noſtri quidē
frequentiùs cenſuerunt, id fieri per ius non
2 decreſcendi † quippe, quod tradunt habere
locum in indiuiduis, cuiuſmodi ſunt prædio-
rum ſeruitutes. *Ita enim cenſuerunt Bart. in*
l. ſi mihi, & Titio 110. *in prin. nu.* 1. *& ibi Ang.*
num. 1. *verſ. ſecundo fallit, Caſtr. num.* 1. *Imol.*
num. 1. *verſ. Item fallit, Alex. num* 5. *verſ. ſecun-*
do fallit, Iaſ. num. 2. *&* 5. *verſ. ſecundo, Alcia. nu.*
2. *Bart. in d. l. re coniuncti, num.* 65. *et ibi Iaſ. nu.*
97. *et* 150. *Crott. num.* 145. *Rip. num:* 225. *Ioan.*
Gaud. num. 7. *Bart. in l. aquam.* 16. *num.* 1. *et ibi*
Caſtr. num. 2. *ff. quemad. ſeru. amit. Bart. in l. pro-*
prium 5. *et ibi Duar. ff. commu prædio. Aluaro.*
in cap. 1. *in prin. num.* 2. *verſ. Opp. adhuc, De frat.*
de nou. ben. inueſt. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius,
in verb et vxorem nomine Adelaſiam, num. 145.
Io. Guter. in l. vn. nu 15. *C. quand. non pet. part.*
Craſ. in d. §. ius accreſcendi q. 24 *nu.* 2. *Baldui.*
in §. quod, ſi quis, num. 4. *Inſt. de inut ſtip. Mago.*
deciſ Luc. 8 *num.* 7. Quamobrem, &, ſi ex duo-
bus hæredibus eius, qui ſeruitutem ſtipula-
tus eſt, vnus agat, & ſuccumbat non nocebit
hoc alteri *l. ſi de communi* 19. *ff. ſi ſeru. vind.*
ſed tota ſeruitus ad eum per ius non decreſcē-
di pertinebit, perinde, ac, ſi cohæres non eſſet
3 in rerum natura. † *Ita ſcribit Bart. in l.* 2. *§. ex*
his, num. 15. *ff. de verb. oblig.*
Sed eſt verius, non per ius accreſcendi, aut
non decreſcendi pertinere, ſed ex natura rei,
4 † *vt rectè cenſuerunt Ang. in d. l. proprium* 5. *et*
ibi Caſtr. num. 1. *ff. comm. prædio. Zaz. in d. l. ſi*
mihi, et Titio, num. 9. *Ant. Fum. de comm. cap* 21.
num. 5. *et Gomez tom.* 1. *variar. reſol. cap.* 10. *nu.*
4 *et nos diximus in hoc cap. q.* 32. *num.* 41. *et ſeq.*
Nam, cum ius non decreſcendi ſupponat,
rem per concurſum potuiſſe decreſcere *l. vn.*
§. vbi autem legatarij, verſ ſin vero nemo alius C.
de cad. toll. et nos oſtendimus in 4. *cap. q* 2. *num.* 5.
et 6. & ſeruitus pluribus promiſſa non poſſit
5 in alicuius perſona decreſcere, † cum vnicui-
que inſolidum debeatur, etiamſi concurrant
omnes *l.* 2. *§. ex his ff. de uerbor. obligat.* Conſe-
quens eſt, vt, licet aliqui non concurrant, non
tamen alij dici poſſint, eam inſolidum obti-
nere per ius non decreſcendi, ſed potiùs ex na
tura rei, quæ pro parte haberi nequit, *ut conſi-*
derant dd. ſupra allegati, et nos diximus in eadem
q. 32. *num.* 42.
Secundus verò caſus eſt, quando ſeruitus
iam fuit conſtituta, & poſtea amittitur ab
vno ex ſocijs, Et tunc, ſi quæratur, an locum
habeat ius accreſcendi, aut non decreſcendi,
dubitationem facit *l. aquam.* 16. *ff. quēad. ſeru.*
am. vbi Proculus, *Si quis eorum,* inquit, *quibus*
aquæductus ſeruitus debebatur, et per eundem
riuum aquam ducebant, ius aquæducendæ non
ducendo eam amiſerit, nihil iuris eo nomine
cæteris, qui retro vtebantur, accreſcit, idque
commodum eius eſt, per cuius fundum id iter
aqua eſt, quod non utendo pro parte unius amiſ-
ſum eſt: Libertate enim huius partis ſeruitutis
6 *fruetur:* Nam ex his verbis † conſtare vide-
tur, ius accreſcendi non habere locum in ſer-
uitute aquæductus, ſi vnus ex ſocijs non vten-
do, vel alio modo ius ſuum amiſerit, ſed hoc
domino proficere, quippe, qui pro illius par-
7 te a ſeruitute liberatur, † *Quod etiā ibi tradide-*
runt Bar. Ang. et Caſt. idē Caſt. conſ. 262 *n.* 2 *uerſ.*
Pro quo dicto uol. 2. *Brun. in tract. de diminu. et*
deterio concl. 8. *num.* 29 *Zaz. in d. l. ſi mihi, et Ti-*
tio 110. *num.* 2 *ff. de uerb. oblig. Balzar. in cap.* 1.
in prin. num. 9. *uerſ. iſtam regulam De frat. de*
8 *nou. ben. inueſt.* Et hoc ideo, quia † cum ius ſe-
mel fuerit quæſitum, Conſequens eſt, vt ius
accreſcendi locum amplius habere nequeat,
ex ijs, quæ dicemus in ſeptimo cap q. 59. *num.* 19.
Ita *glo. in d. l aquam, in uerb. ius aqua, uerſ. Item*
illud, et ibi Caſtr. num. 3. *Et* videntur *etiam ibi*
ſenſiſſe Bart. & Ang. dum notant, in ſeruitu-
tibus non habere locum ius accreſcendi: Si-
gnificāt enim poſt acquiſitionem nihil poſ-
ſe ſocio accreſcere.
Sed eſt verius, etiamſi ex poſt facto vnus
ex ſocijs deficiat, nihilominus alterum
9 ſeruitutem inſolidum retēturum, † quia, cum
ſeruitus ſit indiuidua, conſequens eſt, vt pro
parte extingui nequeat, ſed per vnius vſum
tota retineri intelligatur *l. nam ſatis* 6. *in prin.*
et d. l. aquam. 16. *uerſ. quod, ſi plurium ff. quēad.*
ſeru. amit.
Neque obſtat *l. aquam,* quia in eius ſpecie,
non ideo ius accreſcendi ceſſat, quod ſocius
poſt ius ſemel quæſitum defecerit, ſed, quia
10 ibi † non tractabatur de vna, eademque ſer-
uitute, ſed de diuerſis: Nam, quoties ſerui-
tus, etiam eiuſdem ſpeciei, puta itineris, vel
aquæductus debetur diuerſis prædijs, non cē-
ſetur vna, & eadem, ſed multiplex, &
11 diuerſa † *l. nam ſatis.* 6. *ff. quemad. ſeru. am. & in*
ſpecie declarāt Bart. in d. l. aquā, & ibi Ang. nu.
1. *Caſtr. num.* 1. *& nouiſſimè Duar.* adeo, vt
etiamſi initio vna fuiſſet ſeruitus communi
duorum prædio debita, & poſtea regionibus
diuidatur prædium, quo caſu duo incipiunt
12 eſſe prædia † *l ſi quis duas* 6. *§. ſi quis partem ff.*
comm. prædio. ſeruitus non cēſeatur amplius
13 vna, & eadem, ſed duplex, & diuerſa † *d. l. nā*
ſatis 6. *verſ. reſpondi, & ibi declarat gl. in verb.*
reſpondi ff. quemad. ſeru. amit. Vnde, quia in
rebus diuiduis ius accreſcendi conſiderari ne-
quit, *vt oſtendimus in* 5. *cap. q.* 42. *num.* 1, *&*
ſeqq. ideo fit, vt, licet in perſona vnius extin-
guatur ſeruitus, non tamen hoc debeat alijs
ſeruitutem habentibus proficere, ſed ſoli do-
mino, quippe, qui reſpectu deficientis prædij
ſui libertatem conſequitur. Et ita locum il-
lum videntur accepiſſe *Ang. ibi, & Alcia. in d.*
l. ſi mihi, & Titio, num. 4. dum aiunt, ideo ibi
non fuiſſe locum iuri accreſcendi, quia ij,
quibus ſeruitus debebatur, erant omnino ſe-
parati, nec inter eos aliqua coniunctio con-
ſiderari poterat, ſcilicet, quia ſeruitutes erant
diuerſæ, ſiue pro diuerſis habebantur, ſtante
diuiſione, quæ res diuerſas conſtituit. Ad
quod etiam videtur reſpexiſſe *Zaz. in d. l. ſi*
mihi, & Titio, num. 9. dum ait, in ſeruitutibus
indiuiduis, quæ tamen, quoad commoditatē
diuiduntur, ius accreſcendi non habere locū
ex d. l. aquam. Cauſam enim excluſionis de-
ducit

ducit ab aquæ diuiſione, quæ nperatur, vt di-
uerſæ incipiant eſſe ſeruitutes, *ſecundum ea,
quæ ſupra diximus.*
Neque obſtat, ſi dicatur, imo in ſpecie *d. l.
aquam.* vnam tantum videri conſtitutam ſer-
14 uitutem, † aquæ ſcilicet ad prædia ducendæ
per communem riuum, quæ vna eſt inter
prædiorum dominos concurſu diuidenda,
ideoque videri eos re coniunctos, tamquam
ad eandem rem inſolidum vocatos, *vt conſi-
derat Caſtr. d. conſ. 262. num. 2. verſ. Pro quo
dicto, volum. 2,* quia verius eſt, imo ſeruiturē
15 eſſe duplicem: † Nam, licet figura verbo-
rum videatur eſſe vna, cum ſimpliciter di-
ctum ſit, concedo Titio, & Seio ius aquæ per
fundum meum ducendæ ad ſua prædia, tamē
re ipſa duæ, diuerſæque cenſentur conceſſio-
nes, ſcilicet, quia aqua ducenda ad prædium
vnius non eſt eadem cum ducenda ad præ-
dium alterius, ſed diuerſa: Nam, cum non
poſſit vno, & eodem tēpore duci ad vtriuſq;
prædium, ſed ſucceſſiuè ad prædium remo-
tioris, poſt prædium vicinioris *dict. l. aquam,
verſ. deinde,* conſequens eſt, vt non poſſit dici
vna, & eadem, ſed diuerſa, vt dicimus de vſu-
fructu eiuſdem prædij, qui duobus ſucceſſiuè
conceditur *l. ſi vſusfructus. 6. verſ. quia alius ff.
de vſufr. lega. & nos diximus in 5. capit. q. 17.
num.* 6. Tunc igitur ſolum vna eſt ſeruitus
16 aquæductus, cum † debetur prædio commu-
ni, vel communi molendino, quo caſu poteſt
inter ſocios locum habere ius nō decreſcēdi,
etiam, quoad cōmoditatem, ſi alteruter defi-
ciat. *vt voluit Bald. in cap. quæ in Eccleſiarum,
nu. 28. extr. de conſtit.* Cæterum, cum debetur
prædijs diuerſis, aut diuerſis molendinis, ve-
rius eſt, non vnam, ſed multiplicem cenſeri
ſeruitutem, *ſecundū ea, quæ ſupra diximus.*
Hinc intelligimus, non eſſe in hoc conſti-
tuendam differentiam inter contractus, &
vltimas voluntates, quaſi ius accreſcendi
locum habeat in ſeruitute aquæductus, ſi
fuerit legata, ſecus verò, ſi inter viuos con-
17 ſtituta, † *vt cenſuit gl. in d. l. aquam, in verb. Ius
aquæ,* quia verius eſt, ſi debeatur prædijs di-
uerſis, ne in legato quidem ius accreſcendi
18 habere locum, † *vt ſcripſit Caſtr. in d. l. aquā,
num.* 3. Denique non eſt conſtituenda diffe-
rentia, vtrum deficiat ante acquiſitionem;
an verò poſt *in ſpecie d. l. aquam,* quia neutro
caſu ius alterius augeri poteſt, cum ſeruitus
ad diuerſa prædia fuerit deſtinata, *vt dictum
eſt.* Et hæc de ſeruitutibus prædiorum.

SVMMARIVM.

1 *Ius accreſcendi locum habet in vſufructu, etiā ſi
debeatur ex contractu, Sed contra num. 6.*
2 *Ius accreſcendi locum habet in vſufructu debito
ex contractu, etiam poſt acquiſitionem.*
3 *Vſusfructus in quibus differat a proprietate.*
4 *Vſusfructus, quæ ſint ſpecialia in materia iuris
accreſcendi.*
5 *Declaratur l. 1. §. interdum ff. de vſufr. accr. &
num. ſeqq. vſque in fin.*
8 *Media declarantur ex præcedentibus, & ſe-
quentibus.*
9 *Dictum a ratione declaratur.*
11 *Conſtitui dicitur vſusfructus, etiam qui lega-
tus eſt.*

An ius accreſcendi locum habeat in vſufructu.

Quæſtio Quadrageſima tertia.

NVNC videamus de perſonalibus,
& in primis de vſufructu, & diſpi-
ciamus, an in eo locum habeat ius
accreſcendi, ſi fuerit ex contractu debitus,
vel acquiſitus. Et noſtri quidem frequen
tiùs cenſuerunt, habere locum, & in eo limi-
tari regulam, quæ vult, in contractibus ceſ-
1 ſare ius accreſcendi, † *vti videre eſt apud Bart.
in l. ſi mihi, & Titio. 110. in prin. num. 1. & ibi
Ang. num. 1. Imol. num. 1. Caſtr. num. 2. verſ.
fallit, Alex. num. 5. verſ. fallit primo Iaſ. num. 5.
verſ. fallit primo, Alcia. num. 17. Zaz. num. 12.
ff. de verb. oblig. Bart. in d. l. re coniuncti, nu. 65.
& in l. 1. §. interdum, num. 1. ff. de vſufr. accr. &
conſ. 58. num. 1. lib. 1. Bald. in l. 2. verſ. in iure
verò, & ibi Caſtr. num. 9. ff. de leg. 1. Bald. conſ.
280. num. 2. vol. 3. Ang. in l. qui repudiantis. 17.
num. 1. ff. de inoff. teſta. Papien. in form. lib. quo
ag. ex ſubſtit. in verb. breuiloquè, num. 38. Gul.
Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & vxorem
nomine Adelaſiam, num. 145. Ant. Fium. de con-
iun. cap. 21. nu. 3. Purp. conſ 430. nu. 6. Craſſ. in
§. Ius accreſcendi, q. 24. num. 4. Balduin. in §.
quod, ſi quis, num. 4. Inſt. de inut. ſtip.* Idq; adeo
verum eſſe, vt procedat etiamſi portio vſuſ-
2 fructus deficiat poſt acquiſitionem; † *vt de-
clarant Bald. in cap. 1. §. et, quia vidimus, nu. 4.
De his, qui feud. dar. poſſ. Ang. de Gamb. conſil.
35. num 2. Caſtr. in d. l. ſi mihi, & Titio, num. 2.
verſ fallit, & ibi Zaz. num. 12. Purp. dict. conſ.
430. num. 5. & 7.* quaſi in hoc differat vſusfru-
3 ctus à proprietate, † vtpotè in qua ius accre-
ſcendi (ſi quando in contractibus recipitur)
non, niſi ante quæſitum emolumentum lo-
cum habet, *vt dicemus in 7. cap. q. 59. num. 24.
Et in his terminis conſiderat Caſtr. in d. l. ſi mihi,
& Titio, num. 2. verſ. fallit.* Itaque (ſecundum
4 eos) duo ſunt in vſufructu ſpecialia; † vnum,
quia, licet in contractibus regulariter non
habeat locum ius accreſcendi, *vt oſtendimus
in hoc cap. q. 32. num.* 10. habet tamen, ſi tra-
ctetur de vſufructu, quod in eo ſpeciale eſt,
*vt ſcribunt Ang. in l. aquam 16 num. 1 ff. quēad.
ſer. amit. & Caſtr. in d. l. ſi mihi, & Titio, num. 2.
verſ. fallit, & eſt de mēte omnium, quos retulimus
ſupra num. 1.* Alterum verò, quia, licet poſt
quæſitum emolumentum regulariter ceſſet,
etiam in contractibus ius accreſcendi, *vt di-
cemus in dict. cap. 7. q. 59. num.* 24. non tamen
ceſſat, ſi tractetur de vſufructu, quod, & ipſum
in eo ſpeciale eſt, *vt declarat Caſtr. in d. l. ſi mi-
hi, & Titio, num. 2. verſ. fallit.*
Huius autem opinionis, & doctrinæ fun-
damentum deducitur ex *l. 1. §. interdum. ff. de
5 vſufr. accr.* vbi Vlpianus, † poſtea, quam
ſcripſit, in vſufructu hoc amplius eſſe, quam
in proprietate, quia vſusfructus, etiamſi fue-
rit acquiſitus, nihilominus admittit ius ac-
creſcendi, ſi poſtea amittatur, ſubijcit, *Omnes
enim authores apud Plautium de hoc conſenſere,
& (vt Celſus, & Iulianus eleganter aiunt) vſuſ-
fructus quotidie conſtituitur, & legatur, non, vt*
propre-

proprietas to ſolo tēpore, quo vindicatur, quibus
verbis oſtendere videtur, dictum præcedens,
non ſolum ad vſumfructum legatum perti-
nere, ſed etiam ad vſumfructum debitum ex
contractu, quia, cum vſumfructum legatum
diſtinguat ab vſufructu conſtituto, nō obſcu-
rè demonſtrat, vſumfructum cōſtitutum, nō
eum intelligi, qui legatus eſt, ſed eum potiùs,
qui per contractum conſtitutus: Nam & per
contractum conſtitui vſumfructum, certum
eſt *l. 3. §. & fine ff. de vſufr. §. ſine teſtamēto, Inſt.
eo. Et ita locum illum intellexerunt omnes, quos
retulimus ſupra num. 1. & 2. Et in ſpecie Ant.
Fram. de coniunct. d. cap. 21. num. 3. & Purp. d.
conſ. 430. num. 7.*

Verum hæc, quæ noſtri communiter tradi-
derunt, etſi in forenſibus cōtrouerſijs ſint ꝓ-
banda, quod ibi nefas ſit, conſulendo, aut iu-
dicando ab ijs traditionibus recedere, quę cō-
muniter ſunt receptæ, in ſcholis tamē, vbi ſo-
la veritas inquiritur, & attenditur, vt cōmen-
titia refellenda ſunt, quia verius eſt, in vſufru-
ctu debito ex contractu ius accreſcendi non
6 habere locum, † *ſecundum regulam, quam re-
tulimus in hoc cap. q. 32. num. 10. Ita enim cen-
ſuerunt gl. in d. l. 1. §. interdum, in verb. quotidie
conſtituitur, verſ. ſed tu expone ff. de vſufr. accr.
Rip. in d. l. re coniunctis, num. 224. Balzar. in d.
cap. 1. in prin. num. 9. verſ. Iſtam regulam, De
fratr. de nou. ben. inu. Duar. lib. 1. de Iur. accr.
cap. 15. verſ. & ineptum eſt, Hoto. conſ. 31. nu. 17.
& 18.* Et Vlpianum *in d. §. interdum*, non, niſi
7 de vſufructu legato loqui, † vt patet ex illis
verbis præcedentibus, *Interdum tamen, & ſi
non ſint coniuncti, tamen vſusfructus legatus al-
teri accreſcit*, Quemadmodum, & ex illis, *vt puta,
ſi mihi fundi ſeparatim totius, & tibi ſimiliter
fuerit vſusfructus relictus*. Quod etiam confir-
mant illa verba ſequentia, *nam refert coniun-
ctim, an ſeparatim relinquatur*. Nam, cū præ-
cedentia, & ſequentia verba non, niſi legatū
vſumfructum complectantur, neceſſario ſe-
quitur, & ad eum dūtaxat eſſe referenda ver-
ba, quæ in medio proferuntur, quoniā ex præ-
cedentibus, & ſequentibus declarātur media.
8 † *l. ſi ſeruus plurium. 53. §. vlt. ff. de leg. 1. & ſcri-
bīt gl. in l. ille, à quo. 13. §. ſi de teſtamēto, in verb.
verba ff. ad Treb. Decia. conſ. 62. num. 47. vol. 3.
Mantic. de coniect. ult. uol. lib. 6. tit. 13. nu. 1. in fi.
Surd. conſ. 131. nu. 30. & conſ. 565. nu. 6.* Denique
cum dictum ad legatum tantum vſumfructū
pertineat, vt patet ex verbis, quæ primo loco
retulimus, Conſequens eſt, vt ad eum etiā ſit
referenda ratio, quæ ſubijcitur: Nam, vt dictū
9 à ratione declaratur † *l. cum pater. 79. §. dul-
ciſſimis ff. de leg. 2. Men. conſ. 99. num. 141.* ita
& contra ratio debet à dicto interpretatio-
nem recipere.

Nec eſt contrarium, quod Vlpianus loqua-
10 tur de vſufructu conſtituto, quia † non exclu-
dit hoc, quominus intelligi debeat de vſufru
ctu legato, quia conſtitui dicitur etiam vſuſ-
11 fructus, qui legatur † *l. un. §. dies ff. quand. dies
vſuf. leg. ced.* Nec obſtat, quod ponat, vt di-
uerſa, vſumfructum, qui conſtituitur, & eum,
qui legatur, dum, *vſusfructus*, inquit, *quotidie
conſtituitur, & legatur*, quia reſpondeo, licet
12 loquatur † de vſufructu relicto, rectè tamen
vſumfructum legatum, ab vſufructu conſti-
tuto diſiunxiſſe; Aliud enim eſt vſumfructū
legari, aliud vſumfructum legatum cōſtitui,
legatur, cum à teſtatore relinquitur, cōſtitui-
tur verò, cum acquiritur à legatario; *Tunc
enim*, vt Vlpianus *in d. l. un. §. dies ff. quand. dies
vſuf. leg. ced.* ait, *conſtituitur vſusfructus, cum
quis iam uti frui poteſt*. Itaq; conſtitutus vſuſ-
fructus eſt etiam legatus, ſed non contra: Po-
teſt enim eſſe legatus, ſed nondum legatario
acquiſitus. Vlpianus igitur ibi loquitur de vſu-
fructu non ſolum legato, ſed etiam conſtitu-
to: Nam poſtea, quam ſcripſit, in vſufructu
diſiunctim relicto locum habere ius accre-
ſcendi, ſi diſiunctus non concurrat, & in hoc
vſumfructum eodem iure cenſeri, quo ꝓprie-
tas, vtpote, in qua locū habet inter diſiunctos
ius accreſcendi, ſi ex ijs vnus ante acquiſitio-
nem deficiat, ſubijcit, *Sed in vſufructu hoc plus
eſt, quia, & conſtitutus, & poſtea amiſſus nihilo-
minus ius accreſcendi admittit*, quibus verbis ſi-
gnificat, in vſufructu locum habere ius accre
ſcendi, non ſolum eo caſu, quo locum habet
in proprietate, ſcilicet, cum legatarius deficit
ante acquiſitionē, puta moritur, aut repudiat,
quo caſu tractatur de vſufructu ſimpliciter
legato, ſed etiam eo, quo in ꝓprietate ceſſat,
nempe, cum deficit poſt acquiſitionē; Nam
vſusfructus etiam conſtitutus, ideſt, acquiſi-
tus, & poſtea amiſſus nihilominus ius accre-
ſcendi admittit. Cuius diuerſitatis hanc ſub-
ijcit rationē, quia *vſusfructus quotidie conſti-
tuitur, et legatur, non, ut proprietas to ſolo tēpore,
quo vindicatur*, quorum verborum ſenſus eſt,
ideo in proprietate non habere locum ius ac-
creſcendi poſt acquiſitionem, quia ius accre-
ſcendi non conſideratur, niſi, quo tempore fit
concurſus. Atqui in proprietate concurſus ſe-
mel tantū fit, nēpe eo tēpore, quo legatarij
vindicant, ſiue agnoſcunt legatū, ſcilicet, quia
proprietatis legatū vnum eſt, quod ſemel relin-
quitur, et ſemel acquiritur. Ergo ſemel tantū
cōſiderari poteſt, vtrum habeat, vel non ha-
beat ius accreſcendi locū, ita, vt, ſi omnes cō-
currant, non habeat, ſi verò vnus non cōcur-
rat, habeat locum ius accreſcendi. At in vſu-
fructu cōcurſus fit quotidie, quia legatū vſuſ-
fructus, licet, quoad ceſſionem vnū ſit, tamē,
quoad acquiſitionē, et concurſum, cenſetur
multiplex: Tot enim quodāmodo cēſentur
legata, quot anni, menſes, dies. Qua ratione
dicimus, vſumfructū quotidie legari, et quo
tidie cōſtitui, ſcilicet, quia et teſtator cēſetur
ſingulis diebus legare vſumfructū, et legata-
rius ſingulis etiam diebus, quibus viuit, vſū-
fructū acquirere. Ergo quotidie quoq; debet
conſiderari, vtrum habeat, vel nō habeat lo-
cum ius accreſcēdi: Nā, ſi collegatarius quo-
tidie cōcurrat, quotidie quoq; ceſſabit ius ac-
creſcendi, ſi verò poſtea, quā per multos dies
concurrit, deſinat concurrere, locum habebit
ius accreſcendi reſpectu futuri temporis, quia,
cum ſocius non inuenit alterum, qui ſibi con-
currat, ſolus vtetur in totum, vt ibi ſubijcit Vl
pianus *in verſ. cum itaq;*. Hic (meo iudicio)
verus eſt Vlpiani ſenſus, non, quem veteres
comminiſcuntur, et fruſtra defendere conā-
tur *Alex. in d. l. ſi mihi, & Titio, num. 5. verſ.
fallit primo, & alij*. Sed hæc diſputando di-
cuntur: nam conſulendo, et iudicando non
eſt à communi recedendum.

SVM.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Ius accreſcendi, ſeu non decreſcendi locum habet in vſu, & habitatione, etiamſi debeātur ex contractu, & cur, num. 2.*

An ius accreſcendi locum habeat in vſu, & habitatione.

Quæſtio Quadrageſimaquarta.

HÆC autem, quæ de vſufructu di-
ximus, an poſita communi proce-
dāteriam in alijs ſeruitutibus per-
ſonalibus, nempe in vſu, & habi-
tione, ſi debeantur inter viuos, dubitari po-
1 teſt. Sed magis eſt, vt procedant: † Nam
cum in hac re nulla conſtituatur differentia
2 † inter contractus, & vltimas voluntates, *vt
patet ex ijs, quæ ex recepta dd. opinione diximus
in q. præced.* & in vltimis voluntatibus ita ſit
ius accreſcendi in vſu, & habitatione, ſal-
tem reſpectū commoditatis, quæ ex illis per-
cipitur, vt in vſufructu, *ſicuti oſtendimus in
hoc cap. q. 20. num 39. & ſeqq. & dicemus etiam
in ſeptimo cap. q. 59. num. 124. et in cap. 10. quæſt.
31. num. 2.* Conſequens eſt, vt idem ſit dicen-
dum, quoties huiuſmodi ſeruitutes debentur
ex contractu. Et hæc de ſeruitutibus.

SVMMARIVM.

1 *Ius accreſcēdi non habet locum in Apanagio, & cur num. 2.*

3 *Ius accreſcendi non habet locum in victu, & militia, & cur, num. 4.*

An ius accreſcendi locum habeat in apanagio, ſeu victu, & militia.

Quæſtio Quadrageſimaquinta.

POST ſeruitutes eſſet ad publicas vi-
uentium cauſas tranſeundum, ſed,
quia nonnullæ cauſæ ſunt, quæ, licet
re vera non ſint ſeruitutes, aliquam
tamen habent cum illis ſimilitudinem, ideo
priùs, quam ad illas tranſitum faciamus, de
his nobis erit diſpiciendum.

Et in primis de apanagio, quod filijs Re-
gum, & aliorum principum ſecundo, vel
vlteriore loco genitis aſſignatur, & viden-
dum, nunquid in eo locum habeat ius accre-
1 ſcendi. Et certum eſt, non habere, † *vt rectè do-
cuit Gul. de Montſer. in tract. de ſucceſſ. Reg. in
ſecundo dub. nu. 1. & ſeqq. & nos etiam dicemus
in 10. cap. q. 11. num. 7.* Itaque ſi præter primo-
genitum duo, vel plures adſint filij, quibus
aliquid pro apanagio fuerit aſſignatum, &
ex ijs vnus deficiat, puta moriatur ſine deſcē-
dentibus illius apanagij capacibus, nihil alijs
accreſcet, ſed id, quod defuncto fuerat pro
apanagio aſſignatum, ad primogenitum re-
2 uertetur, quod multis conuincitur † argu-
mentis, &

Primo, quia ius accreſcendi locum non
habet inter eos, qui vocantur ad res diuerſas
*l. huiuſmodi 86. §. quibus ff. de leg. primo, & nos
diximus in quinto cap. q. 42. num. 1.* Sed huiuſ-
modi filij vocantur ad res diuerſas, ſcilicet,
quia apanagium, quod vni aſſignatur, non
eſt idem cum eo, quod aſsignatur alijs, cum
res, ſeu reditus, & ſummæ ſint diuerſæ. Ergo
inter eos non poterit ius accreſcendi habere
locum.

Secundo probatur, quia inter eos, qui ve-
niunt ex diuerſis cauſis non poteſt eſſe iuri
accreſcendi locus *l. ſed, cum patrono. 6. in prin.
ff. de bon. poſſ. & latè nos oſtendimus in eodem
quinto cap. quæſt. 43. num. 1. & ſeqq.* Sed filij,
quibus apanagium aſsignatur, veniunt ex di-
uerſis cauſis, nempe ex diuerſis conceſsioni-
bus, cum tot cenſeantur conceſsiones, quot
apanagia, licet in eodem inſtrumento factæ
ſint *l. ſcire debemus, 29. ff. de verb. obligat.* Ergo
inter eos non poterit eſſe iuri accreſcendi lo-
cus.

Tertio confirmatur hoc ex eo, quia in di-
ſpoſitionibus taxatis, & limitatis ius accre-
ſcendi ceſſat, *vt oſtendemus in 10. cap. q. 10. nu.
3. & 3. qq. ſeqq.* Sed huiuſmodi apanagia cen-
ſentur taxata, & limitata, quia aſsignantur
pro alimentis, quæ naturaliter taxata ſunt,
vt dicemus in eodem cap. 10. q. 11. num. 3. ideo-
que ius accreſcendi non recipiunt, *vt oſtende-
mus ibi num. 5. & ſeqq.* Ergo in ijs ceſſare de-
bet ius accreſcendi.

Qua ratione fit, vt nec locum habere de-
beat in victu, & militia, debita ſecundogeni-
3 tis vaſſallorum, ſi ex ijs vnus deficiat, † *vt rectè
docuit Afflict. ſuper conſtit. Neapol. ſub rub. 18.
nu. 17. verſ. Duodecimo quæro lib. 3. & nos etiā
4 dicemus in eadem q. 11. num. 8.* quia, † cum de-
beantur pro alimentis, quæ cauſam non ha-
bent reiterabilem, *vt dicemus ibi num. 4.* Con-
ſequens eſt, vt ius accreſcendi non recipiant.

SVMMARIVM.

1 *Fructus beneficij à diſtributionibus quotidianis diſtinguuntur.*

2 *Fructus beneficij vacantis non accreſcunt alijs canonicis, ſed pertinent ad Eccleſiam, & cur, num. 3.*

4 *Ius accreſcendi locum habet in fructibus beneficij vacantis, ſi ita ſtatuto caueatur.*

5 *Fructus beneficij, ſi communiter inter canonicos diuidendi ſunt, portio non reſidentis, vel aliter excluſi, accreſcit alijs, & cur, num. 6.*

7 *Portio abſentis non accreſcit alijs, ſi ex fructibus beneficij certa quantitas ſingulis eſt aſſignata.*

An, & quando ius accreſcendi locum habeat in fructibus beneficiorum.

Quæſtio Quadrageſimaſexta.

SEcundo videndum eſt de fructibus be-
neficiorum, ijs ſcilicet, qui propriè, &
verè fructus ſunt, & à diſtributionibus
1 quotidianis diſtinguuntur, † *ſecundum
declarationem Couar. lib. 3. variar. reſol. cap. 13.*

in

in prin.& Rot.apud Farin. in recoll. deciſ.665. num. 10.*par.*2. & diſpiciendum, an in ijs locum habeat ius accreſcendi. Conſtat autem in hac quæſtione tres eſſe diſtinguendos caſus, quorum

Primus eſt, quãdo tractamus de beneficio ſingulari, puta de canonicatu, cuius fructus vnius tantum eſſe ſolent, Et tunc certum eſt, in illis nõ habere locum ius accreſcendi, quia ſi canonicatus ille vacet, aut canonicus propter non factam reſidentiam, vel aliam iuſtam cauſam priuetur fructibus, illi non accreſcunt coeteris canonicis, ſed pertinent ad
2 Eccleſiã † *§.1.& ibi glo.in verb.per ipſos, Auth. vt cler. qui reſid. coll. 5. Et ſcribunt glo. in clem. 2.in verb.ſuſpenſus, De vit.& bon.cler. Bald.in l.non pluris.4.num.3.C.de ſacroſ.Eccl. Felin. in cap.apoſtolicæ,col.5.num.12.verſ.durante autem extra de except.Couar. lib. 3. varia. reſol.cap.13. num.7.verſ.in ipſis verò fructibus,vbi teſtatur, hanc doctrinam eſſe communi omnium conſenſu probatam, Rot apud Farin.in recoll. d.deciſ.665.*
3 *num.*10.*par.* 2. Nam, † cum inter canonicos nulla poſsit coniunctio conſiderari, propterea, quod non vocantur ad eandem rem, ſed ad diuerſas, ideſt, diuerſorum canonicatuum fructus, Conſequens eſt, vt inter eos ius accreſcẽdi locum habere nequeat *l.huiuſmodi.*86. *§.quibus ff.de leg.primo,& patet ex ijs, quæ diximus in quinto cap.q.42.num.1.& ſeqq.* Niſi fortè cõtrarium ſtatuto caueatur, quod fieri poſ-
4 ſe non ambigitur, † *vti videre eſt apud Rot.d. deciſ.665.num.3.par.2.*

Secũdus verò caſus eſt, quando tractamus de beneficio communi, quod ſcilicet nulli canonico ſpecialiter aſsignatur, ſed communiter tenetur, ita tamen, vt eius fructus, aut eorum certa pars inter canonicos diſtribuatur, Et in ijs verius eſt, locum habere ius accreſcendi; nam, ſi quis ex canonicis propter abſentiam, vel aliam iuſtam cauſam non poſsit ſuam fructuum portionem conſequi,
5 ea coeteris canonicis accreſcet, † *vt rectè ſcripſi: Couar. d. lib. 3. variar. reſol.cap.13. num.7. verſ.& ſanè, ni fallor*: Eadem enim eſt tunc fructuum, quæ & quotidianarum diſtributio-
6 num ratio, † ſcilicet, quia, cum omnes canonici collectiuè vocentur ad eandem rem, ita, vt concurſu debeãt facere partes, Conſequẽs eſt, vt, ſi quis eorum deficiat, & ita non concurrat, coeteri poſsint iure ſuo totum obtinere, *per ea, quæ diximus in tertio cap. quæſt. 2. num. 14.*

Tertius denique caſus eſt, quando tractamus de beneficio communi, cuius tamen fructus non ſunt concurſu diuidendi, ſed ex ijs certa, & definita quantitas ſingulis eſt danda, Et tunc verius eſt, ſi quis ex canonicis nõ poſsit ſuam portionem conſequi, eam coeteris non accreſcere, ſed apud Eccleſiam rema-
7 nere, † *per ea, quæ dicemus in q.ſeq. num.2. & ſeqq. Ita ſcribunt Couar.d.lib.3.varia.reſol. cap. 13.num.7.verſ.& ſanè, ni fallor, & Garz. de benef. part. 1. cap. 5. num. 224. verſ.& in fructibus.*

SVMMARIVM.

1 *Diſtributiones quotidianæ, quæ dicantur.*
2 *Ius accreſcendi non habet locum in diſtributionibus quotidianis ſi ſingulis interuenientibus certa quantitas ſit definita, & cur, num. 3. & ſeqq.*
7 *Ius accreſcendi locum habet in diſtributionibus quotidianis, quoties intereſſentibus non eſt aſſignata certa quantitas, ſed tota maſſa fructuum debet inter intereſſentes diſtribui, & cur, num. 8. Fallit, vt num. 9.*

An, & quando ius accreſcendi locum habeat in diſtributionibus quotidianis.

Quæſtio Quadrageſimaſeptima.

TErtio videndum eſt de diſtributionibus quotidianis, quæ ſcilicet, veluti quoddam dierum, & horarum ſtipendium, diſtribuũtur inter eos, qui in celebrandis officijs quotidiano inſer-
1 uiũt miniſterio † *cap. 1.de cler.non reſid.in ſexto & in ſpecie declarat Couar.d.lib.3. variar. reſol. cap.13.in prin.* Et in his, ſi quæramus, an locum habeat ius accreſcendi, conſtat, duos tãtum eſſe diſtinguendos caſus, quorum

Primus eſt, quando certa, & definita quãtitas fuit ſingulis interuenientibus aſſignata, Et tunc omnes fatentur, non eſſe tractandum de iure accreſcendi, quia, ſi propter abſentiã, vel aliud impedimentum aliqui non interueniant, ideoque à ſuis portionibus excludãtur, non accreſcent illæ coeteris interueniẽ-
2 tibus, ſed apud Eccleſiam remanebunt. † *Ita enim ſcripſerunt Gul.Ben.in d. cap. Raynutius, in verb.& vxorem nomine Adelaſiam, nu. 151. Marcb. deciſ.677. num.6.part.2. Couar.d.lib.3. varia.reſol cap.13.num 7.verſ.At, ſi res, & verſ. & ſanè, ni fallor, Garz.de beneſ.d.par.1.cap.5. num. 224. Mantic. deciſ.226. Cotein.deciſ.500. num.* 3. Cuius rei multiplex poteſt afferri ratio.

Prima, quia ius accreſcendi non habet locum, niſi in parte data, ſiue aſſignata, quæ deficiat, *vt oſtendemus in ſeptimo cap.quæſt.20. num. 1. & ſeqq.* Atqui non interuenientibus
3 nulla cenſetur pars aſſignata. † Non poteſt igitur ea coeteris accreſcere. *Ita ratiocinantur Gul.Ben.in d.cap.Raynutius, in verb.& vxorem nomine Adelaſiam, num.151. Marcb.d. deciſ.677.num.6.par.2.Couar.d.lib.3.cap. 13. nu. 7. verſ.At, ſi res.*

Secunda, quia inter eos, qui vocantur ad res diuerſas ius accreſcẽdi locum habere nequit *l.huiuſmodi.86.§.quibus ff.de leg.primo, & nos latè oſtendimus in quinto cap.q.42.num.1.&* 4. Sed in propoſita ſpecie canonici vocantur
4 ad res diuerſas, † nempe ad diuerſas quantitates, *vt in ſimilibus terminis diximus in eodem quinto cap.q.17.num.1.& ſeqq.& q.42. num. 4. &* 5. Ergo inter eos non poterit ius accreſcendi habere locum.

Tertia, quia ius accreſcẽdi locum non habet inter eos, qui nullo coniunctionis nexu iunguntur, *vt oſtendimus in eodem quinto cap. q.36. num.6.* Sed huiuſmodi ſunt canonici, quibus ſingulis certa, & definita quantitas
5 fuit aſſignata, † *vt patet ex ijs, quæ diximus in*

eodem

eodem quinto cap. q. 17. num. 10. Ergo inter eos non habebit ius accreſcendi locum. *Ita arguunt Couar. d. lib. 3. cap. 13. nu. 7. verſ. At ſi res, & Mantic. d. deciſ. 226.*

Quarta demum, quia in diſpoſitionibus taxatis, & limitatis ius accreſcendi ceſſat, *vt oſtendemus in 10. cap. q. 10. num. 3. & 3. qq. ſeqq.* Sed portio interuenientium fuit ad certam
6 quantitatẽ taxata, & limitata. † Non poterit igitur per ius accreſcẽdi incremẽtũ recipere.

Secundus verò caſus eſt, quando non fuit certa quantitas ſingulis inſeruientibus aſſignata, ſed tota maſſa fructuum, ſeu redituum, qui ad hoc ſunt deſtinati, debet inter eos diſtribui, qui in celebrandis officijs quotidianum præſtant miniſterium, Et tunc verius, & receptius eſt, portiones non interuenientium
7 alijs interuenientibus accreſcere. † *Ita enim ſcripſerunt glo. in clem. 2. in verb. pars dimidia, De ætat. & qualit. glo. in clem. 2. in verb. ſuſpenſus, De vit. & honeſt. cler. Felin. in cap. Apoſtolicæ colum. 5. num. 12. verſ. durante autem, extr. de except. Marc. dict. deciſ. 677. num. 2. & ſeqq. part. 2. Couar. dict. lib. 3. variar. reſol. cap. 13. num. 7. Gonzal. in 8. regu. cancel. glo. 5. §. 5. num. 48. Garz. de benef. dict. par. 1. cap. 5. num. 208. & 225. & part. 3. cap. 2. num. 459. Did. Spin. in ſuo ſpecul. teſta. glo. 9. num. 28. Monald. conſil. 27. num. 4. volum. 1. Mantic. deciſ. 226. & deciſ. 236. num. 1. Coccin. dict. deciſ. 500. num. 1. & 3. Rota apud Farin. in recoll. dict.*
8 *deciſ. 665. num 3. & 9. part. 1.* quia, † cum vocentur ad eandem rem, ideſt ſummam, ſeu quantitatem inter ipſos concurſu diuidendam, & ſic, tamquam collectiuè vocati cenſeantur coniuncti, *vt patet ex ijs, quæ diximus in eodem quinto cap. quæſt. 16. num. 15. & quæſtio. 27. num. 39.* Conſequens eſt, vt inter eos iuri ſit accreſcendi locus, *ex ijs, quæ diximus in eodem quinto cap. q. 36. num. 5. Ita ratiocinatur Mantic. d. deciſ. 226.*

Planè, ſi cõtrarium ſit ſtatuto cautũ, vel cõſuetudine receptum, magis eſt, vt ius accre-
9 ſcendi ceſſet; † *Ita ſcribunt glo. in d. clem. 2. in verb. pars dimidia, De ætat. & qual. Marc. d. deciſ. 677. num. 6. par. 2. Monald. d. conſil. 27. nu. 4. vol. 1.* Nec enim dubitandum eſt, quin ſtatuto, vel conſuetudine ius accreſcendi tolli poſſit, *vt oſtendemus in 10. cap. q. 6. num. 1.*

Hæc autem, quæ de diſtributionibus quotidianis diximus, ſunt etiam ad ea emolumenta, quæ certis perſonarum corporibus, puta conſilijs, collegijs, vel alijs vniuerſitatibus trahenda: Nam, ſi certa ſumma, ſeu quantitas ſit ſingulis aſsignata, pars abſentium non accreſcet alijs, ſed remanebit apud ſoluentem, aut penes collegium, ſiue corpus, aut pertinebit ad ſequentes, qui in abſentis locum ſuccedunt pro varietate ſtatutorum, aut conſuetudinum, quæ in huiuſmodi corporibus obſeruantur, *per ea, quæ diximus ſupra num. 3. & ſeqq.* Si verò emolumenti ſumma ſit inter omnes diuidenda, tũc abſentium partes accreſcent præſentibus, & eorum portiones impinguabũt, *per ea, quæ diximus num. 8.*

SVMMARIVM.

1 *Serui manumiſſi ob tam grande beneficiũ, quod in eum confert, conſequitur ius patronatus.*
2 *Ius patronatus ei conceditur, qui Eccleſiam fundauit, aut dotauit.*
3 *Ius accreſcendi non habet locum in iure patronatus liberti, vel Eccleſiæ ſed ius non decreſcendi, & cur, num. 4. Declara, vt num. 7. 9. & 12.*
4 *Ius patronatus eſt indiuiduum, & cur, num. 6. Declara, vt num. 5. 8. & 11.*
10 *Ius accreſcendi locum habet in operis libertorum.*
13 *Ius non decreſcendi locũ habet in iure patronatus Eccleſiæ, ſi vnus ex patronis renuntiet iuri ſuo, vel moriatur ſine hærede capace patronatus.*
14 *Ius patronatus Eccleſiæ tranſit æqualiter in filios patroni, etiãſi inæqualiter ei ſucceſſerint.*
15 *Operarũ obligatio trãſit in patroni filios æqualiter licet pro inæqualibus partibus ei hędes extiterint.*
16 *Ius non decreſcendi locum habet inter filios patroni Eccleſiæ, quoad vocem, ſi vnus ex ijs deceſſerit ſine hærede capace patronatus.*
17 *Ius non decreſcendi locum habet in iure patronatus, quoties ipſo iure extinguitur in perſona vnius ex patronis.*
18 *Succeſſio, ſiue legitima, quæ patronis debetur in bonis liberti, competit inſolidum vni tantum, ſi alter viuo liberto deceſſerit, vel aliter á iure ſuo excludatur.*
19 *Patronus ſuperſtes in ſucceſſione liberti potior eſt, quã filius cõpatroni prædefuncti, et filius potior, quã alterius patroni prædefuncti nepos.*
20 *Aſſignatio liberti facta ab vno ex patronis filio ſuo non præiudicat compatrono ſuperſtiti quominus ius integrum habeat, quandiu viuit.*
21 *Opera a communi liberto promiſſa vni ex patronis debentur eius filijs, etiãſi cõpatronus viuat.*
22 *Ius nõ decreſcendi locũ habet in iure patronatus. ſi vnus ex patronis per ſententiã excludatur.*
23 *Iuramentum, & res iudicata æquiparantur.*
24 *Sententia maiorem habet vim in iure patronatus, quam iuramentum.*
25 *Ius non decreſcendi non habet locum in iure patronatus, quoties in perſona vnius, non ipſo iure, ſed ope tantum exceptionis extinguitur.*
26 *Ius non decreſcendi non habet locum in iure patronatus, ſi libertus deferente vno ex patronis iurauerit, ſe illius libertum non eſſe.*
27 *Ius accreſcendi locum habet inter patronos, ſi in nullius perſona ius ipſum extinguatur, ſed alter ex patronis a ſua parte eorum, quæ ſunt conſecutiua excludatur.*
28 *Ius accreſcendi locum habet in legitima debita patronis ſi vnus ex ijs a ſua portione excludatur.*
29 *Ius accreſcendi locum habet in iure præſentandi, ſi vnus ex patronis præſentare nolit, vel præſentet indignum, vel aliter a præſentandi iure excludatur, Declara, ut num. 30.*

An, & quando ius accreſcendi locum habeat in iure patronatus.

Quæſtio Quadrageſima octaua.

QVARTO videndum eſt de iure patronatus, quod in duplici eſt differentia: Quoddam enim eſt liberti, quoddam verò Eccleſiæ, liberti, quod ex ſerui manumiſſione naſcitur: Nam, qui ſeruum manumittit, ob tam grande beneficium, quod in eum confert, ius pa-
1 tronatus conſequitur † *l. adoptiuum. 8. §. 1. ff. de in ius voc. l. inteſtato. 3. §. 1. ff. de ſuis, & leg. l. 1. ff. de bon. lib. Et de hoc tractatur in tit. ff. de iur. patr. & tit. C. de bon. libert. & iur. patro.* Eccleſiæ verò, quod ei competit, qui Eccleſiam fun-

2 fundauit, ſeu conſtruxit, aut dotauit † cap.
quoniam. 3. & cap. nobis. 29. extr. de iur. patro.
cap. filijs. 16. q. 7. Et de hoc tractatur in tit. de iur.
patr. tā in decretalibus, quā in ſexto, et Clemētinis.
In hoc autem an locum habeat ius accre-
ſcendi, ſi quæramus, conſtat, receptiſſimam
eſſe omnium ſententiam, non ius accreſcen-
di, ſed ius non decreſcendi habere locum,
3 † ſiue ſit ius patronatus liberti, ſiue Eccleſię,
vt de illo patet ex l. ſiue libertus. 21. §. ex duobus
ff. de iur. patro. l. ex tribus. 21. & l. communi li-
berto. 24. ff. de bon. liber. l. quodcunque. 4. §. 1. ff. ſi
quid in fraud. patro. Et ſcribunt gl. in l. un. in
uerb. hærede, & ibi Bart. in prin. C. ſi liber. Imp.
ſoc. ſin. har. dec. lib. 10. & alij, quos referemus
infra nu. 17. & ſiqq. De hoc uero ſcribunt Bald.
conſ. 280. num. 1. uerſ. 9. probatur uol. 3. Alex.
in l. ſi mihi, & Titio. 110. in prin. num. 22. ff. de
uerb. oblig. Rip. in d. l. re coniuncti, num. 234.
Pariſ. conſ. 48. num. 20. uol. 4. Roch. de Curt.
in tract. de iur. patro. in uerb. ius num. 20.
Craſſ. in §. Ius accreſcendi, q. 27. Monald. conſ.
82. num. 9. uol. 1. Nam, cum ſit indiuiduum,
4 † l. fin. ff. de iur. patro. l. quadam mulier. 42.
ff. fam. ercis. Et ſcribunt gl. in l. ſub conditione.
10. in uerb. ſolum ff. de aſſign. lib. Bald. in l. fa-
miliæ. 9. C. comm. utriuſque iud. & in l. cum ſe-
cundum. 3. num. 4. C. de fideico. Alex. in d. l. ſi
mihi, & Titio, num. 5. uerſ. ſed contra, & ibi
Iaſ. num. 5. uerſ. Nec huic, Gul. Ben. in d. cap.
Raynutius, in uerb. & uxorem nomine Adela-
ſiam, num. 146. Et de iure patronatus Eccleſiæ
conſtat ex capit. 1. & ibi gl. in uerb. non debeat,
extr. de iur. patro. & ſcribunt Bald. in d. l. fa-
miliæ. 9. C. comm. utri. iud. & in cap. quanto. 3.
num. 3. & 9. extr. de iudic. Aluaro. in cap. 1. in
prin. num. 2. De frat. de nou. ben. inu. Alex. in
dict. l. ſi mihi, & Titio, num. 22. Rip. in d. l. re
coniūcti, num. 234. Roch. de Curt. in d. tract. de
iur. patro. in Verb. ius, num. 19. Ceph. conſ. 507.
num. 43. Decia. conſ. 32. num. 8. uol. 1. Roll. conſ.
80. num. 30. uol. 1. Monal. d. conſ. 82. num. 8.
uol. 1. Pereg. conſ. 32. num. 6. & conſ. 34. nu. 3.
uolum. 1. et inter eius conſ. Aldo. us. conſ. 18. nu. 2.
uolum. 5. Cottin. deciſ. 112. num. 1. Conſequēs
eſt, vt, non ius accreſcendi, ſed ius non decre-
ſcendi recipiat, ex ijs, quæ generaliter de indiui-
duis diximus in hoc cap. q. 32. num. 38. & ſpe-
cialiter de feudis in q. 37. num. 66. & ſeqq.
Verùm hic diligenter animaduertendum
puto, in iure patronatus duo poſſe conſidera-
ri: Aut enim conſideramus ſubſtātiam ipſius
iuris, Et hoc reſpectu cenſetur quidem indi-
5 uiduum, † vt declarant Bald. in d. cap. quanto,
num. 3. extr. de iudic. Zaz. in d. l. ſi mihi, et Titio,
6 num. 10. quia † eſt ius intellectuale, quod ſci-
licet mente, & intellectu percipitur, ideoque
in partes ſcindi nequit, vt in ſpecie ratiocinan-
tur glo. in cap. 1. in verb. non debeat extr. de iur.
patro. Bald. in d. cap. quanto, num. 3. & 9. extr. de
iudic. Pereg. d. conſ. 32. nu. 6. et d. conſ. 34. num. 3.
vol. 1. ſed non poteſt dici, aut ius accreſcendi,
7 aut ius non decreſcendi recipere. † Non ius
accreſcendi, quia, cum per id pars debeat
parti accreſcere, ut oſtendimus in 4. cap. q. 2.
num. 3. uerſ. Ius accreſcendi. & ius patronatus,
vt indiuiduum partes non recipiat, ut ſupra
dictum eſt. Conſequens eſt, vt in eo ius accre-
ſcendi conſiderari nequeat. Neque ius non
decreſcendi, quia hoc ius ſupponit decretio-
nis potentiam, quæ in iure patronatus eſſe
nequit, cum ius ipſum, tamquam indiuiduū
nunquam poſſit per alicuius concurſum di-
minui, ſed ſingulis competat inſolidum,
etiamſi concurrant omnes, ut de ſeruitutibus
diximus in hoc cap. q. 32. num. 41. & 42. Aut
verò conſideramus ea, quæ ſunt huius iuris
conſecutiua, nempè iura, & effectus, ſeu
fructus, vtilitates, & commoditates, quas ex
hoc iure patroni conſequuntur, Et hoc re-
ſpectu ius patronatus cenſetur diuiduum,
8 † ut declarant Bald. in d. cap. quanto, num. 3.
& 9. extr. de Iudic. Zaz. in d. l. ſi mihi, & Titio,
num. 10. Quamobrem hoc reſpectu ius ac-
9 creſcendi, aut non decreſcendi recipiet, † pu-
ta reſpectu operarum, quæ patronis à liber-
10 to præſtandæ ſunt, † ut ſcribūt Bart. in d. l. ſi
mihi, & Titio, num. 6. & ibi Alcia. num. 16. uerſ.
cuius rei, Bart. conſ. 58. num. 1. uerſ. Præterea
hoc uidemus, lib. 1. vel reſpectu ſucceſſionis,
ſeu portionis legitimæ, quæ patronis debetur
in bonis liberti, ut in d. l. ſiue libertus. 21. §. ex
duobus ff. de iur. patro. d. l. ex tribus. 21. & d. l.
communi liberto. 24. ff. de bon. lib. & d. l. quod-
cunque. 4. §. 1. ff. ſi quid in frau. pat. Idem di-
citur & de iure patronatus Eccleſiæ: Nam
& hoc cenſetur indiuiduum, quoad ſui ſub-
ſtantiam. Cæterum, quoad vocem, ſeu ius
præſentandi, quod eſt eius fructus, cenſetur
11 diuiduum, † clem. 2. De iur. patro. Ita in ſpecie
declarant gl. in cap. 1. in uerb. non debeat, extr.
de iur. patro. Bald. dict. conſ. 280. num. 1. uerſ.
Nono probatur uol. 3. Roch. de Curt. in dict.
tract. de iur. patro. in uerb. ius, num. 20. Ceph.
dict. conſ. 507. num. 44. Monald. dict. conſ. 82.
num. 8. uolum. 1. Cottin. dict. deciſ. 112. num. 3.
Quamobrem, & hoc reſpectu ius accreſcēdi
12 recipiet: † Nam, ſi ex duobus Eccleſiæ pa-
tronis vnus renunciet iuri ſuo, vel moriatur
ſine hærede capace patronatus, alteri ius
13 eius accreſcet † ut ſcribunt Pariſ. d. conſ. 48.
nu. 20. uol. 4. Monald. d. conſ. 82. nu. 9. uol. 1.
Craſſ. in d. §. ius accreſcendi, q. 27. Idē eſt, & ſi
ex duobus patroni filijs, in quos ius patrona-
tus cēſetur ęqualiter translatū etiāſi inęqua-
14 liter ſucceſſerint. † ut ſcribunt gl. in d. capit. 1.
in uerb. non debeat, extr. de iur. patro. Decia.
conſ. 32. num. 7. & 10. uol. 1. Pereg. d. conſ. 32.
num. 7. uolum. 1. & conſ. 27. num. 7. uolum. 2.
& Aldou. inter conſ. eiuſdem Pereg. d. conſ. 18.
num. 3. vol. 5. & in ſimili dicimus de obliga-
tione operarum, quæ in patroni filios tranſ-
15 fertur † l. vt iuriſiurandi. 7. §. ſi liberi ff. de oper.
lib. Et in ſpecie declarant Bart. in d. l. ſi mihi, &
Titio, num. 6. & ibi Alcia. num. 16. verſ. cuius rei,
Bart. in d. conſ. 58. num. 1. verſ. Præterea hoc vi-
demus, lib. 1. Nam, ſi vnus eorum moriatur ſi-
ne hærede capace patronatus, vox eius cęte-
16 ris accreſcet, † vt ſcribit Bald. d. conſ. 280. nu. 1.
verſ. 9. probatur, uol. 3.
Sed hæc quidem generaliter dicuntur. Spe
cialiter verò, ſi quæramus, quibus caſibus pce
dāt, cōſtat, tres eſſe diſtinguēdos caſus, quorū.
Primus eſt, quando ex duobus patronis
vnus deficit totaliter, prout euenit, cum in
eius perſona ius patronatus ipſo iure extin-
guitur, Et tunc omnes fatentur, partem eius
17 compatrono accreſcere. † Ita enim per l. com-
mune liberto. 24. ff. de bon. libert. ſcripſerunt glo. in
l. ſi duo patroni. 13. in prin. in verb. iuraſſet, &
ibi Bart. in prin. verſ. Opp. Ang. num. 2. verſ. in
glo. ſuper verb. iuraſſet ff. de iureiur. Alex. in d.
l. ſi

l. ſi mibi, & Titio, n. 5. verſ. ſed cōtra, & ibi Iaſ. nu.
5. verſ. Nec huic, Zaz. nu. 11. Caſt. conſ. 286. n. 2.
verſ. ſi vero, vol. 1. Iaſ. in d. l. re cōiūcti, nu. 242. Et
accipiendi ſunt omnes, quos retulimus ſupra n. 3.
Hinc infertur primo, ſi ex duobus patronis
vnus viuo liberto deceſſerit, vel aliter à ſuo
iure excludatur, ſolum ſuperſtitem iura pa-
tronatus, & conſequenter partis vtrique de-
18 bitæ bonorum poſſeſſionem habiturum, † d.
l. communi liberto. 24. ff. de bon. libert. Idque pro-
cedere, etiamſi compatronus filios reliquε-
rit: Nam, quandiù viuit alter, inſolidum
ius habere intelligitur, ideoque in bonis li-
berti prior eſt, quam filius alterius patroni,
itemque prior filius patroni, quam alterius
19 patroni nepos † l. tutela 3. §. ſi duo, in princ. &
verſ. proinde ff. de legit. tut. l. ſi libertus. 23. §. 1. ff.
de bon. lib. Paul lib. 3. ſent. tit 2. in prin. adeo, vt
etiamſi defunctus filio ſuo libertum aſſigna-
uerit, non tamen hoc debeat alteri patrono
20 officere, quominus ſuum ſolidum habeat † l. ſi
ex duobus. 12. ff. de aſſign. liber.
Planè, ſi libertus vtrique operas promiſe-
rit, altero ex his mortuo, nihil eſt, quare non
filio eius, quamuis ſuperſtite altero opera-
rum detur petitio: Nec hoc quicquam com-
mune habet cum hæreditate, aut bonorum
poſſeſſione: Perinde enim opera à liberis, ac
21 pecunia credita petitē † l. à duob. 4. ff. de ope. liber.
Secundo infertur, ſi contra vnum ex pa-
tronus lata ſit ſententia, quæ declaráuerit,
ius patronatus illi non competere, compa-
tronum, ſi egerit, & obtinuerit, ius integrum
22 habiturum. † Ita ſcribunt Bald. in d. cap. quan-
to, n. 9. ext. de iud. Ang. in d. l. ſi duo patroni, t 3. in
prin. n. 2. verſ. in gl. ſup verbo, iuraſſet, ff. de iureiu.
Rip. in d. l. re cōiuncti, nu. 234. Rocb. de Curt. in d.
tract.. de iur. patro. in verb. ius, num. 20.
Nec eſt contrarium, quod iuſiurandum,
cuius eadem eſt vis, & authoritas, quæ & rei
23 iudicatæ † l. 2. ff. de iureiur. & l. adoptiuum. 8. §.
1. verſ. quemadmodum ff. de in ius voc. quæ ſpe-
cialiter de patrono loquitur, non excludat to-
taliter patronum à iure ſuo, nec faciat iuri ac-
creſcendi locum d. l. ſi duo patroni, quia ve-
rius eſt, in hoc maiorem eſſe vim ſententiæ,
24 quam iuriſiurandi, † vt patet ex l. ſi iurauero.
14. ff. de iur. patro. Nam ſententia perimit to-
taliter ius patroni, iuſiurandum verò non, niſi
ope exceptionis. Ita Ang. in d. l. ſi duo patro-
ni, num. 2. verſ. & ſic.
Secundus verò caſus, eſt quando in perſo-
na vnius ex patronis ius non extinguitur to-
taliter, & ipſo iure, ſed ope tantum exceptio-
nis. Et tunc frequentiùs dicitur, ceſſare ius ac-
25 creſcendi † Ita enim per d. l. ſi duo patroni, ſcri-
pſerunt Ang. ibi num. 2. verſ. In gl. ſuper verb.
iuraſſet, Caſtr. d. conſil. 286. num. 2. verſ. ſi verò,
volum. 1. Alex. in d. l. ſi mihi, & Titio, num. 5.
verſ. ſed contra, & num. 6. & ibi Iaſ. num. 5. verſ.
Nec huic, Alcia. num. 4. Zaz. num. 9. Iaſ. in d. l. re
coniuncti, num. 242. Gul. Ben. in d. cap. Raynu-
tius, in verb. & vxorem nomine Adelaſiam,
num. 146. Et eſt in confeſſo apud eos, quos refere-
mus num. ſeq. Exemplum afferunt in ſpecie,
qua libertus deferente vno ex patronis iura-
uit, ſe illius libertum non eſſe: Nam, quia
tale iuramentum non extinguit ipſo iure ius
patroni, ſed tantum eum agentem repellit
ope exceptionis §. æqua, Inſt. de except. ideo
fit, vt eius pars non poſſit alij accreſcere, quia
ad hoc, vt locum habeat ius accreſcendi, de-
26 bet pars ipſo iure deficere, † vt dicemus in ſe-
ptimo cap. q. 38 Ita per d. l. ſi duo patroni, ſcri-
pſerunt ibi glo. in verb. iuraſſit, Bart. in princ.
verſ. Opp. Ang. num. 1. & 2. verſ. In gl ſuper verb.
iuraſſet, & num. 3. verſ. & concludo, Caſtr. num.
1. & 2. Alex. num. 1. Iaſ. in d. l ſi mihi, & Titio,
num. 5. verſ. Nec huic, & ibi Zaz. num. 11. Anto.
Gouea. de iur. accr. num. 30. Duar. lib. 1. de Iur.
accr. cap. 19. Quod etiam ad ius patronatus Ec-
cleſiæ trahitur ab Ang. in d. l. ſi duo patroni, nu.
1. Sed, quia veritas huiuſce rei pendet ab in-
tellectu d. l. ſi duo patroni, quem latiùs proſe-
quemur in d. cap. ſeptimo q. 38. ideo ex illo lo-
co erunt ſumenda, quæ ad pleniorem huius
rei tractationem videbuntur eſſe neceſſaria.
Tertius, & vltimus caſus eſt, quando ius
patronatus in nullius perſona, aut ipſo iure,
aut ope exceptionis extinguitur, ſed vnus ex
patronis pro ſua parte excluditur ab ijs, quæ
ſunt huius iuris conſecutiua, Et tunc verius,
& receptius eſt, partem excluſi cœteris ac-
creſcere, & ita etiam in iure patronatus ius
27 accreſcendi habere locum. † Quamobrem, ſi
vnus ex patronis, quibus legitima debetur, à
ſua portione excludatur, ea compatrono ac-
28 creſcet † l. ſiue libertus. 21. §. ex duobus. ff. de
iur. patro. l. ex tribus 21. ff. de bon. liber. l. quod-
cunque. 4. §. 1. ff. ſi quid in fraud. patro. & nos di-
ximus in hoc cap. q. 8. num. 14. Et, ſi ex duobus
eiuſdem Eccleſiæ patronis vnus rectorē præ-
ſentet, alter verò præſentare nolit, aut præſen-
tet indignum, aut aliam ob cauſam à præſen-
tandi facultate repellatur, ius præſentandi,
quod alteri competebat, cenſebitur alteri ac-
creuiſſe, ita, vt præſentatio ab eo facta per-
inde valeat, ac, ſi is ſolus patronus eſſet, ſo-
29 luſq; ius haberet præſentādi, † vt ſcribit Rip. in
d. l. re coniuncti, num. 234. in fin. Quod tamen
30 intelligitur † pro ea vice tantum; nam pro ſe-
quentibus vacationibus ius integrū præſentā-
di cenſebitur alteri reſeruatū, vt declarat Cald.
conſ. 8. ſub tit. de iur. patro.

SVMMARIVM.

1 *Aſſignatio liberti, neque legatum eſt, neque fidei-
commiſſum.*
2 *Ius accreſcendi locum habet in aſſignatione liber-
torum, & cur, num. 3.*
4 *Libertus, ſi vni aſſignetur purè, alteri verò ſub
conditione, is, cui purè aſſignatus eſt, pendente
conditione ſolus habet ius patroni.*
5 *Ius accreſcendi locum habet in aſſignatione liber-
torum, etiamſi vnus ex ijs, quibus facta eſt
aſſignatio, deceſſerit relictis liberis, et cur, nu. 6.*
7 *Ius accreſcendi locum habet in aſſignatione
libertorum, etiamſi vnus ex ijs, quibus facta eſt
aſſignatio partem ſuam filijs aſſignauerit.*

An, &, quādo ius accreſcēdi locū habeat in aſſignatione libertorum.

Quæſtio Quadrageſima nona.

EX his autem, quæ de iure patronatus
diximus, facile eſt intelligere, quid
iuris ſit in aſſignatione libertorum
Nam, licet ea, neq; legatum ſit, neq;
1 fideicommiſſum, † l. aſſignare. 7. ff. de aſſig.
liber.

liber. Et ſcribunt Bart. in l. ſi mihi, & Titio. 110.
in prin. num. 1. & ibi Imol. num. 1 verſ. fallit 3.
& Alcia. nu. 16. ff. de verb. oblig. Bart. in d. l. re
coniuncti, num. 65. & 69. eaque ratione con-
numeretur potiùs inter contractus, quam
inter vltimas voluntates, nihilominus ius re-
2 cipit accreſcendi. † Itaque, ſi patronus duo-
bus filijs libertum aſſignauerit, & ex ijs vnus
deceſſerit, vel viuus hæreditatem liberti ad
ſe pertinere noluerit, eius portio accreſcet al-
teri, in cuius perſona durat aſſignatio. l. 3. §.
vlt. cum 2. ll. ſeqq. ff. de aſſig. liber. Et ſcribunt
Azo. in ſumma Inſt. de aſſign. liber. nu. 7. Bart.
in d. l. ſi mihi, & Titio, num. 1. & ibi Ang. num. 1.
verſ. 3. fallit, Caſtr. num. 2. Imol. num. 1. verſ. fal-
lit 3. Alex. num. 10. Iaſ. num. 9. verſ. 5. & nu. 12.
verſ. 3. ratio, Alcia. num. 16. Bart. in dict. l. re
coniuncti, num. 65. & 69. & ibi Crott. nu. 145.
verſ. fallit, & 5. Rip. num. 227. verſ. 5. fallit,
Bald. in Auth. ſi quas ruinas, num. 7. verſ. 3. caſu
C. de ſacroſ. Eccl. Papien. in form. lib. quo agit.
ex ſubst. in verb. breuiloce, num. 38. Gul. Ben. in
dict. cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine
Adelaſiam, num. 149. verſ. 7. fallit, Ant. Fum.
de contun. cap. 12. num. 2. Duar. lib. 1. de Iur.
3 accr. cap. 16. & 21. ſcilicet, quia † in ea tra-
ctatur de iure patronatus, quod, vt indiuiduũ
competit vnicuiq; inſolidum, ut oſtendimus
in q. præced. num. 4. & ſeqq. ideoque, licet,
quoad effectus, & commoditates poſſit con-
curſu diuidi, ſi tamen ceſſet concurſus, alter,
quaſi inſolidum patronus totum iure ſuo
conſequitur. Quamobrem, & ſi vni purè,
alij ſub conditione libertus aſſignatus ſit, is,
cui purè aſſignatus eſt, pendente conditione
4 ſolus habebit ius patroni † l. ſub conditione 10.
§. ſi uni ff. de aſſig. libert, Idque adeo verum
eſt, vt procedat, etiamſi vnus ex fratribus,
quibus facta eſt aſſignatio, decedat relictis
liberis: Adhuc enim illis excluſis frater ſu-
5 perſtes ad totum admittetur † l. utrum. 5. &
ibi gl. in verb. & puto ff. de aſſign. liber. Et ſcri-
bunt Tiraqu. de iure primogen. q. 40. num. 152.
6 Duar. dict. lib. 1. de Iur. accr. cap. 16. quia † pa-
tronus in liberti ſucceſſione potior eſt, quam
alterius patroni filius, & filius potior, quam
alterius patroni nepos dict. l. utrum 5. & ibi
gl. in verb. & puto ff. de aſſig. libert. & nos dixi-
mus in q. præced. num. 19. Quinimo procedit,
etiamſi frater, qui deceſſit, portionem ſuam
liberis aſſignauerit: Adhuc enim tali aſſi-
gnatione non obſtante pars eius ſuperſtiti
7 fratri accreſcet † l. ſi ex duobus. 12. ff. de aſſign.
libe. & ſcribit Tiraq. dict. q. 40. num. 152. Et
hæc de priuatis viuentium cauſis.

S V M M A R I V M.

1 *Ius accreſcendi locum habet in iuriſdictione ordi-naria, & cur, num. 3. & 5.*
2 *Ius accreſcendi locum non habet in iuriſdictione delegata, & cur, num. 3. & 5.*
4 *Iuriſdictio ordinaria eſt fauorabilis, delegata verò odioſa.*
6 *Iuriſdictio ordinaria competit unicuique inſo-lidum, & habitu, & exercitio, & cur, num. 8.*
7 *Iuriſdictio delegata competit unicuique inſo-lidum habitu, ſed non exercitio, & cur, num. 8.*
9 *Delegatorũ uno mortuo põt alter ſolus procedere, ſi ſit appoſita clauſula, Quod, ſi ambo, &c.*
10 *Clauſula, quod, ſi ambo, etc. inducit inter dele-gatos ius accreſcendi.*
11 *Ius accreſcendi non habet locum in arbitrijs, & arbitramentis, & cur, num. 12.*

An, ius accreſcendi locum habeat in iuriſdictione.

Quæſtio Quinquageſima.

SVPEREST, vt de ijs diſpiciamus,
quæ ſunt publicæ, ſeu publica autho-
ritate nituntur, & videamus, an in ijs
locum habeat ius accreſcendi. Harum au-
tem varia poſſunt exempla afferri.

Primum in iuriſdictione, quæ non, niſi
publica authoritate defertur l. priuatorum. 3.
C. de iuriſd. omn. iud. In hac autem, ſi quæra-
mus, an locum habeat ius accreſcendi, con-
ſtat, multum referre, vtrum iuriſdictio ſit or-
dinaria, an verò delegata: Nam ſi ordina-
ria, certum eſt, in ea locum inter collegas
1 habere ius accreſcendi. † l. un. verſ. ſanè ff.
de off. conſ. l. Imperatores. 21. §. ſi magiſtratus,
& ibi Ang. & Imol. ff. de appell. Abb. in capit.
ad abolendam, num. 10. extr. de hæretic. Crau.
conſil. 995. num. 3. Cœterùm, ſi ſit delegata,
magis eſt, vt in ea ius accreſcendi ceſſet
2 † capit. uno delegatorum 42. ext. de off. & pot.
iud. del. Ita de utraque ſcripſerunt Bald. in l.
vn. num. 24. & ibi Iaſ. num. 44. C. quand. non
pet. part. Alex. in l. ſi mihi, & Titio. 110. in
prin. nu. 22. ff. de verb. oblig. Iaſ. in d. l. re coniũcti,
num. 253. Iac. de Nigr. in rubr. ff. de off. eius cui
mand. eſt iuriſd. nu. 21. et ibi Mart. Mont. nu. 54.
verſ. 11. Bertach. in tract. de gabell. part. 1. nu. 45.
3 Cuius diuerſitatis nõ illa eſt ratio, † quã Iaſ.
in d. l. re coniũcti, nu. 253. et Mart. Mont. in d. rub.
ff. de off. eius, nu. 54. verſ. 11. attulerũt, qđ iuriſ-
dictio ordinaria ſit fauorabilis, et ideò extẽdẽ-
da, delegata verò odioſa, ideoq; ſtrictè inter
4 ꝑtãda, † ut ſcripſerũt gl. in cap. 1 in verb. ꝓceſſus,
De reſcrip. in 6. Bald. in l. ult. nu. 5. C. de Iudic.
Alex. in l. more. 5. nu. 13. verſ. Itẽ q̃a, et ibi Iaſ. nu.
8. ff. de Iuriſd. Alex. in l. fin. nu. 7. ff. eod. Seb. Sap.
in d. rub. ff. de off. eius, nu. 22. et ibi Alcia. nu. 36.
verſ. itẽ in iudicijs, Vant. de null. ſenten. tit. de null.
ex defect. iuriſd. nu. 28. Io. Iuuen. in l. imperiũ. 3.
nu. 23. ff. de iuriſd. Petr. Calefa. in l. 1. nu. 6. ff.
de Iudic. Men. de ꝓſup. lib. 2. præſ. 15. nu. 1. et 2. et
5 præſ. 16. nu. 13. ſed, q̃a † ordinaria cõpetit vni-
6 cuiq; inſolidũ, et habitu, et exercitio, † ut ſcri-
bunt gl. in l. Põponius. 36. aliàs l. ſi uni. in verb. ꝓ-
ferre, et ibi Bart. nu. 1. Alex. nu. 14. Iaſ. nu. 4. verſ.
in ea gl. 16 ff. de re iudic. Alex. cõſ. 93. nu. 1. uol. 7.
Purp. conſ. 548. nu. 60. verſ. 3. Crau. conſ. 995. nu.
3. Delegata verò, licet inſolidũ cõpetat habi-
tu, cũ ſit indiuidua, nõ tñ cõpetit exercitio,
7 † ut ſcribũt gl. in d. l. ſi uni. 36. in verb. ꝓferre, et
ibi Bart. nu. 7. Iaſ. nu. 10. verſ. In ea gl. ibi ff. de re
iudic. Bald. in l. falſus. 19. nu. 16. C. de furt. qm̃
8 † ordinarius, vt inſolidũ habet iuriſdictionẽ
inte ſuo l. more 5. ff. de iuriſd. l. cognitio. 4. in prin.
verſ. cũ ꝓpriã ff. de off. eius, ita etiã iure ſuo po-
teſt eã inſolidũ exercere. At delegatus, q̃a ꝓ-
priã iuriſdictionẽ nõ habet, ſed alienã tantũ
exercet ex mãdato l. 1. §. q. mãdatã l. et, ſi Præ-
tor. 3. ff. de off. eius, l. ult. C. ubi, et apud quẽ, ideò
mãdati fines diligẽter cuſtodire debet l. dili-
gẽter 5. in prin. ff. mand. Cũ igitur mãdatũ, nõ
ſingulis, ſed duob' cõiũctim tribuat iuriſdi-
ctionis exercẽdæ poteſtatẽ, Cõſequẽs eſt, vt di
ſiũctim nõ poſſit vn' ex delegatis eã exercere.
Pla-

Planè, ſi aliud in delegatione ſit expreſſum, vt, quia ſingulis, ſiue inſolidum facta ſit, vel appoſita ſit vulgaris illa clauſula, Quod, ſi ambo intereſſe non potuerunt, alter nihilominus exequatur, dubium nō eſt, quin altero eo deficiēte poſſit alter inſolidum iu-
9 riſdictionem exequi † *cap. prudentiam. 21. §. idem quoque, & d. cap. vno delegatorum, extr. de off. & pot. iud. deleg. cap. cùm plures. 8. eod. tit. in 6. ſocio, Alex. d. conſ. 93. num. 1. vol. 7.* Nam huiuſmodi clauſula inducit inter delegatos ius ac-
10 creſcendi † *ſecundum Bald. in d. l. falſus. 19. nu. 16. C. de furt.* licet impropriùm; & abuſiuum, cum his verbis inducatur potiùs quædā ſubſtitutio, & ſubrogatio expreſſa à delegante facta, quæ longè differt a iure accreſcendi, *vt de contractibus diximus in hoc cap. q. 52. num. 53. & de feudis in q. 37. num. 120. & de emphyteuſi in q. 38. num. 77.*

Eadem ſeruantur in arbitris, & arbitratoribus, quippe qui in hac re iudicibus delegatis comparantur. Itaque, ſi fuerint in duos compromiſſum, non poterit alter in alterius defectum ſolus arbitrari, niſi aliud in compromiſſum fuerit expreſſum *l. Pedius 17. §. fin. cum l. ſeq. & l. non diſtinguemus 37. §. cùm in plures ff. de arbitr. d. cap. vno delegatorum, 42. extr. de off. & pot. iud. deleg. Alex. conſ. 92. num. 4. vol. 7.* Quamobrem dicimus in arbitris, & arbitramentis non habere locum ius accre-
11 ſcendi, † *vti videre eſt apud Bald. in d. l. vn. nu. 24. & ibi Iaſ. num. 44. C. quand. non pet. part. Alex. in d. l. ſi mihi, et Titio, num. 22. Iaſ. in d. l. re coniunctis, num. 253. Bertach. in d. tract. de gabel. part. 1. num. 45.* Nam, † cum arbitrorum po-
12 teſtas ſit ex compromiſſo ſumenda, nec aliud eis liceat, quam quod ibi, vt efficere poſſint, cautum eſt *d. l. non diſtinguemus. 37. §. de officio ff. de arbitr.* & compromiſſum non tribuat arbitrandi poteſtatem, niſi coniunctim, Conſequens eſt, vt diſiunctim arbitrari nullo modo poſſint. *Ita ratiocinatur Iaſ. in d. l. re coniunctis, num. 253.*

S V M M A R I V M.

1 *Ius accreſcendi non habet locum in pœnis, & nu. 3. & cur, num. 2. et 4.*
5 *Delinquentes plures ſimul omnes inſolidum tenentur ad reſtitutionem rei, et damni præſtationem.*
6 *Solutio vnius liberat alios, qui ſimul cum eo deliquerunt, ſi tractetur de intereſſe partis, & nu. 16.*
7 *Plures, ſi ſimul delinquant, tenentur omnes inſolidum ad pœnam, ſiue fiſco, ſiue parti debeat applicari.*
8 *Pœna, qua plures ſimul delinquentes tenentur, ſi non eſt vna, ſed multiplex, vnius ſolutio non liberat alios, & num. 17.*
9 *Solutio vnius liberat alios, quando pœna à pluribus ſimul delinquentibus ſoluenda, non eſt multiplex, ſed vna*
10 *Pœna ſi villæ, ſiue vniuerſitati ſit impoſita, ſinguli inſolidum tenentur*
11 *Pœna vniuerſitati impoſita, ſi ab vno ſoluatur, cæteri cenſentur liberati.*
12 *Officiales plures, ſi ſimul in officio delinquant, pœna, quæ eis imponitur, non eſt multiplex, ſed vna communiter ab eis ſoluenda.*
13 *Officiales ſimul in officio delinquentes omnes inſolidum ad pœnam tenentur.*
14 *Officiales, ſi ſimul in officio delinquant, & vnus ſoluat pœnam, cæteri cenſentur liberati.*
15 *Plures ſimul delinquentes omnes inſolidum tenentur, etiamſi pœna non ſit mera, ſed contineat rei perſecutionem.*
18 *Habentes pro non habentibus tenentur in delictis, ſi iudex vnumquemque inſolidum condemnauerit, aut expreſſim dixerit, vt, quod ab vno exigi non poterit, ab alijs ſuppleatur, Declara, ut num. 26. & 36.*
19 *Sententia ſi plures in vna ſumma condemnet, nõ teneatur quis, niſi pro ſua parte, etiamſi alij non ſint ſoluendo, Amplia, ut nu. 20. & 21.*
22 *Plures ſimul delinquentes, ſi ſimpliciter fuerint in certa ſumma condemnati, tenentur omnes inſolidum, Declara, ut nu. ſeqq.*
23 *Pœna, in qua plures condemnati ſunt ſimpliciter, non poteſt a ſingulis exigi, niſi pro parte.*
24 *Habentes pro non habentibus tenentur, ſi ex cauſa criminali fuerint condemnati, etiamſi ſimpliciter, et cur, num. 25. Declara, ut nu. 26.*
27 *Expenſæ debentur ab idoneis pro non habentibus in cauſis criminalibus, aut, quæ pendent ex delicto, et cur, num. 28. Declara, ut num. 29. et ſeqq.*
30 *Expenſæ ueniunt appellatione damnorum.*
31 *Expenſæ non ſunt a condemnatis præſtandæ fiſco, Sed contrarium de conſuetudine ſeruatur; nu. 34.*
35 *Reus non poteſt in carceribus detineri ſub prætextu expenſarum, aut à ſocio, aut etiam a ſe non ſolutarum, dummodo pœna ſit ſoluta.*

An, & quando ius accreſcendi locum habeat in pœnis.

Quæſtio Quinquageſimaprima.

HINC de illo videndum eſt, an ius accreſcendi locum habeat in pœnis, quæ à iuſdicentibus irrogantur. Dupliciter autem de hac re quæri poteſt vno modo actiuè, altero verò paſſiuè. Actiuè, cum quærimus, an, ſi pœna duobus, aut pluribus applicetur, & vnus repudiet partem ſuam, ea cœteris accreſcat. Paſſiuè verò, cum quærimus, an, ſi duo, vel plures vna ſententia fuerint in aliqua pœna pecuniaria condemnati, & vnus eam ſoluere non poſſit, cœteri pro eo teneantur, & ſic, an pœna illius accreſcat alijs.

Et, ſi quidem actiuè quæramus, an in pœnis locum habeat ius accreſcendi, conſtat, duos eſſe diſtinguendos caſus, quorum

Primus eſt, quando pœnæ, quæ duobus applicantur, ſunt diuerſæ, & ſeparatæ, puta, quādo pro eodem delicto imponitur pœna centum aureorum applicandorum parti, & aliorum centum applicandorum fiſco, Et tunc, ſi vnus pœnam acceptare noluerit, certum eſt,
1 eam alteri non accreſcere, † quia, cum in rebus diuerſis nulla poſſit coniunctio conſiderari *l. huiuſmodi. 86. §. quibus ff. de leg. primo. et patet ex ijs, quæ diximus in quinto cap. q. 1. num. 3. uerſ. cœterum, et q. 4. num. 1.* Conſequens eſt,

vt nec ius accreſcendi locum habere poſſit, quippe, quod eſt ius, ſiue effectus coniunctionis *l. ſi ſub conditione 16. in fi. ff. quib. mod. vſusf. am. & nos diximus in eodem 5. cap. q. 36. num. 4. & q. 42. num. 1. & ſeqq.*

Secundus verò caſus eſt, quando pœna, quæ duobus applicatur, eſt vna, & eadem, vt, cum pro delicto imponitur pœna centum aureorum pro dimidia fiſco, & pro dimidia Eccleſiæ, vel parti applicandorum, Et tunc maior videtur eſſe dubitatio: Nam, cum eius reſpectu cenſeantur fiſcus, & Eccleſia, ſeu pars coniuncti, tamquam vocati ad vnã, & eandem rem, *vt patet ex ijs, quæ diximus in eodem 5. cap. q. 1. num. 3.* Conſequens videtur, vt inter eos ius accreſcendi locum habere debeat, ſcilicet, quia inter coniunctos ſolet eſſe iuri accreſcendi locus, *vt diximus in dict. 5. cap. q. 36. num. 5.*

Sed hoc non obſtante verius, & receptius eſt, partem recuſantis alteri non accreſcere,
3 ſed apud condemnatum remanere. † *Ita enim ſcripſerunt Bald. in l. arbiter intra certum 47. ff. de arbitr. Alex. in l. ſi mihi, & Titio 110. in prin. num. 22. ff. de verb. oblig. Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 119. & ibi Alcia. num. 56. verſ. fortius, Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelaſiam, num. 150.* Nam
4 quia † pœnæ ſunt odioſæ, ideo ſtrictam debent interpretationem recipere *l. cum interpretatione 42. ff. de pœn. l. lege Iulia. 44. §. hoc capite ff. de rit. nupt. l. factum. 198. §. in pœnalibus ff. de reg. iur. & cap. in pœnis, eod. tit. in 6. capit. pœna. 18. De pœnit. diſt. 1.* Odia enim reſtringi, fauores verò conuenit ampliari *l. cum quidam. 19. ff. de lib. et poſth. cap. odia, De reg. iur. in 6.* Quamobrem, licet in fauorabilibus locum habeat ius accreſcendi, non tamen locum habet in odioſis *dict. l. cum quidam, et nos latè oſtendimus in hoc cap. q. 25. nu. 3. et 4.*

Nec vis eſt in coniunctione facienda, quia non ſemper coniunctio ius accreſcendi parit; Nam in contractibus, & alijs viuentium cauſis datur coniunctio, & tamen ea cenſetur ad inducendum ius accreſcendi inutilis, *vt oſtendimus in hoc cap. q. 32. num. 36. verſ. ad quartũ, & q. 37. num. 236. & q. 38. num. 206.* Quemadmodum, & in odioſis, *ſecundum ea, quæ ſupra diximus.*

Sed hæc quidem dicuntur, quoties actiuè de pœna loquimur. At, quoties paſſiuè, & quærimus, an in ea locum habeat ius accreſcendi, conſtat, rem eſſe mirum in modum perplexam. Pro faciliori autem eius explicatione de duobus nobis erit diſpiciendum, Primo, ſi duo, vel plures ſimul delinquant, an omnes inſolidũ teneantur, an verò quiſq; pro ſua tantum parte. Secundo verò, ſi duo, vel plures in eadem ſententia condemnentur, an idonei pro non habẽtibus teneãtur, & ſic, an horum pars illis accreſcat.

Et in prima quidem quæſtione conſtat, tres eſſe diſtinguendos caſus, quorum

Primus eſt, quando tractamus de mero intereſſe partis, puta de reſtitutione rerum ablatarum, aut refectione damni illati, ſeu præſtatione eius, quod intereſt, delictum non fuiſſe commiſſum, Et in hoc caſu certum
5 eſt, omnes inſolidum teneri † *l. 1. §. fin. cum 2. & ſeqq. ff. de ijs, qui deie. vel eff. l. ſemper 15. §. ſi in ſepulchro, verſ. Opus enim ff. quod vi, aut clam, Et ſcribunt Bald. in l. 1. num. 1. C. de cond. furt. Boſſ. in tit. de pœn. num. 1. verſ. quo vero ad rem, & num. 3. verſ. & ſine difficultate, Alb. conſ. 356. num. 1. Nat. conſ. 79. num. 9.*

Sed, quia in obligatione vna tantum res, ſiue ſumma vertitur, ideo ſolutione vnius cœteri
6 liberantur † *l. & quidem. 3. ff. de ijs, qui deie. vel eff. d. l. ſi, cum exceptione. 14. §. fin. ff. quod met. cauſ. l. nouiſſimè. 7. §. fin. ff. q. falſ. tuto. l. ſi ex duobus 15. ff. de tut. & ratio. diſtr. l. 1. §. ſi plures ff. de eo, per quem fact. erit. l. 1. & ibi gl. in verb. inſolidum, & Bald. num. 1. C. de cond. furt. l. 5. §. quoties, vbi gl. in verb. ſic tamen, verſ. vel ſecundum, & verſ. ſed dic ff. de eo. & vt arm. gl. in l. item Mela 11. §. ſed, ſi plures, in verb. cum ſit pœna ff. ad l. Aquil. gl. in l. ſi per alium. 5. §. hoc iudicium, in verb. in ſingulos ff. ne quis eum, qui in ius voc. eſt vi exim. Bald. in l. 1. num. 5. C. ſi plur. vn. ſent. Boer. deciſ. 310. num. 7. & 8. Boſſ. in dict. tit. de pœn. num. 1. verſ. quo vero ad rem, & num. 3. verſ. & ſine difficultate, Nat. d. conſ. 79. num. 9.*

Secundus verò caſus eſt, quando tractamus de mera pęna, vel parti, vel fiſco applicanda, Et tunc ſimiliter certum eſt, omnes in
7 ſolidum teneri † *l. vulgaris. 21. §. fin. ff. de furt. l. ſi plures. 34. ff. de iniur. l. 1. C. de cond. furt. l. ſi per alium. 5. §. hoc iudicium ff. ne quis eum, qui in ius voc. eſt, vi exi. l. 1. §. fin. ff. ſi is, qui teſt. lib. eſſ. iuſ. fuer. l. ita vulneratus. 52. in fi. & ibi gl. in verb. exiſtimentur ff. ad l. Aquil. Bart. in l. ſemper 15. §. ſi in ſepulcro num. 1. ff. quod vi, aut clã, Bald. in d. l. 1. num. 1. C. de cond. furt. Boſſ. in d. tit. de pœn. num. 1. in prin. & verſ. & hæc concluſio, Alb. d. conſ. 356. num. 1. Nat. d. conſ. 79. num. 10. Clar. in §. fin. q. 84. num. 7. Rota Auen. deciſ. 112. num. 1. & 4. Hoto. Illu. q. 33.* Sed, an vno ſoluente cœteri liberentur, ſi quæramus, puto diſtinguendum: Aut enim pœna non eſt vna, ſed multiplex, vt pœna furti, quæ eſt dupli, vel quadrupli ab vnoquoq; ſoluendi, etiamſi plures ſimul furati ſint, Et, licet vnus ſoluat, non tamen alij cenſebun
8 tur à ſua pœna liberati † *l. tres tutores. 56. in prin. verſ. nam in alijs ff. de adm. tuto. l. otiq; 21. ff. de lib. cauſ. d. l. 1. §. fin. ff. ſi is, qui teſt. lib. eſſ. iuſſ. fue. l. ſi quis id, quod. 7. §. fin. cum l. ſeq. & ibi gl. in verb. non ſufficiat ff. de iuriſd. gl. in d. l. vulgaris. 21. §. fin. in verb. furtis inſolidum ff. de furt. gl. in dict. l. ſi per aliũ. 5. §. hoc iudicium in verb. in ſingulos ff. ne quis eum, qui in ius voc. eſt, vi exi. gl. in capit. 2. in verb. coactus extr. de ijs, quæ vi, metuſue cau. fiunt, Bart. in dict. l. ſemper. 15. §. ſi in ſepulcro, num. 1. ff. quod vi, aut clam, Bal. in d. l. 1. num. 1. C. de cond. fur. et in d. l. 1. num. 5. C. ſi plur. un. ſent. Caſtr. in l. ſi multi. 6. num. 2. verſ. In text. ibi ff. de publica. et uectig. Boer. d. deciſ. 310. num. 7. et 8. Boſſ. in dict. tit. de pœn. num. 1. in prin. et verſ. & hæc concluſio, et num. 3. verſ. et ſine difficultate, Alb. dict. conſ. 356. num. 1. Hoto. dict. Illu. q. 33.* Aut verò pœna, non eſt multiplex, ſed vna puta centum aureorũ, communiter ab omnibus ſoluendorum, Et tunc verius eſt vno ſol
9 uente totam pœnam cœteros liberari, † *d. l. tres tutores. 56. in prin. verſ. ſed, ſi ipſi ff. de adm. tuto. Et ſcribunt Bart. in l. ex maleficijs 4. §. pen. num. 1. ff. de actio. et oblig. Bald. in*

d. l.

d. l. 1. num. 5. C. ſi plur. vn. ſen. & in d. l. 1. num. 2.
C. de cond. furt. Exemplum ſit in pœna, quæ
villæ, ſiue vniuerſitati imponitur: Nam hæc
non eſt multiplex, ſed vna, ideoque, licet
omnes ad eius ſolutionem inſolidum teneā-
10 tur † ut ſcribit Boſi. in d. tit. de pœn. num. 1. uerſ.
Fallit tamen, ſi tamen vnus ſoluat, cœteri in-
11 telligentur liberati. † Ita ſcribunt Bart. in d. l.
ſemper 15. §. ſi in ſepulcro, num. 1. ff. quod ui, aut
clam, Bald. in d. l. 1. num. 2. C. de cond. furt. Affli.
ſuper cõſtit. Regn. lib. 1. Rubr. 26. de maleſ. cland.
num. 32. Boſi. in d. tit. de pœn. num. 1. uerſ. Fallit
tamen. Idem eſt, & in pœna, quæ duobus, aut
pluribus officialibus ſimul in officio delin-
quentibus imponitur: Nam etiam hæc non
12 eſt multiplex, ſed vna inter eos diuidenda † l.
ſi multi. 6. ff. de publica. & uectig. d. l. tres tutores.
56. in prin. uerſ. ſed, ſi ipſi ff. de adm. tuto. l. bona
fiſco 39. §. 1. & ibi glo. in uerb. poſtulauit ff. de iur.
fiſc. Bart. in l. fin. nu. 7. & ibi Hyppol. de Marſil.
num. 9. ff. ad leg. Corn. de ſica. Bart. in l. auffertur.
46. §. fi. ff. de iur. fiſc. & in l. magiſtratus 25. num.
1. ff. ad municip. Quamobrem, licet omnes in-
13 ſolidum teneantur, † ut declarant Bart. in d. l.
multi, num. 1. & ibi Ang. Imol. & Caſtr. num 1. et
2. ff. de publica. & uectig. ſi tamē vnus eam ſol-
14 uat, cenſebuntur etiam alij liberati. † Ita ſcri-
bunt Bald. in d. l. 1. in fi. C. de cond. furt. Caſt. in
d. l. ſi multi. 6. num. 2. ff. de publica. & uectig.
Boſi. in d. tit. de pœn. num. 1. uerſ. Item fallit.

Tertius caſus eſt, quando pœna nõ eſt me-
ra, ſed continet rei reſtitutionem, ſiue damni
refectionem, vt euenit in lege Aquilia, &
ſimilibus, Et tunc, quia caſus mixtus eſt, ideo
debet ſecundum naturam ſimplicium regu-
lari, ſecundum ea, quæ diximus in quinto cap. q.
32. num. 48. Itaque plures ſimul delinquentes
cenſebuntur quidem omnes inſolidum obli-
15 gati † l. ſi plures. 6. in prin. ff. arb. furt. caſa. d. l.
ſemper. 15. §. ſi in ſepulcro, verſ. opus enim ff. quod
vi, aut clam, glo. in d. l. item Mela. 11. §. ſed, ſi plu
res, in verb. Iulianus ait ff. ad leg. Aquil. & in d.
l. ſi multi. 6. in verb. dupli actio ff. de publica. &
vectig. Sed, ſi quæramus, an ſolutione vnius
alij liberentur, diſtinguendum erit: Aut enim
tractamus de reſtitutione rei, Et hoc reſpectu
16 cenſebuntur liberati, † vt declarant glo. in d. l.
item Mela. 11. §. ſed, ſi plures, in verb. cum ſit poe-
na ff. ad leg. Aquil. Boer. d. deciſ. 310. num. 8.
Boſi. in d. tit. de pœn num. 1. verſ. Quo verò ad
rem. Aut verò tractamus de pœna, Et tũc ſub-
diſtinguendum eſt, Aut pœna eſt multiplex,
& diuerſa, & alij non cenſebuntur liberati
17 † d. l. item Mela. 11. §. ſed ſi plures, & ibi glo. in
verb. cum ſit pœna ff. ad leg. Aquil. Boer. d. deciſ.
310. num. 8. Boſi. in d. tit. de pœn. nu. 1. verſ. Quo
vero ad rem. Aut verò eſt vna tantum, & cen-
ſebuntur liberati, ſecundum ea, quæ diximus
ſupra num. 9. & ſeqq. Et hæc de prima quæ-
ſtione.

Succedit ſecunda, in qua vidẽdum eſt, an,
ſi duo, vel plures fuerint in eadem ſententia
condemnati ex cauſa delicti ſimul ab eis cõ-
miſſi, & vnus non ſit ſoluendo, cœteri par-
tem eius ſoluere teneantur, & ſic, an eius re-
ſpectu locum habeat ius accreſcendi. Et, ſi
quidem iudex in ſententia dixerit, ſe quemli-
bet inſolidum condemnare, vel condemna-
re in certa ſumma, ita tamen, vt, quod ab vno
exigi non poterit, ab alio ſuppleatur, res care-
bit dubio: Nam certum erit, vnum pro alio
18 teneri † l. 1. C. ſi plu. vn. ſent. Et in ſpecie decla-
rant glo. in l. Paulus reſpondit eos. 43. in uerb. ex
cauſa iudicati ff. de re iudic. & Boer. d. deciſ. 310.
num. 5. Cœterùm, ſi ſimpliciter dixerit, ſe
condemnare Titium, & Sempronium in cẽ-
tum aureis, dubitationem facit illud, quia
Paulus in l. Paulus reſpondit eos 43. ff. de re iudic.
reſpondit, eos, qui vna ſententia in vnam quã-
titatem condemnati ſunt, pro portione virili ex
cauſa iudicati conueniri, &, ſi ex ſententia
aduerſus tres dicta Titius portionem ſibi com-
petentem exoluit, ex perſona cœterorum ex ea-
dem ſententia conueniri eum non poſſe. Quod
19 etiam ſcribitur † in l. 1. & 2. C. ſi plur. vn. ſent.
& l. ſi, qui ſeparatim 10. §. quoties ff. de appella.
20 Nam hoc videtur procedere † etiamſi priùs
omnes inſolidum tenerentur, vt declarant glo.
in d. l. 1. in verb. virilibus, & ibi Bart. nu. 1. verſ.
dic, quod poteſt, Bald. num. 2. & Caſtr. num. 1. C.
ſi plu. vn. ſen. glo. in d. l. Paulus reſpondit eos. 43.
in verb. virilis ff. de re iudic. Afflict. deciſ. 215. nu.
1. Corn. conſ. 70. num. 2. uol. 1. Quinimo videtur
21 procedere, † etiamſi condemnatio ſecuta ſit
ex cauſa criminali, vt cenſuit Specul. in tit. de
ſenten. §. ſpecies, num. 14. quia, licet ex natura
rei tenerentur omnes inſolidum, eo tamen
ipſo, quod Iudex ſimpliciter eos per copulã
condemnauit, videtur a tali natura receſſiſſe,
& debitum ſcindendo voluiſſe, vt vnuſquiſ-
que ſuam, non etiam ſocij partem ſoluendo
liberetur.

Sed hoc non obſtante verius, & receptius
eſt, etiamſi ſimpliciter facta ſit condemna-
tio, nihilominus cenſeri factam inſolidum,
22 † non, vt in arbitrio fiſci, ſiue partis ſit, à quo
velit pęnam inſolidum exigere, quia hoc fa-
cere non poteſt, cum debeat à ſingulis exige-
23 re partem virilem † d. l. ſi multi. 6. & ibi Bart.
Ang. Imol. & Caſt. ff. de publica. & uectig. l. auffer-
tur. 46. § fin. ff. de iur. fiſc. Coſta de port. rat. q. 40.
num. 1. ſed, vt vno non exiſtente ſoluendo
cœteri pro eo, & ſic in ſubſidium teneantur
24 † d. l. auffertur. 46. §. fin. ff. de iur. fiſc. l. & ideo. 8.
ff. quod falſ. tut. d. l. ſi multi 6. & ibi glo. in uerb.
dupli actio, & poſt eam Bar. Ang. Imol. et Caſtr.
ff. de publica. et uectig. Afflict. ſuper conſtit. Regn.
d. lib. 1. Rubr. 26. De maleſ. cland. num. 33. uerſ.
quinta. Boer. d. deciſ. 310. num. 8. uerſ. Quando
quoad emendam, et uerſ. et idem uidetur, Alb. d.
conſil. 356. num. 1. Theſ. deciſ. 254. num. 3. ubi re-
fert, ita Senatum iudicaſſe, Rot. Aueniõ. d. deciſ.
112. num. 3. ubi pariter refert ita fuiſſe deciſum,
25 Coſta de port. rat. d. q. 40. num. 2. quia † alioquin
Iudex, qui ſecundum naturam cauſæ debe-
bat in ſententia exprimere, ſe quemlibet in-
ſolidum condemnare, vel ita condemnare,
vt, ſi quid ab vno conſequi non poſſit, ab
alijs ſuppleatur, prout fieri moris eſt, & ſer-
uare Curiam, teſtatur Boer. d. deciſ. 310. num.
8. uerſ. Curia etiam, perperam cẽſeretur ab hoc
iure receſſiſſe, & ſimpliciter condemnando
effeciſſe, vt fiſcus, aut pars integram poenam
non conſequatur, quod eum voluiſſe non
eſt veriſimile. Quamobrẽ eius ſententia erit
intelligenda ſecundũ naturã cauſę, quę, tam-
quã criminalis, aut ſaltẽ ex delicto proueniẽs
eſt, vt oẽs in ſolidũ teneantur, ita, vt vnus pro
alio ſaltẽ in ſubſidiũ conueniri poſſit, ut patet
ex ijs, quæ diximus ſupra nu. 5. 7. 13. et 15.

Sed hoc ita intelligendum puto, vt pro-
26 cedat, † quoties ſumma eſt vna communiter
ab omnibus ſoluenda, vt euenit in caſibus,
quos retulimus *ſupra num. 9. et ſeqq. in quibus
terminis loquuntur dd. ſupra allegati*. Cœte-
rùm, ſi ſummæ ſint diuerſæ, vt, quia ſinguli
ſint in certa pœna pecuniaria condemnati,
magis eſt, vt vnuſquiſque debeat ſeparatim
ſuam pœnam ſoluere, nec alter pro altero
teneatur, etiamſi delictum ſimul commiſe-
rint, quia alioquin duplicem quis pro eo-
dem delicto pœnam ſuſtineret, quod iuris
ratio non permittit.

Sanè de expenſis, quæ in formando pro-
ceſſu fiunt, plerunque dubitari ſolet, an ab
idoneis pro non habentibus debeantur. Et
27 eſt verius, deberi, † *ut ſcripſit Boer. dict. deciſ.*
310. *num.* 8. *in fi. ubi refert, ita ſæpius fuiſſe de-*
28 *ciſum*, quia † cum ex delictis omnes inſolidũ
obligentur ratione rei, vel pœnæ, quæ ſunt
res principales, *ut patet ex ijs, quæ diximus ſu-
pra num.* 5. 7. 13. *et* 15. Conſequens eſt, vt de-
beant etiam cenſeri inſolidum obligati ra-
tione expenſarum, quæ conſiderantur, vt ac-
ceſſiones, ſcilicet, quia acceſſorium ſequi-
tur naturam ſui principalis, & ſecundum
eam regulatur *capit. acceſſorium, De reg. iur.*
29 *in* 6. Idque intelligo, † non ſolum, ſi expen-
ſæ ſint ſoluendæ parti offenſæ, quo caſu res
caret dubio, ſcilicet, quia, cum ſinguli delin-
quentes teneantur ei præſtare id omne, quod
eius intereſt, damnum illatum non eſſe, Cō-
ſequens eſt, vt teneantur etiam præſtare ex-
penſas, quippe, quæ damni, ſiue eius, quod
30 intereſt appellatione continentur † *l. ſanci-
mus*. 13. *C. de Iudic. et ſcribunt Bald. in l. qui
crimen*. 3. *num.* 23. *verſ. Item in criminali* C. *de
his, qui accu. poſſ. Marc. deciſ.* 774. *num.* 8.
31 *part.* 1. ſed etiam, ſi fiſco: † Nam licet,
quoad eum res videatur maiorem habere
dubitationem, ideo quia plerique cenſent,
non teneri quem fiſco præſtare expenſas etiã
32 contra ſe factas. † *ut ex ſententia Iac. Butrig.
quem refert* Bart. *in l.* 1. *in prin. num.* 13. *ff. ad
Turpil. ſeruari teſtantur* Boer. *deciſ.* 324. *num.* 1.
Marcb. deciſ. 774. *num* 8 *part.* 1. *Pereg. de Iur.
fiſc. lib.* 7. *tit. ult. in fi. Farin. in ſua prax. crim.
tit. de accuſ. q.* 16. *num.* 23. ne alioquin affli-
ctio detur afflicto *contra l. eum, qui*. 30. *in prin.
ff. de iureiu.* eaque ratione multo minus vi-
deatur teneri eas præſtare, quæ contra alios
factæ ſunt, vt factæ intelliguntur pro rata,
quæ tangit alios inquiſitos, adhuc tamen
verius eſt, idem in fiſco, quod in parte ſta-
33 tuendum eſſe: Nam, † quoties ex delicto
naſcitur obligatio, ita quis erga fiſcum, vt
erga partem inſolidum tenetur, *ut patet ex ijs,
quæ diximus ſupra num.* 7. Imo magis erga
fiſcum, quam erga partem, quod patet ex eo,
quia obligatio, quæ reſpicit partem, non eſt
(ſaltem reſpectu rei) multiplex, ſed vna,
ideoque ab vno facta ſolutione cœteri om-
nes liberantur, *ut diximus ſupra num.* 6. At,
quæ reſpicit fiſcum, vt plurimum eſt multi-
plex, eaq; ratione vnius ſolutio non libe-
rat alios, *ut diximus num.* 8. Nec mirum:
nam, quoad partem tractatur de vtilitate
priuata, cum alioquin, quoad fiſcum tracte-
tur de vtilitate publica, ne delicta remaneãt
impunita *l. ita uulneratus* 52. *verſ. quod, ſi
quis ff. ad l. Aquil.* Vnde, quia fauorabilior
eſt publica vtilitas, quam priuata *l.* 3. C. *de
primipil. lib.* 12. *Auth. res, quæ* C. *comm. de
legat.* ideo nil mirum, ſi maior debet eſſe obli
gatio, quæ naſcitur erga fiſcum, quam, quæ
erga partem. Cum igitur pro expenſis à
parte factis habentes pro non habentibus
teneantur, *ut ſupra dictum eſt*, Conſequens
eſt, vt multo magis teneri debeant pro ex-
penſis factis à fiſco.

Nec obſtat, quod fiſcus non ſoleat à con-
demnatis conſequi expenſas, quia, quic-
quid ſit de iure communi, contrarium de
conſuetudine in pleriſque locis, & maximè
34 in hac patria ſeruari certum eſt, † *ut atteſta-
tur Theſ. Iun. lib.* 1. *quæſt. for. q.* 45. *num.* 4.

Illud ſanè obſeruandum eſt, ne ſub præ-
textu expenſarum à ſocio non ſolutarum
alter ſocius in carceribus detineatur, quia,
ne pro ſua quidem expenſarum parte deti-
35 neri poſſet, dummodo pœna ſit ſoluta, † *ut
in ſpecie declarat Rot. Auenio. dict. deciſ.* 112.
num. 5.

Denique obſeruandum eſt, hæc omnia,
quæ de expenſis, & verò etiam de re princi-
36 pali diximus, procedere, † quoties contra
duos, aut plures proceditur ex delicto, quod
ab eis ſimul commiſſum eſt, vel ab vno de
mandato alterius: Nam, ſi delicta eſſent
ſeparata, & diuerſa, licet fiſcus contra omnes
ſimul procederet, non tamen pro alio non
habẽte, aut ratione pœnæ, aut ratione expen-
ſarum teneretur, quia vnuſquiſq; de proprio
facto, & ijs, quæ ab illo pendent, non etiam
de alieno tenetur *l. Item Mela.* 11. *§. ſed, ſi plu-
res ff. ad l. Aquil.* & propriam, non alienam
pœnam ſuſtinere debet, *ut patet ex ijs, quæ di-
ximus ſupra num.* 8 *quippe, quæ multo magis
procedunt in diuerſis delictis*.

SVMMARIVM.

1 *Ius accreſcendi non habet locum inter duos fiſcos,
et cur, num.* 2. *et ſeqq.*

An ius accreſcendi locum habeat in fiſco.

Quæſtio Quinquageſimaſecunda.

HIS conſequens eſt, vt videamus,
an ius accreſcendi locum habeat
in fiſco, in qua quidem quæſtione
tres puto diſtinguendos eſſe caſus,
quorum

Primus eſt, quando tractatur de duobus,
aut pluribus fiſcis, vt euenit, cum delinquens
habet in diuerſis territorijs bona, quæ vbiq;
publicari poſſunt, puta, quia delictum tale
eſt, vt propter id ſit in omnibus territorijs im-
poſita pœna confiſcationis bonorum, quo
caſu quilibet fiſcus poteſt occupare bona ſi-
ta in ſuo territorio, *ut dicemus in* 10. *cap. q.* 3.
num. 26. Et tunc, ſi fiſcus vnius territorij bo-
na acceptet, alter verò repudiet, bona, quæ
ſunt in territorio repudiantis, non accreſcent
fiſco, qui acceptauit, ſed remanebunt apud
condemnatum, ſi viuit, aliàs ad legitimos
eius

eius ſucceſſores pertinebunt,quia inter duos, aut plures fiſcos non eſt locus iuri accreſcen-
1 di,† *vt ſcribunt Bald. in l.ex facto. 35. col.pen. verſ.deinde ad verſ. & ibi Imol.nu. 16. verſ. quia uidentur ff. de hæred.inſt.Bald.in l.un. num.24. verſ.ſed ponamus C.quand.non pet.part. Imol.in l.1. §.ſi ex fundo,num.63. verſ. & ibi etiam ſubdit ff. de. hæred.inſt. Martin. Lauden. de fiſco q. 233. Alex.in l.ſi mihi, & Titio.110.in prin.nu. 22.ff.de verb.oblig.& conſ.31.nu.1.uol.1. Barba. conſ.70.num.43.uerſ.Quinimo,uol.4. Iaſ. in d.l. re coniuncti,num.258.& ibi Alcia.num.56.uerſ. ſed, quid in fiſco, Gul.Ben.in d.cap.Raynutius, in verb. & uxorem nomine Adelaſiam, num. 350.Ruin.conſ.48.num. 2. verſ. Nec dicuntur, uol.3.Purp.conſ.527.num.29.& 30. Roll. conſil. 80. num. 39. uol. 4. Pereg.de Iur.fiſc.lib.5.tit.1. num. 63. & 138.* Cuius rei triplex affertur ratio.

2 Prima, quia † ius accreſcendi non habet locum inter eos, qui vocantur ad res diuerſas, *vt oſtendimus in quinto cap.q.42.num.1.& 4.* Sed fiſci diuerſorum locorum vocantur ad res diuerſas, quia diuerſitas territoriorum diuerſitatem quoque patrimoniorum operatur, etiamſi ſint eiuſdem hominis, *vt in propoſito conſiderant Bald.in d.l.ex facto.35.colum. pen.uerſ.deinde,& ibi Imol.nu.16.uerſ. quia non uidentur ff de hæred. inſt. Ruin.d. conſ.48.num. 2.uol.3.Iaſ.in d.l.re coniuncti,num.258. Roll. d. conſ.80.num.39.uol.4.* Ergo inter eos non poterit eſſe iuri accreſcendi locus.

3 Secunda, quia † ius fiſci cenſetur territorio limitatum, ideoque non poteſt incrementum recipere: Vbi enim limitata eſt potentia cauſæ efficientis ibi quoque limitatus producitur effectus, *vt dicemus in 10.cap.q.12. num.2.* Quamobrem dicimus in diſpoſitionibus limitatis non habere locum ius accreſcēdi, *vti videre eſt apud eos, quos referemus in eodem cap.10.q.10.num.3.*

4 Tertia demum, quia, † cum in hac ſpecie tractetur de pœna, quæ eſt odioſa, neceſſariò ſequitur, debere in ea ſtrictam fieri interpretationem, *vt diximus in q.præced.nu.3.*

Secundus verò caſus eſt, quando tractatur de vno tantū fiſco, vt euenit, cum delinquens habet bona ſita in diuerſis territorijs, eidem tamen Principi, ſeu domino ſubiectis, ſed in vno tantum eſt impoſita poena confiſcationis bonorum, Et tūc, ſi iudex eius loci, in quo talis poena viget, irroget poenam confiſcationis, non trahetur ea ad bona ſita in alijs territorijs, ideoque eorum reſpectu non eſt iuri accreſcendi locus, *vt latè oſtendemus in eodem cap.10.q.3. num. 11. & ſeqq. vbi fuſius totam hanc tractationem proſequemur.*

Tertius denique caſus eſt, quando tractatur de fiſco, & extraneo, puta Eccleſia, aut priuato, Et tunc procedunt ea, quæ diximus *in q.præced. num. 1. & ſeqq.* quæque non eſt neceſſe repetere.

SVMMARIVM.

1 *Ius accreſcendi nō habet locum in ſalario duobus legatis, aut officialibus conſtituto, & cur, num. 3. Declara, ut nu. 2. et 4.*

5 *Subrogatio cēſetur facta cum omnibus ſuis qualitatibus.*

An ius accreſcendi locum habeat in ſalario.

Quæſtio Quinquageſimatertia.

SEcundum earum cauſarum, quæ publicæ ſunt, exemplum afferri poteſt in ſalario duobus legatis, vel officialibus conſtituto: Nam, ſi vnus ex iis in itinere decedat, vel officio perfungi nolit, aut non poſſit, ſolet etiam dubitari, an eius pars alteri accreſcat. Et eſt receptum non accreſce-
1 re, † *vti videre eſt apud Bart.in l.2.num. 1.C. de legatio.lib.10. Alex.in l.ſi mihi,& Titio, 110.in prin.num.22.ff.de uerb.oblig. Iaſ. in l. vn. num. 46.C.quand.non pet.part. Martin.Laud. in tract.de official.domin.q.112.& in tract.de legat. q.23.Gratia.deciſ.101.num. 16. vbi refert, ita fuiſſe a Rota Marchiæ ſeruatum.*

Sed hoc ita puto intelligendum, vt proce-
2 dat, † quoties ſummæ pro ſalario aſſignatæ ſunt diuerſæ, vt, quia ſingulis officialibus aſſignata ſit ſumma mille aureorum in ſingulos annos: Nam tunc, quia vocantur ad res diuerſas, ideo fit, vt inter eos ius accreſcendi locum habere nequeat, *per ea, quæ diximus in quinto cap.q.42.num.1.& 4.* Coeterùm, ſi vna ſumma ſit omnibus aſſignata pro ſalario, ita, vt inter eos debeat viriliter, ſeu pro numero perſonarum diuidi, putarim admittendū ius accreſcendi, quia, cum ſimul omnes conſtituant vnū corpus, & pro vna pſona reputētur, *vt patet ex ijs quæ diximus in eodem 5.cap.q.35. num.7.* Conſequens eſt, vt idem debeāt capere pauciores, qui ſuperſunt, quod plures, ſi ſimul omnes concurrerent, *per ea quæ diximus in tertio cap.q.2.num.14.& in hoc cap. 37. num. 35.* Denique procedit, ſi officium ſit vnicum à duobus tamen, aut pluribus gerendum. Coeterùm, ſi officia eſſent diuerſa, & vno decedente alter de mandato ſuperioris vtrumq; officium exerceret, quia duorum ſuſtineret viccem deberet etiam duplex cōſequi ſalariū,
4 † *vt declarat Ang.in addit.ad Bart.in d.l.2.C.de legatio.lib.10.& poſt eum Gratia.d.deciſ.101.nu. 17.* nō quidem iure accreſcendi, quippe, quod in rebus diuerſis conſiderari nequit, ſed iure ſubrogationis, quæ cum omnibus ſuis qualitatibus, & ſic cum ſuis oneribus, & honoribus
5 facta intelligitur † *l.1.& ibi Bart.nu.4.C.de præpo.agen.in rebus,lib.12.l.parabolani.18.et ibi Bal. C.de Epiſ.& cler.Iaſ.in §.fuerat,nu. 7. Inſt. de actio.Paul.Oria.in l.1.nu.124.ff.de off.eius, Menoch.conſ.1147. nu. 24.*

SVMMARIVM.

1 *Ius accreſcendi locum habet in vocibus, & cur, num. 2.*

3 *Eligere poteſt vnus ex duobus hæredibus, quibus à teſtatore data eſt eligendi poteſtas, ſi alter latitet, aut eligere nolit*

4 *Electio poteſt fieri a reliquis Canonicis, ſi alij à facultate eligendi excludantur, morte, vel priuatione, aut ſuſpenſione. & nu.5.*

6 *Scholares, qui cōparent, poſſunt eligere ſyndicū, aut rectorem, ſi alij ſint in comparendo contumaces*

7 Do·

7 *Doctores, qui interueniunt in collegio, poſſunt ſoli vocem dare, ſi cæteri ſint abſentes, vel aliter impediantur.*

An ius accreſcendi locum habeat in vocibus.

Quæſtio Quinquageſimaquarta.

TERTIVM exemplum afferri po-
teſt in vocibus, ſiue eligendi pote-
ſtate, quæ pluribus authoritate pu-
blica tribuitur, in qua videndum
eſt, an, ſi vnus ex ijs nolit, aut non poſſit eli-
gere, & ſic vocem ſuam præſtare, ea cæteris
1 accreſcat. Et certum eſt, accreſcere † *cap. cũ
nobis olim. 19. verſ. Item, cum poſt, cap. bonæ me-
moriæ. 23. & cap. quod, ſicut 28. in prin. verſ. ſi
autẽ, extr. de elect. & ſcribunt gl. in l. vn. in verb.
harede C. ſi liber. Imp. ſoc. lib. 10. Bald. in l. vn. nu.
34. C. quand. non pet. part. Abb. in d. cap. bonæ
memoriæ, num. 2. verſ. & ex his, & in capit. cum
Vintonien. num. 2. extr. de electio. Iaſ. in d. l. re cõ-
iuncti, num. 256. Et faciunt etiam ea, quæ de iure
præſentandi pluribus patronis cõpetẽte diximus
in hoc cap. q. 48 num. 11. et ſiqq.* Nam, cũ vox ſit
2 indiuidua, † *vt ſcribit Bald. in l. ſi plures. 6. nu. 1.
C. de cond. inſert.* Conſequens eſt, vt vnicuiq;
competat inſolidum; Quo fit, vt, licet aliqui
eligere, ſeu vocem ſuam dare nolint, aut nõ
poſſint, nihilominus alij, tãquam inſolidum
habentes poteſtatem, eam totaliter exercere
poſſint. Idq. procedit, etiam in eligendi po-
teſtate data duobus à teſtatore: Nam altero
latitante, aut nolente eligere poterit alius in-
3 ſolidum electionis actum explicare † *l. ſi le-
gatario. 22. §. a duobus, & ibi Bart. ff. de fideic.
libert.*

Hinc infertur, ſi ex pluribus perſonis vnũ,
veluti corpus repreſentantibus, puta pluribus
Canonicis aliqui ab eligendi facultate exclu
4 dantur, cæteros poſſe inſolidum eligere, † *vt
patet ex iuribus, & authoritatibus relatis ſupra
nũm. 1. quippe, quæ in his terminis loquuntur.*
Idque procedit, non ſolum, ſi fuerint excluſi
morte, ſed etiam, ſi ſuſpenſione, aut priua-
5 tione, † vt quia fuerint in ſe congregando cõ
tumaces *cap. ex literis 11. extr. de conſtit.* vel, qa
indignum elegerint *d. cap. cum Vintonien. 25.
extr. de elect. cap. cum vos. & ibi not. Abb. num. 1.
ext. de offic. ordin. Ita in ſpecie declarant Bald. in
d. l. vn. num. 34. C. quand. non pet. part. Iaſ. in d. l.
re coniuncti, num. 256.* Idem eſt, &, ſi ex pluri-
bus ſcholaribus, qui poſſunt rectorẽ, aut ſyn-
dicũ eligere, aliqui fuerint in ſe congregãdo
contumaces: Nam vox eorũ cæteris accre-
6 ſcet † *ſecundum Bald. in d. l. vn. nu. 34. C. quand.
non pet. part.* Deniq; idem eſt, &, ſi ex pluribus
Doctoribus collegiatis aliqui, vel nolint, vel
non poſſint vocem ſuam proferre fortè, quia
ſint abſentes, vel infirmi: Nam ea cęteris ac-
creſcit, ita, vt, quod ab illis factum fuerit, per-
inde valeat, ac, ſi ab omnibus collegiatis fa-
7 ctum eſſet. † Eſt enim hoc generale in omni-
bus corporibus, in quibus ſinguli, non, vt ſin-
guli, ſed, vt vniuerſi vocem habent.

SVMMARIVM.

1 *Ius accreſcendi locum habet in priuilegijs à ſupremo Principe conceſſis, & nu. num. 2.*
3 *Ius accreſcendi locum habet in omni gratia Principis, & nu. num. 4.*
5 *Ius accreſcendi, quod habet locum in priuilegijs, eſt improprium.*
6 *Ius accreſcendi non habet locum in priuilegijs.*
7 *Ius non decreſcendi locum habet, ſi duobus fuerit conceſſum ius decimandi, vel vectigal exigendi.*
8 *Ius accreſcendi non habet locum in iure decoquendi, ſi duobus fuerit gratis conceſſum.*

An ius actreſcendi locum habeat in priuilegijs.

Quſtio Quinquageſimaquinta.

QVARTVM exemplum afferri po-
teſt in priuilegijs, quæ publica etiã
authoritate conceduntur: nam, &
de iis dubitari ſolet, an ius accreſcẽ
di recipiant. In hac autem quæſtione cõſtat,
multum referre, vtrũ conceſſa fuerint à Prin
cipe ſupremo, an verò ab inferiore: Nam, ſi à
ſupremo, receptum eſt, etiam in ijs ius accre-
1 ſcendi habere locũ, † *vti videre eſt apud Bald.
in l. ſi qua mulier. 4. num. 2. C. ad Tert. Ang. in l.
qui repudiãtis. 17. nu. 1. verſ. & pdicta ff. de inof.*
2 quia, † cum diſpoſitio *l. vn. C. ſi lib. Imp. ſoc. lib.*
10. locum habeat in omni conceſſione prin-
cipis, quæ ex mera liberalitate proficiſcitur,
vt diximus in hoc cap. q. 36. num. 34. & priuile-
gium ſit huiuſmodi. Conſequens eſt, vt etiã
in eo locum habere debeat. Quamobrẽ dici-
mus, ius accreſcendi habere locum in omni
3 gratia Principis, † *vti videre eſt apud adden. ad
Bart. in d. l. vn. poſt nu. 4. in lit a C. ſi liber. Imp.
ſoc. lib.* 10. ſcilicet, quia † in huiuſmodi priui-
4 legijs, beneficijs, & gratijs latiſſima eſt faciẽ-
da interpretatio *l. fin. ff. de conſt. prin. cap. cum
dilecti. extr. de donat. & nos diximus in eadem q.
36. num. 24. & ſeqq.* Sanè hoc ita videtur intel
5 ligendum, † vt ius accreſcendi, quod in hu-
iuſmodi priuilegijs conſideratur, non ſit pro-
prium, ſed potiùs quædam ſingularis ſucceſ-
ſio, quæ defertur in ſolatium amiſſi ſocij, *vt
declarant Bald. in d. l. ſi qua mulier. 4. nu. 2. C. ad
Tert. Zuc. conſ. 2. num. 54.*

Cęterùm, ſi non à ſupremo principe, ſed ab
inferiore, vel aliqua ciuitate, ſiue vniuerſita-
te ſit conceſſum & quæramus, an in eo locũ
habeat ius accreſcendi, res erit ex ijs terminã-
da, quæ diximus *in hoc cap. q. 32. nu. 38. & ſeqq.
& q. 37. num. 65. verſ. ſed hac quidem, & num.
ſeqq.* Nam, ſi ij, quibus conceſſum eſt priuile-
gium, veniant per ius non decreſcendi, locũ
etiam inter eos habebit, ſi verò per ius accre-
6 ſcendi, non habebit. † *Et ita intelligendi ſunt,
qui ſimpliciter ſcripſerunt, in priuilegijs non habe-
re locum ius accreſcendi, vt Bertach. in tract. de
gabell. part. 1. num. 45.* Itaque, ſi in priuilegiũ
conceſſa ſit res indiuidua, puta ius decimãdi,
vel exigendi vectigal, erit inter vocatos iuri
7 non decreſcendi locus, † *ſecundum ea, quæ di-
ximus in eadem q. 37. num. 74. & 75. Ita in ſpecie*

depri-

de priuilegijs ſcribit Bec.conſ.230.num. 50. vol. 2.vbi multos adducit. Quod, ſi duobus fuerit conceſſum ius decoquendi in furno decem ſtaria frumenti gratis omni hebdemoda, & vnus poſtea deficiat, eius pars non accreſcet
8 alteri, † *vt ſcribunt Bald.in l.vn.§.cum autem num.1.C.de cad.toll.Iaſ.in d.l.re coniuncti, num. 258.verſ.vltimo, Cepoll.de ſeruit. vrban. prædio. cap.50.num.4.* quia venit per ius accreſcendi, quod in viuentium cauſis locum habere nequit, *vt diximus in eadem q.32.num.81. & conſiderant Dd.ſupra relati.*

S V M M A R I V M.

1 *Ius accreſcendi non habet locum in armis, & inſignijs.*

An ius accreſcendi locum habeat in armis, & inſignijs.

Quæſtio Quinquageſimaſexta.

Hinc quæri poteſt, an ius accreſcendi locum habeat in armis, & inſignijs, quæ certis perſonis ex priuilegio conceduntur. Et certum eſt,
1 non habere, † quia, cum ſint ſeparata, atque diuerſa, conſequens eſt, vt ius accreſcendi nõ recipiant, *ſecundum ea, quæ diximus in quinto cap.q.42.num.1.& ſeqq. Ita in ſpecie de armis, et inſignijs ſcribit Gul.de Montſer.in tract.de ſucceſs.Reg.in primo dubio,num.17.*

S V M M A R I V M.

1 *Ius non decreſcendi locum habet in gabellis, ſeu dacitis, & pedagijs, & cur, num. 2. Declara, vt num.3.*

An, ius accreſcendi locum habeat in vectigalibus, ſeu gabellis, dacitis, & pedagijs.

Quæſtio Quinquageſimaſeptima.

Quintum exemplum afferri poteſt in vectigalibus, ſiue gabellis, dacitis, & pedagijs, quæ non, niſi publica authoritate exiguntur *cap. ſuper quibuſdam §.prçterea, extr.de verb.ſignific.l.vectigalia, 10.in prin.ff. de publica. & vectig.l.nõ ſolet, 3.& tot.tit. C.vectig.nou.inſt.non poſs.l.vlt.ff.ad leg. Iul.de vi publ.l.vn.verſ.Item is ff.ad leg. Iul.de amb.* Et in his, ſi quæramus, an iuri ſit accreſcendi, aut non decreſcẽdi locus, conſtat, eſſe
1 ius non decreſcendi, † *vti videre eſt apud Bertach.de gabell.part.1.num.44.Rip. in d. l. re coniuncti, num.233. Bec. conſ. 230. num.50.vol.2.*
2 Nam, † cum huiuſmodi iura ſint indiuidua, *vt diximus in hoc cap.quæſt. 37. num. 74.* Conſequens eſt, vt ſingulis inſolidum acquirantur, & per conſequentias, vt vno deficiente totum alter per ius non decreſcendi retinere poſſit, *ſecundum ea, quæ diximus in hoc cap. q. 32. num. 38. & ſeqq. & q. 37. num.66. & ſeqq.*

Planè hoc ita intelligendum eſt, vt procedat
3 † quoad ipſum ius exigendi, quippe, quod eſt indiuiduum; Coeterùm, quoad commoditatem, ſiue vtilitatem, quæ ex illis percipitur, quid iuris ſit, ex ijs erit decidendum, quæ diximus *in eadem q.37.num.81. & ſeqq.* quæque non eſt neceſſe hic iterum repetere.

S V M M A R I V M.

1 *Exactores, ſi plures deputati ſint, vnus pro alio non tenetur.*
2 *Exempti portio non accreſcit alijs, ſi onus erat impoſitum ſingulis, non vniuerſitati, & cur, num. ſeqq.*
3 *Onus ſuum, non alterius vnuſquiſque portare debet, & num.60.*
5 *Immunitatem à gabellis, ſi princeps alicui concedat, damnum ad ipſum ſpectat, & quomodo num. ſeqq.*
8 *Immunitatem concedere poteſt communitas venientibus ad habitandum, vel doctoribus, aut medicis, vel etiam artificibus.*
9 *Exempti portio accreſcit alijs, ſi exemptio facta ſit a communitate, cui onus fuerat impoſitum, & cur, num. ſeqq. Fallit, vt num. 12.*
10 *Immunitatem poteſt communitas concedere in ſui præiudicium, ſed non in præiudicium ſuperioris.*
11 *Pactum ſuper ſolutione tributorum, & aliorum publicorum onerum initum inter priuatos valet in præiudicium paciſcentium, ſed non in præiudicium Principis.*
13 *Exempti portio non accreſcit alijs, ſi exemptio non ſit ab vniuerſitate, cui onus eſt impoſitum, ſed à ſuperiore, cui debetur, poſt contractam obligationem, & cur, num. ſeqq.*
14 *Satisfactum intelligitur creditori, licet gratis debitum remiſerit*
15 *Obligatio cum certam formam diſtributiuam aſſumpſit, à ſtatu ipſius non eſt recedendum.*
16 *Exempti portio accreſcit alijs, ſi exemptio facta ſit, non a communitate, cui onus fuit impoſitũ, ſed a ſuperiore, cui debetur ex iuſta tamen cauſa, & ante contractam obligationem.*
17 *Immunitatem in aliorum præiudicium concedere ex iuſta cauſa poteſt etiam inferior a Principe.*
18 *Immunitatis concidendæ iuſta cauſa dicitur, quę reſpicit publicam vtilitatem.*
19 *Immunitas, ſi fuerat alicui conceſſa propter numerum 12. liberorum, cenſetur conceſſa ex iuſta cauſa, ideoq; portio exempti accreſcit alijs*
20 *Immunitas, ſi fuerit conceſſa doctoribus, vel medicis, vel alicuius generis artificibus, dicitur cõceſſa ex iuſta cauſa, ideoque portio exempti accreſcit alijs, & cur, num.21.*
22 *Immunitas conceſſa propter benemerita dicitur conceſſa ex iuſta cauſa, ideoque portio exempti accreſcit alijs, Declara, vt num. 23. & ſeqq.*
24 *Immunitas, ſi fuerit alicui conceſſa propter merita erga Principem, portio exẽpti accreſcit alijs, Declara, vt nu.25.*
26 *Immunitas ab onere impoſito vniuerſitati, ſi alicui concedatur ex mera gratia, & liberalitate ſuperioris, qui non ſit Princeps ſupremus, portio exempti non accreſcit alijs, ſed detrahitur de tota ſumma in ipſius concedentis præiudicium.*
27 *Immunitatem concedere poteſt inferior a Princi-*

pein

pe in ſui præiudicium, ſed non in præiudicium aliorum.

28 *Immunitatē concedere poteſt Princeps etiam in aliorum præiudicium.*

29 *Immunitatem ab onere impoſito communitati, ſi concedat Princeps ſupremus ex mera gratia, & liberalitate, portio exempti accreſcit alijs, ſi conſtet, talem fuiſſe ipſius voluntatem.*

30 *Portio exempti accreſcit alijs, non verò detrabitur de tota ſumma*

31 *Exempti portio accreſcit alijs, ſi exemptio facta ſit a ſupremo Principe. Fallit, vt nu. 32.*

33 *Immunitas, quoties ita conceditur, vt portio exempti accreſcat alijs, cenſetur priuilegium, idéoque ſtrictè eſt interpretanda, at, quoties de tota ſumma deducenda eſt pars exempti, cenſetur beneficium, ideoque latam debet recipere interpretationem.*

34 *Exempti portio accreſcit alijs, ſi exemptio facta ſit a Principe, etiamſi nimium alij grauentur, Declara, vt num. 35. & ſeq.*

36 *Princeps debet reuocare, aut modificare ſuam conceſſionem, quoties ea vergit in grauir aliorū præiudicium.*

37 *Exemptio ab oneribus impoſitis communitati facta a Principe ex mera gratia in dubio cenſetur facta in præiudicium concedentis, non aliorum, & cur, num. 40.*

38 *Exempti portio non accreſcit alijs, ſed de ſumma detrahitur, ſi exemptio facta ſit à ſuperiore, cui debetur onus, & cur, num. 40.*

39 *Portio exempti in dubio non accreſcit alijs, ſed de ſumma deducitur, etiam ſi exemptio facta ſit à Principe ſupremo, & cur, num. 40.*

41 *Princeps in dubio non cenſetur voluiſſe concedere immunitatem in præiudicium aliorum, & cur num. 42.*

43 *Portio exempti à teſtatore accreſcit alijs, & cur, num. 45.*

44 *Argumentum à teſtatore ad legem, vel Principē valet, & contra.*

46 *Exempti portio indiſtinctè accreſcit alijs, ſi exemptio facta ſit a Principe, & aliorum damnum ſit leue.*

47 *Reſcripta, quæ modicum afferunt præiudicium tertio, ſunt ſeruanda.*

48 *Reſtitutio in integrum pro modico, non eſt concedenda.*

49 *Exempti portio accreſcit alijs, non verò de ſumma diminuitur, ſi exemptio facta eſt à Principe ſupremo, & unni non erat ei ſoluendum, ſed tertio, & cur, num. 50. Amplia, vt num. 52. Declara, vt num. 53. & 54.*

51 *Priuilegium vnius non debet cedere in præiudicium alterius.*

55 *Portio pauperis non ſoluentis non accreſcit alijs, quoties onus eſt reale.*

56 *Onus, ſi eſt perſonale, & conſiſtit in labore perſonæ, quod per vnum expediri non poteſt, per alios expeditur.*

57 *Onus impoſitum communitati, ſi conſiſtat in præſtatione pecuniæ, vel alterius rei, quod vnus ſoluere non poteſt, ſoluere debent alij.*

58 *Pauperes, qui diurno labore laborant, & quorum operæ uix ſufficiunt alimentis, non ſunt collectandi.*

59 *Onus, quod in præſtatione pecuniæ conſiſtit, ſi non ſit impoſitum communitati; ſed ſingulis, diuites non tenentur pro pauperibus, Fallit, vt num. 61. Declara, ut num. 62.*

An in collectis, & alijs publicis oneribus locum habeat ius accreſcendi.

Quæſtio Quinquageſimaoctaua.

SExtum, & vltimum exemplum afferri poteſt in collectis, & alijs publicis oneribus, quæ, & ipſa non niſi publica authoritate imponuntur, aut exiguntur. In ijs autem quæri ſolet, an locum habeat ius accreſcendi, non quidem ex parte exigentium, quia certi iuris eſt ex duobus, aut pluribus ad exigēdum deputatis vnum pro alio non teneri, † *vt ſcribit Franc. Luca. in tracta. de fiſco, part. 3. cap. de collectarum immunitate, num. 6.* Sed ex parte ſoluentium, aut ſoluere debentium. (Nam, ſi ex ijs, qui oneribus ſunt ſubiecti, aliquis non ſoluat, vel propter exēptionem, vel propter paupertatem, quæri ſolet; an eius portio reliquis accreſcat, ita, vt ij nihilominus teneātur integram ſummā perſoluere, an verò de ea detrahenda ſit illa portio, cuius ſolutio ad exemptum, vel pauperē pertinebat.) In hac autem quæſtione ſeparatim diſpiciendum eſt, Primo de portione exēpti, Secundo de portione pauperis eiuſue, qui non eſt ſoluendo.

Et quidem, cum primo loco quærimus, an portio, ſiue rata exempti reliquis accreſcat, conſtat, varios eſſe diſtinguendos caſus, quorum

Primus eſt, quando onus non eſt impoſitū vniuerſitati, ſed ſingulis, puta cautum eſt, vt ſinguli teneantur ſoluere certam ſummam, Et tunc indiſtinctè ceſſat ius accreſcendi, & per conſequentiam, quod ab exempto ſoluēdum erat, cedet incommodo eximentis, qui tanto minus percipiet, non verò cæteris accreſcet. † *Ita ſcripſerunt Bald. in l. ab omnibus. 107. ff. de leg. primo. & in cap. ſecundo requiris, num. 6. De appella. Abb in cap. accedentes nu. 8. verſ. primo caſu, & ibi Felin. col. 7. verſ. 2. concluſio. Extr. de præſcrip. Barba. conſ. 13. num. 2. verſ. poteſt reſponderi & num. 8. vol. 2. Iaſon l. anus. 34. num. 11. ff de pact. Petr. de Vbald in tract. de collect. num. 25. verſ. circa propoſitum quæſtionē, Marſ. deciſ. 457. num. 26. verſ. quia ſecundum aliquos, part. 1. Rip. in l. ſi ſe non obtulit. 4. in prin. num. 38. verſ. 3. ff. de re iudic.* quia vnuſquiſq; onus ſuum, non alterius portare debet † *l. vn. C. vt null. ex vica pro alt. vic. deb. ten. lib. 11. & in his terminis conſiderat Iaſ. in d. l. anus. nu. 11. Facit l. ſi creditores. 18. C. de pact.* Deniq;, cum † huiuſmodi onera ſint diuerſa (Nec enim omnes ad vnam ſummam inter eos per capita diuidendā tenentur, ſed ſinguli ad ſummā diuerſā) Conſequens eſt, vt eorum reſpectu ius accreſcendi conſiderari nequeat, *vt oſtendimus in 5. cap. q. 42. num. 1. & ſeqq.*

Hinc infertur, ſi Princeps concedat alicui immunitatem à gabellis, damnum ad ipſum Principem pertinere, † ſiue conceſſio fuerit facta ante contractam locationem, ſiue poſt: Nam, ſi ante, ſentit damnum, quia cōductores minori mercede conducunt gabellas, quā conducerent, ſi omnes ſoluerent, † *vt conſide-*

rat

rat Men. conſ. 486. *num.* 19. Si verò conceſſio
facta ſit poſt locationem, ſentit damnũ, quia
gabellatij poſſunt ad computũ Principis po-
7 nere, quicquid ille ſoluere tenebatur, † *vt ſcri-
bit Soc. ſen. conſ. 72. num. 4. vol. 4. vbi citat Caſtr.
in l. licitatio. 9. §. res exercitui ff. de publica. &
vectig. quem tamen in meis codicibus id dicentẽ
non reperi. Referunt etiam Ceph. conſ. 58. num.
48. & 62. Surd. conſ. 278. nu. 5. Et probat Men.
conſil. 744. num.* 1.
Secundus verò caſus eſt, quando onus fuit
impoſitum, non ſingulis, ſed vniuerſitati, &
exemptio vnius fuit facta ab ipſa vniuerſita-
te, quæ oneris ſolutione tenetur, quod ei in-
ſtis de cauſis facere permiſſum eſt, vt, ſi con-
cedat immunitatem venientibus ad habitã-
dum, vel doctoribus, aut medicis, aut etiã fa-
8 bris, vel ſimilibus artificibus, † *iuxta doctr.
Bart. in l. vacuatis 19. num. 6. C. de decur. lib. 10.
Abba. in cap. peruenit, num. 21. extr. de immu.
Eccl.* Et tunc verius eſt, partem exempti cęte-
9 ris accreſcere, † *ex doctr. gl. in d. l. vacuatis 19. in
verb. conſenſu, vbi ait, text. illum facere contra
ruſticos, qui quandoq; concedunt immunitatem
fabro, vel ſimili artifici, vt alij pro eo ſoluere teneã-
tur. Sequuntur Ang. conſ. 227, verſ. ſi enim, Ro-
ma. conſ. 251. num. 1. Barba. conſ. 13. nu. 2, vol. 2.
Iaſ. in d. l. auus, num. 9. verſ. Ego pro concordia,
& nu. 10. Felin. in d. cap. accedẽtes, col. 8. verſ. Octa-
ua concluſio, Marc. d. deciſ. 457. num. 26. verſ. et
pariter, part. 1. Nat. conſ. 397. num.* 12. Vniuer-
ſitas enim poteſt concedere immunitatẽ in
ſui præiudicium, ſed non in præiudicium ſu-
10 perioris † *d. l. vacuatis 19. Et ibi Bart. num. 6. C.
de decur. lib. 10. Ang. in l. inter debitorem 43. nu.
2. ff de pact. Abb. in d. cap. peruenit, num. 21. extr.
de immu. Eccl.* cum generaliter pactum ſuper
ſolutione tributorum, & aliorum publicorũ
onerum initum inter priuatos (cuiuſmodi re-
ſpectu Principis eſt vniuerſitas) valeat quidẽ
in præiudicium paciſcentiũ, ſed non in præ-
11 iudicium Principis, † *d. l. inter debitorem 43. &
ibi Ang. & l. epiſtola. 53. §. pactũ ff. de pact. Nat. d.
conſ. 397. nu.* 12. Planè, ſi Princeps immunita-
ti conſentiret, eadem eſſent dicenda, quæ di-
cemus in caſibus ſequentibus, quia perinde
eſſet, ac, ſi Princeps immunitatem concede-
12 ret. † *Ita ſcribunt Ang. d. conſ. 227. verſ. Quin-
mo, & Felin. in d. cap. accedentes, col. 8. verſ. Octa-
ua concluſio.*
Tertius caſus eſt, quando exemptio non fit
ab vniuerſitate, cui onus fuit impoſitum, ſed
à ſuperiore, cui debetur, & poſt contractam
obligationem, Et tunc receptum eſt, partem
exẽpti nõ alijs accreſcere, ſed de tota ſumma
deducendã, & ſic exemptionẽ cedere damno
13 eximentis, non aliorum, † quia ſatisfactum
intelligitur eximenti, licet gratis remiſerit
14 † *l. ſi fundum. 83. §. Titio ff. de leg. primo, l. ſi rem.
9. §. ſatisfactum ff. de pign. actio.* &, cum obliga-
tio certam ſummam, ſiue formam diſtributi-
uam aſſumpſerit, à ſtatu ipſius non eſt rece-
15 dendum. † *l. inſulam 124. ff. de verb. oblig. Ita
docuit Bald. in l. etiam. 5. num. 15. verſ. Sed pone,
C. de exec. rei iudic. quem referunt, & ſequuntur
Petr. de Vbald. in tract. de collect. num. 18. Fran.
Luca. in tract. de fiſco, part. 3. num. 20. Rip. in
dict. l. ſi ſe non obtulit. 4. in prin. num. 36. ff. de
re iudic.*
Quartus caſus eſt, quando exemptio ab
onere impoſito communitati, fit à ſuperiore,
cui præſtandum eſt onus, ſed ante contractã
obligationem, & ex iuſta cauſa. Et tunc re-
ceptum eſt, partem exempti alijs accreſcere,
16 non verò de ſũma diminui, † ſiue exẽptio fa-
cta ſit à Principe, *in quibus terminis loquuntur
Caro. Tapia in rep. rub. ff. de conſt. prin. cap. 4.
num. 32. Ceph. conſ. 58. num. 63. Surd. conſ. 278.
num. 15. Gratia. cap. 59. diſcep. for. nu.* 3. ſiue ab
inferiore: Nam, & is poteſt ex iuſta cauſa cõ-
cedere immunitatem in aliorum præiudiciũ
17 † *l. 1. C. de decr. decur. lib. 10. Et in ſpecie ſcripſe-
runt Petr. de Vbald. in d. tract. de collect. num. 26.
Abb. in d. cap. accedentes, num. 8. verſ. 3. caſu,
extr. de præſcrip. Barba. dict. conſ. 13. num. 8,
volum. 2. Ruin. conſil. 125. num. 6. verſ. &,
quamuis, volum. 4. Rip. in d. l. ſi ſe non obtulit,
num. 37. Surd. d. conſ. 278. num.* 15. Iuſta autẽ
dicitur cauſa, quæ reſpicit publicam vtilita-
18 tem, † *vt declarant Ruin. d. conſ. 125. num. 6.
verſ. &, quamuis, vol 4. Rip. in d. l. ſi ſe non ob-
tulit, num. 37. verſ. ſed aduerte, & Surd. d. conſ.
278. num.* 15. Itaq;, ſi immunitas concedatur
propter numerum duodecim liberorum, cẽ-
ſebitur conceſſa ex iuſta cauſa, & per conſe-
19 quentias portio immunis alijs accreſcet, † *vt
ſcribunt Carol. Tap. in d. rub. ff. de conſt. prin.
cap. 4. num. 33. et Menoch. d. conſ. 486. num. 17.
verſ quarto adducitur.* Idem eſt, et, ſi conceda-
tur doctoribus, vel medicis, vel alicuius gene
20 ris artificibus, † *ſecundum Rip. in d. l. ſi ſe non
obtulit, num. 37. verſ. ſed aduerte.* Nam in his
caſibus, & alijs ſimilibus immunitas non po-
teſt videri conceſſa in alicuius præiudicium,
21 quia, † cum non fuerit conceſſa certæ perſo-
næ, ſed illi, cui Deus, & natura huiuſmodi do
num dederit, & vnuſquiſque poſſit ſperare ta-
lem immunitatem, ſi in id ſtudium incubue-
rit, non eſt, quod conqueratur, ſi alius habẽs
qualitates requiſitas ſit immunis, *vt ibi decla-
rat Rip. num.* 38. Denique idem eſt, &, ſi con-
22 cedatur propter benemerita, † *vt ſcribit Carol.
23 Tap. d. cap. 4. num.* 33. Quod verum eſt, ſi † me-
rita ſint erga Rempublicam. At, ſi ſint erga
perſonam ipſius ſuperioris, ſi quidem ſit in-
ferior à Principe, certum eſt, non dici reſpi-
cere publicam vtilitatem, & per conſequen-
tias, immunitatem non poſſe trahi in præiu-
dicium aliorum, *ſecundum ea, quæ dicemus in
ſeq. caſu.* Cœterùm, ſi merita ſint erga ipſum
Principem, qui eſt caput Reip. videbitur con-
ceſſa ex iuſta cauſa, & per conſequentias por-
24 tio exempti alijs accreſcet, † *ſecundum Ceph.
d. conſ. 58. num. 63. & Surd. d. conſ. 278. num.* 15.
25 Sed hoc verum puto, ſi † conſtet, talem eſſe
Principis voluntatem, *ſecundum ea, quæ dice-
mus in ſexto caſu.* Cœterùm in dubio non
eſt præſumendum, Principem voluiſſe re-
compenſare merita erga ſe ipſum cum dam-
no ſuorum ſubditorum, ſed potiùs de proprio
patrimonio, & cum diminutione ſummæ ſi-
bi debitæ, *vt probat locus Caſſiod. quem refere-
mus in ſeptimo caſu.* Neque enim immunitas
ex huiuſmodi cauſa conceſſa eſt à cœteris
immunitatibus, quæ ex Principum gratia
conceduntur, ſeparanda.
Quintus caſus eſt, quando immunitas ab
onere impoſito vniuerſitati conceditur ex
mera gratia, & liberalitate ſuperioris, qui nõ
eſt Princeps ſupremus, Et tunc verius, & re-
ceptius

Digitized by Google

ceptius eſt, partem exempti non alijs accre-
ſcere, ſed detrahi de tota ſumma in ipſius
26 concedentis præiudicium. † *Ita ſcripſerunt
Abb. in d. capit. accidentes, num 8. verſ. 3. caſu,
& ibi Felin. colum. 7. verſ. hanc concluſionem,
extr. de præſcript. Abb. in d. cap. peruenit, num.
16. extr. de immun. Eccl. Barba. dict. conſil. 13.
num. 8. volum. 2. Capell. Tholoſ. q. 348. concluſ. 5.
Marc. d. deciſ. 457. num. 8. verſ. Verumtamen,
part. 1. Rip. in d. l. ſi ſe non obtulit, 4. in princip.
num. 37. ff. de re iudic. Petr. de Vbald. in d. tract.
de collect. num. 26. Nat. conſ. 160. num. 36. verſ.
reſpondetur, Surd. d. conſ. 278. num. 12. uerſ. 6.
& num. 15. verſ. His itaque.* Et ita accipiendi
ſunt, qui ſimpliciter dixerunt, non accreſce-
re, quoties exemptio fit à ſuperiore, cui debe-
tur onus, *quos referemus infra num. 38.* vt ſcili-
cet loquantur de exemptione facta ab eo, qui
nõ eſt Princeps, *ſicuti declarat Petr. de Vbald.
in relato loco:* Nam inferior à Principe poteſt
quidem concedere immunitatem in ſui præ-
27 iudicium, ſed non in præiudiciũ aliorum † *l.
fin. C. quemad. ciu. mun. indic. lib. 10. ibi, leuatis
alijs, & ſcribunt Abb. in capit. peruenit, num. 20.
extr. de immun. Eccle. Petr. de Vbald. in d. tract.
de collect. num. 20. Rip. in d. l. ſi ſe non obtulit. 4.
in prin. num. 37. Surd. d. conſ. 278. num. 14.* &
multo minus in præiudicium ſupremi Prin-
cipis, *ſecundum Abb. ibi.*

Sextus caſus eſt, quando (retento ſuperio-
re themate) immunitas conceditur à Princi-
pe ſupremo, puta ab Imperatore, vel habẽte
iura imperij, & conſtat ex clauſulis in con-
ceſſione appoſitis, mentem eius eſſe, vt reli-
qui totum ſoluant, Et tunc non puto dubi-
tandum, quin portio exempti reliquis accre-
ſcat, quia, cum voluntas clara ſit, & poteſtas
in dubium nõ reuocetur (Poteſt enim Prin-
ceps haud dubiè concedere alicui immuni-
28 tatem in aliorum præiudicium † *vt ſcribunt
Abb. in dict. capit. accidentes, num. 8. verſ. 3.
caſu, & num. 9. ext. de præſcrip. Nat. dict. conſ.
160. num. 37. Surd. dict. conſ. 278. num. 14. &
15. verſ. his itaq.*) Conſequens eſt, vt talis cõ-
29 ceſſio ſit omnimodo ſeruanda. † *Ita in ſpecie
docuerunt Abb. in dict. cap. accedentes, num. 9.
extr. de præſcript. Nat. d. conſ. 160. num. 38. verſ.
maxime, & num. 42. verſ. & ex hoc colligitur,
Surd. d. conſ. 278. num. 16. verſ. hac vero, &
num. 20. in fi.* Et ita ſunt intelligendi, qui ſim-
pliciter dixerunt, partem exempti alijs accre-
ſcere, nõ verò detrahi de ſumma debita exi-
30 menti, † *vt Bald. in l. ab omnibus. 107. ff. de
leg. primo, & in d. l. etiam. 5. num. 15. verſ. ſed
pone C. de execu. rei iudic. Iaſ. in d. l. auus. 34.
num. 11. ff. de pact. & in l. ſi duobus. 16. § 1. nu. 4.
& 5. ff. de leg. 1. Rip. in dict. l. ſi ſe non obtulit
4. in princip. num. 36 ff. de re iudic. Petr. de
Vbald. in dict. tract. de collect. num. 18. Marc. d.
deciſ. 457. num. 26. verſ. quia ſecundum aliquos,
Nat. conſ. 431. num. 12. Cephal. conſ. 6. num. 2.
& 3. vbi teſtatur, hanc eſſe communem conclu-
ſionem, Menoch. conſ. 486. num. 17. verſ. 4.
adducitur, Surd. d. conſil. 278. num. 10.* Quem-
admodum, & illi, qui id ipſum tradiderunt
loquentes de ſupremo Principe, ſeu Principe
31 habente iura imperij † *vt Caſtr. conſ. 187. nu. 5.
verſ. ſed & tertio, vol. 2. Abb. in d. cap. peruenit,
num. 16. & 21. extr. de immun. Eccleſ. & in d.
cap. accidentes, num. 8. verſ. 3. caſu, & ibi Felin.
col. 7. verſ. hanc concluſionem, extr. de præſcript.
Petr. de Vbald in d. tract. de collect. num. 25. verſ.
circa propoſitam quæſtionem, Barba. d. conſ. 13.
num. 5. & 3. vol. 2. Capell. Tholoſ. d. deciſ. 348.
concluſ. 5. Rip. in d. l. ſi ſe non obtulit, num. 37.
Marc. d. deciſ 457. num. 8. verſ. verumtamen
& num. 27. verſ. et illud part. 1. vbi loquitur de
ijs, quos Rex eximit a ſolutione donatcus impo-
ſiti prouinciæ, et diſtribuendi per ſingulas caſtel-
lanias, Ruin. d. conſ. 125. num. 6. vol. 4. Surd.
dict. conſ. 278. num 6. verſ. arbitror, et num. 12.
verſ. 6. et num. 15. verſ. his itaque, vbi loquitur
de immunitate conceſſa à Duce Montisferrati, et
Gratia. cap. 59. diſcept foren. num. 3.* Sunt enim
accipiendi de ea ſpecie, in qua conſtat, ta-
lem eſſe concedentis voluntatem: Nam, &
contra, ſi conſtaret, principem noluiſſe im-
munitatem trahi in aliorum præiudicium,
ſed tantum in præiudicium ſui, puta, quia in
priuilegio mandaret Cameræ, vt de ſumma
debita à communitate deducat portionem,
32 quæ erat ſoluenda ab exempto, † *ut in ſpecie
Surd. conſ. 140. in prin.* res etiam procederet
ſine difficultate.

Et eſt notandum, immunitatem, quoties
ita conceditur, vt portio immunis alijs accre-
ſcat, cenſeri priuilegium, ideoq; ſtrictè inter-
pretandam, quoties verò ità conceditur, vt
portio exẽpti de ſũma deducatur in p̃iudiciũ
Principis, cenſeri beneficiũ, & ideò latam re-
33 cipere interpretationem. † *Ita declarat Surd.
d. conſ. 140. nu. 49. et 71. uerſ. remouetur quoq;.*

Adeò autem verũ eſt, quod diximus, partẽ
exempti reliquis accreſcere, ſi conſtet, talem
eſſe mentẽ Principis eximentis, vt procedat,
etiamſi per huiuſmodi conceſſionem graue
præiudicium alijs inferatur, puta, quia nimi-
34 um grauentur, † *vt declarant Abb. in d.
cap. accedentes, num. 8. in fi. extr. de præſcript. et
Surd. d. conſ. 278. num. 20.* Et quamquã *Petr.
de Vbald. in d. tract. de collect. num. 26. Rip. in d.
l. ſi ſe non obtulit, num. 38. uerſ. 3. et alij* plerique
contrarium docuerint, verior tamen eſt prior
opinio, quia Princeps poteſt ſubditis ſuis etiã
graue præiudicium inferre *cap. in memoriam.
19. diſtin.* Sed, quia grauatis aliquo modo
ſuccurrendum eſt, ideò res ita eſt temperan-
35 da, † vt, ſi quidem conceſſio facta ſit ad in-
ſtantiam partis, poſſit communitas excipere,
ſe non teneri ad illius obſeruãtiam, quia per
eam nimium grauatur. Et, ſi talis exceptio
non admittatur, poſſit appellare expreſſa in
appellatione cauſa prædicta. Quod, ſi motu
proprio conceſſa ſit immunitas, non poſſit
quidem appellare, cum à diſpoſitione Prin-
cipis non appelletur *cap. cuncta. 9. q. 3.* ſed de-
beat ad eum recurrere, & precibus implorare,
vt reuocet, aut modificet conceſſionẽ, quod
facere tenetur, cum vergat in graue aliorum
36 præiudicium. † *cap. ſuggeſtum. 9. extr. de decim.
Ita declarant Hoſtien. in d. cap. peruenit, num. 6. et
ibi Abb. num. 17. extr. de immu. Eccl. Abb. in d.
cap. accedentes, num. 9. et ibi Felin. col. 7. uerſ. 3.
concluſio, et uerſ. 4. cõcluſio, extr. de præſcrip. Petr.
de Vbald. in d. tract. de collect. num. 26. Barba. d.
conſ. 13. nu. 6. et 9. uol. 2. Capell. Thol. d. deciſ. 348.
conclu. 5. Boſſ. in tit. de princip. num. 164.*

Septimus caſus eſt, quando in terminis ca-
ſus præcedentis non apparet, quæ fuerit Prin-
cipis volũtas, vtrũ ſcilicet voluerit portionẽ
excep:

exempti alijs accreſcere, an verò ſummam
diminui, & ſic ſumus in dubio, Et tunc ve-
riùs, & receptiùs eſt, non accreſcere, ſed de-
trahi de tota ſumma in præiudicium conce-
37 dentis. † *Ita in ſpecie declarant Nat. d. conſ. 160.*
num. 42. verſ. & ex hoc colligitur, Surd. d. conſil.
278. num. 16. uerſ. hæc uero, & num. 20. Et in his
terminis vera eſt ſententia eorum, qui ſimpli-
citer dixerunt, partem exempti non alijs ac-
creſcere, ſed de ſumma detrahi, ſi exemptio
38 facta ſit à ſuperiore, cui debetur onus. † *Quæ*
fuit ſententia Specul. in tit. de cenſib. §. nunc vi-
dendum, num. 9. Caſtr. in d. l. ab omnibus. 107.
nu. 3 & ibi Imol. ff. de leg. primo. Caſt. in d. l. auus
34. num. 5. ff. de pact. vbi ait, ſe vidiſſe obſeruari
hanc partem, quæ benignior eſt, Alex. conſ. 178.
num. 19. uol. 2. Ruin. d. conſ. 125. num. 4. uolum.
4. Barba. d. conſ. 13. in prin. & num. 3. & 4. uerſ.
modo in propoſito, & num. 9. uol. 2. Gratia. d. cap.
59. diſcep. for. num. 5. Quemadmodum & eo-
rum, qui id ipſum tradiderunt loquentes de
39 Imperatore, aut alio Principe ſupremo, † *vt*
Ang. in l. ſi vnus. 28. §. item ſi pactus, num. 3. ff.
de pact. Luc. de Penn. in l. actores. 4. C. de exact.
tribu. lib. 10. Hoſtien. in d. cap. peruenit, num. 5.
verſ. quid enim, extr. de imm. Eccl. Iaſ. in d. l. auus
34. nu. 9. uerſ. ego pro concordia ff. de pact. Brun.
in tract. de dimin. & deter. concluſ. 12. num.
66. uerſ. Ad iſta facit, Boſſ. in tit. de princip.
num. 164. ubi ait, centies ita ſeruatum ſe inſtan-
te, cum eſſet fiſcalis, Nat. d. conſ. 160. num. 36.
verſ. reſpondetur, Roll. conſ. 76. num. 4. uolum. 2.
Caro. Tap. in d. rub. ff. de conſt. prin. cap. 4. num.
31. ubi teſtatur, ita ſeruari in Regia Camera
Neapolitana, Menoch. d. conſ. 486. num. 19: Et
40 ratio eſt, quia, † licet Princeps poſſit concede-
re immunitatem in præiudicium aliorum,
vt diximus ſupra num. 28. tamẽ in dubio non
41 præſumitur ita voluiſſe † *cap. ſuper eo 15. extr.*
de off. & pot. iud. del. Et in his terminis ſcribunt
Abb. in d. cap. accedentes, nu. 9. extr. de præſcrip.
Natt. d. conſ. 160. num. 42. uerſ. & ex hoc collig-
tur. Surd. d. conſ. 278. nu. 16. uerſ. hæc verò, & nu.
20. in fin. Vnde Caſſiodo. lib. 2. var. Epiſt. 17.
Munificentiam noſtram nulli volumus eſſe
damnoſam, inquit, *ne, quod alteri tribuitur, alte-*
rius diſpendijs applicetur. Et paulo poſt, *Nec*
inferri à quoquam volumus, quod alteri noſtra
largitate remiſimus, ne (quod dictu nefas eſt)
benemeritis munus innocentis contingat eſſe diſpē-
dium. Alioquin enim, ſi contrarium dicere-
mus, ſequeretur abſurdum, quia, ſi ſinguli ſe-
paratim eximerentur, paucis exceptis, totum
onus apud illos remaneret, quod eſſet iniu-
42 ſtum, &, quandoque foret impoſſibile. † *ut*
conſiderant Luc. de Penn. in d. l. actores. 4. C. de
exact. tribu. lib. 10. Abb. in d. cap. peruenit, num.
16. extr. de immun. Eccl. Barba. d. conſ. 13. num. 9.
vol. 2. Capel. Tholo. d. deciſ. 348. concl. 5. Roll. d. cõſ.
76. num. 5. uol. 2.

Nec eſt cõtrarium, quod, ſi teſtator ex plu-
ribus hæredibus grauatis vnum ſimpliciter
43 eximat, eius portio cæteris accreſcit † *l. ab om-*
nibus. 107. ff. de leg. primo, & nos diximus in hoc
cap. q. [illegible] *num.* 112. Idemque proinde videatur
dicendum, cum Princeps ex pluribus ſubie-
ctis onerum ſolutioni aliquem eximit, cum
valeat argumentum à teſtatore ad legem, ſi-
44 ne Principem, & contra † *l. ſi quis legauerit 124.*
ff. de leg. primo. l. cum quidam. 4. verſ. quemadmo-
dum C. de uerb ſign. l. ſi ita fuerit ſeruis duobus
13. §. fin. & ibi not. Bart. num. 3. ff. de manu. teſta.
Euerar. in ſua cent. argu. loco, a lege ad teſtato-
rem, in prin. & in his terminis arguunt Surd. d.
conſ. 278. num. 9 & Gratia. d cap. 59. diſcep. for.
num. 3. quia, *circumſcripta Caſtr. in d. l. ab omni-*
bus. num. 3. Felin. in d. cap. accedentes, col. 7. verſ.
prima concluſio, Barba d. conſ 13. num. 2. verſ. po-
teſt reſponderi, vol. 2. & aliorum ſolutione, reſpõ-
45 deo terminos non eſſe pares: Nam † onus
hæredum non eximenti, id eſt, teſtatori eſt
præſtandum, ſed tertio, nempe legatario, cu-
ius legatum pro ea parte redderetur inutile,
niſi diceremus, partem exempti alijs accre-
ſcere: Nemo enim eſſet, qui partem illam ſol-
uere teneretur. Vnde, quia in dubio facien-
da eſt ea interpretatio, per quam actus ſuſti-
netur, ideo præſumimus, teſtatorem voluiſſe
potiùs, onus ab alijs integrè præſtari, quam
legatum pro parte exẽpti diminui, *Quam in*
rem faciunt ea, quæ dicemus in ſequenti caſu. At
in propoſito onus non tertio, ſed ipſimet exi-
menti præſtandum eſt; Vnde, cum in du-
bio conceſſio ſit potiùs interpretanda in præ-
iudicium concedentis, quam in præiudicium
tertij, ideo fit, vt cenſeatur eximens, voluiſſe
potiùs diminuere ſummam ſibi debitam,
quam alios non exemptos ſupra modũ one-
rare.

Planè, ſi damnum eſſet leue, veriùs puta-
rim, ſuſtinendam conceſſionem in præiudi-
cium aliorum, quibus accreſcet exempti por-
46 tio, † quia reſcripta, quæ modicum afferunt
47 præiudicium tertio, ſunt ſeruanda † *l. 2. C. de*
precib. Imp. offer. cap. quid per nouale 21. extr. de
verb. ſign. gl. in cap. reſcripta in verb. quod non
lædat 25. q. 2. & pro modico non eſt facienda
48 reſtitutio † *l. ſcio. 4 ff. de in int. reſt. Et ita in ſpe-*
cie docuerunt Petr. de Vbald. in d. tract. de col. nu.
26. Abb. in d. cap accedentes, num. 8. & in d. cap.
peruenit, num 17. Nat. d. conſ. 160. nu. 38.

Octauus, & vltimus caſus eſt, quando exẽ-
ptio fit à ſuperiore, ſed tractatur de onere non
ipſi eximenti ſoluendo, ſed tertio, puta pote-
ſtati, cui Comitatenſes certum ſalarium ſol-
uere tenentur, Et tunc veriùs, & receptiùs eſt,
onus non diminui, ſed exempti partem alijs
49 accreſcere. † *Ita enim ſcripſerunt Bart. in d. l.*
ab omnibus. 107. num. 1. & ibi Bal & Ang. num.
2. Caſtr nu. 3. & Imol ff. de leg primo. Alex. conſ.
178. num. 19. uol. 2. Abb in d. cap. accedentes, nu.
8. & ibi Felin. col. 7. verſ. prima concluſio, Barba.
d. conſ. 13. num. 3. & 8. uol. 2. Iaſ. in d. l. auus. 34.
num. 11. ff. de pact. Marc. d. deciſ. 457. num. 26.
verſ. & pariter, Ruin. d. conſ. 125. num. 4. uol. 4.
Ceph. d. conſ. 6. num. 2. & 3. verſ. Quod autem res,
Nat. d. conſ. 397. num. 12. Roll. d. conſ. 76. num.
6. uol. 2. Gratia. d. cap. 59. diſcep. for. num. 4. quia
50 † non eſt veriſimile, Principem voluiſſe ſuo
priuilegio præiudicare tertio, cui eſt facien-
da ſolutio *d. cap. ſuper eo. 15. extr. de off. & pot.*
iud. deleg. Ita in ſpecie ſcripſerunt Barba. d. conſ.
13. num. 3. uolum. 2. Iaſ. in d. l. auus, nu. 11. Ruin.
d. conſ. 125. num. 4. uolum. 4. Ceph. d. conſ. 6. num.
2. Gratia. d. cap. 59. num. 3. cum priuilegium
vnius non debeat cedere in præiudicium al-
51 terius † *l. impuberi. 41. ff. de adm. tut. l. ult. C. de*
ſtat. & imag. l. cum filiusfam. 29. ff. de mil. teſta.
Idque adeo verum eſt, vt procedat, etiamſi
emolumentum ſecundariò, & per quandam

con-

cōſequentiā ad ipſum concedentem perti-
52 neat, † vt in ſpecie, quam ſcribit Imola *in d.l. ab omnibus*, de facto contigiſſe: Nam, cum
S.P. collectam impoſuiſſet clero pro ſatiſ-
faciendo creditori, qui Sedi Apoſtolicæ mu-
tuauerat, quia collecta principaliter erat ſol-
uenda creditori, & ſic tertio, ideo, licet ſe-
cundariò cederet in beneficium conceden-
tis, nihilominus dictum eſt, partem eorum,
quos poſtea S.P. exemerat, alijs accreſcere,
quod etiam probarunt Barba. d. conſ. 13. num. 3. verſ. & per prædicta, volum. 2. Iaſ in dict. l. auus num. 12. Ceph. d. conſ. 6. num. 3. verſ. quod autem res.

Planè hæc ita intelligenda ſunt, vt proce-
53 dant † in exemptione facta à ſupremo Prin-
cipe, ſeu Principe habente iura imperij, qui
poteſt concedere immunitatem in aliorum
præiudicium. Cæterùm, ſi facta ſit ab infe-
riore, neceſſario debemus ſupponere, eam
eſſe factam ex iuſta cauſa, aliàs nullius eſſet
momenti, quia inferior non poteſt concede-
re immunitatem in præiudicium tertij, *vt diximus in 5. caſu, num. 27. Et ita in ſpecie declarant Petr. de Vbald. in dict. tract. de collect. num. 26. Alex. in d. l. ſi ſe non obtulit 4 in prin. num. 20. ff. de re iudic. & Nat. dict. conſ. 397. num. 12.*

Denique, licet exemptio facta ſit à ſupre-
mo Principe, ſi tamen per huiuſmodi accre-
tionem alij nimium grauentur, debebunt
ad eundem Principem recurrere, & ab eo
poſtulare, vt priuilegium, tamquam vergens
in enorme ſui detrimentum reuocet, aut
54 modificet, † *ſecundum ea, quæ diximus ſupra num. 35. & 36. Et ita in his terminis declarant Imol. in d.l. ab omnibus, Barba. d. conſ. 13. nu. 3. verſ. & per prædicta, Iaſ. in d. l. auus, num. 12. Ruin. d. conſ. 125. num. 5. vol. 4.*

Sed hæc dicuntur, quoties aliquis non ſol-
uit propter exemptionem. At, ſi non ſoluat
propter paupertatem, & quæramus, an eius
portio cæteris accreſcat, varij pariter à no-
ſtris ſolent diſtingui caſus, quorum

Primus eſt, quando onus eſt reale, Et tunc
omnes fatentur, vnum pro alio non teneri,
ſed poſſeſſionem non ſoluentis eſſe curiæ, ſi-
ue vniuerſitati adiudicandam, & ea ratione
teneri ipſam onus ſubire, quod à primo poſ-
55 ſeſſore ſoluendum erat. † *l. fin. C. de exactio. tribu. lib. 10. l. 1. C. de om. agr. deſer. lib. 11. Ita ſcribit Bart. in l. 2. num. 2. C. de apo. publ. lib. 10. quem ſequūtur Alex. in d. l. ſi ſe non obtulit. 4. in prin. num. 19. & ibi Iaſ. num. 21. Rip. num. 35. ff. de re iud. Iaſ. in d. l. cum auus. 34. num. 14. ff. de pact. & in d. l. ſi duobus. 16. §. 1. num. 5. in fi. ff. de leg. 1. Petr. de Vbald. in d. tract. de collect. nu. 17. Fran. Luca. in d. tract. de fiſco part. 3. num. 23. verſ. 9.*

Secundus caſus eſt, quando onus eſt per-
ſonale, & conſiſtit in labore perſonæ, Et
tunc, quod per vnum expediri non poteſt,
56 per alios expeditur † *l. honor. 14. §. fin. ff. de mun. & hon. Ita docet Bart. in d. l. 2. num. 2. C. de apo. publ. lib. 10. quem ſequuntur omnes, quos ſupra proxime retulimus.*

Tertius caſus eſt, quando onus conſiſtit in
præſtatione pecuniæ, vel alterius rei, & fuit
impoſitum vniuerſitati, Et tunc, quod vnus
ſoluere non poteſt, ſoluunt alij, quia, cum
debitum ſit vniuerſitatis, quæ non deſinit eſſe
eadem, licet vnus, aut plures detrahantur *l. ſicut. 7. §. fin. ff. quod cuiuſq; vniu. l. proponebatur 76. ff. de iudic.* ideo, tamquam obligata
tenetur integram ſummam perſoluere, &
eam inter particulares exiſtentes ſoluendo
57 diſtribuere. † *Ita ſcribit Bart. in d. loco, & ſequuntur omnes ſupra allegati. Idem ſcripſerunt Bart. in l. munerum. 18. § fin. ff. de mune. & bono. & in d. l. ſi ſe non obtulit 4. §. actor, num. 8. ff. de re iudic. Caſtr. in l. legatorum. 34 in princip. num. 2. ff. de leg. 2. Surd. d. conſ. 278. num. 11.*
Quam in rem faciunt, quæ ſcribunt *Bald in Auth. defuncto, num. 12. C. ad Tert. & in l. etiam 5. num. 15. C. de exec. rei iudic. Alex. in d. l. ſi ſe non obtulit. 4. in prin. num. 17. & ibi Iaſ. num. 21. & Rip. num. 35. Iaſ. in d. l. auus, num. 13. vbi ait, ſe ita vidiſſe obſeruatum, & Petr. de Vbald. in d. tract. de collect. num. 9. poſt gl. in l. omnes. 3. in verb. compellitur C. de anno. & trib.*
58 *lib. 10.* dicentes, † pauperes, qui dierum labo-
rant, & quorum operæ vix ſufficiunt alimen-
tis, non eſſe collectandos, nec ad conferen-
dum cum alijs in ſolutione collectæ cogen-
dos: Nam ex hoc intelligimus, onus collectę
effectu eorum tantum eſſe, qui ſunt ſoluen-
do, & diuites pro pauperibus teneri.

Quartus, & vltimus caſus eſt, quando onus,
non imponitur vniuerſitati, ſed ſingulis, Et
59 tunc vnus pro alio non tenetur: † In his enim
terminis procedit, quod dicimus, vnum-
quemque debere onus ſuum non alienum
60 portare † *l. vn. C. vt null. ex vica. pro al. vic. deb. ten. lib. 11. l. legatorum. 34. in prin. & ibi Bart. num. 2. ff. de leg. 2. Et ita in ſpecie docet Bart. in d. l. 2. nu. 2. C. de apoch. publ. lib. 10. quem ſequuntur omnes relati ſupra num. 55. et præter eos Caſtr. in d. l. legatorum 34. in prin. num. 2. ff. de leg. 2. Felin. in dict. cap. accedentes, col. 7. verſ. prima concluſio, extr. de præſcrip.* Planè,
ſi lege, vel conſuetudine caueatur, vt vnus
teneatur pro alio, erit huiuſmodi ius ſeruan-
61 dum † *l. munerum. 18. §. mixta, et ibi Bart. ff. de mun. et hono. Alex. in addit. ad Bart. in d. l. 2. in lit. b. C. de apo. publ. lib. 10. et in addit. ad eund. Bart. in l. 1. C. de om. agr. deſer. lib. 11. Idem Alex. in d. l. ſi ſe non obtulit. 4. in prin. num. 19. et ibi Rip. num. 35. ff. de re iudicat.*
Denique, etiam ceſſante lege, vel conſuetu-
dine, quoties multi non ſoluunt, licet alij
rebus ſic ſtantibus pro eis non teneantur, ta-
men pro ſolutione reſidui neceſſariò erit fa-
cienda noua impoſitio, quæ ſuperindictum
appellatur, & hoc modo pro non ſoluenti-
62 bus effectu cæteri tenebuntur † *l. omne territorium. 4. et ibi gl. 1. in fi. C. de cenſib. et cenſito. lib. 10. Bart. in d. l. 2. num. 2. C. de apoch. publ. d. lib. 10.* Et hæc de ſexto capite.

h. 37

ANT 131P405

Digitized by Google

Digitized by Google

G ss.